ALEXANDRI DE NEVO VICENTINI IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI

In Tertium ac Quartum Decretalium Librum Commentaria,

QVAE CVM DIV DESIDERATA, Temporis iniuria hucusque latuerint, nunc primum in lucem edita sunt.

Adhibitis praeter accuratam veterum exemplarium manuscriptorum collationem, multis Apostillis, & Summariis, cum Indice locupletissimo.



VENETIIS, Apud Iuntas, MDLXXXV.

Rubricarum Tom huius Syllabus.

D. ALEXANDRI DE NEVO VINCENTINI

IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI,

In Tertium Decretalium Librum Commentaria.

De clericis non residentibus, Rubrica.


ONTINVATVR hæc Rubrica ad præcedentes, secundum Goff. hoc modo. visum est in præcedenti titulo, quomodo clerici propter mulierũ consortia beneficiis suis priuentur. vnde nunc hic tractat, qualiter priuentur beneficiis propter non residentiam. vel sic, secundum Host. quia nullus debet promoueri ad ecclesiasticam dignitatem, vel ad præbendam, nisi resideat, vt infra ca. j & ij. & sequenti ante tractatum de præbendis præmittitur titulus, de cler. non residen. & dicit Io. de Hi. quod iste titulus habet materiam bonam, & quotidianam. sequitur ca non liceat.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus non potest transire ad alium Episcopatum sine licentia Papæ.*
2 *Episcopus religionem ingredi sine licentia Papa non potest.*
3 *Manifestum dicitur, quod de iure præsumitur.*
4 *Iudicium in materia probationum solet fieri ex communiter accidentibus.*
5 *Beneficij dimissio non censetur facta, nisi pro meliori accipiendo.*
6 *Fraus, an præsumatur, si quis senex nepoti pingue beneficium cum tenui permutando renunciauit.*
7 *Coniecturæ, quando ex contrario offuscant præsumptionẽ fraudis, faciunt valere permutationem beneficij.*
8 *Permutatio beneficij non ualet si post permutationem reperitur in possessione.*
9 *Fraus præsumitur, quando permutatio fit propter spem cito futuræ uacationis beneficii, vel propter delictum.*
10 *Præsumptio violenta sufficit ad condemnationem.*
11 *Amicitia inter permutantes, an debeat præsumi simonia respectu beneficij.*
12 *Episcopo, an liceat transire ad alium episcopatum causa mora non diuturna.*
13 *Factum malo animo excusari non debet.*
14 *Actus bonus, vel malus, iudicatur per coniecturas.*
15 *Iudicare ex præsumptionibus, an sit peccatum.*
16 *Suspicionis gradus plures enumerantur.*
17 *Malus facile de alijs malum opinatur.*
18 *Suspicio ex longa experientia rerum oriri potest, vnde senes sunt maxime suspiciosi.*
19 *Episcopatum desiderare hodie non est licitum.*

CAP. PRIMVM.

1 
On liceat. † Episcopus non potest sine licentia Papæ transire ad alium episcopatum. hoc dicit. Et tria sunt dicta, quæ patent. In primo ponit prohibitionem. In secundo causam prohibitionis. In tertio rationem præsumptionis. Secundum ibi, manifesta. Tertium ibi, cum nullus.

Nota primo ex tex. quod episcopus non potest transire ad alium episcopatum absque licentia Papæ, quæ procedit etiam si esset electus, vel postulatus ad aliam ecclesiam vacantem, immo etiam si uellet deserere episcopatum causa deseruiendi Deo, puta si vellet intrare religionem, non
2 † potest hoc facere sine licentia Papæ, vt in capi. licet, infra de regula. & in capi nisi cum pridem, de renun.

Quod tamen hic dicitur de episcopo, habet locum in inferioribus clericis, vt in capitu. admonet, & in capitu. quod in dubiis. de renuncia. nam vt in eis patet, non potest quis renunciare beneficio, sine licentia episcopi proprii, seu illius ad quem de iure spectat recipere renunciationem beneficii: debet autem renunciare in manibus illius, ad quem pertinet priuatio a beneficio, vt dicit Innocen. in dicto cap. quod in dubiis, & vide bo. gl. in cle. vnica, in verbo, manibus, de renuncia.

Secundo nota, quod illud, quod de iure præsumitur, di-
3 citur † manifestum. hinc est, quod illud, quod elicitur ex cõiecturis legitimis, dicitur esse liquidum, vt in l. licet imperator, & quod ibi notat Barto. ff. de legatis primo, & in l. si quis locuples. ff. de manum. testa. vide etiam textum not. in capitulo, super quæstionum, in verbo, intentionis, supra de officio delega. vbi patet, quod illud dicitur esse liquidum, quod colligitur ex sensu extracto a solis sapientibus, & hæc tene menti.

Tertio nota, quod valet argumentum a communiter accidentibus, & istum textum tene menti. nam sic arguit iste textus, nullus est inuentus qui transiuerit de maiori episcopatu ad minorem: vnde ex hoc præsumitur, quod quis transeat ad maiorem episcopatum causa ambitionis, & sic Papa arguit a communiter accidentibus. vide text. & glos. in l. non hoc. C. vnde cogna. & ibi Baldum, in fine, & in l. neque natales. C. de probationibus. vbi per glossam, & Baldum, & allegat Iacob. Butrigarium, qui dixit, quod in ma-
4 teria probationum iudicamus † secundum quod communiter accidit, & hoc dictum multum notat Baldus ibi.

Et ex hoc infert, quod si scholares de die, & de nocte vadunt ad domum mulieris ex hoc conuincitur, quod sit meretrix, & iste tex. multum bene facit ad prædicta, quia arguit a communiter accidentibus.

5 Vltimo nota, quod quis non præsumitur dimittere † beneficium suum, nisi pro meliori. vnde dominus Petrus de Anchara & Butr inducunt istum textum ad quæstion. quotidianam, quæ est talis. Quidam clericus senex permutauit beneficium suum pingue cum quodam suo nepote, qui habebat beneficium tenue, nunquid ex hoc debeat præsumi
6 † fraus, & sic, quod renunciauerit affectione carnali scilicet, vt beneficium pingue remaneret suo nepoti post mortem. & Ioann. Andr. sentit, quod sic, in capit. secundo, de renuncia in sexto. per illum textum. satis enim hoc casu concurrit mens illius capituli: concurrunt enim tres præsumptiones.

Prima est coniunctio sanguinis, argum. capitu. graue. de præben.

Secunda est ratio senectutis.

Tertia, quia non est verisimile, quod quis velit beneficium pingue pro beneficio tenui dimittere, argumen capit. super hoc, de renunciat. & in l. cum de indebito. ff. de probation.

Sed Ioan. de Ligna hic tenet contrarium, quia ille tex. lo-
quitur, vbi quis non vtitur iure concesso. hic autem secus:
nec habet obstare coniunctio consanguinitatis, & dimissio
beneficii pinguis, & senectus, dummodò ille cum quo fit
permutatio, alias sit idoneus 56. distin nasci, & capitu. vnde-
cunque. sed opin. Ioan. And. sequitur Bntr. & Domin. Petrus
propter plures præsumptiones, quæ concurrunt. dom. Abb.
hic dicit, quod Moderniores communiter inclinant in opi.
Ioan. And sed Ioan. de Imo. dicit quod Ioan. And. hoc non
ponit in dicto cap. secundo, sed si bene memini hoc ponit in
capitu primo, de rerum permu. in sexto. ipse autem dicit pos-
se dici, quod aut non speratur in breui eius mors, & tunc nõ
habet locum dictum ca. secundum, de renun. in sexto, ideo
tunc tenet permutatio, & hoc casu procedit opinio Ioann.
de Ligna. nisi ex aliis coniecturis apparet de fraude, puta, quia
post permutationem nihilominus remaneret in possessio-
ne beneficii, argu. in l. sicut, §. superuacuum ff quibus modis
pign. vel hypo solluitur. aut de proximo speratur mors per
mutantis beneficium pingue, & tunc præsumitur fraus, & sic
permutatio non valet, & per consequens expectans aposto-
licus posset talem beneficium expectare, non obstante per-
mutatione. nec obstatet sibi cap. 1. de rerum permu. in sexto.
quia illud habet locum, vbi non interuenit fraus, vt ibi dici
tur sed dom. Abb. videtur tenere opinio. Ioan. And. & sequa
cium: distinguit, tamẽ quod aut adsunt aliquæ præsumptio
nes elidentes, seu offuscantes prædictas præsumptiones, &
tunc non sufficiunt ad fraudem probandam, & ponit exem
plum, tale beneficium pingue exigebat magnam curam fere
huic seni intolerabilem, vel locus beneficii non erat tutus,
vel aer sibi non conferebat, pro hoc de renunc. ad supplica-
tionem, & de except. ca. cum venerabilis facit de rerum per-
muta cap ad quæstiones. Aut cessant coniecturæ contrariæ,
& tunc dicit esse præsumendam fraudem propter rationes
prædictas, & per illum textum, qui secundum eum optime
facit ad decisionem huius quæstionis, nam mouetur ex eo,
quod communiter episcopi facere solent, & dicit, quod
idem videmus in clericis, quia non solent facile dimitte-
re pingue beneficium pro minori, seu pro tenui, immo
totis viribus, & conatibus quærunt crescere in beneficiis,
& ex his præsumptionibus satis potest ferri sententia, vt hic,
& supra de præsumpt. afferte. facit l. indicia. C. de rei vendi. &
mihi placet distinctio dom. Abb. tamen, vt clarius habeas ar
ticulum, facias quatuor casus.

7 Primus est, quando coniecturæ contrariæ † offuscant præ-
sumptionem fraudis, & hoc casu secundum omnes valet p-
mutatio. facit capitu literas, & quod ibi dixi de præsumpt. &
in cap. cum inter R. seniorem, supra de elect.

Secundus casus est, quando permutans post permutatio-
nem reperitur in possessione beneficii, & hoc casu non valet
8 † permutatio, quia illud inducit præsumptionem fraudis,
scilicet quod permutatio fuerit simulata. optime facit dicta
l. sicut, § superuacuum. ff. quibus modis pign. vel hipot. solu.
& quod notat Barto in l. post contractum ff. de dona.

Tertius casus est, quando beneficium, quod permutatur
speratur cito vacaturum, vel propter mortem possidentis,
vel quia timetur, quod propter delictum illo beneficio pri-
9 uetur, & hoc etiam casu præsumitur † fraus, de hoc vide bo.
glo in dicto capitu. vnico, in verbo, fraude, de rer. permutat.
in sexto.

Quartus casus est, quando omnia supradicta cessant, &
adhuc puto communem opin. esse veram, scilicet, quod præ
sumatur fraus plus puto, quod vbi apparet beneficium pin-
gue esse permutatum cum valde tenui, nec apparent conie-
cturæ, quæ habent fraudem offuscare, quod ex hoc solo præ
sumatur fraus, nam est violenta præsumptio, quod quis non
renunciat beneficium pingue pro tenui, vt hic, cum simili.
10 violenta autem † præsumptio sufficit ad condemnationẽ,
vt in cap. afferte, & in cap literas. de præsumpt. & 32. quæstio.
prima, dixit dominus. & vbi cessaret consanguinitas, & om-
11 nis amicitia, † inter permutantes deberet præsumi simoniã
interuenisse, saltem quantum ad hoc, vt possit contra talem
fieri inquisitio, & poni ad torturam, & hoc nota, quia sæpe
vidi de facto aliquo renunciare beneficiis, seu permutare
cum aliquibus, cum quibus nullam omnino habent amici-
tiam, vel consanguinitatem, ita quod non potest facile præ-
sumi, quod alia fuerit causa permutationis, vel renunciatio
nis, quam datio pecuniæ, vel alterius rei temporalis. vnde ta
lis violenta præsumptio, secundum regulas iuris debet suffi-
cere ad condemnationem, vel saltem, vt tales possint poni
ad torturam, quod nota, quia sæpe vidi hoc de facto.

In glo. j. hæc glo. intelligit istum textum, quando episco-
pus transiuit ad alium episcopatum ratione prælationis, sci-
licet, vt esset ibi episcopus, & iste intellectus congruit literæ,
sed non congruit rubro, nec materiæ, quia in rubro, & in ni
gro tractatur de clericis qui non resident in beneficiis, non
autem de his qui se transferunt ad alia beneficia, sine licen-
tia superioris.

Secundo modo intelligitur de episcopo, qui transiuit ad
alium episcopatum causa diuturnæ moræ diu faciendæ, &
iste intellectus congruit rubro, & etiã materiæ, sed non con
uenit literæ.

Tertio modo intelligitur de episcopo qui transiuit causa
occupandi terminos alterius episcopatus, sed iste intellectus
nullo modo conuenit literæ, nec materiæ, vnde Doctor. te-
nent primum intellectum, & satis potest reduci ad materiã:
dato enim, quod transiuit causa prælationis ad alium episco
patum, nihilominus delinquit in hoc, quod non residet in
primo episcopatu, dato enim, quod debeat priuari episcopa
tu habito, & ambito, ut in cap. quanto, de transla præla. non
tamen est priuatus ipso iure, sed est priuandus per sententiã,
vt dicunt hic Doctor. & idem dicit Innocen in cap. quod in
dubiis, supra de renuncia. in renunciante beneficium sine li-
centia superioris, quia nõ vacat prius, quam superior habue
rit ratam renunciationem, adeo quod non potest impetra-
ri, nec conferri prius, quam superior habeat ratam renun-
ciationem. Sed quærit hic dom. Petrus de Anchara. & Ioan.
12 de Imo. an liceat episcopo † transire ad alium episcopatum
causa moræ non diuturnæ. & dicunt quod sic, allegant illud
quod dicitur in simili de rebus prohibitis transferri de vno
loco ad alium, quia non intelliguntur prohibitæ per viam
transitus, vt in l. si quis post hanc l. C. de ędi. priua. & in l. Cæ-
sar. ff. de publi.

Et ex hoc dicunt, quod si statutum prohibet frumentum
extrahi de ciuitate, & de eius territorio, non per hoc intelli-
gitur esse prohibitum quominus extrahatur frumẽtum por
tatum de alio loco per viam transitus, ut nota. in d. l. Cęsar.
ff. de publi.

In glo. ij. in fine solue hoc contrarium, vt nota. in dicto ca
pitu cilore, & in cap. ij. de elect. & in cap. si quis episcopus, 7.
quæstio. prima. & dic quod in his quæ possunt esse bona, &
mala, debet fieri interpretatio in meliorem partem. In his ve
ro, quæ vt plurimum fiunt malo modo, debet fieri interpre
tatio in deteriorem partem, vt hic, & in dicto capi. secundo,
13 de electio. vnde in his quæ, ut plurimum fiunt † malo modo
vbi factum est in se malum, licet possit habere excusationẽ,
nihilominus est referendum ad malum, arg. bo in capit. pri-
mo, de præsumpt. & in l. nam ludus. ff. ad legem Aquil. & ad
hoc allegat dom. Abb. nota. dictum Innocen. in ca. secundo,
de dila. vbi dicit, quod si citatio continet aliquid contra ius
est nulla, licet possit iustificari in aliquo casu speciali, quia
debemus etiam intelligere secundum suam naturam, & non
secundum accidentalia.

Exemplum: iudex citauit Sempronium, ut veniat ad re-
spondendum seruo, nam hæc citatio non arctat citatum, quia
regulariter seruus non potest esse in iudicio, licet in aliquib.
casibus hoc sibi concedatur, vt in l. ex certis. ff. de iudic. & in
l. prima. C. si per uim, uel alio modo.

Et ex his hoc infert, quod glo. in c. absit. vndecima, quæst.
tertia, non sit vera, dum dicit, quod si clericus amplexatur
mulierem, debet in dubio interpretari, quod faciat animo
benedicendi dicit. n do. Abb. quod debent inspici coniectu-
14 ræ, & secundum has † actus debet iudicari licitus, vel illici-
tus, & per ipsas bonus, vel malus, vt in capi. tertio loco, & in
capi. literis, de præsumpt. prohibetur enim clericus solus cõ
fabulari cum muliere, vt in capitu clericus solus, & in capit.
ministri, octuagesima prima distinct. facit optime capitu. se-
cundum, de cohabi. cleric. & mulierum sed quantum ad di-
ctum Innocen. in dicto capit. secundo. de dila. scilicet, quod
citatus non teneatur comparere, nisi citatio prima facie est
illicita, licet ex aliquo casu speciali possit iustificari. vide do-
mi. Abb. in capi. nisi essent. de præben. in primo notabili. vbi
per illum text. hoc dictum limitat. dicit enim, quod dictum
Innocen procedit, nisi iudex sit valde circumspectus, & ho-
nestus, ita quod sit verisimile illam citationem fecisse in ca-
su a iure prohibito, & pro hoc allegat notabile dictum Inn.
in cap primo de cler. peregri. vbi dicit, quod si aliquis probet
se fuisse ordinatum ad certum ordinem, ab episcopo multũ
prouido, & honesto, præsumendum est, quod habeat alios
ordines præcedentes, quia non est uerisimile, quod vir circũ
spectus ordinasset eum ad maiorem ordinem, nisi fuisset in-
formatus de minoribus ordinibus. & subdit dominus Abb.
quod hæc faciunt, vt solennitas extrinseca nonnunquam
sit præsumenda ratione probitatis personæ exercentis actũ.
15 Vtrum autem sit peccatum † iudicare aliquem ex præsum
ptionibus, seu ex suspicionibus, vide Sanctum Tho. secunda
secundæ, quæst. 60. ar. tertio.

16 Vbi dicit, quod est triplex gradus † suspicionis. primus est, quando homo ex leuibus indicijs de bonitate alicuius dubitare incipit. & illud est veniale. & leue peccatum: pertinet enim ad intentionem humanam, sine qua ista vita non ducitur, & allegat glo. ad Corint. 4. & illud, Nolite ante tempus iudicare.

Secundus gradus est, cum aliquis pro certo malitiam alterius, extimat ex leuibus indicijs, & dicit, quod si hoc sit de aliquo graui peccatũ est mortale inquantũ non est sine contẽptu proximi, & allegat gl. præallegatam quæ dicit, & si suspitionem vitare non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, idest diffinitiuas, firmasque sententias continere debeamus vnde in sequenti articulo dicit, quod vbi non apparẽt manifesta indicia de malo alicuius, debemus eum habere, vt bonum in meliorem partem interpretando, quod dubium est. & subdit, quod melius est, quod aliquis frequenter fallatur habens bonam opinionem de aliquo malo homine, quam quod rarius fallatur habens malam opinionem de aliquo bono homine quia ex primo non fit iniuria alicui, sed bene ex secundo. nam ex eo quod aliquis habet malam opinionem de aliquo sine causa sufficienti, indebite ipsum contemnit, & ideo iniuriatur ei.

Tertius gradus est, cum aliquis iudex ex suspicione procedit ad aliquem condemnandum, & hoc directe pertinet ad iniustitiam, & ideo est peccatum mortale sed hoc intelligas, nisi essent tales suspiciones, quæ sufficerent ad probationem iuxta ea quæ dixi in cap. afferte. & in capi. quanto. de præsumpt. & in cap. tertio loco, supra de proba. dicit tamen Sanctus Thomas in præalleg. quæstione, articulo quarto, in fi. quod licitum, & debitum est interpretari suspitionem in deteriorem partem non diffiniendo, vel determinando, sed apponendo remedium ne malum committatur, siue tales sint nostri, siue alieni. Dicit etiam Sanctus Thom. in præall. articulo, quod suspitio in mentibus hominum contingit ex tribus.

17 Primo modo ex hoc, quod aliquis in se est † malus, & ex hoc ipse quasi conscius suæ malitiæ faciliter de alijs malũ opinatur allegat ecclesiast. 10. vbi dicitur, In via stultus ambulans cum ipse sit insipiens, omnes stultos existimat.

Secundo prouenit ex hoc, quod aliquis male afficitur ad alterum: cum enim aliquis contemnit, vel odit aliquem aut irascitur, vel inuidet ex leuibus signis, opinatur mala de ipso. quia vnusquisque faciliter credit, quod appetit. faciunt optime verba Ioan. Chrysostomi, in homil. 17. Dominicæ post Pentecostẽ. vbi sic dicit, Perfectum odium, & perfectus amor rerum iudicium non cognoscit, vt puta, si perfecte odisti aliquem, qualiacunque fuerint apud illum, omnia tibi displicent, siue quæ dicit, siue quæ agit. & si bona sint tamen tibi mala videntur: sic & si perfecte aliquem amas, omnia quæcunque sint apud eum placẽt tibi, siue quæ loquitur, siue quæ agit, & si mala sint, tamen tibi bona videntur.

18 Tertio modo prouenit suspitio † ex longa experientia rerum, & allegat Sanct. Thom. philosophum in secundo Rheto. vbi dicit, quod senes sunt maxime suspitiosi, quia multotiens sunt experti aliorum defectus. & subdit San. Tho. quod primæ duæ causæ suspitionis manifeste pertinent ad peruersitatem affectus. Tertia uero causa diminuit rationem suspitionis inquantum experientia perficit ad certitudinem, & certitudo est contra rationem suspitionis. & hæc verba Sancti Thomæ perpetuo nota.

In glo. vltima, dum glo. dicit, quod dispensatur facilius, ut quis transeat ad maiorem dignitatem propter maiorem vtilitatem dom. Abb. dicit, quod glo. debet intelligi de maiori vtilita animarum, non rerum acquirendarum, quia redditus non faciunt ipsum excellentiorem, nec meliorem, sed consideranda est dignitas, vt in capit. legimus. 93. distin. non enim conferendus est episcopatus propter redditus lucrifaciendos, sed propter onus & curam, scilicet, ut possit proficere pluribus. vnde dicit Apostolus, qui episcopatum desiderat bonum opus desiderat & dicit do. Abba. ponderandum verbum opus, quia sonat in laborem, & sollicitudinem, & curam, de quo vide bo. tex. in cap. is qui, 8. quæst. prima, & capitu. ante omnia, 40. distin. & dic, quod licet verba Apostoli

19 innuant esse licitum † desiderare episcopatum, hoc non est tamen hodie licitum, & vide Sanctum Tho. secunda secundæ. quæstione 185. articulo primo. vbi allegat Gregorium in pastorali, qui dicit, quod tunc erat laudabile episcopatũ quærere, quando per hunc non erat dubium quẽcunque ad grauiora supplicia peruenire. vnde non de facili inueniebatur qui hoc onus assumeret. sed quod hodie non sit licitũ San. Thom. allegat plures auctoritates, & inter cæteras Ioan. Chrisost. super Matthæum, vbi dicit, primatum ecclesiæ concupiscere, neque iustum est, neque vtile. Quis enim sapiens vult vltro se subijcere seruituti, & periculo tali, ut det rationem pro omni ecclesia nisi forte qui non timet Dei iudiciũ abutentes primatu ecclesiastico seculariter se licet, vt conuertant ipsum in secularem. ad idem 40. dist. multi, vbi dicitur, quicũque desiderauerit prioratum in terra, inueniet cõfusionem in cælo, nec inter seruos Christi computabitur, & vide bo. glo. in cap. tuam. de æta. & qualita. quæ est melior, & pleniorr alijs glo. quæ loquuntur de hac materia scilicet, an liceat desiderare beneficia, vel dignitates, & porrigere preces pro se, vel pro alio, & hæc sufficiant in hoc capitulo. sequitur capit. ex gestis.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalis in suo titulo non residens, deponitur.*
2 *Gesta in concilio semper faciunt fidem.*
3 *Cardinales etiam tenentur residere in titulis suis.*
4 *Cardinales nuncupantur per titulum.*
5 *Cardinali non residente, an quinquennium sit expectandum.*
6 *Cardinales sunt pars corporis Papæ.*
7 *Suspensionis sententia generaliter lata, non includit episcopos, nisi specialiter exprimat, nec Cardinales.*
8 *Cardinales sunt cardines terræ.*
9 *Papa an possit deponere Cardinalem sine consensu, seu consilio fratrum.*
10 *Ecclesia militans est exemplata ad instar ecclesiæ triumphantis.*
11 *Dantes fuit post mortem damnatus de hæresi ab ecclesia, quia dixit imperium non dependere ab ecclesia.*
12 *Papa non astringitur seruare ius positiuum.*
13 *Papa non astringitur conuocare concilium, nisi quando de fide agitur.*
14 *Depositio includit priuationem ab officio, & beneficio.*

CAP. II.

1 EX gestis. Deponitur Cardinalis † q in suo titulo nõ residet hoc dicit, & est tex. multum notabilis, secundum dom. Abb. diuiditur in duas partes. In prima narrat depositionem Cardinalis. In secunda assignat causam depositionis. Secunda ibi, eo quod.

2 Nota primo in verbo, ex gestis, quod † gesta in concilio semper faciunt fidem. sed dom. Abb. hoc intelligit, quando sunt descripta per personam publicam. ad hoc l. gesta. C. de re iud. & de proba. c. fi.

3 Secundo nota, quod etiam Cardinales † tenentur residere in titulis suis. sed dicit domi. Abb. quod hic titulus accipitur pro parochia. Et dicit, quod credit, quod iste erat episcopus Cardinalis, & sic habebat ecclesiam parochialem in titulum. nam sunt quidam Cardinales episcopi, vt Hostien. & Sabinen. & isti habent episcopatus in titulum.

4 Et ex hoc infert, quod Cardinalis † nuncupatur per titulum. Et ex hoc potest colligi modus scribendi. Et dicit dom. Abb. quod olim omnes clerici beneficiati nuncupabantur per titulos vnde alibi dicitur, quod quis non dicitur intitulatus in duabus præbendis. 20. distin. sanctorum. & de his titulis, & quid proprie dicatur titulus. vide bo. tex. cum glo. in c. dudum, de elect. el secondo. De titulo autem Cardinalium Ioan. And. remittit ad dictum cap. coram, de electio. & uide quæ dixi in c. licet, el 3 de testi. & omnino do. Ia. de Aluaan cap. i. episcop. vel Abba in vsibus feu.

5 Vltimo nota vnam legitimam causam deponendi † Cardinalem, scilicet, quando non residet. & quamquam tex. dicat, quod debeat expectari per quinquennium, tamen vt dicit hic dom. Io. de Hist. non est semper necessarium.

Nec obstat iste textus, quia ponit facti accidentiam. vnde tempus est arbitrarium, de quo vide bo. gl. in c. quoniam frequenter § j. in versi. in sacris canonibus, s. ut li. non contest. & dicam j. eo. ex tua.

In glos. vnica, in fi. pondera bene istam glos. & tene ipsam menti, quia propter expositionem, quam facit, videtur sentire, quod in concilio generali solus Papa habet potestatem auctorizandi, deponendi, & similia faciendi, sed concilium dumtaxat habet approbare, & eodem modo exponit illum textum Innocen. & Ala.

Sed in contrarium facit tex. dum dicit, quod iste Cardinalis ab omnibus fuit depositus, tamen pro opinione glo. videtur tex. in cap. primo de scisma. in sexto. vbi Papa deposuit duos Cardinales de consilio aliorum Cardinalium. Hostiē. vero, licet fateatur, quod in solo Papa plenitudo potestatis contra quam scribere non intendit ponderauit tamē, quod hic ad Cardinalis depositionem fuit sinodus congregata, cum Cardinales tanquam maximi debeant speciali prærogatiua lætari, de offi. leg. in c. j. libro sexto.

6 †Sunt enim pars corporis Papæ, qui non iudicatur ab alijs 9. quæst. 3. aliorum, & cum eo iudicant orbē, qui filij sunt legitimi, per venerabilem. § rationibus, uersi. sunt autem satis ergo decet eos esse participes priuilegij singularis, & dicit secundum quosdam ꝙ Papa non cōsueuit, nec aliquem de Cardinalibus excommunicare, vel aliquod præceptum ei facere sine consilio, & consensu fratrum suorum, allegat c. ineffragabili, § primo, supra de officio or. & infra de ex. ces. prælat. c. j.

Dicit autem, quod Cardinales gaudent priuilegio d. capi. quia periculosum de senten. excommu. in sexto ubi dicitur,
7 quod vbi fertur generalis sententia † suspensionis, vel interdicti, non includuntur episcopi, nisi de ipsis expresse fiat mētio vnde eodem modo non includuntur Cardinales, nisi de ipsis expresse fiat mentio, & ponit exemplum in capi. in nomine Domini 23 dist. & in c. licet, de elect. allegat etiam primo Reg. secundo ca. vbi dicitur, Domini enim sunt cardines terræ. & posuit super eos terram. quasi velit dicere, quod
8 † Cardinales sint cardines terræ, de quibus ibi fit mentio, & quod posuit super eos orbem, quia habent pondus gubernandi, & regendi totum orbem. Adde etiam Hostien. in ca. antiqua, de priuil. vbi dicit, quod parum, aut nihil decet Papam facere sine consilio fratrum adde etiam ipsum in c. sicut vnire, j. de excessi. præla. vbi dicit, quod sicut episcopus non potest vnire duas ecclesias sine consensu capituli, ut in c. le si vna j. de re eccl. non alie. ita & Papa de ordinaria potestate non potest unire duos episcopatus sine consensu Cardinalium fatetur tamen quod de absoluta potestate potest illud facere sine Cardinalibus, & tene menti ista duo dicta Host. cum quibus vtrobique transeu it Doctor.

9 Sed quoad principale dictum, s. an † Papa possit deponere Cardinalē sine consilio fratrum. dicit do. Abb. ꝙ pro hoc facit dictum Io. And. in c. super eo, de hæreti. in vj. vbi dicit, ꝙ collegium Cardinalium est in possessione tanti temporis, cuius initij non est memoria, vt Papa non explicet ardua sine concilio Cardinalium, & aliqui exigunt consensum. sed dicit dom. Abb. quod Ioan. Mo. nihil allegat, sed ipse allegat optimum textum. in c. per venerabilem, ver. rationibus qui filij sint legi. vbi videtur probari, quod Papa de iure diuino debeat habere consilium Cardinalium tanquam Cardinales: sunt enim executores pontificalis officij. & dicit dom. Abb. quod ille est melior tex. quā illud, quod allegat Host. in primo libro Regum, secundo capi. quia ille rex non habuit cognitionem, quod ibi cardines acciperentur pro Cardinalibus, sed voluit inferre, quod Deus est dominator totius orbis, & quod ipse disponit omnia prout licitum est, & subdit, quod non credit, quod possit induci consuetudo, vt Papa faciat ista ardua sine concilio Cardinalium, quia hoc esset p̄scribere contra supremam potestatem, contra quam non valet aliqua præscriptio, vt not. Innoc. in ca. bonæ, ij. de po-
10 stula. prælat. Item dicit, quod ecclesia † militans est diuinitus exemplata ad instar ecclesię triumphantis, vt dicit tex. nota. in capi. ad hæc. 89. dist. in. vnde sicut in ecclesia triumphanti est vnus princeps, cui cuncta obediunt, scilicet Deus, ita ēt in ecclesia militanti debet esse vnus vicarius Dei, qui omnibus præsit. & dicit, quod hæc ratio facit ad inferendum, quod imperium sit subordinatum ab ecclesia, & sic, quod non possit de se, sed habeat dependentiam a Papa, qa non debent esse duo præsidentes æqualiter in ecclesia militanti, & allegat Barto. in l. prima. ff. de requi. reis. vbi dicit,
11 quod † Dantes fuit damnatus de hæresi ab ecclesia post mortem, quia dixit, imperium non dependere ab ecclesia, & se remittit ad cap. nouit. de iudi. & subdit, quod contra dictum Host. hic inquantum requirit concilium generale ad depositionem Cardinalis facit tex. 15. quæst. in. sexta alius. vbi solus Papa deposuit regem Franciæ. facit etiam, quod notat gl. in capitu. vnico. in versic. Cardinales de scisma in sexto, quæ incipit, quanto. quæ dicit, quod Papa de suprema potestate non tenetur seruare numerum testium in depositione Cardinalis, qui habetur ij. quæstione quarta præsul, & in
12 pluribus alijs capitulis eiusdem quæstionis. quia † Papa nō astringitur seruare ius positiuum, & vide Domi. Domin. in capit. super eo, de hæreti. in sexto, vbi concludit, quod Papa possit deponere Cardinalem, & alia ardua expedire absque concilio Cardinalium ex suprema potestate. vide etiam bo. glo. in capit. vbi periculum, in uersic. concilio, de elect. in sexto quæ dicit quod licet non sit æquum, ut Papa reuocet absque requisitione concilij constitutionem factam per ipsum, & conciliū, tamen de plenitudine potestatis p̄t reuocare, cum Papa sit super omnia concilia, ut in cap. significasti. de elect. vnde conclude, quod de honestate Papa nihil potest facere absque consilio Cardinalium, pręsertim, quando occurrit negotium arduum, sed de plenitudine potestatis potest solus omnia ardua expedire absque requisitione Cardinalium, uel concilij. Et dicit hic dom. Cardin. quod præsidentes in Papatu non libenter audiunt, quod non possint ardua expedire absque requisitione Cardinalium, vel concilij. adde glo. singularem, decimanona distinctio. Anastasius, in verbo, concilio, quæ incipit, videtur ergo. quæ dicit, quod
13 Papa † non astringitur conuocare concilium, nisi quando de fide agitur, quia tunc sinodus maior est Papa, decimaquinta distinct. sicut, in fi. & illam glossam tene menti, quia sæpe principes volunt astrīgere Papam ad conuocandum concilium: nam non possunt, nisi quando de fide agitur. & pro hoc facit capitu. significasti, de electio. vbi patet, quod extra causam fidei Papa est supra omnia cōcilia. Si est supra omnia concilia, ergo non potest compelli ad ea conuocanda, quia inferior non potest præcipere superiori, vt in capitu. cum inferior, de maiori. & obedien. & vigesimaprima distinct. inferior.

In glo. ij. ibi a dignitate sua remotus. do. Abb. dicit, quod credit, quod gl. ideo faciat hanc expositionem restrictiuam
14 quia depositio † includit priuationem ab officio, & beneficio, & sic priuatur nedum dignitate, sed etiam ordinibus, ut in capitu. at si clerici, & in capi. cum non ab homine. de iudi. sed hic capitur depositio pro priuatione beneficij tantum, & est ratio, quia propter residentiam quis non debet priuari, nisi beneficio, non autem remoueri ab officio, ut infra eodem, ca. tuæ, & hæc sufficiant, sequitur capitulū, quia nonnulli.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates plures, vel ecclesia plures uni non sunt conferenda.*
2 *Ecclesia ei est conferenda, qui in ea residere possit.*
3 *Auaritiam sapit, plures ecclesias quærere.*
4 *Beneficiorum pluralitas quare sit prohibita, hic dicitur.*
5 *Beneficio quis tenetur personaliter deseruire, non per substitutum.*
6 *Beneficia non sunt conferenda pueris.*
7 *Doctor non potest legere per substitutum.*
8 *Conferens beneficium indigno, ipso iure non priuatur potestate conferendi, sed per sententiam.*
9 *Ordo scripturæ non semper est attendendus.*
10 *Recipiens secundum curatum, & retinens, vtroque priuatur.*
11 *Habens beneficium sine cura si recipiat secundum curatum, & deinde ex postfacto primum beneficium efficiatur curatum, an ipso iure vacabit.*
12 *Ecclesia ruralis quæ non solebat habitari, an si habitabilis fiat ex hoc efficiatur curata.*
13 *Ecclesia, an efficiatur sine cura, si omnes parochiani translati ad aliam fuerint.*
14 *Verbum habere, est cum effectu.*
15 *Verba debent capi in potentiori significatu, ut pœnam euitemus.*
16 *Præscriptione ecclesia potest effici parochialis, secundum Ioannem Cald.*
17 *Actus deficere duobus modis consideratur, s. re, & spe.*
18 *Statuta sunt perpetua, & sic in dubio debent præsumi.*
19 *Beneficium quomodo cognoscatur esse curatum.*
20 *Rector, nunquid duas curas habere dicatur, si duo populi ad unam tantū ecclesiam concurrunt.*
21 *Consuetudo, an excuset, si rector de consuetudine duas parochias habere solet.*
22 *Beneficiis duobus curatis eodem tempore traditis, si non apparet, cuius primo possessio adepta sit, quis censeatur vacare quæritur.*
23 *Clericus quilibet censetur habere dignitatem.*
24 *Beneficium quodlibet ratione officij traditi requirit residentiam personalem.*
25 *Consuetudo de retinendis pluribus beneficijs non ualet.*
26 *Beneficia plura, quando retineri possint etiam curata.*
27 *Pœna c. de multa, an habeat locum in beneficijs simplicibus requirentibus residentiam.*

CAP.

CAP. III.



1 Vla nonnulli. Vni plures †dignitates,
vel plures ecclesiæ con
2 ferri non debent, & † ecclesia debet illis conferri
qui residere in ea valeant, & eam regere per se ip
sos, alias perdent ecclesiam eis collatam, & conferens priua
bitur potestate conferendi. hoc dicit. Tria facit. Quia primo
ponit vitium, causam illius ostendens Secundo illud repro-
bat. Tertio pœnam imponit contrafacientibus. Secunda ibi,
cum igitur. Tertia ibi, quod si aliter. In tex. ibi, non ponen-
tes, idest vltra modum auaritiam amplectentes, & sonat in
vitium. Hostien. & Ioan. And.

Nota primo, quod quærere plures dignitates, & diuersas
3 ecclesias parochiales procedit ex zelo † auaritiæ, sed dom.
Abb dicit, quod hoc est intelligendum, quãdo vna dignitas,
vel vna ecclesia parochialis per se sufficit, alias non est pec-
catum dispensatiue tenere plures dignitates, vt in c. dudum,
el secondo, in fi. de elect.

4 Secundo nota duas rationes quare pluralitas † beneficio
rũ est prohibita. Prima est, quia procedit ex cupiditate aua-
ritiæ. Est enim turpe, & ambitiosum, quod quis velit occupa
re stipendia aliorum, quia alii clerici pauperes ad illa promo
uerentur, & hoc est, quod vult text. ibi, stipendia sibi vendi-
cent plurimorum. ad idem 16. quæstio. 7. cap primo. vbi tex.
dicit, quod non est exhibendum cuiquam personæ, vnde
alii scrupuloso corde moueantur. Secunda ratio est, quia v-
na, & eadem persona nõ potest deseruire, nisi vni beneficio,
& ista ratio militat solum in beneficiis curatis, vel residen-
tiam requirentibus. & dicit hic dom Pet. quod habens plu-
ra beneficia, vel plures ecclesias ex dispensatione tenetur sæ-
pius dicere officium. sed Ioan. de Imo. dicit, quod hoc com-
muniter non seruatur, nec etiam est verũ in re, ex quo enim
dispensatur secum super retentione plurium ecclesiarum,
vel plurium beneficiorum, in consequentiam videtur dispẽ-
satum, quod in altero tantum resideat, & illi deseruiat, alteri
tamen tenebitur deseruire per substitutum, ne ecclesia patia-
tur defectum, & de hoc vide bo glo. in cap. non potest. §. j. in
verbo, retinere de præb. in vj.

Tertio nota, quod quis tenetur deseruire beneficio perso
5 naliter, & non per substitutum † concordat cap. sequens, &
hoc non solum procedit in beneficiis curatis, sed etiam in
beneficiis simplicibus requirentibus residentiam, ut infra eo
dem, conquerente.

Et ex hoc nota, quod non sufficit, quod quis deseruiat be-
neficio per substitutum, & quod hoc non obstãte potest pri
uari beneficio Et quod istud etiam habeat locum in benefi-
cio simplici, tenet hic dom. Abb. allegat c. super inordinata,
6 j. de præben vbi dicitur, quod † pueris non sunt conferen-
da beneficia, quia non possunt illis deseruire, ergo simplicia
beneficia requirunt seruitia personalia. nam puer bene pos-
set deseruire per alium, vt in c. eam te, de æta & qualita Di-
cit tamen, quod consuetudo se habet in oppositum, sed an
valeat, dicam infra.

7 Et ex isto tex. arguit do. Pe. quod Doctor † legens non pos
set deseruire lecturæ per substitutum, de quo per Bar. in l. ne-
mo est, qui nesciat. ff. de duobus reis. sed Ioan. de Imo. dicit
communiter seruari, quod causa subsistẽte possit legere per
substitutum, alias non.

Quarto nota, secundum But. quod pœna c. cum in cũctis.
8 ad fi. de elect. non habet locum in conferente, quia † confe-
rens indiguo non priuatur ipso iure potestate conferendi,
sed est priuandus per sententiam, allegat cap. inter dilectos,
ad fi. infra de excess. præla. sed Ioan. de Imo. & dom. Abb. hoc
reprobant, quia illud c. cum in cunctis in fi. expresse loquitur
in collatione. Et propter hoc Ioan. de Imo. dicit, quod iste
tex. in fi. in verbo, priuetur, debet exponi, i. priuatus sit pro il-
la vice. Et dicit quod hoc voluit Ioan. And. in dicto ca. inter
dilectos. ad fi. & idem videtur sentire hic glo. viri. sed dom.
Abb dicit, quod ca cum in cunctis. procedit tantum in digni
tatibus, de quibus ibi fit mentio, & quando episcopus contu
lit patienti defectum in ætate, vel in moribus, vel in scien-
tia, vel in natalibus. In aliis vero dignitatibus non habet lo-
cum illa pœna, quę imponitur ipso iure & dicit, quod ita la-
te disputat Ioan. Andr in mercu. in regula, odia, in sexto. sed
ego dixi in d. c. inter dilectos.

Vltimo nota, quod recipiens plura beneficia curata non
est priuatus ipso iure, sed est priuandus secundo beneficio, quod
est incompatibile cum primo. sed in hoc est aduertendum,
secundum dom. Abb. quia sunt quatuor tempora conside-
randa. Primum est ante istud concilium, de quo hic, & illo
tempore non priuabatur, nec primo, nec secundo, sed daba
tur electio tenendi, vel primum, uel secundum, ut in cap. re-
ferente, & in ca. præterea, j. de præben. & sic illa iura fuerunt
edita ante istud cap.

9 Ex quo nota, quod non est attendendus † ordo scripturæ,
s. vt illa decr. intelligatur primo edita, quæ in præcedenti titu
lo reperitur collocata. secundum tempus fuit concilii Late-
ranen. de quo fit mentio in illo capitulo, secũdum quod nõ
vacabat primum beneficium per adeptionem secundi, sed
recipiens secundum incompatibile erat illo priuandus. Ter
tium fuit tempus decre. de multa. j. de præben vbi statuitur,
quod habens curatum beneficium, vel dignitatem si recipit
secundum curatum, vel secundam dignitatem, ipso iure per
sm vacat primum, ex quo accepit possessionem secundi,
vel per ipsum stat quominus accipiat. vnde iste text. in fi. ho-
die corrigitur, quia hodie non priuatur secundo, sed ipso iu-
re vacat primum, vt in dicto ca. de multa. Item retinens duo
beneficia curata, sine dispensatione est ineligibilis, ut in ca.
dudum, ij. de elect. & in c. cum iam dudum, de præben.

Quartum fuit tempus hodiernum, scilicet tempus decre.
extraua. Io. XXII quæ incipit, execrabilis, in §. qui vero. vbi
10 dicitur, quod recipiens † secundum curatum, vel secundam
dignitatem, nisi statim, cũ habet illius possessionem, verbo,
& facto in manibus ordinarii sub testimonio publico dimit
tat primum, priuatus est vtraque ipso facto, & efficitur inha
bilis ad sacros ordines, & ad beneficia ecclesiastica obtinen
da, & beneficium, quod fuit vltimo collatum, non poterit
conferri per alium quam per Papam, & de ista constitutione
quæ incipit execrabilis. facit etiam mentionem glo. in clem.
si plures. de præben. vnde caueat sibi tenens plura curata, vel
plures dignitates sine dispensatione. sed antequam veniam
ad glos quæro de pluribus quæstionibus, quas mouet hic
Ioan. And.

11 Prima est quęstio, quid si † habẽs beneficium sine cura re
cipiat secundum curatum, & demum ex post facto primum
beneficium efficiatur curatum, an ipso iure vacabit, iuxta de
cre de multa, j. de pręben. & Host. & Ioan. And distinguunt
quod aut efficitur curatum sciente, & consentiente ipso re-
ctore, & ipso iure vacat ipsum primum beneficium, allegat
c. cum dilectus §. dictus vero procurator, supra de consue. &
quod nota in c. recolentes j. de sta. mona. Aut est factum cu
ratum ignorante ipso rectore, & tunc dicunt, quod habet
sex menses, ar. c. referente, & c. præterea, j. de præben. tamen
in eis, nihil dicitur de sex mensibus, sed forte hoc dixerunt,
quia dantur sex menses ad conferendum, ut in c. ij. j. de con-
cess. præb. vnde sufficit, quod eligat alterum ex beneficiis in-
fra tempus, quod datur ad conferendum. puto tamen, quod
iudex, seu episcopus possit assignare certum terminum infra
quem eligat alterum ex beneficiis per ea quę notantur in ca.
de causis, de officio deleg. dicunt tamen Host. & Ioan. And.
quod simplex beneficium non potest effici curatum sine au
ctoritate episcopi.

12 Secunda est quæstio, quid si ecclesia † est ruralis, in qua nul
lus habitare consueuit, nunc de nouo aliquæ familiæ inhabi
tant ibi, quæritur, nunquid ex hoc efficiatur curata. & Ho. &
Io. And dicunt, quod si ecclesia a principio fuit parochialis,
& limitata, nec limites fuerũt extincti postea per dięcesanũ,
tunc quasi iure postliminii reincipit ecclesia curam habere,
allegant, de elect. quia diligentia, sed si nunquam fuit limita-
ta, vel si fuit limitata dięcesanus subtraxit limites, & tũc nõ
12 habet curam, nisi per diœcesanum ad statum pristinum
reducatur, allegant de maio. & obed. intra quatuor, & ita e-
tiam transeunt Doct.

13 Tertia quæstio est, quid si omnes parochiani † vnius eccle
siæ transferuntur ad aliam, ita quod alterius efficiuntur pa-
rochiani, iuxta c. fi. de paroch. Host. dicit, quod prima eccle-
sia incipit esse sine cura, quo ad actum, quia non habet qui
eam curet, ar. op. ff. si quis cau. in l. fi. sed quo ad habitum nõ
desinit esse curata, quia iura parochialia quæ sunt multa re-
manent, ut patet in summa, de parochiis §. in quibus. dicetur
ergo ecclesia parochialis nullorum parochianorum, sicut
episcopus nullius ecclesiæ. de translat. præla. inter corpora-
lia. Dicit tamen Hostien. quod quantum ad materiam istius
capitu. & decr. de multa, infra de pręben. non videtur com-
putanda inter beneficia curata. nam decr. de multa, videtur
principaliter attendere periculum animarum parochiano-
rum, sed ubi nullus est parochianus nulla potest parochiani
anima periclitari. istam eandem opinionem, scilicet, quod
decr. de multa, non habet locum, quando ecclesia est pa-
rochialis, habitu tantum, tenuit Pau. in clementina pri-
ma, de officio vicarii. per illum textum, inquantum lo-
quitur de ecclesiis habentibus curam, nam secundum eum
14 verbum † habere, est cum effectu. l. nomen filiarum, §. ha-
bere ff. de verborum significationib. & idem consuluit Fe
der. de Sen. consilio suo centesimodecimetertio, & Bu in d. c

de multa. dicit hanc opi. communiter teneri, & domi Abb. ibi in fi. commenti dicit quod hæc opi. sibi placet, quia cum
15 strictus in pœnalibus, debent verba † capi in potentiori significatu, vt euitemus pœnam, vt in ca. statutum de elect. in vj. Itẽ principalis ratio constitutionis est, quia non est potẽs ad seruiendum vtrique, & pro hoc dicit, quod per receptionem secundi non vacabit primum, & quod episcopus poterit super retentione vtriusque dispensare, & allegat duas glo. quæ faciunt pro, & contra. s. in ca. licet canon, in verbo, ecclesiæ, & in cap statutum de elec. in sexto.

Declaro quomodo faciunt pro, & contra. nam glos. in d. c. licet canõ dicit, quod si ecclesia olim habuit parochianos, sed nũc non habet, desinit esse parochialis, ita quod promotus non est obligatus se facere ordinari ad sacerdotium.

Dicit tamen illa glo. quod si reinciperent ibi esse parochiani, quod tunc reinciperet esse parochialis, & sic teneretur promotus postea se facere ordinari ad sacerdotium infra annũ, sicut si ecclesia de nouo efficeretur parochialis, & ista gl. facit pro, inquantum dicit quod durante solo habitu non cẽsetur parochialis, sed tunc demum, quando exercitium superuenit. sed glo. fi. in dicto cap statutum. facit in contrarium in quantum dicit, quod si collegium desinat esse per mortem canonicorum nõ desinit propterea esse collegiata, quia alij habent institui loco illorum, qui sunt mortui.

Contrariam vero opi. scilicet quod c. de multa, habeat locum, quando ecclesia est parochialis habitu tantum, vel beneficium est curatum habitu tantum, tenet Inno. in d. c. de multa, & idem dicit Archidia. & Io. de Ligna. in d. c. licet canon. quo ad dispositionem illius c. & opi. Inn sequuntur do. Pet. de Ancha & do. Cardi. & Ioan Cal. in d. c. de multa. mouentur, quia ad hoc, vt ecclesia censeatur parochialis, attenditur auctoritas superioris constituentis eam parochialem. 17. quæst. 4. nullus, & in c. sicut vnire. de exces. prælat. hinc est quod si recedunt parochiani non desinit ecclesia esse parochialis, & si reueant sine noua auctoritate censetur de parochia, & similiter si ad ecclesiam non parochialem veniant aliqui ad habitandum, non propterea efficitur parochialis, quia non desinunt esse parochiani primæ ecclesiæ. facit de paro. c. 2. & 3. & cap. fi.

Et dicit hoc esse uerum Ioan. Cal. nisi sacerdos non parochialis tanto tempore administraret, quod etiam præscribe
16 ret, nam per † præscriptionem, secundum eum, ecclesia efficitur parochialis facit de præscrip. ex transmissa.

Nota bene illud dictum Io. Cal. dum sentit, quod vna ecclesia possit præscribere parochianos alterius ecclesiæ: nam Host. & Io. An. hic tenent cõtrarium: dicunt enim, quod nec alienus parochianus, nec decimæ personales, nec iura quæ computantur inter personalia possunt præscribi, de quo dixi in d. cap. ex transmissa, supra de præscrip. tene tamen menti dictum Ioan Cal. d. quem Ioan. de Imo. simpliciter recitat in dicto c. de multa. allegat etiam Ioan. Cal. quia secundum opin. Host. posset sequi perplexitas, quia forte aliquis primo acceptaret ecclesiam parochialem habitu tantum, & postea acceptaret secundam ecclesiam actualiter curatam, & demum tractu temporis prima efficeretur actualiter curata quod potest contingere sine noua auctoritate superioris, vt supra dixi. Posset enim tunc esse dubitatio, an vacaret prima, vel secunda ecclesia parochialis: sed ego tunc dicerem, quod deberet dari electio, an vellet retinere primam, vel secundam per ea quæ dixi supra in prima quæstione, & infra etiam dicam hanc eandem opi. scilicet, quod decr. de multa habeat locum, quando alterum ex beneficiis est curatũ habitu tantum, firmat Ioan de Imo. in dicto c. de multa, in 18. vel 19. colum versi. Extra glo. tangit hic Ioan. And sed But. in proœmio clementinarum, & post eum Domin. Dominicus in dicto cap licet canon super glo. præalleg. late distinguunt, an dispositio uerificetur in habitu tantum. sed quantum ad
17 casum nostrum dicunt, quod † aut actus deficit re, & spe. & tunc deficit dispositio, sicut patet in collegio, & ecclesia ex toto destructa, allegat no. per Innocen in cap. secundo. de operis noui nuncia. & decimasexta, quæstio. prima, & hoc diximus. Aut actus deficit re, & non spe, & tunc non deficit dispositio. & dicunt, quod hoc casu procedit dictum Innoc. in dicto cap. de multa. Vnde ex præmissis potes concludere concordando opinio. quod aut non est spes, quod ecclesia habeat parochianos, uerbi gratia domus parochiæ omnes sunt destructę, ita quod non est spes quod aliquis uenire debeat ad habitandum, & tunc procedit opin. Host. & sequacium, scilicet, quod non habeat locum cap de multa, nec istud. si tamen ex post facto redirent parochiani, tunc non posset vtrunque beneficium curatum tenere, sicut non posset vtrunque tenere. si de nouo ecclesia efficeretur parochialis, vt dicit glo. in dicto capit. licet canon, in verbo, ecclesiæ, sed dabitur electio, vt eligat alteram ex ipsis per ea quę dixi in prima quæstione, & quod notat Ioan. And. in vltima quæstione hic, & infra dicam.

Aut est spes, quod habitus reducatur ad actũ. seu ad exercitium, verbi gratia, mortui sunt parochiani, vel recesserunt propter pestem, seu guerras, & speratur, quod cessante peste, vel cessante guerra reuertantur, & tunc procedit opin. Innocen & sequacium, scilicet, quod quantum ad dispositionem dicti cap. de multa, censeatur esse parochialis, & similiter quo ad dispositionem capit. licet canon, & pro hoc optime facit glo. fina. in dicto capit. statutum. de electio. in sexto. dum dicit, quod ecclesia non desinit esse collegiata, quo ad dispositionem illius capit. licet omnes canonici moriantur, quia alii debent substitui loco mortuorum.

Et ex his infero quod si fiat statutum in ecclesia, ut tantũ quatuor mansionarii habentes capellas exerceant curam animarum, & quod alii præter ipsos quatuor non possint curam animarum exercere, quod in aliis capellis non habebit locum cap de multa quia sunt curatæ, quo ad habitum tan
18 tum, nec habitus speratur reduci ad exercitium, quia † statuta sunt perpetua, vt in capit. fina. de officio lega. & licet possint fieri contraria statuta, tamen in dubio debent præsumi sic perpetuo remanere, ex quo possunt nunquam mutari facit optime, quod notat glo. in clem. & si principalis, in glos. in verbo, electionem, de rescriptis. Si tamen postea de facto talia statuta reuocarentur, ita quod cura animarum reuerteretur ad omnes capellas, tunc habens vnam de talibus capellis cum beneficio curato, deberet alterum eligere per ea quæ supra dixi.

19 Quomodo autem † cognoscatur, an beneficium sit curatum, quo ad dispositionem capit. de multa. dic ut per Doct. ibi, & in capitu. cum satis, de officio Archidia. & in ca. omnis utriusq; sexus, de pœn. & rem. & ista sit breuis conclusio, quod siue habeat iurisdictionẽ in foro pœnitentiali, puta audiendi confessiones, vel præbendi sacramenta, ut dicto cap. omnis, vtriusque sexus. siue in foro contentioso, ut quia habet iurisdictionem interdicendi, vel excommunicandi, ut in capit. dudum. el secondo, in fi. de electio. censetur curatum. intellige tamen illud, quod supra dixi de habente potestatẽ præbendi sacramenta, quod censetur habere curam animarum, nam hoc est uerum, quando de necessitate tenetur præbere sacramenta, & subditi sunt astricti ad recipiendum ab eis sacramenta alias non dicerentur habere curam animarum, de quo vide glo. nota. in clemen. dudum, in princip. in verbo, impendant. de sepult. quam multum not. dom. Abb. in dicto capitu. de multa, in vltima colum.

Quarta quęstio est, quid si duæ villæ, vel populi distant ab inuicem. sed in altera tãtũ est ecclesia in qua vterque popu
20 lus conuenit ad diuina, nunquid illius ecclesiæ † rector dicatur habere duas curas, cum habeat duos populos, & duas villas. & Hostien. & Ioan. And. dicunt quod non, quia nõ est consideranda pluralitas villarum, vel plebis, seu populi, sed vnitas ecclesiæ, per quam patet rectorem vnum esse vnius ecclesiæ, de præben cum non ignores, primo respon. dicunt tamen, quod si distantia Induceret periculum, potest ædificari alia ecclesia, infra parochiam, secundum quod dicitur infra de eccle. ędi. ad audientiam.

Quinta quæstio est, quid si de consuetudine vnus rector
21 habet duas parochias, an excuset † consuetudo. & Hos. dicit quod non, quia talis consuetudo est periculosa animabus. vnde in delictis non excusat consuetudo, vt in capitu. fina. de consuetu. & in capitu. non sunt, & sequen. infra de symo. sed Ioan. Andr. se remittit, ad regulam quæ contra, libro sexto. Ioan. vero de Imo. simpliciter recitat dictum Hostien. & cum eo transit. sed de hoc dicam plenius super gl. in verbo, per se ipsam.

Sexta, & vltima quæstio est, quid si eps eodem instanti concedit duo beneficia curata vni, nec apparet cuius pos
22 sessionem primo nactus fuerit, quod † censeatur vacare. & Hostiens. dicit, quod non deficit ius, sed probano iuris. l. duo sunt Titii. ff. de testam. tut. & finaliter dicit, quod danda est sibi electio, vt eligat alterum infra sex menses, & ita etiam transit Ioan. And. & placet But. per cap. referente. de præben. quia iura antiqua remanent incorrecta in casibus non expressis, & cum eo transit Io. de Imo.

In glo. j. no. istam glo. ex qua habes plures modos, quibus capitur dignitas, & habes similem glo. in c. denique 3. dist. &
23 no. istam glo. inquantum dicit, quod † quilibet clericus dicitur habere dignitatem, hoc probatur in d. c. deniq. & dicuntur habere dignitatem respectu laicorum, sed proprie loquẽdo, ille dr̃ habere dignitatem, qui habet prærogatiuam, seu præeminentiã præ ceteris clericis, qui sunt in ecclesia. de quo vide Io. And. & Doct. in d. c. de multa. de præb. & in c. j. de consuetud.

fuend lib.6. & vide bo glo in c qui ꝯ pacem in glo fi.24.q.j.
quæ dicit, ꝙ omnes exercentes vilem artem dñr ignobiles,&
tales non possunt promoueri ad regimen ciuitatis, & dicit
tex.not.in l nequis.C.de dign.lib.12. & vide Bar in l.j. eo.tit.
vbi declarat quis propriè dicatur esse in dignitate.
In glo in verbo,per se ipsam.no bene istam glo.ex qua ha
24 bes, ꝙ quodlibet † beneficiũ, ꝙ datur ratione officii, requirit
residentiam personalem.facit c.conquerente.ĩ.eo.& c.super
inordinata.ĩ.de præb.& ĩ.dixi.dicit tamen hic Ala.ꝙ ex cõ-
suetudine licet deseruire per Vicariũ,& dicit in hoc esse va-
rias consuetudines ecclesiarum,de quo Io.An.se remittit ad
c.extirpandæ.ĩ de præben.sed do.Abb.dicit, ꝙ aut nos loqui
mur in beneficiis simplicibus , & absque dubio procedit di-
ctum Ala.vt in c cum omnes de constit.& ꝙ ibi not.Aut lo
quimur in beneficiis curatis,& in his Io.de Lignano d.c.cum
omnes sentit, ꝙ non valeat consuetudo, vt quis possit in eis
deseruire per Vicarium. pro hoc facit quod not.hic Host.&
25 Doct.dum dicunt,quod non † valet consuetudo. quod quis
possit tenere plura beneficia curata.sed do. Abb.dicit esse in
spiciendam rationem consuetudinis, quia consuetudo non
valet,nisi sit rationabilis,vt in c.fi.de cõsuet.& ideo si cõsue
tudo fulcitur ratione,procedit opin. Ala. Pone exemplum,
pp tenuitatem beneficiorum fuit inducta consuetudo,vt qs
possit deseruire p Vicarium: alias autem ubi cessat rationa-
bilitas consuetudinis, procedit opi.Io.de Lign. Dicit tamen
do.Abb. ꝙ facilius inducitur consuetudo in beneficiis non
curatis,quã incuratis, quia magis eligitur industria personę
in curatis, quam in non curatis. Item adde alium casum, in
26 quo quis potest deseruire † per Vicarium:nam vbi dispẽsatur
cum aliquo super pluralitate beneficiorum,potest in altero
eorum deseruire per Vicarium,vt dicit gl.in verbo, retinere.
in c.non potest.de præben.in 6 no.in c.extirpandæ. §.qui ve
ro.ĩ.de præb.in eadem glo in fi.iunge §.ne autem.in eadem
l.vbi dĩ, ꝙ si testator iubet legatario,vt faciat insulã,vel mo
numentum,vel aliquid tale,potest hoc per alium facere,se-
cus si iusserit ipsum imbui liberalibus studiis,vel vxorem du
cere,vel domum manibus suis struere,vel pingere,vel his si-
mile.& de his remittit Io.And.ad c fi in glo 3. de offic.lega.
& regulariter, an quis possit facere per alium, ꝙ potest quis,
per se,dic vt in regula,potest quis lib.6.
Vltimo extra glos.quæro, an illud, quod supra dictum est
27 de tenente plura beneficia curata.s.ꝙ incidit in † pœnam.c.de
multa.ĩ.de præbẽ.& extrauag.Io.22.q̃ incipit,execrabilis, an
talis pœna habeat locum in retinẽte plura beneficia simpli
cia requirentia residentiam de iure communi,vel ex statuto,
vel ex consuetudine ecclesiæ.& Inno.hic dicit, ꝙ sic,per istũ
tex. in verbo, ecclesiasticum ministerium, quod est verbum
a satis latum. facit ĩ.eo conquerente.[a] & cum eo residet But.
sed plene dicam infra eod.cap.fin. Et hæc sufficiant.

ADDITIO.

a ¶Et adde dom.Alexan.infra eod.capit.vlt.5.& 6.colum.vbi quærit,an per
a lecutionem beneficij requirentis personalem residentiam , vacet pri-
mum curatum .

SVMMARIVM.

1 *Præsentatus ad ecclesiam non confirmatur, si apparet quod in ea reside*
re non debeat .
2 *Dignitas potest appellari beneficium.*
3 *Beneficij appellatione in odiosis, non comprahenditur dignitas.*
4 *Appellatione beneficij, an comprahendatur dignitas.*
5 *Referens argumenta aliorum, non tenetur formaliter verba eorum refer*
re, seu reassumere.
6 *Potentia in habitu non sufficit , vbi requiritur potentia respectu exer-*
citij .
7 *Dispositio qualibet ita intelligenda est , vt ex ea aliquis effectus sequa-*
tur .
8 *Clericus quando possit se a beneficio absentare.*
9 *Clericus potest se absentare studiorum causa.*
10 *Clerico quis dare possit licentiam se absentandi.*
11 *Potestatem conferendi beneficium qui habet , an habeat potestatem de-*
stituendi .
12 *Clericus non potest se absentare sine licentia.*
13 *Promotus an legitime dicatur, qui non animo residendi, vel retinendi,ni*
si erit pinguius, acceptauit.
14 *Simonia mentalis an requirat beneficij dimissionem , vel tantum satisfa-*
ctionem erga Deum.
15 *Beneficia sufficientia qui habent ,pinguiora desiderantes, sunt in continuo*
peccato mortali.
16 *Cautio de residendo in beneficio, quando sit necessaria .*

CAP. IIII.

1 RElatum. Præsentatus † ad ecclesiam non
confirmatur,si appareat quod ibi
residere non debeat. Et confirmatus si non resi-
deat, quamuis residere possit, priuatur appellatio
ne remota,hoc dicit.In prima ponitur excessus. In secunda
corrigi mandat. secunda ibi,cum igitur.
2 No.primo ibi,in ecclesia,vel beneficio, ꝙ † dignitas potest
appellari beneficium: nam in præced.cap.fuit facta mentio
duntaxat de dignitate,& ecclesia,& hoc cap. referens verba
illius, appellat beneficium , quod ibi appellabatur dignitas.
vnde dicit dom.Abb.quod sub verbo beneficij, potest com-
præhendi omnis dignitas ecclesię,& quodlibet beneficium
cuiuslibet qualitatis , sicut probatur in regula , beneficium,
3 lib.6. Dicit tamen, ꝙ in odiosis † appellatione beneficij non
compræhenditur dignitas,arg in c.statutum.de elec.in 6.sed
Io.de Imo.dicit,quod aut loquimur in rescriptis.& in his ap
pellatione beneficij,non compræhenditur dignitas, vt inf.de
præb.c.fi. vbi patet, ꝙ si Papa mandat alicui prouideri de be
neficio non potest sibi prouideri de dignitate. ratio,quia re-
scripta sunt ambitiosa,vt in c.quamuis & in c.cum in illis.de
præben.in 6. Aut verbum, beneficium, profertur a iure , &
includit in se dignitatem secundum subiectam materiam ,
vnde dic plenius, ꝙ aut loquimur in rescriptis,quibus impe-
trantur beneficia , & in talibus appellatione beneficij, non
compræhenditur dignitas,vt in c.fi.ĩ de præb nec etiam be-
neficium curatum,vt in c.cum in illis.& in c.is cui.de prębẽ.
in 6. Aut loquimur, quando verbum beneficium,est prola-
tum a iure communi,& tunc appellatione beneficij comprę
henditur beneficium cuiuscunque qualitatis sit , siue sit di-
gnitas, siue beneficium curatum, siue cuiuscunque alterius
qualitatis, quatenus subiectæ materiæ congruit. In odiosis
tamen, vt dicit dom.Abb. appellatione beneficij non com-
præhenditur dignitas, argu.in c statutum. de elect in vj. Sed
hoc intellige, nisi ratio expressa haberet locum etiam in di-
gnitatibus, & aliis beneficiis, quia tunc etiã in materia odio
sa , appellatione beneficij compræhenditur dignitas , ut in
clem auditor.iuncta glo.in uerbo,beneficio,de rescrip.lib 6.
& ibi hoc not.But.& Io.de Imo super illa glo.tamen de ista
4 materia, an † appellatione beneficij, compręhendatur digni-
tas,vel beneficium curatum. vide Dom.Dom. in c.is cui. &
in c.dudum.de præben lib.6.& Io.And. in c fi. de verb.signif.
eod. lib.& dom.Pet.de Anchar.in regula,beneficium. Bene-
ficium tamen quandoque largius sumitur, & tunc est beni-
uola actio, tribuens gaudium capienti, capiensq; tribuẽdo,
& secundum hoc etiam feudum,potest appellari beneficiũ,
ut in c.j.quib.mod.feu.amitt.
5 Secundo nota secundum dom.Abb.ex hoc tex. quod † re-
ferens argumenta aliorum , non tenetur formaliter uerba
argumentorum reassumere , sed sufficit ut reassumat effe-
ctum , sicut iste tex. fecit, quia non recitat formaliter uerba
concilij Lateranen. sed effectum. idem not. infra de magist.
super specula.
Tertio nota, quod ubicunque ad aliquem actum requiri-
6 tur potentia † respectu exercitij, non sufficit potentia in ha
bitu: sed necessario oportet, quod deducatur ad habitum ,
nam in præced.cap solum fuit facta mentio de potentia resi
dendi, & iste tex.interpretatur de potẽtia in habitu,& actu,
& hoc est quod dicit tex. quod verba debent intelligi cum
effectu,& ad hoc quotidie allegatur.idẽ dicit tex.in l.j. §.hæc
verba ff. quod quisque iur.
7 Et ex hoc infert dom.Abb. quod quælibet † dispositio est
intelligenda, vt ex ea aliquis effectus producatur. est ergo fu
giendus intellectus,qui solum seruit de vento,& in verbis,&
in effectu nihil important, quia lex est imposita rebus, &
non uerbis, ut in c.commissa.§ 1.de electio.lib.vj. & in l.1. C.
communia de leg.
8 Quarto no. quod potest clericus † se absentare de licentia
prælati interueniente iusta causa , & sic duo sunt necessaria
ad hoc, vt clericus se absenter a beneficio. Primum est causa
honesta. Secundum est licentia prælati , ex quo infertur se-
cundum do.Abb. ꝙ non sufficit licentia prælati, nisi interue-
niat iusta causa,& hoc satis clare probat,quia dicit,quod qs
possit se absentare de licentia prælati ex honesta causa,& sic
requirit utranque,& licentiam prælati, & honestã causam .
Idem dicunt Doct.ĩ.eod.inter quatuor.vbi dicam,& est ra-
tio secundum dom.Abb.quod prælatus non potest sine cau
sa dispensare contra ius. 25.quæst.ij institutis.& in c.dilectus,
de temp.ordi.vnde Innocen.in ca. cum ad monasterium.de
sta.regul.dicit,quod in casibus, in quibus pertinet dispensa-
tio ad inferiores a Papa, debẽt cum causæ cognitione dispẽ-
sare,alias dispensatio est nulla,vel reuocanda,& ipsi peccãt.
Quinto

9 Quinto nota, quod † clericus potest se absentare a bene-
ficio de licentia sui prælati causa studiorum, vel ea alia cau-
sa honesta, & hoc hodie clarius est decisum in ea cum ex eo.
de elect. in 6. vbi patet, quod prælatus potest dispensare cum
beneficiato etiam habēte ecclesiam parochialem, vt possit
se absentare per septennium causa studij iuris canonici, &
interim debet seruire per substitutum, vel per Vicarium, &
infra annum debet promoueri ad subdiaconatum, si est pro
motus ad ecclesiam parochialem. sed dicit dom. Abb. quod
illud quod dr̄ de Vicario, habet locum, quando est vnus be-
neficiatus in ecclesia: puta in ecclesia parochiali, & vnus so
lus rector, secus si essent plures in ecclesia, vt puta ecclesia
habet decem canonicos, vnus se absentat de licentia Prælati
causa studiorum, certe non constituitur tunc Vicarius, quia
cæteri satisfaciunt ecclesiæ, de quo se remittit ad c. tuæ. j̄. eo.
& est bo. tex. in c. super specula. de magist. vbi dr̄, ꝙ studentes
in Theologia, debent percipere integre fructus prębēdarum
suarum modo si recipiunt integre, ergo non tenentur dare
Vicarium, quia si teoerentur constituere Vicarium, nū per-
ciperent integre fructus prębendarum suarum, quia potius
deberet assignari Vicario, vt in c. extirpandæ. j̄. de pręben. &
in clem. vnica. de iure patr.

Sed aduerte, inquantum dixi supra, quod potest dispensa
ri causa studij iuris canonici, vt d. c. cum ex eo. & causa stu-
dij Theologiæ, vt in c. licet. j̄. de pręben. & in c. super specula.
de magist. vbi datur quinquennium studentibus in Theolo-
gia, licet detur septennium studentibus in iure canonico, vt
d. c. cum ex eo. nam iste tex. loquitur magis generaliter. dicit
enim, ꝙ causa litterarum potest clericus se absentare a bene
ficio de licentia sui Prælati, vnde etiam causa discendi alias
litteras, quam ius canonicum, vel Theologiam, potest Præ
latus dispensare, vt clericus se absentet a beneficio: puta si
vellet se absentare causa discendi Rethoricam, vel Philoso-
phiam, vel aliam scientiam, quæ posset tendere ad vtilitatē
10 ecclesiæ. quis autem possit dare † hanc. Innoc. Host. & Do-
cto. dicunt, quod Prælati, etiam si sint inferiores episcopo,
possunt hanc licentiam dare.

Sed tu aduerte, quia aut quæritur, nunquid Prælati infe-
riores possint dispensare super absentia ex legitima causa fa
cienda, vel propter studia litterarum, vel ex alia causa hone
sta, non tamen possunt dispensare cum promoto ad ecclesiā
parochialem, vt se absentet per septennium causa studij iu-
ris canonici, sed soli canonici possunt hanc dispensationem
facere. Dicunt etiam Innoc. Host. & Io. And. quod pœnam
non residētiæ imponit solus ille ad quem spectat destitutio,
& non inferior. & idem no. j̄. eo qualiter. & idem sequuntur
But. & Io. de Imo sed dom. Abb. dicit hoc dictum not. quod
11 habens † potestatem conferendi, non habet potestatem de-
stituendi etiam propter delictum non residentiæ. Et idem
no. Doct. in l. cum ex iniuncto. de hæret. vbi no. quod si ad ali
quem de iure speciali pertinet potestas instituendi, vel con-
ferendi, non per hoc poterit destituere, sed destitutio perti-
net ad epm̄. facit optime c. j de capel. mona. in vj. & ibi idem
no. Io. Andr. & Dom. Dom. sed dom. Abb. remittit se ad §. si
quis contra clericum de fo. compet.

Sed tu no. dictum Doct. hic in alio. s̄dum dicūt, quod Prę
lati inferiores epo possunt dare licentiam se absentandi a be
neficio, etiam si ad eos non pertineat priuatio a beneficio.
Ex quo infertur, quod si collator, vel alius Prælatus dat li-
centiam se absentandi, eps̄ non potest talē priuare ꝑꝑ non
residentiam, & ita semel practicaui in ciuitate Vincentiæ,
quia eps̄ priuauerat quēdam presbyterum, qui recesserat de
licentia collatoris: nam episcopus postea restituit ei eccle-
siam suam, quod teneo menti.

12 In glo. pen. hæc glo. in effectu vult, † quod clericus nō pos
sit se absentare a beneficio etiam ex iusta causa, nisi obtineat
licentiam a Prælato, & dicit Io. And. ꝙ non sufficit licentiā
petere, nisi obtineatur. Nec obstat secundum domi. Abb. si
diceretur, ꝙ Prælatus semper poterit impedire clericum, vt
se non absentet ꝑꝑ causam honestam, quia potest haberi re
cursus ad superiorem ipsius Prælati, & exigente causa pote
rit eum compellere ad dandum licentiam clerico, arg. opti.
in c. nullus. de iure patron.

In glo. vlt. vel dic, secundum Phil. & Guil. ꝙ si allegatur iu
sta causa: puta dispensatio, vel alia causa similis, & ideo ibi in
dubio recipitur appellatio, hic autem non allegabatur ali-
qua iusta causa non residendi, & ideo nō debet recipi appel
latio. ff. de appell. vt debitus. in fi. dicunt tamen, ꝙ etiam vbi
interponitur appellatio ex iusta causa, interim debet deserui
ri beneficio, vt in contrario, sicut etiam pendente dispensa-
tione septennij deseruiri debet beneficio, vt in c. cum ex eo.
de elect. in 6. & pendente anno probationis, vt in cap. benefi-
cium. de reg. iur. in vj.

Ex glo. Docto. inducunt istum tex. ad quæstionem de eo,
13 qui acceptauit † beneficium animo non residendi, vel eo
animo, vt illud teneat, donec poterit adipisci pinguius, nun
quid sit iuste promotus. & concludunt quod non, nā quisq;,
vt ait Apostolus, debet esse contentus ea vocatione, qua vo
catus est, nec debet in animo aliud gerere, sicut contrahens
carnale matrimonium, debet habere animum perpetuo ha
bitandi cum vxore, vt in c. fin. de condit. appos. dicit tamen
Host. ꝙ hoc præceptum ambitionis tollitur per pœnitentiā,
vt in c. fi. de simo. vult dicere, ꝙ nō est necesse ad peccatum
14 purgandum dimittere beneficium, sicut in eo qui † promo-
uetur per simoniam mentalem. & do Abb. multum no. hoc
dictum, quia potest practicari in multis casibus, maxime in
iuuenibus qui assumunt beneficia non animo clericandi,
sed vt ex eis viuant in iuuentute: nam si pœnitentia ducti vo
lunt viuere in clericatu, non tenentur dimittere beneficia,
sed satis est, quod Deo satisfaciant de praua intentione agen
do pœnitentiam, pro hoc est bonus tex. in c. commissa. §. cæ-
terum. de electio. in 6. vbi etiam dr̄, ꝙ si non ageret pœniten
tiam de praua intentione, sed a clericatu postea retrocede-
ret, tenetur restituere omnes fructus perceptos, tā quam ma
læ fidei possessor. Sed no. bene verba Host. & Doct. inquantū
dicunt, ꝙ recipiens beneficium animo non residendi, vel nō
retinendi perpetuo, est continue in peccato mortali, donec
agat pœnitentiam de praua intentione, & hoc planum puto
in eo, qui non habet animum residendi. In eo vero qui ha-
bet animum non retinendi perpetuo, puto dictum Docto-
rem procedere, quando beneficium est sufficiens, secus dice
rem, si non esset sufficiens: licite enim tunc desideraret vel
pinguius beneficium, ex quo possit viuere, vel aliud bene-
ficium vltra primum consequi, ita quod ex ambobus suffi-
cienter alatur. facit cap. dudum. a. prope finem de electio. &
15 hæc notabis contra multos qui habentes sufficientia † be-
neficia desiderant, uel ea mutare, vt habeant pinguiora, vel
alia denuo acquirere: tales enim sunt in continuo peccato
mortali, quia tale desiderium procedit de ratione ambitio-
nis, & auaritiæ. facit c. præcedens. & j̄. de præbē. quia in tan-
tum. & est bo. tex. j̄. eod. conquerente. vbi dicam. Item no. ꝯ
illos, qui sæpe recipiunt beneficia, quæ requirunt residen-
tiam non animo residendi, tales etiam peccant mortaliter,
secundum Doct. immo talibus non sunt conferenda benefi-
cia, si ex circumstantiis potest præsumi, ꝙ non intendunt re-
sidere, & si tales sunt suspecti, adhuc non sunt admittendi, ni
si caueant de residendo, de præsump. litteras. similiter debēt
cauere, si consuetudo, vel statutum hoc disponeret. Interdū
enim disponit consuetudo, ꝙ quis non admittatur ad bene-
16 ficium, nisi † caueat de residendo, vt not. j̄. eod. ex parte. &
interdum hoc etiam disponit statutum, vt inf. tit. proximo.
significatum. & tunc etiam non suspecti tenentur cauere de
residendo, & ita concludit Innoc. Host. Ioan. Andr. & Doct.
Et hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Clericus alterius diœcesis non debet recipi sine litteris commendatitiis.*
2 *Episcopus solus potest dare litteras commendatitias.*
3 *Episcopus non debet recipere alienum clericum sine litteris.*
4 *Præbenda an possit clerico extraneo non habenti litteras commendatitias conferri.*
5 *Episcopus cui possit litteras commendatitias dare.*
6 *Promoueri ad ordines potest notus, etiam sine examine.*
7 *Litteras commendatitias, an alias præter episcopum dare possit.*
8 *Capitulum sede vacante, an litteras commendatitias tradere possit.*
9 *Litteræ secundæ commendatitiæ dantur ad ordines.*
10 *Officialis episcopi an possit literas concedere.*
11 *Litteræ tertiæ commendatitiæ dicuntur pacificæ, quæ peregrinantibus devotionis gratia dantur.*
12 *Litteræ commendantes personam non obligant scribentem, & quando pariant obligationem.*
13 *Verba, plenam fidem, quid importent.*
14 *Testi semel approbato an opponi possit.*
15 *Lator literarum commendatitiarum assumens se esse procuratorem scribentis, an talis credi debeat.*
16 *Iurare autem tenetur is, cuius verbo dixit testator, vt statur.*

CAP. V.

1 FRaternitati, Clericus † alterius diœcesis non debet recipi sine literis commendatitiis. hoc dicit. Et non diuiditur propter eius breuitatem.
2 No. primo ex tex. ꝙ solus † eps̄ potest dare litteras com-
men-

mendatitiis clerico volenti se absentare. facit c.significasti.
de offi or li sed glo.in c.episcopum.9 q 2.videtur dicere hoc
esse verum,nisi consuetudo aliud habeat.
3 Secundo nota ꝙ clericus ab alieno epo † non est recipien
dus,nisi habeat litteras commendatitias. Nec obstat c.tuæ.
de cler.peregr. vbi dr. ꝙ presbyter veniens sine litteris com-
mendatitiis, potest celebrare in secreto : illud enim est per-
missum, secus si vellet admitti ad publice celebrandum,vel
ad aliud officium publicum.vt ibi probatur,& hic. Et ratio
est, quia in partibus suis posset esse infamis , vel irregularis,
vnde propter hoc fuit prouisum,vt tales non recipiantur si-
ne litteris proprijepi, de quo vide bon tex.cum glo.19.q.2.
duæ.Dicit tamen do.Abb ꝙ tanquam laicus potest recipi si-
ne litteris commendatitiis, ex quo non vult ibi celebrare,vt
clericus, nec habere ibi beneficium. Et ita dicit debere intel
ligi istum tex. & pro hoc facit c tuæ s.de cler.peregr.
4 Nunquid autem tali possit conferri † præbenda, seu bene
ficium. Boaunus Doctor tenuit ꝙ sic, quia per hoc nullum
præiudicium fit epo illius clerici, & cum eo transit lo.And.
idem dicit Innoc.in c.cum iam dudum,de præben. sed lo.de
Imo.dicit,ꝙ hoc dictum non est indistincte verum,quia nõ
cessat ratio. quare commendatitiæ exiguntur, & remittit se
ad no.in c.fi.j.eo sed do.Abb. restringit dictum Boat.qñ be-
neficium confertur in stipendium,& non in titulum bene-
ficialem, quia de iure communi eadem est ratio in præben-
dis in titulum concessis, quæ est in aliis beneficiis,vt in cap.
sanctorum 70.dist.optime facit quod not Inno in c.fi.de cle
ric.peregr.sed salua dictum Inno Boat & lo.An.& dic,ꝙ aut
laicus est ignotus, & tunc non debet ei conferri beneficium
sine litteris commendatitiis,quia posset in patria incurrisse
aliquam infamiam: aut est notus,& tunc potest conferri si-
ne litteris commendatitiis,quia nullum præiudiciũ fit epo.
& istam distinctionem sensit Innoc. in d c cum iamdudum.
ordinari autem non posset , etiam si esset notus sine liceñtia
proprij epi. vt in c.cum nullus.de temp.ordi.in 6.cum si Itẽ
dicit do.Abb.esse aduertendum, quia nedum hoc habet lo-
cum in clericis,sed etiam in laicis,vt dicunt hic Doct.& pro
batur 71.dist primatus.& de conseer.dist.5.non oportet.sed
dicit,ꝙ hoc debet intelligi.f. ꝙ non debet recipi laicus sine
litteris commendatitiis, quantum ad hoc, vt promoueatur
ad honores,vel ordines ecclesiasticos,quia non debet eps or
dinare laicum aliunde oriundum, licet contraxerit domici
lium in diocesi sua sine litteris commendatitiis propter ra-
tionem, ne scilicet in partibus suis sit notatus aliqua macu-
la, sed quo ad alia potest recipi in alia diocesi sine litteris cõ
mendatitiis proprij episcopi, poterit enim sine talibus litte-
ris promoueri ad dignitates sæculares.
Sed aduerte,inquantum dicit dom.Abb.ꝙ etiam si laicus
alibi oriundus contraxerit domicilium, non potest ordina
ri sine litteris commendatitius : nam glo.tenuit contrarium
in d c.primatus. 71.dist. quæ dicit, quod domicilio nondum
translato non potest ordinari sine litteris commendatitiis,
sicut nec alia sacramenta,licet ab extraneo recipere.de con
sect.dist.5.placuit.de pœn dist 2.tribus. Post domicilium ve-
ro translatum dicit, ꝙ poterit ordinari absq; licentia epi lo-
ci originis, & opi illius credo in hoc veriorem, quam opin.
do.Abb.quia pro eius opi. vr tex.in c.cum nullus.de tempo.
5 ordi in 6.vbi patet,quod † eps loci originis,vel domicilij, vel
beneficij,potest dare literas commendatitias ad ordines,vn
de ea quo potest dare literas commendatitias,sicut eps ori
ginis , & illæ solæ literæ sibi sufficiunt ad hoc , vt ab alieno
epo possit ordinari,eadem ratione poterit ipse ordinare ab
sque litteris commendatitiis loci originis , vnde ibi est text.
meo iudicio, pro opi.illius glo nisi diceres concordando, ꝙ
aut quæritur, an requiratur licentia, & dicendum est, quod
non, ex quo ibi contraxit domicilium : aut quæritur, an re-
quirantur literæ commendatitiæ , & tunc aut est notus , &
idem, aut est ignotus , licet domicilium ibi contraxerit , &
tunc requiruntur. Et hoc vltimo casu potest procedere opi.
dom.Abb. Item dom Abb.limitat istum tex.& prædicta,al-
legans no.dictum Inno in c.cum iamdudum.de præben vbi
dicit, quod litteræ commendatitiæ requiruntur a clericis,&
laicis ignotis secus dicit, si sunt noti, quia tunc possunt reci
pi absque litteris , & hoc placet dom.Abb. quia cessat ratio.
cap.duæ.19.q.2. nam si tales prohibentur recipi, ne forte in
patria sint notati aliqua macula, quę in loco ad quem tran-
seunt est incognita, cessat enim hæc ratio in notis.
Sed aduerte,quia hoc potest procedere quantum ad hoc,
vt eis possit conferri beneficium , & ita etiam exemplificat
dom.Abb.sed non quantum ad hoc,vt possint ordinari sine
licentia proprij Prælati, nisi domicilium transtulissent, vt d.
c.cũ nullus,de temp.ord in 6.nisi intelligas Inno. qui vr hoc
in.elligere etiam quo ad ordines, ꝙ nõ requiruntur litteræ
commendatitiæ,quæ commendant mores proficiscentis. ex
6 quo enim est notus, † non requiritur,ꝙ mores eius commen
dentur:nam notus etiam sine examinatione potest promo
ueri, de quo etiam est tex.cum glo.24.dist.c.pen & fi & in c.
constitutus de appell.vbi dom.Abb. se remittit, & sic dato,
quod non requirantur litteræ commendatitiæ,requiritur li
centia ad hoc, vt ab alio possit ordinari.
In glos.1.dic, quod sunt litteræ commendatitiæ triplicis
generis.
Primæ sunt litteræ commẽdatitiæ,de quibus in tex.& de
quibus etiam glo.loquitur,& istæ dantur, quando clericus,
vel laicus uult habitare in partibus alienis,& has litteras se-
cundum loã.And tradit solus eps, & vacante sede eas non
dat capitulum,quia est quædam alienatio.71.dist.in fraterni-
tatem.& idem dicit Bur.& lo.de Imo & communiter Doc.
hic. & dicit,quod de hoc vltimo etiam tangit Inn.in c.cum
olim.de maior.& obed. Dom vero Abb.contradicit in vtro
7 que. dicit enim, ꝙ putat, ꝙ istas litteras † commendatitias,
nedum possit dare eps , sed etiam quilibet prælatus inferior
quo ad subditos suos, arg c præced. facit secundum eum c.
8 Innotuit de elect. Item dicit,ꝙ † capitulum vacante sede po
test dare istas litteras cõmendatitias,& ꝙ nunquam placuit
sibi opi.lo. in d c.fraternitatem quam Doct.hic communi-
ter sequuntur,& supra dixi. Mouetur, quia dare istas litteras
commendatitias,est iurisdictionis, in qua succedit capitulũ
vacante sede. ad hoc.c.1 & 2.de instit.in 6.allegat etiam no.
per Doct in clem.j in verbo,capituli.de hæret.quæ dicit,non
tamen firmando , quod cap.succedit in potestate uisitandi,
& quod ista non est alienatio propria,allegat c.si religiosus.
de elect in 6.vbi patet,quod solus Prælatus potest dare hanc
licentiam,sed si esset alienatio,non posset sine capitulo hãc
licentiam concedere. Ad c fraternitatem,respondet,ꝙ non
apparet,quod ibi fuit capitulum hostilitate loci hoc facien-
te. vult dicere, ꝙ sicut ecclesia ibi non habebat epm propter
hostilitatem,ita debet intelligi,ꝙ non haberet capitulum &
vide lo Mo.lo.And.& Dom.Dom in c.si Abbatem.in 3 glo.
de elect.in 6. vbi firmat istam opinionem f.quod capitulum
vacante sede possit alienare personam , & Do.Do. dat alias
solutiones ad d.c.fraternitatem. quas ibi vide
Glo.tamen in d clem vnica. de hæret. in verbo, capituli.
vr sentire , ꝙ capitulum non possit alienare personas , sicut
nec res vacãte sede, & propter hoc articulus est satis dubius,
sed veriorem credo opin.dom Abb. quam tenet lo.Mo.lo.
And.& Dom.Dom.in loco præalleg vbi uide.
Sed quantum ad primum dictum.f.an alius,quam episco
pus,possit has litteras commendatitias concedere. credo ꝙ
Doct.hic uerius dicant,quam dom.Abb.moueor, quia iura
quæ faciunt mentionem de hac licentia , faciunt mentionẽ
de solis epis,vt patet 71.dist.primatus.& in multis aliis capi-
tulis ead.dist.& in c.duæ.19 quæst.2.& in cap.non oportet de
consecr.dist.5. sed ibi iura faciunt mentionem de solis epis,
non extenduntur ad alios Prælatos inferiores, vt dicit glo.
not in c cum ex eo.in verbo,epi.de elect.in 6.& in clem j. in
glo.j.in fi.de vi.& honest.cleric & in clem.j in verbo, diœce
sanus.de iure patro.vnde iste tex.dicit,quod non debent reci
pi sine litteris commendatitiis proprij epi.& pro hoc est bo.
tex.in c.cum nullus.de tem.ord.in 6 vbi patet,quod inferio-
res Prælati non possunt suis subditis dare commendatitias
litteras ad ordines, & tamen illæ non sunt adeo præiudicia-
les,quia per eas nõ fit alienatio personę.& potest esse ratio,
quia alienare personam a diœcesi , pertinere uidetur ad so-
lum episcopum.facit 16 q 7.omnes Basilicæ.
9 Secundæ litteræ † cõmendatitiæ dantur ad ordines,quia
per eas datur licentia , ut possit ab alieno epo ordines reci-
pere, & per istas litteras non alienatur persona,sicut per pri
mas,sed datur clerico licentia recipiendi ordines ab alio epi
scopo, istę dantur de iure communi a solo episcopo, & istas
potest dare capitulum uacante se. uel alius, ad quem perti-
net administratio spiritualium,ut est tex.in cap.cum nullus.
§.2.de temp.ord.in 6.
Archidiaconus autem non potest tales litteras concede
re , ut patet in cap.significasti de offic.Archid. & in c.cum
nullus.§.1.de temp.ord.in 6.vbi patet,quod Prælati inferio-
res episcopo non possunt has litteras concedere , nisi super
hac habeant priuilegium a Sede Apostolica , nel nisi aliud
habeat consuetudo. 9. quæstio. 2. episcopum . & hoc tenet
Ioan.Andr.& Doct.hie.
10 Officialis † autem episcopi non potest dictas litteras con
cedere,nisi epo in remotis agẽte,quia tunc si est officialis ge
neralis, potest eas concedere, vt dicit tex.in d.c.cum nullus.
§ pen.sed lo.de Imo.sentit,ꝙ etiam si non est in remotis,pos
sit dare litteras commendatitias,si est consuetudo,quod Vi-
carij eas dent per ea,quę not.glo.in c episcopum 9 q 2.
Tertiæ

12 Tertiæ litteræ † commendatitiæ dicuntur pacificę, & istæ dantur uolenti peregrinari causa deuotionis de consecra. distin. 5. non oportet. Istæ autem non solum possunt dari per episcopos, sed etiam per inferiores Prælatos, secundum Ioã. And. & idem dicit dom Abb sed de primis litteris, & earum forma, dic ut 71. distin. per totum. Dicunt tamen hic Doct. quod si tales essent amissæ, quod posset probari eorum tenor per testes, iuxta cap. cum olim. de priuileg. & cap. iuę. de cleric peregr.

In eadem glo. in fi. vide gl in c. cordi. in verbo, Apostolos. de appell. in 6.

Extra glo. quæro pro declaratione, & intellectu tex in fi. dum dicit, quod non debet recipi sine literis proprij epi, nisi receperit a Sede Apostolica mandatum, qualiter hęc verba intelligantur. Aegid. intelligit, quando in litteris est expressum, quod est alienus clericus. allegat de rescrip. si proponente. in vlt glo. tunc ergo quãdo in litteris est expressum, quod eum ordinet non obstante, quod sit alienę diœcesis, ordinandus est, quia parendum est Papæ ab omnibus. de rescript. si quando. cum simil.

Vltimo dom. Pet But. & Ioan. de Imo. & dom. Abb. inducunt ad litteras credentiæ, de quibus per Barto. in l Lucius. ff. de fideiuss. & aliquid tangit in l qui autem § 11. ff de constitu pecun. Et in effectu Barto. & Doctor. hic ponunt duas formas.

Prima, quando litteræ sunt multum generales: puta quia in eis dicitur, latori præsentium in his, quæ uobis dixerit, dabitis plenam fidem, & tunc harum vigore lator litterarum, nil poterit agere in præiudicium scribentis, quando istæ lit-
12 teræ sunt † commendatitiæ personæ, pro qua scribitur. non autem scribuntur cũ intentione se obligandi: intentio enim scribentis est significare, quod lator literarũ est fidelis persona, cui ille cui scribitur, potest confidere, & sic tales litteræ non obligant scribentem. l fin. C. quod cum eo & in l eleganter. § fin. ff de do. & in l si remunerandi §. cum quidam. ff. mand. istud tam en limitat Bart. duobus modis, & tertiam limitationem addit dom. Abb.

Prima ergo limitatio est, quando ex qualitate personę scribentis aliquid apparet, ex quo illa generalitas certificatur, ut si ille, de quo scribitur, erat factor, seu institor scribentis in aliqua mercantia, quia tunc scribens uidetur dicere, quod adhibeat ei fidem in negocio illius mercantiæ, de hoc est casus in dicta l. Lucius. ff. de fideiuss & in l. cuicunque. §. cum sul lo. versic plane. ff. de instit. facit quod not. in §. triticum. ff de verbor. oblig.

Secunda limitatio est, si scribẽs in epistola, dixit adhibeatis plenam fidem super me, uel super bona mea. lege, si uero non remunerandi. §. si quis mandauerit. in fi. ff. mand.

Tertia limitatio est, secundum dom. Abb quod tales litteræ dantur dolosè animo decipiendi illam, cui scribitur: nam si ex hoc est passus damnum, poterit agere contra scribentem actione de dolo ad interesse. & de hoc allegat do. Abb. bo. glo. in c. tuæ. in 2 glo. 19 q. 2.

Secunda est forma litterarum magis specialium: puta dicitur, tali de intentione nostra plene informato, dabitis plenam fidem, & tunc illæ litteræ operãtur istud, quia creditur latori litterarum super eo, quod refert, non autem mandatur, quod aliquis cõtractus celebretur cum eo, vnde si is cui scribitur, mutuaret ei pecuniam, uel alium contractum celebraret cum eo, non posset agere contra scribentem, quia lator literarum non habuit mandatum ad contrahẽdum, sed solum ad referendum, & ideo creditur relationi, sed cõtractus celebratus cum eo non tenet. Fallit secundum Bar. ratione personæ: puta si esset institor, uel procurator in aliqua mercantia, ut supra dictum est. & ita etiam dicunt Doc. hic. Sed tu dic, quod tres limitationes, quas retuli in prima forma, eadem ratione, & fortius habent locum in ista secunda forma, quæ ista forma est strictior, quam prima. item fallit, quando ille cui scribitur, esset passus damnum: puta si lator litterarum dixisset, quod mitteret scribẽti talem librum pro tanto pretio, & ille misisset librum, sed scribens nollet emere: nam posset agere contra ipsum scribentem ad expensas, quas fecit in mittendo librum l. si tibi mandauero. § fin ff. manda. sed Bal in Rubrica. C. de constitu. pecu. & in l fin. C. quod cum eo. vbi tangit istum articulum, dicit hoc dictum esse verum, si ille cui scribitur, debuit uerisimiliter
13 credere latori litterarum, quia illa verba, † plenam fidem, intelliguntur, idest bonam, & discretam fidem, arbitrio boni viri l. creditor. §. j. ff mand. Sed But. & dom. Pet. & Io. de Imo. & dom. Abb. hic simpliciter sequuntur Bart. & mihi magis placet dictum Bart. quia ex quo scribens mandauit, quod ei adhiberetur plena fides. approbauit personam latoris litterarum, & sic quo ad scribentem est persona, cui uerisimiliter debet credi, & ideo indistincte quo ad relationem præiudicat scribenti, licet contrahere non possit. facit quod not.
14 Bal. in l parentes. C. de testib. ubi dicit, quod ubi testis † est rogatus in contractu, si postea producitur ad testimonium, nõ potest opponi contra personam ipsius testis, ex quo semel fuit approbata, de quo dixi in c in literis. de test.

15 Sed circa prædicta dubitatur. Pone quod † lator litterarũ dicit, quod scribens eum fecit procuratorem ad ꝯhendum, nunquid est ei credendum. & Bart. in d. l. Lucius. dicit quod non, quia non debet credi ipsi latori litterarum, quando ex relatione acquiritur ei commodum, vel officium, nisi in litteris reperiretur esse expressum, ne ei detur materia malignãdi, ut in d. l ult. C. quod cum eo. vnde est necesse, quod in litteris exprimatur generaliter, vel specialiter, quod possit cũ tali nuncio contrahere, vt in dicta l. fi. & in l. j §. ff quod iussu pro hoc allegat dom Abb. no. per Hostien. Ioã. And. & Doct. in c quoniam contra falsam. s. de probat vbi dicunt, quod quãdo iudex aliquid committit notario, ipse notarius non potest hoc scribere, quia sibi non crederetur, sed debet iudex facere commissionem scribi per alium notarium, quod dictum tene menti.

Nunquid autem tali latori debeat credi sine iuramento. Bart. in d l. Lucius in fi. dicit quod sic, quia eius fides est approbata ab utraque parte, scilicet a sciente, & ab eo qui recipit litteras, ergo &c. facit quod not. in l. 1. ff de ser.

Non obstat l. Theopompus. ff de do. præle. quia loquitur, quando fides non est approbata ab illo, contra quem facit relationem. Exemplum, testator mandauit solui omnibus creditoribus, & dixit, quod super hoc deberet stari simplici
16 † verbo Titij fratris sui; talis enim tenetur iurare, quia deponit contra hæredem, qui nõ approbauit eius personam, sed hic persona latoris litterarum fuit approbata ab utroque s. a scribente, & a recipiente litteras, & ideo non tenetur iurare, & istud etiam sequitur hic dom. Abb. in fi Et dicit Ioã. de Imo. quod hæc sunt tenenda menti, quia sæpe de facto possunt contingere. Et hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio priuari debet, qui in eo non residet.*
2 *Beneficium aliud potest creari super redditibus unius ecclesiæ.*
3 *Curatus quisque debet habere clericum in ecclesiis.*
4 *Dos alicuius beneficij potest esse viginti solidorum.*
5 *Pensionem constituens in rebus immobilibus, potest eam dare in dotem beneficij.*
6 *Beneficium viginti solidorum, de iure communi requirit residentiam.*
7 *Clerico non residente in beneficio, potest agi vt remoueatur.*
8 *Beneficio duo habens, potest altero priuari, si vnum sufficiat, etiamsi non requirant residentiam.*
9 *Beneficia plura, quando quis possit tenere.*
10 *Victus appellatione, an comprahendatur uestitus.*
11 *Beneficij sufficientia, qualiter consideranda sit.*
12 *Consuetudo vt absens percipiat fructus, qualiter sit intelligenda, ne ecclesia patiatur defectum.*

C A P. VI.

1 COnquerente. Qui non residet in beneficio † etiam modici valoris, illo priuari debet, concordat e ad hæc. de præben. hoc dicit.

In prima ponitur appellantis querela.

In secunda ponitur forma commissionis. secunda ibi, mandamus.

Nota primo, quod super redditibus vnius ecclesiæ, uel be-
2 neficij, potest aliud † beneficium creari, videlicet vt certa quãtitas pecuniæ pro alio beneficio percipiatur. sed dicit Io de Imo. quod hoc est uerum iusta causa suadente uitio simoniæ, & absque censura beneficij, vt in cap. vacante. & in cap. maioribus. j. de præben. sed dom. Abb. dicit, quod iste tex potest dupliciter intelligi.

Primo, quod cum ista ecclesia abundaret in redditibus, & careret suffragio ministri, fuit institutum auctoritate superioris, ut assignaretur pensio decem solidorum pro clerico, qui deberet præbere ministerium sacerdoti in celebratione diuinorum officiorum, & dicit quod iste intellectus congruit litteræ. Nec obstat c. extirpandę, in fi. j. de præben. vbi dicitur, quod de fructibus unius beneficij non debet cõstitui pensio nomine alterius beneficij, quia ille tex. loquitur, quando talis constitutio fit in fraudem; puta episcopus habet nepotem in minori ętate, cui non poterat prouiderẽ de ecclesia curata, unde ipsam contulit alteri Sacerdoti, &

fere omnes fructus ecclesiæ, assignauit nepoti nomine sim
plicis beneficij, hoc idem fieri non potest, ut d. ca. extirpan-
de. vbi autem ex causa licita, & honesta confert beneficium
ex redditibus ecclesiæ, valet talis constitutio, ut hic, & uide
tex. cum glo. in c. ad audientiam el 2 de rescrip. facit c quam
uis. de præbē. in 6. hoc tamen intelligit, dummodo tantum
remaneat presbytero, vnde possit honeste viuere: alias secus
ut in c uacante. & in c. cum causa. de præben.

Et ex hoc capitulo datur practica notabilis prouidendi, vt
3 quisque † curatus habeat clericum in ecclesia, iuxta cap. vt
quilibet de vita, & honest. clerico. dixi in capit. fina. supra de
a præsumpt. [a]

Secundus intellectus est, quod iste clericus fuit ordinatus
ad titulum huius ecclesiæ ad præsentationem rectoris. quo
casu debet viuere ex talibus redditibus, si non habet aliunde
sufficientia beneficia, debet tamen ecclesiæ deseruire, vt
hic. & in c per tuas el 3. j. de simo. An autem talis præsenta-
tio præiudicet rectori, dic ut ibi per Io. And.

4 Secundo nota, quod dos † alicuius beneficij in quantita
te viginti solidorum, potest consistere, & dicit domin. Abb.
quod potest intelligi de solidis aureis, quorum 72. faciunt
unam libram auri, ut in l quotiens. C. de suscep. & archa li-
bro decimo.

5 Et ex hoc infert, quod constituens certam † pensionem
in aliquibus immobilibus, potest illam dare in dotem bene
ficij. Sed inquantum loquitur do. Abb de solidis aureis, do.
Cardin dicit, quod debet intelligi de solidis usualibus, hoc
est, qui communiter currunt, & sic non requiritur, quod 72.
ex ipsis faciant vnam libram auri, allegat tex. cum glo. in ca-
pit. 2. de male & glo. in l quicunque. C. de seru. fugit. & idem
dicit hic Ioan de Imo. & hæc est veritas. idem concludit post
Pet. de Anch in c. quanto. supra de iureiur.

6 Tertio nota, quod † beneficium uiginti solidorum de iu
re communi requirit residētiam, & sic beneficium simplex
etiam modici valoris recipit residentiam de iure communi.
& hoc tenet Innoc & Ioan. Andr. & communiter Docto. in
cap fin. infra eod.

Quarto nota, secundum Innocē quod si quis non resider
7 † in ecclesia, uel habet beneficia sufficientia, potest agi con
tra eum, vt remoueatur a beneficio.

Et ex hoc dicit dom. Abb. quod potest excipi contra cleri
cum petentem redditus beneficij, quod non facit in eo resi-
dentiam. dicit tamen dom. Abb quod hæc exceptio non po
test opponi nisi ab ecclesia, vel nomine ecclesiæ, quia quo
ad tertium priuatum beneficiatus liberas ędes habet. l. loci.
§. competit. ff. si seru. vend. facit tex. cum glo. in l. ita tamen.
ff. si ager vectig. vel emphi. pe. facit optime quod not Innoc.
in c. inter dilectos. de excess. prælat. vbi dicit, quod contra pe
tentem beneficium non potest opponi exceptio criminis,
nisi sit tale crimen, quod ipso iure priuet beneficio, vnde ea-
dem ratione, cum propter non residentiam, vel propter plu
ralitatem beneficiorum simplicium ipso iure non priuatur
titulo beneficij, non poterit tertius priuatus excipere cōtra
eum, nisi excipiat nomine ecclesiæ.

Vltimo nota tex. valde not. nunquam obliuioni traden-
8 dum, quod habens duo beneficia, † quorum alterum per se
sufficit, etiam si non requirunt residentiam, potest legiti-
mè altero priuari, hoc probat iste tex dum alternatiue mā
dat huic clerico imponi silentium, si habet beneficia suffi-
cientia, vel ecclesiæ non deseruiat, & sic sufficit alteri ex al
ternatiuis, vt dicit hic glo. fin.

Et ex hoc tex dicit dom. Abb. esse sumendam solemnem
practicam priuandi aliquem beneficio suo, quantumcunq;
uelit in eo residere: si enim probatur, quod habeat aliud be
neficium sufficiens, uel alia beneficia sufficientia est priuan
dus beneficio, & pro hoc allegat dom. Abb glo not in cap.
dudum. 2 in uerbo, licite. de electio. quæ dicit, quod sine pec
cato mortali quis non potest tenere plura beneficia, quan-
do alterum per se sufficit. Et dicit dom. Abb. hoc procedere,
etiam si habeat dispensationem, non enim tutus est quo ad
Deum conuertendo fructus beneficiorum in causam non
piam, allegat not. in cap de multa. infra de præben. sed vide
ipsum in dicto c dudum. vbi dicit, quod etiam cum dispen-
satione Papæ non est tutus quo ad dominum Peccat enim
mortaliter, quia quod deberet alteri conferre, detinet occu
patum. pro hoc supra eod quia nonnulli. ibi, stipendia sibi
vendicet plurimorum, &c. & quod ibi dixi.

Dicit tamen dom. Abb. hoc esse intelligendum, quando
9 tenet † plura beneficia ad proprium commodum: secus si
sint collata non ratione sui commodi, sed propter utilitatē
beneficiorum, & quia est homo industriosus, & bonæ con-
scientiæ: tunc enim licite quis tenet plura beneficia, licet al
terum per se sufficiat.

In glo. j. Ioan de Imo. dicit, quod aut utrunque est expres
10 sum, ut quia alicui legatur † uictus & uestitus, & tunc appel
latione uictus, non comprehenditur uestitus, ut in c. omni-
no 31. dist. facit l cum ex filio §. j ff de vulg. & pupill. aut so-
lum uerbū uictus, est expressum, & tunc appellatione uictus
comprehenditur etiam uestitus. & hoc casu procedit hæc
glo. & l allegata per ipsam. & idem tenet glo. in dicto capit.
omnino & dicit Ioā de Imo. hoc esse bene notandum, quia
si in ultima uoluntate legetur alicui uictus, & alimenta, ꝙ
in consequentia intelligitur etiam legata uestis congrua,
quia sine uestimentis quis non potest uiuere.

In glo. 3 no ipsam & vide glo. in c. clericus in glo. penult.
11 21. q. 2 quæ dicit, quod ad considerandum † sufficientiam be
neficij inspicienda est qualitas personæ, & situs ecclesiæ: ali
quid enim sufficit uni, quod non sufficit alteri. 61. distin. non
coguntur. Et dicit Hostien quod minus sufficit manenti ex-
tra uias communes, quam manenti in uiis communibus,
quia manens in uiis communibus, recipit plures hospites,
quam manēs extra uias communes. Et concludit, quod con
suetudo prouinciæ in hoc seruanda est, allegat 4. dist. erit. &
29 dist. sciendum. vnde in una patria requiritur beneficium
maioris redditus, quam in alia: puta in uno loco esset inho-
nestum, quod canonicus non haberet famulum, & equum,
in alio loco non est consuetudo, quod canonici teneant fa
mulos. uel equos & pro hoc optime facit quod not glo 21.
quæst 4 in summa. dum dicit, quod clerici possunt uti uesti-
bus pretiosis, secundum consuetudines regionis, ut confor-
ment se moribus eorum, inter quos uiuunt, & ne uilescat
eorum auctoritas. Tene tamen menti glo. in cap. j in verbo,
absque penuria de sta. reg. in vi. quæ facit differentiam inter
hæc. s. quando quis dicatur posse commode sustentari, uel
sustentari absque pecunia.

In glos. fina ibi, nisi consuetudo in contrarium se habeat.
Hostien & communiter Doct. intelligunt glo. scilicet quod
ratione consuetudinis quis possit recipere fructus in absen-
tia, dummodo deseruiat beneficio per Vicarium. sed Ioan.
de Imo & domi. Abb dicunt, quod etiam ualeat consuetu-
do, ut quis recipiat fructus in absentia, non deseruiendo per
Vicarium, dummodo ecclesia non patiatur defectum in mi
nistris, & dummodo sit absens ex iusta causa; nam si clericus
honeste uiuit, deseruit ecclesiæ uniuersali. licet non deser-
uiat illi ecclesiæ particulari, ut not. Inno. infra tit prox. cum
iamdudum.

12 Vnde dic, quod aut consuetudo † disponit, quod absens
ex iusta causa recipiat fructus beneficij, & tunc consuetudo
debet intelligi, dummodo deseruiat beneficio per Vicariū,
& huc modo intelligatur Host & Doct. aut disponit, ꝙ ab-
sens ex iusta causa recipiat fructus beneficij in absentia etiā
non deseruiendo per alium in beneficio, & tunc non tene-
tur deseruire per Vicarium, nisi ecclesia patiatur defectum
in ministris, quia tunc non ualeret consuetudo, ut in c 1. de
consuet. de quo tamen dic, vt in c. cum omnes. s. de constit.

Vtrum autem ualeat consuetudo, quod quis possit deser-
uire per alium in beneficio curato, dixi post domi. Abb. su-
pra eod. quia nonnulli. Et hęc sufficiant.

ADDITIO.

a ¶ Adde Felin. in cap. ad audientiam. 2. hic allegatum. 2. colum. uersic. ter-
tia conclusio.

SVMMARIVM.

1 *Residere fingitur, qui degit in seruitio Prælati.*
2 *Episcopus licite vtitur seruitio aliquorum suorum canonicorum.*
3 *Clericus absens, reputatur præsens quo ad perceptionem fructuum be-
neficij.*
4 *Episcopus contra ius dispensare non potest.*
5 *Prælatus potest secum habere duos canonicos irrequisito capitulo.*
6 *Episcopus potest mittere monachum in legatione.*
7 *Relatiuum refertur ad præcedentia.*
8 *Mensa grossa quæ appellentur.*
9 *Portio canonicorum absentium, an accrescat præsentibus.*

CAP. VIII.

1 DE cætero. Qui est in seruitio prælati fingi
tur † residere. hoc dicit. In pri-
ma ponit dictum. In secunda exceptionem. secū
da ibi, sorte. In tex. ibi, subtrahi. supple in parte, vt
differat a uerbo sequenti.

Nota

2 Nota primo, ꝙ † epus licite vtitur seruitio aliquorum ca-
nonicorum suorum, etiam subtrahendo eos in totum ab in
teressentia diuinorum officiorum.

Secundo nota casum, in quo quis reputatur esse præsens
3 † quo ad fructus beneficij, licet non reputetur esse præsens
quo ad percipiendas quotidianas distributiones, quæ non
dantur nisi interessentibus diuinis officiis, vt in cap. vnico.
eod. tit. in 6. & ĩ nt proxi. licet. & vide glo. in d. c. vnico. in ver
bo, fuerunt. quæ incipit, no. ꝙ. quæ dicit, ꝙ si quis impetrat
dispensationem a Papa, ꝙ percipiat prouentus suos, ac si
præsens esset, nõ propterea poterit consequi distributiones
quotidianas, quia licet dispensatio faciat eum reputari præ-
sentem, non tamen facit eum reputari pro interessente di-
uinis officiis; vnde dicit, esse necessarium, quod in gratia
exprimatur, ꝙ percipiat omnes prouentus, ac si præsens es-
set, & diuinis officiis interesset. sed istum tex. semel allegaui
contra certum canonicum, qui existens in seruitio epi pete
bat, vt secum dispensaret, ꝙ perciperet quotidianas distri-
butiones, donec in seruitio suo permaneret. Dixi enim, ꝙ
erat cõtra ius, quod perciperet quotidianas distributiones,
4 † episcopus autem contra ius dispensare non potest, nisi vbi
reperitur concessa dispensatio, vt in c. dilectus. de temp. or-
din. cum similibus.

Sed quæro, nunquid dispensatio huius cap. habeat locum
in existentibus in seruitio inferioris Prælati. Et Doct. com-
muniter tenent, quod sic: quia ista littera loquitur genera-
liter, nec apparet cui loquatur, & eadem ratio est in aliis præ
latis respectu subditorum suorum. Dicit tamen Host. & Ioã.
5 And. & Doct. ꝙ prælatus † non requisito capitulo potest ha
bere duos secum habentes præbendas, etiam si non osten-
datur, ꝙ in hoc probaretur vtilitas ecclesiæ, sed vltra duos
non potest habere, nisi interueniat licentia capituli, vel pro
betur necessitas, vel vtilitas ecclesiæ, arg. ĩ. eo. ad audientiã.
quod dicit dom. Abb. esse not. licet dicat, ꝙ aperte iure non
probatur: sed tu dic, ꝙ immo probatur in d. c. ad audiẽtiam.
maxime iuncta glo. ibi. De aliis autem clericis dicetur in d.
cap. ad audientiam. & vide glo. 16 q. 1. quidam monachi. in
6 glo. j. quæ dicit, quod episcopus † potest mittere monachũ
in legatione. Et similiter etiam Abbas potest mittere mo-
nachum in legatione.

Vltimo quæro de intellectu litteræ, dum dicit, de commu
nitatis beneficio &c. Et do. Abb. dicit esse considerandum,
ꝙ in aliquibus ecclesiis collegiatis sunt præbendæ canoni-
corum distinctæ. & vltra præbendas, & distributiones quoti
dianas sunt quidam redditus communes, qui in fine anni di
uiduntur secundum numerum canonicorum, & commu-
niter illi redditus supersunt solutis distributionibus quotidia
nis. debet ergo intelligi iste tex. ꝙ præter distributiones quo
tidianas omnes redditus debent assignari istis, qui sunt in ser
uitio episcopi, ac si residerent, & ideo littera dixit, de com-
munitatis beneficio, &c. Et quatenus dicit de victuabbus,
habuit respectum ad distributiones quotidianas. Et propter
7 hoc facit relatiuum, † quæ, quod restringit præcedentia, vt
not. Bart. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fi. catho. &
in l. omnes populi. ff. de iustit. & iu. & per Io. Cal. in c. fi. ĩ. eo.
& omnino vide glo. fi. in c. vnico. eo. tit. in 6. quæ dicit, ꝙ isti
redditus qui diuiduntur in fine anni, inter canonicos debẽt
assignari priuilegiatis super percipiendis fructibus in absen-
8 tia, & in aliquibus locis tales redditus appellantur † mensa
grossa, vt dicit glo. præalleg.

In glo. vltima quærit Ioan. de Imo quid est faciendum de
parte absentium, qui non intersunt diuinis officiis. & remit
tit ad glo. in clem. vt hi qui de ẽta & qualit. quæ est in cap. di-
9 midia. quæ dicit, quod † portio absentium accrescit aliis in-
teressentibus aliis officiis, nisi aliter sit ordinatum. sed vide
glo. meliorem in clem. 2. in verbo, suspensus. de vita, & hone
sta. clerico. quæ dicit, quod quotidianæ distributiones accre-
scunt sociis, sed fructus præbendæ, vel distincti beneficij, ac-
crescunt ecclesiæ, & hoc vltimum probatur in cap. penult.
infra eod. Et hæc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Citatus, & non reuertens ad residendum priuari debet beneficio.*
2 *Absentia sola ipso iure non priuat absentem beneficio.*
3 *Citatio contra beneficiatum non residentem, non requiritur solemnis.*
4 *Notorium potest cadere super facto negatiuo.*
5 *Prælatus debet præesse, & prodesse.*
6 *Inferior in superiorem non habet iurisdictionem.*
7 *Vocatio sola capituli, an sufficiat ad spoliandum absentem.*
8 *Vocatus qui venit, sed non stetit, an censeatur redijsse.*
9 *Peruenisse quis dicatur.*
10 *Paria sunt, facere contra verba, & facere contra mentem legis.*
11 *Domicilium quando per spatium decennij non censeatur acquisitum.*
12 *Absens non potest priuari beneficio, nisi primo moneatur.*
13 *Licentiatus ad certum tempus, si non reuertatur, an priuari possit bene-
ficio sine monitione.*
14 *Pars censetur consentire, si iudex aliquid faciat ea præsente, nec ea con-
tradixerit, vel infra debitum tempus appellauerit.*
15 *Beneficium primum an vacet, recepto secundo ipso iure.*

CAP. VIII.

EX parte nostra. Priuandus est præla-
tus, vel clericus resi-
1 dens, qui citatus † non reuertitur infra terminũ
congruum sibi ad hoc assignatum, nec habet iu-
stum impedimentum. hoc dicit, cum duobus c. seq. Commu
nis diuisio. secunda ibi, quia igitur.

2 Nota primo ex tex. quod per solam † absentiam a benefi-
cio, etiam si sit diuturna, non est clericus priuatus ipso iure
titulo beneficij, nec censetur habere illud pro derelicto,
quod dicit dom. Abb. esse bene notandum. facit quod habe
tur infra eod. cap. fin.

Secundo nota, quod ad procedendum contra beneficia-
tum propter non residentiam, non est necessaria solennis
3 † citatio, nec solennis priuatio; sed sufficit requisitio, seu re-
uocatio, & spoliatio de facto. pro hoc optime facit ille tex.
& cap. sequens & ĩ. eod. ex tuæ. & etiam ita consuluit Oldra.
cõsil. suo 130. & Gaspar Cald. hic, qui dicit ita in curia fuisse
determinatum. & pro hoc facit, quia non residentia est no-
toria, sed in notoriis non est seruandus ordo iuris, nec causa
est deducenda in iudicium, vt dicit tex. not. in c. quoniam de
fil. presbyt. Istud etiam tenuit hic dom. Abb. & in c. quoniam
frequenter §. porro. s. vt li. non contest. idem videntur senti-
re hic Host. But. & Ioã. de Imo. qui dicunt, ꝙ sufficit sola vo-
catio, vel monitio, vt redeat, quia hoc non potest esse non
notorium, scilicet quod non residet, & ideo non requiritur
nisi citatio, & sententia, prout est in aliis notoriis, vt est tex.
cum glo. in c. ad nostram. el 3. s. de iureiur. Et ex hoc dicunt
But. & Ioan. de Imo. quod sufficit sola citatio sine solenni-
tate peremptoria: talis enim citatio sufficit in notoriis, vt
no. in d. c. ad nostram el 3. supra de iureiur.

Ista tamen verba videntur inferre, quod requiratur sentẽ-
tia priuationis contra nõ residentem. Et hoc clarius tenuit
But. in d. c. quoniam frequenter §. porro. s. vt li. non contesta.
vbi tenet, ꝙ requiritur monitio, seu citatio iudicialis, & sen
tentia. sed dom. Abb. ibi, ipsum reprehendit & sequitur opi.
Oldr. & Gasparis Cald. quam etiam sequitur Pet. de Ancha.
in c. nouit. ĩ. de his quæ fiunt a præla. & ipse Butr. & Ioan. de
Imo in c. seq. istam partem videntur sequi, dum dicunt, ꝙ si
monitio fit per superiorem, ad quem pertinet destitutio, po-
test absentem priuare nedum expresse, sed etiam tacite, pu-
ta mandando, ꝙ alius eligatur, & sic volunt ꝙ non requira-
tur sententia priuationis expressa.

4 Tertio nota, quod † notorium potest cadere super facto
negatiuo, nam non potest esse notorium, quod quis non re
sideat, vt supra dixi. facit quod notatur in capit. Ioannes, su-
pra de cler. coniug.

5 Vltimo nota quod prælatus † debet præesse, & prodesse.
debet enim præesse in bene iudicando. 3. quæstio. 7. iudicet.
prodesse vero in prædicando, & bene administrando, & sic
prælatus debet esse peritus, & expertus. 39 distin. Petrus. Et
dic. quod episcopus, qui solum præesse desiderat, & nõ pro-
desse, non est dicendus episcopus, vt dicit tex. in cap. qui epi
scopatum. 8. q. 1.

Sed contra tex. opponitur: nam videtur, quod capitulum
ecclesiæ non potuerit requirere decanum ad residentiam;
nam ista requisitio, seu monitio debet fieri a superiore, quia
6 nec † inferior in superiorem, nec par in parem habet iuris-
dictionem, vt in cap. cum inferior. de maior. & obedien. & in
cap. innotuit de elect. & hoc tenet Innoc. in terminis, in cap.
cum nobis eod. tit. & in cap. j. de maior. & obed.

Solutio. Hostien. & Ioan. And. soluunt dicentes, quod iste
tex. intelligitur, ꝙ loquatur de notificatione facienda absen
ti, hoc est, quod capitulum scripsit litteras, vel notificaue-
rat decano, quod rediret ad residentiam, tunc tex. procedit
sine aliqua suppletione, quia ista non fuit citatio, vel voca-
tio iudicialis. sed quædam requisitio, seu notificatio extraiu
dicialis. facit quod not. glo. in clem. j. in verbo, requisiuerint.
de hæretic. sed si tex. intelligitur, quod capitulum citauerit
istum decanum, tunc debet intelligi, quod hoc fuerit factũ
auctoritate Papæ. Ioã. autem de Imo. simpliciter dicit, quod
capitulum requisiuit decanum ex mandato Papæ; alias re-

quisitio

quisitio non fuisset sufficiens ad inducendum priuationem, nisi per Papam fuisset approbata. & illud etiam videtur velle do. Abb.

Primo enim recitat duos intellectus, quos dicit esse Inno. quos tamen in meo libro non inueni, nec curo eos referre, quia sunt modicæ vtilitatis. Sed postea dicit do. Abb. posse dici, quod hoc casu non requiritur expresse sententia priuationis, sed quod sufficit sola spoliatio, quę fit ipso facto dum proceditur ad nouam electionem & subdit, quod Papa hic approbauit vocationem factam per capitulum. Alias sola
7 † vocatio capituli non sufficeret secundum eum, ad spoliandum absentem per prædicta. & per c. ex tuæ. & quæ ibi no. infra eo vnde concludendo ex pędictis habes duos intellectus ad istum textum.

Primus est, quod ista fuerit vocatio extraiudicialis, quoniam capitulũ potuit facere, vt probatur in c. seq. licet non sufficiat ad priuationem. vnde Papa hic approbauit istam vocationem, & tacite mandauit illum spoliari decanatu mandando quod procederetur ad nouam electionem. Vtrũ autem inferior a Papa possit approbare talem vocationem extraiudicialiter factam, & ex ea priuare non residentem, dicetur in cap. seq.

Secundus intellectus est, quod fuerit citatio seu monitio iudicialis, & tunc tex. debet intelligi, quod talis citatio fuit facta auctoritate Papæ. & istos duos intellectus tangit Hostien. vt supra dixi, & recitat Ioannes And. super tex. in verbo, scribatis.

8 Secundo quæro, quid si † vocatus venit, sed non stetit. & Hostiensis, & Ioannes Andręas dicunt, quod non videtur redijsse, vt supra eodem, relatum. & ff. de diuortiis, l. diuortium. canonizata de pęnit. distinctione prima. Dici-
9 tur enim † peruenisse qui permansurus est. ff. de verborum significatione. L. aliud. deterior enim est dolus &c. vt in Authen. de litigiosis § si vero, coll. 8. vnde concludunt Host. & Ioan. And. quod talis deceptor non est mouendus, allegant c. clericos. de cohab. cler. & mul. & c. si autem, eod tit. & hæc verba perpetuo notabis, nam in quibusdã ecclesiis sunt statuta quod absentantes se per duos menses priuentur fructibus beneficij illius anni, vnde absentes nolentes incurrere priuationem fructuum consueuerunt redire ante lapsum duorum mensium, & seruire ecclesiæ per octo dies vel circa, & iterum recedere, & antequam labantur alij duo menses reuerti, & similiter seruire ecclesiæ per octo dies, & iterum recedere, & hoc modo continuando consueuerunt transire decem, & viginti, & triginta anni antequam faciant continuam residentiam. Talis enim fraus eis non prodest, nec videntur fuisse reuersi ex quo non permanserunt, vnde
10 incurrunt pœnam statuti, nam ad incurrendam pęnam † paria sunt facere contra verba, vel facere contra mentem legis seu statuti, vt est bo. tex. cum glo. in cap. si postquam, §. 1. de elec. in 6. facit tex. cum glos. 14. q. 3. plerique. & in l. fraus, ff. de legi. vnde tene menti istam theoricam, quia per eam potes obuiare multis fraudibus nolentium in beneficijs residere.

In glo. 5. aduerte dum glos. dicit, quod iste videbatur habuisse ecclesiam pro derelicto: vult dicere, quod quoniam per lapsum decennij videtur contraxisse in loco domicilij, vt in l. prima, C. de incolis, lib. 10. & in l. lex Cornelia, ff. de iniur. notant Docto. in cap. de clericis, supra de foro compet. Et ad istam rationem dubitandi respondet Ioan. de Imola duobus modis.

11 Primo, quod per habitationem † decennii in loco quis non videtur ibi contrahere domicilium, si tenetur ad residendum in alio loco, allegat nota. per Archidiac. in cap statutum, § cum vero, de rescript. in 6. & per Ioan. And. in cap. ex ore, de priuil.

Secundo soluit, quod non est inconueniens, quod in duobus locis quis habeat domicilium, vt in l. assumptio. § viris prudentibus, ff. ad municip. & in cap. cum quis, §. primo, de sepul. in 6. & in cap. dilectus filius. i Saracenis, de rescript. & istam solutionem voluit forte sentire gl. scilicet quod quanquam contraxisset domicilium in loco, non tamen videtur ecclesiam habuisse pro derelicto, quia quis potest habere domicilium in duobus locis.

Item in glo. ibi, per minus spatium &c. Glo. voluit dicere quod illud quod hic dicitur de decennio notat accidentiam facti non iuris ministerium, faciunt quę notat glo in c. quoniam frequenter, § porro, in glo. magna, in ver. in canonibus, vt lite non contest.

Item in glos. ibi, semper est monendus, nota glos. quod
12 quantocunque tempore quis sit † absens etiam si sit vagabundus, non potest priuari beneficio, nisi primo moneatur vt resideat. Glo. tamen in cap. non oportet, el 2. de consecr. distinc. 5. dixit, quod si quis tanto tempore sit absens vt nesciatur an sit viuus vel mortuus, quod desinit habere liberam administrationem beneficij. Sed dom. Abb. dicit, quod illa communiter reprobatur a Docto. infra eod. ex tuæ, vbi etiam videtur esse tex in oppositum, quia vbi dicitur, quod si nescitur vbi est, debet citari primo apud ecclesiam suam; & ideo dicit istam glos. tenendam, & esse limitandam, prout habetur in cap. contingit, de dolo & contum. & credo, quod voluerit allegare glos. fin. ibi, quæ est in vers. sed nunquid idem iuris, dicit quod possidens beneficium alterius tanto tempore, quod sufficiat ad pręscriptionem pręscribit ipsum beneficium contra habentem ius in ipso, ita quod beneficiatus perdit ius quod habebat in beneficio, licet præscribens non acquirat illud, vt in reg. beneficium, lib. 6. Debet ergo intelligi ista glos. quando beneficium non fuit per alium possessum, secus si fuisset per alium possessum tempore requisito ad pręscriptionem, quia tunc perderet ius in beneficio, licet præscribens illud non acquirat, & ista est notabilis limitatio ad istum textum, & glos. istam. Aliam limitationem ponit hic Goffre. dicit enim quod glos. est intelligenda, dum dicit quod absens semper est monendus, quia debet intelligi quando recessit sine licentia; secus si fuisset
13 † licentiatus ad certum tempus, quia tunc si steterit vltra tempus potest priuilegiari absque alia monitione, quia dies interpellat pro homine. vt in cap. potuit, de loca.

Sed Io. And. dicit hoc procedere, si tempore datæ licentiæ fuisset monitus redire in termino sub pœna priuationis & hoc notat latius in dicto § porro, super glo. mag. & sic vult Ioan. And. quod licet licentiatus fuerit ad certum tempus, quod nihilominus si non redeat post terminum est citandus antequam priuetur, nisi sit monitus vt redeat infra terminum sub pœna priuationis. & Ioann. de Imo. dicit hoc dictum Ioan. And. tenendum menti & sic sequitur opinio. Ioan. And. & idem tenet infra eod. ex tuæ. sed Ioan. de Lig. & Butr. & dom. Abb. in dicto §. porro reprobant opin. Ioan. And. dicentes, quod non sufficit monitio facta tempore datæ licentiæ, quia tunc non erat in mora, & sic non competebat exercitium iurisdictionis respectu priuationis, vt in cap. Romana, § caueant, de senten. excomm. in 6. & in cap. Romana, §. nec pro eo, de offic. ordin. eod. lib. facit l. obseruare, in fi. ff. de officio procons. & lega. Item iura exigunt monitionem ad conuincendum delictum non residentiæ. sed monitio facta tempore datæ licentię fit antequam sit in mora in residendo, & sic non valet talis monitio secundum eos, facit l. non quemadmodum, ff. de iudic. Sed si vis tenere dictum Ioan. And. quod sequitur Ioann. de Imo. potes respondere, quod illa iura loquuntur in casibus in quibus exigitur iudicium vel sententia, sed monitio & priuatio beneficij potest fieri extraiudicialiter, vt supra dictum est.

Nec obstat illud, quod dicitur de senten. excommun. scilicet, quod non potest ferri pro futuris culpis, vt dicto § caueant, quia vt ibi dicitur. illud procedit nisi subsit rationabilis causa. Sed in casu nostro subest rationabilis causa, nam quia timet prælatus vt non reuertatur finito termino, & difficile est ipsum monere, maxime quando se absentat ad locum remotum, ideo ipsum monet, vt reuertatur infra terminum sub pœna priuationis. Item §. caueant, loquitur quando excommunicatio fertur contra non consentientem, sed quando clericus, vel presbyter recipit licentiam se absentandi videtur consentire, quod possit priuari beneficio si non reuertatur infra terminum ex quo recipit literas sponte continentes pœnam priuationis beneficij, probatur in clemen. prima, de procur. & in l. filius, ff. ad Macedon. facit quod notat Barto. in l. j. C. de relat. vbi dicit, quod vbi iudex aliquid facit præsente parte censetur con-
14 sentire † nisi contradicatur vel appellet infra decem dies. & istud dictum Barto. sequitur Butr. & dom. Abb. in capit. quoniam contra falsam, supra de probationibus, vbi dixi, vnde ex quo clericus potest se obligare ad pœnam priuationis beneficij, vt in capit. penultimo, de crimine fal. & in capit. cum dilectus, in fine, de elect. recipiendo tales literas videtur se voluisse obligare si infra terminum non reuerteretur. & ex illa ratione potest episcopus vel prælatus eum priuare beneficio. & hoc modo intellige opinio. Ioannis Andreę.

Item in fine glos. dum dicit, Quod si iste reciperet aliud
15 † beneficium, quod ipso iure vacaret primum. Butrius dicit glos. esse intelligendã quando sunt beneficia incompatibilia secundum ea quæ habentur supra eod. quia nonnulli, alias secus, secundum ea, quę habentur in cap. gratia, de rescript. in sexto. sed dominus Abbas dicit istam glossam esse intelligendam in beneficijs simplicibus requirentibus residentiam, quia de curatis non est dubium, vt in capitu. de

multa,

multa, infra de præben. Et ex hoc infert istum esse casum notabilem, in quo per acceptationem secundi beneficij simplicis vacat primum ipso facto: sed ipse hoc intelligit quando non constat de contraria intentione absentis, scilicet, quod velit vtrumque retinere, quia tunc non esset priuatus ipso facto sed priuandus per sententiam, quia nullo iure cauetur oppositum, de quo se remittit ad cap. fin. infra eod. vbi dicam.

In glos. 3 nota istam glossam, iuncto textu, quod absens a beneficio non reuertens ad residentiam infra terminum ei præfixum nedum potest priuari expresse, sed etiam tacite, ex eo enim quod superior mandat alium eligi videtur absentem tacite priuare beneficio, & idem si post terminum alteri conferret, & ratio est, quia non requiritur sententia priuationis, vt supra dixi. & hæc sufficiant. Sequitur capit. qualiter.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus ex non residentia potest priuari Episcopatu.*
2 *Capitulum potest monere proprium prælatum absentem, vt veniat ad residendum.*
3 *Clerici possunt monere prælatum vel socium vt resideat.*
4 *Papa potest approbare monitionem factam per inferiorem de residendo.*
5 *Priuatio tacita sufficit contra monitum prælatum.*
6 *Episcopus non debet abesse diebus dominicis ab ecclesia.*
7 *Clericus in tribus casibus ipso facto beneficium amittit.*
8 *Beneficium an vacet ipso iure per contractum matrimonium ab ipso clerico.*

C A P. III.


Valiter. Summatum est in cap. præcedenti. Diuiditur in duas partes.
In prima ponitur consultatio.
In secunda responsio. secunda ibi, discretioni.

1 Nota primo ex textu, † quod episcopus ex non residentia potest priuari episcopatu, & quod hic dicitur de quadriennio notat facti accidentiã, vt dicit hic Ioan. Andr. in verbo, expectatus. Fuit enim de facto expectatus per quadriennium, licet non fuisset necesse per tantum tempus expectare, vt tangit hic glos. prima. & est plenior glos. in capit. quoniam frequenter, § porro, in ver. in sacris canonibus, supra vt lite non contest.

2 Secundo nota, quod capitulum † potest monere proprium prælatum absentem vt veniat ad residentiam, quamquam enim non possit eum citare vel punire propter non residentiam, quia inferior non habet iurisdictionem in superiorem, vt in capitu. cum inferior, supra de maioritate & obedientia. tamen pro interesse suo potest capitulum eum requirere, & reuocare ad residentiam faciendam. & idem sentiunt Doctores in capitu. ex tuæ, infra eodem. sed Ioannes de Imola dicit, quod per talem requisitionem non constituitur prælatus in contumacia, nisi interueniat monitio illius qui habet potestatem destituendi seu priuandi, allegat nota in capitulo, admonet. & in capitulo, quod in dubijs, supra de renuntiatio. & quod notat glos. in verbo, manibus, in clementina vnica, eodem titulo. & istud fuit originaliter dictum Innocentij, & Hostiensis hic, qui dicunt quod quantumcunque canonici moneant prælatum vel substitutum ad redeundum, non tamen possunt procedere ad eligendum sine illius auctoritate, in cuius manibus poterat renuntiare. Et dicit Hostiensis, quod vlterius requiritur, quod monitus per suum judicẽ priuetur prius quam alius eligatur, & ita factum fuit hic, quia interuenit auctoritas papæ, qui approbauit monitionem factam per capitulum. Sed inquantum Hostiensis requirit priuationem expressam, tamen idem dicendum est si interuenisset priuatio tacita; puta si absente non reuertente infra terminum superior det licentiam alium eligendi, & hoc in effectu concludunt hic Butrius, & Ioannes de Imola. Dicunt enim, quod ille qui habet potestatem priuandi post monitionem ad residendum ab alio factam debet saltem vna vice monere, nisi forte supersit talis persona, quæ possit monitionem alterius comprobare, vt est papa. & ita loquitur hic secundum verum intellectum, licet aliqui intelligant istum textum, quod papa citauerat istum episcopum ad residendum sub pœna priuationis quam tulerat si ad terminum non rediret, quem intellectum recitat hic Ioannes Andreæ. in fine, & ipsum sequitur dominus Cardinalis. sed est diuinatio ad istum textum. vnde tene primam lecturam, scilicet quod papa approbauerit monitionem factam per capitulum, & istum intellectum sequitur Hostiensis dicens, quod papa hanc approbationem potuerit facere, quia est supra omnem legem, vt in capitulo, proposuit, de concessione præbendæ. & hanc lecturam etiam sequitur Butrius, & Ioannes de Imola. item concludunt Butrius, & Ioannes de Imola, quod licet tutum sit, quod inferior a papa faciat expressam priuationem, tamen secundum eos sufficit tacita; puta si superior præcedente monitione, & contumacia dat licentiam alium eligendi, & sic causæ cognitione præmissa. Et est ratio, quia in istis notorijs videtur sufficere, quod constet de mente sine alia solemnitate, vt in capitulo, ex parte, el primo, & quod ibi notat Innocentius, infra de verborum significatione. & in capitulo, vestra, de cohabitatione clericorum & mulierum. bene facit quod notat Innocentius in capitulo tertio, infra de scismaticis. & in capitulo, veniens, de filijs presbyterorum. idem sentit hic dominus Abbas in vltimo notabili. Et ex his facias tres conclusiones.

3 Prima est conclusio, capitulum seu clerici † ecclesię possunt monere prælatum vel socium vt redeat ad residentiam, sed si non paret monitioni, non potest propter hoc priuari beneficio.

Secunda conclusio, solus papa & non inferior potest ap-
4 probare † monitionem factam per inferiorem vel per parem, & ex illa contumacia potest priuare absentem beneficio, & de hoc est casus secundum verum intellectum.

Inferior autem a papa non potest ex tali monitione procedere ad priuationem, sed est necesse, quod saltem vna vice moneat, & tunc ipso non redeunte infra terminum potest eum priuare beneficio, si sit talis superior ad quem spectat destitutio seu priuatio a beneficio.

5 Tertia conclusio sufficit tacita † priuatio etiam in inferiore a papa, puta mandando electoribus vt alium eligant, vel collatori vt alteri conferat, & si ipse collator sufficeret, quod conferret elapso termino, quia talis collatio est tacita priuatio. Ex quo nota, quod elapso termino prælatus potest conferre, nec requiritur sententia priuationis præcedere, quod nota. Et has conclusiones tene perpetuo menti.

In glossa prima, dicit dominus Abbas, quod etiam per annum abesse non debet sine iusta causa, & sine licentia prælati, vt in capitulo, relatum, supra eodem. immo absens iniuste quantumcunque fuerit reuersus potest puniri secundum quod culpa exposcit, habito etiam respectu ad quantitatem moræ, vt in capitulo, si quis in clero. & ibi notat glossa, septima quæstione prima, & infra eodem, ex tuæ, vbi dicam. vnde istud capitulum narrat factum, non
6 autem ponit iuris ministerium. Immo † episcopus non debet abesse ab ecclesia in diebus dominicis, vt dicit textus notabilis in capitulo, episcopus, de consecratione, distin. 3. Et hoc nota cõtra episcopos, qui trahunt moram in alienis episcopatibus, nam grauiter peccant, & hoc nota, quia multi in hoc delinquunt.

In eadem glossa, in fine, nota ex glo. tres causas, in quibus
7 † clericus ipso facto perdit beneficium.

Primus est quando efficitur miles sęcularis, & sic nulla requiritur monitio vel priuatio.

Secundus est quando contrahit matrimonium.

Tertius est quando facit contrariam negotiationem clericatui seu ordini clericatus, vt quia efficitur ioculator. & hoc vltimo casu etiam perderet priuilegium clericale, si in tali exercitio per annum permaneret, vt est textus in capitulo primo, de vita & honestate clericorum, in sexto. & idem dicit glossa secunda in capitulo finali, infra eodem. & cum ista glossa concordat Innocentius, Hostiensis, & Doctores in capitulo, ex tuæ, infra eodem. & dicit Ioannes de Imola, quod ista glossa forte seruaretur in practica, & remitit se ad capitulum finale, de cohabitatione clericorum & mulierum. & ad capitulum primum, de clericis coniugatis. Vult dicere, quod in capitulo primo, de clericis coniugatis, tractatur an per contractum matrimonii ipso iure
8 † vacet beneficium, de quo etiam per glossam, & Ioannem Andręam, & dominum Dominicum in capitulo primo, de clericis coniugatis, in sexto. in capitulo vero finali, de cohabitatione clericorum & mulierum, tractatur an clericus ratione militiæ perdat beneficium ipso iure. & vide Innocentium in capitulo primo, de apostatis. Et hæc sufficiant. Sequitur cap. inter quatuor.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non residens potest priuari beneficio, congruo tempore expectatus.*
2 *Verbum priuari, duobus modis interpretari potest.*
3 *Tempus absenti assignatum pro residendo, debet esse congruum.*
4 *Absens sine licentia superioris, nihilominus excusatur legitimo interueniente impedimento.*
5 *Protestatio an sit necessaria absenti clerico propter superueniens impedimentum, ne priuetur beneficio.*
6 *Recedere an liceat sine licentia superioris a residentia.*
7 *Argumentum a contrario sensu, non est sumendum, vbi prauus resultaret sensus.*
8 *Tempus aliquando non patitur fieri pleniorem distributionem.*
9 *Absens cum licentia prælati, tamen sine causa legitima, an possit moneri vt reuertatur ad residendum.*
10 *Absentia a residentia duo requirit.*
11 *Bonum consideratur dupliciter, & ibi.*
12 *Subditus excusatur a multitudine præceptorum obseruandorum.*
13 *Subditi quando non tenentur principibus secularibus obedire.*
14 *Malo, nulla pacto est consentiendum.*

CAP. XI.



Nter quatuor. Summatum fuit cum cap ex parte, supra eod. Diuiditur in tres partes. In prima ponitur facti dubitatio. In secunda responsio. In tertia exceptio, secunda ibi, hoc tibi. tertia dummodo.

Nota primo ex tex quod clericus congruo tempore expe
1 ctatus potest priuari beneficio propter † non residentiam. ex
quo infertur, quod contumax in non residendo etiam lapso
termino, non est ipso iure priuatus beneficio, sed priuãdus.
& hoc probat tex dum dicit, quod nisi redierint, possint iu-
2 ste priuari. Et istud verbum † priuari, potest intelligi duobus
modis, secundum dom Abb.

Primo large, vt referatur ad factum, iuxta ea quæ dicta sunt supra eod ex parte.

Secundo potest intelligi stricte, scilicet quod potest contra tales ferri sententia priuationis, non tamen est necessarium, vt dicto cap ex parte. & cap. qualiter. vnde erit in electione superioris, an lapso termino ferat sententiam priuationis cõtra absentem, an vero lapso termino alteri cõferat beneficium absentis, quia conferendo alteri tacite priuat nõ residentem & istud etiam tenuit Io. And in addit Specul in Rubr eod ti. vbi dicit, quod sine priuatione sufficit dicere eligentibus, quod alium eligant.

3 Secundo nota, quod tempus, quod assignatur † absenti,
vt reuertatur ad residentiam, debet esse congruum, & hoc
relinquitur arbitrio superioris, vt dicit glo pen. hic.
4 Tertio no in fi. quod absens † sine licentia superioris excu
satur, si post absentiam interuenit iustum impedimentum.
plus dicunt hic Innoc. Host. & Ioan. And. quod etiam si superuenerit impedimentum post monitionem factam, vt reuertatur, postquam de hoc constiterit, sentẽtia lata contra eum erit renocanda. de re iudic. cum Bertholdus. quod tamen intelligit Ioã. And esse verum, quando infra terminum præfixum ad redeundum superuenit impedimentũ tali tempore, quod si non fuisset impeditus, potuisset in termino comparere ad residentiã: alias secus, vt in cap cupientes § quod si pro viginti de electio. in 6. & in l 2. § si quis in iudicio ff si quis caut Et hæc dicta communiter sequuntur Doct. & dicit dom. Abb hoc esse bene notandum, scilicet quod impedimentum superueniens, excusat eum qui dedit operam rei licitæ. sed dicit posse dici, quod isti non priuantur beneficio, ex quo pro ipsis non defecit, quo minus redeant. Possunt tamen aliter puniri ex eo, quia se absentauerunt absque licentia. Et ex his conclude, quod si superuenit impedimentum etiam post citationem ad redeundum, non potest priuari beneficio, si tempore impedimenti supererat tantum tempus, infra quod potuissent redire, si impedimentum non superuenisset; alias si tantum arctasset se, quod non potuisset redire etiam cessante impedimento, tunc impedimentum non excusaret. Item ad hoc, vt impedimentum excuset, necessariũ est, quod de eo faciat fidem, arg. eorum quæ notantur in c.
querelam supra de procurat. Vtrum autem superueniente
5 impedimento, necessaria sit † protestatio, scilicet quod non
stat per eum, sed quod detinetur ex tali impedimento, plene
dixi in c. ex transmissa. s de præscrip & probatio huiusmodi impedimenti, prodest quo ad euadendam pœnã priuationis beneficij, non autem quo minus puniatur, quia se absentauit sine licentia, vt dixi supra, secundum dom. Abb.

In glo. j diuide eam in duas partes. In prima opponit, & soluit. In secunda colligit argumentum. secunda ibi, vnde est argumentum.

In prima parte glo. voluit opponere cõtra tex. in fi. nam vr innuere a cõtrario sensu, quod si quis ex iusto impedimento recesse-
6 rit, non est priuandus beneficio Et sic quod liceat † recedere si
ne licentia superioris interueniente iusta causa absentiæ sed
istud vr esse contra tex in c relatum. s. eod. Glo. fatetur contrarium, & ad istum tex. respondet, quod non est sumẽdum hic
7 arg. a cõtrio sensu. Ex quo no. quod arg † a cõtrio sensu, non est
sumendũ, quãdo resultat prauus sensus; puta cõtra aliquid decisum in iure de quo vide bo glo in c. vnico de ęta & qual in 6. & in c. quanto s. de vsur. Sed potes aliter soluere, & melius, quod licet malefaciat clericus recedere etiam ex iusta causa absque licentia superioris. tamen ex hoc non potest priuari beneficio, licet possit aliter puniri, vt supra dixi. vnde sumitur hic arg a cõtrio sensu, quod iustum impedimentum excusat a pœna licentiæ non petitæ. Dicit tamen Host. & Doct. quod pp necessitatem subito occurrentem potest clericus recedere sine licentia, si taliter impeditur, vt non possit licentiam petere:
8 plerumque enim locus, & tempus † non patiuntur consilium
plenius deliberandi l j. ff. de exerci. Et hoc intelligit Io And. dummodo in breui postea reuertatur, quam primũ potest, arg in l. j. ff. de diuor. Sed dom Abb. s eod relatum dicit esse considerandam celeritatem causæ, & præiudicium, & facilitatem petendi licentiam.

Secundam limitationem ponit Innoc in c seq scilicet quod si est consuetudo, quod quis possit recedere ex iusta causa sine licentia prælati. Et istam limitationẽ sequitur hic do. Abb. Ex quo enim valet consuetudo, quod quis non teneatur residere, vt s. eo relatum. & c. conquerente multo fortius potest inducere consuetudo, quod quis ad tempus non teneatur residere, seu vt possit quis se ad tempus absentare subsistente iusta causa: sine autem iusta causa non valeret consuetudo, quia esset causa vagationis, vt dicit Innoc. in c. seq. facit c. j. de consuet. & latius dicam in c seq.

9 Sed quæro iuxta prædicta, quid si aliquis est † absens cum
licentia prælati, tamen sine causa legitima, an poterit moneri ad residentiam. tex. vr velle, quod sic ibi, tuo præsertim non accedente consensu; nam verbum, præsertim, secundum propriam significationem stat pro maxime, vt dicit glo. in cap audiuis. de elect. & in c. sponsare de sponsa vbi dixi. Sed Aegid. hic exponit verbum. præsertim, pro tantum, sed tunc tex. faceret in contrariũ. s. quod talis non possit moneri ad residentiam. sed But. & Ioan de Imo. tenent primam partem, scilicet quod talis potest moneri ad residentiam, & si non reuertitur, potest priuari beneficio, quia datio talis licentiæ non tenet, vt notat Ioan Andr. in cap sequenti. Est enim contra ius, quia videtur dare materiam vagandi. & istud probatur supra eod. relatum. Et pro hoc conclude, quod etiam absens ex licentia prælati potest priuari beneficio, si licentia fuit data non subsistente legitima causa ab-
10 sentiæ, quia † duo sunt necessaria ad hoc, vt clericus possit
se absentare.

Primum est legitima causa.

Secundum est licentia superioris, vnde vno ex ipsis deficiente non potest clericus se absentare, & ipsemet, qui dedit licentiam, potest eum reuocare, ex quo non subest causa legitima, vt dicunt Doct.

11 In secunda parte glo. dic, quod duplex est bonum, † vnum
est, quod homo tenetur ex necessitate salutis, & istud nullo modo debet prætermitti propter obediẽtiam, sicut est amare Deum, vel aliquid huiusmodi. Aliud est bonum, ad quod homo non tenetur ex necessitate salutis, & tale bonũ debet quandoque prætermitti propter obediẽtiam, ad quam homo tenetur ex necessitate, quia non debet homo aliquod bonũ facere, culpam incurrendo, hoc est dicere, quod non debet homo incurrere culpam inobedientiæ pp bonum, quod non est de necessitate salutis. & ista sunt verba S. Tho. 2. 2. q. 104 art. 3. in fi & adde eum q. 105. art. 1 in fi vbi dicit, quod quando præ
12 latus iniungit tot præcepta, quod † subditus ea implere non po-
test, subditus excusatur a non obediendo, quia nullus obligatur ad impossibile. Et propter hoc dicit, quod prælati debent abstinere a multitudine præceptorum.

Nunquid autem homo debent obedire principibus sæcularibus. S. Th. in præall. q 104 art. vlt. in fi. dicit, quod sic. inquan-
13 tum ordo consctentiæ requirit. † Et ideo dicit, quod si non
habeant iustum principatum, sed vsurpatum. vel iniusta præcipiant., non tenentur subditi eis obedire, nisi forte per accidens propter vitandum scandalum, vel periculum, & hoc tene menti. Ex quo habes, quod intruso, uel iniusta præcipienti est obediendum causa uitandi scandali, uel periculi. Et intelligas Sanctum Thomam, inquantum dicit, quod causa vitandi scandali est obediendum iniusta præcipienti,

quando siniustitia talis præcepti nõ continet in se peccatũ respectu illius, qui debet obedire: puta si ei præciperet, quod alteri daret rem suam, licet enim iniuste præcipiat superior, tamen subditus potest eam dare absque peccato, vnde causa vitandi scandali, vel periculi, debet ei obedire: secus si tale præceptum contineret peccatum per subditum non remissibile, quia tunc potius deberet omnia mala pati, quam ma-
14 lo † consentire, vt in cap. sacris. quod met. cau. & 32. quæst. 5. ita ne. Ad idem 11. quæst. 3. non semper. & capit. si dominus. & cap. Iulianus. & cap. quid ergo. & in pluribus aliis capitulis eiusdem quæstionis. Et vide quæ dixi in capitulo, nihil. supra de præscriptionibus. vbi tetigi, an sit committendum
a peccatum veniale propter vitandum scandalum. [a] Et hæc sufficiant.

ADDITIO.

a ¶ Adde ad hoc quæ notat dom. Abb. in cap. inquisitioni. de sent. excom m. & ibi apostillam meam.

SVMMARIVM.

1 *Clericus absens debet requiri tribus edictis, & sub termino sex mensium.*
2 *Citatio ad domum, vel ecclesiam arctat in his, quæ sunt grauis præiudicij.*
3 *Citatio per edictum debet esse trina, nec sufficit vnica peremptoria.*
4 *Citatio per edictum olim fiebat in albo prætoris.*
5 *Sententia priuationis beneficij contra residentem non requirit solemnia.*
6 *Absens compelli potest ad redeundum per excommunicationem.*
7 *Legatus potest suspendere episcopum ab administratione spiritualium.*
8 *Dispensatio facile non fit cum degradato.*
9 *Citatio per edictum vt valeat, duo requirit.*
10 *Culpa æquiparatur dolo.*
11 *Citatus se occultans, non est amplius citandus.*
12 *Citatio fit, vt constet de contumacia.*
13 *Cardinales in suis titulis habent temporalem iurisdictionem.*
14 *Absentia an consideretur in beneficio non requirente residentiam.*
15 *Consuetudo vt abesse possit clericus sine licentia, an valeat.*
16 *Licentia absentandi a beneficio, non debet tradi sine causa legitima.*
17 *Consuetudo vt non residens priuetur beneficio, an valeat.*
18 *Constitutio inducens priuationem ipso iure contra non residentes, an valeat.*
19 *Constitutio episcopi potest adiuuare ius commune, vt imponat pœnam, vbi a iure est imposita.*
20 *Statutum tendens ad obseruantiam iuris communis, licet maiorem pœnam imponat, valet.*
21 *Beneficium simplex respectu præbendæ, debet habere administrationem.*
22 *Archiepiscopus potest excommunicare episcopos sibi subditos.*
23 *Priuatio episcopi ad solum Papam spectat.*
24 *Inobedientia non est causa priuationis beneficij.*
25 *Priuatio beneficij facienda ob crimen, iuris ordinem requirit.*
26 *Clericus degradatus qualiter restitui possit.*
27 *Iudex potest remittere pœnam contumaciæ.*
28 *Delegatus cui Papa specialiter commisit depositionem episcopi, non potest illum restituere.*

CAP. XII.

1 EX tuæ. Si nescitur vbi sit † clericus absens, citabitur publicis edictis apud ecclesiam, & si expectatus, per sex menses non reuertitur, priuabitur ecclesia. hoc primo.

Secundo ponit practicam procedendi contra prælatos non residentes, vnde secundum verum intellectum.

Primo ponit practicam procedendi contra clericos.

Secundo ponit practicam non procedendi contra prælatos. secunda ibi, contra eos. Et dicit Innoc. quod in registro vera littera habet contra alios. sed Ioan. de Imo. dicit, quod tenendo hunc intellectum littera, debet suppleri, dum dicit contra eos, scilicet qui sunt prælati.

2 Nota primo ex tex. quod † citatio ad ecclesiam, vel domũ, arctat citatum in his quæ sunt grauis præiudicii, quãdo quis fraudulenter se absentauit: nam præsumitur, quod clericus se absentet fraudulenter, ex quo recesserit sine licentia prælati, vt dicunt hic Doct. Et satis hoc videtur innuere tex. de hoc tamen articulo s. qñ valeat citatio ad domum, vel ad ecclesiam, vide Inn. in c. si. de eo qui mit. in poss. & in c. causam. de do. & contum. vbi per dom. Abb. & per Bart. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. infec.

3 Secundo nota, quod vbi fit † citatio per edictum, debet esse trina. & dicit hic Ioã. And. quod non sufficeret vnicum edictum peremptorium. & idem tenet in addit. Specul. eodem tit. super Rubrica. Et istud dictum quotidie allegatur, scilicet quod vbi ius requirit trinam citationem per edictũ, non sufficit vnica citatio peremptoria: nam facilius potest peruenire ad notitiam absentis, quando edictum fuit triplicatum, quam quãdo fuit vnicum, licet fuerit peremptoriũ. & istud dictum sequitur hic Butr. & communiter Doct. sed Ioan. de Imo. multum se inuoluit, & in effectu dicit, quod Ioan. Andr. & iste tex. debent intelligi, quod qualibet vice debet citatio publice fieri per nuncium, vel per prætorem. & pro hoc facit iste tex. dum dicit trinæ citationis edictum facias publicari, quasi velit, quod requiratur trina publicatio. & dicit, quod etiam sic videtur intellexisse Ioan. Andr. in præalleg. addit. De iure autem ciuili dicit, quod forte se-
4 cus est dicendum. quia citatio, † quæ fiebat olim per edicta in albo prætoris, describebatur in pariete dealbato, seu in Palatio Prætoris vbi reddebatur ius, vt patet ex his quæ habentur in authen. qui semel. C. quomodo & quando iudex. & in l. consentaneum eod. tit. & sic sufficiebat apparere citationem in pariete esse descriptam. Dicit tamen, quod hodie non fit in pariete dealbato, sed per cedulas, quæ affiguntur in locis publicis. Et dicit communiter obseruari, quod fiat proclamatio per præconem, antequam tales cedulæ affigantur, & sic sentit, quod de iure ciuili possit fieri vnica citatio per edictum peremptoria, quod non credo esse verũ, quia auth. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, requirit edictum trinæ citationis, quia vox præconis paucis innotescit, vnde iudex non potest reducere istas tres citationes per edictum ad vnicam peremptoriam, ne absens per ignorantiam lædatur. & hoc tenet glo. in dicta auth. qui semel. & Bal. ibi, licet Bart. videatur velle, quod cum causæ cognitione iudex possit minuere, seu abbreuiare citationem, quæ fit per edictum, & dicit ita seruare consuetudinem. Item dicit Ioan. de Imo. quod dictum Ioan. And. est intelligendum, quod requiratur trina citatio per edictum, quando agitur ad finem pœnæ imponendæ, vt contigit in casu istius cap. alias secundum eum sufficeret vnica citatio peremptoria, si iudici hoc videtur, vt in l. nonnunquam. & in l. ad peremptorium. ff. de iudic.

Sed ego tenerem dictum Ioan. Andr. quia ipse & Doctor. indistincte loquuntur. & pro hoc facit authent. qui semel præalleg. vbi patet, quod quantum ad procedendum contra absentem, requiritur edictum trinę citationis, an autem possit in quolibet casu procedi per edictum, dic quod non. de quo vide tex. & glos. in clementina prima. de re iudica. & vide Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, per edictum.

Et ex prædictis conclude, quod vbi citatio est facienda aliter quam per edictum; puta quando quis citatur personaliter, vel ad domum, & tunc sufficit vnica citatio, vt in l. nonnunquam. & in l. ad peremptorium ff. de iudic. & 24. q. 3. de illicita. vbi autem citatio fit per edictum in casibus, in quibus de iure permittitur, vt hic, & in casu authent. qui semel. C. quomodo, & quando iudex, & in l. si eo tempore. C. de remiss. pignor. & dixi in capitulo fina. de maior. & obedien. & post dominum Abb. in capitulo, quamuis. de re iudic. & tunc non sufficit vnica citatio peremptoria, sed debet esse trina, vt voluit Ioan. Andr. & Docto. communiter. Item vbicunque agitur ad finem pœnæ incurrendæ, non sufficit vnica citatio peremptoria, vt patet in clement. prima, iuncta glo. in verbo, tertio. supra de vita, & honesta clerico. quam glo. dicit Butr. & domi. Abb. tenendam menti. Et dicit Butr. quod idem tenuit Guil. de monte Lau. & allegat tex. cum glos. magna in capitulo primo. de mili. vasal. qui contum. est, in vsibus feud. Illam glo. etiam sequitur hic Io. de Imo. sed dicit eam esse limitandam, quando in iure est expressum contrarium, vt in capitulo, constitutionem. de senten. excommunicatio. in 6. vbi quo ad hoc, vt quis possit excommunicari maiori excommunicatione, sufficit vnica citatio peremptoria, & tamen excõmunicatio est pœna. Sed tu adde aliam singularem limitationem, quam omnes Docto. communiter sequuntur excepto dom. Abb in cap. 2. ne cler. vel mona. nam Doctor. communiter tenent, quod vnica monitio peremptoria facta in sinodo, sufficit ad hoc, vt quis priuetur priuilegio clericali ipso iure; puta monemus omnes, & singulos clericos, vt incedant in habitu, & tonsura, alioquin priuati sunt ipso facto priuilegio clericali: tunc enim contra facientes sine alia monitione, ipso iure perdunt priuilegium clericale. Nec obstat glo. in dicta clement. 3. in verbo, tertio. de vita, & honest. cler. c. per quam ibi mouetur dom. Abb. quia ista glo. loquitur, quando monitio

fit

sit per iudicem, qui arctatur ad seruandam formam iuris: secus quando fit in sinodo, quia talis monitio habet vim statuti, seu constitutionis, in quo ad pœnam incurrendam nõ requiritur monitio, si statutum ita disponit, vt in ca 2 § j de consti. in 6. not. in cap. a nobis. el piccolo. de sent. excomm. Nec obstat, quod clericus regulariter non perdat priuilegium clericale, nisi post trinam monitionem. quia statutum potest disponere, quod clericus non incedens in habitu, & tonsura, ipso iure perdat priuilegium, quia talis constitutio non est contra ius commune, sed imponit maiorem pœnam ad obseruantiam iuris communis, vnde tale statutum valet, vt dicit Host. & Io. And in c si de offic. Archid. sensit glo. in cle. ne Romani in verbo, tolli. de elect. Et ideo cum talis monitio facta in sinodo, habeat vim statuti, ipso iure perdit clericus contrafaciens priuilegium clericale & sic limita glos. in d. clem. j in verbo, tertio loco. de vi & honc. cler. vide tamen quod dicam infra.

Tertio nota ibi, vltra sex menses. tex in materia notabilem, quod vbicũque nescitur, vbi clericus absens est debet post citationem expectari per sex menses vt infra hoc tempus citatio deducatur ad notitiam suam, secus si sciretur vbi esset, quia tunc elapso termino citationis potest priuari beneficio, nec amplius est expectandus, vt in ca. præced. & in c. ex parte. supra eod.

Quarto nota ibi, spoliari. quod contra absentem a bene-
5 ficio non requiritur † solemnis sententia priuationis. sed sufficit spoliatio, de quo dixi in d. cap. ex parte. & in cap. qualiter. supra eod.

Quinto no ibi, in verbo, cõtra eos. secundum vnum intel-
6 lectum, quod † absens potest compelli ad redeundum per excõmunicationem, & suspensionem: nam licet pœna ordinaria non residentiæ sit priuatio beneficij vt ĩ per tot. titu tamen prælatus potest non priuare incontinenti, sed incipere ab excommunicatione, vel suspensione, quia beneficiatus nõ potest pro libito dimittere beneficium, ex quo semel se illi obligauit, vt in c. admonet. & in c. quod in dubiis. de renunc. vnde si superior contentatur de persona sua, vt quia est vtilis ecclesiæ, vel beneficio, non debet illum priuare, sed eum compellere ad redeundum, & allegat dom. Abb tex. notab. 21 q 2 placuit vbi dicitur, quod superior clerici se absentantis potest petere restitutionẽ ipsius ab eo, ad cuius diœcesim se transtulit, & deinde postquam eum recuperauit, poterit eum punire de absentia, aliter quam per priuationem. Et sic dicit dom Abb. temporalia esse omnia iura.

7 Sexto nota argumentum, quod † legatus potest suspendere episcopum ab administratione spiritualium. sed dic secũdum Butr. & Io de Imo quod iste tex hoc non probat, quia hic interuenit mandatum Papæ.

Vltimo nota, quod cum degradato de facili non dispen-
8 satur, † & quod propter absentiam a beneficio, non est quis degradandus; quia satis est, quod priuetur beneficio.

Antequam veniam ad glo. opponitur contra tex. in eo, quod requirit edictum trinæ citationis: nam videtur, quod sufficiat vnica citatio, immo simplex requisitio, vt supra eodem, ex parte & cap. inter quatuor. Item non residentia est res notoria, quia non potest esse non notorium, quod quis non resideat, vt dicto cap. ex parte & in c quanto. de translat. prælat. sed in facto notorio non requiritur solennis citatio, immo sufficit vnica citatio non peremptoria, vt not in dicto cap ad audientiam. 3. supra de iureiurãd. Item iste tex in alio contradicit aliis iuribus; quia requirit, quod absens expectetur per sex menses, sed in cap. præcedenti dicitur, quod sufficit, vt absens expectetur congruo tempore. Solutio iste tex. debet intelligi, quando nescitur vbi est absens, vel est ita remotus, quod commode personaliter citari non potest vt quia est vltra mare, vel in alio loco multum remoto. Tunc enim secundum Docto. sufficit citatio per edictum. Et ad hoc vt talis † citatio per edictum valeat, duo sunt necessaria.

Primo, quod citatio sit trina, ita quod edictum citationis separatim fiat tribus vicibus cum competentibus terminis.

Secundo, quod post citationem absens expectetur per sex menses, & sic suppletur defectus personalis citationis. Contraria vero procedunt, quando nescitur vbi clericus est absens, & potest commode citari: tunc enim debet personaliter citari, & præfigi ei terminus congruus ad redeundum, secundum distantiam viarum, & iuxta qualitatem loci, & temporis, & personæ, & eo non reuertente infra terminum ad residentiam, potest priuari beneficio, & hoc modo loquitur c. præcedens, & intra consimilia. Et dicit Innoc. quod dicitur absens posse commode citari, etiam si sit absens extra prouinciam. Et hoc sequitur Ioan. Andr. & Doct.

per ea quæ habentur in cap Romana § contrahentes. de fo. compet. in 6 sed Innoc & Doct. multum instant, quæ sit ratio quare absens possit citari per edictum, quando nescitur vbi est, vel quando non potest commode citari. Et Innocent. in effectu concludit, quod ratio sit, quia se absentans a loco beneficii, videtur in fraudem se absentare, cum teneatur residere in loco beneficij. & idem tenet Innocen. in capit fin supra de eo qui mitt. in possess. vbi dicit, quod vbicunque quis ex dispositione iuris est obligatus stare in aliquo loco, si ibi non reperitur, præsumitur malitiose abesse, & ponit exemplum in viro, qui tenetur habitare cum vxore, argumen. capit. j. infra qui ma. accusa. poss. & in clerico, qui tenetur residere in loco beneficij. Et dicit hic Innocen. quod talis est in dolo præsumpto, vel in lata culpa, quæ
10 † æquiparatur dolo. vt in l. quod Nerua ff depos. & in l. magna negligentia. ff de verborum significat vbi dicitur, quod magna culpa est dolus. Et sic Innocent. vult, quod sufficiat dolus verus, vel præsumptus, seu lata culpa. sed Hostien. dicit, quod dictum Innocent procederet, quando quis latitaret, seu absentaret ad citationem impediendam, sed clericus se absentans a beneficio, non præsumitur malitiose se absentare quoad citationem, sed bene quoad ecclesiam, a qua recedit. Et dicit But quod credit, quod Host. bene dicat, sed quantum ad alios casus tenẽda est secundum eum theorica Innocent. in dicto cap fina de eo qui mitt. in poss. & istud etiam tenet dom. Abb allegat rationem. quia si ali-
11 quis occultaret † se per fraudem, ne citaretur, non oporteret ipsum iterum citare. & de hoc est tex. in cap. quoniam frequenter. § porro. supra vt lite non contesta. vbi tex. dicit, quod occultans se, ne citatio ad eum perueniat, non est amplius citandus, sicut nec citatus qui noluit venire. Et hoc etiam tenet Innocent in capit ad petitionem. infra de accusat. vbi dicit, quod occultans se, ne citetur, non est amplius
12 citandus: nam † citatio fit, vt constet de contumacia, vnde si constat, non est opus interuenire citationem, quia in incertis locis est coniecturæ, non autem in certis. l. continuus. § cum ita ff de verborum obligat. & in capit. secundo, infra de reg. iur. Sed Ioan de Imo. dicit, quod communiter tenetur dictum Innocent. quod communiter præsumatur fraus in clerico, qui sine licentia se absentauit. Et ideo si nescitur vbi est, potest procedi contra eum, vt hic dicitur. Sed tu dic concordando opiniones, quod aut quæritur, an clericus recedens sine licentia, præsumatur recessisse fraudulenter quo ad ecclesiam, a qua recessit, & dicendum est, quod sic. Aut quæritur, an præsumatur recessisse malitiose, ne citetur: & dicendum est, quod non, & propter hoc requiritur, quod citetur, seu moneatur personaliter, si scitur vbi est, & commode possit moneri, alioquin requiritur trinæ citationis edictum, & expectatio sex mensium.

Et ex his conclude, quod aut scitur vbi est clericus, & potest commode moneri, & tunc si non reuertitur infra tempus congruum sibi assignatum ad redeundum, potest priuari beneficio, vt supra capit. præcedenti. Et dicit Ioann. de Imo. quod potest moneri ad redeundum, etiam si sit absens de licentia superioris, si superuenit defectus ministrorum, & si non reuertitur, potest priuari beneficio, allegant not per Doctor. infra eodem capit. penult. & septima, quæstio. prima, scias. vbi autem non superueniret defectus ministrorum, & licentia esset data iusta causa interueniente, non posset moneri ad redeundum, nisi lapso termino licentiæ tacito, vel expresso: puta si Prælatus dedit licentiam clerico se absentandi pro prosequenda appellatione, vel vt iret ad concilium: nam finita appellatione, vel finito concilio, intelligitur finitus terminus licentiæ, vt dicit Innocent. & Doctores in capitulo, quoniam frequenter § porro. supra vt lite non contestata. Aut nescitur vbi est clericus, vel commode non potest moneri, & tunc habet locum iste tex. quia debet proponi trinæ citationis edictum, & expectari per sex menses, & iste casus, & præcedens habet locum, siue clericus sit absens sine licentia, siue cum licentia, postquam finitus est terminus, vel causa licentiæ, quia finito termino debet moneri, vel personaliter si scitur vbi est, vel per edictum trinæ citationis cum expectatione sex mensium, si nescitur vbi est, & hoc procedit nisi in datione licentiæ, esset monitus sub pœna priuationis, vt redeat infra terminum, quia tunc posset priuari post terminum sine alia monitione, vt dicit Ioann. Andr. in capitulo, ex parte. supra eodem. quam opinionem sequitur hic, & ibi Ioann. de Imola. Dicit tamen, quod non debet prælatus statim post finitum terminum festinare ad priuationem, quia posset esse, quod esset iusta causa impeditus, & si appareret de impedimento, retractaretur quod gestum esset, de quo dictum est in cap præcedenti.

Secundo opponitur, quia littera videtur sibi contradicere: nam in vers. contra eos. dicitur, quod debet compelli ad residentiam propter suspensionem, vel excommunicationẽ & quod si adhuc fuerit contumax, debet remoueri ab administratione spiritualium, sed ista videtur repugnantia, quia per suspẽsionem, vel excommunicationem remotus est ab administratione spiritualium, ergo amplius non potest remoueri, vt in cap ad dissoluendum. de despon. impub. & in §. 10. ff de verbor. oblig. Solutio vera est, quod per excommunicationem, vel suspensionem non sunt priuati administratione spirituali, sed solum suspensi, vnde operabitur priuatio, quia per absolutionem ab excommunicatione, vel suspensione non recuperabit administrationem; alias vbi non est facta expressa remotio interueniente absolutione recuperaret administrationem spiritualium, & istam solutionẽ firmat hic Bur. dicens, quod excommunicatus est priuatus exercitio administrationis spiritualium, sed non habitu, per remotionem autem priuatur etiam habitu. Et istam solutionem sequitur etiam hic Ioan. de Imo. ad finem commenti, & dom. Abb. in vltimo notabili.

Tertio opponitur, quia videtur, quod iste presbyter Cardinalis non potuerit degradare, vel deponere episcopum, etiam de mãdato Papæ, quia non videtur honestum, quod presbyter Cardinalis, cum nõ sit episcopus, deponat episcopum. facit quod not. in cap quanto. supra de consuet. vnde dicit Hostien quod miratur, quomodo Papa concessit huic presbytero Cardinali, quod deponeret episcopos. Dicit tamen, quod non audeat ponere os in cœlum. Et subdit, quod Papa multoriens hoc commisit presbyteris Cardinalibus, quod dicit non videri sibi omnino condecens. Dicit tamen, quod non esset incongruum, quod pronunciaret episcopũ deponendum, sicut olim prouinciales episcopi pronunciabant episcopum deponendum. Sed dicit Bur quod est seruãdum mandatum Papæ, quicquid dicat Host. vnde ex speciali mãdato Papæ potest presbyter Cardinalis deponere episcopũ.

13 & pro hoc facit, quia omnes † Cardinales habent episcopalem iurisdictionem in suis titulis, vt not in cap. his quæ. de maior. & obed. vnde videntur capaces istius iurisdictionis, quando Papa eis ipsam committit. facit quod not. glo. in c. peruenit. 88. dist. & quod notant Doct. in cap. quanto. de consuet facit etiam quod not glo in cap bene quidem. in verbo, præter Romanum 96. dist. quæ dicit, quod Papa potest committere laico potestatem excommunicandi. & idem dixit glo in § verum. 32. dist. vnde concludendum est, quod Papa possit presbytero Cardinali committere potestatem deponendi episcopum, quia istud est iurisdictionis quam habẽs, potest alteri delegare. facit tex. cum glo. 2. q. 1. primates. vbi patet, quod sinodus potest deponere episcopum ex speciali mandato Papæ.

Vltimo quæro, nunquid hoc cap. & similia habeant lo-
14 cum in † absentibus a beneficiis non requirentibus residentiam. & Innoc. hic dicit, quod non, nisi talis clericus vagaretur, & hoc dictum sequitur Ioan. And. & Docto. allegant 7. quæst. 1. non oportet. & istud dictum multum notat Ioan. de Imo. & dom. Abb.

Ex quo colligunt, quod licet beneficiatus nõ teneatur ad residentiam ex natura beneficij, non tamen potest vagari, immo solum delictum vagationis est sufficiens ad episcopũ priuandum. Et dicit dom. Abb hoc esse notandum contra multos simpliciter beneficiatos, qui vagantur per mũdum, & aliquando efficiuntur stipendiarij, & nihilominus retinent beneficia in partibus: quantumcunque enim sint simplicia, etiam si non exigant residentiam, possunt priuari propter delictum vagationis, quod dicit dom. Abb. esse perpetuo notandum. idem dicit in cap. quoniam frequenter §. porro. supra vt li. non contest. Et inquantum dom. Abb posuit exemplum de beneficiato, qui efficitur stipendiarius Inno. & Host. videntur uelle, quod ipso iure vacet beneficium. Dicunt enim, quod si sit uehemens præsumptio, quod clericus habeat ecclesiam, quæ residentiam exigit pro derelicta: puta recipiendo secundam talem, vel accipiendo vxorem, vel si efficitur miles, uel ioculator, uel agit solemnem poenitentiam, eius beneficium potest conferri. & idem sensit glo. in cap qualiter. supra eod vbi dixi. & infra eod. c. vlt. in glo. 2. Dicunt tamen Inno. & Hostien. quod tutius est in omnibus prædictis casibus beneficium non conferri, nisi prius sententialiter priuetur beneficio. dic tamen, quod sufficit priuatio tacita, uel expressa, ut dixi supra eo. qualiter. & cap. ex parte. & cap. præced.

15 Nunquid autem ualeat † consuetudo, ut sine licentia prælati possit abesse a beneficio Inno. dixit quod sic, quando subest iusta causa absentandi, allegat not. in capit. cum omnes. supra de constit. ad fin dicit tamen, quod non ualet consuetudo. quod absens sine causa legitima recipiat fructus beneficij in absentia, argum cap. j. de consuet. talis enim consuetudo est onerosa ecclesiis, vnde non ualet. Et ex hoc infert Ioã. de Imo. quod consuetudo. quod quis recipiat fructus in absentia, debet intelligi, quando quis est absens ex causa legitima, & cum licentia prælati. sed dic quod illud, quod dicit Ioan. de Imo debet intelligi, quando consuetudo simpliciter disponit. quod quis recipiat fructus in absentia, hoc enim debet intelligi dummodo absit ex iusta causa, & cum licentia prælati, sed si cõsuetudo specialiter disponeret, quod etiam absens sine licentia prælati reciperet fructus, tunc ualet talis consuetudo, vt dicit hic Innocen. dummodo subsit iusta causa, sed consuetudo nõ potest disponere, quod quis sine legitima causa possit abesse ab ecclesia, & ista est cõclusio Innoc. quam Doct. communiter sequuntur. & idem dicit dom. Abb. in fine capit. præcedentis. Et ex prædictis dicit Innoc. quod prælatus non potest sine legitima causa dare cle-
16 rico licentiam † absentandi, quia per ipsam daretur materiam uagationis, & dicit, quod si contrafecerit, superior debet talem licentiam reuocare, licet forte ipse dans, reuocare non possit, ut in cap diuersis fallaciis. de cler. coniu. quod tamen Innoc. non fatetur, & hæc firmat Host. dicens, quod cum uagari sonet in peccatum, ipse dans licentiam reuocare eam poterit, quia dato talis licentiæ non ualet, arg. cap. quod quis. 35. q. 9. & infra de reb eccle. non alien. si quis presbyterorum. & ita transeunt Doctor. quia omnes scribentes communiter sequuntur Innoc. & Host. & de hoc est tex. in cap præcedẽ intelligendo proprie uerbum, prætertum, & vt ibi dixi. & hæc tene menti.

In glo. j. dic, secundum Host. & Ioan. And. quod ibi non latitabat, & poterat inueniri, quia forte erat in prouincia, ideo personaliter erat citandus, hic uero non poterat inueniri, & malitiose præsumebatur abesse ab ecclesia, ideo sufficit citatio per edictum.

In glo. 2. in fi. dic secundum Io. And. quod iste tex. non prohibet moram purgari, licet mandet non venientem post terminum purgari, & ideo admittitur purgatio moræ, dummodo non sit facta executio, idest priuatio tacite, vel expresse, allegat Io. And. ea quæ habentur in cap. fin. supra de elect. & cap. litteras. 3. de suppl. neglig. prælat. facit cap. si tibi absenti. de præben. in 6. per quem tex. dicit hic dom. Card. quod licet quis sit citatus ab homine ad residentiam, & certus terminus sit assignatus, nihilominus admittitur post terminum purgatio moræ, nisi in citatione lata sit sententia priuationis, si non redierit infra tempus assignatum, & hoc dicit tenere Per. de Peru. & hoc dicit Ioan. de Imo. esse notandum, quia uidentur allegare, quod possit quis citari per edictum, & ei assignari certus terminus, infra quem compareat, quo elapso sit ipso iure priuandus, & sic nedum in datione licentiæ, sed etiam in citatione superior assignare potest certum terminum, infra quem clericus reuertatur, & quod eo non reuertente infra terminum, ipso iure incidat in pœnam priuationis, sed hoc an sit uerum, dependet a notabili quæst.
17 scilicet an ualeat † consuetudo, seu statutum episcopi disponens, quem propter non residentiam ipso iure incurrere priuationem beneficij. Et Gaspar Calder. dixit, quod non, quia talis constitutio est contra ius, quod disponit certo modo debere deueniri ad priuationem beneficij, vt patet ex supradictis. & sic dicit Ioan. Cald. consuluisse patrem suum. & similiter dicit, quod non valet cõstitutio episcopi, disponẽs quod absens sine licentia prælati absque iusta causa, ipso iure sit priuatus beneficio. & pro hoc quod notat Ioan. Andr. in addit. Specul. in Rubrica de elect. dicit, quod non valet statutum episcopi, & capituli disponẽs, quod electio facta uno ex canonicis contempto, ipso iure sit nulla, quia contra ius commune, cum ius commune disponat electionem esse ualidam, licet contemptus possit petere eam cassari, vt in cap. quod sicut. supra de electio. & concludit Ioan. And. quod statutum episcopi, & capituli non potest facere actum de iure communi ratificandum, uel annullandum esse nullum, sicut nec econuerso, non potest facere actum nullum de iure communi esse annullandum, vel ratificandum, & dicit ibi Ioan. Andr. hoc esse tenendum. & hanc quæstionem etiam reassumit dom. Cardi. & ponit exemplum in constitutione sinodali, qua præcipitur beneficiatis, vt residcant in beneficiis, & monentur trina citatione cum interuallo certi temporis, an elapso poterint priuari sine alia citatione, & allegat quod sic, per ea quæ habentur in capitulo, extirpandæ. § primo. infra de præben. & quia dies interpellat pro homine, ut cap. potuit. de locato cum similibus. & hoc tenet Federic. de Senis, consilio centesimoquarto. Ipse autem finaliter tenet, quod non sufficit generalis monitio quo ad eos qui erãt absentes, & sciebatur vbi erant, & poterant nominatim

tim citari quo ad eos, non qui nesciunt ubi sit, nec possunt nominatim citari, talis constitutio extenditur, quia quo ad eos sufficit citatio per edictum, ut hic patet, allegat etiam cap fin.de electio.in 6. ubi & electus, & opponens se electioni citantur nominatim, cæteri vero per edictum, & ideo secundum cum in casu prædicto talis monitio operabitur quo ad illos, de quibus nescitur ubi sint, quia poterit pronunciari tales esse priuatos per constitutionem prædictam, per illud quod habetur in dicto cap.extirpandæ.§. qui vero. infra de præben.

Et ex prædictis infert ad monitiones generales, quas faciunt quotidie episcopi contra beneficiatos, ut redeant ad residentiam: alias eos beneficiis priuant: nam tales monitiones non nocent absentibus, de quibus scitur ubi sint, & qui possunt citari, sed solum operatur quo ad alios. de quibus nescitur ubi sint. & de hoc remittit etiam dom. Cardin. ad not.per se in dicto capit quoniam frequenter § porro. supra ut lite non contest. sed Ioan.de Imo dicit hoc ultimum dictum domi.Cardin. non esse verum, quia est contra hunc tex. & per hoc dicit, quod monitiones generales quæ fiunt per edicta, & communiter affiguntur in portis ecclesiæ cathedralis, & non apud ecclesias illorum, de quorum priuatione agitur, non valent, quia debent affigi in ecclesiis eorum, de quorum priuatione agitur, ut dicit ille tex in prin.sa cit de causam.de elect. dicit tamen, quod episcopi sæpe de facto faciunt tales priuationes, sed de iure non valent, & ideo credo, quod bene dicat in hoc, quia contra absentes qui nõ possunt personaliter citari.debet seruari forma huius cap.

Sed quo ad principale dictum, scilicet an valeat constitu-
18 tio † inducens priuationem ipso iure contra non residentes. Ioan de Imo.dicit, quod opin.dom Cardi.inquantum vult, quod constitutio possit inducere pœnam priuationis ipso iure contra eos qui nesciuntur ubi sint, & per consequens etiã contra illos, qui post constitutionem adipiscuntur beneficia, quia utroque casu est eadem ratio.facit glo.unica in clemen.ut hi qui.de ęta & qual.quę dicit, quod ante illam constitutionem multi episcopi fecerunt constitutiones, quod non existentes in sacris non haberent vocem in capitulo. Vnde Ioan.de Ana.in hoc articulo multum se inuoluit, & in effectu dicit, quod aut constitutio statuit electionem esse nullam ubi ius commune disponit non esse nullam, sed annullandam, & talis constitutio non valet.

Et ex hoc vult inferre, quod si constitutio episcopi disponit clericum non facientem residentiam, esse priuatum beneficio, quod talis constitutio non valeat, per no.per Ioan. An. in dicta Rubrica de electio.& sic sequitur opin.Gasparis Cald. aut constitutio non disponit expresse contra ius cõmune, sed dispositum simpliciter limitat, & etiã restringit, & tunc talis constitutio valet, & hoc casu procedit glo.in dicta clem.ut hi qui. de ęta & qual.nam ante dictam clemen. non erat expresse dispositum, quod canonici haberent vocem in electione, etiam si erant in minoribus, sed simpliciter dicebatur, quod ad canonicos spectaret electio, ideo tunc valebat cõstitutio episcopi, cũ esset rationabilis, & sic censetur ille casus quodammodo prætermissus, ex quo specifice super illo non disponit, & sic dicit intelligendam esse glo.in dicta clem.ut hi qui.& allegat not per Bart in l.si constante in 9.quæst.primæ partis ff solu matr.ubi concludit facilius posse beri limitationem iuris, quam ipsum ius tolli. dicit etiam, quod si ius esset dubium circa eius intellectum, ut quia una constitutio dicit, quod debet fieri priuatio per sententiam, ut supra cap. proxi. alia quod ipso iure sint priuati, ut hic, in versic spoliari. & supra eod qualiter. & in cap ex parte. & infra tit. proxi extirpandæ. § qui vero talis constitutio potest tolerari, scilicet quod non residens incurrat priuationem ipso iure, dummodo seruetur forma iuris in monitionibus, prout superius dictum est. Et sic videtur Ioan.de Imo. in hoc ultimo limitare opi Gaspar.Cald. nam opin. sua procedit, quando constitutio disponeret, quod non residens, vel se absentans sine licentia prælati, ipso iure sit priuatus beneficio: secus si disponeret, quod clerico non redeunte factis debitis monitionibus ipso iure incurreret priuationem beneficij: tunc enim secundum eum valeret talis constitutio. dic tamen, quod communiter tenetur, quod clericus non rediens, ipso iure non perdat beneficium, sed possit priuari tacite, vel expresse, ut dixi in capitulo, qualiter. & capitulo, ex parte, supra eodem. Et de hac materia vide Ioannes de Imo. in capitulo, cum omnes. supra de constitutionibus. Sed ego sequor opin.Feder de Sen. qui in dicto consilio 104. consuluit, quod si constitutio synodalis, seu episcopi disponat, quod omnes debent residere, & non residentes priuat beneficiis, non requiratur aliqua monitio ad actum priuationis, licet requiratur citatio, seu monitio, quando prælatus vult declarare ipsos priuatos, ut in capit.cum secundum de hæret.in 6.& in clem præsenti.iuncta glo.in uerbo, constiterit. de censi. & hoc sequitur dom. Abb.in dicto cap.quoniam frequenter.in septima, seu octaua colum versic.hæc sunt vera supra ut li.non contest.

19 Mouetur, quia constitutio episcopi † potest adiuuare ius commune, ut imponat pęnam ipso iure, ubi a iure communi non est imposita, ut in cap.2.§.1.de constitu in 6.ubi bonus tex. nam de iure communi propter furtum quis non incurrit ipso iure excommunicationem, & tamẽ valet cõstitutio episcopi, ut committens furtum, ipso iure sit excommunicatus, allegat etiam no per Ioan And in cap.fin.de offic. Archipresb.ubi post Hostien.concludit, quod ad obseruantiam iuris cõmunis potest statutum episcopi imponere nouam pęnam, quæ de iure communi non est imposita, etiam si ipso iure imponatur, & Ioann.de Imo.male respondet ad glo.in dicta clem ut hi qui. quia illa glo.dum dicit, quod constitutio episcopi poterat priuare existentem in minoribus ipso iure potestate dandi vocem, mouetur per not in capit. fina.de officio Archidiaco.scilicet quod quia episcopus potest facere constitutionem pœnalem ad obseruantiam iuris communis, ideo potuerunt episcopi facere constitutionem, ut existentes in minoribus non habeant uocem in capitulo: nam de iure communi quis debet facere ordinari ad ordines sacros, maxime quando superior sibi mandat, ut in capit.quæris, de ęta & qual.& ideo talis constitutio imponens pœnam priuationis ipso iure, vel qui nolunt ordinari ad sacros ordines, tendit ad obseruantias iuris communis, ideo valet talis constitutio, & sic illa glo vult, quicquid dicat Ioã. de Imo. quod constitutio episcopi possit imponere pœnam ipso iure. Non obstat illud, quod dicit Ioan. Andr in addit. Specul in Rubrica de electio quia loquitur, quando constitutio episcopi vult alterare substantialia formæ electionis addendo, uel minuendo Nec dicit, quod constitutio episcopi non possit facere actum annullandum esse nullum: sed dicit, quod non potest facere actum annullandum, vel ratificandum esse nullum: nam talis constitutio non imponit pęnam pro obseruantia iuris communis, sed disponit specifice ius commune, quia ius commune ponit formam substantialem electionis, cui nec addi, nec diminui debet. Item quando aliquis de canonicis non est vocatus, in facultate sua est petere, electionem cassari, uel ipsam ratificare, ut in capit. quod sicut. de electio. vnde si constitutio episcopi disponit ipsam esse nullam, non solum punit non uocantes, sed etiam non uocatum punit, qui non est in culpa, inquantum sibi aufert electionem confirmandi, uel ipsum petendi cassari, unde talis constitutio non simpliciter imponit pœnam ad obseruantiam iuris communis, sed aufert beneficium iuris ille, qui non fuit in culpa, vnde dicitur esse contra ius commune, quia non simpliciter imponit pęnam ad obseruantiam iuris communis, sed alterat dispositionem iuris communis, & aufert beneficium iuris communis illi, qui non fuit in culpa: secus de ceteris, si ad obseruantiam iuris communis imponeret pœnam annullationis actus ipso iure, ubi de iure communi non esset nullus, sed annullandus: ualeret enim talis constitutio, & hoc sensit glo.in dicta clem.ut hi qui. & dom. Abb in dicto capitu.quoniam frequenter.

20 Et ideo conclude, quod cum † statutum exigens residentiam fieri, & priuans non residentes ipso iure beneficiis suis, tendat simpliciter ad obseruantiam iuris communis, scilicet ad residentiam faciendam, licet imponat maiorem pęnam, quam imponat ius commune, est ualidum, nec dicitur esse ius commune. & de hoc est tex.in dicto cap.2.§.1.de constit in 6.

Et ex prædictis ego credo, quod dictum domi.Cardin. & Petri de Perusio, scilicet quod si episcopus citat clericum, ut infra certum tempus reuertatur ad residentiam sub pœna priuationis, quam incurrat ipso facto, si non redierit, sit uerum, & uidetur etiam esse de mente Ioann.de Imo. dum dicit, quod si constitutio sinodalis priuat ipso iure clericum factis debitis monitionibus, quod valet dicta constitutio, quia aliqua iura dicunt, quod incurrat priuationem ipso iure per sententiam, & ipse Ioannes de Imola, dum refert illud dictum domini Cardina. dicit ipsum dependere ab infra dicendis: noluit enim dicere illud dictum dependere ab illa quæstione, scilicet an ualeat constitutio episcopi, qui imponit priuationem ipso iure. vide tamen quod notat Innocent.& Doctor.in capitulo, cum bonæ. de ęta.& qualit. Et per hoc habes hunc difficilem articulum expeditum, quem tene menti.

In glo.in verbo, spoliari. hæc glo in effectu intelligit hunc tex.quod ponat tantum vnum casum, scilicet quod loqua-

tur de eisdem clericis, & quod primo debeāt spoliari, & suspē
di ab administratione temporalium, & quod postea cre-
scente contumacia debeant suspendi ab administratione
spiritualium, & ita intelligit versic. contra eos.

Secundum intellectum ponit glo. in verbo, contra eos. sci
licet quod principium loquatur de clericis non prælatis, & ꝙ
in versi. contra eos, mutat casum, & quod loquatur de mo-
do procedendi contra prælatos, & dicit gl. quod hoc potest
patere ex duobus.

Primo ex eo, quod dicit, quod ab administratione re-
moueat

Secundo ex eo, ꝙ dicit, & quibus præsunt ecclesiis, quasi
velit dicere glo. quod soli prælati, qui debent præesse, ꝙ soli
debent habere administrationem, & primum dictum glo:
no sed fm dictum non est verum. quia etiam habentes sim-
21 plicia † beneficia respectu præbendarum debent habere ad-
ministrationem, vt in cap. præsenti. de offic. Archid. in 6. &
ibi plene not. Istum tamen intellectum sequitur Innoc. qui
dicit, quod in registro erat contra alias, & nō contra eos, &
iste intellectus communiter tenetur. vnde dicit do. Abb esse
aduertendum, quia ista Decr dirigitur Archiepiscopo Arela
tensi. & sic videtur velle, quod cōtra subditos inferiores pos
sit Archiepiscopus procedere, prout dicitur in princ. vsq; ad
versic. contra eos. ibi, non videtur de episcopis suffraganeis
ipsius Archiepiscopi, & dat alium modum procedēdi, quia
22 licet † Archiepiscopus possit suspendere, & excommunicare
episcopos sibi suffraganeos, vt in cap. sacro. de sen excomm.
& in cap vt lingantes. de offic ordin. in 6 & in cap quanto.
eod. tit vbi dixi: non tamen potest eos deponere, seu priuare
suis episcopatibus, vt in cap. inter corporalia. de transla præ
la cum similibus. Et ideo quatenus iste tex. facit mentionem
de senten. excomm. & suspensionis, dirigit verba sua ad Ar-
chiepiscopum, quatenus non facit mentionem de remotio
ne ab administratione spiritualium. & de pœna priuationis,
dirigit verba sua ad legatum. Et dicit dom. Abb debere intel
ligi, quod legatus hoc facit de speciali mandato Papæ, quia
23 nullus citra † Papam potest priuare episcopum, vel ipsum
transferre. vt dicto cap inter corporalia, & cap. quod translа
tionem. de offic leg.

Et ex hoc intellectu dicit dom. Abb. haberi modum coer-
cendi episcopos ad residētiam: nam Archiepiscopus potest
eos compellere per suspensionem, & excommunicationem
& si non resipuerint, debet haberi recursus ad Papam. quia
solus potest priuare, vel committere priuationē legato, vel
alteri cui voluerit, & dicit, quod iste intellectus sic declara-
tus est communis, & verus.

Tertius intellectus est, vt ver. contra eos, intelligatur cum
primo dicto de eodem facto. & pro hoc facit illud relatiuum
eos. & tunc dicit dom. Abb ꝙ ille tex. voluit dare duplicem
practicam procedendi. f. vt lapso termino procedat prælatus
ad priuationem, vel si forte absens est vtilis ecclesiæ. poterit
procedere per viam excommunicationis, seu suspensionis,
ne per hanc viam cogatur redire. Sed huic intellectui obstat
littera sequēs in eo, quod dicit, ꝙ legatus poterit illos remo
uere ab administratione spiritualium. sed do. Abb. soluit di-
cens, ꝙ littera intelligitur de omnibus subditis huic Archie
piscopo vsque ad versi. quod si nec. ibi vero loquitur de epis,
& ibi dr̄, ꝙ contra ipsos debet haberi recursus ad legatum.
& pro hoc facit. ꝙ consultatio erat generalis de omnibus
clericis cuiuscunque conditionis, & gradus, & dicit, quod lit
tera illa fuit nimis decisa &c. quia non erat ita generalis in
registro, & dicit quod hunc intellectum multum adiuuat il
la dictio copulatiua ibi, & quibus præsunt ecclesiis &c quasi
a parte innuatur, quod contra ipsos non solum potest pro-
cedi, vt supra dictum est, sed etiā prout sequitur. & pro hoc
facit ꝙ not. in c. vnico. de commo. Sed quicquid dicat Abb.
iste intellectus non conuenit litteræ, licet etiam istum intel
lectum referat hic Io. de Imo in x col. & est vera in se.

Quartus intellectus est, vt principium capituli intelligatur
de clericis non residentibus. versic. vero, contra eos, de non
volentibus obedire, & pro hoc facit littera ibi ad tuam obe-
dientiam vocare compellas. Forte enim iste Archiepūs fuit
conquestus, ꝙ quidam clericorum nolebant sibi obedire, &
respondetur in littera distinguendo, an tales sint de clericis
minoribus, & tunc debent compelli ad obediētiam per ex-
cōicationem, vel suspensionē: An vero tales sint epi, & tūc
sunt remouendi ab administratione spirituali a Papa, vel ab
alio eius mandato, & si persistunt in contumacia, debēt pri
uari ecclesiis suis & idē forte posset dici in inferioribus, quā-
do post excommunicationem, vel suspensionem persisterēt
in contumacia. pro hoc facit, quia illa verba, & quibus præ-
sunt ecclesiis &c. includunt omnia præcedentia, vt dixi, se-
cundum dom. Abb. in præcedenti intellectu.

24 Et ex hoc intellectu nota, quod propter † inobedientiam
non potest clericus priuari beneficio, licet possit excommu
nicari, vel suspendi propter contumaciam in non obedien-
do, tamen si post excommunicationem, vel suspensionem,
adhuc persistat in contumacia, tunc demum potest priuari
ecclesia, vel beneficio.

In glo. pen ibi, secus si de crimine ageretur &c. mens glo.
est, ꝙ si agitur ad priuationem beneficii propter non residen
tiam, non requiritur ordo iuris, quia lapso termino potest
clericus priuari tacite, vel expresse beneficio, aliquo proces-
su non præcedenti, vt dixi in c. ex parte & in c. qualiter. s̄. eo.
25 Vbi vero agitur ad † priuationem beneficij propter crimen,
debet seruari ordo iuris, vt not. Ioan. And post Innoc & Ho
stien. in capi quoniam frequenter. §. porro. supra vt lite non
contest. de quo etiam vide glo. in clem. dispendiosam. in ver
bo, beneficiis in fi. de iudic.

In glo. vlt. diuidet ipsam in duas partes.

In prima quærit, & respondit.

In secunda colligit argumentum ex tex. secunda ibi. argu
mentum est hic.

In prima parte glo bene dicit: nam dato quod dispēsetur
cum prælato remoto ab administratione spiritualiū, & præ-
terea deposito ab ecclesia sua pp necessitatem, vel vtilitatē
ecclesiæ, non est pp hoc ille cui est collata ecclesia ab ipsa re
mouendus, vt no. in c. innotuit. de elect. immo plus dicit do.
Abb. ꝙ etiam si esset restitutus ad pristinum statum per ver-
ba generalia, non propter hoc recuperaret beneficium, vel
ecclesiam alteri collatam, vt in c. quamuis. de rescript. in 6.
vbi vide Domi. facit quod no. Legistę in l fi. C. de bo. proscri.

In secunda parte gl. dic, ꝙ in hoc articulo glo. loquuntur
variis modis, & in effectu tres ponit opiniones.

26 Prima est opinio, ꝙ † aut clericus deponitur verbaliter, &
tunc non potest restitui per epm, aut actualiter degradatur
sm formam cap. degradatio. de poen in 6. & tunc solus Papa
ipsum restituit. Istam opin ponit glo. 2. q. 6. ideo. & ista opin.
communiter tenetur, vt dicit hic Io. de Imo.

Secunda est opinio, quod nec est depositus propter cri-
men, & tunc solus Papa eum restituit, aut propter cōtuma-
ciam, & tunc episcopus potest eum restituere. Istam opi. po
nit glo. in c. si quis presbyter. 7. q. 1.

Tertia opi est, ꝙ aut vult probare se iniuste depositum: pu
ta per falsos testes, vel falsa instra, & eps potest eum restitue
re, aut nō allegat se iniuste depositum, sed petit restōnem ex
sola gratia, & tunc solus Papa eum restituat. pro hac opi. vr
tex. cum glo. in c. eps. 11. q. 3. idē dicit glo. si in c. clerici. de cle.
exc. mi. Do. autē Abb. cōcordando has opi. distinguit, ꝙ aut
depositio verbalis, & tunc eps pōt restituere clericum in ca-
sibus, in quibus a iure sibi cōceditur dispēsatio, vt est in adul
terio, & in minorib criminibus, vt in c. at si clerici §. de adul
teriis. s̄. de iud. nam ille tex. etiam in restōne post depositionē
verbalem potest procedere, vt dicit do. Abb. & hic. In maio
ribus vero criminibus nō poterit sm eum eps restituere, cū
in eis dispensare non possit. Ego tamen putarem, ꝙ vbi cleri
cus esset depositus verbaliter pp cōtumaciam, ꝙ eps possit
dispensare. etiam si crimen super quo procedebatur, sit ma-
ius adulterio, quia nō dispensat super ipso crimine, sed super
contumacia, & hoc modo procedit glo in d. c. si quis presby
ter. 7. q. 3. dum dicit, ꝙ eps potest restituere depositum pp cō
tumaciam. Cōtumacia enim minor est ipso crimine, & ideo
eps potest eum restituere. pro hoc facit, quia iura concedūt
27 iudicibus, † vt possint remittere pœnam contumaciæ. vt in c.
consuluit. de offi. deleg cum si. Dñr in Card. & Io. de Imo. ꝙ
28 hoc procedit in ordinario. Delegatus † autē cui Papa specia-
liter commisit depositionem epi, non potest eum restituere
quia lata sententia depositionis functus est officio suo, vt in
in c. in litteris. de offi. dele. Aut depositio est actualis, & tunc
si allegatur causa legitima: puta quia dicit se depositum per
falsos testes, seu per falsa instrа, tunc eps potest eum restitue
re, vt in d. c. eps. & not glo. in d. c. clerici. secus si petatur resti
tutio ex sola gratia, quia tunc solus Papa potest restituere,
cum actualiter degradatus. exutus sit omni priuilegio cleri-
cali, & relictus sit iudicio sæculari, vt in c. degradatio. de pœn.
in 6. Et de hoc articulo vide in d. c. clerici. de cleri. excomm.
min. vbi etiam Doct. tangunt. Tangit etiam Spec. in tit. a. §.
nunc ostendendum. versic. 9. Sequitur cap. tuæ.

S V M M A R I V M.

1 *Priuilegiatus vt absens in studio fructus præbendæ percipiat, studens in studio particulari, priuilegio non vtitur.*

2 *Absens causa studiorum, quomodo consequi possit fructus præbendæ in absentia.*

3 *Disse-*

3 *Differentia inter villam, & castrum.*
4 *Villa est pluralitas domorum vallo, non muris vallata.*
5 *Castrum muris circundatum est.*
6 *Studia, in quibus non est competens exercitium, non habent priuilegium.*
7 *Paria sunt non esse, vel minus competens esse.*
8 *Fraus nemini prodesse debet.*
9 *Episcopi an pomposis ædificiis uti debeant.*
10 *Iura quibus in locis sint legenda.*
11 *Studium Ciuitatis Paduæ antiquissimum est.*
12 *Bononia Ciuitas habuit priuilegium studij a Theodosio Imperatore, anno Domini 426.*
13 *Doctoratum quis possit conferre.*
14 *Theologiæ studentes, fructus præbendarum obtinent, & sic iuris canonici.*
15 *Absentes non percipiunt fructus beneficiorum, nisi sint absentes propter vtilitatem ecclesiæ.*
16 *Prælatus qui non vult præbere licentiam absentandi causa studij, an possit compelli per superiorem.*
17 *Licentia præstita scholari de eundo ad studium, an possit a prælato reuocari.*
18 *Habens priuilegium percipiendi fructus, dum est in studio, an teneatur petere licentiam ab episcopo.*
29 *Studii causa qui se transfert ad castra, vel villas, an gaudeat priuilegio percipiendi fructus præbendæ.*

CAP. XIII.

1 Quæ. Priuilegiatus vt absens in studio † fructus
præbendæ percipiat studens in studio par-
ticulari priuilegio non vtitur. hoc dicit. Duæ sunt
partes. In prima quæstio. In secunda responsio. se
cunda ibi, ad quod breuiter respondemus.
2 Nota primo ex tex. † quod absens ex causa studiorum nõ
potest percipere redditus in absentia, nisi duo concurrunt.
Primo, quod sit priuilegiatus.
Secundo, quod habeat licentiam sui prælati. facit quod
habetur in cap fin. de magist.
3 Secundo no. differentiam † inter villam & castrum: nam
4 villa proprie † est pluralitas domorum sine muris, & dici-
5 tur villa, quasi vallis vallata domibus. † Castellum vero, vel
oppidum habet muros. & dicit do. Abb. tex. esse ponderan-
dum, quia dicit castella, & non castra: nam castrum dicitur
quasi casa arcta, quia castrum non debet esse nimis spatio-
sum, vt per paucos homines possit custodiri. & de his, & si-
milibus vide Ioan. Andr. in cap. si ciuitas. de senten. excom-
municat. in 6.
Tertio nota ibi, vel minus competens exercitium studio-
6 rum, quod studia, † in quibus non est competens exercitiũ
studiorum, non gaudent priuilegio studij. & dicunt Docto.
per hunc tex. quod si habens priuilegium de percipiẽdis fru-
ctibus in absentia ratione studij transferat se ad locum, vbi
non est studium competens, non gaudet priuilegio, & hoc
satis probat iste tex.
7 Quarto nota, paria † esse aliquid non esse, vel esse minus
competens. ad hoc. de translat. prælat. inter corporalia. & ff.
qui satisd. cogan. l quoniens.
8 Vltimo no aliud vulgatum, scilicet quod dolus, & † fraus
nemini debet prodesse. idem dicit tex. in c. sedes de rescript.
9 In glo. 3 in fi. dic, quod cap gloria episcopi. dicit, quod † epi
scopi non debent vti pomposis ecclesiis, vel ædificiis, nec vti
aliis delicatis, non autem dicit, quod episcopi sint præficien
di paruis ciuitatibus, immo contrarium habetur expressum
in cap 1 infra de priuileg vbi dicitur, quod episcopi non sunt
constituendi in paruis ciuitatibus. l. enim, sed licet. ff. de offi.
præsi. dicit, quod non debet inspici, quã ratione fuerit factum,
sed quid faciendum sit, attendendum est. Et inquantum gl.
10 dicit, quod iura † sunt legenda in regiis ciuitatibus, dic quod
de iure communi solum in ciuitatibus tribus possunt legi
iura. s in ciuitate Romana, Constantinopolitana, & Beriten
si, vt dicit tex in proœ. Digestorum § hæc autem tria. & ibi di
cunt Iac de Are. & Bar. quod etiam si sit ciuitas regalis, non
potest in ea fieri studium, nisi habeat priuilegium ab Impera
tore, vel a Papa, vel ex cõsuetudine tanti temporis, cuius ini
tij non sit memoria, quia talis consuetudo habet vim pri-
uilegij, vt in c super quibusdam. § j de verb. sign & in l hoc iu
re § ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. & ponunt exemplũ
11 In † ciuitate Paduana, in qua tempore Iac de Are. & Bar. erat
studium per tantum tempus, cuius initij non est memoria,
sed postea fuerunt concessa priuilegia tã per Romanos Pon
tifices, quam per Imperatores, vt dicit hic dom. Card. & con
stat, quia studium Paduanum habet plenissima priuilegia.
De Bononia autem vide glos. in clemẽ. j de magist. in verbo,
12 † Bononiensi, quæ dicit, quod habuit priuilegium studij a
Theodosio minore currentibus annis Domini 426. Et pro
prædictis vide bo glos. in clem. dudum § studiis. in verbo, ge-
neralibus. de sepult. quæ dicit, quod ciuitas potest habere stu
dium generale, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine, cuius
13 initij non est memoria. Quis autem possit † conferre docto-
ratum. glo. fin. in clemen. 2. de magist. dicit, quod aliqui con-
ferunt de auctoritate Apostolica, vt Archidiaconus Bono-
nien. aliqui de consuetudine, aliqui de iure communi, & alle
gat Hostien. in summa de magist. §. penult. in princ. vbi alius
non apparet episcopus cum capitulo, potest conferre docto
ratum, vt in cap. quia nonnulli. versic verum. de magist. Sed
glo. dicit, quod illud c. parum facit, maxime ponderata De-
cretali 2 eod. tit. & ipsius suprascriptione, & dom. Abb. hic di
cit, quod communiter reprobatur dictum Host. & commu-
niter obseruatur, vt impetretur a Papa, vel ab Imperatore
priuilegium doctorandi.
In glo. 2. hæc glo. in effectu dicit, quod sufficit, quod studiũ
sit mediocre ad hoc, vt priuilegiatus possit vti priuilegio. di
citur autem competens exercitium esse studiorum, secũdum
Host. & Ioan. And. quando ibi sunt scholares, cum quibus
potest conferri. Item quando ibi leguntur artes liberales, &
Host. dicit esse relinquendum arbitrio iudicis, alleg. l si duas.
§ Grammatici. ff. de excusat. tutor. & 38. dist. si quis Gramma
ticam. & cap sequen. & remittunt se ad summam de magist.
§. conuentus.
Sed intellectus Hostien. quando talis ciuitas, in qua exer-
centur artes liberales, habet priuilegium studij, vel illud præ
scripsit tanto tempore, cuius initij non est memoria.
Sed iuxta prædicta quæro ad declarationem tex. dum fa-
cit mentionem percipiendi fructus in absentia, de quo priui
legio intelligatur, & intelligitur duobus modis.
Primo de indulgentia concessa alicui, vt existens in stu-
dio, percipiat fructus præbendarum suarum, & iste intelle-
ctus conuenit litteræ.
Secundo potest intelligi de priuilegio cõcesso ipsi studio,
14 & de iure communi requiritur concessum studio † Theolo-
giæ, quia studentes in Theologia percipiunt omnes fructus
exceptis distributionibus quotidianis, ut in capit. licet. infra
de præben. & in cap. fin infra de magistr. idem dicendum est
in studentibus in iure canonico, vt in cap. cum ex eo. de ele
ctione in 6. vbi patet, quod episcopus potest dispensare cum
promoto ad ecclesiam parochialem, vt possit studere in iu-
re canonico per septennium, & recipere fructus per septen-
nium, dummodo seruiat ecclesiæ per Vicarium. & idem di-
cit dom. Abb. in legente ius cano. per cap. fin. in fi infra de
magist. & dicit domi. Abb. quod fortius potest episcopus di-
spensare, vt tenentes simplicia beneficia, percipiant fructus,
dum existunt in studio iuris canonici, vt in cap relatum. su-
pra eod vbi est bo. tex. & dicit se putare quod in simplicibus
beneficiis non teneatur quis tenere Vicarium, quia iura de
hoc nullam faciunt mentionem, sed solum hoc exprimunt
in tenentibus beneficia curata. sed dictum eius potest pro-
cedere, quando ecclesia nullum ex hoc patitur detrimentũ:
puta quando vnus de cano se absentat causa studij de li-
centia superioris, secus si ecclesia pateretur detrimentum,
verbi gratia, rector capellæ se absentat causa studij, tunc e-
nim tenetur dimittere Vicarium, ne capella careat seruito-
re, & vide quæ dixi in cap conquerente supra eod.
Et ex his cõclude, quod existens in studio non habet ius
percipiendi fructus suæ præbendæ in absentia, nisi studeat,
vel legat in Theologia, vel in iure canonico. sed hoc est ue-
rum, secundum Ioan. Andr. nisi hoc ius competat de iure
particulari: puta iure priuilegij, vel ex constitut. episcopi,
vel ex consuetudine ecclesiæ. & dicit dominus Abb. hoc vl-
timum esse notandum, quia in multis locis de consuetudi-
ne beneficiati transferunt se ad studium non petita licentia
a Prælato, & percipiunt fructus in absentia: valet enim hæc
consuetudo. dicit tamen, quod prædicta sunt intelligenda,
dummodo ecclesia non patiatur graue detrimentum in
cultu diuino, quia tunc absens potest reuocari non obstan-
te statuto, vel consuetudine ecclesiæ, vel etiam priuilegio,
vt infra eodem, ad audientiam. & capitulo sequenti. & ibi
dicetur.
Secundo quæro, nunquid ex eo, quod Prælatus dat licen
tiam subdito se absentandi causa studij, debeat percipere
fructus in absentia. & Archidiac. tenet quod sic, in capitu-
lo, de quibusdam, trigesimaseptima distinctio. ratio, quia
talis licentia debet aliquid operari. lege, si quando. ff. de le
gatis primo. & in capitulo, si Papa. de priuilegiis. in sexto.

Io. And. hic tenet contrarium per istum tex. qui videtur requirere, quod vltra licentiã habeat indulgentiam percipiendi fructus, dum in studio residet. Nec obstat ratio Archid. quia datio licentiæ operatur, quod non poterit priuari ex non residentia, ex quo habet licentiam. facit quod habetur in capi. cum in cunctis. §. cum vero. de electio. Et dicit Ioan. And. hoc procedere, quando studium ad quod accedit, nõ habet priuilegium, quod ibi studentes recipiant fructus præbendarum in absentia: secus si studium in hoc sit priuilegiatum, vt est studium Bononiense, & studium Paduanum, vel nisi ex constitutione, vel consuetudine ecclesiæ, habeat hoc ius percipiendi fructus, dum est absens in studio, quia tunc etiam posset percipere, cum censeatur tunc habere indulgentiam ex tali constitutione, vel ex consuetudine: alias extra casus prædictos sola licentia prælati, vt quis possit se absentare causa studij, non sufficeret, vt posset percipere fructus in absentia, & hoc tenet menti, & Butr. & Ioan. de Hi. sequuntur hęc dicta Ioan. Andr.

Sed hoc intelligas, nisi scientia esset priuilegiata, vt in ea studens percipiat fructus, vt in scientia Theologiæ, & iuris canonici, quia tunc sufficeret sola datio licentiæ, per ea quę dixi in præcedenti quæstione. Procedit ergo dictum Doctorum, si daretur licentia studendi in Philosophia, vel Logica.

Ex prædictis sequitur, quod si quis petat licentiam a prælato se absentandi a beneficio, quod non debet percipere fructus in absentia. facit cap. cum non deceat. de elect. in 6.
15 vbi patet, quod † absentes non percipiunt fructus beneficiorum, nisi sint absentes propter vtilitatem ecclesiæ, vel nisi sint infirmi, vel in seruitio episcopi, vt infra eod. ad audientiam. & supra eod. de cætero.

Tertio quæro, an sufficiat petere licentiam a prælato. & Doct. dicunt quod non, nisi obtineatur, & hoc probatur supra eod. relatum. & ibi dixi. Dicunt tamen Docto. quod si
16 † prælatus non vult dare licentiam, quod potest compelli per superiorem, vt in cap. nullus. de iure patron. Et hoc dictum inducit domi. Abb. ad quæstionem talẽ: statuto cauetur, quod mulier non possit contrahere sine consensu duorum proximorum agnatorum, illi requisito noluit consentire: nam secundum eum potest adiri iudex, vt eos compellat ad consentiendum, vel vt allegent iustam causam contradictionis, allegat no. per Barto. in l. cum non solum. C. de bo. quę lib. & in l. si constante ff. sol. matr.

17 Nunquid autem possit † licentiam reuocare, si eam dedit. dic quod non, nisi euidens causa cõtrarium suadeat. de quo vide glo. in cap. cum ex eo. in verbo, septennium. de electio. in 6. pro hoc facit quod notant Doct. in cap. præced. vbi sentiunt, quod dans licentiam, non potest eam reuocare, nisi quando datio licentiæ non tenet.

18 Quarta quæstio est, an habens † priuilegium percipiendi fructus, dum est in studio, teneatur petere licentiam ab episcopo. & iste tex. videtur velle, quod sic. Sed dom. Card. dicit ponderandam esse formam priuilegii, quia poterit esse talis, quod non erit licentia episcopi necessaria. facit cap. porro. & cap. accepimus. de priuileg. dicit etiam esse inspiciendam formam priuilegij concessi studio, quia potest esse talis, vt non sit necesse petere licentiam a prælato, & dicit studium Paduanum habere tale priuilegium, quia ibi studentes etiam sine licentia Prælati omnes prouentus percipiunt distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis. Ego tamen sic dicerem quo ad declarationem tex. quod aut priuilegium cõceditur alicui, quod possit ratione studij percipere fructus in absentia, & tunc requiritur licentia prælati, & hoc modo loquitur iste tex. Aut Papa concedit licentiam alicui, quod possit accedere ad studium, & quod donec est in studio, percipiat fructus beneficiorum suorum, & tunc non requiritur licentia: ex quo enim habet licentiam studendi a Papa, non requiritur, quod ab alio petat.

Vltimo intellige istum text. dum dicit, quod transferens
19 se ad castella, & villas, causa studij, † non gaudet priuilegio, quando se transfert in fraudem, & per dolum, & ita loquitur tex. secus dicit Hostien. si hoc fieret non in fraudem, puta si propter guerram, vel pestem, vel ob aliam causam similem, non est studium competens in loco solenni, sed propter pestem, vel guerram vitandam Doctores, & scholares transtulerunt se ad villam, vel ad castellum ad legendum, tunc enim non haberet locum iste tex. secundum Hostiens. & idem dicit, si illuc accederet causa audiendi summum Doctorem. qualis tempore Host. erat Iacob. Balduini, & sic hoc casu priuilegiatus se transferens ad castrum, vel villam, vti poterit priuilegio, quia tunc cessat dolus, & fraus, vti debet priuilegio, remittit tamen Ioan. And. ad notata in capitu. super specula. infra de magistris. Et hæc sufficiant. Sequitur capitulum, ex parte tua.

SVMMARIVM.

1 *Abesse licite potest ex causa, qui iurauit residere in ecclesia.*
2 *Promouendus an teneatur iurare de residendo.*
3 *Absens residere censetur, quando absentia est propter vtilitatem ecclesia.*
4 *Iuramentum præstitum recipit in materia iuris limitationes, & exceptiones.*
5 *Iuramentum verificatur non solum in actu vero, sed etiam in actu ficto.*
6 *Verbum soluere, impleri debet in forma specifica.*
7 *Verba omnia, inquantum proferuntur ab homine, sunt facti.*
8 *Residere continuè, quando quis dicatur.*
9 *Residentia qualiter procedat, vbi quis duo habet beneficia.*
10 *Verbum assiduè, qualiter exponatur.*
11 *Continuum etiam dicitur tempus interpolatum.*
12 *Præsens quis dicatur.*
13 *Iuramentum ad qua extendendum sit.*
14 *Præsens qui reputatur, vtrum gaudeat omni priuilegio præsentium.*
15 *Statuta, & consuetudines, quando extendantur ad casum fictum.*

CAP. XIIII.

1 EX parte. Qui iurauit in ecclesia residere, pro negocijs ecclesiæ licite se † absentat. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, postulationi.

Nota primo, quod præstatio iuramenti de residentia facienda tempore promotionis non est illicita. facit cap. significatum. infra de præb. & supra eod. relatum. & quod ibi dixi.

2 Dicunt tamen Doct. quod promouendus † non tenetur pręstare iuramentum de residentia facienda: sed solum, quando statutum, vel consuetudo ecclesiæ hoc disponit, vel quando est suspectus de non residendo, & sic sentiunt Doctores, quod cessantibus suspitione promouendi, & statuto, ac consuetudine ecclesię, non teneatur ipse promouendus præstare iuramentum de residentia facienda, & hoc placet domino Abba. quia iura extra hos casus non inducunt tale iuramentum, argumen. in capitulo, dilecti. & in capitulo, legebatur. de maior. & obedient. facit capitu. clericos. de cohabita. cleric. & mulier.

3 Nota secundo, quod absens † pro vtilitate ecclesiæ, vel vtilitate dignitatis, vel beneficij particularis, censetur residens quo ad recipiendos fructus præbendæ, sed non quo ad percipiendas distributiones quotidianas. de quo vide bo. tex. in c. cum non deceat. de elect. in 6.

4 Tertio nota, quod iuramentum † præstitum in materia iuris recipit limitationes, & exceptiones iuris. Iuramentum enim de residendo consonat iuri communi, quia etiam ius commune disposuit, quod quilibet teneatur ad residendum, vt supra eod. relatum. & cap. conquerente. & ideo iuramentum de residendo recipit interpretationes, & limitationes, quas recipit ius commune, disponens super residentia. ad idem infra eod. cum dilectus. & in capitulo, ad audientiam. vbi dicam.

5 Vltimo nota, quod † iuramentum non solum verificatur in actu vero, sed etiam in actu ficto. Et ex hoc do. Pet. infert in hoc plus iuris habet, quam statutum, quia statutum non verificatur in actu ficto, vt in l. 3. §. hęc verba. ff. de nego. gest. sed Ioann. de Hi. ipsum repræhendit, quia etiam statutum cõforme iuri communi verificatur in actu ficto, sicut etiam dispositio iuris communis verificatur in actu ficto, vt infra eod. cum dilectus. & cap. ad audientiam. & ibi dicetur.

Sed contra istum tex. fortiter facit cap. ad nostram. el primo. 2 de iureiurã. vbi patet, quod iuramentum debet impleri in forma specifica. ad idem l. Lucius. ff. de condit. & demonstr. vbi etiam patet, quod conditio debet impleri in forma specifica. Dom. Card. dicit, quod in cap. ad nostram, ponitur verbum facti, quia ibi promisit non molestare creditorem, do-
6 nec soluerit debitum, vnde verbum, † soluere, debet impleri in forma specifica, scilicet quod pecunia soluatur, nec auditur, si vellet computare fructus in sortem, quia ista satisfactio non est vera solutio: hic autem positum fuit in iuramento verbum, residere, quod est verbum iuris, & sic potest verificari in ficta residentia.

Sed

Sed Io. de Imo. hanc solutionem reprobat, quia omnia
7 verba † inquantum proferuntur ab homine, sunt facti l. cō-
silio, in fi. ff. de cura.fur vnde soluit, quod hoc iuramentum
fuit prestitum super materia iuris, ideo recepit interpretatio
nem ab ipso iure. sed in c. ad nostram, iuramentum fuit præ
stitum super eo, quod dependebat a potestate partium, ideo
debet impleri in forma specifica, & illa solutio sans fuit de
mente dom. Card. voluit enim dicere, quod verbum solue-
re, est facti, nec a iure habet interpretationem, quod debeat
referri ad casum fictum: sed verbum residere, est verbum in-
sis, quia ius disponit, quod referatur ad residentiam veram,
& fictam, ideo refertur ad casum fictum. tamen so. Ioan. de
Hy. est magis clara. & ideo dic, quod iuramentum debet im-
pleri in forma specifica, nisi qui per iuramentum permittat
illud, ad quod tenetur de iure communi absque iuramento
quia tunc tale iuramētum recepit interpretationem, quam
recipit ius commune, & debet referri ad casum fictum, sicut
refertur ius commune, ad cuius obseruantiam est præstitum
iuramentum. Dom. autem Abb. dicit, quod aut obseruantia
iuramenti non tendit ad aliquam læsionem illius, cui fuerit
præstitum, & tunc debet late interpretari, & verificari etiā
in casu ficto, vt hic: aut iuramentum tendit in fauorem alte
rius, & contra intentionem ipsius est, quod iuramentum re-
feratur ad casum fictum, & hoc casu non debet referri ad ca
sum fictum, & hoc modo secundum eum procedit c. ad no-
stram. Ista sol. potest esse vera, sed solutio Io. de Hi. est ma-
gis magistralis, & mihi magis placet.

8 Sed quæro, quando quis dicatur continue residere. † &
Vin. & Io. And. dicunt, quod hoc sic amare non est interpre
tandum, vt nunquā discedat de ecclesia per ea quæ haben-
tur in c. de quibusdam 37. distin. & in l. si quis venditor. ff. de
ædili edic. & dicit hoc procedere in habente diuersa benefi-
cia, vel in habente beneficium principale, cui aliud est anne
xum, nam sufficit in ipso principali per se, & in annexo per
vicarium, vt in c. extirpandæ. §. qui vero. infra de præben. sed
de primo scilicet, quando quis habet duo beneficia requirē-
9 tia † residentiam ex dispensatione, qualiter in eis debeat re-
sidere, vide glo. in c. non potest, § primo, in verbo, retinere,
de præben. in sexto. & dicunt Doct. quod residentia est intelli
genda, secundum arbitrium boni viri, ita tamen, quod eccle
sia suo seruitio non fraudetur, argu. eorum quæ notantur in
c. i. de officio Archi. vbi dicitur, quod Archipresbyter debet
10 assidue stare in ecclesia, & verbum † assidue, exponitur i. ho-
ris congruis. ad idem de consecr. distin. 5. nunquam. vbi dici-
tur, Liber psalterii, nunquam discedat a manu tua, & gl. ibi,
exponit verbum, nunquam, idest horis congruis. vnde suffi-
cit residentia si fiat horis congruis, & consuetis, nam dicitur
11 † continuum, quod habet tempus interpolatum, vt in cap.
fi. de frigidis, & in l. foramen. ff. de serui. vrb. prædio. & facit ēt
l. j. §. quod autem. ff. de aqua quot. & æsti. licet habeat inter-
polationem alicuius diei, & Butr. se remittit ad proœmium
Gregorianum, vbi declarat, quomodo intelligatur aliquid
esse continuum, vel assiduum, & dom. Petr. & Io. de Hy. in-
ducunt ad quæstionem testium deponentium, quod vide-
runt Titium a duodecim annis, & citra, talem rem continue
possidere; nam probant possessionem continuam, licet non
viderint de nocte eum possidere, nec qualibet hora diei, &
hoc tenet Barto. in l. j. ff. solu. mat.

12 In glo. dicit dom. Abb. quod ille proprie dicitur † præsens
qui intelligit ea quæ geruntur, vt in cap. eorum, 11. q. 3. & in l.
diem proferre §. coram. ff. de arbi. sed aliquando impropria-
tur, & aliter accipitur in iuribus allegatis.

Iti ead. glo. in fi. Io. And. remittit ad glo. 50. distin. ferrum,
& ad cap. is cui, de spon. In quibus dicitur, quod ius fingit cō-
tra veritatem, quia fingit non deliquisse post pœnitentiā, qui
tamen in veritate deliquit, de quo dic, vt plene dixi in c. is q.,
infra de spons.

In glo. ii. dum glo. opponit de ca. penul. s. de iureiuran. vbi
13 patet, quod iuramentum non † extenditur ad ea de quibus
non fuit cogitatum. Host dicit, quod iuramentum non ex-
tenditur ad extranea, vt in contrario, sed bene ad connexa,
vel inclusa, vt hic. sed Ioan. And. dicit quod salua pace Host.
hoc notabile non colligitur hic, sed But. saluat opin. Host. di
cens, quod quia iuramentum super residentia præstitum tra
hitur ad residentiā fictam, quia non est extranea a residen-
tia vera, potest saluari solutio Host. & idem dicit Ioā. de Hy.
sed dom. Abb. aliter respondet, dicens, quod istud iuramen-
tum fuit prestitum in materia iuris, ideo secundum subiectā
materiam debet intelligi, vt patet in c. seq. & allegat pulchrū
dictum Innoc. in c. per tuas. de arbit. vbi dicit, quod iuramen-
tum simpliciter præstitum in materia sul, vera alternatiua,
debet intelligi alternatiue. nam compromittēs in arbitrum
tenetur seruare laudum, vel soluere pœnam, vnde Innoc. in d.
c. per tuas, de arbitr. dixit, quod iurans non ɔuenire senten-
tiæ arbitri, non incidit in periurium soluendo pœnam, quia
illud iuramentum de non ɔtraueniendo sententiæ arbitri,
debet intelligi, nisi soluerit pœnam, & sic secundum naturā
compromissi, de quo tamen vide quod dixi in d. ca. per tuas,
& in ca. veniens, supra de iureiur. Modo ad propositum cum
ius non arctet indifferenter ad residentiam, immo permittat
absentiam ex causa legitima, ita etiam debet intelligi iura-
mentum de residendo. Et ex hoc habet secundum ipsum a-
lia ratio decidendi. Et ex hoc dicit corroborari dictum gl.
sequens. dum sentit, quod non obstante iuramento possit se
absentare proprio negotio expediendo, & hæc est causa legi
tima, dummodo petatur licentia a superiore, vt in c. relatū,
supra eodem, vbi hoc tenet magis expresse glo. quæ incipit,
clericus enim.

Extra glo. quæro, quæ ratio, nunquid is qui habetur pro
14 † præsente, debeat gaudere omni priuilegio præsentium. &
Archi. in cap. fi. de consue. in sexto. dixit quod solum gaudet
in his quæ competunt de iure communi absentibus. secus si
competant de iure speciali, puta statuto, vel consuetudine,
quia iura specialia stricte debent intelligi, & pro hoc dicit, ꝙ
si statutum, vel consuetudo habet, quod soli præsentes pos-
sint optare præbendas vacantes, ille qui est in seruitio Papę,
vel episcopi, non poterit optare.

Sed Ioan. And. ibi dicit quod aut absens habetur pro præ
sente, vt est ille qui est in seruitio Papæ, vel episcopi, ut s. eo.
de cætero, & ca. sequen & tunc non procedit dictum Archi.
quia tales habentur pro præsentibus etiam, quo ad ea quæ
competunt de iure speciali, & pro hoc dicit, quod tales po-
terunt optare, sicut alii qui sunt præsentes: aut non censen-
tur residentes, seu præsentes simpliciter, sed solum sunt priui
legiati de percipiendis fructibus, ac si residerēt, & tunc po-
test procedere dictum Arclud.

Nec obstat, quod optatio, de qua in d. c. fi. de consue. in vj.
sit contra ius, immo est præter ius, & hoc tenet gl. ibi, in ver-
bo, consuetudo. Ioan. tamen de Ligna. ibi sequitur opin. Ar
chid. & But. hic, qui plus dicit, quod existens in seruitio Pa-
pæ, vel episcopi, non fingitur residens, nisi quo ad effectum
percipiendi fructus, & hoc ideo est, q a reperitur expressum,
vnde in aliis, in quibus non reperitur expressum, non debet
haberi pro residente. sed Zenze. & Ioan. de Hy. in d. c. fina &
etiam hic, & Dom. Dom. in d. c. fi. sequuntur opi. Ioan. Andr.
15 & dicunt, quod vbi † statutum, vel consuetudo non est con-
tra ius, sed præter ius, tunc extenduntur ad casum fictum.
Vbi vero sunt contra ius non extenduntur ad casum fictum,
vt in l. 3. § hęc verba, ff. de neg. gest. & ideo quia consuetudo
optandi non est contra ius, sed præter ius, debet extendi ad
eum, qui est ficte præsens, & istam opi. etiam sequitur hic D.
Abb. Ex qua infert, quod si quis ex priuilegio debet haberi
pro pręsente, vel pro ciue, debet gaudere omni priuilegio p̄-
sentium, & ciuium, etiam in his quæ competunt de iure spe-
ciali, & hęc tene menti. sequitur c. cum dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Familiaris Papæ debet percipere fructus beneficii, licet sit absens.*
2 *Capitulum sine consensu episcopi potest statuere super residentia.*
3 *Statutum idem, quod ius commune decernens, non includit casum alias exceptum.*
4 *Familiaris Papæ dicitur qui est in seruitio Papæ.*
5 *Absens si maneat tantum in curia, nec seruiat Papæ, non gaudet priuilegio percipiendi fructus.*
6 *Ecclesiæ vniuersali seruire intelligitur existens in seruitio Papæ.*
7 *Constitutio inferioris non ligat existentes in seruitio Papæ, licet subditos.*
8 *Seruitium Papæ quale debeat esse.*
9 *Existentes in curia, an gaudeant omnes priuilegio percipiendi fructus beneficij.*
10 *Residentes cum legato, an gaudeant priuilegio percipiendi fructus in absentia.*
11 *Seruiens episcopo censetur seruire ecclesię.*
12 *Residentes cum Archiepiscopo, an gaudeant priuilegio percipiendi fructus beneficiorum.*
13 *Mendicantes, an possint consequi beneficia, & prælaturas seculares.*

C A P. XV.



1 Vm dilectus. Familiaris † Papæ nō ob
stante constitutione con
traria fructus prębendę suę in absentia percipere
debet. hoc dicit. & dicit Ioan. An. quod loquitur
c. Metensi, per quod erat facta constitutio, vt absentes nihil
in ab-

in absentia perciperent. Diuide in tres partes, quia in prima ponitur decisa facti narratio. In secunda prouisio. In tertia ratio idest. Secunda ibi, mandamus, Tertia ibi, cum familiares nostri.

a Nota primo, iuncta suprascriptione, quod † capitulum habet potestatem statuendi super residentia, & sic non videtur necessarius consensus episcopi, sed contrarium communiter tenent Doct. in c. cum omnes, de constitu.

Nec obstat iste tex. quia potest intelligi, quod statutum fuerat factum cum auctoritate episcopi. vel aliter, hic non disputabatur, vel de validitate statuti, quia nullus de hoc opponebat. facit quod nota. supra de consuet. cum consuetudinis sed tu potes aliter dicere, quod statutum erat factum tantum super residentia per canonicos facienda: puta, quod nullus canonicus possit percipere fructus præbendæ in absentia pro hoc allego glo. nota. in c. ij. in verbo, statutum, de verborum significat. in sexto quæ dicit, quod aut capitulum vult statuere in his quæ tangunt generalem statum ecclesiæ, vel episcopum, vel eius iura: & statutum non valet nisi interueniat auctoritas episcopi. Aut vult statuere super his quæ non tangunt episcopum, vel statum ecclesiæ, sed sua singularia negotia, puta, quod certis modis distribuantur distributiones quotidianæ, vel certo modo vocetur capitulum, vel quod etiam non vocati teneantur accedere ad capitulum, vel his similia, & valet statutum capituli sine episcopo: modo ad propositum si capitulum ecclesiæ cathedralis statueret, quod omnes clerici de ecclesia teneantur residere, & quod nullus in absentia recipiat fructus præbendæ, seu beneficii, non valeret tale statutum absque episcopo, quia hoc concernit generalem statum ecclesiæ. sed si statueret, quod omnes canonici teneantur residere, & quod nullus canonicus absens percipiat fructus præbendæ, tunc tale statutum valet, quia concernit, nisi ipsos canonicos, & hoc casu debet intelligi iste tex. & tunc nullum patietur contrarium, de quo tamen dic, vt in d. ca. omnes. de constit.

3 Secundo nota, quod statutum † disponens idem quod dicit ius commune, non includit in se casum, alias exceptum a iure communi: nam de iure communi est, quod non residens fructus non percipiat, sed familiaris Papæ excipitur, quia censetur residere. vnde statutum simpliciter disponens, vt nemo recipiat fructus in absentia, non includit casum exceptum a iure communi, immo verificatur in casu ficto a iure quia habetur pro vero.

Ex quo habes casum, quod statutum verificatur in casu ficto contra l. 3. § hæc verba. ff. de nego. gestis. & contra c. in nostra, de iniur. & est ratio, quia ius in hoc æquiparat casum verum, & casum fictum, vnde statutum disponens idem, quod ius commune, debet recipere omnes limitationes, & omnes interpretationes, quas recipit ius commune, quod dicit do. Abb perpetuo esse notandum, & clarius probatur in c. seq. vbi tangam.

Ex quo conclude, quod statutum disponens idem quod ius commune, non comprehendit aliquid vltra ius commune præcipue, quando ex hoc inferretur tertio præiudicium, facit quod notat. in c. j. de rescriptis, & in cap. cum dilectus, de consuet.

Tertio nota, quod existens in seruitio Papæ dicitur esse eius
4 † familiaris, & gaudet priuilegio familiarium Papæ.

Quarto nota, quod existens in curia Romana non, tamen
5 in seruitio Papæ, † non gaudet priuilegio percipiendi fructus in absentia.

Et ex hoc infertur, quod talis non residens potest priuari beneficio si monitus non fuerit reuersus, secundum ea quæ dixi in ca. ex tuæ, supra eo Reperitur quædam constitutio Eugenii quarti, quæ disponit, vt nullus officialis Papæ residens in curia possit priuari beneficio propter non residentiam.

Quinto nota, quod existens in seruitio Papæ censetur ser-
6 uire † ecclesiæ vniuersali, & per consequens intelligitur seruire omnibus inferioribus prælatis. facit quod habetur in ca. bonæ, el primo, de postu. præla.

7 Vltimo nota, secundum Dom. Pet. de Ancha. quod † constitutio inferioris a Papa non ligat subditos existentes in seruitio Papæ, secus dicit in promotis a Papa residentibus in ecclesia, quia ligantur, licet debeant vltra alios honorari, vt in c. per tuas, de maio & obed.

In glo. j. in fi. Ioan. And. & Doct. ipsam reprobant, quia constitutio disponebat idem quod ius commune, vnde non fuit necesse in rescripto facere mentionem de ea, quemadmodum nec de iure communi, vt not. Innoc. in cap. j. de rescriptis, & idem notat glo. in c. j. in verbo, rationabilia, de constitu. in vj.

8 In secunda gl. dom. dicit, quod existentes in seruitio † Papæ perciperent distributiones si eis fuisset concessum, quod deberet responderi de fructibus, sicut aliis residentibus in ecclesia. Doct. dicunt, quod hæc verba non sufficiunt, nisi addatur & interessentibus diuinis officiis, de quo vide glo. no. in cap. vno, in verbo, fuerunt, eodem titu. in vj. & dixi supra eod. de cetero.

In glo. iij. dom. Card. dicit, quod proprie Cardinales dicuntur pars corporis Papæ, sed non sic alii existentes in curia, vt in c. j. de offic. lega. in vj.

Extra glo. quæro de aliquibus pro declaratione tex. & ma-
9 teriæ, & primo, an omnes † existentes in curia gaudeant hoc priuilegio, de quo in tex. Ioan. And. dicit quod Capellani Papæ, & similes, qui sunt in eius seruitio, gaudent hoc priuilegio, secus dicit si sunt tabelliones, vel aduocati, vel procuratores vel similes, qui sunt ibi propter lucrum, nisi morarentur in curia ex præcepto Papæ, quia tunc haberent hoc priuilegium etiam si essent scriptores, vel aliud lucrum perciperent. sed si morarentur voluntate propria, tunc non habent priuilegium allegat l. sed si per prætorem § si ff. ex quibus caus. ma. & istud dictum communiter sequuntur Doct.

10 Secunda est quæstio, nunquid † residentes cum legato habeant hoc priuilegium quo ad prouinciam ei commissam. & Doct. dicunt, quod sic. Nec obstat j. de priuilegiis, suae. vbi dicitur, quod priuilegium non egreditur personam illius, cui fuit factum. quia istud est priuilegium. illud autem est ius, cui participare debet legatus saltem eo iure quo participat episcopus, vt s. eo. de cetero. & istud dictum communiter tenent Docto. Sed dom Abb. tenet contrarium. primo, quia non est eadem ratio in legato, quæ est in Papa. Secundo, quia non est eadem ratio quæ est in episcopo, quia episcopus facit vnum corpus, & sic est maior communio inter eos quam inter legatum, & canonicos, ar. in c. requisisti, infra de testa. & in c. quanto. j. de his quæ fi. a prælato. Tertio, quia potestas legati est super inducta, seu extraordinario modo inducta. & per consequens restringenda, vt dicit glo. no. in cle. ij. de offi. ordi. Item quia hæc materia est damnosa ecclesiis, & per eam diminuitur cultus diuinus. vnde potius restringenda quam relaxanda, sed a communi opi. in iudicando non est recedendum. pro
11 qua facit, quia sicut ille qui seruit † episcopo, intelligitur seruire ecclesiæ, vt patet in c. sequen. ita etiam seruiens legato in officio legationis, & ideo quia est eadem ratio, debet esse idem ius, vt in l. illud ff. de legem Aquil. & in c. inter corporalia, de transl. præla. cum simili. Et per hoc soluuntur argumenta dom. Abb. quia licet sit maior coniunctio inter episcopum & canonicos quam inter legatum & canonicos: tamen, quia in casu nostro est eadem ratio in vtroque, ita debet percipere fructus ille qui est in seruitio legati, sicut ille qui est in seruitio episcopi Nec obstat, quod potestas legati sit restringenda quia hic non agitur de præiudicio alicuius, nec ecclesia ex hoc patitur magnum detrimentum in diuinis maxime, quia officium legationis non est perpetuum, & vt ista quæstio procedat intelligas de legato non Cardinali, quia existens in seruitio Cardinalium etiam si non sint legati, habent priuilegium percipiendi fructus in absentia. & dicit Host. quod super hoc fuit promulgata constitutio, quod omnes Cardinales habeant hoc priuilegium, & dicit, quod de consuetudine sic seruatur sed Io. And. dicit, quod verius est, quod singularia priuilegia super hoc conceduntur omnibus Cardinalibus, & remittit se in Spe. eod. tit. in fi. vbi concludit. quod Cardinales qui assistunt Papæ gaudent hoc priuilegio in suis titulis, & etiam in aliis beneficiis, quæ tenent hoc est dicere, quod seruientes Cardinalibus in suis titulis, vel beneficiis, quæ habent, reputantur pro præsentibus ad percipiendum fructus in absentia, sicut existentes in seruitio Papæ, quod nota. Sed dom. Abb. dicit esse aduertendum in practica, quod multi impetrant a Cardinalibus literas familiaritatis, qui tamen non sunt familiares, nec sunt in eorum seruitiis, sed hoc faciunt, vt gaudeant priuilegio familiaritatis, & vt fiant exempti a iurisdictione episcopi. nam isti secundum eum nullo priuilegio debent gaudere, ar. c. præce & de hoc est bo. tex. in c. fi. de verb. signifi. in sexto. vbi tex. declarat qui dicantur esse familiares. pro hoc etiam vide bo. tex. in c. j. § in eos. de sent. excom. in vj & dom. Abb. in c. significasti, de foro compe. & in c. tua
a rum, de priuil. [a]
12 Tertia quæstio est, an † residentes cum Archiepiscopo gaudeant hoc priuilegio. & Host. & Io. And. dicunt, quod non, arg. c. pastoralis, & c. duo simul, de offic. ord. Sed Bu. & Io. d.

Hv.

A D D I T I O.

a ¶Idem Fely. in c. in nostra s. correlario. de rescriptis, idem de capellanis qui non gaudent priuilegio, nisi sint in prosecutione officiorum suorum & officiorum per sedem apostolicam illis commissam. idem Fely. ibidem & qualiter dissoluatur familiaritas. Dom. Dom. in c. ult. s. col. in fi. de verbo. signi. in vj. uer. quæro, qualiter hic.

Hys.& dom. Abb. hoc intelligunt in habentib9 beneficia in diœcesibus suffraganeorum suorum, quia in illis non habent aliquam potestatem vltra casus a iure concessos, vt in dictis iuribus, secus dicunt in habentibus beneficia in propria diœcesi ipsius Archiepiscopi, quia tunc idem dicendũ est, quod in episcopo, cum sit episcopus in sua diœcesi, nec debet in ea gaudere minori prærogatiua, quam episcopus in sua diœcesi immo maiori propter excellentiam dignitatis.

Vltima quæstio est, nunquid canonicus regularis existens in seruitio Cardinalis debeat percipere portionem, quam percipiebat, dum erat in monasterio. Et Gaspar Cal. tenet, quod non, quia regulares magis sunt astricti, quam seculares, vt in c. placuit. 16. quæstio. j & in c. cum ad monasterium, in fi. de sta. mon. & quia regulares non debent habere portiones distinctas, vt in cap dilectus. ij. infra de præben. vnde dicit, quod satis operatur priuilegium, quod potest esse absens a monasterio. Et ex hoc infert Ioan. de Hy. quod si aliquis de ordine mendicantium, efficiatur Capellanus Papæ, quod propter hoc non sequitur, quod sit habilitatus ad recipiendum beneficia, nisi aliter ex dispensatione Papæ fuerit prouisum, & mouetur per cle. j. de regula. quæ videtur prohibere religiosos mendicantes habere beneficia, & sic dicit se de facto respondisse.

Tu vero dic, quod illa clem. j. de regula non prohibet † mendicantes consequi beneficia, vel prælaturas seculares, sed solum prohibet prælaturas, & officia in ordine religiosorum non mendicantium. vnde videtur dicendum, quod possint ad beneficia, & prælaturas seculares assumi, ar. ca. nullus, in fi. de elect. in sexto, & clem. j. in fi. de elect. Sed de hoc, s. an religiosi possint assumi ad beneficia, & an Papa possit cum eis dispensare super hoc, plene dixi post scribentes in cap. quod Dei timorem, de sta. mo. sequitur c. ad audientiam.

SVMMARIVM.

1 *Canonici duo absentes cum episcopo possunt percipere fructus beneficiorum suorum.*
2 *Statutum recipit suppletionem, & interpretationem a iure communi.*
3 *Statutum disponens in materia iuris recipit omnes limitationes iuris.*
4 *Exceptio firmat regulam in casu non excepto.*
5 *Casus non expressus a statuto remanet in dispositione iuris communis.*
6 *Statutum, quando extendatur etiam ad casum fictum.*
7 *Casus, in quibus absens fructus beneficij percipere potest, & septem enumerantur.*
8 *Consuetudo, an possit tolli per episcopum, & maiorem partem canonicorũ circa residentiam faciendam, vel non.*
9 *Consuetudo quæ incipit esse onerosa, reuocanda est.*
10 *Actus factus per statuentes contra statutum, an statutum tollat.*
11 *Famulus infirmus, an debeat habere salarium.*
12 *Canonici ecclesiæ cathedralis possunt esse in seruitio episcopi, sed dubitatur an reliquarum ecclesiarum canonici idem priuilegium habeant.*
13 *Verbum decreuimus, est declaratiuum iuris antiqui.*

CAP. XVI.

1 AD audientiam. Duo † canonici absentes cum episcopo percipere possunt fructus præbendarum suarum, non obstante constitutione contraria hoc dicit. In prima ponitur facti narratio. In secunda prouisio. Secunda ibi, decernimus.

Nota primo, quod statutum disponens in materia iuris, & excipiens aliquos casus, non videtur includere alios casus a iure exceptos, immo potius in casibus omissis suppletur statutum ex interpretatione per ipsum ius commune, & sic
2 † statutum recipit interpretationem, & suppletionem ab ipso iure communi. facit quod nota. in l. ij. C. de noxa.

Et ex hoc nota limitationem ad iura quæ dicunt, quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. l. quæsitũ. § denique ff. de fundo instru. & 32. q. 7. dominus nam illa regula procedit, quando casus non exceptus est consimilis casui excepto, & habet identitatem rationis, & hoc notat glo. in l. j. C. de condi. indebi. & in l. illud. C. de sacrosan. eccl. vnde quia ius commune æquiparat existentem in seruitio episcopi illi, qui est infirmus quantum ad hoc, vt percipiat fructus præbendæ, iste etiam intelligitur a statuto exceptus, ex quo est eadem ratio, & hoc dicit Dom. Abb. procedere, vbi statutum disponit in materia iuris, secus dicit dom. Abb. si statutum disponeret contra ius, vel præter ius, quia tunc casus omnis a statuto remaneret in dispositione iuris communis arg. in l. commodissime. ff. de libe. & posth. & in c. susceptum. de rescriptis, in vj & in c. in nostra. de iniur.

Et ex his tria habes notare. Primo, quod statutum disponens in materia iuris excipiendo alios casus exceptos a iu-
3 re recipit omnes interpretationes, & limitationes † quas recipit ius commune & dicit But. istud c. & duo capitula præcedentia esse valde notanda in materia interpretationis statutorum. ad idem vide bo. tex. in ca. ex parte 3. de verborum significatio.

4 Secundo habes, quod exceptio † firmat regulam in casu non excepto, quando casus non exceptus habet similitudinem rationis cum casu excepto de quo plene dixi in c. j. de offic. ordi. Dic tamen, quod exceptio non ampliat regulam vt faciat eam comprehendere non comprehensa, ut dicit Barto. in l. generali § vxori. ff. de vsufru. leg. quod tene menti.

Tertium dictum est, quod vbi statutum est præter ius, vel
5 contra ius † casus non expressus a statuto remanet in dispositione iuris communis. Ego tamen de hoc dubito, licet do. Abb. hoc firmet, quia ex quo statutum non est editum in materia iuris, dẽt intelligi proprie, & sic casus non exceptus intelligitur inclusus. hoc tamen intelligo, quando statutum alias nihil operaretur ultra ius commune, sed si aliquid operatur debet interpretari, vt minus lædat ius, quã fieri potest. de hoc est casus notabilis in c. cum dilectus, de consuet. & dixi in ca. ad nostram, 3 s. de iureiur. vbi dixi.

6 Secundo nota, quod † statutum disponens in materia iuris extenditur ad casum fictum, concordat c. præced. sed do. Abb. dicit hoc esse uerum, nisi statutum esset contra ius, vel præter ius, & odiosum, quia tunc non verificaretur in casu ficto, sed verba deberent intelligi proprie, vt in l. j. §. hæc verba, ff. de nego. gest. idem sentit hic Ioan. de Imo. in primo notabili. dicit enim, quod statutum exorbitans a iure communi non extenditur ad casum fictum. nisi aliud ex mẽte disponentis appareat, de quo remittit ad l. j. §. lex Falcidia ff. ad legem Fal. & in l. si vero § de viro. ff. solu. ma. vbi plene tractat materiam extensionis. Tu autem dic, quod etiam statutum præter ius non odiosum extenditur ad casum fictum. & hoc tenet Ioan. de Imo & Dom. Dom. in ca. si de consuet. in vj. & dixi in c. ex parte, s. eo. in vltima quæst.

7 Vltimo nota † tres casus, in quibus quis percipit fructus in absentia.

Primus est, quando est infirmus.

Secundus est, quando est in seruitio episcopi.

Tertius est, quando est in in seruitio Papæ.

Quartus, quando super hoc habet priuilegium, vt supra eodem, tuæ.

Quintus, quando est absens ex causa rationabili, cum licentia episcopi, vt supra eo relatum, & in c. ex parte.

Sextus, quando est in studio, vt supra eodem, tuæ.

Septimus, quando est consuetudo. de quo dixi s. eod. conquerente, & in c. ex tuæ.

In gl. j. in fi. nota ex gl. quod valet consuetudo, quod absentes percipiant fructus præbendarum suarum, de quo dixi in dicto c. conquerente, s. eo. Sed circa hoc insurgit notabile dubium, & quotidianum, s. nunquid episcopus cũ maiore par-
8 te canonicorum possit statuere tollendo † consuetudinem contrariam, ut canonici teneantur facere residẽtiam. & Io. And. & Docto. dicunt, quod sic, dummodo hoc fiat propter vtilitatem ecclesiæ principaliter, vt quia fiat propter vtilitatem publicam, quia ecclesia est seruitoribus destituta. & dicunt hoc apparere, si sibi non retinerent fructus, sed assignãtur clericis subrogatis, vel in utilitatem ecclesiæ conuertuntur. secus si fiat talis constitutio propter priuatam vtilitatẽ, quod apparet ex eo, qđ fructus inter se diuidunt, tunc enim non valet constitutio. & dicit domi. Abb. quod vbi ecclesia pateretur enorme præiudicium in diuinis, quod tunc solus episcopus requisito prius consilio sui capituli, siue uelit consentire, siue non, possit hoc facere, allegat no. in simili per Io.
9 And. in c. ij de consti. nam † consuetudo, quæ incipit esse onerosa ecclesiæ est reuocanda, ut in c. j de his quæ fi. a ma. par. ca. nam & priuilegium Papæ reuocatur hoc casu, vt in c. sequen. vbi autem non esset consuetudo adeo præiudicialis, vt quia ecclesia habet multos ministros, & tunc dom. Abb. dicit, quod sufficit, quod consentiat maior pars cap. ex quo volunt hoc statuere non propter commoda propria, sed ad honorem cultus diuini, arg. in c. si. de his quæ fi. a maio. parte cap. & ar. c. cum omnes, supra de consti. secundum verum intellectum canonicis vero non cõsentientibus dicit, quod solus episcopus non potest tollere consuetudinem, ex quo necessitas non suadet contrarium, quia consuetudo seruanda est, sicut ius, vt in c. cum consuetudinis, de consue. & in c. cũ omnes, de consti. & dist. in his. Sed pone iuxta prædicta, quod episcopus cum capitulo fecit statutum pro utilitate publica,

quod

quod non residentes non reciperent fructus præbēdarum, sed postmodum statutum non seruant, & Ioan. And. dicit ꝙ statutum non destruitur per conuentionem, vt j. de præb. p illorum. facit c. cum accessissent. de consti. nam verba sunt intelligenda cum effectu, vt s. eo. relatum. & illud dictum cō muniter sequuntur Doct. quod dicit dom. Abb. esse diligenter notandū. nam Docto. volunt, quod si statuentes scienter
10 faciunt † actum contra statutum, videntur tollere statutū, ne requiratur lapsus alicuius temporis: in lege vero principis, aliud dicit esse dicendum quia non tollitur, nisi consuetudo sit præscripta legitimo tempore, vt in c. fi. de consuet. facit quod notat Cy. in l. ij. C. quæ sit lon. con. & quod notatur in c. cum Ioannes de cle. coniug. & secundum hoc limitantur iura, q̇ dicunt ꝙ p non vsum intelligitur lex, de quo plene dixi in c. ij. de treu. & pa. Tu autem breuiter dic, quod aut ipsi statuentes faciunt actum contrarium, & tunc per vnum actum tollitur statutum, vt d. ca. pro illorum. de præb. Aut inferiores contraueniunt, & tunc non tollitur per vnicum actum, sed requiritur, quod inducatur consuetudo cōtraria legitime præscripta, vt in aliis iuribus alleg.

In glo. ij. diuide ipsam in duas partes. In prima assignat rationem tex. In secunda adducit simile de famulis infirmis. Secunda ibi, & famuli ægri.

1 In prima parte gl. Io. And. & Doct. dicunt, quod infirmis debet habere fructus præbendæ, & distributiones quotidianas, vt in c. j. eo. ti. in vj. sed hoc procedit, quādo residens erat tempore sanitatis, & impeditur residere. vel interesse diuinis ratione infirmitatis: secus si alias non residebat, vel non erat solitus interesse diuinis, quia tunc licet sit infirmus, non habeat fructus, vel quotidianas distributiones, & hoc probat l. 4. §. Stichus. ff. de sta. libe. quæ est allegata in gl. & ita communiter dicunt etiam Doct. quod tene menti.[a]

2 In secunda parte gl. nota ipsam, quia sentit, quod famu-
11 lus † dum esset infirmus debeat habere salarium. si enim intelligitur seruire, ergo debet habere salarium. sed Bar. tenuit contrarium in l. si vno § item cum quidam. ff. loca. sed vide Io. de Imo in c. propter sterilitatem, j. de locato.

In glo. in verbo, vt duo hæc glo. in effectu vult, quod episcopus possit duos solum canonicos recipere in suum seruitium, & si reciperet plures, deberent priuari. Secundo dicit, ꝙ episcopus non potest cogere vltra duos, vt sint in suo seruitio. Quo ad primum, dum dicit gl. quod solum duo canonici debent esse in seruitio episcopi, dicit Ioan. de Imo. hunc tex. cum gl. esse notandum, quod vbi fit mentio de certo numero in materia quæ regulariter repugnat iuri, in dubio intelligitur tātummodo de illo numero, & sic vltra illum numerum non est fienda extensio. facit l. si vero, § de viro. ff. so. mat. & c. statutum de elect. in sexto. Est enim contra regulas iuris, quod quis debeat se absentare a beneficio, cum de iure quilibet teneatur ad residentiam, vt supra eodem, relatum, & c. conquerente vnde quia istud priuilegium est contra regulas iuris communis, non debet fieri extensio vltra numerum hic expressum. & Goff. & Doct. hic dicunt, idem esse dicendum de illis qui sunt in seruitio Papæ, & similiter de illis qui student in theologia, vt debeant esse duo tantum, & sic restringunt c. fi. j. de magi. & dicit dom. Abb. hoc dictum esse perpetuo notandum.

Ex quo habetur, quod ex eodem collegio nō debent esse vltra duos in studio, si volūt gaudere priuilegio, vt percipiāt fructus in absentia. dicit tamen Ho. quod si ecclesia haberet 12. canonicos, & duo essent in seruitio Papæ, & duo in seruitio episcopi, & duo in studio Theologiæ, quod possent reuocari, ne ecclesia patiatur defectum in ministris propter illud, quod habetur in capitu. seq. vnde dicit, hoc ius esse arbitrarium, & esse vtendum arbitrio potius restringēdo, quam laxando, ar. c. j. de deci. & c. ex parte, de censi. sed do. Abb. dicit esse animaduertendam qualitatem status ecclesiæ, & loci. vnde canonici proficiscuntur. nam si ecclesia multū abūdaret in ministris, & pateretur maximum defectum in sententiis iuris, tunc secundum eum potest iste numerus excedi, ar. d. c. fi. de magi. & in c. cum ex eo. de electio. in vj. nam de iure non probatur, quod solum duo debeant studere. vnde dicit, quod non debemus restringere c. fi. de magist. quod loquitur indistincte, cum sit longe maior ratio, & fauor in studentib. maxime suggerente necessitate, quam in existentibus in seruitio episcopi communiter, tamen Doct. tenent, quod solū duo possint studere, nec est a communi opi. recedendum, nisi ecclesia ita abundaret ministris, ꝙ nullum detrimentum, circa diuinum cultū patiatur ex eo, ꝙ tres, vel quatuor canonici recedant causa studii. aliud tamen est de mente domini Abb. Item aduerte inquantum glo. sentit, quod si plures q̃ duo assumantur in seruitio episcopi, quod omnes sint reuocandi hoc est verum, secundum dom. Card. & Io. de Imo. qñ simul assumuntur, ita quod nō apparet quis primo fuerit receptus in seruitium episcopi, secus si primo duo essent recepti, & deinde alii, quia solum vltimo recepti, tunc essent reuocandi, allegat no. in c. si sacerdos, de offi. ordi.

Quo ad secundum dictum glossæ: nota ipsam, quia sentit duo, vnum a contrario sensu, aliud a directo. A contrario enim sentit, quod episcopus possit cogere duos de canonicis vt veniant ad seruitium suum, quod dicit dom. Abb. esse notandum & non recordari aliquem text. hoc probantem, sed satis facit in arg. ille tex. & iura per ipsum allegata in c. de cætero, s. eo. a directo autem sensu no. ex glo. quod episcopus nō potest cogere, vt tres, vel quatuor canonici veniat ad seruitium suum, hoc tamen intellige, vt dixi in d. c. de cætero.

Extra gl. quæro de duobus, & primo, nunquid illud. quod
12 supra dictum est, s. quod duo canonici † ecclesiæ cathedralis existentes in seruitio episcopi gaudeant priuilegio percipiendi fructus in absentia, habeat locum in aliis clericis, vel in canonicis aliarum ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesi episcopi. & Ioan. And. dicit fuisse terminatum, quod non, quia non est tanta communio inter episcopum, & alios clericos quanta est inter ipsum, & canonicos suos, arg. in c. requisisti, in fi. infra de testa. vnde dicit quod inferioribus necessaria est episcopi dispensatio, vt possint percipere fructus in absentia, sed quo ad canonicos ecclesiæ cathedralis sufficit ius commune. & dicit quod ita seruatur, & idem dicunt But. & Ioan. de Imo. Dom. autem Abb. distinguit, quod aut isti inferiores destinantur per episcopum pro communi vtilitate omniū clericorum diœcesis, vt in multis iuribus allegatis, in c. de cætero, s. eo. Et in hoc casu recipiunt fructus in absentia absq; aliqua dispensatione, quia officium eorum non debet esse eis damnosum, vt in c. cum non deceat, de elect. in vj. Aut destinantur pro seruitio ecclesiæ cathedralis, vt quia forte petitur aliquis clericus qui est magis industriosus, & magis habilis, quā aliquis de canonicis ecclesiæ cathedralis, & idē est dicendum, ex quo subest causa eum mittendi ar. in c. j. vt eccl. beneficia. facit no. per Io. An. in nouella, in c. si propter tua, de rescriptis, in vj. Aut mittuntur pro seruitio solius episcopi, & tunc casus est dubius, quia iura communiter loquūtur de canonicis ecclesię cathedralis, cum quibus episcopus habet maiorem communionem, quam cum aliis clericis inferioribus, vt in c. requisisti. de testa. dicit tamen posse dici, ꝙ si vergente causa accipiuntur in seruitio episcopi satis gaudent hoc priuilegio, quia videntur promouere seruitium ecclesiæ, cum episcopus sit in ecclesia, & econtra. 7. q. j. scire. & pro hoc facit iste tex. ibi, pro suo, & ipsius ecclesiæ seruitio: etiam filii in necessitate debent subuenire parentibus, vbi autem necessitas non vrgeret, secundum eum non potest episcopus subtrahere seruitium debitum, ecclesiis inferioribus, assumendo earum ministros in suos familiares, & pro hoc facit ratio, quia iura loquuntur in canonicis ecclesiæ cathedralis qui sunt membra corporis sui, ergo non debent extendi ad alios, cum absentia sit dannosa ecclesiis, quia non reperitur eadem ratio omnino. vnde cōclude, quod aut clericus inferior, vel canonicus alterius ecclesiæ, quam cathedralis est in seruitio omnium ecclesiarum, vel omnium clericorū diœce. vel in seruitio ecclesiæ cathedralis, & tunc sine dispēsatione percipit fructus præbēdæ suæ. Aut est in seruitio episcopi, & tunc si subest necessitas eodem modo non requiritur aliqua dispensatio, secundum dom. Abb. cessante autem necessitate episcopus nōn potest eum subtrahere ecclesiæ inferiori. Doct. tamen communiter tenent opi. Io. And. s. quod existens in seruitio episcopi, non percipiat fructus beneficii sui, nisi episcopus super hoc expresse dispenset, quia hoc nō habet a iure communi. vbi autem non subesset necessitas recipiendi clericum inferiorē in seruitio suo, tunc puto de mēte Doct. esse, quod non valeat dispensatio, quia iusta causa requiritur ad hoc, vt dispensatio teneat, vt in §. nisi rigor, j. q. 7. vnde in hoc vltimo puto dom. Abb. bene dicere, dum dicit, quod vbi non subest necessitas episcopus, non potest subtrahere seruitium ecclesiis inferioribus assumendo earum ministros in suos familiares, & ista sit conclusio in hoc articulo. Secunda, & vltima quæstio est, an hęc decr. contineat ius commune vel dispensationem. & Inn. & Ho. & Io. An. dicūt
13 quod continet ius commune, quia verbum † decernimus est declaratiuum iuris antiqui. vnde Papa decernit, & nō dispensat, quia dispensatio non erat necessaria, cum non fieret contra

ADDITIO.

a ¶ Idem tenet dom. Abb. in c. plerunque, in fi. de rescriptis, & D. M. quando legit hoc c. & d. c. plerunque, dixit se habuisse hoc de facto in ciuitate sua, quod est notabile.

con ta iuramentum, quod sic est interpretandum, vt supra eod ex parte.

Nota bene dictum Doct. dum dicunt, quod verbum. decernimus, est declaratiuũ iuris antiqui. sed uide gl. quę tenet contrarium in cle generalem, in verbo, decernimus, de ęta. & quali. sed do. Abb. in c.ij. in fi. supra de iud. dicit esse recurrendum ad subiectam materiam, & si subiecta materia importat, quod hæc verba sunt declaratoria iuris antiqui, tũc sunt intelligenda secũdum subiectam materiam, & hoc modo intellige Io. And. & Docto. hic, & pro hoc facit gl. in cle. j. in verbo, censemus, de concess præb. vbi autem subiecta materia hoc nõ suaderet, verbum decernimus, importat editionem noui iuris. vt dicit glo. in d. cle generalem, & idem dicẽdum est de verbo, statuimus, vt dicit glo in cle. fi. in verbo, statuimus, de rescriptis, & in c. j. in verbo, recepit, de cle. non residen. in sexto idem de verbo, volumus, vt dicit gl fi. in clem. prima, de offic. vica. Et hęc sufficiant, sequitur c. cum ad hoc.

SVMMARIVM.

1 *Absentes redire compelluntur, cum ecclesia patitur defectum ministrorum.*

2 *Priuilegia super non residentia si in dispendium ecclesiæ redundent, non sunt seruanda.*

3 *Priuilegium principis valde nociuum est reuocandum.*

4 *Priuilegij reuocatio a solo principe cognoscenda est.*

5 *Indulgentia appellatur priuilegium de non residendo a Papa concessum.*

6 *Licentia appellatur ab inferiori concessa.*

7 *Verbum licentia, quid importet.*

8 *Beneficia simplicia etiam de iure communi residentiam requirunt.*

9 *Priuilegium ex post facto nocens ecclesiæ reuocandum est.*

10 *Processus qualiter sit faciendus inter clericos priuilegiatos, & non priuilegiatos.*

11 *Priuilegium alteri valde præiudicans non valet, nisi fiat talis præiudicij mentio.*

12 *Priuilegium a Papa concessum eo mortuo non expirat.*

13 *Concessio facta a Papa sine causæ cognitione per eius mortem expirat.*

14 *Sententia conditionalis, vel pura, an duret post finitum officium iudicis, vel eo mortuo.*

15 *Canonici soli, an constituant capitulum ecclesiæ cathedralis.*

CAP. XVII.

1 Cum ad hoc. Si ecclesia † patiatur defectum ministrorum priuilegiati super absentia redire compelluntur p subtractionem prouentuum. In prima narrat factũ. In secunda prohibet Secunda ibi, vnde mandamus, & dicit Dom. Abb quod iste est bonus text. & quod multum potest practicari.

Nota primo ex tex. quod si propter priuilegia concessa super non residentia ecclesia patitur graue dispendium in
2 cultu diuino, talia priuilegia † seruanda non sunt.

Secũdo no quod si priuilegium principis ex post facto in-
3 cipit esse valde † nociuum, sine mora est reuocandum, quia non est de intentione concedentis priuilegium velle priuilegiare aliquem, cum graui dispendio alterius, maxime ecclesiæ. pro hoc est bõ. tex. in ca suggestum, ĵ. de deci. & in l. 3. §. si quis a principe. ff. ne quid in lo pub & in c. super eo, de offic. dele. An autem liceat propria auctoritate contrauenire priuilegio, quãdo ex post facto infert enorme præiudicium. Io. Cald in suis addi. in d. c. suggestum, videtur concludere, ꝙ si priuilegium est in corpore iuris clausum, & euidenter constet de enormi pręiudicio, quod propria auctoritate licet ꝯuenire, ar. c super eo, de offic dele & eius, quod notatur in l. nec auus C. de eman. libe. & in l. ij §. si quis a principe. ff. ne qd in lo. publ vbi autem priuilegium non esset clausum in corpore iuris, tunc dicit, quod non licet propria auctoritate ꝯuenire, sed est recurrẽdum ad Papam, vt prouideat, & sic dicit disputasse Guil. de Preteliata. Sed Io. de Imo. dicit, quod tutius est vtroque casu, vt habeatur recursus ad superiorem, & remittit se ad dictum c. suggestum, vbi etiam dom. Abb remittit, & allegat bo gl. in regula, decet, lib. 6. & 25. q. 2. rescripta, & dicit sanis esse honestum, & cautum recurri ad superiorem maxime, vbi negatur enormis lęsio; sed in cap. suggestum, dicit quod aut clare constat de causis reuocationis priuilegij. & tunc iudex inferior potest super illud decernere, ar gu. l. ex facto ff. de vulg. & pup. Aut dubitatur, & tunc solius
4 principis concedentis est ęstimare, an † priuilegium sit reuo-

candum, & pro hoc facit, quod notatur in c. cum ve nissent, supra de iud.

Tertio nota, quod vbi conceditur licentia non residendi
5 a Papa appellatur priuilegium, seu † indulgentia, vbi autem
6 conceditur ab inferiore appellatur licẽtia. † hoc probat tex. ibi, non obstantibus indulgentiis apostolicis, & pręcessorum suorum licentia. & ex hoc arguit dom. Abb. quod aliquis citra Papã non potest concedere indulgentiam super non residentia, quia cum hoc sit contra ius commune, & in præiudicium ecclesiæ, non potest episcopus indulgere. pro hoc ca. dilectus. de temp. ord. & quod no. gl de legato, in c. fi. de hæreti. in sexto. Licentiam autem concedere potest, quia verbum
7 licentia † non importat nudam voluntatem, sed concessionem factam ex causa, vt notat Bar. in extrau. ad reprimendũ. in verbo, videbitur, & in l alio. ff de ali & cib lega. licet in iure aliquando aliter accipiatur, vt in ca. cum ad monasterium, in fi de sta mo vbi dicitur, quod Papa non potest dare licentiam, quod monachus habeat proprium, & sic verbum licẽtia, accipitur pro concessione a iure reprobata, tamen proprie loquendo licentia intelligitur concessio ex iusta causa facta, nã descendit a verbo, licet, quod sonat arbitrium boni uiri, vnde dom Abb. concludit, quod inferior a Papa nõ potest dare licentiam non residendi iusta causa non existente, & ita intelligit illum text. in eo quod vtitur diuersis vocabulis, sed ego allego optimum textum in cap relatum, supra eod. vbi patet, quod duo exiguntur ad hoc, vt clericus possit se absentare a beneficio, s. iusta causa, & licentia prælati: ergo alterum non sufficit, & hoc tenent Doc in c. inter quatuor. supra eodem, vbi dicunt, quod concessio licentiæ sine iusta causa non valet, & quod ipse qui concessit possit eam reuocare.

8 Quarto nota, ꝙ ẽt beneficia † simplicia de iure communi requirunt residentiam, & quod eis non sufficit deseruire per alium, & istum textum dicit dom. Abb. esse tenẽ. menti, quia hic apertissime probatur, quod non solum canonici, sed etiam capellani. & alii simpliciter beneficiati tenenẽ ad residendum in ecclesia, vbi sunt beneficia, nec releuãtur ponendo ibi vicarium, & hoc patet ex eo, quia eis non venientibus superior facit deseruire ecclesię per vicarios, & residuũ detracta ratione vicariorum conuertitur in utilitatem ecclesiæ. vt hic. si enim licite possint per alios deseruire residuum applicaretur eis, etiam si ecclesia esset curata, ut probat text. in ca cum ex eo, de electio in sexto. & ita consului non sunt duo menses, & ad hoc allegaui istum textum. quidam enim habens ecclesiam parochialem simul retinuit quandam capellam in qua tenebatur quotidie celebrare ex dispositione testatoris, & ex institutione episcopi, & vlterius ex dispositione testamenti tenebatur habitare in parochia ecclesiæ, in qua erat capella: iste igitur sine dispensatione retinuit ecclesiam parochialem, & capellam per 20. annos: fecit per diuersas personas deseruiri capellæ: consului ergo, quod ipse teneretur restituere omnes fructus capellæ: deducta pensione soluta illis qui deseruierunt capellæ allegaui istum tex. vbi etiam hoc firmat dom. Abb. & cap. cum non deceat, de elect. in sexto. vbi patet, quod requiritur iusta causa absentiæ, vt quis percipiat fructus in absentia, idem probatur in c. præcedenti, & in c. de cætero, & in c. relatum, s. eo. in quibus omnibus patet, quod requiritur iusta causa ad hoc, vt quis percipiat fructus in absentia, nec sufficit deseruire per vicariũ, quia omnia beneficia etiam simplicia, secundum communem sententiam, requirunt personalem residentiam, vt in c. quia nonnulli, & in ca. conquerente, s̃. eo. in quibus dixi. vnde glo. no. in c. j. in verbo, fuerint, eod. tit in vj. requirit priuilegium, ad hoc vt quis percipiat fructus in absentia: allegaui etiam But. in c. super inordinata, ĵ. de præb. vbi dicit, quod qñ plura beneficia sunt incompatibilia, quo ad titulum, non sunt etiam compatibilia ad faciendos fructus suos, & istam theoricam sequitur Dom. Dom in ca. gratiæ, de rescriptis, in vj. & idem dicit But. & Io. de Imo in cle. gratiæ, de rescriptis, vnde cum capella non esset compatibilis cum ecclesia parochiali ex eo, quia requirebat continuam residentiam, quam non potuit facere per substitutum consului, quod teneretur ad restituendos ecclesiæ omnes fructus perceptos ex capella deducta pensione soluta illis qui fuerant substituti, & hoc tene menti.

Vtrum autem vacauerit capella per adeptionem ecclesiæ parochialis, dicam in c. seq.

9 Quinto nota, quod quando ex priuilegio † ex post facto infertur enorme pręiudicium nõ reducitur ad debitam moderationem, sed reuocatur in totum. idem probatur in c. suggestum, ĵ. de deci. non enim apparet ratio quare magis debet priuilegium consistere in vna persona, quam in alia, vel in vna parte quam in alia, ar. l. j. §. Trebatius. ff. de aqua quo.

D ç i.

& æsli facit c detestanda.de concess præb.in vj. & hoc tenet do.Abb.in d.c.suggestum.

Vltimo nota differentiam procedendi cõtra clericos pri-
10 uilegiatos,† & inter clericos non priuilegiatos,nam contra
priuilegiatos proceditur ad priuationem redditũum,vt hic:
contra no priuilegiatos vero proceditur ad priuationem be
neficiorum,vt s.co.ex parte,el primo,& c.qualiter,& c.inter
quatuor & c ex tuæ.hodie vero omnes perpetuæ indulgen-
tiæ de percipiendis fructibus in absentia sunt reuocatę per
c.si de rescriptis,in vj.

Quid autem si esset cõsuetudo in ecclesia, quod absentes
percipiant fructus prębendarum suarum.an si sint tot absen
tes,quod propter hoc detur defectus ministrorum in eccle-
sia,nunquid habebit locum dispositio huius cap.& Io.And.
& Doct.dicunt,quod sic,nam contra tales procedẽdum est
sicut dicitur hic posse procedi contra priuilegiatos, quia est
eadem ratio,vt tales qui priuilegio consuetudinis percipiũt
fructus in absentia possint reuocari,sicut percipiẽtes fructus
ratione priuilegii,& per consequens debet esse idem ius,vt
in ca ij de transla prælat.& in cap.translato, de consuet.cum
similibus.

In glo.i.no.rationem gl quæ fuit originaliter Apostoli,&
transumptiue habetur 2 1.q.j c.j.& pro dicto glo facit secun
dum Doct.quia iuramentum incipit vergere in damnum ec
clesiæ,non est seruandum,vt in c.j.de his quæ fi a ma.par ca.
& in c.sicut nostris,s.de iureiur & sic eadem ratione,nec pri
uilegium.

In gl ij Abbas.& Egidius,& Ioan.Andr. & Docto.dicunt
dictum glossæ esse verum,quando tempore concessæ indul-
gentiæ ecclesia non patiebatur defectum ministrorum, vel
si patiebat,de hoc fuit expressum in indulgentia,alias a prin
cipio indulgẽtia data in præiudicium eo non diuini cultus
non valuisset tanquam subreptitiè impetrata, vt in c. super
literis,cum ibi no.de rescriptis,& sic in reuocatione non fuis
set de necessitate facienda mentio de tali indulgentia,ex quo
erat nulla,vt no.gl in c ex tenore in glo.ma.in fi.de rescript.
& in c.cum nostris,in verbo,non vacaret,quę incipit,hoc vi
detur.de concess præb.

Et ex hoc nota,quod vbi a principio conceditur priuile-
gium cum graui præiudicio alterius, quod tale priuilegium
11 † non valet,nisi de tali præiudicio fiat mentio in literis.fa-
cit l.quotiẽs.C.de preci impe.off.& l ij.§ si quis a principe. ff.
ne quid in loco pub.& c.super eo,de officio dele. & in ca. ij.
de reli.do.& dicit do.Abb quod per hoc dictum possunt in-
fringi multa priuilegia,quæ quotidie emanãt a curia Roma
na Nunquid autem Papa possit cõcedere priuilegium cum
graui præiudicio ecclesiæ, puto ꝙ non, saltem in foro ani-
mæ,de quo vide nota.per Doct. in ca. constitutus,de reli do.

In gl iij nota istam glo.quod concessio facta per Papam,
12 siue priuilegium † per ipsum concessum, non expirat mor-
tuo Papa: nam priuilegia sunt perpetua,in auth.constitutio
quæ de digni.§ illud,& no.C.in quib.cau.re in integr. non est
ne.l j Bald.in consil.suo incipiente, in Christi nomine pridie
consului, 2.colum. sed licentia concessa per episcopum ex-
pirat mortuo episcopo, & successor potest eã reuocare, sed
Inno.tenet contrarium in c.quod translationem,in fi.de of-
fi.lega.vbi dicit,quod indulgentia,vel licentia semel conces-
sa non expirat per mortem concedentis.Nec obstat l.fi.ff.de
pęnis,vbi dicitur, quod si iudex interdicit alicui , ne exerceat
artem suam,illa prohibitio non extenditur , nisi ad tempus
quo durat officium illius iudicis,quia illa procedit in pęna,
vnde aliud est in simplici beneficio, super quo debet fieri la-
ta interpretatio,vt in c olim,de verborum signific & in l.fi.
ff.de constit.princ.Et ex hoc dicit dom.Abb.esse notandam
13 differentiam inter † concessionem indulgentiæ & inhibi-
tionem,seu interdictum exercitii alicuius artis , vel alicuius
facultatis quia primo casu etiam si sit indulgentia sine cau-
sæ cognitione durat post mortem concedentis.

In secundo vero casu, non,si sit facta sine causæ cognitio-
ne,vt in d.l.fi.ff.de pęnis.Sed dom.Card.& Gaspar.Cal. dicũt
quod aut fuit concessa indulgentia, vel dispensatio ex causa
rationabili,& tũc durat post mortem concedentis, aut sine
causæ cognitione,vel sine causa rationabili,& tunc non du-
rat post mortem concedentis,vt in l.fi.ff.de pęnis.Ioan. An.
remittit ad c.cum ex eo,in gl.in verbo,septennio,de elect.in
vj.vbi glo.tenet,quod licentia non potest reuocari , nisi eui-
dens causa reuocandi appareat,& ibi Arch.& Ioan.And.di-
cunt,quod indulgentia , vel dispensatio non expirat morte
concedentis,& hoc puto verum,vbi licentia,vel dispensatio
conceditur ex legitima causa,secus vbi concederetur sine cã
rationabili,quia tunc non tenet talis licentia etiam viuen-
te ipso concedente,quia concedens potest eam reuocare,vt
dixi in tertio nota pro hoc facit quod no.Inn in c. cum ad
monast.de sta mo.vbi dicit, quod vbi in inferioribus a Papa
competit facultas dispensandi debet adhibere causæ cogni-
tionem in dispensatione,alias dispensatio est nulla,vel est re
14 uocanda,& ipsi peccant.An autem sententia † pura, vel cõ
ditionalis duret post mortem vel post finitum officium iudi
cis proferentis, dic ut in c.a nobis,el piccolo,de sen. excom.
& ibi dixi,& c.fi.de offi lega.& Inno.in c.quod translationẽ,
eo.tit.& vide Bar in l centesimis.§ fi.ff.de verb obli. Nec ob-
stat dictum Inn.in d.c.quod translationem, quia non dicit,
quod indulgentiæ concessæ sine causa rationabili valeant ,
sed dicit simpliciter,quod indulgentiæ sunt perpetuæ .

In gl.penul. Assisi dicuntur ab assistendo,quia assidue stant
in ecclesia,idest horis conuenientibus.37 di.c quibusdam ,
& sunt isti qui portant onus ecclesiæ , & in aliquibus locis
appellantur mansionarii , in aliquibus capellani.& no gl.ꝙ
capellani,vel mansionarii ecclesiæ cathedralis,vel collegia-
tę non sunt de corpore collegii canonicorum,nec possint ꝑ
se facere capitulum,seu collegium,de quo vide bo.tex.in c.
dilecta,de excess prla.& in c.ij.de instit.vbi per Inn. Io. An.
15 & Docto.qui concludunt, quod soli † canonici constituunt
capitulum ecclesiæ cathedralis,de quo dixi in c. cum olim,
de re iudi.

In gl.fi.dictũ gl põt verificari in his qui habuerunt licentiã
a præcessoribus,non autem in his qui habuerunt priuilegia
à Papa,quia hoc non fuit eis mandatum , & Papa noluit, ꝙ
eis prodesset priuilegium quantum ad hoc, vt non posset ꝓ
cedi contra eos ad priuationem, non autem quãtum ad pri-
uationem fructuum,& hoc tenet Host & Io And.& Docto.
qui dicunt, quod si committerent delictum possent per or-
dinarium priuari,& hoc notant etiam Doct in c.per tuas,de
ma.& obed.& glo & Doct.in c.j.s.de confir. vti. vel inuti. &
hæc sufficiant.sequitur c.clericos.

SVMMARIVM.

1 *Clericus absens priuatur beneficio , si monitus non redierit ad residentiam .*
2 *Clericus beneficiatus habita licentia a prelato potest ad aliam diœcesim pertransire .*
3 *Beneficio deseruitur per vicarium in causa absentia beneficiati .*
4 *Spoliatio in absente monito ob non residentiam non requirit ordinem iudiciarium .*
5 *Clericus beneficiatus etiam existens extra diœcesim potest moneri , ut veniat ad residendum.*
6 *Clericus beneficiatus, quando intelligatur habere beneficium pro derelicto .*
7 *Beneficium,an vacet si cum requireret residentiam , aliud beneficiatus requisiuit .*
8 *Beneficium quodlibet in dubio censetur requirere residentiã perpetuam , nisi aliud appareat.*
9 *Beneficii secundi adeptio residentiam requirentis continuam , an faciat vacare primum .*
10 *Facilius perditur ius ad rem,quam ius in re .*
11 *Pœna priuationis non debet interpretari, vbi non est expressa.*
12 *Capella adeptio,an possit facere cessare ecclesiam parochialem, & sic vacare :*
13 *Dispensare quis possit circa pluralitatem beneficiorum.*
14 *Dispensatio Papa facta super secundo beneficio,an possit infringi, seu annullari,& quomodo.*
15 *Episcopus , an possit dispensare super multitudine beneficiorum simplicium .*
16 *Dispensatio,an ex eo a superiore facta censeatur,quia elegit ad beneficiũ incompatibile,vel illud confert,vel illud confirmat .*
17 *Dispensatio non intelligitur facta , nisi exprimatur , & nisi appareat de causæ cognitione.*
18 *Beneficia plura,an possint sine dispensatione teneri.*
19 *Beneficiorum nimia pluralitas est prohibita.*
20 *Malum minus de duobus est eligendum.*
21 *Anima proximi plus diligenda est,quam corpus nostrum .*
22 *Processus factus a iudice contra non residentem,sed legitima causa impeditum , non valet.*

C A P. XVIII.



Lericos. Priuatur beneficio clericus† non residẽs,si monitus iusta causa cessante non redierit hoc dicit.In prima ponit dictũ: In secunda exceptionem . Secunda ibi, nisi excusationem.

Nota primo ibi,absque licentia prȩlati,a contrario sensu,
quod

2 quod † clericus beneficiatus potest se transferre etiam causa morandi ad aliam diœce. habita licentia a prælato suo, sed dom. Abb. hoc limitat duobus modis. Primo, vt licentia sit concessa ex causa: nam hoc importat verbum licentia, vt dixi in c. præcedenti. nam sine causa episcopus hoc concedere non potest, vt in c. relatum, s. eo. & notant Doct. s. eod. inter quatuor, & dixi in c. præcedenti. in tertio notabili. Se-
3 cundo requiritur, quod deseruiat beneficio per vicarium, & dicit dom. Abb. quod hoc habet locum, vbi beneficium habet vnum Rectorem, quia non debet carere suffragio ministri, vt in c. cum ex eo, de elec. in vj.

Pone exemplum in Rectore capellæ, vel in habente beneficium, ad quod tenetur deseruire in ordine diaconatus, vel subdiaconatus. In collegiatis vero dicit esse animaduertendum præiudicium ecclesiæ, & legitimitatem causæ, & secundum hoc poterit se absentare absque eo, quod dimittat vicarium, ar. optimum in c. præcedenti, & in c. si de magis.

4 Secundo nota ibi, si moniti non redierint &c. & ibi † spoliare, quod contra non residentes non requiritur ordo iudiciarius, sed sufficit præcedere monitionem, & subsequi factam spoliationem, de quo dixi supra eo. ex parte, el primo.

Tertio nota in eodem verbo, si moniti, & ibi ad alterius
5 diœcesim, quod clericus † beneficiatus etiam existens extra diœcesim potest moneri, vt redeat. facit c. Romana, ver. contrahentes, de fo. compe. in vj. & dixi s. eo. ex tuę, vbi hoc tenet Ioan. And.

Vltimo nota, quod etiam impeditus absens absque licentia prælati, si impeditus redire non possit, non debet priuari beneficio, concordat c. intra quatuor, s. eo. vbi dixi.

In glo. j. in fi. dic, quando clericus habet iustam causam recedendi, seu peregrinandi, si prælatus non vult dare licentiã potest compelli per superiorem, vt in c. nullus, de iure pat. & dixi in c. tuæ, s. eo. vbi dixi, quod si clericus vult accedere ad studium, & prælatus non vult concedere licentiam, potest compelli per superiorem.

6 In glo. ij. no. ex gl. quatuor casus, in quibus † beneficiatus intelligitur habere beneficium pro derelicto.

Primus est, quando contraxit matrimonium.

Secundus, quando est factus miles, & no. istum casum. idẽ dicit gl. in c. qualiter, s. eo. & Inn. & Doct. s. eo ex tuę. & dicit Io. de Imo. quod ista videtur esse communis opinio, de quo in c. fi. s. de cleri. coniug. & tetigi in d. c. qualiter, s. eo.

Tertius casus, quando clericus est factus iaculator: nam videtur habere beneficium pro derelicto. idem dicunt Doc. in c. ex tuæ, s. eo. an autem perdat priuilegium clericale vide bo. tex. in c. j. de vi. & ho. cle. in 6. vbi tex. dicit, quod ioculatores, buffones, & goliardi exercentes illam artem per annum sunt ipso iure priuati priuilegio clericali: si autem minori tẽpore non priuantur, nisi post trinam monitionem.

Quartus casus est, quando habens ecclesiam curatam recipit aliam curatam, alias dicit gl. quod non videtur habere ecclesiam pro derelicto, etiam si sit vagabundus, & quod nõ potest priuari, nisi sit monitus, & nõ reuertatur infra terminum. & idem dicit gl. s. eo. ex parte, el j. & no. gl. quia sentit, ꝙ habens beneficium curatum, non videtur habere ipsum ꝓ derelicto per adeptionem secundi beneficii, nisi etiam secundum beneficium sit curatum.

Sed circa hunc articulum sunt opiniones, s. an habens beneficium requirens residentiam recipiat secundum requirens residentiam, ipso iure vacet primũ, vnde tractabo breuiter primo, an c. de multa, j. de præb. habeat locum, qñ ambo beneficia sunt simplicia requirentia continuã residentiã vel vnum est dignitas, vel beneficium curatum, & alterum simplex exigens continuam residentiam. Secundo, quis possit dispensare, vt quis possit tenere plura beneficia incompatibilia residentiam requirentia. Tertio, an in dubio videatur superior dispensare ex eo, quod eligit habens beneficium curatum, vel simplex requirens residentiam ad aliud incompatibile, vel eum confirmat, aut confert. Quarto, an plura beneficia non requirentia residentiam possint simul teneri.

7 Circa † primum Inn. ponit vnam theoricam, quæ quotidie allegatur, dicens, quod quædam sunt beneficia quæ requirunt residentiam temporalem, quædam sunt quæ requirunt continuam, non tamen simpliciter, sed causatiue respectu priuationis redditum, & quia non residens priuatur solis fructibus, quædam sunt quæ simpliciter requirunt continuam residentiam. Quo ad primam speciem dicit Innoc. quod per adeptionem secundi non videtur renunciare primo, quia nulla datur incompatibilitas, immo poterit vtrũque facere. facit l. assumptio, §. viris prudentibus. ff. ad munic. Exemplum est capella, in qua quolibet mense tenetur residere per vnam septimanam, vel per tres menses tantum quolibet anno: nam poterit in vtraque deseruire. dicit tamen, vt refert solus Io. de Imo. Inn. quod forte potest cõpelli ad eligendum alterum ex illis beneficiis per ca. referente, j. de præben. Sed dicit Io. de Imo. quod illud c. loquitur in beneficiis incompatibilibus: ista autem cõpatibilia, ex quo nõ requirunt perpetuam residentiam, sed solum certis mensib. vel certis septimanis, & hoc potest multotiens practicari in capellis, quia sunt multæ quæ non requirunt continuam residentiam, sed sufficit interdum, quod celebretur ter in septimana, vel per vnam septimanam in mense, nam tales capellæ sunt compatibiles, & quis posset retinere duas sine dispẽsatione, ex quo potest vtrique personaliter deseruire, quod nota, & istud etiam sentit hic dom. Abb. In secunda specie, s. quando beneficia requirunt residentiam respectu priuationis redditum, vt est in multis locis, quia absentes priuãtur solis fructibus, & non titu. beneficii, & quandocunque reuertuntur, & resident, recipiunt fructus ratione residẽtię, vel statuti, vel post certum tempus, dico post certum tempus, quia in aliquibus locis sunt statuta, quod absentes non percipiãt aliquos fructus, nisi post reuersionẽ resederint post duos mẽses, vel per aliud tempus, quod solet in statutis ecclesiarum exprimi. hoc casu Inno. dicit, quod per adeptionem secundi non videtur renunciare primo: nam non habebit tunc redditus si non residebit facit quod no. Arch. 21. quæst. j c. j. & est ratio secundum Ioan. de Imo. quia quo ad titulum non videtur esse incompatibilitas, sed solũ respectu perceptionis redditum, ideo per acceptionem secundi non videtur renunciare primo. facit quod no. Ho. in summa huius tituli, §. j. & ij & in summa, de præb. §. fi.

Et ex hoc infert Io. de Imo. ꝙ si alterum beneficium reqrat continuam residentiam, alterum qualificatam, respectu priuationis redditum per adeptionem secundi non videt renunciatum primo. & dicit quod hoc voluit Archi. in d. c. j. 21. q. j. dicit tamen Io. de Imo. quod si alterum requireret cõtinuam residentiam simpliciter, alterum vero temporalem. ita tamen, quod induceret priuationem si non fieret illa tẽporalis residentia, quod essent incompatibilia quia nõ posset vtrique beneficio eodem tempore deseruire.

Pone exemplum, quod vna capella requirit, quod celebretur tribus diebus in septimana, vel vna septimana in mense habens talem capellam recipit aliam, in qua tenetur quotidie celebrare. certe istæ duæ capellæ erunt incompatibiles, quia non poterit vtrique eodem tempore deseruire. In tertia vero specie, s. quando beneficia requirunt continuam residẽtiam simpliciter dicit Inn. quod per adeptionem secundi beneficii sindem residentiam requirentis videtur renunciare primo, quia primum est incompatibile cum secundo, ideo acceptando secundum videtur renunciare primo. Et dicit
8 Inn. ꝙ in dubio quodlibet beneficium † censetur requirere perpetuam residẽtiam, nisi aliud appareat. & idem dicit Ho. & Doct. dicunt, quod omne beneficium etiam 20. solidorũ de iure communi requirit residentiam, vt s. eo. conquerente. vnde Doc. communiter concludunt, quod omnia beneficia quæ dantur in titulum etiam si sint vicariæ requirunt residẽtiam de iure communi, secus si non dentur in titulum, sed in stipendium, vt sunt eleemosinę. vnde si debilitato cõferẽ beneficium percipiet etiam si non seruiet, nec habet cõqueri ecclesia, cum quicquid habet, deputatum sit pietati. 12. q. 2. aurum, & 16. q. j. c. fi. idem si assignaretur alicui possessio, tã quam bene merito, & non in titulum, quia non requirit residentiam 16. q. j. possessiones, & q. 6. illud 16. q. j. quia tua, & 32. di. si qui, & idem dicit Dom. Dom. in c. gratia, de rescript. in vj. sed Dom. Card. dicit hic, quod beneficium requirit cõtinuam residentiam attenta prima natura beneficiorum, quia non debent beneficia constitui, nisi sint talia, quæ possint sufficere seruientibus ipsis beneficiis, de cõse. di. j. nemo. de vi. & ho. cle. vt quisque. Sed attento, quod postea contigit quia multa beneficia sunt facta in sufficientia, dicit per generalem consuetudinem inductum, quod beneficia simplicia non exigant residentiam, nisi aliud de speciali iure sit inductum, sed dictum Inn. communiter tenetur per Doct. sed Io. de Imo. dicit, quod saluari potest dictum dom. Cardi. intelligendo dictum Innocen. de iure communi. sed dictum dom. Card. procedit secundum generalem consuetudinem, secundum quam beneficia simplicia non requirunt residentiam, nisi appareat aliud de speciali iure inductum, verbi gratia, an appareat ex institutione beneficii, vel alio modo, ꝙ tenẽtes illud beneficium teneantur illi deseruire, vel missam celebrando, vel alio modo interessendo diuinis, & hoc tene a menti.[a]

Venio

ADDITIO.

a Hic adde, quod beneficia licentia aanexum ordinem requirunt residentiam. & dicit do. Alex. in c. peruenit ij. in j. gl. de app.

9 Venio nunc ad quæstionem principalem, s. an † per ade-
a ptionem [a] secundi beneficii requirentis continuam residentiam ipso iure vacet primum. & vt clare intelligas de iure antiquo per adeptionem secundi non vacabat primum, sed dabatur electio beneficiato, vt eligeret primum, vel secundum, vt in c. referente. & in c. præterea, de præb. postea per c. de multa, de præben. fuit statutum, vt si habens dignitatem, vel beneficium curatum recipiat secundam dignitatem, vel beneficium curatum ipso iure vacet primum, & idem dicitur in c. dudum, el ij. de elect. vnde dubitatur, an sicut per adeptionem secundi curati, vel secundæ dignitatis vacet primum curatum, vel prima dignitas, eodem modo per adeptionem secundi beneficii simplicis requirentis residentiã vacet primum requirens residentiam, & idem eodem modo esset dicendum si primum esset curatum, vel esset dignitas, an vacet per adeptionem secundi requirentis residentiam continuam. & Inno. hic dicit, quod sic, & idem dicit in c. ex tuæ, s. eo. idem tenet glo. 21. q. j relatio. idem videtur tenere Butr. s. c. ex parte, el primo, & istam opin firmat Io. Cald. in addi. suis, & Gasp Cald. & mouentur, quia subest eadem ratio in beneficiis requirentibus continuam residentiam quæ est in curatis, allegant c. si postquam, de elect. in 6. Tu vide gl. no. in cle. 1 in verbo, lineum, de vi. & ho. cler. quæ dicit, quod in materia pęnali fit extensio, vbi est eadem ratio, vel maior. allegant etiam cle gratiæ, de rescriptis, & glo. ibi, in verbo, beneficium, de rescriptis dicit tamen Gaspar Cald. quod curia seruat opi. contrariam, s. quod ipso iure non vacet primum per adeptionem secundi simplicis requirentis continuam residentiam. Pro opi etiam Inn. consuluit Fed de Sen. consilio suo 115. & istam opi. tenuerunt etiam Pau. Guil. Zēze. & dom. Pet. in cle. gratiæ, de rescriptis. sed idem do Pet. & dom. Card. in c. de multa, de præben. & Oldr. consi. suo 175. tenuerunt opi. contrariam, s. quod per adeptionem beneficii requirentis simplicis residentiam, non vacet ipso iure primum beneficium curatum, vel simplex, vel residentiam continuam requirens, & istam opi. firmat Io. And. in Spe. de cleri. non resid. in prin. vbi concludit, quod ecclesia parochialis non vacet per adeptionem beneficii secundi requirentis cõtinuam residentiam, & quod etiam habita pacifica possessione secundi beneficii simplicis requirentis continuam residentiã non vacet primum curatum, tanquam videatur renunciasse primo recipiendo secundum incompatibile. sed dicit quod habet electionem, iuxta c. referente, & c. præterea, de præben. Nec obstat c. de multa, de præb. quia ibi est speciale in pluribus dignitatibus, vel psonatib. vel in pluribus curatis. vnde dicit, ꝙ in aliis beneficiis est standum iuri antiquo, & istam partem sequuntur hic Io. de Imo. & dom. Abb. mouentur, quia c. de multa, est pęnale, sed in pęnalibus est fienda stricta interpretatio, nec est verum, quod sit eadem ratio, quia maius est periculum in beneficiis curatis, vel dignitatibus, vel psonatibus, & ideo illa pęna fuit statuta propter vitandum periculum animarum. facit c. statutum, de elec. in sexto, & maxime, quia cum de iure communi omne beneficium requirat residentiam continuam, idem statuisset in beneficiis requirentibus continuam residentiam si voluisset tandem pęnam incurrere tenens plura beneficia simplicia incompatibilia. cum ergo solum se restrinxerit ad beneficia curata ad dignitates, & personatus, non debet præsumi, quod eandem pęnam voluerit imponere detinentibus beneficia simplicia incompatibilia. facit de deci. ad audientiam. item illud c. de multa, corrigit cap referente, & c. præterea, solum in beneficiis curatis, dignitatibus, & personatibus. igitur non debet extēdi correctio vltra quam sit expresse facta mutatio, seu correctio, vt in l. præcipimus. C. de app. & in l. sancimus. C. de testa. Non obstat cle. gratiæ, de rescrip quia illa cle. loquitur in eo qui impetrauit gratiam super dignitate, & beneficio curato, & antequam acceptaret aliquod beneficium respectu gratiæ, fuit sibi collatum aliquod beneficium incompatibile cum gratia, & hoc casu videtur renunciare gratiæ, etiam si illud beneficium, quod fuit assecutus, non sit curatum, sed
10 requirat continuam residentiam, quia † facilius perditur ius ad rem, quam ius in re, vt in l. filius. C. de pac. & in c. si. de concess. præb. in 6. quia tollere ius ad rē ex toto, non continet pęnam, vt dicit Io. And. in regula, odia, in Mercu. li. 6. & hoc casu nõ inducitur vacatio ex terminis c. de multa, sed ex tacita renunciatione, & sic loquitur d. cle. gratiæ, & hoc modo intelligas gl. in d. clem gratiæ, in verbo, beneficium, & ita soluunt hic Io de Imo. & do Abb vnde dom. Abb. distinguit, ꝙ aut quis habet ius ad rem, aut in re.

In primo casu, s. quando habet ius ad rem per adeptionē secundi beneficii requirentis residentiam ipso iure expirat gratia continens beneficium incompatibile, & hoc modo pcedit cle. gratiæ, & ita dēt intelligi gl. ibi, in uerbo, bñficiū.

In secundo autem casu, s. quando habet ius in re, & recepit secundum beneficium requirens continuam residentiã, dicit do. Abb ꝙ aut commoratur extra diœc. & ibi acceptat beneficium requirēs cõtinuam residentiam, & tunc ipso iure vacat primum, quia videtur illud habere pro derelicto, & sic vacat in vim tacitę renunciationis, & hoc modo intelligit gl. in d. c. ex parte, el j. s. eo. quam declara, vt ibi dixi, quia hoc est verum, nisi constaret de eius intentione, quod nollet vtrumque retinere, quia tunc non vacaret primum ipso iure, sed dicendum est, vt in casu seq. Aut acceptat beneficium in eadem diœcesi incompatibile cum primo, & tunc dicit, ꝙ ipso iure non vacat primum, sed datur electio, vt eligat primum, vel secundum, iuxta c. referente, & c. præterea, de præbend. quæ hoc casu non sunt correcta, pro hoc allegat bo. gl. in c. si. in gl. si de iure patro. quæ dicit, ꝙ non debemus in-
11 terpretari, quod imponatur pęna † priuationis, nisi vbi expssum reperitur facit quod no gl. in regula, in pęnis, li. 6. hoc tamen limita secundum Inn. Ho. & Io. An & Doct. nisi statuto vel consuetud ne caueretur, ꝙ habens beneficium simplex non possit obtinere aliud beneficium, prout est in ecclesia Paduana, in qua est statutum, quod mãsionarii habentes capellas nõ possint extra ecclesiam aliquod beneficium obtinere, tunc enim si acceptaret secundum requirens residētiã, non haberet elect. tamen ipso iure non vacaret primum, sed non teneret collatio secundi, nisi primo renunciasset primo beneficio, vt in c. ordinarii, de offi ord in 6. sed si velles tenere primam opi posses dicere, ꝙ c. referente, & similia, non corriguntur per c. de multa, sed per cle. gratiæ, quia ut ibi patet, recipiens beneficium incompatibile, cum beneficio cõtento in gratia apostolica, videtur renunciare gratiæ. vnde eadem ratione est dicendum, quod videatur renunciare beneficio. sed obstat, ꝙ fortius est ius in re, quam in rem, quia vbi est eadē ratio in pęnalibus fit extensio, ut dicit glo. in d. cle. ij. in verbo, lineum, de ui. & ho. cle. & idem est dicendum eadem ratione in correctoriis. pro hoc uide bo. glo. quæ hoc no. in cle. auditor, in verb. bñficio, de rescr. & in cle. j in verbo, eligatur, de elect. in c. j. in gl. in verbo, Italiæ, de temp. or. in 6. & no. do. Abb. in c. si. de rescrip & in ca. quia plerique, de immu. eccl. sed est eadē ratio in iure quæsito in re, sicut in iure quæsito ad rem: nam ideo quis videtur renunciare gratię recipiēdo bñficium compatibile, quia utrunque simul teneri non potest. ista est ratio in qua est fundata d. cle. sed ista ratio vrget tam in iure quęsito in re, quam in iure ad rem. ergo &c. vacabit ergo primum, non ui priuationis, sed vi renũciationis tacite. & prædicta inducit do. Cardi. ad quæstionē. Quidam testator iussit construi capellam in ecclesia parochiali, in cuius parochia habitabat, & ibi iussit institui psbyterum qui officiaret, cui pro sustentatione reliquit certos redditus: commissarii uero mortuo testatore construxerunt capellam, & elegerunt Rectorem ipsius ecclesiæ in capellanum ipsius capellæ, & fuit per ipsum episcopum institutus. quæ-
12 ritur, an per adeptionem † capellæ vacauerit ipsa ecclesia parochialis. & tenēdo dictum Inn. & sequacium, dicendum est ꝙ sic, sed tenēdo aliam opi. quam sequitur Io. de Imo. & do. Abb. quam puto veriorem, dicendum est, ꝙ non, sed ꝙ debet ei dari electio, & ita dicit do. Card. de facto cõsultum. sed dicit do. Card. ꝙ dictum Inn. posset procedere si testator dixisset, ꝙ per se ipsum capellanus deseruiret, & faceret continuam residentiã, quia tunc esset impossibile, ꝙ per se ipsum deseruiret in utroq;. vnde tunc per adeptionem capellæ vacaret ecclesia. sed Io. de Imo. dicit istud dictum do. Car. non esse uerum, quia beneficia requirunt personaliter residentiam, s. per se ipsum, & non per alium, ut in c. quia nonnulli, s. e. vbi dixi. & sic dicit, ꝙ procedit dictũ Card. nisi consuetudo aliud haberet, quia tunc posset saluare dictum suum. sed do. Card forte habuit respectum ad illud, quod s. dixi, s. ꝙ de generali consuetudine beneficia simplicia non requirũt residētiã, nisi speciali iure aliud sit inductum: sed opi do Card. tenet Guil. & Zēze in cle. gratiæ, ubi dicunt, ꝙ si altaria siue capellæ ex ordinatione testatoris, vel fundatoris residētiã requirunt, per adeptionē ipsius vacat primum incompatibile, & cum ipsis transit ibi do. Pet. de Ancha. super 4. gl. vnde cõsulendo dixi opi. do. Car. Guil. & Zēze. & do. Per. posse procedere, quando apparet, ꝙ ex dispositione testatoris, vel fundatoris, beneficium requirit personalem residentiam, tunc

enim

ADDITIO.

a An per adeptionem secundi beneficii requirentis residentiam uacet primum. adde Domin. de Rota, in charta 95. quarta columna, in fine. de hoc per Oldradum consilio 165. qui tenet, quod licet sit clausula apposita in gratia impetrantis, ꝙ personaliter resideat, tamen ualet aliud obtinere non curatum, licet personalem residentiam requirat, & per consecutionem secundi non vacat primum.

enim mens testantis, & fundantis beneficium est, quod non possit illud habere cum alio incompatibili: nam fundator videtur voluisse addere vinculum ad dispositionem vinculis iuris communis. similiter verba testantis debẽt aliquid operari vltra ius commune, vt in l. si quando ff. de leg. 1. & in l. si quando. C. de inoff. testa. & in c. si Papa, de priuil. in 6. & per consequens per adeptionem secundi debet vacare primum, cum non possit personaliter residere in vtroque, nam duo vincula vincunt vnum, vt in c. 1. de treu. & pa. & in cle. dudum, ad fi. innctã gl. in verbo, pacta, de sepult. vnde hoc casu vacabit primum, non ex eo, quod c. de multa, corrigat iura antiqua, sed ex speciali dispositione fundatoris, vel testatoris. Ego tamen in consilio prædicto non ausus fui firmare, vnde cogita, & ex his sume expediens de primo.

Venio ad secundũ, scilicet quis possit dispensare, circa pluralita
13 tatem † beneficiorum. & communis est opinio, quod in duob. curatis, vel in pluralitate dignitatũ, vel personatuum dispẽsat solus Papa. In duobus vero simplicibus beneficiis, vel altero curato, & altero simplici, vel in dignitate, & beneficio simpliciter dispensare potest episcopus, hoc tenent Doc. hic & in c. de multa, ĩ. tit. proximo pro hoc allego gl. in c. 1. in uerbo, vnicum, de consue. in vj. quæ dicit, quod episcopus potest dispensare in personatu, vel officio, & canonicatu, & præbenda. & idem dicit gl. in cle. fi. in gl. fi. de præb. Gl. vero penul. in c. 3. de fi. presby. in vj. dicit cõiter teneri, quod episcopus possit dispensare in beneficio curato, & simplici simul retinendo, & dicit quod omnes Doct. hoc tenent in c. dudum, el ij. de elec. idẽ tenet Spe. in ti. 3. de dispensationibus, §. uidendum restat, in 3. col. ver. sed nunquid poterit episcopus, idem tenet do. Ab. in c. de multa, & in c. cum iamdudum, de præb. dicunt tamẽ Io. de Imo. hic, & dom. Abb. in d. c. de multa, quod vbi beneficia sunt in diuersis diœcesibus requiritur dispensatio vtriusque episcopi, & hoc fuit originaliter dictum gl. in d. ca. dudum, el ij. de elect. in gl. quæ præcedit gl. antepen. circa fi. nam gl. etiã ibi, dicit quod vbi beneficia sunt in diuersis episcopatibus requiritur vtriusque episcopi dispensatio facit c. cum illorum, §. si uero, de sent. exc. & quod not. de priuil. pastoralis. Sed dubium est, quid in duobus canonicatibus diuersarũ ecclesiarum, & multum circa hoc se inuoluit Io. de Imo. & videtur velle, quod episcopus non possit dispensare per ca. sanctorum, 70 dist. vbi prohibetur quem intitulari in diuersis ecclesiis sed potest dici, quod illud c. sit correctum per c. de multa, in fi. de præb. vbi Papa tantum sibi reseruat dispẽsationem circa plures ecclesias curatas, vel circa plures dignitates, vnde videtur permissa dispensatio episcopo in simplicibus beneficiis, & indistincte, & hoc tenet Bar. Brix. in d. c. sanctorum, in addi. & istam opi. scilicet quod episcopus possit dispensare in duobus canonicatibus diuersarum ecclesiarum tenuit Io. And. in c. cum iamdudum, ĩ. de præben. & ibi do. Abb. dicit, quod episcopus potest dispensare in duobus canonicatibus, & præbẽdis diuersarum ecclesiarum, quando altera per se non sufficit, & sic intelligit c. sanctorum, sed illud ca. sanctorum, non permittit dispensationem episcopo in canonicatibus, sed solum in capellis, quando altera per se non sufficit, & ideo quia prohibet dispensationem in pluribus canonicatibus, & permittit in capellis, quando altera per se non sufficit, videtur prohibere in canonicatibus etiam si alter non sufficeret, ar. ca. non ne. de præsump. cum simili. vnde melius est dicere, quod illud c. sit correctum, per c. de multa, in fi. & istud communiter tenetur per Docto. sed quando alterum beneficium esset sufficiens non posset episcopus dispensare, vt quis teneat illud cum alio beneficio, & hoc probat d. c. sanctorum, & tenet do. Abb. in d. c. conquerente, & ista sit prima limitatio, scilicet quod quando beneficium est per se sufficiens non potest episcopus dispensare, vt beneficiatus teneat plura, vel illud cũ alio beneficio, & hoc tenet do. Abb. in c. conquerente, s. eo. ubi etiam dixi Quid in Papa, & scias formare articulum, quando alterum per se sufficit petendo ipsum remoueri, nam debes probare, quod alterum per se sufficit, quia remouebitur a beneficio non obstante dispensatione, quod no. facit s. eo. conquerẽte. & quod ibi dixi. & hoc plane procedit, quando qui obtinet talia beneficia ex dispensatione epi, quia non valet. Sed dubiũ
14 quid † in dispensatione per Papam, dic quod potest remoueri, & alteri beneficium impetrari, quia petentes dispensationem a Papa, nunquam exprimunt, quod alterum per se sufficiat, & si hoc exprimeretur Papæ nunquam dispensaret, vnde tales dispensationes sunt subreptitiæ, & ipsis non obstantibus talia beneficia possunt impetrari. Item ordinarius posset remouere, ex quo dispensatio est subreptitia, vt in c. 2. de confir. vti. vel inut. & no. glo. fi. in c. 1. in fi. eod. tit. in 6. & dixi in c. de cætero. in vlt. q. de re iudi. & hoc tene menti, quia potest multum valere, & tibi & amicis tuis, ideo nunquã obliuioni tradas.
15 Secunda limitatio est, quando eps † vellet dispensare super multitudine beneficiorum simplicium, nam non potest secundum Inno. in d. c. cum iam dudum. ĩ. de præben. & idem sentit hic Io. de Imo. & per hoc But. in d. c. de multa. ĩ. de præben. dixit, quod eps non potest dispensare, vt quis habeat tria beneficia simplicia sed do. Abb. ibi, eum repræhendit, & dicit, quod etiam super tribus, & pluribus potest eps dispẽsare, quando per se beneficia nõ sint sufficientia. si enim duo non sufficiunt, potest dispensare super tribus, & si tria non sufficiunt, potest dispensare super quatuor. Nec obstat c. cũ iamdudum. vbi multitudo beneficiorum vr̃ prohibita, quia ille tex. loquitur de his, qui per ambitionem, seu cupiditatẽ volunt obtinere plura beneficia. nam cum talibus super pluralitate non potest dispensari, vt s. dixi. vide tamen glo. fi. in clem. fi. de præben. quæ dicit, quod eps non potest dispensare, vt quis sit triplex in eadem ecclesia, vt habeat tria beneficia in eadem ecclesia, sed solus Papa dispensat, vt in c. 1. de consuetu. in 6. Et ibi reprobatur consuetudo, quod quis in eadem ecclesia sit triplex.

Tertia limitatio, quando beneficia essent vniformia: puta duæ canoniæ, duæ capellæ: nam eps non potest super talibus dispẽsare, si sunt in eadem ecclesia: nam est absurdum, quod quis habeat duos canonicatus, vel duas capellas in eadẽ ecclesia, & hoc tenent Doct. ĩ. de concess. præb. litteras. & glo. fi. in clem. fin. de præben.

Quarta limitatio, quando statutum, vel consuetudo ecclesiæ disponeret, quod quis non posset hr̃e aliud beneficium, verbi gratia, consuetudo, vel statutum ecclesiæ disponit, quod Capellani ecclesiæ Cathedralis non possint obtinere aliud beneficium requirens residentiam extra ecclesiam: non enim poterit episcopus contra talem consuetudinem dispensare, vt dicunt hic Inno. Ioan. And. & Doct. quod tene menti.

Quintam limitationem ego addo, quando beneficium requireret residentiam personalem ex dispositione testatoris, verbi gratia, testator mandauit construi capellam, mandãs, quod Capellanus debeat ipsam officiare per se ipsum in ea continue celebrando: non enim poterit eps dispensare, ut Capellanus teneat istam capellam cum alio beneficio requirẽte residentiam, quia solus Papa potest alterare voluntatem defuncti, vt in clem. quia contingit. de relig. dom. & in c. nos quidem. cum ibi not. de testam. hoc tamen intelligo, quãdo per dispensationem vellet omittere celebrare quotidie faciendam in capella, iuxta voluntatem. sed si vellet in alio beneficio deseruire per se ipsum, in capella vero per Vicarium, secus si eps dispensaret vt in capella, iuxta voluntatem defuncti deseruiret per se ipsum, & in alio beneficio per Vicarium, quia tunc non mutaret voluntatem defuncti, & sic dispensatio valeret, & hoc no.

Venio nunc ad tertium, an superior censeatur dispensare
16 † ex eo, quod eligit ad beneficium incompatibile, vel ad illud cõfirmat, seu aliud confert. & Innoc. multum se inuoluit, format tamen quæstionem, an canonici eligẽdo ad præbẽdam vacantem, habentem præbendam in alia ecclesia, videantur renunciare statutis, vel consuetudinibus de facienda residẽtia. & concludit quod sic. dicit tñ, quod hæc renunciatio non præiudicat epo, quia non tenetur talẽ confirmare, poterit tamen eps eum confirmare, & valebit collatio non obstante statuto, vel consuetudine. dicit tamen Inno. quod per hoc non intelligitur renunciatum dispositioni iuris communis, quod vult eũ teneri ad residentiam canonicus præbendati, quia non percipiet fructus, & notabis hic Innoc. quia sentit, quod vbi quis tenet plura beneficia requirẽtia residentiam, talis nõ facit fructus suos beneficij in quo nõ residet, licet debeat admitti ad dandum vocem, & ad alios tractatus. sed Io. And. dicit, quod eligentes non possent renunciare statuto, vel consuetudini, quãdo talis renũciatio præiudicaret ecclesiæ, & ipsi met possent venire contra factum suum, per ea quæ hñt in c. cum accessissent. de consti. pro hoc vide notabilia verba Inno. in c. accedentibus. ĩ. de priuil. vbi dixit, quod capitulũ nõ põt renũciare priuilegiis, vel statutis, vel cõsuetudinibus ecclesiæ fauorabilibus. Item quærit Inno. quid si canonici eligunt ad præbẽdam vacãtem illũ, qui tenetur residere rõne beneficij in alia ecclesia, an videãtur renũciare priuilegio, vel statuto, vel cõsuetudini & dicit, quod aut ignorabunt ipsum hr̃e beneficiũ in alia ecclesia, & vñr renũciare: aut sciebãt, & vr̃ velle, quod videãtur renunciare, sed Io. de Imo. tenet, quod nõ cẽseantur renũciare, ẽt si sciãt ipsum hr̃e aliud beneficiũ, quia in dubio vñr ipsum eligere ea mẽte, vt renũciet primo beneficio, seu vt dimittat primum beneficiũ, vnde dicit, quod nisi constet, quod ipsum elegerũt ea mẽte, vt vtrunq; retineat, censentur ipsum elegisse ea intẽtione, vt primum beneficium dimittat. & idem dicas, si eps cõfert beneficium illi, quẽ scit hr̃e beneficiũ incompatibile: nam non debet intelligi illum voluisse dispensare, sed eius intentionis fuisse, vt primum beneficium dimitteret, & hoc sensit Alex. de Neuo in quartum Decret.

do. Card. in quæstione quam format de Rectore ecclesiæ parochialis electo per patronos ad capellam eiusdem, & instituto per episcopum nam ex terminis quæstionis quos ponit necessarium est intelligere, ꝙ episcopus sciuerit illũ esse Rectorem ecclesiæ, & tamen non dicit, ꝙ videatur dispensasse, sed quærit, an ecclesia parochialis vacauerit per adeptionẽ capellæ: non enim hoc quæsisset si episcopus cẽseretur dispẽsasse. Nec obstat dictum Inn. in c. veniens, de fi. presb. quia Inno ibi, loquitur, quando actus aliter non valeret, nisi episcopus intelligatur dispensasse, puta, si confert beneficium illegitimo, vel ordinat illegitimum. nam non valeret collatio, nec ordinatus haberet executionem ordinis, nisi ordinando vel conferendo intelligatur dispensasse, sed collatio beneficii secundi valet dato. ꝙ non intelligatur dispensasse. pro hoc optime facit c. le. si summus pontifex, de sententia excomm. imo etiam si actus aliter non valeret, nisi intelligatur dispensasse, adhuc non intelligitur dispensare, nisi præcesserit causæ cognitio. hoc tenet Inn. in d. c. veniens, de fil. presby. & Io. de Imo. in d. cle. si summus pontifex, super gl. in verbo, approbare de sent. exc. plus dicit Ho in d. c. veniens, ꝙ episcopus, nec ordinando, nec confirmando, nec alio modo intelligi-
17 tur † dispensare, nisi hoc exprimat, de quo per Ioan. And & Doct. in c. ij de scisma. vbi tenet, ꝙ non intelligitur dispensatum, nisi appareat causę cognitionem præcessisse, & istud cõmuniter tenent Doct. idem tenet Archi. 51 di. qui in aliquo. vnde non est dicendum, ꝙ episcopus censeatur dispensare ex eo, ꝙ episcopus confert beneficium ei, quem scit habere aliud beneficiũ, nisi hoc exprimat, vel præcedat causæ cognitio, per quam constet de eius intentione, ꝙ habuit intentionem dispensandi, & hoc tene, licet quidam Doct. pręcipitantes sua consilia consuluerint, ꝙ episcopus videtur dispensare si confert beneficium illi quem scit tenere beneficium incompatibile, quia non est verum, nisi hoc exprimat, vel appareat de eius intentione per præcedentem causæ cognitionem, & hoc etiam nota.

18 Venio nunc ad quartum, s. an plura † beneficia possint sine dispensatione simul teneri. ista quæstio tangitur in c. sanctorum. 70. di. & in c. gratia, de rescriptis, in vj. & in cle. gratię, eo. tit. & in c. dudum, el ij. de elec. & de præb. cum iam dudũ, & facias duos casus.

Primus, quando requirunt residentiam.

Secundus, quando non requirunt residentiam. primo casu communiter Doct. videntur velle, ꝙ pluralitas nõ sit permissa sine dispensatione. fallit, quando consuetudo aliter disponeret: potest enim disponere consuetudo plura beneficia simplicia posse simul teneri, & hoc etiam notant Doct. in c. cum omnes, de const. & dicit Io. de Imo. hic, ꝙ valet consuetudo, vt beneficium simplex, & curatum, uel beneficiũ simplex, & dignitas possint simul teneri, & dicit ꝙ hoc probatur in c. j. a contrario sensu, iuncta gl. de consue. in vj. in pluribus uero dignitatibus, & beneficiis curatis non ualet consuetudo, ut in c. quia nonnulli, s. eo. & in d. ca. cum omnes, & dicerem declarando, ꝙ vbi est consuetudo, ꝙ plura beneficia requirentia residentiam etiam si vnum sit curatum, vel dignitas possint simul teneri, ꝙ talis consuetudo debet intelligi, dummodo in altero deseruiat per substitutum ex quo enim consuetudo non tollit residentiam necessarium erit deseruire per substitutum alteri ex beneficiis, & forte posset attẽtari, ꝙ ubi subest consuetudo quod possit deseruiri in beneficio per substitutum, quia tunc poterunt plura beneficia requirentia residentiam simul teneri: iura enim impediunt, simul teneri, quia tenetur utrique deseruire personaliter. ergo si potest vigore consuetudinis deseruiri per substitutũ, poterunt simul teneri. quod nota.

Venio nunc ad secundum casum, s. quando beneficia nõ requirunt residentiam & hoc casu dicit Inn. & Doct. ꝙ possunt simul teneri absque dispensatione, & in hoc, an requirant residentiam est spectanda consuetudo, vel statutum ecclesiæ, vt dicit hic Inn. & idem dicit gl. in c. gratia, de rescrip. in vj. hoc tamen debet intelligi, quando vtrunque per senõ sufficit, sed si alterum sufficeret nõ possent simul teneri. hoc probatur s. eo. conquerente, & ibi dixi & idem dixit Goff. in c. eam te, de æta. & qual. sed Inn. simpliciter dicit, ꝙ plura beneficia non requirentia residentiam possint simul teneri,
19 † sed nimia pluralitas est reprobata secundũ eum, vt in c. c. iamdudum. j. de præb. & ibi hoc tenet Inn. sed do. Abb. ibi, & in d. c. conquerente. tenet opi. Goff. s. quando alterum beneficium per se est sufficiens, quod non liceat tenere plura beneficia etiam si non requirant residentiam. & dicit quod talis peccat mortaliter, quia committit vitium ambitionis, & auaritiæ, & quod occupat stipendia pauperum, & idem tenuit gl. in ca. dudum, el ij. de elec. dicit tamen Io. de Imo. ꝙ sufficeret dispensatio episcopi, ut quis possit tenere plura beneficia, quando alterum per se sufficit, sed dn. Abb. tenet cõtrarium in d. c. conquerente. plus dicit in d. ca. dudum, ꝙ etiã Papa non potest dispensare, quia non potest fieri dispẽsatio, nisi causa subsit. Sed opponunt, ꝙ etiam si beneficia non requirant residentiam, quis non possit tenere plura, ut in c. cũ secundum. j. de præb. vbi dicitur, ꝙ non debet viuere de altari, qui non seruit altari sed Inn. dicit, ꝙ satis dicitur seruire si bene viuat, & bene dispensat illud, quod percipit, sed hæc solutio non placet Host. per ca. ex multis, j q. 3. ubi dicitur, ꝙ qui male accipit, licet bene dispẽset, plus grauatur quã mereatur. vnde si talis male acciperet non deseruiendo non sufficeret, ꝙ tantum expenderet vnde ipse aliter respondet ad illud c. cum secundum, s. ꝙ loquitur in beneficiis requirentib. residentiam, secus si non requirant residẽtiã, & hoc de quarta, & ultima quæstione.

In glo. si ibi uel alia quacunque causa iusta. exemplificat Io. An. si forte propter intemperiem aeris nõ auderet reuerti. facit c. ad supplicationem. de renun. & 74. di. quorundam. ex hoc infert Io. de Imo. ꝙ clericus absens non teneatur redire ad residendum tempore pestis, quod dicit esse valde notandum dicit tamen, ꝙ illud forte est intelligendum, nisi ecclesia pateretur defectum in ministris per no. in c. præcedenti. & facit ad prædicta, ꝙ no. Bar. in l. de ætate ff. ad Treb. Ego vero sic dicerem, quod aut beneficium requirit residentiam non tamen est curatum, & tunc si potest inuenire substitutũ debet ponere substitutum, & si non potest inuenire substitutum, licet sibi recedere propter periculum mortis euitandũ
20 quia de duobus † malis minus est eligendum 13. dist. nerui, & in c. duo mala, & 33. q. 2. si quod uerius. sed minus malum est quod ecclesia ad tempus patiatur defectum in cultu diuino, quam quod homo moriatur. aut beneficium requirit curã animarum, & tunc dicerem, ꝙ si non potest inuenire bonũ substitutum teneatur personaliter deseruire, nec liceat propter pestem deserere curam, quia debet pro omnibus sibi commissis ponere uitam, sicut posuit Christus pro omnibus ad hoc cap. suggestum, cum duobus sequentib. & §. cum uero, 7. q. j. ad hoc facit, quod not. magister sententiarum li. 3. dist.
21 29 in prin. vbi dicit, quod plus debemus diligere animam † proximi, quàm corpus nostrum, & idem san. Tho. 2. secundæ, q. 26. ar. 5. in fi. & 44. art. fi & allegat rationem, quia animæ beatorum post assumptionem corporum erunt magis unitę caritate dilectionis quam propria corpora ipsorum, quod no. Item Io. And. ponit exemplum, si clericus non posset venire propter fracturam pontis, uel propter innundationem aquarum. facit l. 2. ff. si quis cau. uel si super hoc Papalem haberet indulgentiam, quod intellige, ut dixi in c. præcedenti. In ca. gl. ibi, si procederet contra eum non præiudicaret &c. dicũt But. & Io. de Imo quod si contra eum processum fuisset, tanquam super notoria non residentia non ualeret processus, quia legitima causa tollit notorietatem non residentiæ. vbi autem seruatus fuisset ordo iuris, tunc dicit, quod si iudex certificatus de impedimento processisset ad priuationem,
22 tunc non valeret processus, † vt in l. quæsitum, & ibi per Bar. ff. de re iud. & dixi in c. querelam, de procur. Sed si iudex non fuit certificatus, valet sententia, sed dari debet restitutio, ut d. l. quæsitum, & d. c. querelam, & in c. cum Bertholdus, s. de re iudi. & ibi dixi, & hęc sufficiant in isto cap. & titulo.

FINIS.

D. ALEXANDRI DE NEVO VINCENTINI

IVR. VTR. DOC. CELEBERRIMI,

In Quartum Decretalium Librum Commentaria.

De sponsalib. & matrimonio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia consueuerunt precedere matrimonium.*
2 *Continuatio de libro ad librum, non est necessaria.*
3 *Clausula an referatur ad alia, quando est facta diuisio per §. uel uersiculum.*
4 *Sponsalia sunt futuri matrimonij promissio, & etiam pro matrimonio de praesenti sumuntur.*
5 *Sponsalia, vnde dicta sint.*
6 *Statutum loquens de marito, uel uxore, an extendatur ad sponsam.*
7 *Statutum loquens de filia dotata, ne succedat, an habeat locum in ea que nondum contraxit matrimonium de praesenti.*
8 *Legatum factum alicui si nupserit, post contractum matrimonium peti poterit.*
9 *Statutum, ut uir lucretur dotem post mortem vxoris morientis sine liberis, an referatur ad mortuam ante consummationem matrimonij.*
10 *Matrimonium quid sit.*
11 *Matrimonium efficit consensus, non concubitus.*
12 *Matrimonium inseparabile, seu indiuisibile est.*
13 *Matrimonium est sacramentum.*
14 *Matrimonium, vnde dicatur.*
15 *Matrimonium quare institutum sit.*
16 *Matrimonium quibus verbis, & quo in loco institutum fuit primo.*
17 *Facta incontinenti, censentur inesse.*
18 *Matrimonium est de iure diuino.*
19 *Pater, & mater, quare diligant plus filios quam se ipsos.*
20 *Matrimonium, an sit de praecepto.*
21 *Copula carnalis inter virum & uxorem, an possit esse sine peccato.*
22 *Mulier grauida, an teneatur reddere debitum viro.*
23 *Ieiunij tempore, an sit peccatum cum uxore coire.*
24 *Coitus inter virum, & uxorem videtur distingui, ut fiat, vel causa sobolis procreandae, vel libidinis explendae, vel fornicationis uitandae.*
25 *Coitus cum uxore, an possit esse sine peccato.*
26 *Coitus cum uxore causa explendae libidinis, an sit peccatum mortale.*
27 *Communicare, seu recipere corpus Christi in die coitus cum uxore, an liceat uiro.*
28 *Communicatus, seu qui recepit corpus Christi, an coitum ea die exercere possit cum uxore.*
29 *Coitus debitum, an peti, & reddi in ecclesia possit, uel debeat, & an ecclesia coinquinatur p. illum.*

HAec Rubrica Continuari potest duobus modis ad praecedentia. Primo modo sic. In tribus praecedentibus libris ponũt tres partes principales huius voluminis. vnde merito sequitur quarta pars principalis, in qua tractatur de sponsalibus, & matri. & de impedimentis eorũ. Hęc continuatio ponitur per gl. in proęmio decr. vel sic. In pręcedenti lib. visum est de actib. spectantibus ad clericos, nunc autem ad actus spectãtes ad laicos vertendus est stilus, & quia de sponsalib. matrimonijs impedimentis eorum erat tractatutus, conueniens fuit pręmittere de sponsalibus, vt dicit Tan. & do. Card Nam † spon
1 salia consueuerunt praecedere matrimonium, sicut principale accessorium, de elec. si confirmationẽ, in 6. Sed dic, ꝙ continuatio istius libri ad praecedentia, non fuit necessaria, quia
2 de lib. ad librum non requiritur continuatio, † ut dicit gl. ff.
de cond fur. & in Rubrica, de le. 3. Item dic, ꝙ de l ad leg non
est necessaria continuatio, vt in l. 2. ff. de sta ho. & ibi not. no.
etiam in l. stipulationum, la j. ff. de verb. obl. licet gl. ibi, conti
nuet. & si non requiritur continuatio legis ad l. ergo nec de
§. ad § vel versiculi ad uer. tamẽ quidã allegant gl. in ver. sic,
de postu praela. in vj. in c. vnico & in c. j in ver. coram, de elec.
eo. li. Sed licet illę gl. sint notabiles quantũ ad materiã clau-
3 sulae, quia dr̃, ꝙ clausula † non refertur ad aliam, qñ est facta
diuisio per § vel versi. & sic limitat c. 2. requiris, & c. inquisi-
tioni, de appella. tamen non faciunt ad propositum. Nam
aliud est quaerere, an clausula posita in vno § vel uer. referat
ad aliũ §. vel ver. & aliud est quaerere, an debeat fieri ꝯtinua-
tio de tit. ad titulũ. Et tñ clausula posita in uno tit. non refer
tur ad aliũ. Ego tñ puto dictum esse verum, ꝙ si non fit con
tinuatio l. ad legẽ, non debet etiam fieri de §. ad §. vel ver. ad
ver. lic̃ limita illas gl nisi esset adiectũ verbum, vt praefertur,
vel verbũ, in praemissis, vt est tex. cum gl. in cle. causam, in ver
bo, ut praefertur, de elec. & in cle. quãuis, § sane, in ver. in prae
missis, de so. cõp. & de nã clausulae recurre ad illud c. 2. requi
ris, de app. & per Bar in l. talis scriptura. ff. de le. j. & in l. p̃ror.
ff. ui bo. rap. & in l. j. uer. etiam per alios Doct. C. de lib. p̃te. &
in l. j. § cũ qui, iuncta gl. in ver ex superiorib. ff. de postu. & in
l. in act. ff de his qui no. infa. De materia ẽr Rubricę habetur
in decretis, in 28. causa, vsq; ad fi. causarũ, excepto tractu de
pęnitentiis qui interponitur. Sed dicit Io. And. & Card ꝙ ad
hanc Rubricã specialiter facit 27. q 2 in princ. & 31 q. ij. & 3.
& 32. q. j ij & iij. reperitur in vj. & cle. Vlterius aduerte, quia
ista Rubrica habet duas partes, s de spon & ma & circa utrã
que partem Io. An. & Bu & scribentes per modum summae
ponunt multas q. pro declaratione totius tituli. Ego aũt ali-
qua attingã, & de aliis me remitto ad Docto. hic, & vide bo.
gl. 22. q. 2. in sum & 27. q. 2. in prin. Videamus ergo quid sint
4 sponsalia, & quid matrimoniũ. † Sponsalia sunt futurarũ nu
ptiarum, seu futuri matrimonii promissio 30 q. 5. nostrates,
& in l. j. ff. de spon. & habetur in Spe. hoc eo. tit. & in prin. Sed
Doct. dicunt, ꝙ interdum sponsalia accipiuntur stricte, & ꝓ-
prie, ut supra dictum est, qñ sumitur large. s pro matrimo-
nio de praesenti. 27 q. 2. in prin. & in c. ex publico, de ꝯuer. cõ
iu. ibi, licet a praefato viro desponsata fuerit. Dicit tñ do. Car.
ꝙ qñ sponsalia ponuntur pro matrimonio de praesenti, solet
5 addi verbũ, de pręsenti, puta ꝯxit sponsalia de praesenti. † Di
cuntur aũt sponsalia a spondeo spondes, vt in l. ij. ff. de spõ.
Dr̃ enim sponsus quasi promissus, & sponsa, quasi promissa.
post aũt completum matrimonium est finita promissio, &
non amplius appellantur sponsi, sed debent appellari mari-
tus, & vxor. facit c. sponsam, & c. non est, ĩ. eo. & s. de conuer.
coniu. uxoratus. ꝙ intellige proprie loquendo. Nã aliqñ sm
largã significationem dr̃ sponsa illa cũ qua est ꝯctum matri-
moniũ de praesenti, anteq̃ sit consumatũ, vt d. c. ex publico,
6 de conuer. coniu. Ex his dicit Bu. ꝙ si † statutũ loci facit mẽ
tionem de marito, vel vxore, non debet extendi ad sponsam,
allegat l. 3. in si ff de his qui not. infam. & ff de ri nupt. l. si quis
officium, §. fin. & ff de iniur. l. apud Labeonem, § sponsum,
ff. de adul. § vxor l. diuus. Sed hoc intellige de statuto odioso
puta si diceret statutum, ꝙ filia maritata nõ succedat patri,

nam tunc non compræhenditur,& in iurib præal.Secus si a-
geret de fauore,quia tunc appellatione vxoris.vel mariti,ve
nitet sponsa.i illa,cum qua ɔtracta sunt sponsalia per verba
de futuro, & idem ecõtra,de quo vide bo.text & ibi per Cy.
in l.non fine.C.de bo quæ libe & est etiam bo.gl.Insti de nu
ptiis.§.sed si vxor,alias si vero,& tangitur etiam per gl. 27.q.
2.in prin.secus,quando annullatur matrimonium,quia tūc
etiam sponsalia non valēt,& materia est odiosa. aliud est e-
nim,quod pœnæ imponantur , vel quod lucrum auferatur,
quia tunc appellatione matrimonij non cumpræhendun-
tur sponsalia, vt in iuribus præalleg.
Sed quando matrimonium impediatur contrahi eodem
modo impediuntur contrahi sponsalia , quãnatura subiectę
materiæ hoc operatur, seu eundem effectum inducit , vt di-
cit hic But.& ita intellige l oratio ff de spon.
7 Ex prædictis infertur, quod si † statutum dicit , quod filia
dotata non succedat dicit Abb. Sicu.quod statutum habet
locum etiam si non sit contractum matrimonium per uer-
bum de præsenti sed hoc non videtur verum , quia non po-
test dici dotata, nisi contracto matrimonio,ut Inst.de nup.
in fi. hinc est, quod si promittitur dos subintelligitur tacita
conditio,si matrimonium consequatur,vt in l dotis promis
sio.ff.de iure do.Sed salua dictum Abba.Sicu. quod satis dici
tur filia dotata,ex quo pater exercuit actum dotandi quan-
tum in eo fuit.pro hoc allego Bart in l.Titio centum.§.Ti-
tio,ff.de conditio.& demonstrat. vbi dicit,quod dicitur filia
dotata quantum ad hoc,vt excludatur a successione, quan-
do dos fuit per patrem assignata in testamento qui exercuit
actum dotandi quantum in eo fuit intellige tamē prædicta
quando filia fuit dotata de bonis patris, secus si esset dotata
ab alio,de quo vide Bal.in l neque mater.ff.de iure dot.
8 Ex prædictis etiam potest inferri,quid si testator† legat ali
cui si nupserit . dic quod potest petere legatum , post quam
matrimonium contraxit per verba de præsenti , vt in l cui
fuerit.ff.de cond. & demonst. Aliqui tamen intelligunt illā
l.quod requiratur traductio ad domum,& moueniur , quia
ille tex.dicit,quod conditio statim est impleta,cum vxor du
cta fuit,sed ille text. communiter intelligitur,quod sufficiat
contractus matrimonij per verba de præsenti, etiam si non
sit facta traductio,& ita intelligit ibi glos. & Barto. pro quo
facit finis illius l dū dicit,quod nuptias consensus, non con
cubitus facit.si ergo hic pendet a solo consensu, sufficit ma
trimonium contrahi per uerba de præsenti etiam si nō fiat
traductio Non obstat illud,quod supradixi , quod debet in-
telligi , quod requiratur traductio , quando non constat de
contractu matrimonij.
Ex prædictis potest etiam inferri ad statutum,quod com-
9 muniter habetur per Italiam, videlicet, quod si † stat statu-
tum.quod mortua vxore sine liberis maritus lucretur dimi-
diam dotis,an illud statutum habeat locum si moritur an-
te consummatum matrimoniū copula carnali. quam quæ-
stionem examinat hic dom. Iaco. de Zochis,& super arbore
affinitatis,in glos.in verbo, nunc est sublatum impedimen-
tum.Sed ego plenissime examinaui in c.ex publico,post sup
pletionem gl.de conuer.coniug Et ex istis remissionibus po
tes etiam decidere quid si fiat statutum,quod vxor non pos
sit se obligare sine consensu mariti,an habeat locum contra
cto matrimonio per verba de præsenti copula nondum secu
10 ta.videamus modo † quid sit matrimonium.Matrimonium
est maris, & fœminæ legitima coniunctio indiuiduam vitę
consuetudinem retinens diuini, & humani iuris communi-
catio,& istud ultimum probatur in l.j eo.titu § quod sit ma-
trimonium, & in d gl exponuntur singula verba,sed non ca
dit matrimonium:non enim posset esse matrimonium ma-
sculi cum masculo.vel fęminæ cū fęmina.item dum dicitur
commixtio,intellige scilicet animorum,quia non concubi
11 tus,sed consensus facit † matrimonium,vt 27.q.2. cum ini-
tiatur,& in l.nuptias.ff.de regu iur. item dicit legitima,quia
debent esse contracta secundum leges. vnde inter inhabiles
non est matrimonium,item posset esse coniunctio ad aliud,
& non ad matrimonium.Item dicitur indiuiduam vitę con
suetudinem continens, quia est indissolubile 27 q. 2. sunt q
3.& c.scripsit,de consang & affi.de infidelibus.vbi matrimo
nium dicitur indiuiduum,& adde ca illud,in fi de præsump.
& Insti de patr. po in princi. debet enim contrahi cum hac
intentione,vt nunquam separetur,& per hoc concluditur ,
quod concubinatus non est matrimonium , ad hoc 32. q.4.
dicat aliquis, & c.meretrices , nam licet non cōtingat ipsos
separari, satis tamen est,quod non possunt separari:hæc au-
12 tem separatio † non fit in matrimonio,vt in c. sicut non in
omni 20 q.2.Item per hoc quod dicitur indiuiduam vitę cō
suetudinem, &c. tangitur vnum de bonis matrimonij.
13 Nam † matrimonium appellatur sacramentum, vt in c.fi.
de condi.app.vide gl. de transac.c.veniens.Item dicitur diui-
ni, & humani iuris communicatio, quia indiuisi (?) cō-
municant actiones,& passionem . Nam mulier sequitur clo-
tum viri,vt videbitis infra c j Item quia dicuntur esse eiusdē
sectæ, & religionis 35 q.j c aut Sed puto, quod iurecōsultus,
in l j ff.de ritu nupt.hoc non considerauit cum fuerit Paga-
nus,& per hoc potest dicere aliter,quod non dicitur diuini,
& humani cultus communicatio , quia matrimonium est
de iure diuino,& humano,vt habetur per text.cum gl.Insti.
de iure natu.gen & ciuili,in prin.& in ca.j de vo in 6 Aliam
diffinitionem ponit d.Card.videlicet quod matrimoniū est
vnio viri,& mulieris,qua alter alteri viuit per tria bona ma-
tri.quæ sunt fides, proles,& sacramentum,ut no glo in c.pu
bes de despon.impu & in c per venerabilem,in verbo,de tri
bus bonis qui fi.sint le sed hæc diffinitio in idem incidit , cū
præcedenti.Alii vero diffiniūt,quod matrimonium est dua-
rum legitimarum personarum de coniunctione consensus,
sed ista ultima diffinitio nimium est generalis, & potest in-
telligi de alia coniunctione,quam matri.vnde tene 2. præce.
14 † Vnde autē dicatur matrimonium Docto.multum labo
rant,sed tu vide gl quæ dicit Veritatem.27. q.j. in sum. & bo.
tex.in c.2.de conuct.infi.
15 Item quæro quid sit causa Institutionis matri.Inn.j.co.iu
uenis.dicit quod duæ sunt causæ principales , f. pulchritudo
diuitiæ,& similia, de quibus per Inn.in d.c.iuuenis,& per gl.
27.q.1.in sum Tu dic,quod duplex fuit Institutio matrimo-
nii.prima ante peccatum, & ista fuit causa prolis procrean-
dæ in reparatione Angelorum:alia fuit institutio post pecca
tum,& ista fuit iniuncta ad euitandum fornicationē, de istis
secundis institutionibus matrimonii vide opt.text.32. q.2.§.
is Ita,& glo.27 q j.in sum & sic intelligas Inn.in d.c.iuuenis.
Ex his infertur,quod matrimonium fuit institutum in sta
tu innocentiæ, de quo vide bon.tex cum gl.in c.j.de vo.in 6.
& in d § summa , & intellige de prima institutione, & quia
fuit post peccatum,ut supra dixi.
16 Quæro tertio † quibus verbis,& in quo loco fuit Institu-
tum matrimonium.dic quod fuit institutum a Deo in para-
diso deliciarum,ut est tex in c.j.de vo.in sexto,& 32.q.2.is ita,
& 33.q.2.quos Deus.Sed opponitur,quod fuit institutum ab
homine,scilicet ab Adam propter illud verbum,nunc os ex
ossibus meis &c.vt in c.debitum,de biga.& in ca.gaudemus,
de diuort.& 27.q.2.in palea, lex diuinæ,& 31.q ij. quomodo
virginibus.Item si esset institutū matrimonium a Deo eccle
sia non posset dispensare circa essentiam matrimonij 6. dis.
§ is ita,& 25 q sunt quidam,sed videmus,ꝙ Papa dispensat ,
& facit gradus prohibitos,& permissos,ut in c.non debet,de
consanguin.& affinit.& in c literas,de restitu spol Sol.secun
dum Gasp Cal.& But & dom.Card.Adam a Deo illustratus
dixit illa verba 35.quæst.5.fraternitatis,& in c debitum,de bi-
ga ad hoc facit præal.palea, lex diuinę,quæ dicit, quod Adā
prophetiæ spiritu Deo docente inter alia,illa verba protulit
& sic matrimonium dicitur institutum fuisse a Deo,ex quo
Adam a Deo illustratus illa verba protulit.gl.tamē in c cum
societas 27.quæst.secunda,dicit quod matrimoniū non fuit
institutum per illa verba,hoc vero os ex ossibus meis,sed per
illa verba,quæ sequūtur,scilicet, per hoc relinquet patrem,
& matrem.sed dicit But.de hoc non esse curandum, quia il-
la verba incontinenti dicta fuerunt,& illa quæ incontinenti
17 † fiunt,videntur in esse,vt in l.lecta,ver.dicebam.ff si certum
petatur,& in ca.officii,de elect.sed glo in c.fi.de frigi in ver-
bo,institutor, dicit quod matrimonium fuit institutum per
illa verba,crescite,& multiplicamini.sed illa glo.male dicit,
nam Deus fuit vsus illis verbis præcipiendo carnalem com-
mixtionem illis qui coniuncti erant,& non solum coniuga
tis,sed etiam brutis. vnde etiam post diluuium vsus fuit illis
verbis ad Noe,& eius filiis iam vxoratis.ita dicit glo 27.q.j.in
sum.vnde tene, ꝙ matrimoniū institutū fuit per illa uerba ,
hoc os vero ex ossib.meis &c.Et hoc tenet gl paleę,quæ etiā
sequitur glo in cap j de vo.in sexto glo.etiam præalleg in d.
ca fi de frigi.Et dicit But.quod quædam sunt sacramenta pu
ræ fidei,vt est baptismus.confirmatio,& similia, & illa Deus
per se instituit,vel mandando, vel per se instituendo . Quæ-
dam vero sunt sacramenta ex dictamine rationis naturalis,
sicut matrimonium,& pęnitentia, & ista homo instituit ip-
so Deo,vel Spiritu sancto inspirante. & per consequens pos-
set dici a Deo esse facta.Et ad cōtrarium respōde,quod Deus
instituit matrimonium,sicut illius matrimonij essentiæ cō-
ueniebat,sed residuum dimisit ecclesiæ, ideo ecclesia auget
diminuit , & dispensat , & interpretatur secundum varieta-
tem temporum,ut in cap.non debet,de consanguinit.& affi
nita. Et de hoc , quando Papa possit statuere circa ius diui-
num,vel non,plene dixi in cap.cum ad monasterium,de sta
tu mona.

18 Ex † his con luditur, quod matrimonium est de iure diui no glo. tamen Inn. de iure natura gen & ciuili. in prin. dicit, quod matrimonium est de triplici genere, s. natura gen & ci ui. Sed dic secundum dom. Card. ꝙ matrimonium Deo originaliter est causatum, vt in c. vno, de vo. lib 6 sed pôt etiam dici de iure naturali, quia vir naturaliter inclinatur in feminam, vt in l. j. & quod ibi no ff. de iusti & iure, & j. dist. ius naturale Quodlibet enim animal appetit conseruari, & cum non possit conseruari secundum indiuiduum, i. in se ipso, curat conseruari in specie, vt dicit Philosophus in secundo, de anima.

19 Et ista est ratio quare † pater, & mater dicitur diligere filium magis, quam se ipsum, ut in l. si quidem. ff. quod met. cau. & in l si C. de cura furio. quia plus in eo conseruatur, & quod materia sit a iure naturali, tenet Inn. in c fraternitatis, in verbo, dubitabilis, j. de frigi. Dicitur enim matrimonium esse de iure gentium, quia ex illo tanquam ex dictamine rationis surgit, quod vna sit vnius viri, ex quo habet etiam matrimonium dependētiam a lege positiua, quæ dat formam matrimonio, vt in c. penult. de sponsa. & in c. j. de spon. duo.

20 Ex his surgit dubitatio, † an matrimoniū sit in præcepto. & videtur quod sit per illa verba, crescite, & multiplicamini quæ sunt imperatiui modi. in contrarium facit, quod secundum hoc Abel non reputatur iustus, quia matrimoniū non contraxit, quod est falsum, quia reputatur iustus, vt habetur Mathæi 23. c. & de pę. dist 5 consideret. Docto. dicunt, quod matrimonium a principio fuit sub præcepto, sed postea saltē post diluuiū fuit sub remedio: a principio fuit sub præcepto affirmatiue, quod licet semper obliget, non tamen obligat ad semper, vt dicit no Io. And. infra de hæreti. cum ex iniun
a cto, vbi facit [a] differentiam inter præceptum affirmatiuum, & negatiuum, quem omnino videas, & semper obligat præceptum affirmatiuum ad matrimonium tempore primæuo vt proles multiplicaretur, sed non ad semper. vnde Abel nō peccauit non contrahendo matrimonium. Nam Deus præuiderat ex eius semine nullum nasci debere, item morte præuentus non contraxit, sed hodie non est sub præcepto modo præferatur virginitas ipsi matrimonio. 23. quæst. 4. quis ignoret 32. q. i nuptiæ, & de pę. di. 2. si enim uersiculo, memēto vnde hodie est indulgentia, sed olim fuit pręceptum. vnde olim melius erat contrahere, quam non contrahere continere, & hoc propter meritum obedientiæ 8 q. 1 sciendum, & non tantum fuit præceptum iuris diuini, sed etiam iuris naturalis, & gen. ea dictamine rationis ad conseruandum humanum genus. Ego puto, quod hodie non sit præceptum contrahere matrimonium quando intendit cōtinere. Alias si non vult continere, ego puto, quod sit præceptum contrahere matrimonium propter euitandam fornicationem, ad hoc vide bo tex 32. q. 1. § his ita.

21 Ex prædictis insurgit dubium, † an possit esse carnalis copula inter virum, & vxorē sine peccato. Distingue post But. aliqua, & considera octo casus.

Primus, quando mulier patitur menstruum, & hoc casu actus copulę inducit peccatum mortale 5. dist. ad eius vero concubitum vbi gl dicit tamen But. quod si mulier petat debitum tali tempore vir non debet ei reddere, nec uxor viro petenti, nisi timeatur prompta fornicatio, quia tunc dicit But. quod non peccaret saltem mortaliter. Ego puto, quod etiam nec venialiter, ex quo subest iusta causa reddendi debitum. ratio autem huius prohibitionis est, quia ex coitu tempore menstrui filii efficiuntur leprosi, & membris suis debilitati, vt d ca. ad eius vero. idem dicas per omnia, quando maritus cognoscit vxorem ante purificationem, ut ibi habetur sed Io. de Fantu 32 q. 4. origo, indistincte dicit ꝙ exactus tenetur reddere debitum tali tempore, sed mihi videtur verior præce opi.

Secundus casus est, quando petit debitum, quando mulier lactat filium, & hoc etiam casu dicit Butr quod est peccatum mortale: mouetur per illud ca. ad eius vero. vbi dicit esse casum, licet glo ibi aliter dicat. & ratio huius prohibitionis est, quia timor est ne ex tali copula mulieris lac corrumpatur, & sic est periculum in filio qui lactatur.

Tertius casus, quando mulier petit debitum tēpore quo iam concepit 33. quæst. 4 fratres, & ca seq. & dicit quod non est peccatum mortale si partus iam cęperit moueri, & idem sentit ibi Archid & Ioan. de Fan. sed But. dicit, quod in contrarium facit 32. q 4 origo, & q 7 non solum. quia dicunt illi tex. ꝙ pecudes in hoc sunt sapiētiores hominibus, & subest periculum filiorum qui sunt in utero. Ego credo, ꝙ non sit peccatum mortale in exigente, dato ꝙ exigat causa libidinis ad hoc 32. q. 7. adulterii vbi probatur, ꝙ coitus cum vxore causa libidinis est peccatum veniale, nec puto, ꝙ sit mortale peccatum eo, ꝙ bestiæ non dimittant se cognosci postquam conceperunt, quia non habent hunc instinctum post conceptum, quia non sunt maculatæ peccato originali. & licet illa iura dicant, ꝙ saltem homines deberent imitari bestias, loquuntur de consilio, & non de pręcepto nec est uerū ꝙ sit periculum filiorum postquam partus incepit se mouere, quia si esset periculum non deberet reddi debitum etiā si exigeretur, nisi esset timor promptus fornicationis, ut dixi s̄ in primo casu, sed mulier grauida tenetur debitum reddere, vt dicit Io. de Fan. in d c non solum. dicit enim ꝙ mu-
22 lier † grauida non debet facere potestatem sui corporis in exigendo, nec etiam in reddendo, si maritus uelit cessare, quia non debet prouocare, ut ille exigat, & sic excludit solum esse peccatum in exigendo, vel in inducendo maritum, vt debitum exigat. ergo sequitur, ꝙ non est periculum filiorum, qui sunt in utero, quia si hoc esset, non deberet debitum reddi, nisi esset timor promptæ fornicationis, vt s̄. dixi.

Quartus casus est, quando mulier petit debitum tempore
23 † ieiunii, vel orationis, & circa hoc vide gl. magistram. 33. q. 4. in sum. Et distingue, ꝙ aut reddit debitum exactus, & tunc non peccat, vt dicit illa gl & Butr. hic. sed intellige, dum tamen prius fuerit inducere exigentem, ut differat, de quo vide
24 Host. in summa, §. quid si effectus uers. † sed nunquid peccāt coniuges. aut uoluntarie debitum exigit causa sobolis procreandæ. Et tunc etiam dicit Butr. quod licet sit consilium, ut abstineant, nō est peccatum veniale vel saltem mortale, & sic But. loquitur alternatiue. Mihi videtur, quod sit peccatum veniale Nam his diebus est abstinendum, & satis sufficiunt alii dies ad sobolem procreandam, vt est tex in c. si est. 33. q. 4 & in multis aliis iuribus in eadem q. Nec obstat si dice
b retur, quod illa iura loquuntur de cōsilio. [b] Nam tale est cōsilium reuerentiæ, debet cessare coitus ob reuerentiam talis temporis. vnde transgressor peccat venialiter, ut no 6 dist. testamentum, & per gl. in c. ad aures. & ult glo. de ætate, & qualita. tamen fortiter facit pro opi. quod non sit peccatum ēt veniale. 34. q. 4 vir cum propria, vbi text. videtur uelle, quod talis qui causa sobolis procreādæ habet rem cum vxore possit summere corpus Christi. sed dic, quod loquitur, quando habuit rem tempore non prohibito. Aut talis habet rem cū vxore causa libidinis saturandæ. & hoc casu glo. in præalleg. summa 33. q. 4. dicit, quod est peccatum mortale, quia aliis temporibus esset veniale, & hoc sequitur But hic Aut habet rem cum vxore causa euitādæ fornicationis, & alia gl. & But. hoc dicunt, quod est veniale.

Quintus casus, quando vxor, & maritus simul commiscētur causa procreandæ sobolis tempore permisso, seu licito, & hoc casu Doct. dicunt, quod est meritum, nec committitur secundum eos peccatum veniale. Vguti. otn̄, vt refert gl. 33.
25 q. 4. c. vir, cum propria, dicit ꝙ † coitus cum vxore non pôt esse absque peccato veniali & hoc, quia sperma in carne est voluptas, sed ꝫrium tenet gl. 32. q. 2. quicquid. vbi est bona gl. in materia, quam omnino videas, & Butr. hic dicit, ꝙ communiter reprobatur opi. Vgu. & uidetur tex in c. vir cum ꝓpria, versi. oportet itaque de materia carnis copulam &c. & est tex. apertior, 8 di nerui, ver. hinc Paulus, 25. di §. alias. ibi, quoniens excepto filiorum desiderio vxorem suam cognouerit. Nec obstat, quod in actu sit aliqualis voluptas, quia illam confundit animus liberorum habendorum. & dato, ꝙ sit impossibile ibi non esse delectationem, tamē si ex animo non inquinatur, ille primus motus non est in peccato, & in illo potius patitur quā agat. vj. di. §. sed pensandum. vnde tātum ascribitur ad peccatum, sicut si scabiem habens scalperet ipsam apud ignem: ibi enim est delectatio carnis sine peccato.

Sextus casus est, quando quis commiscetur cum vxore cā reddendi debitum tempore permisso, & tunc non est peccatum, immo peccaret si non redderet 23. q. 5. si dicat. Et meretur reddendo debitum, & sic talis actus poterit reduci ad actum virtutis, & iustitiæ, quia reddit, quod debet 22. q. 2. cum deuotissimam, & hoc tenet gl. in d. c. quicquid. 32. q. 2. Nec obstat tex. 13. dist. nerui, & 25. distin §. alias, vbi videtur probari, quod coitus cum vxore semper sit peccatū veniale, nisi fiat causa sobolis procreandæ, nam est peccatum veniale in exigente, sed non in reddente, & sic intelligas illa iura.

Sepcimus

ADDITIONES.

a ¶Quę differentia sit inter præceptum affirmatiuum & negatiuum. vide Archi. de pęn. dist. 5. in prin.

b Adde his ea quæ notat idem do. Alex. in r. seq. in quinta col. j. quæst. an faciens contra legem ex contemptu peccet mortaliter, plene per do. Abb. in c. nam concupiscentiam, de constit. vbi etiam tractat an religiosus faciens contra regulam peccet mortaliter.

Septimus casus est, quando quis habet rem cum uxore causa euitandæ fornicationis, & hoc est peccatum veniale, vt in §. alias, 25 dist. & 13. dist. nerui, & hoc tenet ibi glo. in d §. quicquid 32. q 2.

26 Octauus casus est, quando quis cognoscit vxorem † causa explendæ libidinis, & in hoc casu dicit But quod est peccatum mortale, allegat 33. quæst. 4. vir cum propria, & 32. q. 4. origo. idem tenet Ho. in summa, de matri. § quid sit effectus, in fi. & idem tenet Vgo. & refert glo. in d ca. quicquid, & glo. exemplificat, quando dicatur coitus fieri causa explendæ libidinis, s. quando quis præuenit voluptatem, vel cogitationem, vel utēdo calidis, vt pluries vxorem cognoscere possit. tamen illa glo ibi, se non firmat. sed glo 33 quæst. 4. in Sū. dicit, quod est peccatum veniale, nisi fiat tempore orationis, aut ieiunii. Idem videtur sentire hic dom. Card in fi. u quæst. sed potest ita concordare opi. quod aut quis habet rem cum vxore causa saturandæ libidinis, hoc tamen proposito quod nullo modo vellet ipsam cognoscere, nisi esset uxor sua, & hoc casu sit peccatum veniale, ita loquitur glo Io. Theutonici, cum suis sequacibus. Aut cognoscit tanquam adulteram, ita quod etiam si non esset vxor sua si posset commode velle eam cognoscere, & tunc est peccatum mortale, ita intelligitur 33. quæst. 4. origo, & ita uidetur ibi glo. intelligere, & Io. de Fan post Archid. idem sequitur. idem etiam sentit glo. 32. quæst. 2. quicquid, & hoc modo procedit opi. Hostien. & Butr.

27 Nūquid aūt liceat in die coitus accipere † corpus Christi absque aliqua confessione Butr. dicit, quod consilium est, ꝙ confiteatur, quia difficile est quin in tactu copulæ sit aliqua carnis concupiscentia. si tamen nulla alia subest intentio, q̄ liberorum procreandorum, potest etiam absque alia confessione accipere corpus Christi. Sed si hoc faceret causa uitandæ fornicationis vel exercendæ libidinis, nō deberet accipere corpus Christi, antequam confiteatur, & lauetur hæc probantur in tex. & glos 33. quæstione quarta. vir cum propria. Et secundum hoc solum peccatum veniale excludit a perceptione corporis Christi, de quo dic, ut in ca. testamentum, & in c sed pensandum, 6. dist.

28 Nunquid autem si quis accipit corpus † Christi sit licitū
sibi exigere, vel reddere debitum. dic secundum But. quod exigere non potest absque peccato mortali, sed reddere debet exactus, allegat glo. 82. dist. in. proposuisti, in uerbo, percepit, & 33. quæstio. 4. Christiano, & de consecrat. dist. 2. omnis homo. sed intellige But. quod debeat reddere, quando non potest inducere exigentem ad differendum, ut dicit Host. in summa de mat. § quis sit effectus, vers. sed nunquid peccant coniuges. & dixi etiam supra. An autem debitum possit pe-
19 ti † in ecclesia, & si petatur debeat reddi, & an dicatur ecclesia polluta si debitum reddatur. vide glo & Ioan. And. in nouella, & ibi Do. Dom. de San. Ge. in c. primo de consecra. eccle. vel alia in sexto, & de materia vide Host. in sum. de matri § quis sit effectus & hęc sufficiant, quo ad istam Rubricā, & si vis uidere plenius, vide Ioan Andr. hic qui per modum summæ facit plures quæstiones, & vide glo. 27. quæstio. 2. in summa, & q. 2. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium consensu contractum, non inualidatur per inobedientiā patrię consuetudinis.*
2 *Differentia inter occasionem, vel causam.*
3 *Matrimonium contractum cum alienigena valet.*
4 *Matrimonium fidelis cum infi ele non tenet.*
5 *Matrimonium in dubio, an censeatur contractum, secundum consuetudinem loci viri.*
6 *Patria alicuius, an uerificetur ex illius appellatione.*
7 *Dominium non semper denotatur per pronomen, suus.*
8 *Dictio, idest, est præcedentium expositiua.*
9 *Ius municipale diuersitate locorum datur diuersum.*
10 *Consuetudinis defectus non annullat matrimonium.*
11 *Consuetudo locorum non præiudicat matrimonio in substantia.*
12 *Causa matrimonialis potest tractari in concilio.*
13 *Concilium, an habeat iurisdictionem in causis decidendis.*
14 *Papa est super omnia concilia.*
15 *Papa, an teneatur in arduis causis requirere concilium Cardinalium.*
16 *Peccator notorius debet compelli ad agendum pœnitentiam.*
17 *Practica pro libellis, quando vxore dimissa alia superinducta est.*
18 *Coniuges, an possint compelli in vnum cohabitare.*
19 *Legis appellatione comprahenditur consuetudo.*
20 *Matrimonium clandestinum non est matrimonium donec fiat fides ecclesiæ de contracto matrimonio.*
21 *Statutum, vel consuetudo disponens super matrimonio valeat, nec ne.*
22 *Matrimonii materia non est de foro seculari.*
23 *Statutum Senense, quod contrahens matrimonium cum puella ante 25. annos absque consensu agnatorum certa pœna mulctetur, an valeat.*
24 *Statutum non infligens damnum, sed lucrum auferens, super matrimonio latum, an valeat.*
25 *Statutum, ut mulier transiens ad secunda uota teneatur seruare bona dotalia filijs primi mariti, an ualeat.*
26 *Statutum, an possit disponere de accidentiis matrimonij.*
27 *Statutum disponens circa solemnia matrimonij, an ualeat.*
28 *Peccatum, an sit transgredi statuta, vel canones circa solemnitates matrimonij.*
29 *Transgrediens ex contemptu legem concilij super matrimonio, peccat mortaliter.*
30 *Solemnitate existente diuersa inter ciuitatem viri, & mulieris ciuitatem quid agendum in contrahendo matrimonio.*
31 *Locus contracti matrimonii, quando attendi debeat.*
32 *Locus mandantis, an in quo actus expeditur, sit considerandus, quando quid per mandatum geritur.*
33 *Statutum diuersificans exactionem dotis respectu ciuitatis viri, & mulieris, quale sit seruandum.*
34 *Dotis duo specialia referuntur, quæ uide.*
35 *Dotis exactio qualiter sit facienda, vbi mulier mortua fuerit in loco alio domicilii mariti, quia illud mutauerat.*

CAP. II.

1 DE Francia Matrimonium † consensu cōtrahitur, nec inualidatur, licet patriæ consuetudo nō seruetur. hoc dicit. In prima factum ponit. In secunda diffinit. Secunda ibi, diffiniuit. In tea. ibi, de Francia, dupliciter potest intelligi, scilicet de terra quæ est in Alemania prope Saxoniam, vel de regno Franciæ, sed non est uis, quomodo intelligatur. Itē ibi causatus, idest occasionem inuenit, iuxta prouerbium Salomonis, occasionem quęrit qui ab amico quærit discedere, & de hoc verbo, causatus, vide prima quæst. 3. audiuimus in gl. vlt & in l. sed si pupillus. §. de quo palam. ibi, causari possit. ff.
2 de instito & de † differentia inter causam, & occasionem. vide c solitæ. de ma. & obed.
3 Nota primo, quod valet matrimonium † contractum cū alienigena, quod intellige cum alienigena respectu patriæ, non respectu fidei, nam non tenet matrimonium contra-
4 ctum cum illo, vel cū illa, qui non est † Christianus, vel Christiana, ut in c. caue. 28. q. j.
Nota secundo, secundum But. quod vbi inter contrahen-
5 tes non disponitur aliquid circa modum contrahendi † matrimonium, in dubio intelligitur contractum, secundum cōsuetudinem loci viri, hoc probare videtur iste tex. dum dicit quod matrimonium fuit contractum lege Saxonica, quasi vellet inferre, quod si simpliciter fuisset contractum, intelligeretur contractum secundum leges Franciæ, vnde erat vir, sed profecto iste tex. hoc non probat, nam ponit facti accidētiam: nam ista mulier fuit capta esse desponsata, secundum legem Saxonum Quid autem esset tenendum si simpliciter fuisset desponsata tex. iste non aperit, nec debet extendi ultra casum expressum.
Nota tertio ibi, Saxones. quod paria sunt dicere de Saxonia, vel de Francia. Et per hoc infertur, ꝙ si aliquis appella-
6 tur Perusinus † ex hoc probatur esse de Perusio. quod tamē non est verum, de quo uide tex cum gl in l. imperatores, in fi. ff. ad muni. & per Bart in Rubrica. ff. solu mat & per But. in salutatione decreta. & plene scripsi in salutatione clementinarum.
7 Nota quarto, ꝙ pronomen suus, † non semper denotat dominium, de quo vide gl. in c. j. in ver. terram propriam, de postu. præla. & in c. prosilorum, in gl. & ibi per Doc. de præb. & per But. in c. quoniam frequenter, §. ꝙ si super. in 10. col. ā. vt li. non contest & per Ioan. And. in ca. cum aliquibus, de re iudi. & in Spe. de proba §. uidendum, ver. sed pone statutum, & per Bar. in proœmio Codicis, & in Rubrica ff. noui, & in l. si vsufructuarius. ff. de usufruc, & per Bal. in l. a. ff. de ori iur. & in l. ij. ff man & in l. 3 §. hæc uerba. ff. de neg. gestis Ex his remissionib. etiā inuenies de genitiuo, eius, vel alterius, puta hęc res est eius, vel est Titii, an referatur ad dominium, vel ad possessionem, uel ad detentionem, & ideo has remiss. tene
a menti.[a]

Nota

ADDITIO.

a Genitiuo. vide Alex. cons. 35. 5. col. uer. quantum vero, 4. vol. & ibi apostillam meam, & in repertorio Brix. in uerbo, genitiuus. Item proprium potest dici duobus modis. Io. de Imo. in c. ulti. a col. de pecu. cle.

8 No. quinto de dictione, idest † quæ est præcedentium ex-
positiua, vt in c. vt quisque, de vi & hone cle & in c. a. de ver-
bor. signi & idem de dictione videlicet, vt in c transmissæ, de
eo qui cog consan. vxoris suæ, & in c. statutum. el ij. de hæret.
in sexto. & vide gl in verbo, videlicet, in ca. ij de priuil eod. li.
quæ dicit, quod quando verbum, videlicet ponitur post duo
diuersa non exponit omnia præcedentia.
a Nota sexto, quod ex diuersitate locorũ datur diuersum
9 † ius municipale, licet non debeat dari ius commune diuer-
sum, vt in l fi. C de temp. in integr. restitut. peten. & nota. in
c. j de consti in sexto
10 Nota septimo, ꝙ defectus † consuetudinis secularis, non
annullat matrimonium datis alijs requisitis de iure commu
ni ad contrahendum.
11 Ex hoc † patet, ꝙ cõsuetudines laicorum, nihil possunt in-
ducere ad substantiam matrimonij, de quo dicam ĩ latius.
Nota octauo ibi, diffiniuit super hoc sancta sinodus, quod
12 † causa matrimonialis potest tractari in concilio.
13 Ex quo infertur, ꝙ † concilium habet iurisdictionem in
causis decidendis. de quo in c. j. & ibi dicam, de consan & af-
fin. Et pondera, quod ista constitutio fuit edita sub nomine
concilij, nec nominatur Papa, concord c. Osius, ĩ de elec. de
pact. ca. j. Quandoque tamen editur constitutio sub nomine
Papæ, cum consilio concilij, vt in c. licet, de elect. & in c. ad-
uersus, de immu. eccl & videbo glo. in c. ad apostolicę de re
iud. in 6. in prima glo. & per Inno in c. exgestis. de cle. non re
siden Sed But in c. j. de pactis, per illum tex. simpliciter colli-
git, quod si cõstitutio editur sub nomine cõcilij, quod licet
ibi Papa sit caput, tamen potestas dependet a toto concilio.
Sed in contrarium faciunt iura statim allegata, & c. signifi-
14 casti, de elect vbi dicitur, quod † Papa est super omnia conci
lia. Abb. tamen Sic distinguit, quod aut materia originatur
a toto concilio, & tunc constitutio fieri debet sub nomine
totius concilij, & ita loquuntur iura primo allegata. ad hoc
etiam allegat j q 7 conuenientibus, & c. Adrianus. Aut mate
ria originatur a solo Papa, cum consilio concilij, & tunc ha
bent locum iura secundo allegata. Sed tu aduerte ista distin-
ctio videtur falsa, quia c. j. de pact. & c. Osius, de elec. loquitur
in materia, in qua solus Papa potest statuere, & tamen con-
stitutio ibi fuit edita sub nomine concilij: sed salua, & dic ꝙ
quandoque concilio congregato potitur aliqua materia ꝑ
totum concilium determinanda, & tunc constitutio fit sub
nomine concilij totius, & hoc modo dicit materia origina-
ta a concilio. posses ponere exemplũ in concilio generali ꝙ
sæpe congregatur, nam si ibi concilio congregato aliquid
proponeretur ad determinandum, constitutio deberet edi
sub nomine totius cõcilij. Aliquando Papa est auctor illius
materiæ, quia ipse vult determinare, sed vult habere consi-
lium concilij, & tunc constitutio editur sub nomine Papæ,
cum consilio concilij.
15 Sed nunquid Papa † in arduis teneatur requirere conci-
lium Cardinalium, & vtrum valeat consuetudo, quod tenea
tur requirere vt le not per Io. And & Dom. Dom. in c. super
eo de hæreti in 6. & in c. ex gestis, de cle. non resi. ubi etiam
habetur, an possit Papa aliquid statuere contra Cardinalem
absque concilio Cardinalium.
16 Nota nono, quod notorius † peccator debet compelli ad
agendam pęnitentiam.
17 Nota vltimo † practicam libelli. & sententiæ, quando v-
xor est dimissa, & alia superinducta, sed pondera, quia text.
dicit, quod compellitur redire ad primam coniugem, nec di-
cit per censuram ecclesiasticam.
Ex quo infert Abb. Sic. quod maritus, vel vxor potest præ-
18 cise compelli, † vt in vnum cohabitẽt: nam cum ista coactio
descendat a lege diuina, & humana, potest quis pręcise com
pelli ad tale factum, iuxta nota per Bar. in l. stipulationes nõ
diuiduntur, ff de verborum oblig. & de hoc vide dom Card.
& Abb. Sic. post eum in c litteras, in vl. quæst. de rest. spo. vbi
per multa argumenta concludunt, quod uxor potest capi ꝑ
violentiam, & duci ad domum mariti.
19 Glo. j. & ij. no. ex ipsis, quod appellatione legis † compræ-
henditur consuetudo. Nam consuetudo est quædam Lex in
d l de quibus. ff. de leg.
Glo tertia, dic quod non respondet glos. integre ad con-
trarium. dicitur enim ibi, aliter vero præsumpta non coniu-
gia, sed adulteria, vel stupra, vel fornicationes potius quam
legitima esse coniugia non dubitatur, ita tex dicit ad literã,
sed dic, quod ille tex. debet intelligi, quod vbi solennitates a
iure introductæ non seruantur, præsumitur adulterium do-
20 nec præsumatur matrimonium. Matrimonium † enim clã-
destinum non matrimonium præsumitur, donec fiat fides
ecclesiæ de contractu matrimonij, vt in to de cland. despon
sa. & sic etiam ibi intelligit Archidia. & Ioan. de Fan. & tene
menti omnino illam glo in d. ca. videlicet, an cohabitatio fa
ciat præsumi matrimonium si aliter non constat de contra
ctu, de quo dicam in ca. accessit, & in cap literas, infra titulo
primo.
Sed pro declaratione text. & huius glo. duo sunt videnda.
Primo an statutum, vel consuetudo disponens super ma-
trimonio valeat.
Secundo posito, quod valeat, quis locus debeat attendi si
est diuersa consuetudo, vel statutum in foro viri & mulieris.
21 Circa primum † considera quinque casus. primus, quando
statuta patriæ disponunt circa matrimonium inualidando
ipsum si aliter contrahatur, & tunc non ualet statutum. ca-
sus est hic.
Et ex hoc potest inferri per leges ciuiles prohibentes ma
trimonium contrahi inter tutorem, & pupillum, vel inter
Rectorem prouinciæ, & prouincialem, vel inter similes per-
sonas non valeant, vt dicit hic But de quo vide latius per Fe.
de Sen suo consilio 35. vbi generaliter tenet, quod statuta, &
leges laicorum statuentes contra matrimonium nullius sint
22 momenti, quia hæc † materia non est de foro seculari, sed
de ecclesiastico, & in c. tuam, de ordi. cogni quod not. Bar.
in l. Titia. ff. solu. matrimo. & per Docto. in cap. fina. de secun
dis nuptiis.
Et hoc nõ solum procedit, quo ad validitatem matrimo-
nij, sed etiam quo ad hæreditates, qui filij nati ex tali matri-
monio prohibito per leges ciuiles, vel per statuta succedũt
in hæreditate, quia hæc est materia ecclesiæ, vt patet qui fil.
sint legi tantia, & cap per venerabilem, vbi dicitur, quod re-
putatur absurdum, quod quis sit legitimus, quo ad quædam
& quo ad alia non legitimus, & per illum textum dicit ibi
Butri quod quis non potest legitimare filium hoc pacto, ꝙ
non succedat in hæreditate, de quo ibi dicam, & ista est ue-
ritas, quicquid dicat Cyn in l. si quis tutoris. C. de interd ma.
inter pupil. & tuto. Et per hoc etiam dicit Butri. quod leges,
quæ requirunt dotalia instrumenta in contractu nuptiarũ,
qui fit inter concubinarium, & concubinam, ad hoc vt filij
legitimentur non sunt seruandæ quia leges illæ non habue
runt potestatem circa hoc disponendi, de quo remittit se
ad c. tanta, ĩ. qui fi. sint legit. ubi idem firmat, & refert se ita
consuluisse
a Secundus [a] casus est, quando statuta disponunt imponen
do pœnam contrahentibus sine consensu patris. Notabilis
b quæstio de hoc in c. Gemma 3. colum. infra eod. in hoc ad-
uerte, quia potest statutum tripliciter disponere.
Primo modo inferendo damnum, puta si filius contraxe
rit matrimonium absque consensu patris puniatur in cen-
tum ducat & banniatur extra ciuitatem, & hoc casu non va
let, ut plene disputat Ioan. Andr in ca. statutum, de hæreti. in
6 & in c. ij. de secund. nup. Et in dictis pluribus etiam tractat
an iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari, ne pę-
nam exigat.
23 Et hæc faciunt ad quæst † statutum est in ciuitate Senen.
quod contrahens cum puella ante 25 annos, absque consen
su agnatorum incidat in certam pęnam. Nunquid tale statu
tutum valeat. Gaspar Cald. in c. secundo, de clande. despon.
refert in simili quæstio. consultum fuisse, quod sic. Nam po-
nit quæst. de statuto imponente pęnam centum duca et qui
contraxerit matrimonium cum puella ante 25. annum ab-
sque præsentia v. personarum ad minus. & Gasp Calde idem
sequitur, scilicet, quod statutum valeat, sed dicit, quod aliq
tenuerunt contrarium, & Dom. Card. in d. c. in d q reprobat
opi. illorum qui ita consuluerunt, & etiam Gasp. Cald & sic
tenet opi. Ioan. And de qua in d. c. statutum, de hæret in 6. &
in d. ca ij de secundis nupt. & hoc etiam sequitur Abb Sicu.
hic, quia per tale statutum interdicitur matrimoniũ, quod
debet esse liberum, ut in c cum locum, infra eo item quia lai
ci non possunt disponere circa materiam matrimonij, vt ĩ.
b dixi hoc est etiam de mente But.[b]
Secundo modo statutum potest disponere non infligẽdo
24 damnum, sed auferendo † lucrũ, ꝙ lex seculi attulit, & hoc
casu dicit glo in capi cum secundum, versi. certoque casu, de
hæret.

ADDITIONES.

a ¶ Quid si statutum disponit, quod Gelphus contrahat cum Gebellino, &
anponit pęnam contrahentibus. Bal. l. j. §. ius naturale. j. col. in fi. uersi. sed
quæris hic, ff. de iusti. & iu. & Alex. Ne. in c. gemma. 3. col. infra eo. tit.
¶ Item quid si statutum disponat, quod mulier non possit contrahere ma
trimonium sine consensu fratrum, & contingat, quod frater sit bannitus
vide Bal. consi. 329. 4. volum.
b Dic tamen, quod si puella esset multum iuuenis, ita quod de facili decipe
retur, habet locum pęna statutaria, ita tenet Bal. quem refert Phi. in d. ca.
statutum. de hæret vj opi. do. Abb. & Alex. hic sequitur Alex. Imo. consilio
18. j. col. ubi elegantissime loquitur.

hæret in sexto, quod statutum tenet, & quod est seruandum. idem etiam ibi Ioan. Andr. in nouella, & Domin. Domin. & dom. Petr. & Butr. hic, sed glo. ibi, in contrarium. 36. quæst. 2. de puell. & aperte sensit Fed. de Senis, in consilio præallega. & hoc approbat hic Abb. Siculus. & ista opinio videtur mihi verior. licet alia sit communior: nam per tale statutum, non interdicitur matrimonium. Item laici non possunt disponere circa matrimonium. pro hoc facit, quod dixi in præcedenti casu, vbi dixi, quod lex ciuilis nõ potest priuare successione hæreditatis illum, qui contraxit matrimonium cõtra eius prohibitionem, & tamen successio hæreditatis defertur a l. ciuili.

Tertio modo statutum potest pœnam imponere, non tantum in odium contrahentis, quantum in fauorem alterius.
25 exemplum. lex ciuilis vult quod si † uxor transiuerit ad secundas nuptias teneatur seruare omnia bona dotalia filiis primi mariti. nam talis lex est seruanda etiam in foro ecclesiastico, vt in ca. fi. & ibi no. gl. j. de secundis nupt. & in l. hac edictali. C. de secun. nup. & hoc etiam tenet Bu. hic, & Butrig. in l. j. ff. de const. prin. & Bal. in l. Paulus. ff. de sta. ho. & de hoc vltimo etiam in d. c. fi. de secundis nupt.

26 Tertius casus principalis, quando statutum † disponit circa accidentalia matrimonii, puta, de dote, vel dona propter nupt. lucranda, vel non lucranda, & tunc valet tale statutũ, vt in c. Raynutius, de testa. & hoc tenet Inn. & communiter Doctor.

27 Quartus casus, quando statutum † disponit solennitates matrimonii, & hoc casu dicit But. quod talia statuta debent seruari, ex quo non repugnant ecclesiæ, adeo quod non seruantes incurrũt prædictum matrimonium, cum omissio nõ vitiet matrimonium. Sed Abb. Sic. sic distinguit inter consuetudinem, & statutum, dicens, quod statutum non valet, quia hæc materia non pertinet ad laicos, sed consuetudo bene valet, quia in ea interuenit cõsensus episcopi, & totius cleri. mihi videtur indistincte, quod vera sit opi. But. nam dato, quod statutum inuenit solennitatem in contrahendo matrimonium, non per hoc dicitur statuere in materia sibi prohibita, sed solum tradere modum in contrahendo. & sic quædam præambulum, vnde statuta debent valere si sunt conformia ecclesiæ, puta, si diceret, ꝙ filius non contrahat sine consensu patris, vel ꝙ puella non contrahat sine cõsensu agnatorum: nam hoc etiam est honestum de iure communi, vt in c. honorãtur. 32. q. ij. & 30. q. 5. aliter. & similiter statutum intelligitur hoc statuere non ad aliud, quam ad honestatẽ, sed pœnam non potest statutum apponere, quia hoc esset tollere libertatem contrahendi, & ex hoc videretur, ꝙ laici habeant potestatem circa materiam matrimonialem.

28 Nunquid autem sit peccatum † transgredi statuta, vel cõsuetudines, vel etiam canones disponentes circa solẽnitates matrimonii. Doct. dicunt, ꝙ si ex tali omissione surgit scandalum, vel ecclesia relinquitur incerta de matrimonio est peccatum mortale, alias nõ, nisi fiat omissio ex contemptu, quia istę solẽnitates ex consilio sunt seruandæ, ita dicit hic dn. Card. in j. q. & vide Archid. & Io. de Fan. 30. q. 5. nostrates.

29 Nota bene, ꝙ † transgrediens ex contemptu legem cõsilii peccat mortaliter, de quo vide gl. no. 1 c. dist. quis autem. aliter autem non peccat, nisi sit consiliũ reuerentiæ, de quo vide in cap. ad aures, in glo. fi. & per Doct. o. ibi, de ęta. & qualita. & vide etiam glo. in cle. j. in verbo, hortamur, de testi. & quod dixi in Rubr. huius tituli, circa illum articulum, an copula coniugalis sit peccatum.

Quintus casus est, quando statutum disponit in personas contrahentium eas habilitando, vel inhabilitãdo, & de hoc vide in c. super eo, de cogna. spiri. & in c. ꝙ dilectio, de cõsan. & affini. vbi dicam.

Venio ad secundum principale, & in hoc tria sunt consideranda, primo quid si reperitur diuersa solennitas, & inter ciuitatem viri, & mulieris in modo cõtrahendi matrimonium, quis locus sit attendẽdus. Secundo quid si statuta diuersificant in modo exigendi dotem a muliere, quod statutum debeat attendi. Tertio, quid si statuta diuersificãt in modo exigendi dotem a viro.

30 Circa primum † considera tres casus. primus casus est, quando est conuentũ inter partes sub qua forma matrimonium debeat cõtrahi, & tunc conuentio est attendenda, ita loquitur ille tex. at etiam prætor, pacta seruabo, vt in l. 1. ff. de pac. & in l. j. ff. de const. pec. & ita põt intelligi ille text. hic enim expresse fuit contractum matrimoniũ, ꝗm consuetudinẽ Saxonum.

Secundus casus est, quando nihil est conuentum, & tunc
31 † locus contractus debet attendi, ut in l. si fundi. ff. de euict. & in l. 2. C. quẽad. test. aper. & si in loco cõtractus nulla est cõsuetudo seruandum esset ius cõe, ut dicit But. dicit etiam Abb. Sicu. ꝙ hoc procedit etiam si ambo cõtrahentes matrimonium essent forenses, quia non deberent violare consuetudinẽ patriæ cum scandalo aliorum, 8. di. cõ, & in l. 2. C. quemad. testa. aper. & in d. l. si fundus ff. de euict. & no. bene verba Abb. Sic. nam per hoc videtur sentire, ꝙ etiam si duo uiatores cõtrahant matrimonium in alio loco, ꝙ quãtum ad formam, seu modũ contractus attenditur locus, vbi contractus celebratur. pro quo optime faciunt iura præall. & 12. dist. illa. vbi mater Augustini erat uiatrix in Mediolano, & tamen ibi determinatur, ꝙ debuerit illo tpe, quo stetit Mediolani, viuere secũdum consuetudinem Mediolani. ad idem 8. di. q. cõ, vbi gl. idẽ videtur sentire, & notatur in Rubrica, de consue. secus quantum ad forum, quia recurritur ad iura, seu viator non potest conueniri in loco contractus, ut in c. Romana. §. nec etiam, in verbo, respondere, de fo. compe. in 6 & in l. hæres absens, ff. de iudic. & per Abb. Sicu. post Butri in capitu. fina. de foro compet.

Tertius casus est, quando inter absentes contrahitur matrimonium per nuncium, vel per epistolam, & tũc dicit Bu. quod debet attendi locus viri, ego puto quod debeat atten-
32 di locus contractus, nam quando aliquid fit de † mandato alterius, inspicit locus non vbi est mandans, sed actus in quo expeditur per procuratorem. Secus si gereretur sine mandato, quia tunc actus diceretur celebratus in loco, vbi fit ratificatio, de quo vide gl. no. in cle. j. in uerbo, relato, vt lite pendente. Nec obstat si diceres, quod illa glo. loquitur de procuratore, quia secundum canones non est differentia inter procuratorem, & nuncium, & similia nomina, vt in c. petitio, de procurat.

Præterea, licet nuncius dicatur pica ad organum, & contractus fingatur factus a domino, vt in l. qui autem. ff. de const. pec. & in l. multum. C. si quis alteri, uel sibi. ista fictio debet extendi ad locum, vbi celebratur contractus, ut dicit gl. præalleg.

33 Circa secundum † conclude, secundum But. quod inspicitur locus viri, quia cẽsetur destinata solutio in loco viri. plus videtur probari in l. exigere. ff. de iudi. quod contractus intelligitur celebratus in loco viri, quia uxor per cõditionẽ matrimonii transfertur ad domicilium mariti, & hoc est magis dicere, quam si diceretur, quod intelligeretur destinata solutio ad domicilium mariti. Item Bu. videtur dicere, ꝙ non sit speciale in dote, sed quod idem sit in quolibet contractu gl.
34 j. cum sua gl. ff. de vsur. sed certe duo sunt specialia † in dote, primum, quia in aliis contractibus requiritur expressa destinatio, sed in dote a iure intelligitur fieri destinatio etiã si expresse non fiat per contrahentes matrimonium. Secundum speciale, quia dato, quod destinetur solutio ad alium locũ, tamen quo ad subiiciendum legibus loci attenditur locus, vbi verba contractus proferuntur, & non locus, ubi destinatur effectus contractus, licet quantum ad forum, i. ad conueniendum reũ inspiciatur locus destinatæ solutionis, de quo vide Barto. in l. contraxisse. ff. de vsur. & per Bal. in l. j. §. cum qui. ff. de constitu. pecu. & per Doct. maxime per But. & Abb. Sicu. in c. dilecti, & in c. fi. de fo. compe. In dote autem exigẽda speciale est, vt inspiciatur locus mariti, & non, vbi matrimonium est contractum, & hoc est de mente Barto. in dicta l. exigere. ff. de iudic. & in l. cunctos populos. C. de summa
a trinitate.[a]

Circa tertium, scilicet, quando agitur de dote exigenda a a marito: in hoc considera tres casus.

Primus est, quando committitur exactio dotis ex aliquo facto, uel culpa, & tunc dicit But. quod inspicitur locus, ubi est vir tempore delicti, vel culpæ, ideo si petitur dos propter adulterium mariti, vel quia maritus vergit ad inopiam, attẽditur locus, vbi erat uir tempore commissi adulterii, uel tẽpore quo uergit ad inopiam, & de hoc est tex. in l. si vxor. ff. de iudi. facit quod not. Bar. in dicta l. cunctos populos. vers. nunc veniamus. C. de sum. tri. & fi. cath.

Secundus casus est, quando ius exigendi committitur præter aliquod factũ partium, vel culpam, sed ex natura sui, scilicet, & morte quæ soluit matrimonium.

Et

ADDITIO.

a ¶ Vide Bal. in l. cum quædam puella. j. colum. ff. de iudi. qui dicit, quod licet vir ducatur ad domum mulieris, tamen sequitur vxor forũ viri. Quid in sponsa. vide Bal. in d. l. cum quædam. j. col. limita hoc tamen habere locum in iudiciis. Quid autem in oneribus, & muneribus fiscalibus, distinguitur, vt in personalib. attendaẽ forus mariti, in patrimonialib. attendaẽ locus, ubi percipit fructus Bal. in d. l. cum quędam. Quid in rebus datis in dotem. ibidem. Quid quantum ad alios effectus. Bal. ibidẽ. Quid si moritur in itinere vxor, dum ducitur a viro, quis locus attenditur. vide opt. tex. in ca. præsenti. & ibi Doct. in fi. de præben. in vj. in dotibus lucrandis, an attendatur domicilium viri. Bal. consi. 408. j. vol.

Et vt melius intelligas, pone, stat statutum Paduæ, ꝙ mortua vxore sine liberis maritus lucretur tertiam partem dotis. & Vincentiæ statutum est, quod lucretur dimidiam: Vincentinus matrimonium contraxit cum Paduana, quæ mortua fuit sine liberis: & præsupponamus, quod maritus non immutauerit domicilium, & hoc casu debet attendi statutum loci mariti, & iste est proprius casus in l. exigere. ff. de iudic. & hoc tenet ibi Bart. & in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & But. & Abb. Sic. hic. & Bald. in cap. j. in §. fin. de inuestit. de rebus alien. fac. dicit hanc esse communem opinionem dicit tamen, quod ista communis opin. procedit, nisi mulier ignorasset statutum ciuitatis mariti. sed dicit, quod alij Doct. simpliciter tenent primam opinionem, scilicet ꝙ
a inquitatur locus domicilij mariti, & puto quod alij Doct.[a] in hoc verius dicant: imputandum est enim ei, quare se non informauit de cõsuetudine, seu de statuto domicilij mariti.

35 Tertius casus magis dubitabilis est, quando † maritus mutauit domicilium post matrimonium contractum, & vxor mortua fuit in loco noui domicilij, an inspiciatur statutum loci, in quo mortua est vxor, an vero locus domicilij, quod vir habebat tempore contracti matrimonij. & in hoc casu post multa concludit But. quod inspiciatur locus domicilij, quod maritus habebat tempore contracti matrimonij, & nõ domicilium postea mutatum, in quo vxor fuit mortua, & mouentur per glo. in l. si vxor. ff. de iudic. quæ dicit, quod attenditur locus obligationis destinatę, & non locus purificatæ obligationis, & hoc etiam sequitur Abb. Sicu. & mihi placet.

ADDITIO.

a ¶ Vide Ias. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. in repet. Rubr. 15. col.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro soluuntur, si se sponsi inuicem absoluant.*
2 *Contractus dicitur omnino purus, vbi non est expressa conditio.*
3 *Conditio tacita nunquid reddat obligationem conditionalem.*
4 *Verba, moneas, &c. quid importent.*
5 *Monitio debet præcedere pœnam.*
6 *Fidei præstatio succedit loco pacti.*
7 *Sponsalia de futuro etiam iurata consensu tolluntur mutuo.*
8 *Sententia in sponsalibus de futuro, an transeat in rem iudicatam.*
9 *Iuramentum ad commodum personæ institutum potest remitti.*
10 *Debitor an sit periurus, si non soluit in termino, si creditor eo ignorante remisit, vel terminum prorogauit.*
11 *Matrimonij contractus, ad instar contractus societatis habetur.*
12 *Fides data ab homine, homini potest remitti.*
13 *Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem promissionem.*
14 *Verbum, volo, quid importet.*
15 *Periurium tanto magis pœnale est, quanto per magis sanctum iuratur.*
16 *Verba, Iuro ad sancta Dei Euangelia, vel sub mea fide, vel in periculo animę meæ promitto, quid differunt.*
17 *Sponsalia non sunt de iure diuino.*
18 *Iuramentum an possit ab eo remitti, in cuius manibus iuratum est, vbi ponit plures casus.*
19 *Iuramentum ad Deum solum directum, a Papa solum eius Vicario remitti potest, & quando.*
20 *Papa non potest quod Deo indecens, & impossibile est, cum sit eius Vicarius.*
21 *Legatus an possit absoluere a iuramento.*
22 *Episcopus an possit absoluere a iuramento.*
23 *Iuramentum directum ad partem, sed in honorem Dei, & cultus factum qualiter remitti possit.*
24 *Iuramentum concernens vtilitatem tertij ab eo remitti debet.*
25 *Iuramentum de iure canonico producit actionem.*
26 *Iuramentum de iure ciuili non producit obligationem naturalem.*
27 *Actio an oriatur ex iuramento de iure canonico.*
28 *Iuramentum factum de ducenda quadam puella in vxorem, an per puellam remitti possit.*
29 *Collegium iurans seruare statutum, an si postea voluntariè deliberat venire contra illud, dicantur de collegio periuri.*

CAP. III.

1 PRæterea. Soluuntur † sponsalia de futuro, si sponsi se abinuicem absoluũt. hoc dicit, secundum communem intellectum. vel aliter, secundum dom. Cardin. sponsi monendi sunt, vt sponsalia perficiant, sed si nolunt, tolerantur, vt sibi remittant.

In prima iubet moneri.

In secunda diffinit, quid iuris, cum monitioni non parent rationem, & similitudinem vnam inducens. secunda ibi, si autem.

2 Primo no. quod † contractus dicitur omnino purus, quãdo nulla est expressa conditio partibus, & si tacitè subintelligatur a iure. facit l. conditiones, quæ extrinsecus. ff. de cond. & demonst.

3 Et nunquid † conditio tacita reddat obligationem conditionalem. vide glo. & Barto. in l. item quia. ff. de pact. Item vide glo. a. in c. quemadmodum. de iureiur. quæ ponit casus, in quibus subintelligitur tacita conditio.

4 Secundo nota, quod † verba, moneas, & omnibus modis inducas, non important præcisam coactionem. quod facit, si in rescripto contineatur, moneas, & inducas, an possit executor præcise compellere. de quo dubitarunt Feder. de Sen. consil. 53. & seq. & per Doct. in c. pro illorum. de præbẽ. & in c. si soli. & c. si capitulum. de concess. præben. in 6.

5 Tertio nota, quod † monitio debet præcedere poenam, & hoc tam in causis criminalibus, quam ciuilibus. de constit. eccles. & etiam in poenis. 12. quæst. 2. indigne. de sent. excom. sacro. Immo si poena est ipso iure imposita, requiritur partem vocari ad videndum declarationem poenæ. de quo vide tex. in glo. in verbo, constiterit. in clem. præsenti. de censib. & in clem. 2. eodem verbo, de poenis. Et hoc procedit, quando non est manifestum, quem incidisse in canonem latæ sententiæ: nam si esset manifestum, non requiritur nec declaratio, & per consequens nec partis vocatio, vt dixit glo. in verbo,
a ipso iure, in c. quam sit. de elect. in 6.[a]

6 Quarto nota, quod † fidei præstatio succedit loco pacti, & perficit contractum, qui consensu contrahitur, quandoque vero subrogatur in loco iuramenti, vt in cap. ad aures. quod met. cau.

7 Quinto nota, quod † spõsalia de futuro etiam iurata mutuo consensu tolluntur, & hoc est verum intelligendo, ꝙ fidei præstatio, & iuramentum ęquiparantur: nam iste tex. loquitur de fidei præstatione, & in eo nulla fit mentio de iuramento. & ex hoc infert But. ad secundam, quæ habetur in cap. iurauit. de probat. & in cap. fraternitatis, de testi. vbi no.
8 quod in sponsalibus de futuro † sententia transit in rem iudicatam, & obstat publicatio attestationum productioni testium, quia cum partes possint consentire dissolutioni spõsalium, eadem ratio facit sententiam transire in rem iudicatam, & publicationem testium impedire productionem aliorum testium ad hoc bene facit tex. in d. c. iurauit.

9 Sexto nota, quod † iuramentum, vel fidei institutio ordinata ad commodum, & vtilitatem certæ personę, potest remitti, quia Deus recipit vinculum conditionaliter, nisi pars remiserit, vt patet sup. de iureiur. quemadmodum, cum ibi nota. & ideo si debitor iurat soluere infra certum terminum intelligitur, nisi creditor terminum prorogauerit, vel debitum remiserit. de quo etiam vide Bart. in l. Labeo. ff. de iure-
10 iur. Sed quid si creditor prorogauit terminum, † vel remisit debitum debitori ignoranti, an sit periurus, si non soluit infra terminum. Butr. in capitulo, quanto. ad finem. de iureiurau. dicit, quod est periurus quo ad Deum, sed non quo ad ecclesiam.

11 Vltimo nota, quod † contractus matrimonij habet ad instar contractus societatis. & pro hoc dicit But. quod licet loquentes in materia societatis, idest in titu. pro socio. possunt reduci ad materiam matrimonij, vnde alibi dicit tex. ꝙ vxor est socia diuinæ, & humanæ domus, vt in l. aduersus. C. de crim. expil. hæred.

In prima glo. ista glo. voluit opponere, quod ex quo sponsalia sunt pure contracta, non possunt dissolui mutuo consensu ambarum partium. Sed dico, quod contraria non obstant: nam cap. vlt. 32. quæst. vlt. loquitur in eo qui vouit, & sic de fide data Deo, & per hæc votum simpliciter emissum
12 omnino debet impleri, sed † fides data homini ab homine poterit remitti vt hic. ad cap. inter cætera. dic, quod ille tex. facit a contrario sensu, quasi innuat, quod si concubinarius sponte sine aliquo metu iurasset accipere concubinam in vxorem, quod obligatus fuit contrahere matrimonium: sed debet intelligi, quando concubina non remittebat iuramentum: nam si remisisset, non fuisset obligatus contrahere, & sic procedit iste tex.

In glo. a. hæc glo. vult, quod tex. intelligatur, quando iuramentum interuenisset, tunc glo. dicit, quod debuisset etiam inuita

ADDITIO.

a ¶ Adde dom. Abb. in cap. vlt. 2. colum. in princ. de vita, & honest. cleric. & Felin. in capit. quoniam si equeater. §. porro. ut li. non contest. & in ca. a. de constit.

inuita compelli ad perficiendum matrimonium, sed Doct.
13 communiter reprobant glo. nam quantum ad † Deum non
est differentia inter iuramentum, & simplicem promissio-
nem, vt 32 quæst. 5. iuramenti. licet maior pœna per eccle-
siam infligatur in violatione iuramenti, vt not glo. in c pen.
de iureiuran. & istud tenet glo penult. hic. & ad cap ex litte-
ris. dic. quod ille tex. loquitur, quando alter vult remanere
in sponsalibus, & intendit matrimonium perfici. hic autem
quando ambo erant contenti, quod sponsalia dissolueren-
tur, & ad ea requiluit, dic vt ibi dicam. & vide glo. pen. hic.
quæ tenet contra istam glo & verius dicit quàm ista.
14 In glo. 3 nota ipsam, & tene menti, quod verbum, † nolo,
denotat præcisam resistentiam.
In glo penult. hæc glos. dicit, quod iuramentum, & fidei
præstatio æquipollent, & sic sentit. quod etiam si sponsalia
fuissent iurata, possent tolli mutuo consensu, & dicit glos.
verius, quã glo. 2. inquantum autem glo æquiparat fidei præ
stationem, & iuramentum, dic quod grauius peccat violans
iuramentum, quam fidei præstationem, vt dicit glo. in dicto
capit. penult. de iureiuran. vnde Gaspar Calder. dicit, quod li
cet violans iuramentũ, sit priuandus beneficio, tamen violãs
fidei præstationem non est priuandus. pro hoc allegat do.
Cardin. quod notat Innoc. notabiliter in cap. & si Christus.
de iureiur. dicit enim notabiliter, quod maius est peccatum
fallere iuramentum factum per creaturam, vel per sanctio-
res creaturas, quam per minus sanctas. pro quo vide tex. op
timum 22. quæst. 1. mouet vbi sunt ista verba, quanto enim
per quod iuratur, magis sanctum est, tanto magis est pœna
15 le † periurium. & do. Cardi. hic in 3. oppositione dicit, quod
non improbabiliter potest dici, quod nunquam habeat lo-
cum pœna periurij, nisi quando violatur promissio iurata
expresso verbo iuro, vt fiat restrictio in pœnalibus, sed Ar-
chid. & Ioan. And. in cap j. de sepult. in 6. in verbo, fide inter-
posita vbi dicunt, quod parum differt inter illa dicere. ego
16 † iuro ad sancta Dei Euangelia, an dicere, promitto sub mea
fide, vel dicere. promitto sub periculo animæ meæ, & sic ui-
detur sentire omnia ista esse iuramenta, allegant cap & si
Christus de iureiuran. & cap. fraternitatis. de frig. & malefic.
quæ iura multum faciunt contra do Cardin. idem sequitur
ibi Dom. Dom & Gaspar Cald. vt refert hic do. Card & con-
tra do. Card videtur tex. in cap ego N. de iureiur. vbi ponitur
forma iuramenti, & tamen non exprimitur verbum, iuro.
& circa hæc me nõ extendo vlterius, sed vide omnino Abb.
Sic. in cap. querelam. de iureiur. & in Rubrica illius tituli. in
quibus locis declarat quid sit iuramentum, & quid fidei præ
statio, & quæ sit pœna contrafacientis, & ibi reprobat opin.
do. Card. ideo omnino vide.
In glo fin contra secundum intellectum glo. fortiter fa-
cit tex. & generaliter permittitur dissolutio sponsaliorum,
ne deterius inibi contingat, sed si deberet interuenire di-
spositio procedi oportet ex aliqua causa speciali, & cũ cau-
sa cognitione, vt no de fil presbyt. veniens. vnde Franc Ver-
celi. & Iac. de Albergot. ponunt tertium intellectum, scilicet
quod hic non loquatur de promissione, quæ recipiat dispen
sationem faciendam a iudice, sed est iuris permissio. pro hoc
de ęta. & qualit. præterea & dicunt, quod hoc cap loquitur
de comparatiua permissione, tamen continet ius commu-
ne, & dicunt, quod quando ecclesia videt, quod sponsi sibi
inuicem displicent, quod debet dissimulari, & placet hoc
Gaspa. Calder. & cum hoc transit dom. Cardi & hoc modo
posset etiam intelligi secundus intellectus gl. qui hoc modo
potest saluari.
Sed But. videtur hic tenere primum intellectum glo & in
summario capituli in transcursu lect. tenet idem Abb. Sicu.
dicens, ꝙ hunc intellectum sentit Spec. in tit. de lega. §. nunc
ostendendum. versic hoc quoque notandum & dicit, quod
est communior intellectus capituli, & ipsum sequitur per
tex. qui adducit similitudinem de societate, vnde sicut me-
ro iure soluitur societas per renunciationem, eodem modo
sponsalia. Nec obstat tex. dum dicit, ꝙ debet in patientia to-
lerari. & dum dicit, ꝙ modis omnibus sunt inducendi. vt fi-
dem præstitam obseruent. nam secundum But & Abb. Sic.
respondet, quod tex. habuit respectum ad vulgi opinionem:
nam vulgares putãt, quod isti incurrant periurium propter
hoc isti sunt monendi, & inducendi ad contractum matri-
monij. licet non possint compelli, ex quo de iure commu-
ni possunt sponsalia de iure remitti, & illud procedit in spõ
salibus de futuro, secus in matrimonio, quod non potest
dissolui etiam mutuo consensu. & ratio differentiæ est, quia
17 matrimonium est de iure diuino, sed non † sponsalia. quia in
lege diuina nõ reperitur nisi de matrimonio, vnde sicut spõ
salia mutuo consensu contrahuntur, ita etiam dissoluũtur,
hoc enim est commune in omnibus contractibus, vt in l.
ab opinione ff. de pactis.
18 Sed But. hic tangit, nunquid † iuramentum possit remitti
per illum, in cuius manibus præstitum est iuramentum. de
quo in Spec. de legat. § nunc ostendendum. versic hoc quo-
que notandum. & de iureiuran. versic. quid si is, cui aliquid.
& per Ioann. de Imo. post Guillel. & Zenze. in clementi. pri-
ma in verbo, iuramento. de vsur. Conclude, & facias quin-
que casus.
19 Primus, quando † iuramentum dirigitur ad solum Deũ,
quia iurans habuit respectum statuendi, & est gratum Deo,
& hoc constat, & tunc solus Deus, vel eius Vicarius, hoc est
Papa, potest absoluere, sed sine causa non potest, vt dicit In
noc. in cap. cum inter P de renunc Idem dicit glo in c. quan
to. de iureiur. sic intelligit glo. 15. quæst. 6. auctoritate quæ di
cit, quod Papa potest absoluere a iuramentis coactis, sed nõ
a voluntariis: nã debet intelligi, quando vult absoluere nul
la existente causa. simile est in voto, quia Papa non potest
absoluere sine causa, licet ecclesia debeat præsumere causam
subesse. ipse tamen nec absoluens sunt tuti in foro conscien
tiæ, & tene menti vnam regulam, quam nunquam obliui-
scaris, quod Papa est Vicarius Dei, & quod non potest plus
Vicarius, quam ipse principalis, vnde sicut omne indecens
20 † est impossibile Deo, ita est impossibile Papæ, qui est Vica-
rius Dei, ista fuit theorica Hostien quam sequuntur Doct in
cap. constitutus. de relig. dom. & ibi dixi. & vide quæ plene
de restrictione potestatis Papæ in ca. cum ad monasterium.
§ fin de sta monach.
21 Sed dubium est, quid de † legato, an possit absoluere a iu-
ramento vide in Specul. in dicto § 13. & in §. consequenter.
§. cęterum. eodem titu & quod dixi de eccles. ędif. tua. Item
22 quid de † episcopo. dic, secundum But quod episcopus po-
test commutare iuramentum in aliud votum, sed absolue-
re ex eodem non potest, sicut etiam non potest absoluere a
voto de quo vide no in c. j de voto. potest tamen eum absol
uere a iuramento extorto dolo, vel metu, vt in c. debitores.
& in c. verum de iureiur.
23 Secundus casus, quando † iuramentum dirigitur ad par-
tem animo obligandi parti tantum, & non Deo, sed tamen
iuramentum concernit honorem Dei, verbigratia, iuraui
tecum venire ad visitandum ecclesiã sancti Antonij de Viẽ-
na, vel iuraui non fraudare mensuras, vel pondera. de empt.
& vendit. capit. j. vel abiuraui adulteram, de eo qui duxit in
vxo. quam pol per adult capit. cum haberet. vel iuraui de lu-
cro dare tertiam partem fabricæ ecclesiæ, & hoc casu solus
Deus, vel habens potestatem ab eo, poterit remittere. 32. q.
vij dicit tamen Specul. in dicto versic. hoc quoque no. quod
quando duo iurãt ire simul ad sanctum Iacobum, quod pos
sunt sibi inuicem remittere iuramentum, vt simul non va-
dant, sed non possunt remittere, quod non teneantur: nam
primum concernit ipsos iurantes, secundum vero concernit
honorem Dei.
24 Tertius casus est, quando † iuramentum concernit vtili-
tatem tertij, & tunc non poterit remitti nisi per illum, cuius
commodum concernit, vt in c. quanto. de iureiurã. & quod
no in d. l. Labeo ff. de iureiur.
Quartus casus, quando iuramentum concernit fauorem
iurantis, & illius cui est præstitum iuramentum, & tunc po-
test remitti per illum, cuius commodum concernit, vt in d.
c. quemadmodum. de iureiur & in d. l. Labeo. de iureiur. & si
concernit vtilitatem iurantis, & illius cui præstatur iuramẽ
tum, potest remitti communi consensu, sed nõ alter altero
inuito per istum tex. nam iuramẽtum habet in se conditio-
nem, si remanserit in eadem voluntate, vt dicit hic glo fina.
facit. de iureiur ad nostram.
Quintus casus, quando sumus in dubio, & hoc casu, aut
materia concernit honorem Dei, vel iurat de aliquo licite
faciendo, vel de aliquo illicito vitando, vt in exemplis posi-
tis supra in dicto casu. Aut materia concernit vtilitatem par
tium, aut est indifferens. primo casu, solus Deus potest absol
uere, vel habens potestatem a Deo. Secundo vero casu, quãdo
materia concernit vtilitatem partis, in dubio iuramentum
intelligitur relatum ad obligãdum partem, & Deus recipit
loco partis, & ad cõmodum partis, vnde pars potest remit-
tere, quia Deus recipit vinculum conditionaliter, nisi pars
remiserit, vt no. Bart. in l si quis pro eo. ff. de fideiuss.
Sed But. hic reprehendit Barto. in eo quod dicit ibi. dicit
25 enim, quod Bar. dicit, quod iuramentum † de iure canonico
producit actionem, licet non ordinetur ad obligandum par
ti, sed Deo tantum sed ipse dicit, quod Innoc. saltem in con
sequentiam intendit obligari parti, & Deus recipit loco par
tis. Nec obstat, quod de iure canonico non oriatur obliga-
tio naturalis ex iuramento, vt in præalleg. l. si quis pro eo.
& hoc est secundum But. quia illud ius non cognoscit Deũ,
& per

& per hoc non habet ratam receptionem obligationis, tan
quam a tertio, quia ſecundum illud non oritur obligatio ex
ſola ſponſione non directa in partem ſecundum ius cano-
nicum, quod eſt miniſter voluntaris Dei, habet ratam obli-
gationem illam factam Deo recipiēti loco partis, & ſic par
ti oritur actio ex iuramēto de iure canonico, & per partem
remitti poteſt. ſed certe Bart. non meruit repræhendi, dicit
enim Bart quod Innoc. in cap. nouit. de iudic. & in cap. cum
veniſſet. de inſtit. tenet, quod etiam de iure canonico ex iu-
ramento actio non oriatur, & quod Hoſt. tenet contrarium.
& Bar. dicit, quod opin. Hoſtien eſt verior nam Canon dicit
iuramentum eſſe ſeruandum, niſi vergat in diſpendium ſalu
tis ęternæ, vt patet in cap. cum contingat. de iureiur. & in c.
licet. eod. tit in 6. cum ſimilibus. Vnde ex eo, quod canon di
cit iuramentum eſſe ſeruandum, patet quod oritur actio, &
exceptio, vt in l. ſtatuas. ff. de acquir rer. dom. & per glo in au
then. ſacramenta puberum. in verbo, cuſtodiatur. C. ſi aduer.
26 vendit. Item dicit Bart. quod de iure ciuili † iuramentum nō
producit obligationem naturalem, quia non habet vim pa
cti non enim iurans promittit parti, ſed magis Deo, & ideo
non eſt pactum, quod eſt duorum in idem conſenſus, vt in
l. j. ff. de pact. & puto, quod Bart. dicat verum: nam prouiſio
non dirigitur in partem, licet fiat ad commodum partis, vn
de Bart. non dixit contrarium illius, quod dicit Butr. immo
idem in effectu dicit, quod But. & meo iudicio But. non be-
ne inſpexit verba Bat. & quod de iure canonico ex iuramen
to oriatur actio. tenuit glo. 1. q. 6. quotiens cordis oculus. di-
cit ibi glo. quod ſi Titio promitto date centum, Titio oritur
actio ex tali promiſſione, licet de iure ciuili talis promiſſio
non teneat, vt in l. ſtipulatio iſta. § alteri ff. de verbor. oblig. &
Inſtit. de inut. ſtipu. §. alteri. & ſubdit illa glo. quod hoc eſt ve
rum, præſertim, ſi interuenit iuramentum. nota bene, quia
27 per hoc ſentit, quod ex iuramento † de iure canonico oria-
tur actio.

In tertio vero caſu quando materia eſt Indifferens, quia
nec plus placet Deo, nec tangit commodum partis, & hoc
caſu dicit But. quod Speculat in loco præalleg. ſenſit, quod
pars non poterit remittere iuramentum, & dicit, quod eſt
dictum Raimundi in ſumma de iuramētis, & periuriis pau
lo ante fin. Et per prædicta dicit Ioan. And. in addit. Specul.
in loco præalle. quod conſuluit Reuerendo Patri Magiſtro
Lucæ ordinis Humiliatorum in Florentia, quod iuramentū
præſtitū per Fratres Generali de renunciando libere in ma-
nibus eius dignitatem, ſi contigerit a te iam promoueri, non
poſſet per Generalem remitti, quia per hoc plus intendunt
Deo placere ſe aſtringendo ad maiorem obedientiam.

Ex his etiam infertur ad aliam quæſtionem, aliquis iura-
28 uit † aliquam ducere puellam in vxorem, an poſſit talis puel
la iuramentum remittere. Hoſt in cap. Quintauallis. de iure
iur. dicit, quod ſi iurauit contemplatione ſponſę, poteſt ſpō
ſa eum abſoluere. ſecus ſi contemplatione Dei: puta ob pie
tatem, cum ipſe eſſet ditiſſimus, & ipſa pauperrima, & hoc
ſequitur Abb. Sicu. hic in fine commenti. idem etiam vide-
tur ſentire Butr. quia dicit, quod vbi iuramentum eſt præſti-
tum ob honorem Dei, etiam ſi concerneret commodum
partis, non poteſt per partem remitti, vt dixi ſupra in primo
caſu, hoc etiam videtur ſentire Specul. in loco præalleg. ſed
dominus Card hic in fine commenti, indiſtincte dicit, quod
ſponſa poteſt ipſum abſoluere iurantem, etiam ſi iurauerit
ob pietatem, quia commodum concernit ſponſam, & ſi di-
cit generaliter obſeruari, quia eccleſia ſe non intromittit de
ſponſa de futuro, niſi ad inſtantiam alterius de ſponſis, & di
cit, & quod hoc fit raro. Ambobus autem deſiſtentibus,
q̄ indiſtincte ſtatur huic capitulo. Ego vero putarem ſic
dicendum, quod aut ſponſa nedum remittit iuramentum,
ſed etiam nullo modo vult illum qui iurauit in maritum,
& hanc puto eſſe veram opinionem domini Cardina. nam
ex quo illa non vult, ille videtur eſſe immunis a iuramento,
quia iuramentum intelligitur, ſi res in eodem ſtatu reman-
ſerit, vt in cap quemadmodum. & ibi bonam glo. de iureiu-
ran. pro hoc etiam facit ille tex aut iſta ſponſa remittit iura-
mentum, tamen eſſet parata contrahere matrimonium, ſi
placeret ei qui iurauit. & hoc caſu ſit vera opinio Hoſtien.
& ſequacium.

Et ex his poteſt etiam decidi, an ſi canonici, vel aliud col
29 legium † iurant ſeruare ſtatutum, & contenta in ſtatuto, &
poſtea communi voluntate deliberant venire contra ſtatu-
tum, dicantur periuri. But. hic in fine commenti concludit,
quod ſi ſtatutum concernit vtilitatem eorum priuatam, q̄
poſſint communi voluntate abſque pœna periurii venire
contra ſtatutum: alias non. Et hoc tenet Ioan. And. in Spe
cul. de iureiuran. verſi ſed pone aliquis. de qua quæſtione ha
betur per Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iu & per Ioā.
And. But. & Ioan de Imo. in cap. I. de his quæ fiunt a maiori
parte cap vbi plene vide de iſta materia, vbi iſta vltima quæ
ſtio tractatur etiam per aliquos in cap. 1. dilecto. de præben.
& per Pet. de Anchar. in clem. j. de regula.

SVMMARIVM.

1 *Maior ſeptennio contrahens ſponſalia cum minore, ſi malitia ſuppleat ętatem, maxime ſi tentauerit commiſceri, oritur publica honeſtas.*
2 *Iuuenis dicitur qui eſt aptus ad matrimonium contrahendum.*
3 *Aetas ſeptenni eſt apta ad contrahendum.*
4 *Dictio forſan, eſt nota dubitationis.*
5 *Honeſtatis publicæ impedimentum creatur quandoquoque ex ſponſalibus.*
6 *Certum maxime tenendum eſt, vbi agitur de periculo animæ.*
7 *Honeſtas magis conſideratur, quam veritas in contrahendo matrimonio, nam quod decet, non quod licet conſiderandum eſt.*
8 *Practica libellandi, quando matrimonium eſt contractum contra publicam honeſtatem.*
9 *Aetatis conſideratio, an requirat annum inceptum, vel perfectum.*
10 *Sententia pro reo ferenda eſt in re dubia.*
11 *Septennio proximi qui dicantur.*
12 *Sponſalia de futuro per verba contracta, non inducunt publicam honeſtatem inter inhabiles ętate ad matrimonium.*
13 *Sponſalia quando fuerint contracta inter minores ſeptennio, tranſcurſu legitima ętatis ratificata honeſtatem publicam inducunt.*
14 *Sponſalia de futuro contracta inter inhabiles, vt oriatur publica honeſtas faciunt, ſi tentans cum tentata conſanguinea contraxerit.*
15 *Honeſtas publica an inducatur, ſi contractis ſponſalibus per verba de præſenti inter inhabiles ętate fuerit facta traductio, & cohabitatio.*
16 *Lex imponitur rebus, non verbis.*
17 *Matrimonium non præſumatur ex traductione ad domum.*
18 *Aetas ſuppletur a malitia in matrimoniis.*
19 *Sponſalium validitas pendet ab intellectu.*
20 *Tentatio ſola an inducat publicam honeſtatem.*
21 *Argumentum a contrario ſenſu, non eſt ſumendum, vbi in iure reperitur contrarium.*
22 *Matrimonij impedimenta quæ ſint, ſe remittit.*

CAP. IIII.

1 IVuenis. Si maior † ſeptennio contraxerit
ſponſalia cum minore ſeptennio,
in qua malitia ſupplet ętatem, oritur publica ho
neſtas, maxime ſi tentauerint commiſceri. hoc
dicit communiter. ita ſummatur, poſſet aliter ſummari, ſed
ex intellectibus intelligetis cap.

In prima deciſa enarrat factum.

In ſecunda, præmiſſa duplici ratione diffinit. ſecunda
ibi, quia.

2 Nota primo ibi, iuuenis, † quod ille dicitur Iuuenis, qui
eſt aptus ad contrahendum matrimonium, licet proprie lo
quendo dicatur iuuenis per vigeſimumquintum annum,
vſque ad quinquageſimum, vt ponit glo. quæ ponit tempo-
ra cuiuslibet ętatis in proœ. ſexti in verſic perfectis.

3 Nota ſecundo, quod ętas † ſeptem annorum eſt ętas ido-
nea ad contrahendum ſponſalia de quo vide tex. in cap. ac-
ceſſit. & in ca. literas. de deſpon. impub. & pondera verbum,
nondum ſeptennē, iuncto intellectu Inno ſecundum quem
ſummaui, quod dicitur nondum ſeptennis ille qui eſt pro-
ximus ſeptennio.

4 Tertio nota in verbo, forſan, quod dictio † forſan, eſt no-
ta dubitationis, & ita accipitur hic, aliquando tamen eſt ex-
preſſiua veritatis, vt no. gl. in c. quia ingredientibus. de teſta.
& in c. niſi. in 4. glo. de renunc. vt l. mutus. ff. de procur & in l.
ſi duo. ff. de arbit.

Quarto nota ſecundum But. quod impedimentum publi
5 cæ † honeſtatis creatur quandoque ex ſponſalibus de præ-
ſenti quo ad verba, quæ etiam nō tranſiuerint in ſponſalia
de futuro ętate, vel natura repugnante, & hoc propter du-
bium tentatus copulæ.

Nota quinto, quod in concernentibus periculum animę
6 debemus illud tenere, quod eſt † certum. de quo vide bo. tex.
in clem. exiui, de verbor. ſignificat. & in cap. illud. de cleri. ex-
comm min.

Nota ſexto, quod in matrimonio contrahendo magis
7 conſideratur † honeſtas, quam rei veritas, vnde alibi dici-
tur, quod in contrahendis matrimoniis nunquid liceat, ſed
quid deceat conſiderandum eſt, vt tex. in l. ſuper. ff. de ri nup.
vnde autem ſurrexit impedimentum publicæ honeſtatis,
dic quod non oritur ex conſanguinitate, & affinitate, quia

ante contractum matrimonium per verba de præsenti non est orta affinitas, sed oritur ex quadam honestate: nam non videtur honestum, quod quis contrahat matrimonium cũ consanguinea illius, quæ secum esse debeat vna caro. Item quia sæpe est expertum, anticipatam esse copulam.

Tertio, quia sæpe visum est sponsum interfecisse sponsam, vt possit contrahere matrimonium cum eius consanguinea.

Quarto, quia experientia docuit grandes rixas, & discordias esse ortas inter consanguineos, quando aliquis de consanguinitate procurat habere desponsatam alicui de eadem consanguinitate. dic tamen, quod causa principalis fuit honestas, sed certæ causę sunt impulsiuæ, & de hoc plenius per Ioan. And in cap. j. eod. tit. lib. 6. Optabat autem Hostien. in cap. non debet. de consanguinit. & affinit. hoc impedimentum tolli, & dicebat, quod hoc impedimentum non habet multum rationis, sed plus voluntatis, idest quia Papa sic voluit. sed tu dic, quod immo habet multum rationis, quia in matrimoniis attenditur honestas.

8 No. vltimo † practicam libelli, & sententiæ, quando enim est contractum matrimonium contra publicam honestatem. Item scias, quod Gaspar Calder. & domi. Cardin. hic in pen. & vlt. quæst. tractant, an sufficiat annum esse cœptum, & quando requiratur, quod sit perfectus, quando tractatur

9 de ętate † certæ personæ, non examino hic. quia non est nostra materia, sed recurre ad cap. cum in cunctis §. inferiora. de electio & ad clem. generalem. & ibi vide glo. in verbo, decimooctauo anno. & Ioan. de Imo. super ea. de æta. & quali. & per Bart. in l. si cui. ff de leg. j & per Cyn & alios in l. ex his. C. quando dies leg. ced.

In glo. prima hęc glo. potest diuidi in duas partes.

In prima colligit notabile ex tex, & contra illud opponit & soluit.

In secunda opponit & soluit. secunda ibi, sed quare.

In prima parte glo. ibi, de fide instrum. inter dilectos. in fi. dic. quod glo. bene soluit.

10 Sed præsupposito, quod res sit dubia, debet ferri † sententia pro reo, vt in cap. fin. de re iudic. & ratio, quia promptiores sumus ad absoluendum, quam ad condemnandum, vt in l. Arrianus ff. de actio. & obligat. & in regula, fauorabiliores. ff. de reg. iur.

In secunda parte glo. perficit contrarium: nam glo. omittit tertium membrum, scilicet quod dubitatur, an consenserit post septennium, vel non, quo casu adhuc non est dubium, quia facta non præsumuntur. ff. de publiciana. l. quicunque § fin. & de offic. ordi. cum in iure. propter hæc contraria hoc capitulum redditur difficile, & legitur variis modis, & ideo ponuntur sex intellectus, tamen possunt reduci ad quatuor.

Primus intellectus qui fuit Tan. quem ponit glos. videlicet, quod hæc puella non consensit post septenniũ, vel non constabat de consensu, quia statim recessit ab eo, vel mortua fuit, vel quia forte vir tentauit, quod adimplere non potuit, præsumitur mulier esse doli capax quoad sponsalia, & pondera, quod glo. dicit, quod tentauit forsitan, & sicut gl. præsupponit, quod nõ erat certum de tentata copulæ, licet But. & dom. Cardin. intelligunt, quod glo. loquatur, quando de tentatu erat certum, sed non est verum, quod glo. ita loquatur.

In eadem glo. si ecce, quod glo. reprobat opi. Tan. in alio, licet per Doct. non ponderetur: nam dicebat Tan. quod hęc ante septennium ducta fuit, & prius compleuit septennium quam diuerteret.

Sed glo. hic in fi. reprobat hoc, quia per hoc res non esset dubia, & certum esset, quod hæc sponsalia inducerent publicam honestatem propter mutuam cohabitationem, vt in cap. j. de sponsal in quo facit infra eod. ad id quod.

Ex his habetis primum intellectum, & sub isto intellectu comprehenditur intellectus do. Card. qui dicit, ꝙ non fuit inuestigatum, an puella esset proxima septẽnio, sed de eo ꝙ dicebatur dubium, an vir tentasset commisceri, præsupponit Papa, quod fuit doli capax, ita quod ex sponsalibus publica honestas surrexerit. Dubium autem tentatus circa ipsum surrexit ex eo, quod constabat, quod vir eam duxerat, vnde ex cohabitatione dubitatur de illa tentatione copulę, quæ dicebatur interuenisse, nam si certum esset, quod vir non tentasset eam, nullum oriretur impedimentum. Sed tu dic, quod ex hoc, quod illa puella fuit traducta ad domum sponsi, ortum fuit dubium tentatus. & istud dubium fit a iure, licet nullus opponat, & hoc probat iste tex. sed bene consideretur.

Secundus intellectus est in tex. qui dicit quod hæc puella erat proxima septennio, vnde præsumitur fuisse doli capax ad sponsalia contrahenda, infra eo. sponsam. ille tamen tex. loquitur de illa, quæ erat proxima pubertati. sed Innoc. voluit intelligere istum tex. quod sicut in matrimonio malitia supplet ætatem, vt infra. continebatur. tit. proxi. sic etiam in sponsalibus, quod an sit verum ĩ. dicam, & dicit do. Cardi. quod illa est communis lect. & secundum ipsam summaui, & dicit Ioan. And. quod nondum erat septennis ex toto, sed erat proxima, & adeo discreta, & doli capax, sicut solent esse septennes. dicit etiam Inno. quod si non fuisset septennis, nec proxima septennio, nec in domo post septennium latẽter, potuisset iste ducere consobrinam, vt infra tit. j. accessit. cap. litteras. & cap. duo. & hæc lect. differt a lectura glo. quia glo. non dicit, quod esset proxima septennio.

11 Quando autem dicatur proxima † septennio. dic secundũ Innoc. & Doct. quod ille, vel illa dicitur proxima septennio qui transiuit sex annos, & dimidium, vel vltra, vt infra titu. j. attestationes. Instit. de obligat. quæ ex delic. nascun. § in summa. & facit quod not. in cap. continebatur. infra tit. proxi. sed iste intellectus non conuenit litteræ, quia littera non dicit, quod esset proxima septennio, sed quod nondum erat septennis.

Tertius intellectus est Hostien. qui dicit, quod hoc capit. debet intelligi de nondum septenni, prout verbum sonat, etiam si non sit doli capax, ex quo potuit cognosci, licet immature, quod aliquãdo accidit ff. de adult. stuprum. quia facilius est pati, quam agere, ideo si tentata fuit, oritur ex sponsalibus publica honestas, sic intelligit Host. istum tex. in puella non proxima septennio. Item intelligit, quod constabat de tentatu. pro quo facit quod not. Inno. ĩ. tit. j. continebatur. vbi dicit, quod si mulier patitur supra se virum ascendere, fit interpretatio in tutiorem partem, per hoc e differt autem intellectus Host. ab intellectu glo. quia glo. loquitur, quando de tentatu erat dubium. Item differt ab intellectu Innoc. quia Inno. ponderat solum doli capacitatem, quam præsumit ex propinquitate ętatis, & per hoc in summario apposui verbum, maxime. Dicit etiam Host. quod si puella inspecta reperiatur virgo, forte non multum obesset tentatio, arg. infra capit. proxi. & de probat. causam. dicit etiam, quod dubitatio, quam facit hic Papa, fuit super coniugio: potuit enim esse coniunx, si fuit cognita, vt infra tit. j. de illis. sed dom. Cardin. dicit, quod illud cap. non probat, quia loquitur de impuberibus, qui excesserunt infantiam, hæc autem puella erat infans. Item inquantum dicit Hostiens. quod dubitatio fuit super coniugio dom. Cardi. dicit, quod hoc non consonat litteræ, quia hic non fuit dubitatio de primo coniugio, sed de secundo, vt patet in littera. sed dom. Cardin sequitur Hostiens. dum dicit, quod si puella inspecta appareat virgo, non obest. Sed But. & bene iudicio meo tenet cõtrarium: nam ille tex. dicit, quod tentatus inducit publicam honestatem, licet non potuerit adimplere, quod tẽtauit, & sic tex loquitur, quando apparet virgo.

Ex his habetis expeditum tertium intellectum, qui est in se verus: mihi autem non placet, quia non congruit literę: nam littera præsupponit, quod hic fuit contractum matrimonium per verba de præsenti cum minore septennio, quę fuit traducta ad domũ mariti, propter quod oriebatur probabile dubium de tentatu, orta fuit publica honestas. & istum intellectum sequitur Abb. Sic. hic & satis conuenit literæ, licet etiam posset intelligi de spõsalibus contractis per verba de futuro, quia ex tex. non colligitur, sub qua forma fuerint contracta sponsalia. Nec obstat, quod tex. dicat, ꝙ ista appellabatur coniunx, quia etiam sponsa interdum appellatur coniunx, vt not. Doct. in Rubrica huius tit. & ibi dixi. Tamen vt habeas clarius materiam, considera sex casus.

12 Primus est, quando † sponsalia sunt contracta per verba de futuro inter inhabiles ętate, idest minores septennio, nec est secuta aliqua traductio, vel alius actus ex talibus sponsalibus, non oritur publicæ honestatis iustitia, nisi aliter ratificentur, vt in capitulo, accessit. & in capitulo, litteras. infra titulo proximo.

13 Secundus casus, quando sponsalia † sunt contracta inter minores septennio, & postea transcursu legitimæ ætatis sunt ratificata tacite, vel expresse. & hoc casu inducunt publicæ honestatis iustitiam, vt in capit. primo, de desponsa impube libro 6. & nota. in dicto capitulo, accessit. & in dicto capitulo, litteras.

14 Tertius casus est, quando sponsalia † de futuro sunt contracta inter inhabiles ętate. & hoc casu oritur publica honestas, secundum Butr. quia ex quo tentatus adest, nulli est dubium, secundum eum, quod est inhonestum, quod tentatus habeat in vxorem consanguineam tentatæ, vel quod ipsa habeat in maritum consanguineũ tentantis, & iste fuit intellectus Host. vt supra vidistis. & tenet idem etiam Goffr.

dicit

dicit tamen Butr quod casus non est hic, quia tex. loquitur, quando est contractum matrimonium per verba de præsenti. Abb. vero hic tenet contrarium, sed dicam in casu seq.

Quartus casus est, quando matrimonium fuit contractum per verba de præsenti cum inhabili ętate ad sponsalia, & fuit traducta ad domum viri, etiam hoc casu inducitur publica
15 honestas † propter dubium tentatus copulæ, & quia ista de facto potuit dici vxor. & But. dicit, quod ille casus est hic, & dicit But quod illi qui dicunt, quod hic interuenit tentatus non bene dicunt, quia tex. ponit sub dubio forsitan. Et ex hoc sequitur, quod licet mulier ex aspectu appareat virgo, nihilominus inducitur publica honestas, quicquid dixerit Hostien & dom Cardin vt supra dixi.

Sed quid si contracta fuit sponsalia per verba de futuro cum minore septennio, & est secuta traditio, tamen de tentatu non est certum. But. videtur dicere, quod inducatur publica honestas Abb. hic dicit opi. suam esse æquam, ipse tamen tenet contrarium, quia tex fundat se in duplici causa, vnde vna cessante cessat dispositio, vt not in cap quoniam frequenter § si vero supra vt li. non contest. Ego puto opin. But. esse veriorem, quam etiam communiter Doct. tenent. Nec obstat tex. quia vt supra dixi, non aperit, per quæ verba fiunt contracta sponsalia.

16 Præterea lex † debet esse imposita rebus, & non verbis, vt in l 2. in fi. C. communia de leg.

Sed certum est, quod matrimonium contractum per verba de præsenti cum impubere non potest valere, nisi vt spōsalia de futuro, vt est casus in cap. j. & ij. de despon impuber. in 6. vnde non debent minus operari verba de futuro, hoc casu quam verba de præsenti, ex quo sunt eiusdem effectus.

17 Nunquid autem † traductio ad domum inducat matrimonium præsumptum, & facta copula præsumi, quando traducta est pubes. vide in cap fin infra eod. & in cap. fin. de coniug. lepro.

Quintus casus est, quando sponsalia sunt contracta cum minore septennio proxima tamen, vt quia excessit sextum annum cum dimidio, & in hoc sunt opin. nam glo. hic in c. sponsam infra eod. tenet, quod quemadmodum in matri-
18 moniis † malitia supplet ętatem, ita etiam in spon. idem tenet glo 30. q. 2. in summa. & idem ibi sequitur Ioan. de Fan. idem videtur tenere hic Inno. idem sequitur etiam Hostien. in summa de spon. & quid sit eius effectus. idem etiam tenet Vguttio Goffr vt refert Dom. Dom in ca. j. de despon impub lib 6. idem dicit Gaspar Calder hic. dicit tamen, quod nisi esset hoc c. diceret præcisè esse necessarium numerum septem annorum, per cap. accessit & cap. litteras. infra tit. 1. Dom. autem Cardin. dicit, quod doli capacitas non potest probare ante septēnium, nisi ex tentatione. de qua constat, vel saltem oriatur probabile dubium. vt hic: nam cap. litteras. & cap. accessit, præfigunt terminum septem annorum, & dicit, quod illa ętas non potest præueniri nisi in casu huius cap quia est singul secundum eum, & ista fuit opin. Archid. quam videtur tenere Ioan. And in cap. j. de despon impube. in 6. Istam etiam opinionem videtur tenere But & Abb. Sicu. ipsam approbat per plures rationes Ego vero puto, quod interueniente tentatu, vel existēte dubio de tentatu, habeat locum hoc cap & in hoc omnes videntur concordare.

Extra vero casum huius c. dicerem, quod aut constat de prudentia. vel forte est puella sex annorum, quæ intellectu excedit illas quæ compleuerunt septem annos, & tunc sponsalia contracta per talem valent, & inducunt publicam ho-
19 nestatem: nam validitas † sponsalium pendet ab intellectu, vnde si puella 7. an. habet intellectum, non subest ratio, quare sponsalia non valeant. aut non constat de prudentia, & tunc puto, quod non valeant ante septennium, vt in c. accessit. & in c. litteras, infra tit j. & illud videtur tenere Domi. Domi. in d. c. j. de despon. impub.

Sextus casus est, quando affuit tentatus extra naturalia, idest extra claustra pudoris non præcedentibus sponsalibus. & istum casum ponit glo fin. quam expedio. & dicit, quod talis tentatus non inducat publicam honestatem, vt dicto capitu extraordinaria. Ideo si infans non colore matrimonij, seu sponsalium tentasset puellam, & constaret eam non esse cognitam, non impediretur matrimonium cum consanguinea puellæ, quia ista Decr. loquitur, nisi præcedant sponsalia. Archid. tamen in cap j de desponsa impub. in 6. tenuit
20 solum † tentatum inducere publicam honestatem per hoc cap. & cap. fin. infra eod sed Ioan. And in dicto capit. j. de despon impub. in 6. deridet opin Archid. & dicit, quod publica honestas fundatur super consensu sponsaliorum, vel super sponsalibus formatis iuramento ex consensu contrahentiū nec inducitur per nixum copulæ modo, nec per copulam, quæ deficientibus sponsalibus non inducit publicam honestatem, licet possit inducere affinitatem, vt in cap discretionem. de eo qui duxit contan. vx suæ.

Fatetur enim Ioan. And. quod sponsalia præcedant solus nixus ad copulam fortificare publicam honestatem, quasi per id consensus fortius appareat. Item dicit Ioann. Andr. quod posset esse casus, in quo talis nixus induceret publicā honestatem, sed non inquantum esset copula, vel nixus ad copulam, scilicet quando duo infantes, vel alter eorum contrahunt sponsalia, quæ non tenent: nam si post infantiam consentirent in nixum ad copulam habemus publicam honestatem, inquantum hoc habeat signari consensum præstitum tempore infantiæ adhuc durare, & bene facit illud cap. j. de despon impub. in 6. & ibi Domi. Domi. residet cum opi. Ioan. And & etiam But. hic. Ego puto, quod Ioan. And. bene dicat, & quod Archidia. habuit bonum intellectum: nam Archid. debet intelligi secundum iura, quæ allegat iuxta theoricam Bar. in l. non solum §. si liberatur. ff de lib. leg. sed Archid allegat hoc cap & cap. fin. infra eod quę loquuntur, quando præcedunt sponsalia cum infante, quo casu tētatus ad copulam inducit publicam honestatem, quia facit præsumptionem, quod infans sit doli capax ad contrahenda sponsalia. vt est casus hic.

Item pondera glos. ibi, hic vero tentauit in naturalibus: nam glo a contrario sensu sentire videtur, quod etiam stantibus spon tentatus extra naturalia non inducat publicam honestatem, sed illud cap. extraordinaria, probat contrariū: dicit enim, quod tunc tentatus extra naturalia non inducit publicam honestatem, quando non fit maritali affectu. vbi autem fit maritali affectu, ille tex. vult, q inducatur publica honestas, & hoc firmat ibi glos. in verbo, maritalem. & Io de Fan ibi. qui allegat Goff idem tenere. hoc etiam videntur te-
21 nere Doct. sed saluare potes glo istam non sumendo † arg a contrario sensu, quia non est sumēdum. vbi in iure reperitur contrarium, vt no. Doct. in l conuenticulam C. de episc. & cler. & in c. publicato. de elect. & no. glo. quam videas in c. 1. in glo. 2. de ęta. & qualit. lib 6.

Quando autem sponsalia inducant publicam honestatem, & quando non, videbitis in cap. in. sequen. Item scias,
22 quod Inno. ponit hic impedimenta † matrimonij, de quibus per Ioan. Andr & Doct in Rubr. huius tit. & per glos. 27. q. 2. in summa. Sequitur cap. ad audientiam.

S V M M A R I V M.

1 *Honestas publica oritur ex contractis sponsalibus cum consanguinea.*
2 *Impedimentum matrimonij a quolibet deferri potest, si legitimum sit.*
3 *Scriptum ita esse in dubio præsumitur.*
4 *Scriptura qua faciat fidem, seu probet*
5 *Honestas publica oritur ex sponsalibus etiam nullis.*
6 *Impedimentum matrimonij oritur ex sponsalibus contractis cum monacho, vel sacerdote*
7 *Electio fundata super iure naturali, facit vt beneficiatus non teneatur renunciare beneficio dato.*
8 *Frater fratris sponsam ducere non potest*
9 *Factum aliquando plus attenditur, quam ius.*
10 *Ecclesia ratione peccati, interueniente iuramento se impedit contra laicum.*
11 *Iurans tradere vnam de filiabus in matrimonio, an obligetur.*
12 *Debitoris est electio in alternatiuis.*
13 *Iuramentum non refertur ad impossibilia.*
14 *Honestas publica quando oriatur ex sponsalibus.*
15 *Conditiones non morantur obligationem.*
16 *Matrimonium contractum cum consanguinea ante conditionis purificationem valet, nisi interuenerit carnalis copula.*
17 *Conditio resolutiua quid operetur in contractibus.*
18 *Conditio impossibilis est, vel iuris, vel facti.*
19 *Impedimentum num oriatur ex eo, quod iure non tenet.*
20 *Factum an sufficiat, vbi de iure non valeat.*
21 *Procurator primus an renocetur per secundum, cuius constitutio non valeat.*
22 *Rescriptum inualidum non præstet impedimentum.*
23 *Iurisdictio an perpetuetur per processum nullum.*
24 *Ecclesia an possit compellere ad pœnitentiam.*

C A P. V.



D audientiam. Ex sponsalibus contractis cum consan-
1 guinea oritur publica † honestas, hoc dicit.
In prima narrat factum.
In secunda decidendum committit. secunda ibi, sed qm.

Nota

2 Nota primo, quod quilibet de populo † potest comparere ad impediendum matrimonium contrahi subsistente legitimo impedimento. ad hoc cap. fin. de clandest. despon. & infra eod. præterea & videtur hic probari, quod idem sit accusator, & testis. 3 de testib. in omni. & vide quæ dicam in ca. præterea, infra eod.

3 Nota secundo in verbo, scriptum. † quod ex eo, quod aliquid reperitur scriptum, præsumatur ita esse, & facit iste tex. quod credendum sit litteris scriptis in columnis marmoreis, vel super lapide. 24. q. 2. sane. Sed de hoc dic, vt habetur in cap. cum causam. de probat. vbi glo. tangit, & vide glo pen. in c.
4 quanto de iureiur. Et quibus scripturis † creditur, vide in c. j. & ij. de fide instrument. & per Bartol. in l. admonendi. ff. de iureiuran.

5 Nota tertio, quod † publica honestas oritur ex sponsalibus omnino nullis de iure positiuo, dummodo sint aliqua de iure naturali: satis est enim ad contrahendum hoc impedimentum, quod sponsalia teneant ratione consensus. & de hoc est tex. in c. j eod tit. in 6.

6 Ex quo colligit glo. quod ex † sponsalibus contractis per monachum, vel per sacerdotem oritur hoc impedimentũ, ita vt nullus de consanguinitate monachi possit illam ducere in vxorem, & hoc etiam tenet hic Innoc. & glo. 27. q. 2. si quis desponsauerit. & probatur aperte in d. c. j. eod titu. in 6. nam talia sponsalia non peccant iure naturali, sed annullantur ex impedimento inducto per ecclesiam.

Et ex hoc potest inferri ad notabile dictum Inno. quod si
7 † electio, vel collatio habet fundamentum iuris naturalis, vt quia habet consensum illorum, ad quos electio, vel collatio spectat, non tenetur beneficiatus renunciare beneficio dato, quod de iure positiuo collatio, vel electio non teneat, quod te... menti.

8 Nota quarto, quod sponsam † fratris frater habere non potest, licet iste tex. loquatur de fratre in omnibus consanguineis vsque ad quartum gradum.

No. quinto, quod verba legis quandoque accipiuntur de
9 facto, & sic quandoque plus attenditur factum, † quam iuris effectus. facit l. j in fi. & l. quid ergo. §. cum autem ff. de his qui no. infam. vbi contrahens matrimonium, quod de iure non valet, incurrit infamiam, si contrahit infra tempus luctus, ac si de iure valeret.

Nota vltimo, quod temerarie iurans, peccat mortaliter, & quod per ecclesiam potest compelli ad agendum pœni-
10 tentiam, & sic † ecclesia impedit se contra laicum ratione peccati, præsertim si interuenit iuramentum, vt in capit. nouit. de iudic. & vide omnino cap. cum cap. laicus. de foro compet. in 6.

Antequam veniam ad glo. duo sunt videnda.

Primo, an si iurans tradere tibi vnam de filiabus meis in vxorem, ad aliquid sit efficax talis obligatio.

Secundo, quãdo ex sponsalibus oritur publica honestas.

11 Circa primum † facias quatuor casus.

Primus, quando nullam de iure potest habere in vxorem. & hoc casu dicit Bu. quod nulla est obligatio, quia iuramentum tali modo est intelligendum.

Sed in hoc aduerte, aut iurans iste ignorabat impedimentum, & tunc Butr. dicit verum, quia iuramentum in dubio refertur ad possibilia, & licita, vt in c. 1. de iureiurã. in 6. & in cap. vlt. de pact. Aut sciebat impedimentum, & tunc iurans peccat mortaliter, non tamen est seruandum iuramentum, ex quo non potest seruari absque interitu salutis æternæ, vt in c. cum contingat. de iureiur. cum simil.

Secundus casus est, quando ille cui præstitum est iuramẽtum, potest ipsum tamen accipere. & hoc casu dicit Bu. quod illa sola debetur: nam iurans in quantum potest, debet facere, vt illa tradatur: non enim posset illam inuitam tradere, sed iuramentum intelligitur, vt curet quod consentiat, & si facta debita sollicitudine, illa non vult consentire, iurans excusatur.

Tertius casus est, quando potest quamlibet habere in vxorem, & tunc dicit Bu. quod est in potestate iurantis, quam
12 velit tradere in vxorem, quia debitoris † est electio, vt in regula, in alternatiuis. de reg. iur. in 6. & in l. plerumque. ff. de iure dot. ideo si me offerente vnam cum effectu per te stat, vel per casum, quo minus accipias liberor, vt in l. si stipulatus. ff. de verb. oblig. Ego puto But. dicere verum in casu, in quo loquitur, quando verba executiuã sint relata ad iurantem, secus si essent relata ad illum, cui præstitum est iuramentũ: puta si se iurasset facturum, quod Titius acciperet in vxorẽ vnam de filiabus meis. de quo vide glo. & Bart. in l. Lucius. ff. de lega. 2. & vide quæ dixi in c. cum dilecti. circa notabilia. de empt. & vendit.

Quartus casus est, quando iuratur tibi certam tradere in vxorem, puta Titiam, & tunc dicit But. quod aut sponsalia sunt contracta pure, aut sub conditione, si pure, dicit, quod iurans debet laborare in quantum potest; alias non tenetur,
13 quia † iuramentum non refertur ad impossibilia, vt nota. in cap. 1. & in cap. quanto de iureiur. & dic, quod si filia sciuit, & tacuit, orta fuit publica honestas, sed si ignorauit, vel contradixit, non oritur publica honestas. vt est tex. in c. 1. in fi. de despon. impuber. in 6. Si autem sponsalia, sunt contracta sub conditione, de qua in tex. dicit Butr, quod iurans debet laborare, vt illa de qua iurauit, consentiat, & si illa vult, sed casu mortis, vel alio impedimento oritur publica honestas, si habuit rata sponsalia tacite, vel expresse, & non potest habere aliam impediente publicæ honestatis iustitia, vt in cap. vnico. de despon. impub. lib. 6. Si autem illam sciuit, vel cõtradixit iurans tenetur illam, de qua iurauit tradere si potest, alias tenetur illam tradere, quia non fuit orta publicæ honestatis iustitia, ex quo illa non consensit, & hoc de primo.

Circa secundum, quando ex sponsalibus inducatur publi-
14 ca † honestas, & quando non, dic aut sponsalia sunt contracta pure, aut sub conditione.

Circa primum fac tres casus.

Primus, quando sponsalia tenent, & hoc casu certum est, quod oritur publicæ honestatis iustitia, vt infra eo. sponsam. & 37. q. 2. si quis desponsauerit.

Secundus casus est, quando non tenentur ratione defectus consensus; puta quando ab infantibus, vel furiosis, & non oritur publica honestas, vt in c. litteras. & in c. accessit. j. tit. proxi. fa. it 3. q. 9. indicas. hoc tamen fallit in infantibus, quando malitia supplet ætatem. de quo plene dixi supra eodem, iuuenis.

Tertius casus, quando sponsalia non valent ratione alterius effectus; puta consanguinitatis, vel quia contractum est matrimonium cum monacho, vel cum presbytero, & tunc inducant publicam honestatem, vt in capitulo primo. eodem tit. in 6.

Circa secundum, quando sponsalia sunt conditionalia, & in hoc similiter fac tres casus.

Primus est, quando conditio sit de præsenti, vel de præterito, puta contraho tecum sponsalia, si pater meus viuit, vel si Titius est factus consul, & tunc aut conditio est vera, & tunc sponsalia intelliguntur pura, & sic inducunt publicam honestatem: aut est falsa, & non intelliguntur alia sponsalia contracta, & sic non inducunt publicam honestatem. tales
15 enim † conditiones, quæ sunt de præsenti, vel de præterito, non morantur obligationem, sed vel statim contractus intelligitur celebratus, vel nullus celebratus, vt in l. cum ad præsens. cum duabus legibus seq. ff. si cer. pet.

Secundus casus est, quando conditio de futuro est talis, quæ inest sua natura; puta promitto te accipere in vxorem, si viuam, vel si Deo placuerit. & hoc casu dicit Io. An in c. 1. eo. tit. in 6. quod talia sponsalia intelliguntur pura. facit ad hoc. de elec. significasti. & hoc sequitur do. Card. & But. hic. & Archid. & Do. Do. in c. 1. eo. ti. in 6. licet Io. Mo. tenuerit cõtrium, per l. si ita legatũ § si volet. ff. de leg. j. sed pro intellectu illius vide Bar. ff. de leg. j. l. 3. vbi plene examinat, quando expressio illius, quod tacitè aliquid operetur, vel non, secundum glo. vnde tenuissem opi. Io. Mo. in c. 1. in glo. fi. eod. tit. in 6. quæ dicit, quod talia sponsalia, promitto te accipere in vxorem, si Deo & ecclesiæ placuerit, sunt conditionalia, & nõ inducunt publicę honestatis iustitiã, secundum Ioan. And. intelligit glo. suam, quando subest impedimentum, tunc enim sunt conditionalia quantum ad hoc, vt non inducant publicam honestatem, licet in veritate potius dicantur non esse contracta, per l. cum ad præsens. ff. si cer. pet. vnde potest dici, vt dixi in præcedenti casu. Item potes alio modo saluare illam glo. scilicet quando apparet de intentione contrahentium, quod intendunt sponsalia esse conditionalia; nam tunc etsi quando apponitur conditio, quæ de sua natura non suspenderet actum, tamen propter intentionem contrahentium actus redditur conditionalis, vt est tex. in l. in conditionibus. ff. de condit. & demonst. & per Bart. in d. l. 3. ff. de lega. j. & ita saluat illam glo. Dom. Dom. in c. si propter. in fi. principij. de priuil. in 6.

Tertius casus est, quando sunt contracta sub conditione, quæ tacite nõ inerat, puta promitto te accipere in vxorem, si pater tuus fuerit factus prætor, & tunc antè conditionis euentum nõ inducitur publica honestas, vt in d. c. j. & quod ibi not. in 3. glo. eod. tit. in 6.

Adueniente autem conditione statim oritur publica honestatis iustitia. de hoc de rescrip. si pro te. lib. 6. & ista est doctrina Ioan. And in dicto cap. 1. eod. tit. lib. 6. quem sequuntur Doct. hic.

Ex

16 Ex quo infertur, quod si ante † purificationem conditio-
nis contraherẽ matrimonium cum matre, vel cum alia cõ-
sanguinea sponsæ, valet matrimonium, secus si contraherẽ
post euentum conditionis hæc vera, nisi pendente conditio
ne interueniret carnalis copula, quia tũc videretur recessus
a conditione, licet conditio nondum esset purificata, & hoc
procedit etiam si interueniret protestatio ab vtraque parte,
quod per carnalem copulam non intelligitur recessum a
conditione: nam non obstante protestatione per talem co-
pulam illa sponsalia transeunt in matrimonium purum, &
de præsenti, vt not. glo. in capitulo, per tuas. infra de con-
di. appositis.

In glo. prima ibi, hæc conditio nulla fuit. dic, quod licet
in iuramento forte intelligeretur conditio, tamen sponsalia
postea fuerunt contracta pure, vt patet in tex. vel aliter. dic
quod etiam in iuramento non fuit conditio adiecta ad cõ-
tractum sponsalium, seu matrimonij, sed fuit conditio re-
solutiua: nam iste H. iurauit simpliciter tradere filiam suam
in vxorem filio illius primogenito, & si ille aliquo casu ha-
bere non posset, iurauit tradere secundogenito, & sic fuit
conditio resolutiua sponsaliorum quo ad filium primoge-
17 nitum. Et ista conditio † resolutiua quid operetur in con-
tractibus, & in vltimis voluntatibus, dic vt no. per glo. no. in
l. 2. ff. de in diem addict.

18 In glo. tertia præmitte, quod quædam est † conditio im-
possibilis quo ad factum, vt tangere cœlum digito, vel dare
montem aureum, alia est impossibilis de iure, vt puta si pro
misi tibi decem, si patrem interfeceris: nam omnis conditio
turpis censetur impossibilis, vt in l. filius. ff. de condit. instit.
Et similiter est dicendum de omni conditione, quæ non po
test fieri etiam sine veniali peccato, vt 22. quæst. 2. faciat ho-
mo, & ita est hic, quia sponsalia cum consanguinea sunt de
iure impossibilia, quia ius hoc prohibet. & ista glo. voluit ar-
guere, quod paria sint quid de facto esse impossibile, vel de
iure esse impossibile, sed quantum ad cap. nostrum dic vt su
pra declaraui. Et Doct. hic examinant, nunquid illud, quod
19 de iure non tenet, præstet † impedimentum, de quo dic vt
hic per Doct. & in regula, non præstat impedimentum, de re
gul. iur. in 6. & in clem. quod circa de elect. & in l. fi. C. si man
cip. ista fuerit alien. vbi etiam habetur, an sufficiat aliquid fie
20 ri de † facto, licet de iure non valeat. de quo etiam per Bar. in
l. cum seruus. ff. de verb. oblig.

Vnum tamen tene menti, quod dicunt hic Doct. quod si
21 constituitur secundus † procurator, licet constitutio non
valeat, puta quia sit excommunicatus, vel alio respectu non
valeat constitutio secundi procuratoris, nihilominus reuo-
catur primus procurator.

22 Nunquid rescriptum, quod † de iure non tenet, præstet im
pedimentum, si de eo non fit mentio. vide glo. & Doct. in c.
ex tenore de rescrip.

23 Item nunquid † processus nullus perpetuet iurisdictionẽ.
vide glo. in c. cum in plures de offic. deleg. lib. 6.

24 In glo. fin. Gaspar Calder. hic tractat, an † ecclesia compel
lat ad pœnitentiam aliqui tractant infra qui cler. vel vouen.
in cap. 2. sed vide in cap. nouit. de iudic. & in cap. cum ad no-
stram. 2. de iureiur. Sequitur cap. de illis.

SVMMARIVM.

1 *Sponso de futuro se in remotis transferente ante copulam carnalem, spon
sa libere cum alio contrahat.*
2 *Verba, promitto te ducere in vxorem, inducunt sponsalia de futuro.*
3 *Verba executiua in futurum extensiua, non sunt necessario positiua de
præsenti.*
4 *Potestas libera dicitur, quando est in potestate exercendi quo ad validi-
tatem actus, nec tenetur aliam requirere.*
5 *Actus spiritualis contra iuramentum factus valet.*
6 *Periurium aliquando permittitur, vt maius peccatum euitetur.*
7 *Sponsa an teneatur sequi sponsum.*
8 *Vxor non sequitur virum transeuntem ad infidelitatem.*
9 *Vxor an sequatur virum vagabundum.*
10 *Absentia viri quando dicatur esse longa, vel breuis, relinquitur iudicis
arbitrio.*
11 *Vxor tenetur sequi virum mutantem domicilium.*
12 *Maritus an teneatur sequi vxorem.*
13 *Pacta in contractu matrimonij quæ non valeant.*
14 *Sponsa an teneatur expectare sponsum, & quanto tempore.*
15 *Tempus legale an sit seruandum a sponsa respectu expectandi sponsum
absentem.*
16 *Sponsa se absentans, an a sponso sit expectanda.*
17 *Sponsalia soluuntur per fornicationem subsequentem, & deformitatem
superuenientem.*
18 *Sponsalia nunquid soluantur vita eremitica.*

CAP. V.

1 DE illis. Sponsus † de futuro ante copulam, si
ad remota se transfert, libere cũ alio
contrahi potest: sed si per eam stet, quominus
profiteretur matrimonium, imponitur pœniten
tia de periurio. hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi,
hoc tibi.

2 Nota primo, quod hæc † verba, promitto, te ducere in
vxorem, inducuntur sponsalia de futuro.

3 Ex quo no. quod verba † executiua in futurum extensiua
non sunt necessario positiua de præsenti, quod tamen limi-
ta, vt dicam infra eod. ex parte.

Nota secundo, secundum But. quod id dicitur esse in libe
4 ra † potestate, quod est in potestate exercendi quo ad vali-
ditatem actus, licet ex eo veniat sibi inferenda pœna, & hoc
videtur tex. innuere in fi. quia mandat imponi pœnitentiam
pro periurio præterito, & datur libera potestas cõtrahendi cum
alijs propter absentiam subsecutam postea per iniuriam, &
sic non est verum, quod ille tex. probet, quod illud dicatur li
bere, ex quo venit pœna inferenda, quia vt dixi, venit infe-
renda ex actu præcedenti. Et dic, quod dicitur actus pende-
re a libera potestate, quando quis non tenetur aliam requi-
rere, seu vocare, vt in c. licet. de præb. in 6. & de præb. de mul
ta. & vide glo. quę hoc dicit in clem. dudum in verbo, libere.
de sepul. multas concord. habes in repertorio in verbo, libe
re. & adde glo. in cap. 2. in eod. verbo, de arbit. in 6 quę dicit,
libere. i. nemine citato. & per Ioã. And. in regula, cum quid.
de reg. iur. in 6. in mercur. per Bal. in l. j. C. de sacrosan. eccles.
per Barto. in l. j. C. de testamen. milit. & in l. procurator. ff. de
procurator.

5 Nota tertio, quod † actus spiritualis contra iuramentum
gestus valet contra doctrinam Innoc. in cap. dilecto. de pręę
bẽ. & licet omnes Doct. communiter allegent istum tex. ad
hoc potes dicere, quod ille tex. hoc non probat, quia licet
hic sit commissum periurium, fuit commissum eo tempo-
re, quo illę mulieres noluerũt perficere matrimonium prę-
sentibus sponsis, vnde non committitur nouum periurium
in contrahendo cum alijs, ex quo propter longam absen-
tiam sponsorum a iure habent licentiam contrahendi.

6 Nota vltimo, quod ecclesia interdum permittit † periu-
rium, vt euitetur maius peccatum, concordat 13. distin. ner-
ui. & 33. quæst. 2. si quid venus. sed vide quæ dixi in cap. non
magno. supra ne cler. vel mon. vbi bona glo.

In glo. prima distingue post Doct. aliqua addendo, aut tu
7 loqueris † in sponsa de futuro, & ista non tenetur sequi spon
sum, vt hic, & in l. 2. C. de repu. Aut tu loqueris in sponsa de
præsenti, cum qua est contractum matrimonium non faciẽ
do differentiam, an sit consumatum, vel non, & in hoc con
sidera quatuor casus.

Primus est, quando vir recedit, quia transit ad infidelita-
8 tem, & hoc casu † vxor non tenetur ipsum sequi, vt in c. quan
to. & in c. gaudemus de diuor.

Secundus casus est, quando efficitur vagabundus, & hoc
casu si erat vagabundus tempore contracti matrimonij,
9 † vxor tenetur ipsum sequi, & hoc tenuit glos. 34. quæst. 2. si
quis. & 8. quæst. 2. vnaquæque. & Docto. hic sequuntur sed si
vxor ignorabat ipsum esse vagabundum, vel si est factus va-
gabundus post contractum matrimonium, in hoc Butr. di-
cit, quod glo. 33. q. 2. si quis. tenet, quod vxor tenetur eum
sequi, immo si mittitur in carcerem, tenetur ipsum vxor se-
qui, non tamen tenetur seruire patrono mariti, vel patrono
liberti. sed in veritate glo. in d. c. si quis non dicit illud, quod
dicit But. Imo dicit, quod vxor non tenetur sequi maritum
vagabundum, quando tempore contracti matrimonij igno
rabat ipsum vagabundum, & hoc firmat glo. & in tex. in c. j.
de coniug. lepro. & glo. est ibi, in verbo, sequeretur. & illam
glo. ibi sequitur Butr. licet aliter dicat hic, sed ibi dicit verius
quam hic, & hoc, scilicet quod vxor non teneatur sequi vi-
rum vagabundum, tenet hic Abb. Sic. & dom. Card. in d. c. j.
de coniug. lepro.

Tertius casus est, quando maritus non est vagabundus, &
recedit ad tempus. & dom. Cardin. hic dicit, quod vxor non
tenetur ipsum sequi. Ego puto contrarium, si absentia est fu
tura longa, per cap. 1. de coniug. lepro. vbi dicit vnum, quod
viri, & vxores non debent esse diuturni alter sine altero, &
hoc puto, quod si absentia est longa, vxor tenetur sequi vi-
rum, dum tamen absentia fiat ex causa honesta, vel necessa
ria, vt dicam in sequenti casu, & cum hoc temperamento
intelligitur glo. in dicto capitu. si quis. 33. quæst. 2. quæ dicit,
quod vxor tenetur sequi virum, quando recedit ex causa
honesta.

10 Quando autem dicatur absentia † esse longa, vel breuis,
hoc

hoc relinquitur arbitrio iudicis, vt in cap. cum sit Romana. & per glo. in cap. 1. de dilat. facit cap. cum nullus. iuncta glo. in verbo, remoti, de tempor. ordin. in 6. & in clem. causam.

In glo. in verbo, in remotis, de elec. & istæ duæ vltimæ glo. dicunt, quod relinquitur arbitrio iudicis, quando quis dicatur remotus, vel propinquus.

Quartus casus est, quando maritus non est vagabundus, & recedit animo nō redeundi, & hoc casu dicit, quod vxor tenetur ipsum sequi, & ideo si maritus mutat domicilium,
11 † vxor tenetur ipsum sequi, secundū Doct. Plus puto, quod etiam si mutaret domicilium ex causa iniusta, necessaria tamen, puta si propter homicidium, non potest stare in ciuitate, quod vxor tenetur ipsum sequi, tex. est cum glo. 2. in cap. 1. infra qui ma. accus. poss. secus si causa esset honesta, & voluntaria, quia tunc vxor non tenetur ipsum sequi, & ita intelligo glo. in dicto ca. si quis. 33. quæst. 2. & Doct. hic quia requirunt causam honestam, & quod dixi de absentia perpetua, idem dicas de longa absentia, vt dixi in casu præced. & vidi nno. in c. ex multa de voto.

12 Nunquid autem † maritus teneatur sequi vxorem, dic quod non, nisi ex iusta causa recedit, vt not. glo. in verbo, sequantur. in dicto capitu. 1. de coniug. lepro. quem sequitur domi. Cardin. & Doct.

13 Item nunquid valeat pactum † in contractu matrimonii, quod nec teneatur semper habitare in ciuitate, & quod non possit mutare domicilium, & si contrafecerit, incurrat certam pœnam, an tale pactum valeat, dicam in ca. 1. infra qui ma. accus. poss.

In glo. 2. in vxore dic, vt in iuribus allegatis in glo. & talis certificatio de morte viri requiritur in quantum ad hoc, vt excusetur ab adulterio, si cum alio contraxerit. vide bonā glo. in verbo, præsumatur. in ca. quoniam frequenter. § sunt autem. vt lite non contest. sed si tu loqueris in sponsa, facias
14 † tres casus.

Primus, quando sponsus est absens ex legitima causa, & hoc casu debet expectari, donec reuertatur, vt in l. sæpe. ff. de spon. nisi spon. per ecclesiam conueniatur propter periculum stimuli carnis, vt patet de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Iordane.

Secundus casus est, quando non est absens ex legitima causa, & de tempore est conuentum, & hoc casu expectatū est tempus conuentum, vt infra eod. sicut. Sed domi. Abb. Sicu. hoc intelligit, quando in sponsalibus adiectum fuit tempus contrahendi matrimonium, secus dicit, si sponsalia fuissent pure contracta, & postea conuenissent de contrahendo matrimonio certo die, quia etiam elapso tempore conuento non posset sponsa contrahere matrimonium cū alio, sed deberent seruari tempora, de quibus infra dicetur in sequen. casu, de quo dicam in d. c. sicut.

Tertius casus est, quando cum est conuentum de tempore, & hoc casu distinguunt Doct. an sponsus sit absens in eadem prouincia, & tunc debet expectari per biennium, vt in l. a C. de sponsa. sed si nescitur vbi sit, vel est absens extra prouinciam, tunc debet expectari per triennium, vt in l. 3. C. de rep. & istam distinctionem facit ibi glo. & sequitur hic Ioan. Andr. & communiter Doct. dicunt tamen, quod si timeretur de lapsu carnis, ecclesia posset restringere tempus, secundum Cyn. in l. 2. C. de spon. indistincte dicit, quod debet expectari tantum biennium, siue sit absens in eadem prouincia, siue in diuersa, siue sciat vbi sit, siue non, & ad l. a. C. de pœn. respondet, quod ponit facti accidentiam, seu factum narrat, non autem iuris ministerium, & hoc plus placet Abb. Sic. sed tu teneas communem opinionem. & dic, quod illa l. ponit iuris ministerium, non autem simplicis facti accidentiam, si bene consideretur.

15 Vlterius dicit domi. Abb. Sicu. se dubitare, an tempus † legale, de quo supradictum est, sit seruandum. & dicit, quod Imo. dicit, quod si sponsus non est de proximo reuersurus, sponsa licite potest cōtrahere matrimonium cum alio, mouetur per text. qui ponderat, quod sponsus se transtulit ad alias, & dicit, quod hoc casu liberum est mulieri ad alia vota transire, sed si deberet expectare per biennium, vel triennium, non esset sibi liberum. & dicit, quod Papa hoc forte considerauit propter periculum fornicationis, quod imminet sponsæ, vt in cap. quoniam frequenter § porro. vt li. non contest. nam si Papa intellexisset de tempore legis ciuilis, nō dixisset liberum, sed fecisset mentionem de tempore, vt in capit. ad audientiam. de decim. & in l. 1. §. sin autem ad deficientis. C. de caduc. tollen. & dicit, quod forte hoc voluit ista glo. dum dixit secundum leges, & hoc puto verius, licet Doct. communiter teneāt, quod tempora illarum legum sint seruanda. dic tamen tenendo opi. Doct. quod si non seruantur illa tempora, matrimonium valet, sed imponenda est pœnitentia de fide mentita, vt in cap. plene. in fi. & videbitis infra eod. sicut.

Item nonquid illa quæ dicta sunt supra, habeant locum,
16 quando † sponsa se absentat Cyn. & Bald. in l. 2. C. de spon. dicunt, quod sic, quia sunt correlatiua, vnde dictum de vno intelligitur de alio dictum.

In glo. fin. ibi, habes ergo vnum casum. Intellige scilicet propter absentiam sponsi, vel sponsę.

In eadem glo. ibi, de iureiurā quemadmodum. dic, quod ibi ponuntur duo casus, per quos soluuntur sponsalia, scilicet
17 † propter fornicationem subsequentem, & propter deformitatem superuenientem, & vide alios casus per Io. An. in sua summula super Rubrica istius tituli, quam But. & alij scribentes referunt. Idem Gaspar Calder. tractat, nunquid
18 vita eremitica soluat † sponsalia. de quo vide 27. quæstio. 2. §. ecce. vbi glo. & Ioann. de Fan. tangit. & tangitur per glo. & Doct. in cap. ex parte tua. de conuer. coniug. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Interrogatio incerta non meretur responsionem certam.*
2 *Matrimonij nullitas non censetur probata, licet probetur per vim contractum esse.*
3 *Probatio dubia interpretatur contra producentem.*
4 *Libellus male formatus statim lacerari debet.*
5 *Consultor non tenetur consilium dare, vbi punctus est dubius.*

CAP. VI.

1 DE muliere. Facienti incertam † interrogationem, non tenetur quis facere certam responsionem. hoc dicit, non diuiditur. Domi. autem Cardin. ponit hoc similiter de infirmo interrogato a medico vbi doles: respondet, nescio, & interrogatus qualiter doles, dixit, nescio, & medicus dixit, recipias nescio quid, & ponas nescio quid, & sanaberis nescio quando, dicit, quod iste episcopus debebat casum certitudinarium figurasse, si super illo volebat certam de iure responsionem, ergo ex facto ius oritur, quia super ipso requiritur certa informatio, vt de iure possit fieri decisio, concord. de simon. simoniace. & l. si ex plagis §. in cliuo. ff. ad leg. Aquil. & l. quidam referunt ff. de iure codic.

Nota secundo, secundum Butr. quod ad concludendam
2 nullitatem † matrimonij, non sufficit simpliciter probare aliquem per vim contraxisse, & sic articulus, vel probatio non intelligitur secundum naturam subiectæ materiæ, ad quod vide de probat. in præsentia. Sed hoc restringe quo ad probationem, quia probatio dubia nō interpretatur secundum intentionem producentis probationes, immo producens non potest interpretari dicta testium, nec dicere, quod testes intellexerunt de vi, quæ caderet in constantem, quia quis non potest interpretari illud, quod dicitur ab alio, &
3 propter hoc probatio † dubia interpretatur contra producentem, vt dicto cap. in præsentia. de probat. & per Barto. in l. inter stipulantem. §. j. ff. de verborum obligat. secus est in libello qui interpretatur secundum intentionem libellantis, vt in l. si quis intentione ambigua ff. de iudic. vnde puto, quod admitteretur talis libellus, peto tale matrimonium pronunciari nullum, quia metu fuit contractum: nam per testes potest certificari talis libellus, si deponerent de qualitate metus, sed si deponerent de metu generaliter nō distinguendo qualitatem motus, quemadmodum ipse libellauit, tūc iudex deberet eum absoluere, & condemnare actorem in expensis. de quo vide omnino glo. fin. in capitu. examinata. de iudi. quæ dicit, quod quando libellus est dubius, iudex non debet ipsum reiicere, sed si ex probatione non erit facta declaratio, iudex debet reum absoluere, secus dicit, quando
4 libellus est male formatus, quod tunc iudex debet statim lacerare, & illam glo. sequuntur Doct. ibi, quam tene menti, & est notabilis.

Nota vltimo, quādo punctus non est certus non tenetur
5 consultor † dare consilium, & sic non tenetur ad multiplicē distinctionem faciendam, vt sic comprehendat omnes casus, qui possunt contingere, potuisset tamen Papa respondere cum distinctione, prout facit in cap. litteras de restitut. spoliat. & in multis alijs capitulis, de quo hic per glo. fi. Sed forte noluit effundere multa verba, non me extendo amplius circa hoc, quia in capit. cum locum. infra eod. examinabitur materia huius capituli, quam ibi reseruo, ne idem bis repetam. Sequitur cap. ex litteris, el primo.

SVMMARIVM.

1 *Contrahentes matrimonium verbis apertis, communem intellectum illorum sequi tenentur.*
2 *Actus validitas respicit primo habilitatem personarum.*
3 *Matrimonium vt sit validum, requirit scientiam & ętatem.*
4 *Modus procedendi tum iudicis, tum aduocati, qualis esse debet.*
5 *Verba dubia interpretantur secundum communem, & vulgarem intellectum.*
6 *Opinio communis sequenda est in decisione causarum, non singularis Doctoris.*
7 *Opinio communis quæ dicatur.*
8 *Verba recipiunt intellectum, prout cadunt in sensu.*
9 *Consensus ad contrahendum matrimonium declaratur per signa.*
10 *Ius ignorare nemini licet in matrimonio contrahendo.*
11 *Verba clara præsumuntur esse intellecta ab audiente.*
12 *Dicto soliti interpretis, an sit standum, per quem partes diuersarum linguarum se inuicem intelligebant.*
13 *Verba duplicia an faciant cessare matrimonium.*
14 *Verba, placet vendere, & vendo, inuicem differunt.*
15 *Verbum, volo, & placet, conueniunt ad contrahendum matrimonium de præsenti.*
16 *Verba non considerantur, vbi de mente contrahentium apparet.*
17 *Verba infiniti temporis sunt apta significare omne tempus.*
18 *Verbum, volo, adiunctum infinito tempori, quid importet respectu matrimonij.*
19 *Verborum intellectus, prout sonat de iure, est in pectore iudicantis.*
20 *Matrimonium non censetur, si verba non intellexit, cum non adsit consensus.*
21 *Matrimonium on contrahi per interpretem possit.*
22 *Verba dubia qualiter interpretando sint in contractibus.*
23 *Actus tunc valet, quando apparet de consensu.*
24 *Verba dubia sunt intelligenda secundum eum qui non est in dolo.*
25 *Interpretatio qualiter facienda sit in materia iuramenti.*
26 *Iuramentum potest interpretari dupliciter, & secundum forum pœnitentialem, & secundum forum iudicialem.*
27 *Verba ambigua quando cadunt in iudicijs, qualiter sint interpretanda.*
28 *Differentia non est facienda inter actorem, & reum.*
29 *Confitens est cogendus ad confitendum certum.*
30 *Confessio an possit extorqueri captis pignoribus.*
31 *Iudex potest repetere testes absone deponentes pro declaratione dicti sui.*
32 *Testes singulares, vel tales apparentes, qualiter concordentur ad probandum.*
33 *Interpretatio verborum qualiter sit facienda in vltimis voluntatibus.*
34 *Verba qualiter interpretentur in iudicijs.*
35 *Interpretatio qualiter procedat in pœnalibus.*
36 *Rescripta, & priuilegia, qualiter sint interpretanda.*
37 *Dispensationum qualiter fiat interpretatio.*
38 *Interpretatio legum, & canonum, qualiter fiat.*

C A P. VII.

1 EX litteris. Si apti ad † matrimonium contrahant verbis aptis ad contrahendum matrimonium illorum communem intellectum sequi tenentur.

2 No. quod quando agitur ad validitatem † actus, prius videndum est de habilitate personarum, an sint habiles ad actum faciendum, quam de forma actus. de quo dic vt per Bar. in l. si quæramus. ff. de testam. & in c. 1. de elect.

3 Nota secundo duo † necessaria in contrahente matrimonium. s. scientia, & ętas, & capias scientiam pro discretione. s. vt intelligant quid sit matrimonium; non enim exigitur, quod sint Doct. Host. etiam dicit hoc esse considerandum, an hoc fiat seriose, vel fictitiè, seu causa ludi, de quo per eum in summa de matrimoniis § qualiter contrahitur. versi. quid si alter dicat. & sequ. & pro hoc dicit Host. esse tex. in l. si matrimonium. . . . . ad idem faciendum. & pro hoc dicit Host. esse aduertendum, an conuenerint ad matrimonium contrahendum. dicit, quod locus, tempus, causa, & persona potest talia determinare. 29 dist. c. 1. & 2. de homic. sicut dignum. vide tex. Inst. de testam. milit. § 1. seu 2.

4 Nota tertio modum † studendi, & cognoscendi, & procedendi in iudicio, quia iudex, aduocatus, consultor, & assessor studens materiam. debet diuidere, & ordinare per passus, & debet prius capere facti, & iuris informationem super vno articulo, antequam descendat ad alium, sic & testis debet examinari, & interrogari separatim super quolibet articulo, non autem debet fieri promiscua permixtio omnium, quia hæc est confusio quædam intelligunt de iudic. exhibita. de ordi. cogn. suam. & vide glo. in procem. Instit. quæ multum commendat diuisionem, & ponit quid operetur diuisio.

5 Quarto no. quod verba † ambigua in contractibus interpretantur secundum communem vulgarem intellectum, & non secundum singularem intelligentiam alicuius, de quo vide bo. tex. & ibi vide per Bart. in l. Labeo ff. de supel. lega. & dicit ibi Bart. quod requiritur spatium decem annorum ad indocendum vsum loquendi, seu vtendi. de quo dic vt ibi plene per eum. & facit iste tex. secundum But. quod in decisione
6 causarum debet iudex sequi communem † opi. & non opinionem
singularem alicuius Doct. alias si pronunciat, & male pronunciat, condemnatur in expensis, secus si pronunciaret secundum communem opinio. quia tunc etiam si illa communis opin. postea appareret falsa, non deberet iudex condemnari in expensis. & de hoc vide Bart. in l. 2. C. de pœna iudi. qui male iudic. & concordat cum But. dicit tamen, quod si in aliquo casu essent opin. ita quod nesciret, quæ esset communis opin. quia quandoque obseruaretur vna, quandoque alia, & excusaretur iudex a sindicatu, si secundum vnam ex illis opi. iudicaret, licet postea appareret falsa, excusat enim propter errorem probabilem. Item limita Bar. ibi, & But. hic in quan
a tum dicunt, quod iudex[a] non excusatur ab expensis, qui iudicat contra communem opin. nisi iudicaret secundum opin. alicuius Doct. Moderni authentice: nam tunc excusaretur ab expensis, quia non est verisimile, quod Doctor modernus sine magna moderatione fuit motus ad dicendum contra communem opio. & hoc dicit Ioan. de Imo. in clem. ne Romani. de elect. & no. per Doct. in cap. vt debitus. de appellat.
7 & de do. & contum. finem litibus. Et dic, † quod dicitur com
b munis opi.[b] illa, quæ est modernorum Authenticorum, vt dicit Ioan. And. in cap. 1. de summa Trin. & Ioan. de Imo. in dicta clem. ne Romani. vbi declarat, secundum quam opi. sit iudicandum, de quo etiam in dicto cap. vt debitus. de appel. videas in dictis locis. Item dic, quod si quis posset conuincere communem opin. de errore, possit contra illum iudicare, & hoc notabiliter dixit Ioan. And. in cap. 1. de constitut. vbi etiam per do. meum. vbi dixit communem opinio. sequendam, nisi notorie male dicat, vel aptissimis rationibus conuinci possit, quod bonus iudex acutissimi ingenij existimabit, & hoc sequitur But. in d. c. 1. de consti. & Io. de Imo. in d. clem. ne Romani. & Abb. Sic. in c. capellanus. de fer. & sic hoc casu poterit sequi communem opin. singularem.

8 No. vltimo in fi. cap. quod verba † recipiunt intellectum, prout cadunt in sensum recte organizati, non autem vt cadunt in sensum insipientis, & non intelligentis, & sic non habetur respectus ad multitudinem.

Sed aduerte, & intelligas, & per istum tex. dicit But. quod non excusatur iudex, committens causam consulendam non intelligenti. de quo vide Bart. in l. si cum veneris. ff. de re iudic. vbi dicit, quod si consultor male iudicat, punitur iudex, si iudicat secundum consilium, nisi interpretes conuenissent tempore, quo iam committebatur consulendum, quod iudex debet iudicare secundum consilium, vel nisi esset statutum in loco, quod iudex teneatur sequi consilium Sapientis: nam tunc non punitetur iudex, non tamen propter hoc perdit ius appellandi ille, contra quem ratum est consilium, licet sensit, quod iudex debet iudicare, secundum quod consultor consulet. plus dicit Bart. quod etiam si consilio aperto illa pars, contra quam est consultum, peteret, quod iudex pronunciat secundum consilium non perdit propter hoc beneficium appellandi, secundum Bal. in l. 1. C. de iurisd. om. iudi. & Raph. in d. l. si cum venerit. tenet contra Bart. Item vide Bar. in l. ille aut ille. § cum in verbis. ff. de leg. 3. vbi dicit, quod si stat statutum, quod causæ committantur consilio Sapientis, debet intelligi statutum, nisi causæ sint liquidæ, vnde causa existente liquida iudex non poterit committere consilio Sapientis, & hoc tene menti.

Venio ad glo. & scias, quod iste tex. habet duos intellectus.

Primus est, quod intelligatur, quod isti contrahentes erant diuersæ linguę & illum intellectum sensit prima glo. dum dicit, quod casus est figurandus per capit. j. supra eod. Sed capitulum illud loquitur de Francigena, qui contraxit matrimonium cum Saxone, & sic erant diuersæ linguæ. istum eundem intellectum sensit glo. in verbo, intellexit. sed intellexit, quod

ADDITIONES.

a ¶ An iudex excusetur qui fert sententiam contra communem opinio. Et adde quod no. dominus meus in cap. j. de constit.

b ¶ Communis opinio. Et adde quod communis opin. dicitur illa, quæ per vnum Doct. & glo. approbatum tenetur, ita dixit not. & singulariter Iac. But. in Rubrica. C. qui pro sua iurisd. quod no. Alexan. Neuus in cap. 1. vltim. colum. in fi. de constit. dicit, quod potest iudex sindicari, si iudicat contra communem opinionem.

quod habuerit Interpretem, qui Interpretabatur verba vtri-
usque linguæ, potest etiam procedere iste intellectus posito,
q interpres non interuenerit, secundum Innoc. Host & Do-
cto videlicet, si apparebat, quod indirecte se intelligebant
puta si præcessit tractatus de contrahendo matrimonio, &
si vterque consentiebat in id, quod agebatur: nam si vterq;
dicit verba in suo vulgari, quæ sonent in præsentem, sufficit.
& dicit Hostien. de hoc esse recurrendum ad intellectum il-
lorum, ex his quæ agebantur, & ex qualitate contrahentiū,
& iudicabitur matrimonium, si illi qui præsentes fuerunt, se
communiter intelligebant, quod contrahentes sic volebāt:
puta quia hæc agebantur, & fiebant coram sacerdote, & ibi
sobarrationem fecerunt, vt infra consultationi & dicit Host.
hoc tenendum, licet alij dicant esse inspiciendam Intelle-
ctuam, iuxta idioma terræ, vel esse inspicienda verba Sacer
dotis, vel iuxta illud, quod vicini communiter intelligunt.
sed non est verum, quod inspici debeat communis intelli-
gentia, secundum quod vicini communiter intelligunt, im
mo inspici debet secundum linguam vtrorumque contra-
hentium. Et ideo si ex præcedentibus cōprehenditur, quod
nolunt contrahere matrimonium, intelligitur contractum,
si vterq; in sua lingua profert verba apta ad matrimonium;
9 nam per signa declaratur † consensus ad contrahendum ma
trimonium, vt infra eod. cum apud. & de translat. prælat. in-
ter corporalia. versic. sicut. & 43. dist. in sit rector vnde si spon
sus dat annulum, dicendo verba in Theutonico, & sponsa
non Theutonica recipit verba, annuendo, dicitur consen-
tire pro hoc. ff. de verbor. obligat. l. j in si plus dicit But. quod
etiam si verba sufficerent, ille actus sufficit ad matrimoniū,
vt infra eod. tuæ.

Secundus intellectus est, quod intelligatur, quod contra-
hentes erant eiusdem linguæ. & istum intellectum posuit
gl. supradicta in verbo, intellexit in fi. quę fuit additio. & sic
illa glo. sensit vtrunque intellectum, nam sensit primum, dū
dicit, quod sic intellexerunt per interpretem. Item in fi eius-
dem glos. sensit secundum intellectum dum gl. dicit, quod
erant eiusdem vulgaris. & iste intellectus potest tribus mo-
dis exemplificari.

Primo, secundum Innoc. & Hostien. vt tex. intelligatur de
his qui intendebant sponsalia contrahere, sed non intellige
bant vires, vel effectus sponsalium, vel quia pro eodem repu
tabant sponsalia, & matrimonium, vel quia per sponsalia
non credebant se ligatos, quin possent cum alijs contrahe-
re, vel alia huiusmodi. & dicit Innocē. in alia glo super ver-
bo intelligentiam. quæ est glo. sua pen. quod recurrendum
est ad communem intelligentiam verborum non solum
quam importat ex verbi proprietate, sed etiam a iure sibi at-
10 tributam, quia nemini licet ius † ignorare, quod est singu-
lariter notandum, secundum domi. Cardin, qui dicit, quod
hoc facit ad multa. & dicit Innoc. quod hoc maxime proce-
dit in sponsalibus, quia non licet contrahentibus ignorare,
quod est singulariter notandum. & dicit dom. Cardin. quod
potest esse ratio, quia omnes fere homines in hoc versantur
& sic esset ignorantia crassa, & supina, de postulatio. prælat.
capit. primo.

Secundo modo exemplificatur, quod alter protulit ver-
ba sophistica, donec terra supponatur oculis meis, tenebo
te pro vxore, & sibimet posuit terram, cum alter intellige-
ret per mortem. de hoc vide glos. 1. 22. quæst. 2. nec artificio-
so. & in Specul. de aduocato §. iam nunc. in princ. & in § seq.
versic. item cautus.

Tertio modo exemplificant Petr. & Abb. quod vir inter-
rogatus respōdet, quod sibi placet talem habere in vxorem,
& mulier respondet eodem modo, quod placet sibi habere
talem in virum. alij alio modo exemplificant, sed ista suffi-
ciant. Vt autem prædicta intelligantur, plenius facias post
But. quinque casus.

Primus, quando allegatur defectus intellectus verborum
quæ in se sunt clara propter defectum intellectua organi su-
scipientis.

Secundus casus est, quando allegatur defectus intellectus
causatus defectu medij referentis circa verba.

Tertius casus, quando causatur defectus intellectus prop-
ter diuersitatem idiomatis.

Quartus casus, quando allegatur defectus propter dupli-
citatem verborum.

Quintus casus, quando causatur defectua verborum, non
in sono rudi, & vulgari verborum, sed ad pondera verborum
quo ad iuris intellectum.

Circa primum, scilicet quando causatur defectua respe-
ctu suscipientis verba, vt quia alter dixit, quod non intelle-
xit verba, & tamen sunt eiusdem vulgaris. & hoc casu dic,
11 quod præsumuntur intellexisse, ea quo † verba sunt clara, &
in hoc recurritur ad communem intellectum, quia talia uer
ba sic communiter homines intellexissent.

In secundo casu, quando causatur defectua propter defe-
ctum medij referentis, vt quia sunt diuersæ linguæ, & verba
fuerunt prolata per interpretem, & hoc casu si verba sunt
in se clara, sed pars dicit, quod non intellexerit interpretem,
qui retulit verba, qui tamen protulit lingua illius qui dicit se
non intellexisse, & hoc casu præsumitur, quod intellexerit,
prout verba communiter sonant, quia quilibet iudicaret
eum intellexisse.

12 Nūquid autem credatur dicto, † solius interpretis de pro-
latione verborum, an vero requiratur, quod sint duo inter-
pretes ad faciendum plenam fidem. dic vt per Bart in l. j § ca
dem. ff. de verbor. obligat. & plene per Abb. Sicu. in cap. pro-
posuisti. de probat.

In tertio vero casu, scilicet quando causatur defectus in-
tellectus propter diuersitatem idiomatis, vt quia vnus est
Theutonicus, alius Italicus & quilibet in suo vulgari protu-
lit verba apta ad matrimonium nullo intestante, & tunc si
ex circunstantiis aliis apparet, iudicabitur matrimonium, te
eus si non sint parati ad matrimonium, vel circunstantiæ
non appareant quia tamen defectus idiomatis impedit ma-
trimonium, & hoc declara, vt supra dixi.

In quarto casu, quando causatur defectus cōsensus pp du-
13 plicitatem verborum, † exemplum dicit vnus, te non dimit-
tam, donec terra supponatur oculis meis. hæc verba possunt
intelligi de appositione in casu mortis, & hic est communis
intellectus verborum. Item possunt intelligi de accidentali
positione, vnde intelliguntur fm communem intellectum
verborum, & sic iudicabitur matrimonium. dicit tamē Hos.
q quāquam in foro contentioso hæc verba dubia interpre-
tentur ꝯ proferentem, iudicetur matrimonium: in foro tā
pœnitentiali non iudicabitur matrimonium, si vir non cō-
sensit, induci tamen debet vt consentiat, vt j. eo. tua. de quo
ibi videbitis & j. eo. is qui. Item aliud exemplum ponit Pet.
& Abb. videlicet qñ mulier dicit, mihi placet te habere in ui
rum, hæc uerba possunt intelligi dupliciter de præsenti, & de
futuro, quia hæc uerba remanent in solis terminis compla-
centiæ, sicut etiam est aliud † dicere, placet uendere, & aliud
14 est dicere, uendo, de quo in l. in uendendis. C. de ꝯhen. empt.
a Host. uero in c. ex parte. j. eo dicit, q per uerbū, [a]uolo, uel pla
15 cet ꝯhatur † matrimonium de præsenti, quia uox sonat in
consensu de præsenti, & significatio uocis debet attendi. ff. in
dic. sol. l. iudicatum. & q uox hoc sonat, allegat l. Labeo ff. de
sup. leg & de success ab intest. c. fi. & dicit, q hoc patet inter-
rogationibus, & responsionibus, quæ fiunt in consecratione
epi, de quibus in libro Pontificali, qui potest allegari. de scru.
non ord consuluit & per glo. in clem. Romani. de iureiuran.
ueri nos itaq;. in uerbo, Pōtificali. nam sæpe consecrator in-
terrogat, &c. Et consecrandus respondet, uolo, & non plus.
& q hoc uerbum intelligitur obligare ad ea, ad quæ respon
det, & spirituale matrimonium ꝯhi intelligitur. Ioā. And. di-
cit ponderando uerba: nam si dicit, placet mihi te desponsa-
re, uel cōtrahere procedit, dictum Pe. & Abb. vt intelligatur
matrimonium de futuro. Sed si dicit, placet mihi te habere
in uxorem, importat matrimonium de præsenti. ut j. eod ex
parte. & q no. j. c. pen. & tunc procedit opi. Host. Sed Gasp.
Calder. limitat opin. Ioan. And. tribus modis.

16 Primo, quādo apparet de intentione contrahentium, † se
cundum illam est iudicandum qualiacunq; sunt uerba, dum
tamen de mente constet, probatur in l. non aliter. ff. de leg. 3.
& in l. semper in stipulationib in prin. ff. de reg. iur.

Secundo modo limitat, quando non constat de mente,
sed apparet de consuetudine loci: nam tunc verba debent in
telligi secundum consuetudinem loci, vt d. l. semper in stipu-
lationibus. & in l. Labeo. ff de sup. lega.

Tertio modo limitat, quando verba alterius contrahen-
tium fuerunt apta ad sponsalia, & ad matrimonium; nam
tunc etiam [aliter] intelliguntur verba alterius responden-
tis, ex quo fuit facta responsio de præsenti, vel per verbum,
volo: talia namque sunt subiecta, qualia prædicata demon-
strant. de fide instrumē. inter dilectos sed si vterque protulit
verba in infinitiuo, tunc dicit, quod procedit opinio Ioan.
Andr. & hoc placet domi. Cardin. in fine primæ oppositio.
dicit tamen, quod si præcessisset tractatus ad contrahēdum
matrimonium, quod hoc sufficeret ad inducendum matri-
monium de præsenti, quia nulla verba sunt de substantia
matrimonij, vt dicetur infra eod. tuæ.

ADDITIO.

a ¶ An per verbum, volo, & per verbum, placet, contrahatur matrimoniū,
& infra in sequen. colum. vide Bald. consil. 417. j. vol. post princ. de verbo,
volo eligere.

Vtrum autem istæ limitationes sint veræ, infra dicetur. But.vero præmittit duo.

[a]Primo, quod verbum, volo, vel placet, semper de sui natura importat voluntatem de præsenti, sed voluntatem quandoque desponsatam, & impetratam in futurum extendit. Quandoque autem ponit voluntatem in esse, & actus complcu, nam secundum naturam adiuncti.

17 Secundo præmittit, quod verba † infinitiui tēporis sunt apta significare omne tempus secundum naturam præcedentium, & sequentium verborum, & tenet But.nihil allegat.vi de glo.in l.quinta. §.stipulatio. ff.de verbor. obligat. quæ ad litteram hoc dicit, & ponit exemplum, voluit legere, volo legere, & volam legere: hoc præmisso But.considerat.

Primo, quod verbum, volo, vel placet, quandoque adiungitur verbo infinitiui temporis notans actum a pura voluntate non dependentem, sed executionem de futuro expectantem, vt volo conscendere arborem, vel volo te ducere in vxorem, teque violare.

Secundo, quando verbo volo, vel placet, adiungitur infinitiuum tempus notans actum a sola voluntate dependere, respiciens tantum principia actus, vt volo te desponsare, & volo contrahere.

Tertio, quando verbo, volo & placet, adiungitur infinitiuum tempus aptum respicere ipsum actum respectu principij, & etiam respectu finis, prout est in perfecto esse, vt puta volo te habere in vxorem.

Quarto, quando verbo, volo, vel placet, iungitur infinitiuum tempus notans consecutum post actum a libera voluntate pendentem, vt si dico, vis me tenere, & vt vxorem legitimam tractare.

18 Circa primum † dicit But.quod non concludit desponsationem exercitij actus de præsenti, sed solam dispositionem ad actum in futurum exercendum: nam non sequitur, volo ascendere arborem, ergo ascendo, vt dicit glo. in dicta l.in venditionibus. C.de contrahen.empt. & sic But. vult, quod ista verba, volo te ducere in vxorem, non inducant matrimonium de præsenti, sed solum de futuro, & hoc sequitur
a Abb.Sicu. sed mihi non placet. [a] vnde considera, quod istud verbū, ducere in vxorem, de propria significatione vocabuli, denotat traductionem quæ fit ad domum mariti post cōtractum matrimonium ad finem, vt consumetur, & sic vt denotet executionem actus: videtur, quod talia verba importent matrimonium de præsenti, vt infra eod.ex parte. Item si intelligeremus, quod dicatur vxor duci, quando contrahitur matrimonium de præsenti, tunc non esset verum, quia negat factum, immo pendet a sola voluntate contrahentiū, mihi tamen plus placet, scilicet quod sit verbum, denotans executionem actus.

Quo ad secundum dicit But.quod contrahuntur sponsalia de futuro & idem sequitur Abb.Sic. & sic sequitur opin. Ioan.Andr. quod puto procedere, vt dixit Gasp.Calder. nisi consuetudo loci haberet, quod talia verba inducerent matrimonium de præsenti, vel nisi præcederet tractatus talis, qui solet seruari in matrimoniis contrahendis, vt dicit do.Cardin.licet But.aliter sentiat, sed puto dom.Cardin. verius dicere, & sic no.quod quando pręcedit tractatus ad contrahendum matrimonium de præsenti, seu seruatur solēnitas, quæ solet seruari in matrimoniis contrahendis, tunc verba quæ de natura sua importat sponsalia de futuro, important matrimonium de præsenti, quod intelligo, quando illa verba possunt aliquo modo adaptari ad matrimonium de præsenti: nam potest intelligi, volo contrahere, s.nunc matrimonium de præsenti: secus putarem, quando nullo modo verba possent adaptari solum ratione recti sermonis, vt infra eod.si inter.

Tertio modo limitat Gasp.Cald. nisi præcederet interrogatio per verba de præsenti: puta si diceretur, Accipis me in vxorem; nam si alter respondet; volo contrahere, tunc intelligeretur per verba de præsenti, & si esset matrimonium de præsenti, & hoc sequitur dom.Card in si primæ oppo.

Quo ad tertium dicit Butr. quod aut talia verba dicuntur in apparatu matrimonij, vel ad interrogationē alterius partis, & tunc inducunt sponsalia de futuro, & intelligit Butr. quando vterque profert verba infinitiui modi: puta vnus dicit, vis me habere in vxorem, alter respondet; volo te habere in vxorem; secus putarem, si alter qui faceret interrogationem loqueretur per verba de futuro, vt quia diceret, Accipies me in vxorem, & alter responderet, volo te habere in vxorem, quia tunc intelligeretur secundum interrogationē alterius partis, vt Instit.de inut.stipu.§ præterea.& istud est de mente Gasp.Calder.& dom.Cardin.

Quo ad quartum dic, quod fortius inducit matrimonium de pręsenti, vt ↄ.eo.Et de ista materia, quid importet verbum, volo, vel placet, iunctum cum infinitiuo tempore dic vt per Bart.in l.electur.ff.de leg j.& in l.cunctos populos. circa prin
b cip.C.de summa Trin.[b] & in l.gerit ff.de acquir hæred & per Cyn.& per alios in l in vendentis. C.de contrah.empt & per dom.Cardin. hic.in prima oppo.

In secundo casu principali, quando causatur defectus nō in suo vulgari verborum, immo verba sunt certa, sed prætenditur defectus solum intellectus, prout sonāt in iure, vt quia dicunt contrahentes, quod non discernunt differentiam in uerbis inter contractum matrimonij a contractu sponsaliorum, vel si in iuribus cognoscunt differentiam inter consensum de præsenti, & de futuro non putant se ligatos. quominus possint cum aliis contrahere. & ad hoc procedit Decre. ista, vt recurratur ad communem intellectum verbi, prout de iure communi intelligitur. Et dicit Butr.quod si dubium est iuris recurritur ad intelligentiam iuris, si autem in sono verborum, vel altero, de quibus supradictum est. recurritur ad communem intelligentiam informatam ex his quæ agebantur; puta quia coram Sacerdote grataner subarationem fecerunt, vnde iudicabitur contra tales, vt infra eod. consultationi. & istud fuit dictum Hostien. Et ex hoc colligit Butr.quod vbi agitur de intellectu verborum secundum sensum vulgarem, & communem, iudex debet recipere informationem ab astantibus, argu in illo de intellectu communi, & vulgi non induceatur solo suo sensu, & intellectu, sed solo sensu vulgi, ut in l.Labeo ff de supel lega.secus de in-
19 tellectu verbi, † prout sonat in iure, quia hic intellectus est in pectore iudicantis, vt not.Innocen.in cap cum oporteat. de accus.& de testi.cum causam.& no.in l.continuus § cum ita.ff de verb.oblig.

In glo.tertia, ista glo.intelligit tex.quod loquatur in matrimonio de præsenti, sed potest intelligi tam de spōsalibus, quam de matrimonio, vt patet ibi, inter aliquos sponsalia contrahuntur, & Docto.etiam videntur intelligere uniformiter tam de sponsalibus, quam de matrimonio.

In glo. quarta pro eius intelligentia opponitur cōtra tex.
20 quod quando alter non intellexit, † quod alter proposuit, non sit recurrendum ad communem intentum, immo sit iudicandum, quod ibi non sit matrimonium; nam obi deest consensus, ibi non est matrimonium, ut in capitu.tuæ. infra eod.& 30.quæst.2.ubi. Sed certum est, quod ibi non est consensus, ubi alter non intelligit alterum. huius uxorę contrarij glo exponit, Intellexit, idest dixit se non intellexisse, quasi dicat, quod si constaret, quod non intellexisset, ibi non esset matrimonium.

Et no bene ex glo.quod quemadmodum certi contractus possunt contrahi per interpretem, ut in l.i in fi. ff de uerbor.
21 oblig.ita & contractus † matrimonij, hoc tamen declaraui supra, certi contractus qui dicunt in glo & ideo dic ut ibi dixi.

In glo.in uerbo, proposuit.in fi ibi, arg cōtra de verb signi. cum quidam illa l.facit in cōtrarium, quia ibi disiunctiua accipitur pro copula.& sic fit interpretatio contra communē intellectum. Sed dic, quod illa expositio sit ex coniectura ra mente testatoris, ut cesset absonus intellectus. Ad cap.in calice.dic, quod facit in contrarium, dum dicit, quod unde culpa, unde gratia, & in aliquibus aliis uerbis, quæ nō intelliguntur secundum communem intelligentiam. Sed dic, quod ibi constabat de mente. Dicit enim ille tex.quod culpa præcessit per fœminam, gratia per Christum, & uide per glo. in uerbo, quia culpa, quasi dicat, non declarabo istam glos.ulterius, quia dicam in glo seq.

In glo.fin.iungendo illud, quod dicit glo.præcedens, uideamus
22 mus qualiter † uerba dubia interpretentur in contractibus. Et quid in iudiciis succinctè examinabo remittēdo de aliis, quia ista non est propria materia sponsalium. Ad primum considera quatuor casus.

Primus est, quando apparet quid contrahentes senserunt, & tunc seruandum est illud, quod senserunt, & ualet actus, si
23 † certum est, quod consenserunt, & non ualet, si certum est, quod dissenserunt, ut in l in uenditionibus.ff.de contrah.emptio.& hoc dicit glo ista.

Secundus, quando dubitatur, & constat de cōsensu unius, sed de alterius consensu non constat propter uerba dubia, &
24 proferens est in dolo, & tunc † uerba dubia sunt intelligenda secundum illum, qui non est in dolo, ut dicit glo.pen & probatur in iuribus alleg.in ea. Sed intellige in foro iudiciali, secus in pœnitentiali, ut dicam in sequenti casu.

Ex

ADDITIONES.

a ¶ Ipse dominus Alexander se emendat de hoc in capit.ex parte. in vj.colum.in princip.in quarto casu, & tenet opin.But.& dom.Abb.hic.
b ¶ Et ibi tas.in 3.col.vbi pulchre loquitur.

Ex hoc infertur, qood si quis contra ius compelleret me
ad iurandum, vel promittendum, quod tunc secundum in-
tentionem proferentis promissionem, vel iuramentum est
accipiēdus intellectus, quia ille qui adhibuit dolum, ita me
retur, vt 22. quæst. 5. quacunque arte. & probatur 22. quæst. 2.
ne quis. & in cap. quæritur. Et in materia iuramenti qualiter
25 facienda sit † interpretatio, vide bo. glo. in cap quæritur. 22.
quæst. 5. Sed illud, quod dicitur de contractibus, habet etiam
locum in iuramento extraiudiciali, quia iuramentum est
quidam contractus. De iuramento vero iudiciali dic, vt di-
cam infra de interpretatione facienda in iudiciis.

Tertius casus est, quando vterque est in dolo, vel neuter
est in dolo, & actus est talis, quod potest valere secundum in
tellectum vnius partis, & non secundum intellectum alte-
rius partis, & tunc debet accipi intellectus, secundum quem
actus valet. de fi instrum. inter dilectos. de verbor. signif. Ab-
bate. ff. de reg. iur. l. quotiens. Et hoc procedit etiam in actu
matrimonij in foro iudiciali, secus in foro pœnitentiali, vt
infra eod. tua nos. & hoc fuit dictum Hostien. vt supra retu-
li. & vide ad hoc notabile dictum Innocen. in capit. veniens.
26 de iureiuran. vbi inter cætera dicit, quod † iuramentum re-
cipit interpretationem in foro pœnitentiali, secundum in-
tentionem iurantis, licet in foro iudiciali debeat interpre-
tari secundum ius.

Quartus casus est, quando vterque, vel neuter est in dolo,
sed actus potest valere sẽm vtrunq; intellectum, sed taliter, &
taliter: & tunc recurrendum est ad verisimilitudinem, & si
vnum est verisimilius altero ex circumstantiis illud est acci-
piendum ff. de verbor. obligat. l. eum qui Kalendis. & in regu
la, inspicimus. in 6. & 28. distinct. de Siracusanę. Sed si non
apparet illud, quod non est magis verisimile, debet fieri in-
terpretatio contra proferentem, quod prosequere, vt per Bar
to. in l. veteribus. ff. de pactis. & vide in regula, contra eum. de
reg. iur. in 6.

27 Circa secundum, quando † verba ambigua cadunt in iu-
diciis, dic quandoque oritur dubitatio circa aliud, quando-
que circa verba, quando in secundo oritur dubitatio circa
verba personarum, in quibus fundatur iudicium: puta circa
verba actoris, & rei. Quandoque etiam quinto oritur du-
bitatio circa verba non principaliter fundantia iudicium, vt
sunt verba testium, vel instrumenti.

In primo casu recurre ad glo. in c. cum ad sedem. in glo. 2.
de restit. spoliat. & in regula, cum sint. in 6.

In secundo vero casu, quando oritur ambiguitas ex ver-
bis personarum, in quibus iudicium fundatur, & in hoc con
sidera duos casus.

Primus est, quando oritur dubitatio circa præparatoria:
puta circa libellum, vel positiones. & hoc casu siue sit actor,
siue sit reus, verba interpretantur pro proferente. & hoc te
net Dyn. in regula, cum sint de reg. iur. in 6. & Bart. in l. inter
stipulantem. §. 1. ff de verbor. obligat. & sic proprie loquitur
tex. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & ibi etiam per
Bart. & ibi sequitur Abb. Sicul. licet But. videtur dicere, quod
fauendum est actori etiam in decisoriis, dum tamen illa du-
bitatio resideat in solo libello, & pompa orationis, & pro-
bationes sint claræ.

28 Sed tu dic, quod non est facienda † differentia inter acto
rem, & reum, vt probatur in dicta l. si quis intentione ambi
gua, & non possum credere, quod Butr. ita dixerit. Sed arbi-
tror, quod eius lectura sit corrupta. Item dic, quod quando
oritur dubitatio circa præparatoria: puta circa libellum, po
test aduersarius petere, vt declaret intentionem suam, quan
do reus non potest reddi certus, an cedat, vel contendat, vt
dicit Bart. in d. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. & facit
de libel. oblat. cap. 2. in fi.

Secundus casus est, quando oritur dubitatio ex verbis pro
latis circa decisoria, puta circa confessiones. & dic, quod
29 † confitens est cogendus ad confitendum certum, vt in l.
certum. ff. de confessis. & si persistat in contumacia, & no-
luerit certum confiteri, fit interpretatio contra ipsum confi
tentem, seu qui non vult respondere, & accipitur illud,
quod est magis damnosum, & quod magis prodest aduersa-
rio, vt dicit hæc glos. & in dicta regula, cum sint. Sed vide
glo. meliorem in cap. 1. in glo penult. de confess. in 6.

30 Vtrum autem † captis pignoribus possit compelli ad con
fitendum. dic vt d. l. certum. Et dicit But. quod si non est peti
tum ante conclusionem in causa, quod declaret confessio-
nem, poterit hoc peti post conclusionem in causa, vt l. vbi-
cunque. ff. de interrog. actio. & in cap. cum Ioannes Eremita.
de fi. instrum.

Nunquid autem hoc possit fieri ad instantiam partis, an
vero pendeat a solo officio iudicis. dic vt in d. cap. cum Ioan-
nes Eremita.

Quo ad tertium, scilicet quando dubitatio oritur ex pro-
batione. But. considerat duos casus.

Primus, quando oritur dubitatio ex probatione alterius
partis tantum, & tunc facienda est interpretatio contra pro-
ducentem, qui grauetur onere probandi, siue sit actor, siue
sit reus, vt in cap. in præsentia. de probatio. vbi tex. & glo. &
in cap. 1 de elect. in 6.

31 Et dic, quod potest iudex † repetere testes absone depo-
nentes, vt declaret dictum suum. de testibus. cum clamor. &
cap. per tuas. & aliquid per glo. 4. dist. cap. in præsentia.

Sed aduerte, istud procedit, quando omnes testes obscure
respondent, & si essent contrarij, deberent reduci ad concor
diam, vel staretur dignioribus, quod declara vt per glos. &
Doct. in cap. imputari. de fide instrum. vnde licet Butr. faciat
differentiam, an sint testes producti ab vna parte, vel diuer-
sis partibus, non est facienda ista differentia, sed posset pro
cedere in scripturis, vt dicto cap. imputari. de fide instrum. &
d. l. scripturę. & tamen etiam scripturæ debent reduci ad con
cordiam, vt no. in dictis iuribus.

Secundus casus est, quando oritur dubitatio ex probatio-
nibus vtriusque partis simul iunctis, & tunc neutri est creden
dum, sed sententia fertur contra eum, qui grauatur onere
probandi, vel contra quem præsumitur, vt in clement. litte-
ras. de rescriptis. vbi omnino vide glo. penult. & per Barto. in
l. non solum §. sed vt probata. ff. de noui operis nunciat. si ta
men testes, vel instrumenta possunt ad concordiam reduci,
reducuntur ad concordiam non solum, vt euitetur contra-
rietas, sed etiam ad probandum, quod non est verum, de
quo omnino vide But. in cap. cum tu supra de testibus.

32 Et qualiter † testes qui videntur singulares, coniungan-
tur ad plenam probationem, dic vt plene per Butr. in octaua
quæstio. de accusatio & per Innocent. & per alios Doctor. in
capitulo, qualiter & quando, eodem titulo. & per glos. & per
Archidiac. tertia quæstio. octaua, nihilominus dic tamen,
quod in tali concordia facienda neutrius fauor attendatur,
sed sola verisimilitudo, vt dicto capitulo, cum tu. & de fide
instrum. cum Ioannes.

33 Item possemus tractare qualiter faciẽda sit ista † interpre-
tatio in vltimis voluntatibus, de quo dic vt per glo. & Dy. &
Ioan. Andr. in mercur. in regula, contra eum. in 6. & in l. lega-
to generaliter. ff. de legat. 3. & in c. iudicante. de testam.

34 Item possemus tractare qualiter sit † facienda interpreta-
tio, quando cadit obscuritas in sententiis. de hoc dic vt per
Bart. in l. ab executore. ff. de appellat. & per Innoc. & Doct. in
capitulo, litteris. de officio delega. & de accusatio. qualiter &
quando. 1.

35 Item qualiter sit facienda interpretatio † in pœnalibus, re
curre ad regulam, in pœnis. & ad regulam, in alternatiuis,
de reg. iur. in 6.

36 Item qualiter sit facienda interpretatio in † rescriptis, vel
priuilegiis, vel beneficiis, habetur in regula, contra eum. & c.
cum venissent. de iudic. & in capitulo, ordinarij. §. si vero. de
offic. ordin. in 6. & per Innoc. in capit. cum dilectus. de dona
tio. & in cap. olim. de verbo. signific. vbi omnino vide elegan-
tia verba Abb. Sic. & in cap. causam. de rescrip. Et de interpre
37 tatione dispensationum † dic, vt in cap. 1. in fi. de fil. presbyt.
in 6. vide omnino no. per But. post Ioan. And. in c. postulasti.
de rescrip. & Abb. Sic. in c. at si clerici. de iudic.

38 De interpretatione legum, † & canonum recurre ad di-
ctam regulam, contra eum. & ad l. non possumus. ff. de leg.
Et circa obscuritatem, vel ambiguitatem præcedentem in
quacunque materia, vide istas regulas cum sua materia, scili
cet dictam regulam, contra eum. & regulam, cum sint. & re-
gulam, inspicimus. & regulam, in obscuris. & regulam, in al-
ternatiuis. & regulam, in pœnis, lib. 6. In istis regulis inuenies
interpretationes faciendas in quacunque materia.

SVMMARIVM.

1 *Sponsa consanguinei ab alio consanguineo duci non potest.*
2 *Sponsę appellatione tam quæ de præsenti sponsalia contraxit, quam quæ*
de futuro venit.
3 *Honestas publica est impedimento matrimonio.*
4 *Negatiua vniuersalis excludit omnem concessionem.*
5 *Honestas publica oritur tam ex sponsalibus, quam ex matrimonio.*
6 *Affinitas non contrahitur ex sponsalibus.*
7 *Impedimentum matrimonij ex affinitate, & ex honestate, durat etiam*
mortuo altero contrahentium.
8 *Dispensationis impetratio, an requirat & honestatis, & affinitatis expres*
sionem, vbi concurrunt.
9 *Affinitas sola quando impediat matrimonium.*
10 *Dictio, maxime, & præsertim, quid importet.*

CAP.

C A P. VIII.

1 SPonsam. Nullus consanguineorum † potest accipere alicrius sponsam in
vxorem impediente publicæ honestatis iustitia.
hoc dicit. Et non diuiditur, & licet dicat, nullus
consanguineorum, non intelligas vsque in infinitum sed ad
quartum gradum tantum, vt in c. non debet. de consang. &
affin nam impedimentum publicę honestatis sequitur limi
tes impedimenti surgentis ex affinitate, & tunc illud quod
operatur matrimonium in prohibitione contractus cum
consanguineis sponsi, vel sponsæ, illud idem operantur
sponsalia.

No. primo ibi, in verbo, sponsam. secundum intellectum
Doct. qui intelligunt, tam de sponsa de præsenti, quam de fu
2 turo, & hoc nomen † sponsa, accipitur pro illa, cum qua est
contractum matrimonium de præsenti, vel sponsalia de fu-
turo, de quo dixi in Rubrica.

Sed tamen iste tex. non potest verificari nisi in sponsa de
futuro, quia loquitur de illa, quæ erat proxima nubili ętati,
& sic nondum erat viripotens.

Nota secundo ibi, in verbo, nullus. iuncto verbo, aliquo
3 modo, quod impedimentum publicæ † honestatis impedit
matrimonium contrahi, & dirimit contractum, hoc probat
vniuersalis negatiua. & vide glo. not. in clem. vt hi qui in ver
4 bo, nullo modo, de ęta. & qualit. quæ dixit, quod † vniuersa-
lis negatiua excludit cuiuscunq; concessionem, vel dispensa
tionem, quam tene menti, & quod hoc impedimentum pu-
blicæ honestatis impedit, & dirimit matrimonium, quod
probatur supra eod. iuuenis.

5 Nota vltimo secundum intellectum Doct. quod † publica
honestas non solum oritur ex sponsalibus de futuro, sed etiã
ex matrimonio de præsenti.

Sed aduerte secũdum Abb. Sic. nam dicit, quod interdum
oritur solum impedimentum publicę honestatis. Interdum
vero publicæ honestatis, & affinitatis. Interdum autem so-
lum impedimentum affinitatis. Impedimẽtum publicæ ho
nestatis oritur ex sponsalibus de futuro, quia nulla affini-
6 tas contrahitur † ex sponsalibus, sed sola honestas impedit
matrimonium contrahi, & plene dixi supra eod. iuuenis. Im
pedimentum vero affinitatis, & publicæ honestatis oritur
ex matrimonio: nam est maior honestas in sponsalibus de
præsenti, quam in sponsalibus de futuro. Item est impedimẽ
tum affinitatis, quia omnes agnati, & cognati sunt affines
marito, & econtra, vt in c. super his de consan. & affi. & dicit
7 Abb. Sic. quod hæc † duo vincula durant etiam post mortem
alterius, vt 35. quæst. 5. fraternitatis. vt not. in c. 1. eod. tit. in 6.
dicit etiam Abb. Sicu. quod debet esse cautus impetrans di-
spensationem: nam quandoque oritur publica honestas si-
ne affinitate, & quandoque affinitas simul cum publica ho-
nestate, vt patet ex prædictis.

8 Vtrum † autem sufficiat tantum facere mentionem de af
finitate, quando cum ea concurrit publica honestas, & re-
mittit Abb. Sic. se ad no. in c. non debet de consang. & affin.
& ad ea quæ notantur per glo. in arbore affinitatis. Impedi-
9 mentum vero affinitatis † sine publica honestate oritur,
quando citra sponsalia, seu matrimonium quis cognoscit
mulierem: nam inter eos, & omnes consanguineos mulie-
ris æque oritur affinitas, vt in c. discretionem. de eo qui cog.
consan. vx. suæ. nec ex hoc casu oritur publica honestas.

10 In glo. no. ex ipsa, quod † dictio [a] maxime, proprie sumpta
a importat idem in casu contrario, idem dicam de dictione
b præsertim, [b] quæ idem importat, quod dictio, maxime, &
vide glo. in c. ad abolendam in verbo, maxime. de fil. presby.
& in c. auditis in eodem verbo, de elect. & no. in c. j. de excep.

In ea glo. in fi. no. ex glo. quod malitia potest supplere ęta-
tem quo ad sponsalia, sicut quo ad matrimonium. de quo
dic vt dixi supra eo. iuuenis.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Dictio, maxime. Adde quod hæc dictio interdum ponitur pro tantum, vt dicit glo. in c. cum olim. de testib.

b ¶ Dictio præsertim, exponitur pro maxime, interdum ponitur pro tantum. de quo vide glo. in cap. per venerabilem. in verbo, præsertim. qui fil. sint legit. de his dictionibus vide Ioan. Andr. in c. ad abolendam. de fi. presbyt. quæ ponit singularem doctrinam de hoc. & quæ notans in repertorio. in termino, maxime.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium est contractum, si vir & mulier promittunt ab eo tempore se pro coniugibus habituros.*
2 *Dictio, Ab, iuncta principio temporis, excludit extremum temporis, cui adiungitur.*
3 *Statuto dicente, vt a die litis contestata expelletur per tantum temporis dies contestata litis non connumeratur.*
4 *Dictio A, vel Ab, vel Ad, quid importent.*
5 *Paria sunt esse talem, & haberi pro tali.*
6 *Contrahentes quando se obligant ad consecutiuum contractus intelliguntur se obligare ad ipsum contractum.*
7 *Verba, promitto tenere pro vxore, quid importent.*
8 *Dictio, tanquam, an importet veritatem.*
9 *Statutum quod scholaris tractetur tanquam ciuis, quod creatus ciuis censeatur, intelligitur.*
10 *Maritus an possit auctoritate propria vxorem expellere, quando est manifesta causa fornicationis.*
11 *Maritus pendente lite adulterij, num teneatur vxori reddere debitum.*
12 *Maritus potest dimittere vxorem propter fornicationem spiritualem.*
13 *Maritus quando possit sibi vxorem adulteram reconciliare.*
14 *Ecclesia non tantum iudicat de substantialibus matrimonij, verum etiam de consecutiuis.*
15 *Testes in causa matrimoniali an debeant esse rogati, & an in dubio præsumantur rogati.*
16 *Solemnitas omissa de consensu, in contrahendo matrimonium, non vitiat.*
17 *Testes in causa diuortij an debeant esse rogati.*
18 *Iuramentum an aliquid addat ad sponsalia, vel matrimonium.*
19 *Sponsalia iurata an tollant præcedentia non iurata.*
20 *Matrimonium consumatum, & non consumatum, sunt eiusdem generis.*
21 *Promittens tam cum iuramento, quam sine, tenetur nihilominus obseruare.*
22 *Verba, iuro, quòd te habebo pro vxore legitima, inducunt matrimonium de præsenti.*
23 *Verba, promitto, quod tenebo te in vxorem, an inducant matrimonium.*
24 *Verba dispositiua, & executiua inducunt matrimonium de præsenti.*
25 *Verbum ducere non importat executionem matrimonij præcedentis.*
26 *Verba, promitto, quod te habebo in vxorem, qualiter interpretentur.*
27 *Verbum, tenebo, vel habebo in sponsalibus, quid operetur.*
28 *Verba, promitto, quod tibi prouidebo, & vxori, quid importent.*
29 *Verba, nunquam habebo aliam in vxorem nisi te, quid importent.*
30 *Dictio, nisi, quid significet.*
31 *Verba, promitto, quod habebo in vxorem, quando operentur sponsalia, & matrimonium.*
32 *Verba, bibamus nomine matrimonij, a viro prolata, an inducant matrimonium.*
33 *Verba, nolo, quod me cognoscas, nisi tanquam vxorem a concubina prolata, quid importent.*
34 *Delegatus an possit exercere suam iurisdictionem in personas in rescripto non expressas.*

C A P. IX.



EX parte. Si vir & mulier sibi promittunt,
quod ab eo tempore se pro con-
1 iugibus habebunt, inter eos est contractum † ma
trimonium, hoc dicit.

In prima narrat factum.

In secunda, diffiniendum committit. secunda ibi, cum
igitur.

2 Nota primo in verbo, ab eo tempore, quod † dictio, ab,
iuncta principio temporis excludit extremum tempus, cui
adiungitur. aliquando adiungitur tempori determinato, vt
puta a die tali vsque ad sex menses, teneatur actor expedire
causam, & tunc non computatur illa dies in termino. glos.
est notabilis in clement. sicut. in verbo, a die. de appellatio.
vt adiungatur tempori indeterminato, puta ab isto tem-
pore, & tunc in momento incipit tempus, & probatur hic,
vnde Ioann. Andr. in additio. Speculat. in titulo. de dilatio-
nibus. in §. primo. versiculo, sed pone, quod dicit, quod si
3 stat † statutum, quod a die litis contesta. infra sex menses
teneatur actor expedire causam, quod non connumeratur
dies litis contestatio. in termino sex mensium, si tempus,
vel terminus incipit currere post finitum diem litis conte-
statæ, quia tunc secundum Ioann. Andr. currit de momen-
to ad momentum, & sic computetur dies litis contestatæ.
4 quod tene menti, & de hac dictione † A, vel A b, & de di-
ctione Ad, & de dictione vsque, dic, ut in l. a calligato. C. de
nupt. & per Bart. in l. meminisse. ff. de offic. procon. & lega. &
in l. patro. §. 1. ff. de legat. 3.

Nota secundo in verbo, pro coniuge. quod hoc verbum,
volo, quod habearis pro coniuge, est, quantum si diceretur,
volo, quod sis coniunx, quod patet, quia talia verba indu-
cunt matrimonium de præsenti, & sic paria sunt in con-
5 tractibus pendentibus a nuda voluntate dicere, sis † talis,
Alex de Neuo in quartum Decret.

vel habeas pro tali, quod est notandum, secundum Butr.
quod quandoque statuta disponunt, quod quis habeatur
a pro ciue, [a] nam si statuentes habeant potestatem creandi
ciues, talia verba important ciuilitatem, & sic tales intelli-
guntur creati ciues, & hoc tenet Bar. in l. si is qui pro empto-
b re ff. de vsucap. & in l. si maritus ff. de adult. [b]
6 Nota tertio, quod quando contrahentes † se obligant ad
consentiendum contractum intelliguntur se obligare ad ip-
sum contractum tanquam cõsecutiuum dispositionem præ-
supponat præcedere in actibus a nuda voluntate relatis: nã
qui vult consequens vult & antecedens, vt in l. aliud ff. de
acquit. hæred & in cap præterea de offic deleg & ista est ra-
7 tio, quia ista verba, † promitto tenere pro vxore, important
matrimonium de præsenti, quia hoc non potest esse absque
præcedenti matrimonio, non enim potest tractari vt vxor
illa, quæ non est vxor, ad hoc allegat But cap. 1. de iudic. vbi
per hæc verba, nullus communicet tali, dicitur enim donec
satisfactione præmissa fuerit absolutus. De verbo autem ex-
communicationi subiaceat, an sit canon latæ sententiæ, vi-
de glo in cap. 1. de iureiuran. in 6. & plene dixi in cap. clericis.
ne cler. vel mona.
Quarto nota ibi, tanquam proprio viro seruituram, quod
8 dictio † tanquam, importat veritatem, non autem similitu-
dinem, seu proprietatem, & hoc est, quando aliqua verba
præcedunt, ex quibus hoc comprehenditur, & sic dictio
tanquam, intelligitur secundum subiectam materiam.
9 Ex hoc dicit Abb. Sic. quod si† statutum dicit, quod scho
lares debeant tractari tanquam ciues. quod pro hoc intelli-
guntur creati ciues, ex quo actus dependet a mera volunta-
te disponentium, sed ego puto, quod hoc non sit verũ: aliud
enim est quem esse ciuem, & aliud est tractari tanquam ci-
uem, & maxime, quia dictio tanquam, de sui natura denotat
similitudinem, & non veritatem, vt notat glo. in cap. solitæ.
de maior. & obed in verbo, tanquam. & est bo. tex. in c. cum
in ecclesia de præben. in 6. licet aliquando significet verita-
tem, vt hic, & in cap cum pro causa. iuncta glo. in verbo, tan
quam. de sent excom
Nota quinto ibi, sine manifesta causa fornicationis. quod
10 maritus † potest mulierem expellere auctoritate propria,
quando est manifesta causa fornicationis, & sic videtur hic
casus, secundum Bu quod vbi est notorius defectus tituli ex
parte possidentis, & constat de iure agẽns, quod potest agẽs
propria auctoritate expellere possessorem de possessione, de
quo But. se remittit ad d. cap. in literis & ad capit. item cum
quis. de restit. spoliat. & ibi per Inno. & in cap inter dilectos.
de excess. prælat. & in cap ex parte. de verbor. signific. & vide
Doct. in dicto cap ad decimas. vbi est bo. tex. de restit. spolia.
in 6. Sed quo ad propositum glo. 32. quæst. 1. cap 1. dixit, quod
quãdo est manifesta causa fornicationis, maritus potest de-
bitum denegare, sed non debet eam de domo expellere. sed
contrarium tenet glo. in cap si de adult. quam vide. & illam
glo. sequuntur Doct. ibi, & etiam Innoc. in cap. inquisitioni.
de senten excomm. & hoc tenet Abb Sic. per cap dixit domi
nus. 31. quæst. 1. & per cap. Agatosa. 27. quæst. 1. & hoc videtur
etiam tenuisse glo. 30 quæst 1. nosce. nam ibi videtur tenere,
quod possit de domo expelli propria auctoritate viri, & illa
glo ponit aliquos casus, in quibus maritus, vel vxor priua-
tur iure petendi debitum.
Nunquid autem pendente accusatione adulterij, quando
11 adulterium non est † manifestum, teneatur maritus reddere
debitum vxori petenti. dic vt 33. distin. sancimus. vbi etiam
glo tangit.
12 Item potest † maritus dimittere vxorem propter fornica-
tionem spiritualẽ. 28. q. 1 idolatria dicit tamen ibi glo. quod
non potest dimittere, si vult pœnitere, secus est in fornicatio
ne carnali quia potest maritus etiam post pœnitentiam vxo
rem expellere, quia post pœnitentiam quis potest accusari,
& puniri, vt dicit glo. 33. q. 2. admonere. & vide glo. in cap. de
his. de accus. quæ idem dicit.
13 Item quotiens potest† maritus vxorem adulteram sibi re-
conciliare, dic vt per glo. in c. si vir. de adult.
14 Nota vltimo, quod ad iudicium † ecclesiæ non solum spe-
ctat disponere super substantiali matrimonij, sed etiam su-
per consecutiuis, & ideo potest haberi secundum But. recur
sus ad ecclesiã, quando maritus non tractat vxorem in vxo
rem. & idem sequitur Abb. Sic. allegat c. illud. de præsumpt.
probatur etiam hic, & facit inc seq. in si vbi dicam.
Sed antequam veniam ad glo duo sunt videnda.
Primo, an in causa matrimoniali testes debeãt esse rogati.
Secundo, an iuramentum addat aliquid ad sponsalia.
15 Circa primum, scilicet an † testes debeant esse rogati. Spec.
in tit de teste § 1 in peti col versic item quod non fuit. tenet
quod sic. & in versic seq tractat, an in dubio præsumantur ro
gati de quo per Bart. in l. sciendum ff de verbor. obligat. Et
istam opin. scilicet quod testes debeant esse rogati, tenet do-
mi. Cardin. hic in suo primo notabili. ita & esse communem
opin. sed Laurẽ. tenet quod non sit necessarium, quod testes
sint rogati quia hoc non requiritur nisi in casibus in iure ex-
pressis, ut 4. q. 3. ad fidem. & 3. q. 8. debitum alias §. de aliis. &
istud sequitur Bu. hic. & idem videtur tenere glo. 30 quæst. 1.
in uerbo, nostrates. in uerbo, inuenis. nam ibi glo. colligit ar-
gumentum, quod in causa matrimoniali testes debent esse
rogati, & in fi subiicit, quod non credo, & sic non est necessa-
rium, quod sint rogati. Sed pro concordia opin. potes dice-
re, quod in causa matrimoniali testes debent esse rogati, &
hoc probatur in dicto cap. nostrates & hoc modo procedit
opi. do. Cardi quam dicit esse communem, si tamen hac so-
lemnitate prætermissa matrimonium contrahitur, tenet ma
trimonium, quia ad substantiam matrimonij solus consen-
sus requiritur, vt infra eo. tuæ. & si constat de consensu omis
16 sio† solennitatum non viciat matrimonium, quia solennita-
tes magis sunt de consilio, quã de præcepto, vt dicit Archid.
& Io. de Fan. in d. c. nostrates. & dixi supra eod c. 1. & hoc
modo procedit opin But & glo. in c. nostrates.
17 Quid autem in diuortio, an in eo requiratur, quod † testes
sint rogati. dic vt in auth. rogati. C de testam & dom. Card.
hic in suo primo notabili dicit esse communem opin. quod
testes debeant esse rogati per l. nullam ff de diuor. sed Cy. in
c d. auth. rogati. tenet contrarium. dic vt ibi per Doct. [c]
Circa secundum, an iuramentum aliquid addat ad spon-
18 salia, † vel ad matrimonium. But. quod quantum ad essentiã,
seu substantiam sponsalium, uel matrimonij, iuramentum ni
hil addit, quia matrimonium tollit sponsalia, siue iurata, si-
ue non, ut j. eod si inter. licet secunda sponsalia non tollant
prima nisi iurata. Sed iuramentum hoc operatur, quia forte
propter timorem iuramenti iurans seruabit contractum,
quem alias non seruaret, & magis peccat ille qui uenit con-
tra iuramentum, quam ille qui uenit contra simplicem pro-
missionem, ut not glo. in cap. penult. de iureiur. & dicit But.
19 quod ratio potest esse talis, quia † sponsalia iurata non tol-
lunt præcedentia sponsalia non iurata, quia in his quæ sunt
eiusdem generis, uel regulæ, uel censuræ, licet unum sit ma-
ius, uel perfectius altero, unum tamen non tollit aliud: nam
20 matrimonium † consumatum, & non consumatũ sunt eius-
dem generis, quia utrunque est matrimonium de præsenti,
unum tamen est maius altero, quia matrimonium consu-
matum plura significat, quam matrimonium non consuma
tum, ut in c. debitum. de biga. & tamen matrimonium con-
sumatum non tollit primum matrimonium non consuma-
tum vt patet j. eod si inter. unde eodem modo sponsalia iu-
rata sunt eiusdem generis, cuius sunt sponsalia non iurata.
& per hoc sponsalia iurata non tollunt prima non iurata, &
ista est pulchra doctrina. Vel aliter, secundum But. Secunda
sponsalia non sunt firmiora, quam prima non iurata, quia
iuramentum adiectum in secundis sponsalibus est illicitum,
quia est contra fidem alteri promissam. no bene ista uerba,
quia per ista extenditur glo not. in c. licet mulieres. in glo. fi.
de iureiur. in 6. quæ docet practicam faciendi, quod minor,
uel mulier nõ possit alienare etiam cum iuramento, scilicet
vt iuret de non alienando, quia secundum iuramentum non
d ualet contra primum, [d] eadem ratione potes dicere, si pro-
misisset non alienare, quia iuramentum præstitum cõ fidẽ al-
teri promissam, est illicitũ, ut dicit hic But. no. & pro hoc fa-
cit glo. in c pen. de iureiu. quæ dicit, quod ita obligatur ad obser
21 uandum promissa ille, qui † promisit absq; iuro, sicut qui cũ
eo, quia Deus non facit differentiã inter iurm, & simplicem
promissionem, uel loquelam, ut est tex. 22. q. 5. iuramentum.
licet imponatur maior pœnitentia illi, qui uenit contra iura
mentum, quia contemnere magis uidetur, ita dicit illa glo.
& hoc perpetuo notabis pro extensione glo. in d. c. licet.

Glo. j.

ADDITIONES.

a ¶ Pro statuto disponente, quod quis habeatur pro ciue, idest sit ciuis.
Idem dic, si diceret. habeatur tanquam ciuis, vt no. infra in sequen. col.
in quarto notab. pro hoc facit tex. in c. contra Christianos. ibi, tanquam
contra hæreticos. de hæret. in 6.

b ¶ Et idem notat dom. Alexan. Neuus in cap. quemadmodum. in secundo
notab. de iureiur.

c ¶ Tu adde unum singulare dictum, quod si testis iuratus deposuit, licet
non fuerit citatus, uel admonitus, ualet dictum suum, nec dicitur se in-
gessisse, ex quo auctoritate iudicis deposuit, hoc tenuit Bal. in l. Theo-
pompus. de dote præleg. & in auth. rogati. C. de testib. & in auth. presby
teros. C. de episc. & cleric. allegat glo. in l. post legatum. §. is vero. ff. de his
quib. vt indig. quod est menti tenendum perpetuo.

d ¶ Idem dicit dom. meus, & clarius in cap. cum accessissent. in fi comm. de
constit. allegans glo. in d. c. mulieres. & dom. Abb. in c. intellecto. de iu-
reiur. facit in contrarium c. tua. de iureiu.

Glo j differt a quæst quam facit tex quia glo. non ponit illa verba, & ei fidem sicut vxori seruare.

* In eadem glo. fi. dic, quod illud cap. de illis, loquitur, quando quis iurauit se ducturum aliquam in vxorem, quod longe differt ab eo, quod dicit glo. vt infra videbitis in dicto §. si quis diuinis. simpliciter dicit, quod si aliquis promisit per hæc
22 verba, † iuro, quod te habebo pro legitima vxore, contrahitur matrimonium de præsenti & idem tenet Ala. Vinc. Phil. & Goff in summa de cland. despon. § sed queritur & Host. & Pet. pro hoc facit. ff de reg. iur. l non omnium. vbi dicitur, quod in obligationibus vbi dies non apponitur, præsenti die debetur illud quod deductum est in obligatione. idem etiam videtur sentire Grati in d §. si quis diuinis. Sed tamen authen. quam allegat, quæ est posita in auth quib. mod. nat. effic. legit. § pen. quæ incipit, quoniam autem. col. 6 non probat illud, quod dicit Gra. nam ille tex. loquitur de illa, quæ fuit traducta ad domum, quod patet in prin illius §. & ibi, similiter etiam ostendere poterunt modis legitimis, quia secundum hanc figuram vir eam accepit domi vt vxorem, si postea duxit eam in domũ, videtur vxorem accipere. Inno autem hic ambigue loquitur: nã in prima glo. vult, quod per hæc verba, ab eo tempore, inducatur matrimonium de præsenti, & videtur sentire, quod si illa verba non essent apposita, essent sponsalia de futuro. postea in secunda glo. simpliciter dicit,
23 quod per hæc verba, † promitto, quod tenebo te in vxorem, inducitur matrimonium de præsenti. refert tamen opi. aliorum, qui hoc intelligunt, quando hoc verbum, ab eo tempore, est prolatum ab altero ex contrahẽtibus matrimonium, & quando tractatus præcessit. Laur. vero tenuit opi. Vgu. & magistri in 4. senten. dist. 28. iuxta principium. Sed do Card. dicit primum esse verius, quia intelligẽdo, prout voluit Vgutio, scilicet quod sit necessarium, quod personę contrahatur matrimonium per verba de præsenti, & quod deinde addantur illa verba, quæ tenebãt se pro coniugibus, adderentur superflue, ex quo iam esset contractum matrimonium.

Tamen vt clarius habeas, facias post But. 7. casus.

24 Primus, quando verba dispositiua, † & executiua de præsenti sunt apposita in cõtractu matrimonij, vt puta accipio te in vxorem, & ex nũc habeo, & teneo te in vxorem, & hoc casu planum est, quod ista verba important matrimonium de præsenti, vt infra eod c. pen.

Secundus casus est, quando verba depositiua sonant in futurum, & ei submittuntur verba executiua, verbi gratia, promitto, quod tecum contraham, & te in vxorem tenebo. & hoc casu important sponsalia de futuro, quia verba executiua debent referri ad tempus verborum dispositiuorum: non enim est verisimile, quod contrahentes velint executionem præferri dispositioni, immo verba executiua, & accessoria accipiunt dispositionem a præcedentibus, vt in l. Titia. § 1. ff. de verbor oblig. & in clem. 1. de præben. & de fi. instru. inter dilectos. §. cæterum.

Tertius casus est, quando verba notãtia executionem matrimonij sunt apposita, & hoc casu si sunt de præsenti prolata, important matrimonium de præsenti, secundum But. vt si dicatur, promitto, quod hodie habebo te in vxorem.

Quartus casus est, qñ verba executiua notant futurũ, nec iungitur aliquod verbum, significans tempus pręsens, & hoc casu si actus a nuda voluntate non dependent, important sponsalia de futuro: puta si dicitur, promitto, quod ducam te in vxorem, vel promitto te ducere in vxorem. & licet in c.
a ex litteris. s. eod tenuerim, [a] quod ista verba, volo, vel placet te ducere in vxorem, importent matrimonium de præsenti, tamen nunc puto contrarium per doctrinam glo. 30. q. 5. §. si quis diuinis. & per tex. supra eod. de illis. & in c. quemadmo-
25 dum de iureiur. & dico quod istud verbum, † ducere, non importat executionem matrimonii præcedentis, sed significat principium actus, & tantum est dicere, promitto te ducere in vxorem, quantum est dicere, promitto, quod sis vxor mea, & vult hic Innoc & dom. Cardin in 3. quę. & hoc etiam sequitur hic Abb. Sicul. & propter hoc ego recedo ab illo, quod dixi supra eod. ex litteris. & ideo ibi remittas te, & illud quod hic dico. Ang tamen in auth. quib. mod. nat. effic. legit § pe-
b nult. [b] dicit, quod si ista verba, promitto te ducere in vxorem, sequitur traductio ad domum incontinenti videtur illam accipere in vxorem, & hoc modo importabit matrimonium de præsenti. sed vide no. in cap fin. infra eod. & in cap. fin de coniug. lepro.

Quintus casus, quando proferuntur verba, & executiua, & matrimonij consecutiua notantia actum vt successiuum, quæ verba ipsum matrimonium præcedere possunt præsupponere, vt est hoc verbum, tractabo te pro vxore: hic enim est actus successiuus, qui obligationem, & executionem obligationis potest habere solo animo, & tunc important matrimonium de præsenti; præsertim si verba alterius coniugum de præsenti proferuntur, quia verba respondentis intelliguntur secundum alterius interrogationem, vt in dicta l. Titia. §. 2. ff. de verbor. oblig & Instit de inut. stipul. §. præterea. & de hoc est casus hic & idem si adderetur verbum, de cætero, vel ab ista hora in antea. Et ideo si simpliciter diceretur, tractabo te pro vxore, licet istud vltimum sit magis dubium. Et ideo quia istud consecutiuum tractare, non potest esse absque desponsatione matrimonij præcedentis, volens ergo consecutiuum, vult antecedens necessarium, scilicet matrimonium, allegat ad hoc cap 1. de iudic. & de relig. domi. constitutus. & dicit, quod hoc voluit glos. 30. quæst. 5. si quis dominus. & licet ista sit communis opin. tamen nescio tex. qui hoc probet nisi. §. si quis diuinis. qui est tex. Gra & aliter dicit in corpore Authenticorum. vt supra dixi. Item iste tex facit in contrarium a contrario sensu. Sed tamẽ ratio prædicta satis viget pro communi opin. quam tenendo respondes ad istum tex. qui ponit facti accidentiam, & secundum illum Papa de iure respondit.

Sextus casus est, quando verba sunt dubia, quæ possunt respicere, & dispositionem, & etiam executionem, vt sunt
26 hæc verba, † promitto, quod te habebo, vel tenebo in vxorem; nam ista verba possunt intelligi dupliciter vno modo, quod te habebo in vxorem, idest tecum contraham; alio modo, idest tractabo te vt vxorem. & hoc casu Io. And. vñ dicere, quod aut additur verbum, denotans præsens tempus, vt est hoc verbum, semper, & tunc important matrimonium de præsenti; alias important sponsalia de futuro. dicit enim
27 Io. And quod verbum habebo, vel tenebo, † adiectum sponsalibus, sapit tempus futurum, de condit. appos. super eo. Sed adiectum dictioni præsentis temporis, præsens tempus designat, vt si dicat, semper te habebo pro vxore, vt in c. quemadmodum. in prin. de iureiur. & sic Ioan. And uult, quod ista uerba, habebo te pro uxore, non importãt matrimonium de præsenti, nisi addatur uerbum, significans præsens tempus But. uero dicit, quod aut iungitur uerbo præsentis temporis, & tunc importãt matrimoniũ de præsenti, & in hoc concordat etiam opi Ioan. And. Aut non iungitur aliquod uerbum, non importans tempus præsens, & tunc ipse facit differentiam, an dicatur, promitto, quod te habebo ut uxorem, & tunc sonant in tractum, & sic important matrimonium de præsenti, an uero dicatur, promitto quod tenebo, uel habebo te in uxorem, & tunc notant dispositionem ad contrahendum de futuro & dicit, quod hanc opin tenet Innoc sed vt supra dixi, Inno. ambigue loquitur, & quod idem tenuit Laur. & Goffr. in summa de clande despon. §. sed queritur. & Pet. Lombardus in 4 sentẽ dist. 27. iuxta principium. quicquid dicat Host in summa. de præb super Rub de matrimonio. §. qualiter contrahatur uersic quid si dicat, iuro. & uersicu quid si dixerit. Archid. in dicto § si quis diuinis. Sed But. omittit casum, quando dicit, promitto, quod te habebo pro uxore non adiecto aliquo uerbo significante præsens, & hoc casu in dicto §. si quis diuinis. tenet. quod ista uerba importãt matrimonium de præsenti, & Spec idem tenet in tit. de spon. post princ. mihi uidetur, quod nulla sit facienda differentia inter ista uerba, promitto, quod te habebo in vxorem, uel pro uxore, uel ut uxorem. nec ista differentia a iure probatur, & uidetur communis sententia illa, quam tenet Host. scilicet quod sit iudicandum pro matrimonio, etiam si simpliciter dicatur, promitto quod te habebo in uxorem. & istud tenuit Specul. in tit. de sponsa. post princ. & do. Cardin. hic in 3. quæst. & idem uidetur tenere Abb. Sicu & Gra. in dicto §. si quis diuinis. ibi, sed mihi placet opin. Ioan. And. scilicet quod nunquam inducatur matrimonium de præsenti per talia uerba, scilicet quod habebo, uel tenebo te in uxorem, uel ut uxorem uel pro legitima uxore, nisi addatur aliquod uerbum importãs tempus pręsens, hoc uidetur probare tex. in cap quemadmodum. de iureiur. a contrario sensu nam ille tex. addit uerbum præsentis temporis, ergo si illud uerbum non esset appositum, non esset matrimonium de præsenti, & uidetur clarius probari in auth quib. mo. nat. effi. legi. § quem autem collat. 6 ubi tex requirit, quod fiat traductio ad domum uiri ad hoc, ut iuramentũ de habendo aliquam in uxorem, importet matrimonium de præsenti & istã opin. de iure puto ueriorem, licet alia opi. uideatur communior.

Septimus

ADDITIONES.

a ¶Hic corrigit errorem suum. dom. Alex. vide Bal. in l. cunctos populos. 4. colum. in fi. C. de summa Trin. & Ioan. de Imo. in clem. unica. de consangui. & affin.

b ¶Melius diceret. §. vlt. in fi. Adde Alex. 2mo. consil. 150. & sequen. 4. volum. & de hoc est tex. opti. in cap. iurauit. de probatio. & ibi dom. Abb in primo notab.

Septimus casus est, quando ponuntur verba excludentia
tractatum, vel executionem in alium, & includentia tracta-
tum, vel executionem matrimonij in certam personam: pu-
ta promitto, quod nō dimittam te pro meliori, vel pro pe-
iori. Ho dicit, quod in hoc, & in similibus iudicatum est pro
matrimonio fauore matrimonij, de testi. licet el secundu. &
de iudic. cap. fin.
Vltra prædicta superest quædam alia verba declarare, &
28 primo quid operentur illa verba, promitto, † quod tibi pro-
uidebo vt vxori. Host. & Doct. dicunt, quod in dubio iudican
dum est pro matrimonio, argum. supra eo. ex litteris sed Ho
stien addit verbum, seu per: But. vero refert sine verbo, sem-
per, & puto, quod But. dicat verum, quia hæc verba sonant
in tractatum, & hoc præsupposita communi opin. pro vera,
de qua supra dixi in sexto casu.
29 Secundo quæro, quid de his verbis † quod nunquam ha-
bebo aliam in vxorem nisi te, hoc pendet ab illa materia,
vtrum dictio, nisi, ponat, seu stet inclusiue, vel non de quo p
Bart in l. si eum § qui iniuriarū ff. si quis cautio. & in l. actio-
ne ff. de transact. vbi per Cyn. & Barto. & per Dyn. in regula,
peccatum, lib 6 & ibi Dy. dicit, q hæc verba necessario non
inducunt matrimonium, sufficit enim aliam non accipiat,
vt in l. si sterilis. §. si fundum de actio emp In contrarium fa-
30 cit illud, quod notatur in locis præallegatam dictio, nisi, † in-
cludit, vbi præcedit oratio negatiua. ad hoc mouuū respon
det Bar & dicit, quod in casu nostro dictio, nisi, potest poni
dupliciter vno modo, secundum habitum, & dispositionem
alio modo secundum actum. Secūdum primum est sensus,
nullam habebo nisi te, idest si quam sum habiturus, te habe
bo, tm alium modum est sensus, nullam habebo nisi te, id-
est habebo statim & non aliam; vnde alterū necessario non
concluditur, immo etiam non importat sponsalia: nam
nō tenetur illam ducere in vxorem nisi te, quia hic ponitur
necessario voluntas in actu, non in sola dispositione volen-
ti, & sic hęc verba importāt matrimonium de præsenti. hoc
etiam ad literam, dicit Specul. in ti. de spons. in prin. sed quo
ad primum dom. Cardin in 6. quæst illud quod supra dixi. di
cit, quod communis vsus loquendi habet, quod accipiet hāc
& non aliam, & dicit sentiendum pro hac parte propter cō
munem vsum loquendi. Sed Abb. Sicu dicit, quod etiam de
iure talia verba important matrimonium de præsenti, sed
contra ipsum est tex. in l. si sterilis. §. penult. ff. de actio emp.
Potes concordare opi. quod aut præcessit contractus ad cō-
trahendum matrimonium, vel aliter apparebat de volun-
tate ɔ̄hentium, quod intendebant ɔ̄here matrimonium,
31 & tunc per hæc verba, promitto, † q aliam non habebo in
vxorem, nisi te important sponsalia, vel matrimonium de
præsenti, secundum quod dixi in septimo casu, & hoc modo
procedit opin. Abb. Sic. Aut non præcessit tractatus, nec ali
ter apparebat de voluntate partium, & tunc talia verba nō
important sponsalia, vel matrimonium, & hoc modo pro-
cedit secunda opi. pro hoc allego doctrinam Bar. in l. si eū.
§. qui iniuriarum. in fi. ff. si quis caut. vbi dicit, quod si promi
si nemini rem reddere nisi tibi, si habebam rem venalē, vel
voluntatem vendendi, hæc promissio importat quantum, si
dixissent, promitto tibi vendere, sed si alij vendiderit, tene-
tur ille, cui promisit, vt in l. si sterilis. § pe ff de act. emp. vnde ea
dem distinctio debet fieri in casu meo, scilicet an constet, vel
a non constet de voluntate contrahendi. [a]
32 Quæro tertio, quid si vir † dicit, bibamus nomine matri.
Gasp. dicit, quod non est matrimonium, nisi aliud habeat
consuetudo. sed dom. Cardin. in 7. quęst. dicit, quod siue di-
cat, bibamus pro matrimonio, siue nomine matrimonij, vl
detur quædam confessio matrimonij præcedentis, & dicit,
q propter talem confessionem est iudicādum pro matrimo
nio, & hoc mihi placet, quasi illud sit signum matrimonij cō
tracti. facit quod no. glo. Insti. de verb. oblig. in prin. & quod
nu. glo in c 2 de consuet.
33 Quæro vltimo, † quid si concubina dicat, nolo, quod me
cognoscas nisi tanquam vxorem, & vir tacet, & cognoscit.
Ioan. de Ligna dicit, quod est præsumptum matrimonium,
vt infra eod. ll inter. Gaspar Calde. tenet contrarium, ex quo
sponsalia non præcesserunt, & hoc placet dom. Cardin. in vl
tima quæst. allegat glo. 2. in cap. proximo Item quia tacens,
habetur pro contradicente, quando de eo obligando tra-
ctatur, vt no. in cap nonne de præsumpt. & vide Innoc in ca
pit in Genesi de elect. & in regula, is qui tacet. de reg iur. in
6. & plene per Bart in l quæ dotis ff si ... matrim Opinio Ga
spar Cald. & dom Cardin. mihi placet & pro hoc vide glo. in
ca si inter, iura eo ... prima glo Et circa alia verba impor
tantia matrimonium vel spon. vide quæ dixi s. eo. ex literis.
& dicam ... eo. tuæ & c. li inter. & in Specu. de spon. vbi ponit
alia verba importantia matrimonium.

In glo in verbo, manifesta. Intellige glo. de manifesto stri-
cte sumpto. illud autem quod dixi supra in 6 notab. intelli-
ge, quando est notorium: nam in notorijs non requiritur or
do iuris, sed bene in manifestis, vt notat glo. 2. q. 1 . in sum
ma. & Doctores in capit. s cilra. de cohabitat. cleric. & mu-
lier. tene glo not. in capit. ad nostram el terno, de iureiuran.
quæ dicit, quod in notorijs requiritur citatio ad sententiam
licet alius ordo iuris non requiritur.
34 In gl fi. an delegatus † possit exercere suam iurisdictionem
contra personas non expressas in rescripto. vide Innocen. in
cap. dilectus. de pœn. & per Doct. in cap. 1. de offic. lega.

ADDITIO.

a ¶ Tu dic, quod aliud est dicere, non accipiam aliam nisi te, & aliud di-
cere, non accipiam aliam quam te, vt primo casu includat secundum
tamen distinctionem hic positam in secundo casu procedat opin. But. &
aliorum sequacium, vt nullum sit matrimonium, quia verba sunt de
futuro, & dictio quam, non includit, secus in dictione nisi, posita post
negatiuam, & tunc adde Archid. in c. si quis. 30. q. 5. Alex. Imo. cons. 156.
vlt. colum. 5. volum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium qui contrahere iurauit, si non obsit impedimentum, com-
pelli debet.*
2 *Pater potest se obligare pro sponsalibus filij.*
3 *Verbum copulare, & verbum ducere, non inducunt contractionem matri
monij de præsenti.*
4 *Consensus patris in sponsalibus contrahendis requiritur de honestate, non
de necessitate.*
5 *Filius an teneatur consentire sponsalibus per patrem contractis.*
6 *Iuramento proprio contrauenire propria auctoritate nemini licet.*
7 *Practica sententia in causa matrimoniali.*
8 *Iudex potest ex officio supplere in causa ciuili tangente commodum pri-
uatum in causa matrimoniali.*
9 *Iudex quando ex officio possit supplere, remittit.*
10 *Pupillus hæres vsurarij, an possit compelli vsuras restituere a defuncto
extortas.*
11 *Tutor, vel executor testamenti, an possit vsuras restituere a defuncto ex-
tortas.*
12 *Promittens factum alienum, an obligetur.*
13 *Verba, factarum, & curaturum in materia canonica, etiam si apposi-
tum non sit iuramentum, subintelliguntur.*
14 *Pœna a parentibus promissa, si filius non duxerit, an possit exigi, re-
mittit.*
15 *Doli capax iuramento obligatur, & incurrit periurium.*
16 *Impubes quando dicatur esse doli capax.*
17 *Impubes num teneatur iurare.*
18 *Minor vigintiquinque annis in causa criminali, non admittitur ad testifi-
candum.*
19 *Impubes an possit de falso accusari, vel efficiatur inhabilis ad testifican
dum.*
20 *Sponsalia per copulam certificantur.*
21 *Ecclesia compellit ad obseruantiam propter euitandum peccatum.*
22 *Copula an inducat matrimonium sine sponsalibus validis præceden-
tibus.*
23 *Iudicatur pro matrimonio in dubio.*
24 *Bigamia nunquid debeat censeri contracta, si quis vnam cognouerit, &
cum alia contraxerit.*
25 *Matrimonium an censeatur contractum, si quis cognouerit vnam ex illis
sororibus, quarum vnam pollicitus est ducere in matrimonium.*
26 *Matrimonium an contrahatur cum inscia, vel absente.*
27 *Excommunicatus ipso iure, potest ab homine excommunicari.*
28 *Dictio, potius, aliquando accipitur pro prius.*
29 *Excommunicare quis possit pro futuris culpis.*
30 *Sponsalia quot modis soluantur, remittit.*

CAP. X.

1 EX litteris. Qui iurauit † contrahere, si non subest impedimentum per cen-
suram ecclesiasticam contrahere compellitur. hoc dicit.
In prima narrat factum.
In secunda diffiniendum committit. secunda ibi, cum
igitur.
2 Nota primo, quod pater † potest se obligare pro sponsali-
bus filij, de quo dicam cum glo.
3 Nota secundo, quod per verbum, copulare, † vel per ver-
bum,

bum, ducere in vxorem, non contrahitur matrimonium
de præsenti, sed sponsalia de futuro, de quo satis dixi in cap.
præced. iste tamen tex. parum facit ad hoc, quia etiam si fuis-
sent verba de præsenti, importassent sponsalia de futuro, ex
quo contrahentes erant impuberes, vt in ca. j. §. j. de despon.
impub. lib. 6.
Nota tertio ibi, consentiente patre, quod in contrahendis
4 sponsalibus debet filius requirere consensum patris, † quod
est verum de honestate, sed non de necessitate, vt not. j. tit. t.
cap. 1. & 27. quæst. 2. sufficiat. facit cap. si annum vndecimum.
de iudic. lib. 6
Quid autem si pater contrahit sponsalia pro filiis, an filij
5 † censeantur consentire, si non contradicunt. vide bo. tex. in
c. 4. in fi. de despon impub. in 6.
Nota quarto ibi. periculosum, quod nemini licet venire
6 contra proprium † iuramentum, debet enim seruari si est lici
tum, de iureiur. si vero. Et si dubitatur, an sit licitum, vel nõ,
non debet propria auctoritate cõtrauenire. de ele. per vene-
rabilem & contrauenendo incurrit infamiam. de testib. te-
stimonium. de quo vltimo dic vt ibi per Doct.
7 Nota quinto practicam † sententiæ in causa matrimonia
li, quando agitur de sponsalibus de futuro implendis, & per
consequens no. formam libelli; & pondera, quod inter lai-
cos aditur iudex ecclesiasticus. Sed dicit Abb. Sicu. quod et-
iam iudex sæcularis potest adiri, vbi non reuocatur in dubiũ
de validitate sponsaliorum, sed solum prætenditur, vt alter
adimpleat promissionem etiam iuratam: nam iudex sæcula-
ris potest adiri, vt compellat ad obseruantiam iuramenti,
vt in c. licet mulieres. de iureiur. in 6. & vide Bar. in l. Titia. ff.
sol. matr. & in l. ante nouationem. C. de sacrosanct. eccles. &
in l. quotiens C. de iud. & Doct. in c tuam, de ord. cogn.
Nota vltimo, secundum But. casum in quo in causa ciui-
8 li, & tangente commodum priuatum, potest † iudex officio
suo supplere, quando scilicet causa est matrimonialis, vt hic,
nam diœc. ex officio suo nemine cõquerente, volebat com-
pellere iurantem, vt adimpleret quod iurauerat, & postea
scripsit Papæ ad solam eius consultationem committit cau-
sam, & mandat iurantem compelli ad contrahendum ma-
trimonium de præsenti. idem est in matrimonio spirituali,
vt in cap. cum nobis olim de electio. & de appella. oblatæ. &
cap. constitutus. & dicit But quod ratio huius est periculum
animæ, ex quo colligit magis amplam regulam, scilicet ꝙ
vbicunque periclitatur anima subditi, & sumus in materia
perpetrati, iudex potest ex officio supplere, ne subditi pecca
tum etiam committendum incurrant. Et hoc no. etiam per
Doct. in cap. ad nostram. de iureiuran. quæ But. dicit proba-
re per istum tex. intellige. f. in versi. quia igitur. & sic non solũ
supplet ecclesia, vbi delictum est commissum, sed etiam vbi
est committendum. de quo hic in glo. pen.
9 Quando autem † iudex possit ex officio suo supplere, vi-
de per Doctor. in capitu. bonæ, el primo, de postulat prælat.
& per Bart in l. 4. § hoc autem iudicium. ff. de dam infec. Et
pro hoc dicit But. se de facto consuluisse, quod contra hære-
10 dem † pupillum vsurarij potest ex officio procedere, vt resti
tuat vsuras a defuncto extortas: nam licet in pupillari ętate
non dicatur esse in actuali peccato, quia non potest intelli-
gere, an teneatur restituere, vel nõ, quia ex hoc paratur præ
cipitium peccati, quia forte factus maior nollet restituere,
vel potest iudex ex officio procedere, vt impediat peccatum
committendum.
11 Nunquid autem tutor, † vel executor testamenti possit re-
stituere vsuras a defuncto extortas. dic vt in l. præses. C. de
transact & in c. cum tu. de vsur. vbi etiam per Ioan. de Ana.
in vlt. colum.
12 In glo. vnica præmitte, quod promittens † factum alienũ,
non obligatur immo promissio est nulla, vt in § si quis alte-
ri. Inst. de inut. stipul. sed si quis promittit se facturum, & cu
raturum, tũc valet promissio, quia promittit factum suum,
si tamen non exprimeret, quod promittit se facturum, & cu
raturum, si simpliciter promitteret, quod talis sic faciet pro
missio nõn valeret, nec subintelligeretur, quod promiserit
se facturum, & curaturum, vt ff. de verbor. oblig. l. stipulatio
ista § habere in princ. & §. sed si quis promittit. & ibi hoc te-
net Bart.
Fallit in stipulationibus iudicialibus, & prætoriis, quia in
illis etiam si quis simpliciter promittat factum alienum,
subintelligitur verbum acturum, vel curaturum, vt in l. quo-
tiens. Et ita faciunt contra istum tex. quia hic parentes pro-
miserunt factum filiorum, hoc contrarium potest solui
duobus modis.
Primo, ꝙ est speciale in matrimonio, vt pater possit pro-
mittere factum filiorum, & hoc dixit glo. quæ reputatur sin
gularis 30 q. 2. c. vnico quæ incipit, sed pone.
Secundo modo soluit glo. scilicet quod promiserunt se fa
cturos, & curaturos, sed tamen tex loquitur, quando simpli
citer promiserunt factum filiorum, & sic glos. illa videtur
contra tex.
Sed intellige glo. velle dicere, quod propter iuramentum
subintelligitur verbum facturum, vel curaturum, & hoc te-
nuit glo. expressius j. eod. sicut. in glo. 1. quam vide.
Nota bene hoc, quod iuramentum facit, quod in simpli-
ci promissione facti alieni subintelligatur verbum facturũ,
hoc etiam tenuit glo. in cap. tibi domino. 63. distinctio. & in
dicto cap. 1. 30. quæst. 2. & ratio est, quia iuramentum habet
vim clausulæ, vt in l. cum pater. § filius matrem. ff. de lega 2.
& no. in cap. cum contingat. de iureiurã. Sed But. dicit, quod
in materia ecclesiastica, etiam si non sit appositum iuramen
13 tum, subintelligitur verbum † facturum, & curaturum, quia
si hoc operatur ęquitas prætoris in stipulationibus iudiciali-
bus, & prætoriis, vt dicta l quotiens. ff. de verborum obligat.
multo magis hoc debet operari ęquitas canonica in obliga-
tionibus spiritualibus, & in materia canonica, & sic dicit vel
Ic Feder. de Sen consil. 117. Abb. Sic dicit hoc dictum iure nõ
probari, licet sit ęquum. Sed ego puto But. dicere verum, &
pro eius opin videtur tex cum glo. 86. distin. cap 1. & facit ca-
pit. dilecto. de iudic. vbi dicitur, quod ius canonicum sequi-
tur ęquitatem, & non rigorem iuris ciuilis. ad idem cap. 3. de
pact. & quod not glo. 1. quæst. 7. quotiens cordis oculus. quæ
dicit, quod valet promissio, si promittis mihi dare alteri ori
tur actio de iure canonico, licet de rigore iuris ciuilis, talis
promissio non valeat, vt in l stipulatio ista § alteri. ff. de ver-
bor. oblig. & Instit. de inut stipul § alteri.
Quid autem si parentes promittunt pœnam, si filii spon-
14 salia non contraxerint, an † possit exigi. vide glos quæ dicit
quod non. 30. quæst. 2. capit. vnico. & videbitis infra eodem,
Gemma.
In glo. 2. diuide eam in duas partes.
In prima opponit, & soluit.
In secunda quærit, & respondet. secunda ibi, hic posuit
Laur.
15 In prima parte nota bene glo. quod doli † capax obligatur
iuramento, & incurrit periurium, & hoc facit, quod si impu
bes doli capax iurat seruare contractum, talis contractus
validatur iuramento, quod facit ad intellectum auth. sacra-
menta puberum. C. si aduer. vendit. de quo in cap. cum con-
tingat de iureiur.
16 Quando autem dicatur † impubes doli capax quantum
ad hoc dic, vt in cap. 1. de delic. puerorum. & de conse distin
ctio. 4. paruuli. vbi bona glo. & dixi in capit. fin. in glo. fin. de
conuer. infid.
17 Nunquid autem teneatur † impubes iurare. vide bo. glo.
22. quæst. 5. paruuli. & 4 quæst. 3 cap 1.
Item dic inquantum glo. a contrario sensu vult, quod pu-
bes admittatur ad testimonium, intellige in causa ciuili: nã
18 in criminali non admittitur minor † viginti annis ad testifi-
candum, vt est tex. 4 quæstio. 3. in testimonium. dicit tamen
But. quod licet impubes iuret in officio sibi prohibito; puta
iurat tanquam testis, nihilominus incurrit periurium, si erat
doli capax, & iurat falsum, quod est notandum.
19 Nunquid autem ex hoc possit † de falso accusari, vel ef-
ficiatur probabilis ad testificandum. vide glo. fi. & ibi per Do
cto. in cap cum causam de testib. & per Bart. in l. si quis lega-
tum ff. de fals.
In secunda parte glo. hæc glo. recitat quatuor opiniones,
duas tacite, & duas expresse
Prima est, quod compellitur accipere virtute sponsalio-
rum, & istam opinionem tenuit Host quia licet ista sponsa-
lia fuerunt a principio nulla propter incertitudinem, tamen
postea fuerunt certificata, quia sicut sponsalia conditionalia
secuta copula purificantur, vt infra eod. is qui. & de condic.
appo. c. de illis. & c. per tuas. & spõsalia incerta per copulam
certificantur, & postea subiungit Host. quod cum iurauerit
vna de istis, tenetur reddere Deo iuramentum, & sic in hoc
fi. videtur sentire cum quarta opin. glo. & propter hoc Doct.
dicunt, quod dubie loquitur. sed dic. quod Host. sibi nõ con
tradicit; nam vult quod compellatur, & vi sponsaliorum
ex vi iuramenti: non enim est verisimile, quod inconuenien-
ti quis se corrigat, vt l. nam ad ea. ff. de condit. & demon.
20 Secunda opinio est, quod per copulam sint † certificata
sponsalia, & quod eodem momento transiuerint in matri-
monium præsumptum, argumento infra eodem, is cui. &
istam opinionem sensit glos post princip. ibi, immo videtur,
quod statim sit matrimonium. & idem etiam tenet Host. in
summa, vt dicit But.
Tertiam opinionem ponit glo in verbo, sed contrarium,
scilicet quod nullo modo, compellatur, nec ui iuramenti,
nec

nec vi sponsaliorum, quia sponsalia incerta non sunt sponsalia, & istam opi tenuit Inno. & do. Card.

Quarta opinio est, quod compellatur non vi sponsaliorum, sed vi iuramenti, & istam ponit gl. prope fi. ver. dic, quod nõ compellitur, & idem videtur sentire Io. And. & postea facit c. debitores, de iureiur. vbi dicitur, quod licet promissio non teneat, tamen si iuramentum interuenit, obseruandum est iuramentum. vnde eodem modo est dicendum hic, quod licet sponsalia non teneant propter incertitudinem, tamen iuramentum est seruandum, ex quo potest seruari absque interitu salutis æternæ.

Sed nota ex gl. quod licet iuramentum nõ sit restrictum
21 ad tertiam personam, tamen † ecclesia compellit iurantem ad obseruationem iuramenti, licet finis iuramenti concernat priuatam vtilitatem, & hoc fit, vt iurans euitet peccatũ, qua ratione iudex ex officio procedit, vt in c. j. de offi. ordi. & supra dixi, & dicit Abb. Sic. hoc singulariter notandum.

22 Secundo nota ex glos. quod ad hoc, vt copula † inducat matrimonium requiritur, quod sponsalia de iure valida præcesserint. de quo dicam infra eod. in c. is qui. Quæ autem harum opi. sit verior bene finaliter adhæret vltimæ opi. glo. & communiter videntur Doct. ipsam tenere, sed Abb. Sic. tenet opi. Hosti. & dicit, quod sponsalia transeunt in matrimonium, de præsenti per carnis copulam, non tamen ex uirtute sponsaliorum quantum ex præsumpto consensu, vt infra eo. is q. sed ex quo iurauit ducere in vxorem vnam ex filiabus Titii, & postmodum vnam cognouit, satis videtur illam elegisse, & in eam consentisse. nam in dubio non debemus præsumere duplex peccatum, s. stupri, & periurii, sed potius in fauorẽ maxime matrimonii debemus præsumere copulam fuisse licitam, & quod ex illa voluerit iuramentum suum adimple-
23 re nam in dubio † iudicatur pro matrimonio. vt in ca. licet ex quadam, supra de testi. & in c. fi. de re iudi. item est facienda interpretatio, vt actus intelligatur factus licite, vbi potuerit fieri licite, & illicite, vt euitetur peccatum, vt in l. merito. ff. pro socio, & in c. estote, de reg. iur. & istam opin. videtur tenuisse Bart. Brix. in Dominicali 29. & ibi refert T. sic tenuisse, & ista opi. mihi placet, sed potes concordare opi. hoc modo, quod aut illa quæ fuit cognita ignorabat promissionem seu iuramentum, & tunc est uera opin. glo. quod compellatur virtute iuramenti tantum: nam copula non potuit inducere consensum præsumptum, ex quo illa quæ est cognita nihil sciebat de promissione, & per consequens nõ potest fingi consentisse in matrimonium præsumptum. aut sciebat promissionem, & tunc est vera opi. Host. secus esset secundũ Host. si iurasset accipere in vxorem unam de certo loco: nã tunc cognoscendo certam, non videtur cum illa contrahere, cum possit hoc casu contrahendo cum alia adimplere iuramentum.

24 Nunquid autem incurrat † bigamiam cognoscendo unã, & contrahendo matrimonium cum alia. dic quod non, de quo vide in c. sane, de cle. coniug. & istud communiter tenẽt Doct. sed potes dicere idem ut dixi in priua glo. nam militant eadem argumenta dato, quod possit cum alia contrahere si per illam copulam non esset inductum matrimoniũ quod non est in q. gl. quia ibi affinitas quæ contrahitur etiã ex coitu fornicario, vt in c. discretionem, de eo qui cog. consan. vxo. suæ, impedit iurantem contrahere matrimonium cum aliis sororibus.

25 Quid si obtulisset x. sororibus † de eadem parentela usque ad quartum gradum sibi attinentibus vir dicit, quod unam ex ipsis ducet in vxorem, & ipse similiter respondet placet: deinde unam cognoscit, an illa erit vxor. Hos. dicit quod sic, quia per copulam videtur elegisse, & per eandem copulam inducitur matrimonium præsumptum, quia ipso facto præsumitur consensisse, ar. ff. de li. l. de quibus, & de app. dilecti, & c. ut nostrum. & hoc sequitur Bu. licet in q. glo. aliud dixerit, & ratio differentiæ est secundum ipsum, quia in q. gl. sponsalia non erant determinata, nec suspensa ad electio. alius, hic sic, & propter hoc dicit, quod hæc fuerunt valida ab initio tanquam expectantia spem confirmationis, & spem certificationis ex modo contrahendi, & hoc puto verum, licet D. Card. in 3. quæst. teneat contrarium, & vide quæ dixi supra eo. ad audientiam, quia multum faciunt ad q. glo. & Docto. quid autem si quis contrahat matrimonium eo tempore, an aliqua ex ipsis efficiatur vxor. dic ut in c. a. gaudemus, j. de diuortiis.

26 Quarto vltimo, quid si quis iurat insciam, † & absentem ducere in vxorem quæ postea certificata ratificat. Host. dicit quod firmantur sponsalia, ita quod si postea eam cognouerit, erit matrimonium præsumptum: nam potest contrahi inter absentes, ut no. glo. in c. a. cx pane, de conuer. coniug. & hn tex. in c. fi. de procur. in sexto. Sed do. Card. dicit, quod opi. Host. est vera si uir permansit in pristino consensu, secus dicit si pœnituisset antequam illa ratificaret, & vide quæ not. But. in c. si inter, infra eo. vbi in simili quidem determinat.

In glo. in uerbo, moneas, limita ipsam duobus modis. pri-
27 mo quando quis ipso iure esset excommunicatus, † quia tũc posset ab homine excommunicari, absque alia monitione tex. est notabilis, secundum vnum intellectum, in c. reprahẽsibilis, de app. & per illum tex no. quod si quis propter delictum incurrit excommunicationem canonis pro delicto potest a iudice excommunicari.

Secunda limitatio est, quando procederet, ut pars pro defensione sui iuris, quia tunc non requiritur monitio, vt dicit Ioan. And. & Do. Do. in d. c. dilecto, de sent. excom. in vj. allegant Inn. in c. venerabili, de censi. qui potius videntur cõtrarium dicere, nisi verba aliter exponerentur.

In glo. penul. hæc gl. diuiditur in duas partes. in prima opponit, & soluit quatuor modis. In secunda quærit, & respondet. Secunda ibi, sed quomodo, & iunge caudam gl. in prin. in uer. hoc quidem ius commune, & tene tertiam solut. glo. quam communiter tenent Doct. & ipsam etiam tenet gl. 27. q. 2. §. sed concordatur. quæ tamen exigit, quod sit causa euidentissima.

28 Item no. ex quarta solut. glo. quod dictio † potius,[a] aliquã-
a accipitur pro prius, quod facit ad multa, secundum do. Car. & uide bo. tex. in c. statuimus, de ma. & obed.

In secunda parte gl. Doct. communiter tenent cum gl. ex qua nota, quod ecclesia impedit se de peccatis laicorum, nõ solum de cõmissis, sed etiam de cõmittendis, & dicunt Doc.
29 quod quis posset excommunicari pro futuris culpis, quando præcedit mora, vel offensa, ut in c. Romana. § caueant, de sent. exc. in sexto. & uide practicam quã formauit gl. per illum §. in cle. dispendiosam, in uerbo, præmoniti, de iud. & tene illam glo. menõ, quæ est no. sed Abb. Sic. dicit aliã sol. posse dari, nã cum iste promiserit pure illam ducere in vxorem statim fuit obligatus ad ducendum, ut in l. in omnibus. ff. de reg. iur. peccat ergo sponsus requisitus, si sine causa differt, & hoc voluit iste tex. unde illa concursio ratione promissionis & non tantum ratione mali vitandi, & hoc mihi placet.

30 In gl. fi. quod modis soluantur sponsalia † de futuro, vide gl. quæ enumerat 7. casus, in quibus soluuntur sponsalia 27. q. 2. §. sed contrahatur, & aliam glo. adde ad gl. fi. supra eo. de illis. Et per Doct. in Rubrica huius tituli.

ADDITIO.

a Dictio potius. & adde gl. quæ ita exponit, ut ista in c. inter cætera, 22. q. 4. in gl. j. interdum ponitur electiue, ut est gl. in capi. ex literis, de desponsa. impube.

SUMMARIUM.

1 *Pater compelli potest ad restituendam vxorem filio, quam detinet.*
2 *Scientia de facto notabili in prouincia præsumitur.*
3 *Dictio in, stat argumentatiue.*
4 *Vxorem eius non licet capere, cuius bona licet capere.*
5 *Filius quo ad spiritualia non censetur esse in potestate patris.*
6 *Filius, quando possit agere sine consensu patris.*
7 *Actio, quando eueniat inter patrem, & filium.*
8 *Vxor potest repeti coram iudice.*
9 *Practica, siue modus procedendi super facto notorio.*
10 *Sententia interdicti, an requirat monitionem.*
11 *Officiorum diuinorum appellatione venit baptisma, & pœnitentia.*
12 *Vxor, an sit in potestate viri, an patris.*
13 *Maritus non potest alienare uxorem, sicut potest pater filios in necessitate famis.*
14 *Vxor est famula viri.*
15 *Vnus pro alio, an puniri possit.*
16 *Excommunicatus, nunquid post absolutionem possit esse testis, vel accusator.*
17 *Suspensus celebrans, an fiat irregularis.*
18 *Cessatio generalis æquiparatur interdicto.*
19 *Cessatio, quando dicatur generalis, quando particularis.*
20 *Laicus quæ sacramenta tempore necessitatis conferre possit.*
21 *Matrimonium, an possit contrahi tempore interdicti.*
22 *Contractus spirituales tempore interdicti celebrari possunt.*
23 *Ordines, nunquid tempore interdicti conferri possint.*
24 *Populi appellatione, an clerici comprehendantur.*

CAP. XI.

1 NOn est. Compelli potest † pater per censuram ecclesiasticam restituere filio vxorem quam detinet. In prima narrat casum. In secunda prouidet. Secunda ibi, nos itaque.

Nota primo, quod facti notabilis, & a persona notabili procedens

2 cedens præsumitur † scientia in prouincia. ad hoc facit c. j.
3 de postu.præla. Et pondera secundum But. quod dictio † in,
stat augumẽtatiue, ut in l. Gallus. §. ille casus indifficilis, idest
valde difficilis, ff. de lib. & postu. & in c. cum illorum, de sent.
excommunica.

Nota secundo, secundum But. quod vbi licet capere bo-
4 na alicuius, non licet capere † vxorem eius, quia talium est
dura separatio, vt in l. possessionum. C. communia vtriusque
iudi. sed tea iste non probat hoc, quia non apparet, quod si-
bi taliter deliquissent contra patrem, quod licuisset ei spolia-
re filios bonis suis. istud tamen est verum in se, quia vxor nõ
est in dominio viri, & ideo, licet sit permissum occupare bo-
na alicuius, nõ licet occupare eius vxorẽ, & hoc tenuit Vin.
hic, & dominus Card in j. quæst.

Nota tertio casum, in quo potest esse iudicium inter pa-
trem, & filium, nam licet filius sit in potestate patris, non po
test pater retinere eius vxorem eo inuito, quia quantum ad
5 spiritualia † filius non censetur esse in potestate patris, vt in
c. si de iud. in sexto & ista fuit causa, quare filii in casu huius
ca. potuerunt agere contra patrem, & de materia, quando
possit esse lis inter patrem, & filium, vide glo. 22. q 4. si eccle-
sia, & glo magnam. ij q. 7 quæritur, & c si in gl pen. de iud li.
6. & illæ glo. habuerunt opi. ꝙ de iure canonico filius possit
agere, nisi in certis casibus, de quibus per gl. in d. c. quæritur,
& in d. c si. de iudi. in 6. & per gl. in l. lis nulla ff. de iud. & illas
glo videtur sequi Gasp. Cal. Dom. Card in prima opp. repræ-
hendit hoc, & dicit, ꝙ sicut filius non potest agere sine con-
sensu patris, nisi in casibus, in quibus habet legitimam per-
sonam standi in iudicio, ita etiam non potest agere contra
6 patrem, & de hoc, quando † filius possit agere sine consensu
patris, vide in l. cum non solum, § necessitatem C. de bonis
quæ libe. & quando possit cadere contractus, siue obligatio
7 inter patrem, & filium, & quando possit vnus † agere contra
alium, vide per Barto. in l frater a fratre ff. de condit. indebi.

8 Nota quarto, quod uxor † potest repeti coram iudice ec-
clesiastico, dato quod nõ disputetur de validitate matrimo-
nii, nam hic facta fuit querela coram Papa de Rege Angliç,
quod detineret vxores filiorum suorum, quas constabat esse
vxores, nec vertebatur in dubium, quod matrimonium non
valeret, & Abb. Sic. hic dicit notandum, sed dic, quod plene
habetur in c. tuam, de ordi cogni. & per Bart. in l. Titia. ff. sol.
matri. & in l. omni nouatione. C. de sacrosan. eccle. & dicam
in c. prudentiam, de do. inter ui. & vxorem.

9 Nota quinto modum † procedendi super facto notorio,
nam iudex primo debet monere, & postea compellere: non
enim fuit porrectus libellus contra Regem Angliæ, ꝙ noto
rium erat, quod detinebat uxores filiorum, & sic dato, quod
in notoriis non requiratur ordo iuris, tamen requiritur mo-
nitio, de quo in c ea ratione, de app. & in c. vestra, de cohab.
cler. & mul. & dic quod licet ordo iuris non requiratur in no
toriis, tamen requiritur citatio ad sententiam audiendam, &
sententiam fieri, vt dicit gl. no. in c. ad nostrã, el 2. de iureiur.
non tamen requiritur, quod sit peremptoria, vt dicunt hic
Doctor.

10 Nota sexto, & tene menti, quod in sententia † interdicti
requiritur monitio. idem in sententia suspensionis, de quo
uide tex. in c. repræhensibilis, de app. & tamen intellige, quã
do fertur propter contumaciam, secus si propter delictum
quia tunc non requiritur monitio, nec in sententia suspẽsio
nis, nec in sententia interdicti, vt nota. dixit Innoc. quem
sequuntur Ioan. And. & But. in c. j. de excess. præla. & domi.
Card. hic in 5 nota hoc etiam sequitur Abb. Sic. in dicto ca.
repræhensibilis, & in hoc differt sententia suspensionis, vel
interdicti a sententia excommunicationis, quia sententia ex
communicationis non fertur ab homine, nisi pro contuma
cia, ut no. gl. 11. quæst. 3. nemo, & ista est ratio, quia regulari-
ter requiritur monitio in sententia excommunicationis, &
si uis scire, in quibus conueniant, & differant sententia excõ
municationis, suspensionis, & interdicti, vide plenissime per
Dom. Dom. post Io. And. in c. j §. post hæc eadem, de senten-
tia excommunicat. in sexto, & per gl. in c. præsenti, eo. tit. in
sexto.

11 Nota vltimo, quod appellatione diuinorum † officiorũ
compræhenditur Baptisma, & pęnitentia, nam exceptio de
beret esse de compræhensis in eo a quo fit exceptio, ut est glo.
in Rubrica, de reg. iur. in 6.

In glo. j. vide quod not. But in c. fi. de conuer. infide. & ibi
12 tetigi. Aduerte tamen, quia † vxor non est in potestate uiri,
vnde si filiafamil. accipiat maritum remanet in potestate pa
tris, nec transit in potestatem viri, vt in l. si vxorem. C. de cõ-
dit. insertis, & uide glo. insti. ad Tertul. §. j. quæ dicit, quod hoc
est verum, nisi quoad debitum carnis. & dicit secus esse de
iure Lombardorum, quia secundum illud vxor transit in po

testatem mariti, & per hoc Ioan. And. in addi Spec. in tit. qui
fi. sine legi circa princ. in addi. quæ incipit, Rofredus in pręto
ria, dicit quod maritus non potest intentare rei vendicatio-
nem præiudicialem ad repetendam vxorem, quia non est in
potestate uiri, sed in officio, vt in l sicut. ff. de oper libe. & in l.
assiduis. C. qui potiores in pig hab & hoc sequitur Gas. Cal.
& dom Card. in j. quæst. & propter hoc dicunt, quod non po
13 test maritus † alienare vxorem propter necessitatem famis,
licet possit filios vendere, vt in l. ij. C. de pa. qui fi distra. & io
c. 2. de pigno. vbi per glo. & Doct But. vero dicit, quod bene
competit pro vxore rei vendicatio, sed non præiudicialis, &
dicit hoc probari in multis iuribus, & hoc notant Doct. in
c. ea parte, de restit spo. & in c. inter quatuor, de maio. & obe
dien. sed uide bo tex. in ca illud, de præsumpt. & sic intelligit
But. Ioan. And & per hoc dicit, quod uxor poterit vendicari
adiecta causa de iure canonico, sicut filius vendicat adiecta
causa Romanorum, vt in l. j §. per hanc, & ibi bona glo. ff. de
rei vendi. dicit etiam dom. Card. & But quod maritus poterit
repetere vxorem, & vxor uirum iudicio possessorio, ut in c li
teras, & in c. ex parte M. & in c ex conquestione, de resti. spo.
Et quod oporteat probari in iudicio possessorio, dic ut in d.
c. ex parte. sed Abb Sicu. dicit, ꝙ licet uxor non sit in potesta
te mariti, sicut filius in potestate patris, tamẽ maritus habet
multa iura in personam vxoris, adeo quod text in c. non de-
bet, de consang. & affin. dicit, quod uxor non habet potesta-
tem sui corporis sed maritus, & econtra, & sunt verba Apo-
14 stoli, & alibi dicitur, quod uxor † est penè famula uiri. 33 q 5.
mulierem, & ca. hæc imago. & dicit quod ratione illius iuris
poterit maritus vẽdicare uxorem, & vxor maritum adiecta
causa de iure diuino, seu canonico, sicut in simili habetur in
l. j. §. per hanc. ff de rei vendic & vide per ipsum plenius in d.
c. illud, de præsump. vbi etiam per But. sed dic quod compe-
tit rei vendicatio, sed non præiudicialis, ita debet intelligi Io.
Andr.

In glo. ij. quando vnus possit puniri pro alio, & quando
15 nõ, & qua pęna puniatur vnus pro † alio, vide gl. j. q. 4. in sum
ma, & 24. q. 3 in summa.

In gl. 3. ibi, argumentum contra eo ad tempus, & propter
hoc remanet infamis, & ita uidetur sentire glo. ibi, sed glo. in
ea d l. dicit, quod non remanet infamis, quia fuit damnatus
ex publico crimine, & pęna fuit minuta sine causæ cognitio
ne, secus si cum causæ cognitione fuisset minuta pęna, quia
tunc videretur super infamia dispensatum, de quo dic, vt per
Bar. in l. quid ergo, § pęna grauior, ff. de his qui not. infa. & p
Cy. & alios in l. & si seuerior, C. eodem ti. in quibus locis pos-
sit augere, & minuere pęnam in iure expressam, & an per
hoc intelligatur super infamia dispensatum, de quo etiam vi
16 de in c. cum te, de re iud. & istud facit ad q. † nunquid excom
municatus post absolutionem possit esse accusator, vel te-
stis, de quo per gl. 4 q. j. in summa.

In ead glo. ibi, hæc est suspensio iuris, dic quod immo ista
fuit cessatio a diuinis, secundum Gasp. Cald. & dom. Card. &
But. dicunt, quod glo. habuit bonum intellectum, nam hic
fuit suspensio iuris, i. quia donec sunt ibi vxores clerici suspẽ
derũt ius, quod habent in celebrandis diuinis, & idem dicit
Inn dicit enim, quod vxoribus exeuntibus de loco sine abso
lutione possunt clerici dicere officium, quia non est terra in
terdicta, sed organa suspensa ad tempus. dicit etiam, quod ir-
regulares fiunt, qui ibi celebrabunt, quod intellige interim
antequam recedant. dom. Card. in 2. q. colligit duo ex hoc di
cto Innocent. primum, quod si terra esset interdicta, etiam
postquam exiuissent remaneret interdicta, cuius ratio vide-
tur esse, quia interdictum non suspẽditur, sed ipse dicit, quod
contrarium est verum, & remittit ad c. ad hoc quoniam, &
ad ca. dilectus, de app & dicit quod credit, quod si interdictũ
esset actum sub hac limitatione, de qua in tex. quod eis exi-
stentibus esset sublatum, pro quo facit tex. in capitu primo.
versi. terra quoque, de pęnis. Secundo colligit dom. Card. ex
17 dicto nota, quod † celebrans pendente suspensione a diuinis
irregularis efficitur. contrarium tenuit Innoc. in c. irrefraga-
bili, de offic ordi. & glo in c. si canonici, in verbo, cessare. de
offic ord. in vj. Host. vero in c. dilectus, de app. & Ioan. Andr.
in nouella, in d. ca. si canonici, super quarta glo concordant
18 opi. & dicunt, quod aut † cessatio generalis æquiparatur in-
terdicto tea est in clem j. de sent. excomm & de ista loquitur
ista decretalis, quia erant suspensæ omnes ecclesiæ illarum
ciuitatum, in quibus istę vxores reperirẽtur esse. Aut cessatio
est spe-

ADDITIO.

a ¶In notoriis, licet non requiratur ordo iuris, tamen requiritur citatio ad
sententiam audiendam. idem tenet Rota, titu. de lit. contesta. incipit, fuit
dubitatum, in nouis.

est specialis, s. incerta ecclesia, & tunc celebrans pendente ta
li suspensione, non est irregularis, nisi in casibus in iure ex-
pressis, vt in c. is qui, de sent. excomm. in vj sed cessatio a diui
nis non comparatur interdicto, nisi quando est generalis, er
go nec pœna irregularitatis debet incurri. Ex hoc conclude,
quod quantum ad inducendum irregularitatem non est dif
ferentia inter cessationem generalem, & interdictum, sed be
ne est differentia inter cessationem, & interdictum, etiam si
interdictum est speciale, & istam concordiam sequitur dom.
Card. in 2. quæst.
19 Quando autem dicatur cessatio generalis, † vel particula-
ris, collige ex ca cum in partibus, de verborum signific. Sed
quantum ad q glo an requiratur absolutio vide glo. quæ lo-
quitur de excommunicatione, & interdicto, in cle. j in verbo,
donec, de deci. & per Inn in c. bonæ, de æta. & qual. Sed Pau.
vt refert Io. de Imo. in d. cle. tenet contra illam gl. sed dicam
in c. si iusta de ma. contracto contra interdi. eccl. vbi est bo-
na glos.
In glo. pen. vide glo in c. fin. in verbo, sacramentis, de sent.
excomm. in sexto, quæ sacramenta olim poterant conferri
tempore interdicti, quæ olim non poterant fieri.
In ea gl. in fi. Doct. reprehendunt gl. & dicunt, quod pœni
tentia aliquo modo etiam in necessitate non est recipienda
a præciso ab ecclesia in desperationem, & vide gl. 32. di. § ve
rum, quæ incipit ab hoc loco, quæ ponit, quæ sacramenta li
ceat in necessitate recipere ab hæreticis, vel a scismaticis, & a
scismaticis, vel fornicatoribus notoriis, & quæ sit differen-
tia inter collationem sacramentorum factam ab ipsis. in ne
cessitate uero, licet confiteri hoc est laico, de pœ dist. j. quem
pœnitet, de consect. dist. 4. sciendum, & quæ sacramenta con
20 ferat † laicus tempore necessitatis, vide glo no. 24 q. j. cœpit.
quæ etiam dicit, quod non est licitum recipere a laicis in ne-
cessitate, nisi quæ reperiuntur in iure expressa, & idem dicit In
noc in c. quanto, de consue. & ibi plene habetur & dic quod
licet possit recurri ad laicum in necessitate, non tamen po-
test laicus ligare, vel absoluere, quia nõ habet claues, sed ab
soluitur uirtute diuina, de quo vide gl no. in ca. pastoralis, in
a verbo, moris, de offi. ord.[a]
21 Sed dubitatur, an matrimonium † possit contrahi tem-
pore interdicti, gl. tenuit, quod sic in d c. fi. in uerbo, sacramẽ
tis, de sent. excommu. in vj & idem tenet hic Innoc & Doct.
& pro hoc facit, quia infideles excommunicati possunt con
trahere matrimonium. De excommunicatis uero in c. signi
ficasti, de eo qui duxit in ma. quam po per adult ad hoc etiã
22 facit, quia contractus † spirituales possunt celebrari, ut in c.
j. de postu. præla Host. vero putat, quod solennitas matrimo
nii suspendatur tempore interdicti, ar. c. capellanus, de feriis,
& hoc sequitur But. licet in fi. 4. q. teneat cõtrarium, mihi pla-
cet opinio Host. & pro ea facit, quod tempore interdicti nõ
possunt nubentes benedici, vt in c. fi. de excess. præla.
Vltimo quæro, nunquid tempore interdicti possint con-
23 ferri † ordines. Inno. hic tangit, sed dom. Card. in pen. q. opti-
me distinguit, & facit tres casus.
Primus est quando locus est interdictus, & hoc casu, nec
clerici, nec laici possunt ordinari, quod intellige, dum ta-
men non fuerit causa interdicti, ut in cap. si sententia, & in
c. fi. de sent. excomm. in sexto.
Secundus casus est, quando personæ tam laicorum, quam
clericorum vt puta Paduani sunt interdicti, quod nomẽ ha
bet comprehendere laicos. & clericos, vt in c. dilecti, de fo-
ro compet. & tunc nec clerici, nec laici poterunt ordinari et
extra locum suæ diœc. quia ex quo personæ sunt interdictæ
in quocunque loco sunt interdictæ, sicut lepra leprosum p
sequitur vbique.
Tertius casus est, quando populus fuit interdictus sub no
mine populi, & tunc non intelliguntur interdicti clerici, &
sic clerici poterunt ordinari, sed non laici. idem econuerso,
si clerus interdictus est, non poterunt clerici ordinari, sed bñ
laici, & d. c. si sententia, de sent. excom. in 6. qui text. optime
facit pro ista distinctione.
Nota bene, quod hæc nominatio Paduani, includit cleri-
24 cos, & laicos, sed appellatione populi, † solum laicos compre
hendit. hoc etiam tenuit Io. And. & Dom. Dom in c. si senten
tia, de senten. excomm in sexto, & in ca. dilecti, super verbo,
Anglicis, de fo comp. Abb autem Sicu. hic dicit posse atten-
tari, quod ea necessitate possint conferri ordines in loco in
terdicto, ex quo conceduntur aliqua sacramenta tempore
interdicti, quæ non possint conferri, nisi per clericos indire-
cte permittitur ordinatio clericorum, sicut permittitur con
fessio crismatis, vt in c. quoniam, de sen. excom. in sexto. Sed
istud non placet mihi, quia potest ordinatio fieri extra locũ
interdicti, nec debemus facere extensionem ultra illa, quæ
reperiuntur expresse concessa tempore interdicti secundi, ta
men si esset ita ingens necessitas, quod alibi non posset fieri or-
dinatio absque periculo habitantium, nec in loco sacerdo-
tes reperirentur qui possent sufficere sacramentis præstãdis
tunc forte posset opinio Abba. Siculi procedere, quia neces
sitas non habet legem. Et circa materiam quæ possint fieri
tempore interdicti, recurre ad notata per Doctores in c. tan
tã, de excessibus præla. & per Dominum Dom in c. fi de sen.
25 excommu. libro vj. & plene per Calderinum in tractatu, de
ecclesiastico interdicto. sequitur c. præterea ij.

ADDITIO.

a ¶Adde glo. in cap. 3. de fur. & in c. a nobis, in verbo, potuit, de sententia ex-
communicat.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium impeditur dicto unius asserentis adesse impedimentum, adeo ut contrahi non possit.*
2 *Affinitas, an contrahatur ex fornicaria copula.*
3 *Allegans turpitudinem suam in causa matrimonii auditur.*
4 *Dicta unius testis, quando credatur.*
5 *Sponsalia iurata, an soluantur per oppositionem unius contradicentis.*
6 *Sponsalia iurata, an firmiora.*
7 *Præsumptio ex deponente aliquid, quando sit maior.*
8 *Facta in iudicio notoria censentur.*
9 *Deponenti sine iuramento non creditur.*
10 *Testimonium, quæ requirat ponderanda.*
11 *Forus quotuplex sit.*
12 *Testis, nunquid recipi debeat sine publicatione nominis.*
13 *Sententia, an valeat non publicatis testibus.*
14 *Testes de quorum absentia, & periculo mortis timetur, possunt recipi in privato, & quando opus erit facient fidem.*
15 *Testium persona qualiter consideranda sit.*
16 *Mulier potest esse cognita carnaliter, quamuis aspectu appareat virgo.*
17 *Fama, quando plus operetur quam unus testis in sponsalibus.*

CAP. XII.

1 PRæterea. Dictum vnius † asserentis impe-
dimentum, matrimonium con-
trahendum impedit. hoc dicit. Communis diui-
sio. Secunda ibi, respondemus.
2 Nota primo, quod ex copula fornicaria contrahitur † affi
nitas inter mulierem, & consanguineos cognoscentis ipsam
quæ affinitas impedit matrimonium contrahi, & iste text. fa-
cit, quod affinitas superueniens dissoluit spõsalia de futuro,
nam hic non exprimitur utrũ cognouisset, uel ante, uel post
sponsalia, ergo generaliter debet intelligi: nã superuenit for
tius vinculum, ad hoc c. discretionem, de eo qui cog consan.
vx. suæ, & aperte probatur in d. c. ij. Et pondera uerbum deli-
quisse, quia debet exponi, i. secum commiscuisse, & sic uerba
debent intelligi, secundum subiectam materiam, ut in c in-
telligentia, de uerbo. sign. cum simili.
3 Nota secundo, quod in causa matrimoniali allegans † tur-
pitudinem suam auditur, & hoc est, quia sumus in materia
peccati, & hoc tenuit gl. in c. inter dilectos, quæ incipit, argu
mentum, de dona. & ca ex tenore, de concess. præb. quæ etiã
enumerat alios casus, in quibus admittitur allegans turpi-
tudinem suam, & vide etiam per Docto. & per Bar. in l. alias.
a ff. de iureiur.[a] iste autem text potest intelligi duobus modis,
secundum Abb Sicu.
Primo modo, quod admittatur, vt denunciator, & secun-
dum hoc habes casum no. in quo admittitur occultus denũ
ciator, licet sit criminosus, & alleget turpitudinem suam, &
hoc quia agitur de peccato futuro euitando, sed pro pecca-
to commisso non admittitur criminosus ad denunciandum
ut no. in c. nouit, de iudic. & per Goffr in summa, de acc. in fi.
& istum intellectum sensit hic do. Card.
Secundo modo potest intelligi, quod iste proposuit, ut te
stis, & hoc secundo modo Doct. communiter intelligunt,
sed primus intellectus magis congruit literæ.
4 Nota tertio casum notabilẽ, in quo creditur † dicto unius
licet publice dictum suum effundat, & sic ualet dictum te-
stis absque publicatione nominis, de quo dicam infra. Et ex
hoc potest colligi argumentum, quod vbicunque agitur de
peccato

ADDITIO.

a ¶Et adde ea quæ no. Dom. M. in c. cum M. super gl. a. in uerbo, duos, de con
stitutio.

peccato euitando creditur dicto vnius, etiam absque publi-
catione nominis si ex causa iusta timet prodire in publicū.
Nota ultimo, quod ob dictum testis occulte opponentis nō
5 soluuntur † sponsalia iurata, & hoc facit ad c. requisiuit, in-
fra eodem, ut ecclesia facilius abstineat a compulsione spō
si, seu sponsæ, quando iuramentum non interuenit, & time
6 tur aliquod malum futurum, & hoc respectu sponsalia † iu-
rata possunt dici firmiora quam non iurata, & istud adde ad
ea quæ dixi supra eo. ex parte, vbi tractaui, an iuramentum
aliquid addat ad spōsalia, nam addit illud, quod hic dicitur.
Ex hoc etiam habes, quod ecclesia facit differentiam inter
iuramentum, & simplicem promissionem: nam facilius per
mittit venire contra simplicem promissionem, quam cōtra
iuramentum: Deus autem non facit differentiam, vt in c. iu-
ramenti, 22. quæstio. quinta, & vide glo. in cap penulti. de iu-
reiurando.

In glo. j. aduerte: nam ista glo. non videtur habere ratione
dum vult, quod si in casu huius ca. disposuisset publice, quod
propter hoc non impediretur matrimonium contrahendū.
& prima ratio gl. non videtur procedere, quia dictum vnius
sufficit ad impediendum matrimonium contrahi, ut in c. su
per eo § primo, supra de testi. Item nec secunda ratio gl. est
bona, quia vbi est materia peccati, vel periculum animæ ad
mittitur quis ad allegandum turpitudinem suam, ut no glo.
in c. inter dilectos, de dona & in c. ex tenore, de concess. præ-
7 ben. Item † magis est præsumptio contra deponentem secre
te quam contra deponentem publicè, pro quo facit gl in c.
j. in uerbo, occultauit, & bene. unde Bernardus ad Eugeniū
hanc tibi generalem constituas regulam, vt omnem qui pa
lam ueretur dicere, quod in auribus locutus est, suspectum
habeas. vnde si in casu huius capituli publice deposuisset ma
gis fuisset sibi credendum, sed quia sumus in materia pecca-
ti, & tenebatur probare, vt 35 q. 3. sin autem homo, & quia
erat periculum si publicè proposuisset, ideo creditur dicto
occulte proponentis, ar. de c. si iustus metus, de app. sed ma-
ior sibi data fuisset fides si hoc publice dixisset. Host. vero ex-
ponit literam publice, i. communiter, & coram multis, & di
cit, quod hoc proponebat publice, quia coram iudice etiam
paratus erat iurare, alias nudo uerbo dicto non staretur, ar.
in c. tua, de cohabi. cler. & mul. sed dom. Card. in j. quęst hoc
reprehendit, quia tex dicit, quod recusabat publice confite
ri propter metum, & potentiam mulieris.

Ex hoc etiam arguitur secundum do. Cardi. quod hoc in
8 iudicio non dixisset, cum ea quæ † fiūt in iudicio censeantur
notoria, de quo in c fi. de cohab. cle. & mul. & pro hoc dicit,
quod mens literæ est, quod ad dictum vnius proponentis &
occulte de impedimēto matrimonii impediatur matrimo-
nium contrahi, si iuramentum non interuenit: nam vt dicit
Goffr. tenue argumentum impedit matrimonium contrahi
sed nunquam. suspitio dirimit contractum 32. quæst. j. dixit. fa-
cit c. super eo, de testi. Sed ego puto, quod Host. possit salua-
ri, nec est verum, quod omnia quæ fiunt in iudicio censean-
tur notoria, de quo vide gl no. in clem. j. in verbo publice, de
sepul. puto ergo, quod Host. voluerit dicere, quod non tene-
tur proponere coram multis, sed bene tenebitur hoc cum
iuramento attestari coram iudice, & notario, & illud secre-
9 tum tenebunt si subest periculum, alias sine † iuramento nō
crederetur, ut d. c. tua, de cohab cleric. & mul. & hoc s. quod
debeat iurare tenet Ioan. And. qui dicit, quod iste iurauit co
ram iudice, sed nomen suum non probabatur in publico ex
quo verisimiliter timet potētiam partis, & hoc sequitur Bu.
& Abb. Sicu licet dom. Card. in tertio notabili teneat, quod
10 nō debeat iurare. But. autem dicit, quod in † testimonio pō
derantur tres actus.

Primus est receptionis, quando defertur iuramentum te-
sti. & hic actus debet esse publicus, & parti notus, quia testis
debet iurare præsentibus partibus de testi. in nomine domi-
ni. nihil est speciale in iuramento testis ad impediēdum ma
trimonium contrahi, quia poterit iurare etiam partibus nō
vocatis, & hoc, quia non agitur de eorum incommodo, sed
potius utilitate, vt prohibeantur a peccato, quia in talibus
non proceditur in forma iudicii contentiosi, & quia timetur
de partis sæuitia ecclesiæ, quod But. dicit, quod debeat iura-
re, licet partibus non præsentibus. Et dicit But. quod est tri-
11 plex † forus iudicialis, qui est contentiosus. Secundus forus
pœnitentialis. Tertius est mixtus: quando tractatur de matri-
monio impediēdo carnali, uel spirituali propter peccatum,
& in hoc foro mixto admittuntur testes occulte deponen-
tes, allegat But no per Host. de æta. & qua. accepimus, in sum
ma, de seru. in fi.

Secundus actus est ipsa depositio testis, s. quando deponit
dictum suum, & hæc regulariter debet esse priuata, & quan
tum ad hoc nulla est specialitas, quia idem in aliis causis.

Tertius actus est publicationis, quando testes deposuerūt
& hic actus debet esse publicus, ut detur facultas partib. op-
ponendi contra testes, & hoc casu etiam est speciale in tali
actu non exigatur publicatio, vbi agitur ad fi. peccati in foro
quasi pœnitentiali maxime, quando inutile periculum time
tur. & licet Bu. loquatur per verbum maxime, dic quod hoc
tantum habet locum, quādo timetur mile periculum, alias
deberet fieri publicatio, ut probatur hic, & in c. fi. de hæreti.
in vj. vnde hic concurrunt quatuor specialia.

Primum, cum non iurat in præsentia partis contra cap. ij.
de testi.

Secūdum, quod delictum suum cum nomine publicatur
contra c. qualiter, & quando, §. debet, de accu.

Tertium, quod statur dicto vnius contra ca. licet ex qua-
dam, supra de testi.

Quartum, quod auditur allegans turpitudinem suam cō
tra c. inter dilectos, de donat. & hæc omnia admittuntur p-
pter peccatum euitandum, quia magis est ponderandum pe
riculum animarum, quam corporum.

12 Nunquid autem in aliis casibus possint † recipi testes sine
publicatione nominis, quando rationabiliter timetur potē
tia aduersarii, uel aliud scandalum. But. dicit, quod non: nisi
vbi agitur de materia peccati. dicit tamen, quod in alio casu
forte facerent aliquam præsumptionem, sed non plenam. al
legat c fi. de hæreti. in sexto, vbi est speciale in causa hæresis,
quod non fiat publicatio nominis, quando subest periculū,
ergo contra est in aliis casibus, ut in l. ius singulare ff. de ll. &
in regula, a iure, in sexto, & hoc sequitur Abb. Sic. & tenet &
Io. And. & Do. Dom. in d. c. fi de hæreti. in sexto. sed tene mē-
ti glo. ibi, in verbo, cessante vero, super verbo, iudiciis, quę di
cit, quod si omittitur publicatio nominum parte tacente, &
non contradicente, quod valet processus, & illa glo. facit se-
cundum Domi. Dom. quod valeat sententia si iudex ipsam
proferi non publicatis dictis testium partibus non contradi
centibus, quod dicit multum notabile.

13 Sed circa istud, an ualeat † sententia non publicatis testi-
bus. vide Ioan. de Imo. in cle. dispendiosam, in verbo, præmo
niti, de iudi. & per Archid & Ioan. de Fan. 2. q. j. nos in quem-
quam, & c. primates, & per Doct. in c. ecclesia sanctæ Marię,
de constit. & per Bar. in l. prolatam. C. de sent. & interlocut.
omnium iudi. Item Abb. Sic. adducit unum dictum singula-
re Host. quod sequitur Ioan. And. in c. j in princ. supra, ut lite
non contest. vbi dicit, quod si actor timeret reum conueni-
14 re propter ipsius potentiam possunt testes, † de quorum ab-
sentia, vel morte timetur, recipi in priuato, & facient fidem
tempore quo lis poterit inchoari. hoc etiam But. in d. c. quo
niam frequenter, & etiam Abb. Sicu ibi, & hic. Sed contra il-
lud dictum fortiter facit capit. istud, & ca fi. de hæreti. in sex-
to, vbi hoc permittitur speciali fauore ecclesiæ, uel vbi tan-
gitur materia peccati, ergo in aliis casibus hoc nō debet fie-
ri. Sed potes soluere, quod licet a principio recipiātur in pri
uato, tamen debebit fieri publicatio tempore, quo lis pote-
rit inchoari, quia reus poterit opponere contra personas, &
dicta testium, & istud etiam uoluit Hostien. ibi. dicit enim,
quod iudex debet reseruare reo exceptiones cōtra personas,
& dicta: tamen ista solutio non omnino satisfacit, quia est cō
tra c. in nomine domini, de testi. nec illi c. reperitur deroga-
tū, nisi vbi agitur de materia peccati, vel de fauore fidei. vn-
de in aliis casibus seruandum est ius commune, tamen pro-
pter auctoritatem Host. & Ioan. And. & Bu in practica serua
tur dictum ipsorum.

In glo. fi. Inno. tenet cum glo. sed Host refert quosdam sup
plere maxime, quia subest eadem ratio etiam, quando iura-
mentum intercessit, quia si est verum, quod consanguineus
viri ipsam cognouit, nullo modo potest esse vxor eius. & si p
mitteretur matrimonium contrahi, illud matrimonium nō
tenebit, nec ipse, uel ipsa poterit cum alia, vel alio contrahe-
re deficiente probatione impedimenti. & sic contingit illud
deterius, de quo litera dicit Dicit etiam, quod quia iste con-
sanguineus possit in fraudem hoc dicere ad impediendū ma
15 trimonium, consulit iudici, quod consideret qualitatem † p-
sonæ testificantis, an sibi alias displiceat matrimonium, vel
non, & an sit vilis persona, vel grauis, & alias circunstantias
occurrentes, & secundum hoc, aut prohibeat matrimoniū,
vel concedat, ar. infra de clan. despō. cum inhibitio, infra eo.
cum in tua, & de iureiuran c. fi. & infra tit. primo, attestatio
nes. consulit etiam, ut iudex trahat mulierem ad partem, &
videat, quid dicit, & si dicit se uirginem, quia sic sic reperitur,
planum est testimonium eius esse falsum. dicit tamen, quod
iudex debet prouidere, quod matronę sint peritę. & quod di
ligenter inquirant, & si videtur iudici, quod testimonium cō
sanguinei de impedimento sit verum, ei stabitur non obstā-
te, q sponsalia sint iurata, & hoc propter tacitam conditio-

nem

nem, & auctoritatem Papæ exceptam in sponsalibus. idem sequitur Gasp Cal. dicens, quia materia testium est multum arbitraria, de testibus, in nostra, secundum quod alias considerationes circunstantiarum colligetur, an sit credendum illi, vel non, siue sponsalia sint iurata, siue non sed dom. Car. in tertia oppo. in fi. dicit, quod hæc opinio est æqua, sed dicit, quod Boic. tenet opi gl. & Inn. & hoc placet dom. Card. quia hoc c. exorbitat a iure, ideo nõ debet extendi extra suos terminos, de elect. statutum, in sexto. sed But primo dicit, ꝙ quando sponsalia sunt iurata, non creditur uni testi occulte deponenti propter reuerentiam iuramenti, ex quo plene nõ constat ecclesiæ de impedimento, & non de iuramento, nam omittendo iuramentum ecclesia est certa de peccato, & de impedimẽto est dubia, & ideo ecclesia eligit magis certum, & non impedit matrimonium contrahi postea Bu simpliciter refert opi Host. vnde non bene se firmat, licet uideatur tenere opi gl. & Inno. & Abb. Sicu. sequitur opin. glo. & Inn. cum hac limitatione: dicit enim, quod non recederet a verbis literæ, & quod ad dictum vnius non impediuntur spõsalia iurata Fatetur tamen, quod dictum vnius quandoque non est sufficiens etiam si non sint iurata, & sic est persona vilis, & mulier reperitur virgo, vel quid simile. ego uero credo, quod etiam si aspectu appareat virgo, dum tamen persona asserens copulã sit grauis, nec suspecta de mẽdacio, quod impediatur matrimonium contrahi, dum tamen iuramentum non interuenerit: nam est possibile, quod sit agnita, li-
16 cet aspectu † appareat uirgo, vt dicit Vin. do. Card. & Doct. in c. fi. j. eo. & ideo iste tex loquitur indistincte.

In ea gl. in fi. dic quod fama impedit matrimonium contrahendum etiam si sponsalia sint iurata, ut uoluit gl. fin. in
17 c. super eo, de consang. & affini. & in hoc plus habet † fama, quam vnus testis & dicit But. quod Docto. hoc volunt, & ꝙ fuit dictum Gas. idem dicit But. in d. c. super eo, sed dom. Car. hic, in fi. secundæ quæstionis, videtur hoc intelligere, quãdo nõ deponit, vt testis, nec publicè in iudicio, nec videtur sentire, quod si deponeret publice, ut testis, quod impedit matrimonium contrahi etiam si spõsalia sint iurata, & hoc expresse tenet Abb. Sicu. in d. c. super eo, quia vnus testis integer deponens de veritate maiorem fidem facit, quam fama. quod patet, quia in causa criminali duo testes sufficiunt, sed non fama cum vno teste, vt dicit glo. in d. c. veniens, de testi. de quo vide Bar. in l. de minore §. tormenta. ff. de quæstionibus, & in d. c. veniens, & ista sufficiant, sed vide quæ dicam j. eo. cum in tua, & in d. c. super eo, de consang & affinit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium tenet licet mulier intacta cum alio contrahat, nec in eum postea consentiat, sed in alium.*
2 *Verba, iuro de contrahendo matrimonio, inducunt sponsalia.*
3 *Sponsalia contracta per puellam parentibus ignorantibus tenent.*
4 *Cautio an impediat vires matrimonij.*
5 *Copula solet poni inter diuersa.*
6 *Inuitus & reclamans, differunt inuicem.*
7 *Pater potest agere causam filij, tanquam coniuncta persona.*
8 *Delegati iurisdictio in quibus extenditur.*
9 *Matrimonium metu contractum, an sit ipso iure nullum.*
10 *Resistens intelligitur de facto.*
11 *Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam.*
12 *Comparere, quando quis possit pro suo interesse, & testes producere.*
13 *Spoliator, quando possit opponere exceptionem proprietatis.*
14 *Odium spoliantis non debet obesse tertio, qui non fuit in culpa.*
15 *Iurisdictio delegata aliquando extenditur ultra personas expressas.*

CAP. XIII.

VEniens. Si mulier Intacta cum alio cõtrahit, nec in eum postea consensit, te-
1 net † matrimonium cum alio postea contractũ. hoc dicit. In prima narrat factum. In secunda diffiniendum committit. Secunda ibi, mandamus.

Nota primo, quod illicitus amor procedens ex appetitu inordinato non tollit liberũ consensum: vides enim, quod hæc puella amauit illum adolescentẽ illicite, & propter hũc amorem contraxit secum spõsalia, quæ valuissent, nisi inter eos fuisset consanguinitas. idem dicas de inordinato appetitu extorquẽdi copulam, ut est tex. j. eo. tua nos, & nota hoc quia quotidie accidit inter adolescentes.

2 Nota secundo, quod per hæc verba, † iuro de contrahendo matrimonio, contrahuntur sponsalia de futuro, secus si diceretur, iuro, quod te desponsabo, quia tunc non inducerentur etiam spõsalia de futuro, vt dixit Vin. quem sequitur j. eo. si inter, & vide eundem But in c. j. de spon duorum.

Nota tertio ibi, quod parentes ipsius ignorãtes &c. quod
3 tenent † sponsalia contracta per puellam illicito amore et parentibus ignorantib. ad substantiã enim matrimonii non requiritur, quod filia contrahat de consensu patris ad hoc j. c. proximo, & 30 q. 2. vbi vide j tit j. c. j.

4 Nota quarto, quod coactio † impedit uires matrimonii etiam si inferatur a parentibus, non enim possunt parentes inferre violentiam filiis in matrimonio contrahendo, & de iure ciuili, vt in l. nec filium C. de nupt.

Aduerte tamen, quod si filius contrahit matrimonium cum puella, ne incurrat indignationẽ patris, ita quod alias non fuisset contracturus, nisi ob reuerentiam paternam, nihilominus tenet matrimonium, de hoc est tex. cum glo no. in l. si patre. ff. de ritu nup. & hoc dicit Abb. Sic. esse multum notandum, quia multum limitat l. j. §. qui onerandæ. ff. quarerum actio non detur, & vide But. & Doct. in c. causam matrimonii. de offic. deleg.

Nota quinto ibi, inuitam reclamantem, ꝙ inter ista duo
5 est differentia: nam † copula debet poni inter diuersa, ut di-
6 cit glo. ff. de iur. & fac. igno. In Rubrica, & dicitur † inuitus qui suam conditionẽ declarat verbo, vel signo. Reclamans uero qui declarat uerbo, vel signo, de quo vide gl. no. 74. dis. ca. j. & pondera verbum, inuitam, & reclamantem, quia hic videtur tex. in c. cum virum, de regula. vbi dicit, quod solum imperium parentum causat iustum metum in filiis, adeo ꝙ vitiat actum, qui pendet a libero consensu, vt est matrimonium, & professio, nam iste tex. probat contrarium, quia nõ sufficit imperium parentum, nisi filia sit inuita reclamãs, & istud dictum But. reprobat Abb. Sic. in d. c. cum virum, vbi vide, & mihi placet opinio Abb. Sicu. & videtur tex cum gl. in c. insinuante, iuncta glo. in verbo, metu regio, infra qui cler. vel vouentes.

7 Nota sexto, in verbo, sane, ibi pater suus, ꝙ pater † tanquã coniuncta persona potest agere causam filii, & sic cõiunctio operatur mandatum sed hoc intellige, vbi interuenit mandatum, quia in spiritualibus mandatum exigitur, nec sufficit coniunctio personæ, & hoc videtur sentire gl. in ea causam, de restitu. in integrum. vbi vide per Docto. & hoc expresse tenent Dom. de Rota in sua decisione, 157. & vide no. in c. nõ nulli, § fi. de rescriptis.

8 Nota vltimo, quod delegatus non solum habet iurisdictionem in partibus, sed etiam quo ad extraneos turbantes eius iurisdictionem, de quo vide in c. j. de offi deleg. & per Innocen. in c. dilectus, de pœnis. plus dicit Gasp. Cald. hic probari, quod sententia lata contra vnũ præiudicat alteri. sententia enim lata inter Mariotam, & Titum præiudicat superinductæ. sed dic quod ideo est, quia ius tertii, i. superinductæ habet necessariam dependentiam a iure primi obtinentis, ita quod non possunt esse simul. facit contra, de accusat. ad petitionem, & c. dilectus, cum glo. de præben. & 81. dist. cantis Daniel, & 3. q. 6. hæc quippe, & 59. dist. ordinationem.

9 In glo. j nota istam gl. relatam ad tex. quod † matrimoniũ metu contractum ipso iure est nullum, ita quod non est necessarium petere rescissionem per actionem, quod metus cã de quo dicam infra c. proximo. sed iste tex. nihil probat super hoc, & potius facit in contrarium.

In glo. in uerbo, decesserit. idem tenet Alanus. & dicit ꝓpter hoc apposuisse, vt ostenderet, quod erat manifestum impedimentum non subesse. sed Vin. dicit quod erat factum notorium. sed Bu notabilius dicit, quod ideo tex. põderat mortem secundi viri, quia cum hoc tertio viro cohabitauit post mortem secundi viri, de cuius matrimonio dubitabatur ꝓpter violentiã, nam si viueret non mandaretur, ut tertio iungeretur, nisi prius cognito de ista violentia. sed quando iam est mortuus, & post mortem cohabitauit cum tertio, cum quo contraxit matrimonium in facie ecclesiæ, hoc tertium matrimonium conualidatur, ideo Papa mandat, quod com-
a pellatur habitare sine aliqua cognitione,[a] & sic uoluntaria cohabitatio conualidat secundum matrimonium cõtractũ stante dubietate primi matrimonii, nam data morte primi mariti, ex quo secundum est contractũ in facie ecclesię, non dubitatur de validitate primi ad considerãdam validitatem, uel inualiditatem secundi, & hoc nota pro limitatione c. si. j. de eo qui duxit in matrimonium, quam pol. & c. j. de conuer. infi.

Item

ADDITIO.

a ¶Hic adde ea quæ not. Domi. meus in cap. cum in Apostolica. super glo. infra eodem.

Item scias, quod Innoc. hic tractat, nunquid ista superin-
ducta a tertio potuisset se opponere cōtra istam Mariotam
proponendo de iure suo. concludit, quod sic, ex quo nota, quod
10 vbi mandatur resistētes † excommunicari, intelligitur de re-
sistentib. de facto, secus si se habere ius prętendunt, de quo vi
de gl. no. in c. pro illorum, de præb. in verbo, contradictores,
& ut habeas clare dicta Innoc. & But. distingue. Aut ista ma
riota vult agere possessorio, aut petitorio.

In primo casu potest superinducta tribus modis se oppo-
nere. Primo obsistendo marito, vt videat quomodo uir se
defendat non assumendo in se telam iudicii, vt in l. suspecta.
in principio. ff. de inoff. testa. & in cap. ij. de procur. in sexto. &
erit. ius assistentiæ erit, vt declarat ibi glo. vltima, quia pote
rit producere testes, & probationes quos principalis nō p-
ducit, vel nominare testes, & compellere principalem ad
eos producendos. Secundo modo potest se opponere assu-
mendo telam iudicii probationes inducendo æquè princi-
paliter cū marito, & opponendo exceptiones contra ipsam
Mariotam agentem, & ista sine dubio admittitur ante pu-
blicationem testium ad producendos testes, & etiam post
publicationem, & post sententiam, quia ibi, vt tertio non
obstat publicatio, nec sententia si ignorauit, nec si sciuit. vn-
de post sententiam potest appellare infra 10. dies, & post 10.
11 dies contradicere sententiæ, quia † sententia in causa matri
moniali non transit in rē iudi. vt in c. lator, & in c. consangui
nei, de re iudi. item in causa matrimoniali possunt testes pro
duci post publicatas attest. de test. series. Tertio modo potest
comparere assumendo instantiam, & excludendo maritum
a prosecutione causæ, & hoc non potest facere, quia hoc tā-
tum est concessum illi ad quem magis principaliter causa p
tinet, vt in l. sæpe. ff. de re iud. sed prosecutio causæ in casu hu
ius decr. principaliter spectat ad maritum, vel saltem æquè
principaliter, & de ista materia, quando, & quis, & qualiter
12 possit comparere † pro suo interesse, & an possit producere
testes, vel alias probationes post publicationē processus, vel
post conclusionem in causa factam cum principali, & an
possit appellari, & quando incipiet ei currere tempus ad ap-
pellandum, vide Bar. in l. a sententia, & in l. si perlusorio. §. j.
ff. de appel. & per Doct. in cap. cum super, de re iudi. & quan
do sententia lata contra unum præiudicet alteri, vide in l. sæ
pe. ff. de re iudi. & in c. quamuis, co. tit. & hoc de primo casu
quando agitur petitorio.

Venio ad secundum, quando agitur possessorio contra vi
rum, & superinducta se opponit pro iure suo, & tunc aut se
opponit opponendo aliquam exceptionem, quę concernat
possessorium, puta, si obiiceret, quod Mariota nūquam fuit
in possessione mariti, vel quod vir eam non spoliauit, sed
ipsa mulier spoliauit maritum suum sua possessione, licet
alias legitimas exceptiones cōcernētes possessorem ad hoc
admittatur, vt in c. solicite, & in cap. accepta, de resti. spoliat.
Aut vult opponere de proprietate, quia superinducta dicit
se prius desponsatam, vel quod non teneat matrimonium
contractum cum Mariota propter aliquod impedimētum,
& tunc dicit Innoc. quod non auditur, nisi velit incontinen
ti probare, de restitu. spo. literas. sed Gasp. Cald. quod admit
titur exceptio de proprietate, quia per ipsam negatur pos-
sessio matrimonii, nam si non potuit esse uxor, non po-
tuit possideri tanquam vxor. sed dom. Card. in secunda q te-
net op. Innoc. quia quādo agitur possessorio sufficit, quod
constet de coniugio quomodo etiam semiplene, ut in cap.
literas, & in c. ex parte de restit. spol. & ibi de hoc, & per glo.
fi. super qua uide Ioan. de Imo. in ca. j. de causa poss. & propr.
& per Docto. in capit. constitutus, de fi. præsby. & concludit
dom. Card. quod non audietur ponens de petitorio, nisi ve-
lit statim probare, quia in iudicio petitorio postea poterit
plene discuti.

Sed nota singulariter ex dicto Innoc. quod sequitur dom.
Card. quod si spoliator conuenitur possessorio recuperādæ,
sicut ipse nō potest opponere de proprietate, ita nec tertius
comparens pro suo interesse. sed contrarium tenet glo. in c.
13 literas, de restitut. spol. quæ dicit, quod licet † spoliator non
possit opponere de proprietate contra spoliantem, tamen
dum cōparet ipse poterit opponere exceptionem proprie-
tatis per l. bona fides, ff. depositi. sed But. intelligit illam glo.
quando ius tertii est adeo separatum a iure spoliantis, quod
ipse spoliator in nullo iuuatur, alias vbi est connexū, vt hic
non potest opponere exceptionem proprietatis, nec spolia-
tor conuentus, ne consequatur indirecte per alium, quod p
se consequi non posset, nam si superinducta posset oppone-
re exceptionem proprietatis, pdest spoliatori, quia interim
non fieret.

Ex hoc habes singulariter limitationem ad glo. in c. in li-
teris. de restitu. spo. & propter hoc illud dictum Innoc. con-
sueuit singulare reputari. quod sequuntur Domini de Rota
dec. 143. sed Abb. Sic. dicit, quod hoc dictum nunquam sibi pla-
cuit & dicit quod de hoc plene scripsit in dicto capit. in lite-
14 ris. de restitu. spolia. nam † odium spoliantis non debet obes
se tertio qui non fuit in culpa, sed debet potius tolerari odio
sus, quam innocens puniri, vt in c. sacris, de sepul. & 23. quæ-
stio. 4. quam magna, & in l. absentem. ff. de pœnis. Item exce-
ptio proprietatis includitur in causa restitutoria in odium
spoliantis, vt in cle. j. de cau. poss. & propriet. quod cessat hic
respectu tertii, & maxime, quia ista tertia erat in possessione,
& sic etiam potuisset impedire sententiā proponendo de iu
re suo, vt in c. venicns, de testi. & in l. a diuo Pio. §. si super re-
bus. ff. de re iud. sed tu defende communem opin. quod ideo
ista superinducta non potest opponere exceptionem cōcur-
rente proprietate, q habuit causam a spoliatore, nā ista Ma-
riota fuit spoliata possessione matrimonii ab isto T. & sic su
perinducta successit in uitium, non curo scienter, uel ignorā
ter, quod si scienter, habet locum c. sępe, de rest. spo. & si igno
ranter, habet locum canon reintegranda 3. quæstio. j. vt dicit
glo. in dicto capit. sæpe. sic ergo ista Mariota potuisset agere
possessorio, nedū contra T. sed etiam contra superinductā,
vel ex canone decr. sæpe, vel c. reintegranda, & ideo ista sup-
inducta non potuisset opponere exceptionem concernen-
tem proprietatem matrimonii, cum etiā ipse potuisset pos-
sessorio conueniri. Præterea vbi quis acquirit ex dolo alte-
rius, obstat sibi exceptio doli, & sic uitiū auctoris sibi nocet,
si causa nō est onerosa, ut in l. j. § si dominus, ff. si quis aliquē
testari prohibuerit, & in l. apud Celsum. §. si quis autem ex cā
legati. ff. de doli excep. sed ipsum matrimonium non est con
tractus onerosus, quia propter onera matrimonii traditur
dos, & sic ipse contractus matrimonii non dicitur onerosus.
item vitium tale transit contra singularem successorem,
ut in l. vitia. C. de acqui. possess. sed persona mariti in qua ista
Mariota habebat quasi possessionem matrimonii, censetur
quodammodo affecta uitio, nam possidebatur ab ipsa Ma-
riota, quia vir non habet potestatem sui corporis, sed uxor
& econuerso, vt in c. non debet, de consang. & affinit. & ideo
cum illo vitio contraxit cum superinducta.

Ex his etiam conclude, quod aut tertius habet ius separa-
tum, & tunc potest opponere exceptionem proprietatis con
tra agentem possessorio recuperandæ, vt dicit glo. fi. in ea. in
literis, de restitu. spolia. Aut habebat ius connexum, & cau-
sam a spoliatore, & tunc non potest opponere exceptionē
proprietatis, & hoc modo saluatur communis opinio. puto
tamen, quod si daretur talis connexitas, quæ non haberet
causam a spoliatore, quod tunc procederet opin. Abb. Sicu.

Nunquid autem ista superinducta possit comparere corā
delegato impetrato per Mariotam contra ipsum, & T. Inn.
dicit quod sic: dicit enim, quod poterit pponere de iure suo
coram delegato, vel ordinario, licet non sit ipsius superindu
ctæ delegatus, vel ordinarius. arg. ff. de quib. rebus ad eundē
iudicem agi opor. per totum, & hoc notat Gasp. Cald. casum
15 in quo iurisdictio † delegata extenditur ad personas non ex-
pressas, quod intelligit durante iurisdictione causæ commis-
sæ, alias secus, cum iurisdictio delegata non debeat extendi
ad personas non expressas, de offi. deleg. P. & G. Sed domin.
Card. in fi. secundæ oppo. & etiam Butr. dicunt, quod iurisdi-
ctio non dicit extendi, sed potius ex natura sua hunc casum
comprehendere tanquam connexum, de offic. delega. præ-
terea, & c. prudentiam. § sexta. Item quantum tangit Inn. de
superinducta, quando possit comparere pro suo interesse, di
cam adhuc post Innoc. in c. cum inhibitio, de cland. despon.
Vltimam autem quæstionem, quam facit hic domi. Cardin.
referam in seq. cap.

SVMMARIVM.

1 *Violentia futura de qua dubitatur aduersus puellam occasione matrimo nij, potest iudex prouidere.*
2 *Metus, & coactio sunt contra uoluntatem.*
3 *Voluntas, & consensus coacta, nihilominus uoluntas est.*
4 *Metus, an ipso iure annullet actum.*
5 *Matrimonium solo consensu contrahitur, qui est de eius substantia.*
6 *Verbum sufficit, quid significet.*
7 *Puella, an possit in monasterio reponi, si dubitatur de violentia parentum.*
8 *Timor facit variare uocem*
9 *Iudex prospicere debet ne sententia sit inanis.*
10 *Metus quid sit, & coactio quid sit.*
11 *Metus iustus est timor parentum.*
12 *Matrimonium contractum timore mortis non ualet.*

13 *Matrimonium metu contractum, sed ob aliam causam illato, an teneat.*
14 *Procurator in causa matrimoniali, est ut pica ad organum.*
15 *Contractus factus per incarceratum, nunquid valeat.*
16 *Contractus factus ab incarcerato extracto extra carcerem, dein reposito in carceribus, non valet.*
17 *Incarceratus, an possit contrahere ad commodum tertij.*
18 *Incarceratus, an possit facere testamentum.*
19 *Incarceratus dimissus cum iuramento reuertendi, an peccet non reuertendo.*
20 *Damnatus ad mortem, an fugiendo ex carcere peccet.*
21 *Consensus in matrimonio qualis requiratur.*
22 *Matrimonium uerum, an fuerit inter beatam virginem Mariam, & Ioseph.*
23 *Mulier est fragilior mare.*
24 *Metus in muliere qualis requiratur.*
25 *Matrimonium metu contractum, an sit ipso iure nullum.*
26 *Verbum debet, quid importet.*
27 *Metus quare vitiet matrimonium.*
28 *Ius semper fingit stipulationem.*
29 *Matrimonium est nullum tam respectu metum passi, quam metum inferentis.*
30 *Statutum, ut nobilis mulier non contrahat cum plebeio, qualiter intelligatur, & an ualeat.*
31 *Matrimonium, an vitietur si dolus dederit ei causam.*
32 *Mulier, cui potius restitui viro quam sequestrari debuerit.*
33 *Virgo non restituitur spoliato etiam cum satisdatione, quia timetur ne corrumpatur.*
34 *Sequestratio mulieris, quando fieri debeat, & quatuor enumerantur casus, immo sex.*
35 *Vxor, an sit sequestranda a uiro ex eo, quod aliquis petat eam.*
36 *Restitutio uxoris, quando facienda sit.*
37 *Sequestratio fit bona satisdatione deficiente.*

C A P. XIIII.

1 CVm locum. Si timetur inferri † uiolentia puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet iudex prouidere, quod ea maneat in loco tuto, & honesto, donec causa terminetur. hoc dicit. Primo ponit regulam. Secundo ponit dictũ in genere. Tertio in specie. Secunda ibi, matrimonium. Tertia ibi, quia circa. Qualiter autem intelligatur iste tex. declarabo super glo. fi.
2 Nota primo, quod metus, & † coactio sunt opposita uolunta ti, & excludunt cõsensum. sic ad corticẽ probat tex. sed secũ
3 dũ hoc maledicceret, nam coacta uoluntas volũtas † est, & coactus consensus, consensus est, vt in l. si mulier, §. pe. ff. qđ met causa, & 15 quæst. j. merito, & in ca. sacris, quod met. causa. sed dic quod metus excludit libertatem cõsensus, & ideo iunge literam ibi, plena debet securitate gaudere, & ideo dicas, quod vbi requiritur liber cõsensus, metus ipso iure actũ uitiat, quia coacta voluntas non est libera voluntas, & coactus consensus, non est liber consensus, & hoc procedit in matrimonio, & in alijs casibus specialibus, vbi exigitur libe-
4 ra uoluntas, nam regulariter † metus non annullat actum ipso iure, de quo vide per glo quæ ponit alios casus, in quib. metus reddit ipso iure actum nullum, vt in ca Abbas, quod metus causa xx. quæstio 4. inter cætera, & in l. si mulier, § si dos. ff quod met. cau & quod dicitur de matrimonio, idem dicas de elect. vt in ca. vbi periculum, §. cęterum, de electio. in sexto.
5 No. secundo ibi, solo cõsensu, quod matrimoniũ solo consensu cõtrahitur, & sic solus cõsensus est de substantia, vt hic, & j. cũ apud e de spon duorũ e fi. vñ aliæ solennitates non sunt de substantia pro hoc 27 q 2. sufficiat. vbi dicit, quod solus con-
6 sensus sufficit, & de significatu illius verbi † sufficit est, ut nihil aliud requiratur ad substantiam actus, ut dicit gl. oo. in c. statutum, in prin. de rescriptis, in vj.
Nota tertio ibi, indagandus est animus, quod iudex debet ex officio prouidere, vt puella collocetur in domo, in qua nullum metum nullamque violentiam habeat timere.
Ex quo infert Abb. Sic quod si timetur de violẽtia, & metu parentum, puta, quia puella contraxit matrimonium clã parentibus ignorantibus, quod ad petitionem sponsi iudex
7 debet † puellam auferre de potestate parentum, & collocare eam in aliqua honesta domo, puta, in monasterio monialium. c. pen de proba uel apud consanguineos puellæ. & dicit, quod ita debet intelligi ista litera, si bene ponderẽtur verba ipsius. Sed gl. habuit alium intellectum, de quo dicam super ca. & ex hoc nota casum in quo libera persona quasi sequestratur.
Nota quarto ibi, ne per timorem dicat &c. quod propter
8 timorem † organa vocis quandoque falluntur, & aliter exprimuntur in sono, quam mens dictet, nam vt hic patet puella propter timorem interdum ore dicit sibi placere, quod corde displicet, & dic, quod etiã sæpe timor inducit simulationem lętitiæ, de quo vide Host. & But. in c. super hoc, de renũ. vbi dicunt, quod si puella rapta in domum raptoris uisa fuerit ridere, non censetur ex hoc purgatus metus, sed ex quadã simulatione hoc fecisse.
9 Nota vltimo, in fi. in verbo, donec, quod ad officium † iudicis spectat prouidere, ne sententia sit inanis respectu finis exequendi, & hic est vnus casus, in quo iudex supplet de facto. concor. c. causam, quæ vertitur, de iudi. & in ca. j. de procur. de quo per glo. in c. j. in uerbo, absentia, in fi. de elect. in sexto, & vide alios casus, in quibus iudex ex officio supplet in c. bonæ. de post. prælat. & per Bar. in l. 4 §. hoc autem iudicium, ff. de dam. infec.
10 Sed opponitur contra tex. quod sit superfluus ibi † metus vel coactio contra id quod habetur supra in proęmio huius
a voluminis, dic secundum Innocen. & Doct. quod metus [a] dicitur qui potest cadere in constantem præter coactionem, vel præter pęnam corporalem. Coactio autem est si quis capitur vulneratur tenetur, vel ligatur, vel verberatur, & sic coactio fit cum captura, vel cum violentia corporali.
Sed Bu. dicit, quod metus respicit violentiam propriæ personæ, sed coactio, quando timetur in parentibus: nam no-
11 bis est iustus † metus timor parentum. 31. q. 2. cap. j. & ij. sicut etiam dicitur econuerso, vt in l. isti quidem. ff. quod met. causa. Sed dom Card. in prima oppo. quod hæc duo sunt posita causa maioris expressionis, alias metus includit coactionẽ, vt notat glo. in c ad audientiam, supra quod metus causa. & est tex. in l j ff quod met. causa. mihi placet hęc expositio Innocen. & Butr. licet hoc communiter sequantur exposit. Innocen. Item puto, quod hoc procedat, quando ambo sunt posita, sed si esset appositum solum verbum, metus, tunc cõpræhenderet coactionem, vt dicit dom. Cardin. & hoc nota propter statuta, quæ sæpe faciunt mentionem de metu, & de coactione, & expositione But. sequitur, quod si puella timens mortem, vel captiuitatem primis consentiret nuptijs,
12 quod † matrimonium non valeret, & hoc probatur 31. q. 2. c. j. & ij. & hoc est verum, quando filia contraxit ob metum parentum, sed libere contraheret, quia tunc teneret matrimonium, secundum Inn. & Doct. & pro hoc facit, quia consensus patris non est de substantia matrimonij. & per consequens etiam metus patris, non debet impedire matrimonium si filia non mouetur per metum illatum parentibus, & quod dicitur de patre habet locum secundum Innocen. etiam in alijs qui habent potestatem. exemplum in auo, & hoc probatur in ca. ij. 31. quæstio. ij. quod loquitur de nepte. idem puto in alijs de quorum personis rationabiliter debet quis timere, ne offendatur, de quo vide Innoc & Doct. in c. si vero, de sentent. excommunicatio per glo penult. in clem. j. de homi.
13 Secundo quæro, quid si metus † non interuenit super matrimonio, sed super alio, vt ecce aliquis incarcerauit aliquẽ, ut ab eo pecuniam extorqueret, & ille in vinculis libere contraxit matrimonium. Innoc. dicit, quod matrimonium tenet, ff. quod met. causa. l. metum § sed licet. item quia potest agere per procuratorem, & sic procuratorem constituere, & vsucapere rem, quam ante cęperat possidere ff de minoribus, l. Papinianus exuli, & ff. ex quib. cau. ma. l. ait prætor. nisi forte in vinculis constitutus esset ab hostibus, nam per hoc esset seruus, & sic consensum nõ habet, vt d. l. ait prætor. Io. And tenet contrarium per c. clericus, de secundis nupt. nam ibi nota. quod captiuus captus ab hostibus qui censetur seruus potest contrahere matrimonium, sed Doctor. dicunt, quod potest saluari Inn. nam debet intelligi, quod non debet posse constituere procuratorem ad alia negocia, præter quam ad matrimonium. sed Abb. Sic hoc dicit, quod potest contrahere matrimonium, sed non potest constituere ad contrahendum, quia vno concesso cẽsentur omnia concessa per quæ ad illud peruenitur, vt in c. præterea, & in ca. prudentiam § sexta. de offic. deleg.
14 Præterea procurator † in causa matrimoniali censet pica ad or-

---

ADDITIO.

a ¶Metus, uel coactio. De coactione violenta, & præcisa, vide do. Alex. vt continebatur, infra tit. proxi. Absoluta coactio habetur per gl. in c. contra Christianos, in uerbo, absolute. de hæret. in vj. & Ioan. de Ana. in ca. j. j. colum. de furt.

ad organum,& matrimonium fundatur in voluntate con-
stituentis,& non in consensu procuratoris, vt in c.fi. de pro-
curat.in sexto , & hoc videntur communiter tenere omnes
Doct.quicquid dicat Abb.Sicu.

15 Ex his infertur quæstio,quid de incarcerato, † nunquid va
leat contractus factus per incarceratum.dic quod aut loque
tis,quando contrahit ad commodum incarcerantis,aut quo
contrahit ad commodum tertii.

Primo casu dicit,quod aut est iuste carceratus,& tunc po
test iuste contrahere cum illo , seu ad commodum illius q
fecit eum incarcerare,vt in l.si mulier.ff.quod met.cau.facit
ad q.aliquis accusauit aliquem de crimine iniuste,vel credi-
tores fecerunt contractum cum debitore incarcerato ad eo
rum instantiam,ex quo iuste erat incarceratus . dicit tamen
Bar.in l.qui in carcerem.ff.quod met.cau. quod in quibusdã
locis est consuetudo,quod extrahatur de carcere. sed dicit
16 Barto quod illud † extrahere,nihil valet, quia donec habet
custodes,ita quod non potest ire,quo vult, dicitur in carce-
re,vt in l.qui neque.ff.de verborum signific.& ibi per Iac.de
Are.Aut iniuste fuit incarceratus,& tunc non valet contra-
ctus factus cum eo,qui eum fecit incarcerare,seu ad eius cõ
modum,vt in l.qui in carcerẽ.ff.quod met.cau.Ex hoc Bart.
infert ad q in l.qui neque.ff.de verborum sign.Quidam com
promisit de quadam lite fratris ipsius nomine,& fecerunt,
quod frater ratificaret compromissum,dũ frater nollet rati
ficare fuit incarceratus,& in carcere ratificauit. dicit Barto.
ibi, quod illa ratificatio non valuit,quia iniuste fuit incarce
ratus,cum non teneretur ratificare compromissum factum
sine eius mandato,& hoc etiam primo casu.

17 In secundo vero casu,an,† possit [a] contrahere ad commo
a dum tertii.glo.in l.qui a latronibus ff.de testa.facit differen-
tiam inter testamentum,& contractum,dicens quod potest
facere testamentum ad commodum tertii, sed non contra-
ctum.sed illa glo.communiter reprobatur,quia non est dif-
ferentia inter contractum,& testamẽtum, quãtum ad hoc.
& quod possit contrahere cum tertio est tex. in l.metum.§.
sed licet.ff quod met.causa,& hoc tenet gl. in d. l.qui in car-
cerem,eodem titu.& illa verior est.Intelligo tamen,nisi ter-
tius fuisset particeps incarcerationis , quia tunc idem esset,
quod de illo qui fecit carcerari, vt dicit gl in d l. qui in car-
cerem,& probatur in l metum.§.sed licet,eod.titu.sed dom.
Iac.de Zoc.in sua lectura limitat hoc,quando tertius ignora
uit incarcerationem esse iniuste factam.secus dicit si sciuisset
quia contractus factus cum ipso non valeret, allegat glo. &
Barto.in dicta l.qui in carcerem,& l prima §. si dominus. ff.
si quis aliquem testari prohibuerit,& in l.apud Celsum §.in
hac.ff.de doli excep sed mihi non placet,& videtur tex.con-
tra suam opinio.in l.metum.§.sed licet.ff quod metus causa.
vbi dicitur.quod si passus metum,vel captiuus promittit ter
tio scienti sibi metum inferri valet promissio, nisi ille tertius
fuerit particeps,& hoc vult glo.& Butr.in dicta l.qui in car-
cerem.Nec obstant iura allegata per ipsum,quia illa loquũ
tur,quando aliquis acquirit ex dolo alterius,sed iste non ac
quirit ex dolo incarcerantis , sed incarceratus promittit isti
tertio eo,quia sibi placet,vel vt liberet eum ab incarceratio
ne,quod est licitum,vt d l.metum,§.sed licet,ff.quod metus
causa,& hoc etiam vult But.hic:nam dicit,quod valet con-
tractus factus cum tertio,quia iste præcise non tenetur,vt in
l.prima,& secunda ff.si quis ali.testa prohi.Et sic But.vult, q
contractus factus cum tertio valeat, nisi timeatur ab incar-
cerato. & pro hoc conclude , quod valet contractus factus
cum tertio,nisi sit particeps incarcerationis, & vide Bart. in
ista materia,in l.qui a latronibus.ff.de testa.& in l.qui in car
cerem ff.quod met.causa,& in l. qui neque ff de verborum
significatio.& But.& Doctor.in cap accedens,de procur.vbi
inter cætera tractat de eo qui tenetur sub fideiussoria, & iu-
ratoria cautione, an possit procurator constituere ab eum
detinente.

18 Ex supradictis nota,quod † incarceratus potest facere te-
stamentum,dum tamen non testetur ad commodum illius
qui fecit eum iniuste incarcerari,quod intellige,nisi ad mor
tem esset damnatus,quia tunc esset seruus pœnæ, & sic non
posset testari,& in l eius qui.ff.de testa.

19 Quid autem de eo qui † dimissus est extra carcerem cum
iuramento de redeundo, an peccet non redeundo: & quid
si reperiatur in ecclesia , an ecclesia propter iuramenta de-
beat eum expellere ad hoc,vt redeat ad carceres,& iuramẽ-
tum seruet,vide Ioann.And.in quarta parte Specu in secun
da colum.in Rubrica,de iureiuran.versi.item quæro de do-
minicali 37. & glo.& Ioan.de Imo.in clem pastoralis,in ver
bo,per violentiam,de re iud. plene dixi infra de immunitate
20 ecclesiæ,inter alia, vbi tractaui, † an damnatus ad mortem
peccet fugiendo ex carcere, de quo per Ioan.de Imo. in di-
cta clem prima.

21 Tertio quæro,nunquid requiratur in matrimonio † con-
sensus in carnalem copulam,vel consensus cohabitationis,
22 vel vtrunque,& nunquid fuerit verum † matrimonium in-
b ter Beatam Mariam,& Ioseph,vide hic domin Cardin. post
Gaspar.Calder.in secunda opp.in octaua quæstione,& capi.
quidam,in gl.tertia,de conuer.coniug.& per Gra.& per Ar-
chid &Io.de Fantu.27.q ij.§.cum ergo.

23 In glo ibi nota ex ca.quod minor metus excusat † mulie
rem,quam masculum,quia est fragilior ratione sexus , vt in
iuribus allegatis in ca,& ipsam tene menti, quia quotidie al
legatur pro notabili , & ipsam sequitur Hostien. in summa
de matrimonio §.qualis,versi.si uero . dic tamen secundum
24 Abb Sicu.quod requiritur in muliere † talis metus qui cade
ret in constantem mulierem,vt infra eodem, cõsultationi.
quod loquitur de muliere , & requirit metum qui cadit in
constantem , & ad illum textum, dum dicit constantem ,
supple mulierem.

25 Ex hac glo.habes quod matrimonium † metu contractũ
ipso iure est nullum,& idem tenuit glo.prima,in capit. præ-
cedenti,& glossa penultima,in capit. sequen. & idem tenet
glo in cap. Abbas,quod metus causa,& 22. quæstione quar-
ta,inter cætera,& gl. int. ciuilis,in l.si mulier,§.si dos.ff.quod
metus causa,& est communis sententia Doct.præter domi.
Cardi.qui in dicto c.Abbas,dicit quod mero iure potest sub-
stentari,quod matrimonium metu contractum teneat,licet
veniat rescindendum per actionem , quod metus causa per
illam regulam,secundum quam omnia quæ fiunt per metũ
tenent,& per capitu. inter cætera, 22.quæstione quarta,qui
textus . videtur multum facere . sed Abbas Sicu. dicit sem-
per fuisse secutum communem opi pro qua dicit esse casum
in capit.significauit,de eo qui dux. in matrimonium , quam
polluit. vbi tenuit secundum matrimonium , non obstante
primo per metum contracto nulla petita rescissione prioris
idem probatur in capit.seq.& videtur tex. de iure ciuili in l.
si patre.ff de ritu nupt. vbi tex dicit,quod inter inuitos matri
monium non contrahitur.ad idem facit tex.secundum eum
dum dicit,quod debet plena securitate gaudere, nam verbũ
26 † debet , de sui natura importat necessitatem,vt dicit gl.no
ta in verbo,debeant,in clemen attendentes,in princ.de sta.
mo.& vide glo.meliorem in verbo,debet,& de verbo,opor-
tet.25.quæst j.c.j.& quod nota per Doct.in cap.j. de despon.
impube & per Bart.in l.creditores. C.de pigno. pro hoc etiã
facit infra eodem,requisiuit,qui tex.dicit,quod matrimonia
debent esse libera,sed vbi requiritur consensus liber non suf
ficit consensus,nisi adsit qualitas libertatis,vt dicit glo quam
dicit Abb.Sic.menti tenendam 33.quæstio.quinta,notifica-
sti,& ad cap.inter cætera,responde prout respondet ibi glo.
in d.c.Abbas,quod met causa.

27 Quæ autem sit ratio.quod † metus vitiat ipso iure matri-
monium Gasp Cald.vt refert dom.Cardi.in septima q.dicit,
quod in matrimonio requiruntur tria bona,s.fides,proles,&
sacramentum,vt in capi.si.de cond appo quæ omnia metus
interueniens habet excludere,nam primum matrimonium
est sacramentum , quia significat vnitatem inter Christum
& ecclesiam,vt in c debitum,de biga.vnde sicut Christus vo
luntarie assumpsit carnem humanam,ita & matrimonium
illam designans debet esse voluntarium,vt signum,quod re
spondet signato,vt in § est & aliud,instit.de donat. & metus
impedit procreationem prolis quæ est secundum bonũ ma
trimonii,nam propter displicentiam nõ intendunt procrea.
prolis,seu sobolis.Secũdum est contra bonum fidei,nam fi-
des est vnum ex bonis matrimonii,vt nullus sit adulterans,
sed propter metum,& inuitas nuptias de facili coniuges di-
labuntur in adulterium , quia quod quis non diligit, facile
contemnit 20.quæstione tertia,præsens.

Item est contra secundam institutionem matrimonii:fuit
enim matrimonium secundo institutum , vt euitetur forni
catio , 32. quæstio. secunda , quia inuita sed si nuptiæ inuitæ
valent non sequeretur iste effectus, sed contrarius,ideo iura
induxerunt,ut matrimonium metu cõtractum sit ipso iure nul-
lum,nec mirum cum ipsa dos metu constituta non ualeat,
vt in l.si mulier.§ si dos. ff. quod metus causa,licet Barto.ibi.
dicat

ADDITIONES.

a ¶An incarceratus possit contrahere ad commodum tertii.vide Bal.consi.
223.j.volum.& do.Abb.in c.ij.de secund.nupt.

b ¶Nunquid fuit matrimonium inter beatam Virginem,& Ioseph,& adde
c.sufficiat 27.quæst.2.vbi tex.de hoc loquitur,& per eundem D.M.in c.cõ-
missum,infra eo.in 4.nota.

dicat, quod si interueniret stipulatio, quod ualeret constitutio dotis, & deberet peti relcissio per act. quod metus causa. Sed Abb. Sic tenet contra Barto. quia hodie est inutilis stipula-
28 tio, cum † ius semper fingat stipulationem, vt in l. j. C. de rei vxo actio. Item tex. an dicto §. si dos, loquitur indistincte. sed forte potest sustineri opin. Barro. non me extendo, sed uide ipsum in dicto §. Stichus. sed hæc præsumptio, quod matrimonium metu contractum sit ipso iure nullum, an ille qui metum intulit possit contrahere matrimonium non rescisso contracto. & dubium fuit, quia hic videtur permissum tantum illi qui metum est passus in odium metum facienus, & sic non videtur, quod ille qui protulit metum gaudeat hoc priuilegio, tamen Gasp. Cald. supra eodem. veniens, tenet, quod possit resilire a cōtractu, quia requiritur mutuus consensus cum matrimonium sit maris, & fœminæ coniunctio, & ibi tenet dom. Card. ibi, in vij. quæstio. quia licet inferens metum consentiat, non tamen ex hoc perficitur actus, qui requirat substantificè consensum alterius, & sic non surgit obligatio quæ impediat eum resilire a contractu, & sic conclude,
29 quod matrimonium † est nullum ipso iure, nedum ex parte illius qui est passus metum, sed etiam ex parte inferentis, & sic uterque cōtrahere matrimonium potest cum alio, vel cum alia. Hoc tamen limito, quia si ex post facto passus metum consentiret, licet hic non inducat matrimonium, nisi ille qui intulit metum remaneret in priori consensu, vt dixi s. eodem, ex literis. el. ij super secunda gl. in ultima q. quam feci super ea: tamē propter eius delictum debet compelli ad contrahendum, seu consentiendum. at in c. j. de eo qui dux. in ma. quam polluit per adult. facit quod notat glo. in ca. requisiuit, infra eodem, & quod dicam, infra eodem, cum apostolicā.

30 Secundo quæro. circa hanc glo. quid si stat † statutum, quod nullus possit contrahere matrimonium cum muliere, vel quod nobilis non possit cōtrahere matrimonium cum plebeio, dom. Iaco. de Zo. dicit quod matrimonium valet, quia non dicitur libertas contrahendi matrimon. uni, ex quo nō compellitur cum certa persona, sed cum certo genere personarum pro hoc allegat c. cum dilectus, de consuet. de verborum signific. Abbate. in quibus dicitur, quod valet cōsuetudo, vel statutum, quod fiat electio de gremio certæ ecclesiæ, & per hoc etiam limitat c. vbi periculum, § cæterum, de elec. in sexto. vbi dicitur, quod electio debet esse libera, nam non dicitur tolli libertas ęligendi, ex quo non compellitur certam personam eligere. licet compellatur eligere de certo genere personarum. ego credo, quod quantum ad ius eligendi statuta, vel consuetudines ecclesiarum possint disponere circa personas, quæ debent assumi ad prælaturas, dum tamen sint honestę, & ita loquitur c. cum dilectus, de consuet. & ca. Abbate, de uerborum significat. secus si essent inhonestę quia tunc non valerent, ut in c. ad decorem, de insti. Sed tale statutum, de quo supra dixi, non valet, quia non possunt statuta laicorum restringere potestatem cōtrahendi matrimonium, nam præsumitur esse melior pax, & concordia inter maritum, & vxorem, quando vterque habuit liberam facultatem eligendi quem, vel quam voluit, & ideo tale statutum non valet, tanquam inhonestum, quatia distinxerit, & tanquam factum super materia non spectante ad laicos, vt dixi supra eo c. j.

Puto tamen, quod si quis contraxerit matrimonium metu talis statuti, quod propter hoc non vitietur matrimoniū quia metus nō est iustus: potuit enim non obstante statuto cum alio contrahere, quia statutum non valuit, sed si per iudicem fuisset compulsus ad seruādum statutum. puto quod matrimonium non valeret, sed si fuisset talis metus qui deberet cadere in constantem, & ita intelligo istam materiam.

31 Tertio quæro, quid si dolus dat causam contractui matrimonii, † an vitiet matrimonium dic quod non, de quo vide glo. nota. in cap. dilectus, in glo. fi. supra quod metus cau. & in l. a diuo ff. de ritu nupt. & idem dic in ingressu religionis quia dolus non vitiat ingressum, vt dicit glo. in dicto ca. dilectus, & vide etiam gl. in c. veniēs, & in c. . . . . . de conuer. cōiuga. sed metus bene ipso iure vitiat ingressum religionis, vt in capi. j. quod metus causa, & sic in istis spiritualibus metus ipso iure vitiat contractum, vt in l. eleganter ff. de dolo, & per glo. in ca. cum dilecti. de emp. & vendit. sed metus non vitiat contractum ipso iure, licet possit rescindi per actionē, quod met. cau. & quæ ratio differentiæ, vide quæ dixi. in c. dudum, de conuer. coniug. & nota per dom. Car. & Io. de Imo. & Ab. Sic. in d. c. cum dilecti. de empt. & vend. & hoc tene menti per declaratione huius text. & neminem inueni qui istud tangat hic.

In glo. fi. glo. intelligit istum textum. quod duo erant cōpetitores, & vterque asserebat se cōtraxisse matrimonium cū puella, & quia timebatur ei inferri violentia a quibusdā nobilibus ciuibus, ideo ne rapiatur ponitur in loco honesto, & securo, sed Inn. & Host. intelligunt, quod vnus tantum petebat eam, sed timebatur ne eam raperet etiam si de iure eam habere non posset. sed Ioann. Andr. dicit, quod lectura glossa, est magis amica literæ ibi, sine contradictione. forte enim potentior qui dicebatur cōtraxisse matrimonium impediuisset executionem sententię latę pro minus potente, & hoc probat do. Card. in sexta opp. dicens, quod si vnus solus peteret non possit habere locum illud, quod dicitur in contradictione alterius fieri executio, aut succumberet, & tunc non est opus alia executione. dicit tamen dom. Card. quod lectura Innoc. & Host. in se est vera: sed dic, quod etiā conuenit literæ, quia non dicit de contradictione partium, sed de contradictione cuiusque: posset enim impediri executio per parentes puellæ, si puella cōtraxisset inuitis, vel ignorantibus parētibus. vnde propter istum timorem fiet sequestratio, & hoc tenet Abb. Sic. & dixi supra in tertio nota tamen Innoc. & Host. ponunt exemplum, quando timor surgebat a sponso, quia dubitabatur ne sponsus ipsam raperet, sed tunc etiam posset procedere tex. quia dato, quod timor surrexerit a sponso, tamen illud, quod sententia posset mitti executioni absque contradictione surgebat a parentibus, vel ab amicis puellæ qui ipsam occultassent. si sententia fuisset lata contra ipsum in fauorem petentis, & sic intellige Innocen. & Host. s. quod erat timor ne petens raperet, & propter istam causam fit sequestratio, & etiam, vt sententia mittatur executioni, sine contradictione parentum, vel amicorum puellæ si contingat sententiam fieri pro matrimonio. & licet iste intellectus sit notabilis, & etiam conueniat literæ, tamen intellectus glo. magis conuenit literæ, sed dom. Iaco. de Zon. ponit casum, quod erant contractata futuro, & dicebat alter, vel uterque, quod similiter esset in loco tuto, & non timeret parentes, vel alterum ex competentibus, quod in ipsum consentiret, sed parentes hoc negabant, & dicit quod iste intellectus probatur per glo. & quod placet Gasp. Cald. sed glo. loquitur, quando competitores asserebant se contraxisse matrimonium per verba de præsenti, & ita communiter intelligunt istum textum, & ita summaui. iste tamen intellectus mihi placet per text. ibi, ne per timorem dicat sibi placere, quod odit, & sequatur exitus, quod de inuitis nuptiis solet prouenire, nam si matrimonium diceretur contractū non deberet interrogari, an sibi placet, sed deberet interrogari, an contraxerit matrimonium. item non diceret tex. exitus qui de inuitis nuptiis solet prouenire, quia si matrimonium esset contractum vellet, vel nollet compelleretur adhęrere illi cum quo cōtraxit, & per hoc mihi placet intellectus, quem domin. Iaco. dicit esse Gasp. Calde. sed antequam declarem, quando debeat fieri sequestratio opponitur con-
32 tra tex. quod hæc mulier † non debuerit sequestrari, sed ante omnia debuerit viro restitui, de restitutio. spolia. literas, & capitu. ex transmissa. & Innocent. dicit, quod hic agebatur petitorio, ibi possessorio, vel si agebatur possessorio timebatur se mina vin, vt dicto capit. ex transmissa, & cap. literas, & capi. ex parte, eodem titulo. vel quod mulier non fuerit traducta restituitur, cum nunquam maritus habuisset possessorium ipsius, vt nota in d. c. ex parte.

Vel dic secundum Vinc. Phyli. & Host. quod iste tex. log-
33 tur de † virgine, quæ non restituitur etiam cum satisdatione quia timetur ne corrumpatur, & sic postea non sisteret in eadem causa. ff. si quis cauti. l. si quis in iudicio, & hoc dicit domin. Cardin. esse notandum, tu de hoc vide text. cum glo. in cap. penultimo, de probatio dom. Abb. Sic. ibi dicit, quod excepta causa monachatus, dato quod sit virgo fiet restitutio, quo ad cetera dempta copula, nisi timeatur de corruptione, nec possit sufficienter per cautionem prouideri, in capi. literas, de restitutio. spoliat. & hoc videtur sentire glo. in dicto capit. penulti. de probat quia ponit specialitatem in causa monachatus. Ioan. And. & Butr. ibi tenēt illud, quod supra dixi, scilicet: quod nullo modo fieri debeat restitutio, quando mulier est virgo etiam si nolit ingredi religionem, & hoc tene, quicquid dicat glos. & Abba. Sicu. in dicto capitu. penul. quod non datur possess. matrimonii absque copula, ut in capit. ex transmissa de restitutione spoliatorum, & istum textum approbat domin. Cardina. in fine sextæ oppo. scilicet, quod illa decr. intelligatur de virgine, & dicit quod hoc sans conuenit literæ, licet in ea hoc non exprimatur. dicit tamen quod quælibet exemplificatio est in se uera. sed Butr. dicit quod hoc matrimonium negabatur, & sic contendebatur super contractu matrimonii, & per hoc negabatur possess. quæ non potest dari absque

absque matrimonio, vt nota. in c. ex parte, N. de restit. spol. & hæc sol mihi placet, & concordat cum prima solu. Inno. §quod hic agebatur petitorio, quia negabatur matrimoniū.

Ex hoc nota, quod si essemus in casu, in quo faciēda fuisset restitutio marito, non haberet locum sequestratio, quia deberet uir stare in sua possessione lite pendente. & hoc uolunt Doct. licet dom. Iaco. de Zo. non pōderauerit, vt statim dicam.

Ex prædictis apparet, quod in quatuor casibus debeat fie-
34 ri † sequestratio mulieris.

Primus, quando duo sunt competitores, & vterque asserit contraxisse per verba de præsenti, & est timor, quod inferatur violentia ab altero ex ipsis.

Secundus, quando vnus tantum asserit se contraxisse matrimonium cum puella, & ille est potens, ita quod est timor quod eam rapiat, & hoc etiā casu debet poni in loco tuto.

Tertius casus est, quando est timor de parentibus, vel de consanguineis puellæ, vt quia timetur, quod parentes, vel consanguinei inferant violentiam puellæ, vel consanguinei inferant violentiā puellæ. vel q per minas faciant eam negare contractum matrimonii, vel quod impediant executionem sententiæ, si sententia feratur pro matrimonio.

Quartus casus est, quando duo contendunt se contraxisse sponsalia de futuro cum puella, & alter dicit, quod consentiret in ipsum, nisi timeret parentes, vel aduersarium, & idem puto vbi vnus tantum asserit se contraxisse sponsalia, & q puella consentiret, nisi esset timor parentum, nam est eadē ratio in vtroque casu, sed adde duos alios, & sic erunt sex casus.

Quintus est, quando post contractum matrimonium in nouella, dicit quod non est consummatum, & vult intrare religionem quo casu etiam si fuisset traducta ad domum viri non deberet eum restitui, sed deberet sequestrari vt capit. pen. de probat. & ille text. videtur velle, quod possit poni in monasterio, quod vult intrare, tamen ille loquitur, quando iam intrauerat monasterium, sed idem puto si nondum intrasset eadem ratione, quia ille locus censetur tutus, & tutius est, quod stet in monasterio, in quo intendit esse monacha, quia lite pendente melius poterit ibi probare regulam, quam ibi.

Sextus casus est, quando accusatur matrimonium, vel ratione adulterii, vel ratione vinculi, vt quia allegat impedimentum consanguinitatis, & hoc casu etiam mulier debet poni in loco tuto, ne a viro lędatur, vel cogatur aliquid contra se confiteri 33. q. 2. fine. quod tamen intellige, ut dicit ibi gl. & Arch & Io. de Fant.

Sed aduerte in omnibus istis casibus fit sequestratio, quādo subest timor violentiæ, vel læsionis, vel quando subest periculum, quod sententia non poterit habere executionem, nisi fiat sequestratio, & hoc exprimit ille tex. & omnia iura, quæ loquuntur de sequestratione. vnde cessante timore violentiæ, & impediēdæ executionis cessat sequestratio. Sed du-
35 bium est, quid si vxor † cum viro est, cum quo contraxit matrimonium, & sic ille est in possessione: alter dicit, quod est vxor sua, nunquid pendēte lite, debeat fieri sequestratio. Dom. Ia. de Zo. istam q prolixe examinat bene per duas col. arguendo hincinde, & dicit se consuluisse, quod non sit facienda sequestratio, sed non perpendit, quod Doct. hic istum casum determinant. nam Doct. dicunt, quod si alter ex istis asserentibus se contraxisse matrimonium fuisset in possessione, q debuisset ei restitui si est casus, in quo de iure debet fie-
36 ri restitutio vxoris, nam † regulariter est facienda restitutio exceptis casibus supra enumeratis, & aliis qui excipiūtur in c literas, & in c. ex transmissa, & in c ex parte, de restitut. spol. si ergo regulariter facienda est restitutio, & obtinēda sequestratio, vbi fuit alter in possessione, fortius debet ei conseruari possessio si est in possessione, vt in cap laudabilem, vt lite pendente, vbi est bo. tex. de hoc. puto tamen, quod si uir qui habet uxorem in possessione esset persona suspecta, ut quia esset periculum, quod si sententia ferretur contra ipsum, q vxorem occultaret, ita quod inueniri non posset, & sic esset periculum, quod sententia non posset habere executionem
37 quod tunc deberet fieri † sequestratio per istum textum, nisi per bonam satisdationem huic occasioni prouideri possit. facit optime l. si fideiussor §. fina. ff. qui satisda. cogan. & licet in isto tex ponātur duæ rationes, l. timor violentiæ, & periculum, ne impediatur executio sententiæ, una ratione cessante canonis dispositio in ratione quæ remanet, ut in c. per tuas, infra qui fi. sint legit. & in § affinitatis, Instit. de nuptiis, & in l. si ventri § primo. ff. de priuileg. credi. & in l. liberorum. §. primo. ff. de his qui nota. infa. & per hoc licet cesset ratio violentiæ, si tamē subesset periculum de impedienda executione debet habere locum dispositio huius capitu. & pro ista distinctione facit dictum Ioan. And in regula, locupletari, de reg. iur. in sexto, & Archidia. vndecima, quæstione prima, quia res vbi dicunt, quod æquitas de qua in isto capi. & æquitas legis, senatus ff de officio præsi. & æquitas l. si fideiussor. § fina. ff. qui satisda. coga. & æquitas capit literas, de restitut. spolia mouere debet iudicem, vt faciat sequestrationem si talis æquitas persuadet sequestrationem fieri sed quādo vir est suspectus, secundum quod supradixi subest æquitas l. si fideiussor. § fi. ff. qui satisda. cog & l senatus. ff. de offic. præsi. & æquitas huius cap ergo debet habere locum sequestratio, & hoc tene. licet dom. Ia. de Zo. multum se inuoluat arguendo a remotis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro secuta copula, non soluuntur.*
2 *Copula præcedens sponsalia non inducit matrimonium de præsenti.*
3 *Sponsalia de futuro, an inducant legitimationem prolis.*
4 *Verbum desponsare, quid importet.*
5 *Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum.*
6 *Ecclesia nullo agente potest compellere virum adhærere suæ uxori.*
7 *Actus gestus per metum non valet.*
8 *Causa inimicitiarum quantum uis honesta, repellit a testimonio, & ab accusatione.*
9 *Matrimonio præsumpto tantum fidei adhibetur quantum uero.*
10 *Fictione concurrente cum veritate in diuersis actibus, quomodo procedatur.*
11 *Dispositum in casu uero, an habet etiam locum in casu ficto.*
12 *Dictio per, quid operetur.*
13 *Matrimonium pręsumptum non vitiatur ignorantia iuris.*
14 *Aditio hereditatis valet, quamuis filius qui est sui iuris, credat se esse in patria potestate.*
15 *Matrimonium potest contrahi inter tutorem, & pupillam de iure canonico.*
16 *Filia, quando possit a patre interfici cum adultero reperta.*
17 *Res venereę quę dicantur.*
18 *Pater, an de iure canonico possit filiam in adulterio depręhensam occidere.*
19 *Filia pręgnans in adulterio comperta, an interfici possit.*

CAP. XV.

1 VEniens, el secondo. Sponsalia † de futuro si secuta est copula, non soluuntur per matrimonium de præsenti, nisi metus interuenerit, qui in constātem cadere possit. hoc dicit. In prima narrat factum. In secūda diffiniendum committit. Secunda ibi, ideoque.

2 Nota, quod † copula præcedens sponsalia de futuro non inducit matrimonium de præsenti, & sic ad inducendū matrimonium requiritur, quod copula sequatur sponsalia, & sic intellige infra eo. is qui. & dicit Butr. hoc esse notandum pro practica articulandi, & probandiꝫ, nam si quis probaret sponsalia, & copulam simpliciter non releuaret talis probatio tanquam incerta, vt in cap in præsentia, de probat. quia talis copula potuisset præcedere sponsalia.

3 Nunquid autem sponsalia † de futuro inducant legitimationem prolis Ioan dixit, quod sic per capi tanta, qui fi sint leg. Sed Ioan. And. hoc repræhendit, quia ca. tanta, loquitur in matrimonio de præsenti. necessarium est ergo ad legimationem prolis, vt interueniat matrimonium verum, vel præsumptum, ut ꝭ eo his qui.

4 Secundo no in verbo, desponsare, q verbum † desponso potest congruere matrimonio de pręsenti, cōcor. de cōuer. coniu ex publico, & potest dici dispōsatio, i promissio respectu traductionis ad domum, & respectu copulæ futurę non autem respectu contractus & essentiæ matrimonii, quia itatim matrimonium est ꝯctum, tamen proprie loquendo spōsus idem est, quod futurus maritus, ne quo dixi ꝭ. in rubrica.

5 Tertio no. q matrimonium † metu contractum est ipso
a iure [a] nullum. nam hic nulla fuit petita rescissio per actionē q metus causa, sed Papa simpliciter respondet quid iuris.

6 Quarto no. q quis compellitur per † ecclesiam adhærere vxori etiam nemine agente, nemo enim agit contra istum V. de quo fit mentio in litera, sed ipsemet accessit ad Papam pro hoc de conuer. coniug. c. j. & dixi ꝭ. eo. ex literis. ij.

Quinto

ADDITIO.

a ¶Matrimonium metu contractum est ipso iure nullum, & vide gl. in c. veniens, supra eo. & D. M. in c. præcedenti. Alex. Imo. consi. 1 · 6. 5. volu.

Quinto nota^a, quod licet quis fuerit cā metus, nihilomi-
7 nus † actus gestus per metum non valet. vel aliter potest no
tan secundum Bu. quod licet quis dederit causam metui, nō
propter hoc impeditur metum allegare ad actum inficien-
dum, & sic metus causatus a culpa illius, cui infertur, uitiat
actum a libera uoluntate pendentem.
8 Et ex hoc infert But. quod licet quis fuerit † in causa ini-
micitiarū, nihilominus potest repellere a testificādo, vel ab
accusando, vel iudicando, de quo vide per Doct. in ca. inter-
posita, de appella & per Inno in c. cum I. & A. in sua glo. fin.
de re iudi. & in ca fi. de appella vbi etiam per Doct. & Inno.
In dicto ca cum I & A. dicit quod ille qui est inimicus ex cau
sa honesta, & laudabili, non potest esse testis contra illum a
cuius culpa procedit inimicitia, puta. si canonici conspira-
tent contra episcopu dilapidantem bona ecclesiæ, ne bona
ecclesię dissipentur. nam licet illa conspiratio sit laudabilis,
& procedat a culpa prælati, tamen repelluntur a testifican-
do contra episcopum, vt dicit ibi Innoc & idem not. Doct.
in cap. exhibita, de iud & in c. meminimus de accu. Sed hoc
limita, nisi quis in fraudem causare inimicitiam. quæ est cō
tracta, vt repellatur a testimonio, non debebit repelli a testi
ficando, ne fraus mea mihi prosit. & hoc committitur iudi-
ci, vt ex cōiecturis inspiciat, an inimicitia sit causata fraudu
lenter, an non. de quo vide Bart. in l. j. §. si seruus. & in § cum
quis. ff de quæstionibus. & idem dicit Abb. Sic. in d. c. repellā-
tur, de accu.
9 Nota vltimo, quod † matrimonium præsumptum habet
tantam fidem quantam habet verum, nam vt hic vides, si cō
currit matrimonium fictum cum matrimonio vero, præfer
10 tur illud quod est primum. Ex quo infert Butr quod vbi † fi-
a ctio,^a & veritas concurrūt in diuersis actibus, præualet pri-
mus actus etiam fictus.
11 Item infert ex hoc Abb Sic quod † depositum in casu ve-
ro habet locum etiam in casu ficto, allegat illud quod legi-
tur, & nota. in l. si possessor. ff. de reli. & sumpt. fun. & in l. cer-
tum ff. de precariis, sed plenius per Barto. in l si is qui pro em
ptore ff de vsuc. vbi plenissime tractat materiam fictionum.
Illud tamen, quod dicit Abb. Sic quod depositum in casu ve-
ro habet locum in casu ficto non procedit in statutis, quæ
debent stricte interpretari, vt in c. in nostra. de iniur. & in l. 3.
§ hæc verba. ff. de nego. gest. & in l. quicquid astringendæ, de
verborum obligatio. quod intellige, nisi statuta essent secun
dum ius commune, vel præter ius commune, quia tunc fie-
ret extensio ad casum fictum, vt in capitu. ad audientiam, de
cleri non resi & ibi vide Io. de Imo. Abb. Sicu. & per Do. Do.
in c. fi. de consue in vj.
In glo. ibi, ista glo bene dicit secundum Innocen. & Doct.
examinant, quid si interuenisset protestatio, & adde in simi-
li glo. in capi. cum M de consti. de quo vide glo. ī. eodem, tua
nos, & in cap per tuas, vbi est optima glo. de condit. appo. &
in eis dicam.
12 In glo. ij nota ex ea, quod dictio † per, denotat integram
perfectionem actus, cui adiungitur, & hoc tene menti, quia
potest facere ad multa.
In glo. in verbo, post præstitam fidem.
13 Nota ex gl. quod iuris ignorantia non impedit † matrimo
nium præsumptum, unde si aliquis cognoscit sponsam cre-
dens propter hoc sponsalia non transire in matrimonium
de præsenti, hoc non obstante transeunt in matrimonium
de præsenti, sicut etiam filiusfamilias factus sui iuris credens
se adhuc esse in potestate patris, si adit hæreditatem valet a-
14 ditio, † & acquirit sibi hæreditatem, ut in l. multum. ff de cō
ditio. & demonstrat. & hæc faciunt ad quæstio. an sententia
lata a iudice delegato qui nō putat se delegatum valeat. de
quo in ca prudentiam, de offi. deleg.
In glo pen. nota glos. quod matrimonium metu contra-
ctum est ipso iure nullum, de quo plene dixi in capitu. præ-
cedenti.
In glo fi. ibi, ff de ri. nup. ibi nōn solum.
Aduerte, quia hic sequens vinculum, s. matrimonium tol
lit sponsalia de futuro præcedentia, sed in casu illius l. præce
dens vinculum tollit sequens: ibi enim dicitur, quod ille qui
fuit tutor maritauit pupillā, & quod postea adoptauit ma-
ritum pupillæ, vel eius patrem, & ibi dicitur, quod adoptio
non valet, & sic matrimonium præcedens uitiat adoptio-
nem sequentem, nam de iure ciuili est prohibitum contrahi
15 inter † tutorem, & pupillam, ne per hanc uiam non reddat
rationem tutelæ, vt in l j. C. de interdic. ma. licet secus sit de
iure canonico, supra eodem, c. j. modo sic, non potest tutor
contrahere matrimonium cum pupilla sua, ita non potest
adoptare maritum, vel patrem mariti ipsius pupillæ, quia p
hoc impeditur via ne redderet rationes.
Item ad glo. in fi. ibi, argu. contra. ff. quod met. causa, si mu-
lier. ibi dicetur, quod non excusat metus qui infertur a iure,
nam ibi est casus, quod libertus committit ingratitudinem
contra patronum, propter quam poterat reuocari in serui-
tutem, & propter hoc aliquid promisit patrono, ne reuoce
tur in seruitutē. ibi dicitur, quod valet promissio, & hoc non
poterat rescindi per actionem. quod metus causa, quia a iu-
re infertur sibi iste timor, ita præsupposito potest occidere
16 † filiam, & adulterum repertum cum filia. ut in l. nec in ea.
cum l. sequen. ff. de adult. Dantur per Doct. quatuor solu.
Prima est Host. scilicet, quod pater non inuenit eos se cō-
miscentes, licet inuenerit eos in eodem loco, nec licet occi-
dere, nisi quando inuenit eos se commiscentes, ut in l. quod
ait. ff. de adult. & sic poterat non iure occidi, & pro hoc vide-
tur fuisse iustus metus. sed ista solutio Host. non est vera, qa
dicitur filia inuenta in adulterio, quando est inuenta in reb.
17 venereis, vt in dicta l. quod ait. Et res † venereę dicuntur illæ,
quæ antecedunt copulam, vt colloquium, locus constitutus
conuiuium, oscula, & tactus. ad idem de testibus, præterea,
de præsump literis, & c tertio loco.
Secunda solutio est Gasp Cald. quam sequitur dom Car.
in secunda oppo. & Butr. dicit, quod licet metus sit iustus ad
occidendum, non tamen ad matrimonium contrahendum
quia compellere ad matrimonium non est ad vindictam,
sed occidere sic. sed contra hoc tex. in l. nec in ea ff. de adul.
quæ dicit, quod potest occidere, multo magis potest alia in-
iuria afficere, & per illum text. dicit Barto. quod si statutum
permittit impune occidi, multo magis permittit contume-
liis affici, vel impune offendi, quod dicit esse notandum. Sed
quid econuerso, nūquid si statutum permittit impune offen
di, intelligatur permittere impune occidi. vide Ioan Andr.
in add. Specu. in titulo, de constitu in fine. qui videtur dice-
re, quod sic, per Doct in capi. quæ in ecclesiarum, de constit.
modo ad propositum, minor est iniuria compellere ad con-
trahendum matrimonium, quā interficere: ergo videtur per
missum sed dic, quod contractus matrimonii non fit p mo-
dum iniuriæ, seu vindictæ, sed contrarium loquitur, quando
fit per modum vindictæ.
Et ex hoc nota, quod licet sit permissum exercere uindi-
ctam, non tamen intelligitur permissum compellere ad il-
lud quod de natura sua non est vindicta, quod tene menti p
limitatione Barto dicta l nec in ea.
18 Tertia est solutio, quod canones non permittunt, † quod
pater occidat filiam in adulterio, nō tamen excusatur a pec
cato, vt dicit glo. in dicto ca. inter hæc, & illam glo. sequitur
hic dom. Car. & Io de Faotu. ibi, quod tene menti, nam licet
in his quæ concernunt peccatum, ius canonicum sit seruan
dum etiam in foro seculari, vt dicit glo. nota. in regula pos-
sessor malę fidei. de reg. iur. in sexto, & per Doct. in c. fi. de prę
scrip. & Bar in l. priuilegia, C. de sacrosan. eccl. tamen si lex se-
cularis aliud permittit cum peccato, ex quo veniret imponē
do pęna corporalis, uel alia pęna, si fuerit in casu prohibito
a lege ciuili euitatur illa pęna legis ciuilis, licet incurratur
peccatum, & sic licet in materia peccati sit seruanda lex ca-
nonica in foro seculari, tamen contrafacientes non incur-
runt pęnam temporalem, sed solum peccatum incurrūt, &
hoc tenebis menti.
Quarta & ult sol. est Abb. & Goff. quod speciale est in ma
trimonio propter eius prærogatiuam, quia dependet a libe-
ro consensu, l. ꝙ non ualeat matrimonium factum per me-
tum, licet contrahens per metum fuerit causa metus, & iste
metus inferatur a iure, & hoc tenuit gl. in ca. Abb. quod met.
cau. & placet hic Abb. Sic. quia metus repugnat iuribus bonis
matrimonii, ut dixi in c. præcedenti, ideo ab omni metu dēt
esse liberum, sed etiam duæ præcedentes solutiones sunt ve-
ræ, sed possumus dicere, ꝙ lex, nec in ea, & lex, quod ait. ff. de
adul. loquatur de ea quæ non erat maritata, & ideo illę ll. nō
faciunt in contrarium, quia non permittitur patrem occi-
dere, nisi filiam maritatam. cogita tū circa hæc. Sed præsup-
posito iure ciuili pro vero, nunquid sit licitum patri interfi
19 cere † filiam prægnantem repertam in adulterio. Bart dixit
quod sic in l imperator, la ij ff. de sta ho. qđ no. quia per hoc
euitabit pęnam corporalem, licet incurrat peccatum quan
tum ad Deum, vt s. dixi. sequitur ca. commissum.

ADDITIO.

a Item quid si fictio, & veritas concurrunt in diuersis actibus, quis præfera tur. de hoc etiam per D. M. in c. is qui, in j. no. infra eo.

SVMMARIVM.

1 *Religionem si vult ingredi qui iurauit aliquam in matrimonium ducere prius debet matrimonium contrahere, dein ante carnalem copulam ingredi.*

2 *Verbo*

2 *Verba, do fidem de contrahendo matrimonio, vel promitto me contractu- rum matrimonium, quid importent.*
3 *Promissio semper debet seruari, seu impleri.*
4 *Factum non durans factum esse non dicitur.*
5 *Matrimonium non uitiatur ob propositum, non consumandi matrimonium.*
6 *Matrimonium est uerum, licet propositum virginitatis in corde retentum sit, vt fuit matrimonium beatæ Mariæ, & Ioseph.*
7 *Matrimonium contractum in articulo mortis pro legitimanda prole, valet.*
8 *Matrimonium de præsenti non consummatum soluitur per ingressum religionis, secus est de consummato.*
9 *Iuramentum de contrahendo matrimonio, intelligitur cum conditione, si res in eodem statu permanserit.*
10 *Matrimonium, quando contrahi ante ingressum religionis debeat.*
11 *Matrimonium contrahere promittens, si postea proponat religionem ingredi, an debeat vtrunque seruare, licet iuramentum non interuenerit.*
12 *Votum, an præferatur iuramento.*
13 *Clericus iurans miles fieri nelle antequam missam cantet, si parochialem ecclesiam susceperit, & factus est presbyter, & miles factus postea missam cantauit, an benefecerit.*
14 *Iuramentum temerarium non impedit quem eligi.*

C A P. XVI.

COmmissum. Qui iurauit cum aliqua ɔtrahere matrimonium
1 si vult ingredi † religionem debet primo contrahere, vt iuramentum seruet, & ante carnalem copulam ingredi poterit hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, fraternitati tuæ.
2 Nota primo, quod per hæc verba, † do fidem de contrahēdo, vel promitto me contracturum matrimonium, contrahuntur sponsalia de futuro, supra eo. veniens. Et ex hoc informatur notarius, secundum But. quomodo debeat conficere instrumenta super sponsa. similiter & libellus, & articulans in materia sponsaliorum.
3 Nota secundo quod vbi † promissio obuians meliori modo potest cum ipso simul seruari, debet impediri.

Nota tertio, quod vbi iuramentum potest impleri in effectu durabili, quod tunc debet impleri in forma.

Ex quo nota, quod momentaneum implementum quandoque liberat promittentem, & hoc vbi subest causa, alias deberet impleri in effectu durabili, quia non dici-
4 tur aliquid factum, † nisi duret factum, vt in l. qui sic. ff. de solu. sicut non dicitur versum, nisi duret versum, ut in l. si propriè. §. versum. ff. de in rem verso, & nota bene hoc, quia sæpe est prohibitus effectus iuramenti, nā tunc si potest impleri in forma absque peccato debet impleri, licet effectus non sit durabilis, concordat ca. ad nostram, el primo, de iureiur. qui reputatur tex. singul. ibi enim dicitur, ꝙ debitor tradidit creditori in pignus aliquā possessionē, & iurat non molestare creditorem super illa possessione, nec super fructib. tenetur seruare iuramentum, quia tenetur soluere integrū debitum, & postea poterit repetere, & sic iuramentum impletur in forma, licet effectus nō duret apud creditorē, sed tenetur ipsos restituere, & ibi est casus notabilis, in quo creditor non computat fructus in sortem, & tamen eos non lucratur, sed restituit ipsos debitori post debitum solutum, licet regulariter fructus computentur in sortem, vt in capit. j. de vsur. & iste tex. concordat quoad tum ad effectum cum illo c. licet loquatur in diuerso casu.
5 Nota quarto, ꝙ propositum non consumandi † matrimonium non vitiat matrimonium, dummodo non deducatur in pactum expressum, & sic intelligo c. si de condi. app. Et ex hoc infertur, ꝙ inter beatam Mariam, & Ioseph fuit verum
6 † matrimonium, & propositum virginitatis fuit in corde retentum, non autem deductum in pactum expressum, & hoc voluit hic gl. ij. ad fi. sed in hoc sunt multæ opi. de quibus vide per tex. & Doct. 27. q. 2. § cum ergo, ver. beata Maria, & plene per d. Car. s. eo. cū locum, in 8 q. facit etiam hoc ad quotidianam q. nam multi habentes filios ex concubinis amore ꝓlis legitimandæ inducuntur in articulo mortis ad contrahē-
7 dum † matrimonium cum illis, cum omnino desperent de salute, & de morte sunt securi, nam tale matrimoniū valet de quo vide po in c. tanta, qui fi. sint legi. & per Ioan. And. in mercu. in reg. sine culpa, de reg. iur. in vj.
8 Nota vltimo, ꝙ matrimonium † de præsenti non cōsummatum dissoluitur per ingressum religionis, consummatum vero non dissoluitur. vtrunq; dicit iste tex. sed de primo vide tex. in c. verum, & in c. ex publico, de conuer. coniu. secundū vero intellige, nisi vxor ingrediatur religionem si est iuuenis vel si est senex, & non suspecta de incontinentia, ꝙ consentiat, & promittat seruare in continentiam, de quo vide in c. j & io c. cum is, & in c. vxoratus de conuer. coniug.

In glo. ij. Ex hac gl possunt colligi duæ lecturæ ad tex. una vt sit necesse prius contrahere, ex quo vtrunq; bonum simul potest explicari Secunda lectura est, ꝙ contrahere est positum in consilio, & non in necessitate, & consilium est, vt notetur de periurio, quo ad vulgi opinionē. vnde sine peccato posset intrare religionem, & non contrahere, & hanc lectu-
9 ram tenet gl & communiter sequuntur Doct quia in iuramento de contrahendo intelligitur conditio si res in eodem statu manserit, vt in c. quemadmodum, de iureiu. sed hic nō mansit in eodem statu, nam si post contractum, matrimonium de præsenti, licet ingredi religionem, vt hic, & in ca. ex publico, de conuer. coniug. fortius hoc fieri poterit post spōsalia de futuro, quia turpius eijcitur quā non admittitur hospes, vt in d. c. quemadmodum. Tertiam lect. ponit Ion. secūdum aliquos, s. quod iste erat prope finem biēnii, & nolebat intrare religionē de præsenti. sed prius volebat de factis suis disponere, vel experiri in domo propria austeritatem religionis. vnde cum instaret episcopus ad cōtrahendum matrimonium, Papa consuluit, vt ɔhat, quia dubium est quid futura pariat dies, vel per mortem, vel per mutationem voluntatis sed si dixisset Papæ se nolle statim ingredi monasterium, Papa ei respondisset, intra, & non contrahas, cū iste contractus sit ad decipiendum, pro quo facit l. qui sic. ff de sol. Abb. Sic. dicit, quod vtraque lectura potest sustineri, sed pro præcedenti multum facit c. scripturæ, de voto, & ca peruenit, de iureiuran. Sed But. tenet opi glo & dicit, quod etiam, quando statim est paratus ingredi religionem, ex quo potest vtrunq; melius est, quod conseruet in odorem bonæ famæ, quia non solum a malo, sed etiam a suspicione mali cauendum est, vt in cap cum ab omni, de vita & hone. cler. Nec obstat illud, quod dicitur de fragilitate exigendi debiti, quia hæc decre. non consulit, quod eam ducat ad domum, sed quod contrahat, & hoc mihi placet. Sed aduerte, omnia ista procedunt, quando votum non interuenit. sed quid si interuenit votum de intrando religionem. Glo. dicit, quod tunc non est tutius sibi contrahere matrimonium, quia hoc repugnat voto iā deliberato, & confirmato, & hoc tenent Doct. & etiam But. sequitur, sed Henr. Boic. & Gas. Cal. dicunt, quod etiam si votum interuenit, quod debet contrahere. quia potest vtrunque ad decipiendum, sed ad fidem, & conscientiam saluandam, & iuramentum implendum. sed do. Card. io. ij. opp. ponit medium, dicit tamen, quod cōtra est opi glo. licet etiam opin Henr. Boic. possit saluari. dicit tamen, quod hæc litera non facit pro ipso, sed potius contra ipsum, quia hic nō emiserat votum, mihi etiam placet opinio Henr. quia ex quo potest vtrunque saluari, consulitur ei, quod cōtrahat matrimonium, nec dicitur venire contra votum, ex quo habet propositum intrandi religionem post contractum matrimoniū vnde si incontinenti post contractum matrimonium, vel ĩ. terminum præfixum ad complendum votum ingreditur religionem, non facit contra votum, ex quo non est in mora implendi votum, ut in c. non est, & ca. per tuas, de voto. Ta-
10 men pro clariori intelligentia facias † quinque casus. Primus est, quando interuenit propositum intrandi religionem simpliciter, & sic sine termino, & dic quod licet possit absq; metu periurii ingredi religionem, tamen quo ad vitandam vulgi opi. sibi consulitur, quod contrahat matrimonium, & postea ingrediatur religionem, & iste est intellectus quē tenet glo. & communiter Doct.

Secundus casus est, quando interuenit propositum intrādi, sed non statim, sed interposito aliquo tempore, in quo interim possit intricare facta sua, vel probare austeritatem regulæ, & tunc si instat tempus implendi iuramentum consulitur, ꝙ contrahat, quia posset voluntatem mutare, & non ingredi religionem, & sic appareret eum ex post facto incurrisse periurium, ex quo nec contraxit infra terminum, nec religionem intrauit, & ista est lect. Inn. de qua s. dixi.

Tertius casus est, quando talis emisit votum intrandi religionem post certum tempus, & tunc si instat tempus contrahendi matrimonium consulitur sibi, vt cōtrahat matrimonium, & ꝙ postea religionem ingrediatur, ex quo nondum imminet tempus voti, & imminet tempus implendi iuramētum potest vtrunque seruari, & hoc modo dicit Ia. de Zo. ꝙ potest procedere Henr. Boic.

Quartus casus est, quando votum simpliciter emissum sine termino, & hoc casu gl. & communiter Doctor. tenent, quod teneatur ingredi religionem, & quod non debeat contrahere matrimonium. Ego supra tenui, quod possit, dum tamen non committat moram in voto implendo, ex quo potest vtrunque seruari per rationem huius textus, & Alex de Neuo in quartum Decret.

credo,quod sit verius,& hoc videtur velle Butr.in ca.ex publico,de conuer.coniug.& dicam in seq.casu, licet aliud hic dicat.

Quintus casus est,quando interuenit iuramentum intrādo religionem & sic post iuramentum de contrahendo matrimonium interuenit iuramentum de ingrediendo religionem.& hoc casu Ioan.An.d.in ca.ex publico,de conuer.coniug.dicit,quod non debet contrahere,quia secundum iuramentum tollit primum,& dicit hunc casum esse specialissimum,cum regulariter non valeat secundum iuramentum contra primum,vt notat.glo.fi.in ca.licet mulieres,de iureiuran.in sexto & nota.in cap.cum contingat,de iureiur.sed Bur.dicit,quod debet seruari forma huius ca.Do.Iac.de Zo.dicit contrarium,& credo esse verum tenendo,quod vouēs non debeat contrahere: sed tenēdo illud,quod supra tenui videtur vera opi.But.& sic poterit vtrunque seruari.& consulerem,quod ad euitandum opi.vulgi,s.vt non dicatur periurus seruet vtrunque iuramentum,s.quod contrahat,& postea ingrediatur religionem,& hoc puto procedere, dum tamen propter hoc non constituatur in mora ingrediendi religionem,& nullo tamen casu debet vxorem ducere ad domum,& hoc propter proteruitatem exigendi copulam, vt
11 dicit But.Sed dubito,quid si quis promisisset aliquam † accipere in vxorem absque iuramento, deinde proponit intrare religionem,an vtrunque sit seruandum.Doc. non tangunt: ego puto,quod hoc casu non habeat locum iste tex.qui ponderat iuramenti si interuenisse, & modo habes hunc passum
12 declaratum.Ex his potest inferri, † quod votum præferatur iuramento,facias tres casus.

Primus,quando vtrunque potest seruari, & tunc vtrunque est seruandum,vt patet ex supradictis.

Secundus casus est,quando vtrunque potest seruari,& est votum religionis,vt puta,si aliquis iurauit contrahere, & cō sumare matrimonium,deinde vouit intrare religionem, & tunc stabitur voto 17.quæstio.j. qui bona, & patet etiam ex supradictis.

Tertius casus est,quando vtrunque non potest seruari, & est votum aliud quam religionis,puta,quia quis vouit peregrinari,& tunc aut iuramentum præcedit,& illud est seruādum,aut votum præcedit,& tunc votum est seruandum,ar. regulæ,qui prior, in sexto, & de voto, veniens, & quando vtrunque est licitum,alias licitum præfertur licito,& ista distinctio est de mente dom.Card.in ij. oppo.ad fi.

13 Vltimo quæro † clericus in minoribus constitutus iurauit effici miles antequam missam canter,postea parochialem ecclesiam adeptus coactus est fieri praesbyter,iuxta c.licet canon,de elect.lib.vj.sed antequam missam cātet factus est miles,postea missam cantauit:quæritur, an benefecerit. Host.dicit se habuisse hoc de facto,& arguit primo.quod nō peccauit,quia iuramentum fuit illicitum tempore quo iurauit:valet enim iuramentum, propter quod quis retrahatur ab expeditiori via ad paradisum.puta,si quis iurat,nūquā futurum clericum,xx quæstio.quarta,§ fina. quod intellige,vt notat glo.85.distin.Florentinum,& plene per Docto. in cap.si vero,de iureiuran.facit etiam glo in dicto cap.si vero,quæ dicit, quod si quis iurat illud, quod concernit periculum amittendæ vitæ,non certitudinariè, sed occasionaliter,ualet iuramentum,puta,si vltramontanus iuraret stare Romæ in Augusto,& illam glo.tene menti, quia est multum notabilis. In contrarium,quod peccauerit, allegat Host.quia malitia clericalis,& secularis videntur contrariæ 51.distin.qui in aliquo,& in ca.ex multa,de voto.Item iuramentum habet tacitam conditionem,si permansit in eodem statu, vt in ca. quemadmodum, de iureiuran. sed ex quo est ordinatus ad sacros ordines non est in eodem statu.plura alia argu. adducit Host.quæ non refero, sed concludit,quod peccauit, ex quo tacuit in sua promotione: nam hoc non debuit tacere. de corpore vitiatis, exposuisti,& quia hoc tacuit debuit puniri 24.distin.cap fin.& 50.distinct.ex pœnitentibus. sed dicit Host quod non peccauit recipiendo militiam. Dom. autem Cardin.dicit,quod facit contra Host.quia actus militiæ non est conueniens sacerdoti,nā culpa est immiscere se rei inconuenienti de homicidio, continebatur,iuncta gl postea dicit quod potest esse vera opin.Hostien.quia satisfacit iuramento in forma,licet nō in effectu durabili,quod sufficit ex causa dicit de hoc esse casum singularem in dicto capitu.ad nostram,j.de iureiuran.sed dic quod etiam hic est casus de hoc, & vt habeas mentem domi.Card.

Aduerte,nam primo dicit,quod talis debuit acceptare beneficium,& postquam acceptauit debuit renunciare,& seruare iuramentum,& potest seruari absque periculo animæ. de iureiurando,si vero.

Secundo dicitur, quod si talis non renunciat beneficio, & ordinatur ad sacros ord.propter hoc nō vacat beneficiū, si non exercet militiam, sed malefaciat acceptando beneficium,& recipiendo ordines antequam impleat iuramentū.

Tertio sentit,quod postquam est ordinatus ad sacros ordines cum modo non possit retrocedere non teneatur renunciare beneficio, sed debeat se facere fieri militem, sed non exercere militiam.But.vero simpliciter transit cum opi.Hostien.In hoc puncto aduertendum,nam si iste iurauit se facere fieri militē antequam missam canter,nam hoc modo iurando sensit de forma,& non de effectu militiæ, quia exercitium militiæ non potest stare cum sacerdotio, & iuramentum debet intelligi in casu licito.ut in cap.primo, de iureiurando,libro sexto,cum simili.& dico,quod istud iuramentū fuit temerarium,tamen quia potest seruari absque interitu salutis æternæ est seruandum,vt dicam in capit.sequen in 4. nota.& puto,quod non peccauit hoc tacēdo in promotio
14 ne,quia † iuramentum temerarium non impedit quem eligi,vt dicit glo.nota.85.distin Florentinum.Sed dom.Iaco.de Zo sequitur domi.Card.Sed limitat, nisi assumeret militiam scienter a tali principe,quia incontinenti eos quos facit milites deputat ad officium militiæ incompatibile clericatui, quia hoc casu peccaret assumendo militiam tali modo, quia videretur renunciare quantum in se est priuilegio suo, & beneficio.allegat nota.per Ioan.Andr.in capitu.sicut, ne clerici,vel mona.vbi dicit de clerico facto notario per principem,qui quos creat notarios incontinenti deputat ad publica officia.Sed tu dic,quod si conueniret cū creante ipsum militem,quod crearetur.tamen hac conditio,vt non teneatur exercere militiam, planum esset,quod non intelligeretur renunciare beneficio,nec suo priuilegio.

Item vbi simpliciter crearetur miles a tali principe, non perderet beneficium,vel priuilegium clericale, nisi actualiter exerceret militiam,ut voluit Innocent.in capi.primo,de apostat. & Bartho.Brix.in dominicali 15.& hoc vult Hostiē. & dom.Cardin.hic in ultima quæstio.& etiam But. vnde Io. And.in d.ca.sicut,debet intelligi, quando notarius actualiter scripsit in causa sanguinis, & ita intelligit ibi Abb. Sicul. & ibi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Moneri non compelli ad matrimonium contrahendum, quis debet etiam iuramento intercedente.*
2 *Matrimonium requirit consensum liberum.*
3 *Ecclesia non compellit aliquem stare in peccato.*
4 *Negligens iuramentum moneri debet, vt seruet.*
5 *Consilium spernens peccat mortaliter.*
6 *Nuptiæ inuitæ solent parere malos exitus.*
7 *Compelli, quando quis possit ad nuptias.*
8 *Desponsata uni alteri nubere prohibetur.*
9 *Sponsalia bina, seu nuptias binas contrahentes, infames efficiuntur.*
10 *Renunciare sponsalibus, an liceat de iure canonico.*
11 *Sponsalia non legitime dissoluta faciunt incurrere infamiam.*
12 *Differentia inter tolerare, & licentiam præbere.*

C A P. XVII.

1 REquisiuit. Qui iurauit contrahere matrimonium, † moneri debet, ut contrahat potius,quam compelli.

2 Nota primo, quod in matrimonio † requiritur consensus liber,& pondera tex quod non solum requiritur liber consensus a principio, sed etiam ex post facto post contracta sponsalia de futuro, & deinde compellatur metu ad contrahendum matrimonium de præsenti, quod matrimonium non valet.

3 Nota secundo casum,in quo † ecclesia non compellit aliquem stare in peccato,ut euitetur maius malum futurum. & dicit Abb.Sicu quod hæc litera notabiliter videtur probare, quod nedum tolerandum est minus malum, vt euitetur maius malum,de quo certa est ecclesia, sed etiam vt euitetur maius malum,quod verisimiliter est futurum,licet possit illud non contingere,quod tene menti,sed de hoc dixi in capitu.non magno,supra ne clerici,vel monachi. aliquid in capitu.veniens,infra qui clerici,vel vouen.in vlti.glo.

Nota

ADDITIO.

a Hic adde quæ notat dom.Alexan.infra ca.dilectis,ij.in versi.octauus,infra titu proximo.

4 Nota tertio, quod qui negligit iuramentum † monetur, vt seruet, & sic videtur, quod obseruantia iuramenti non obliget ad peccatum mortale per nota. per gl. si in c. ad aures, de æta & qualit. Sed Gasp. Cald dicit, quod hoc procedit, quando monitio fit super indifferenti ad bonum, & malum, vel enim est consilii. dic tamen, quod si quis ex contemptu face-
5 ret contra l. consilii, † peccaret mortaliter, vt dicit glo. quæ reputatur singularis x. dist. quis autem. In eo autem, quod negligit iuramentum, dicit Gasp. Cald. quod si est licitum peccat mortaliter, & cogi debet ad pœnitentiam, secus est si est temerarium 22. quæst. 4. §. illicitum. hoc etiam sequitur do. Card in primo notabili. sed inquantum dicunt de temerario iuramento, intellige, quando non potest seruari absque peccato, sed si potest seruari absque peccato est seruandum, de quo vide glo. in c. & si Christus, versi. la. de iureiur. & per Io de Fan. 22. q. 2 qui sacramento, & c. necesse, & per Abb. Sicu. in dicto ca. & si Christus. vbi pulchre declarat, an valeat iuramentum, vbi deficiunt tres comites, de quibus 22. quęst. 2. animaduertendum. vnde si talis contrauenitet peccaret mortaliter, sed ecclesia hic tolerat istud peccatũ, causa euitandi maius malum, vt dixi in præcedenti nota.

6 Nota vltimo, quod inuitæ † nuptiæ solent parere malos exitus, concordat supra eod. cap. 2.

In glo. no. secundum Butr. cum iuribus quæ allegat, nam sunt quædam pęnæ extrinsecę ad contractus sponsaliorum & tales obligationes inferentes pęnam a iure reprobantur & de his loquuntur iura quæ dicunt, quod metus pęnæ siue obligationis pecuniariæ inualidat matrimonium, infra eo. Gemma. & ibi per But. Quædam sunt obligationes intrinsecæ, & pęnæ intrinsecæ surgentes ex ipso vinculo principali, & tales non tolluntur, quia ex quo ineis datur principium voluntarium, finis etiam censetur voluntarium, & attribuitur naturæ sui principii, quia principiũ non est extra se. alias sequeretur, quod nullum matrimonium iuratum teneret p motum iuramenti, quod est falsum, & contra iura allegata in glo Sed hoc intellige, quando compellitur remediis iuris communis, secus si compelleretur metu, qui caderet in constantem, quia tunc matrimonium esset ipso iure nullum, vt dixi supra eod. in pri. notabili.

In ead glo. in fi. Doct. communiter reprehendunt glo. sed vide quæ dixi supra eod. ex literis, ij. super secunda glo. Host.
7 autem dicit, quod † talis compellitur, nisi subsit causa notabilis, quæ impediat, ita intelligitur hic, & quæ sit causa rationabilis relinquitur arbitrio iudicis. Quid enim si vir de eo persequitur mulierem, vel econuerso, quod si timetur si cõtrahat, quod sequitur homicidiũ, vel guerra: tunc enim non cogentur, immo ecclesia restringit ad censuram, quæ non est medicinalis, sed mortalis, nec ad coerctionem, sed ad destructionem contra c. ij. ad...... 20. ca. & c. j. de sen. exc. in 6. & iste est casus secundum Raymundum, in quo existens in mortali præcise non cogitur ad pęnitentiam, ar. qui clerici, vel vo. veniens. sed si iudex talia non perpenderit causatiuè distringet præmonitionem, & censuram. & dicit domi. Car. in prima opp. quod nulla pęna imponitur, quando timetur scandalum. immo potius essent prohibendi contrahere matrimonium quã surgant mali exitus, ut in litera dicitur. itẽ dicit dom. Card quod dato, quod non timeatur scandalum tamen si apparet præcisa resilentia, cogi non debet per arduam pęnam, propter quam euitandã posset induci ad contrahendum contra voluntatem, quia timet̃ de scandalo, ex quo inuitus contrahit. istud vltimum, quod dicit dom. Car. mihi placet, sed primum dictum mihi non placet, nam iste tex. loquitur, quando timetur scandalum, & ita communiter intelligunt Doct. & glo. supra eod. ex literis, & 27. quæst. 2. §. sed concedatur. & tamen iste tex. dicit, quod debet moneri, & non compelli, ergo si vellet contrahere non deberet prohiberi, nam præsumptio est, quod non sequantur mali exitus, sed quod sequit̃ pax & concordia inter eos, quando persuasionibus inducuntur ad contrahendum, sed bene prę sumerentur mali exitus, quando compelleretur in casu, in quo timetur scandalum, & ita intelligo Hostiẽ. & videtur de mente Doct. licet dom. Card. aliter dixerit. Sed contra prædicta opponitur de l. prima. C. de spons. vbi dicitur, quod uni
8 † desponsata, alteri nubere prohibetur. Sed aduerte, quia cõtra illam. l. videtur tex. in l. prima. in fi. ff. de his qui nota. infa. vbi dicit text. no. quod contrahentes binas nuptias & bina
9 † sponsalia efficiuntur infames. Cyn in l. j. C. eo dicit, quod aut quis non renunciat sponsa. & alteri nubit, & tunc efficitur infamis, ita loquitur l. prima. ff. de his qui notatur infamia. Aut prius renunciat sponsa. & postea contrahit cum alio, & hoc est licitum, vt in l. prima. C. eodem, quia tunc uidetur contraxisse bina sponsalia, cum per renunciationem recesserit a prioribus.

Nunquid autem de iure canonico licitum sit sponso, vel
10 sponsę † renunciare sponsalibus. Cy. in dicta l. prima. C. eod. videtur sentire, quod sic, nisi interueniat iuramentum, & ita intelligit hoc c. & similia. Abb. Sicu. post multa, dicit quod iura quæ mandant contrahentem sponsalia compelli ad cõtrahendum matrimonium, fundant se super iuramento. In contrarium tamen facit secundum eum, quia ecclesia compellit ad seruandum pactum nudum, vt in c. j. de pact. & 12. quæst. ij quicunque suffragio. Sed bene dicit, quod si quis vellet primam opi. tenere posset dicere hoc speciale esse in matrimonio, vt non compellatur, nisi interueniat iuramẽtum propter rationem literæ, vt matrimonium sit omnino liberum. item dicit, quod lex prima, C. eod. indistincte promisit
a renunciare sponsalibus, [a] forte considerando difficultatem matrimonii violenti.

Vltimo dicit, quod indubitanter est verum, quod vbi iuramentum non interuenit, non debet ecclesia ita de facili procedere ad compulsionem, arg. huius cap. & supra eodem, ex literis, infra eodem, licut. & sic Abb. Sic. se non firmat, sed in dicto capit ex literis, tenet quod siue sponsalia sint iurata, siue non, ecclesia compellit ad contrahendum matrimoniũ, quia Deus non facit differentiam inter iuramentum, & simplicem promissionem, nam vtroque casu transgrediens peccat mortaliter, sed magis peccat veniens contra iuramentũ, vt notat glo. in cap penult. de iureiuran. & ibi dicit quod iura quæ exigatur iusm, narrãt facti accidentiam dicit tamen quod satis potest dici, quod ecclesia non ita studiose compellit, quando iuramentum non interuenit, sicut quando interuenit. & idem dicit Abb. Sicu. in capit. secundo, supra eod. & sic in dictis locis firmat, quod ecclesia compellat ad contrahendum matrimonium etiam vbi sponsalia non sunt iurata, & hoc communiter tenent Doct. vt dixi in d. c. 2. super gl. ij. licet illa gl. contrarium sentiat.

11 Nota bene ex prædictis, quod vbi † sponsalia non sunt legitimè dissoluta, cõtrahens matrimonium incurrit infamiã, & dom. Card. & Abb. Sicu. videntur velle hoc procedere etiã de iure canonico, sed an hoc sit verum pendet ex nota. in c. j. supra eod. Sed vnum dicit hic do. Iaco de Zo. scilicet quod quando subest causa rationabilis, tunc si cõtrahat matrimonium cum alio, vel enim alio, non incurrit infamiã iuris, Cy. per c. penult. & vlt. de secundis nupt.

Sed aduerte, quando subest causa rationabilis, ex qua in hoc ca. ille, qui est causa, ut non contrahatur matrimonium non euadet infamiam iuris ciuilis Nec obstat cap. penult. & vnlt. de secundis nupt. quia loquuntur in diuerso casu, nam ideo mulier nubens intra tempus luctus euadet infamiam iuris ciuilis, quia ius canonicum propter auctoritatem apostoli concedit licentiam nubendi alteri: sed iste tex. non concedit licentiam dissoluendi sponsalia, si propter euitandum maius malum non compellit post sponsalia ad contrahen-
12 dum matrimonium, & aliud est tolerare, † & aliud est licentiam concedere, vt in capitu cum iamdudum, de præben. & per glo. vlt. in c. veniens, j. qui clerici, vel vouen. & dixi plene supra eo. ne cler. vel mon. non magno.

ADDITIO.

a Dictamen, quod licet non sit licitum dissoluere sponsalia contracta inter puberes sine causa, quod illud processit, vbi metus nõ interuenit post sponsalia, quia talis metus habet tunc vitiare sponsalia, vt dicit idem Do. M. in c. ex literis, infra tit. proxi. quod nota pro limitatione horum, quæ dicit hic.

SUMMARIUM.

1 *Litis pendentia super matrimonio non impedit secundum contrahi, primo existente nullo.*
2 *Villicus est, cui commissa est ministratio.*
3 *Mendacium, quando non impediat essentiam matrimonij.*
4 *Matrimonium secundum ualet, licet primum non sit cassatum.*
5 *Matrimonium non uitiatur litis pendentia.*
6 *Lite pendente, an prælatus eligi possit contra alium prælatum.*
7 *Eligens lite pendente alium, an reuocare possit electionem, uel contrauenire.*
8 *Interdicto resistens peccat mortaliter, & punitur.*
9 *Matrimonium contractum pendente accusatione matrimonij propter cõsanguinitatem, an ualeat.*
10 *Differentia inter dispensationes Papæ respectu consanguinitatis.*
11 *Gradus prohibiti de iure diuino qui sint, & positiua.*
12 *Credens communi opinioni excusatur, etiam sine scriptura.*
13 *Matrimonium secundum, non ualet si mulier credat primum uirum uiuere, licet mortuus sit.*

14 *Ecclesia de occultis non potest cognoscere.*
15 *Errans in iure, an uitiet matrimonium.*
16 *Contrahens matrimonium cum prima, & secunda muliere. per ecclesiam ad primam reuersus, an si feratur sententia diuortij, teneatur reuerti cum secunda.*

C A P. XV.

1 CVm apostolica Litis pendentia† su-
per matrimonio nõ
impedit secundum contrahi, si primum erat nul
lum hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi,
2 verum. In tex ibi, villicum. Pe. dicit, quod villicus† est ille, cui
est commissa administratio villæ, licet aliquando sumatur
pro eo, cui est commissa quælibet administratio, in c. quali-
ter, & quando, ij. de accu. Sed tu dic, quod propric villicus di
citur is qui est deputatus ad colligendos fructus, vt dicit tex.
in l. si cum villico, ff. de institoria. In tex. ibi, dicit Ho. intelli-
ge, quod hoc est nomen villæ, in qua habitabat iste villicus.
Nota primo, quod † mendacium per quod quis inducitur
3 ad contrahendum non impedit essentiam matrimonij, &
sic falsa causa, seu error non vitiat matrimonium, de quo vi
de bo. tex. qui optime distinguit de quolibet errore 29. quæ-
stio j §. his ita respondetur, & dicam in ca. fi. de coniugio ser
uorum.
4 Nota secundo, quod valet secundum matrimonium† pri-
mo non cassato, quod primum sit coloratum. secus in elec.
quia dato, quod prima electio sit nulla, si tamen est colora-
ta non valet sententia, nisi prima sit cassata, idest per senten
tiam reprobata, ut in c. auditis, supra de elect. vbi de hoc est
casus secundum veram lect. Quæ autem sit ratio differentię
dicit Host. contrarium procedere in vinculo statuto per ec-
clesiam, circa quod ecclesia potuit statuere ad libitum, sed
hæc decr. loquitur de matrimonio carnali, quod fuit institu
tum a Deo, circa quod ecclesia non statuit difficultãdo cõ-
sensum, & impediendo validitatẽ ipsius, sine magna causa.
5 Nota tertio, quod litis pendentia non vitiat † matrimo-
nium contra regulam totius tituli, vt li. penden. & est ratio,
quia in contractu matrimonij inducitur vinculum auctori-
tate Dei, quod est irreuocabile, ex quo sumit regulam, quod
attentatum lite pendente, quod transit ad limites vinculi ir-
reuocabilis, non potest retractari, de quo vide glo. in c. non
solum, in gl. ma. prope fi. de app. in sexto. Quid si li. pend.
6 contra prælatum alter prælatus † eligitur, vel ei confertur
prælatura, deinde fertur sententia contra priorem, an secun
dus licite potest retinere prælaturam. Ioan. And. dicit quod
non per c. j. & ij. vt li. pen. in sexto.
7 Nunquid autem vir qui elegit, † seu contulit secundo, litẽ
pendente possit venire contra factum suum, & impugnare
secundum. dic vt in c. diuersis fallaciis, de cleri. coniug. & in
ca. si quis presbyterorum, de re. eccl. non alien. & in c. nosti.
de electio.
Nota vltimo, quod licet valeat matrimonium contractũ
8 contra † interdictum ecclesiæ, nihilominus contrahens est
puniendus, quia faciens contra interdictum ecclesiæ peccat
mortaliter.
9 Sed quarto, quid si pendente accusatione † matrimonij
propter consanguinitatem alter ex partibus contrahat ma
trimonium li. pendente valeat. & Ioan Mo. dicit, quod sic in
Rubrica, vt li penden. in sexto. quo præsupposito ad q dicit
Io de Ligna. quod ex quo sublatum est impedimentum erit
matrimonium, sed Gasp. Cald tenet contrarium, non enim
ante dispensationem ex consensu tunc præstito tenuit matri
monium, ex quo erant inhabiles, & sic est necessarius no-
uus consensus ex nunc, allegat nota. per gl. fi. infra de coniu.
seruorum sed do Card. in c. j...... dicit, quod Ioan. de Ligna.
habuit hanc mentem, nam ex consensu perdurãte tenet ma
trimoniũ statim, quod coniunx sit dispensatione impetrata
per alium si perdurat in eodem cõsensu statim est matrimo
nium, secus si contradiceret, quia non esset matrimonium,
idem vbi ignoraret dispensationem, quia inniteretur in pri-
mo consensu inualido, vt dicit glo. fi. in dicto c. fi. de coniug.
seruo. Ego hæc puto vera, vbi Papa dispensat simpliciter,
quod possint stare simul non obstante consanguinitate, se-
cus putarem, vbi disponeret in radicem matrimonij tollen
do impedimentum, ac si nunquam fuisset declarando, quod
intendit, vt matrimonium valeat, vt ex retro: tunc enim et
si alter ignoraret, vel contradiceret nihilominus esset matri
monium, ex quo Papa funditus tollit impedimentum, & di
sponit, quod intelligatur fuisse matrimonium a principio ac
si nulla consanguinitas inter eos fuisset, & de hoc vide Ioan.
And. super glo. 2. in cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. vbi
10 facit differentiam, † an Papa dispenset ex causa in gradibus
diuina l. prohibitis, an in gradibus prohibitis iure positiuo.
Nam in primo gradu Papa dispensat, vt valeat matrimo-
nium ex nunc, sed non potest dispensare vt ualeat matrimo
nium ex tunc, idest vt retro fingatur matrimonium fuisse
contractum recte.
In secundo vero casu, quando matrimonium est contra-
ctum in gradibus prohibitis lege humana dispensat, vt ma-
trimonium valeat vt ex tunc, & sic Papa non potest facere
vt illi qui sunt nati ex matrimonio prohibito de iure diui-
no censeantur legitimi ex tunc, quasi non possit facere, vt
censeãtur a principio nati legitimè, sed bene potest hoc fa-
cere, quando gradus sunt prohibiti de iure positiuo, & cum
hoc dicto transit Abb. Sic. in c. literas. de restit. spoliato. Ego
hoc examinaui in c. cum ad monasterium. §. fin. de sta. mon.
& tenui, quod Papa nullo modo possit dispensare in gradi-
bus prohibitis a iure diuino. Sed quantum ad hoc, vt finga-
tur retro fuisse matrimonium, bene puto, quod Papa possit
facere, quando matrimonium est contractum in gradibus
prohibitis de iure positiuo, & tene menti hoc dictum Ioan.
And quod est singulare, hoc etiam procedit in sententia ex-
communicationis, quia Papa potest eam reuocare, ita vt in-
telligatur nunquam fuisse latã, & sic vt ex retro, & talis nõ
indiget absolutione. de quo vide tex. cum glo. multum no-
tabili in clem j. in glo. in verbo, pro infectis. de immu. eccles.
11 Qui autem sint gradus† prohibiti de iure diuino, & de iure
positiuo, dic vt in c. literas. de restit. spoliat. & per glo. 30. q. 4.
pictatium.
In glo. prima iunge vtranque solutionem. & dic, aut quæ-
ris, an teneat secundum matrimonium, & indistincte tenet,
ex quo primum est nullum; aut quæris, an mulier excusetur
a peccato, cum contraxit lite pendente. & dic, quod excu-
satur propter communem opinionem. Innocen. vero dicit,
quod tenet matrimonium propter ipsius matrimonij fauo-
rem, & propter bonam fidem, quam habet hæc mulier. Sed
mihi magis placent ambæ solutiones glo. simul iunctæ, nec
verum dicit Inno. quia ex quo primum matrimonium fuit
nullum ad validitatem secundi, non attenditur bona fides
istius mulieris. valuisset enim secundum matrimonium, da-
to quod sciuisset litem pendere, licet peccasset mortaliter
contrahendo scienter lite pendente.
Sed no. ex glo. quod etiam vbi requiritur scriptura excu-
12 satur quis si credit † communi opi. licet non viderit scriptu-
ram, quod tene menti pro limit. c. quoniam contra falsam,
de probat. & adde glos. no. in clem. causam, in verbo, plena,
de elect. quæ dicit, quod requiritur plena, & certa notitia, &
sufficit quem fuisse infamatum, vel per aduocatum suum
vel per amicum suum, vel per amicum aduersarij, quia hoc
modo dicitur haberi certa notitia.
In glo. ij. nota istam glo. relatam ad tex. nam ista glo. vult
quod si secunda mulier sciuisset litẽ pendere inter istum ru-
sticum, & vxorem primam, si matrimonium valuisset non
potuisset stare cum isto rustico etiam mortua sua vxore. &
tamẽ dubitabatur de validitate primi matrimonij, quia op-
positum fuit de consanguinitate, & idem videtur sentire gl.
fi. Sed contrarium dicit But. in ca. ueniens, j supra eod & ibi
dixi in glo. in verbo, decessit, & ibi Abb. Sic. sequitur opi. But.
sed dic, quod But. & Abb. Sic. loquuntur, quando secundum
matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, & sic con-
corda opi. & hoc adde ad ea quæ dixi in d. c. veniens, super
glo in verbo, decessit.
In gl. fi. no. istam gl. quia est magistra.
In ea gl. circa principium ibi dicas maxime. dic. quod tex.
ponderauit ignorantiam quantũ ad hoc, vt excusetur a pec
cato illa quæ contraxit cum isto villico.
In ea glo. fi. limita glo per ea quæ dixi in glo. ij. Sed dubita-
tur quid si iste villicus qui cõtraxit matrimonium cum ista
secunda putabat matrimonium tenere cum prima. Vin. di-
cit, quod non valet secundum matrimonium, nisi ex nouo
consensu, & postquam constiterit primum non tenere, quia
propter iuris impossibilitatem antea non intendebat con-
sentire. dicit tamen Vin. quod licet non teneat matrimoniũ
casu prædicto, ille tamen qui credebat primum tenere coge
tur consentire secundę per nouũ consensum, de eo qui dux.
in ma. quam po c. j Sed cõtrarium tenet gl. 34. q. j. in summa,
quæ dicit, quod si mulier credit maritum viuere qui est mor
13 tuus, nihil valet secundum† matrimonium D. Car. in 6. opp.
dicit esse stãdum dicto illius gl. sed postea, in a. q sequitur opi.
Vin. Bu. vero, & Abb. Sic. tenent opi. Vin. & reprobant illam
gl. q̃ recte fuit locuta, sed non fuit ponderata. nã dicit q̃ ma-
trimonium non tenet, & q̃ talis est adulter reatu, licet adul-
teriũ non committatur intelligo quantũ ad ecclesiam, q̃ de
occultis non iudicat. vult ergo dicere illa gl. q̃ est matrimo
14 niũ quantũ ad ecclesiam, & ita † ecclesia iudicat, quia de oc-
cultis

cultis non potest cognoscere, vt in cap. a nobis. a. de sent. exc. Sed quantum ad Deum est adulterium, & hoc est verum: nam si confiteretur, quod credebat primum matrimoniũ tenere, non crederetur ei, vt in cap. super eo. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. & videbitis infra eod. tua nos. & cap. is qui. Fateor, quod si ecclesiæ posset constare de opin. contrahentis, scilicet quod credebat primum matrimonium non tenere, vel quod illa quæ contraxit secundum matrimonium, credebat primum maritum viuere, quod tunc haberet locũ opin. Vinc. quia ecclesia iudicaret illud non valere, licet in veritate primum matrimonium fuerit nullum, & maritus fuit mortuus, & ita concordo glo. cum opin. Doct.

15 Secundo quæro, quid si contrahit cum secunda † errans in iure: puta quod credebat, ꝙ sibi liceret contrahere bina spõsalia. Vincẽ. dicit, quod consensus est legitimus, ex quo primum matrimonium non tenet, & sic plus impedit error facti, quam iuris, & tamen alibi reperitur contrarium, scilicet quod magis noceat error iuris, quam facti: nam delegatus poterit reuocare sententiam nullam, si est lata per errorem facti, sed non, si est lata per errorem iuris, vt notabiliter dicit Innocen. in cap. 1. de re iudic. aliqui habent super Rubrica, secundum dom. Cardin. in 2. quæst. soluit, saluando Vinc. quia non putat primum matrimonium tenere, non videtur habere consensum matrimonialem, quia per consequens putat se non posse consentire in secundã: secus autem quando errat in iure, quia consensus in se non est erroneus, qui vult consentire in secundam. Et sic in effectu vbi est error facti: puta quia credit primum matrimonium valere, & non valere secundum matrimonium ratione defectus consensus, quia per consequens credit se non posse contrahere secundum matrimonium, vbi non putat se posse contrahere binum matrimonium, datur consensus contrahendi secundũ matrimoniũ, licet erroneũ sit in causa quæ inducit eum ad cõtrahendum matrimonium. & istud etiam sequitur Butr. Et nota quod dom. Cardin. sequitur Vincen. licet vt supra dixi, sequatur glo. 34. quæst. 1. in summa. in sexta opinio. quam facit pro hoc cap.

16 Tertio quæro, quid si contrahit † cum prima, deinde cum secunda postea per ecclesiam reducitur ad primam, deinde fertur sententia diuortij inter ipsum, & primam, an teneatur reuerti ad secundam. Vincen. dicit, quod si errauit in facto, non cogetur redire, sed bene si errauerit in iure, vt dixi in quæstio. præcedenti. & hoc sequitur dom. Cardin. in quarta quæstio. Tu dic, quod ecclesia iudicabit, quod secundum matrimonium teneat, quia non potest certificari, licet secundum matrimonium valeat, tamen compellit ipsum remanere cum secunda, vt supra dixi, secundum eundem Vincen. Sequitur capitulum, in præsentia.

SVMMARIVM.

1 *Vxor non certificata de morte mariti, non potest contrahere matrimonium cum alio.*
2 *Absentia longæua præbet vitæ incertitudinem, vel mortis.*
3 *Practica probandi incertitudinem vitæ alicuius.*
4 *Relatio nuncij qualis esse debeat super morte alicuius.*
5 *Nuncio an credatur referenti de morte alicuius, & qualis esse debeat.*
6 *Licentia contrahendi mulieri non est danda, quoties dubitatur de morte viri.*
7 *Mulier qualiter procedere debet, antequam ad contrahendum descendat.*
8 *Lex canonica circa matrimonia obtinet tantum*
9 *Raptore contrahente cum rapta, an cesset iuris ciuilis pœna.*
10 *Relatio facta a militibus, quod credunt pro certo esse mortuum virum mulieris, an sufficiat.*
11 *Matrimonium contractum quia non credebat captiuum unquam reuerti non valet.*
12 *Adulterium an sit, si mulier contrahat cum alio, dubitans de morte mariti.*
13 *Accusatio de homicidio procedit, si mors verè probetur.*
14 *Probatio per coniecturas quot modis fiat.*
15 *Nuncius existens in dolo, puniri debet.*
16 *Fama solet procedere ex auctore incerto.*
17 *Probationis materia residet in iudicis arbitrio.*
18 *Adulterium non committitur sine dolo.*
19 *Causa qualibet a dolo excusatur, vbi dolus requiritur, etiam si fuerit iniusta.*
20 *Fama inducit præsumptionem mortis, non certitudinem.*
21 *Mors probatur ex relatione, quod fuit in acie periculosa, nec amplius reuersus, nec potuit inueniri.*
22 *Præsumptiones violentas requirit vxor de morte viri, vt possit licite cum alio contrahere.*
23 *Fama de morte alicuius in quo loca præcipue debet esse.*
24 *Mors tunc facile probatur etiam per vnum testem, quando est leuis, seu modici præiudicij.*
25 *Mulier quæ contraxit cum secundo, an audiatur si velit probare primum esse viuum.*
26 *Filij nati ex ea quæ nupsit uiuente primo viro, an sint legitimi.*

CAP. XIX.

1 IN præsentia. Vxor † non certificata de morte mariti contrahere non potest, quamuis ignoret quid sit de marito. Communis diuisio. secunda ibi, taliter respondemus.

2 Nota primo, quod ex sola longæua † absentia datur incertitudo mortis viri, & sic corriguntur leges, quæ dicunt, ꝙ post quinquennium potest vxor alteri nubere, hoc etiam fuit correctum per authen. C. de repudiis de cuius intellectu infra dicam.

3 Nota secundo, secundum But. † practicam probandi incertitudinem de aliquo, quia non sufficit simpliciter asserere incertitudinem, sed probari, quod est facta diligens inuestigatio, nec est repertum. de quo vide bo. glo. in verbo, ignorantiam. in cap. innotuit. de electio & bo. tex. in cap. ad falsariorum de crim. falsi & per Innoc. in capi. accepimus. de ęta. & qualit. quod dicit Butr. esse notandum pro decanis, & saltuariis, & similibus personis, qui puniuntur nisi maleficia denunciauerint, nam excusantur ex incertitudine delicti, & probabunt incertitudinem ex hoc solo, quod probant se fecisse diligentem inquisitionem, & nihil inuenisse.

4 Tertio nota qualiter nuncius debeat referre de † morte alicuius, quia non sufficit referre, quod inquisiuit, & nihil de eo audiuit, quia hoc non includit necessario mortem, sed debet referre, quod inquisiuit, & inuenit, quod communi opinione reputabatur mortuus. facit quod no. Cy. in l. si quidem. C. sol. matr. & in auth. hodie. C. de repud.

5 Quarto nota ex prędictis, quod credatur † nuncio referenti de morte alicuius etiam quo ad dandam licentiam ab ecclesia, quod matrimonium contrahatur cum alio, & hic est casus in quo creditur soli nuncio referenti de morte alicuius, & in his quæ sunt magni præiudicij. dicit tamen Bartol. quod iudex multum debet aduertere ad qualitatem nuncij qualis sit, scilicet an sit persona grauis. an vero vilis ad verisimilitudines, quas allegat de morte viri, & ad dictas alias circunstantias, quod arbitrio iudicis dicit esse relinquendum.

Vltimo nota, quod stante probabili dubio, an maritus viuat etiam propter stimulum carnis, non est danda licentia
6 † contrahendi cum alio, & sit pronitas peccandi, non dat licentiam peccandi, licet possit dari tolerantia: hic enim concurrebant quatuor, quæ videbantur inducere, vt deberet dari licentia contrahendi cum alio.

Primum erat diuersa absentia.

Secundum frequens inquisitio.

Tertium ętas.

Quartum fragilitas carnis, & hæc omnia non sufficiunt propter periculum animæ, vt dicit But. & sic propter euitanda maiora mala ecclesia non debet dare licentiam peccandi, licet possit dissimulare, vt dicam in c. seq.

In glo. 1. in fi. illa autem dicit, quod quantiscunque annis
7 maritus mãserit in expeditione, † mulier non debet contrahere matrimonium cum alio, sed si audiuit ipsum maritũ, debet ire, vel mittere ad illum, sub quo militabat, & debet facere, quod duo cum iuramento deponant maritum esse mortuum, adhuc hoc probato non debet nubere nisi post annum, & si secus fecerit, tam ipsa, quàm ille qui eam duxit in vxorem debent puniri vt adulteri.

Nunquid autem de iure canonico requiratur solennitas illius Authenticæ. Tan. Goff. Phil. & Ioan. And. But. & Abb. Sic dicunt, quod non, quia secundum canonem qualitercũque constet verisimiliter de morte viri, potest vxor contrahere matrimonium vt hic. Item prouisio illius Authenticæ non habet locum nisi in eo qui mortuus est, vel propter bellum erat absens, & hoc tenet dom. Cardin. in tertia opposit. dicit tamen, quod tutius esset seruare solẽnitatem illius Authenticæ in casu, in quo loquitur illa Authentica ad euitandum adulterium: nam illa Auth. dicit, quod mulier nubens non seruata solennitate illius Authenticæ, & etiam ipsam vxorem accipiens puniuntur vt adulteri, & dicit dom. Cardin. quod iudex sęcularis posset contra tales procedere, cum illa Authentica non sit correcta, mihi hoc non placet, ex
8 quo lex canonica † dat licentiam contrahendi, sublatum est in totum ius ciuile, & sic etiam quo ad pœnam, vt in c. pen.

& vlt.

& vlt. de secun. nupt. nam lex ciuilis circa matrimonia nihil disponere potest, & vbi canones disponunt aliter, quam lex ciuilis, intelligitur sublata in totum, ita vt contrahens contra prohibitionem legis ciuilis, non incurrat aliquam pœnam, vt no Ioan. And in cap. statutum, de electio in 6. & plene dixi supra eod cap. 1. postea reperi, quod dom. Iac. de Zoc. reprobat opi dom Cardin. & tenet illud quod dixi per ratio
9 nes alias, & inter cætera dicit, quod si stuprator, vel † raptor virginis cum ipsa contrahit, cessat pœna legis ciuilis, & in cap. 1. & 2. de adulter. & in cap cum causa de raptor & dicit, quod si hoc est verum, multi possunt liberari a pœna mortis non obstante stupro, vel rapnı, quod dicit esse not. quia non recordatur per alios hoc fuisse tactum. Tu vide glo. in cap cum secundum de hæret in 6. & glo. contrariam in cap. de puellis. 16. quæst. 2. & dixi supra eo. cap. 1. & hoc est verum de pœna. quæ imponitur per legem propter contractũ matrimonii, sed si loquimur de præcedenti delicto, verbi gratia, statutum imponit pœnam capitis stupranti, vel violenter rapienti virginem: nam delictum non purgatur, dato quod postea contrahant matrimonium inuicem, vnde de præcedenti delicto poterit puniri a iudice sæculari. Non obstat cap. 1. de adulter. quia illud cap. debet intelligi de illis, qui sunt de temporali dominio ecclesiæ, nec procederet in subditis Imperatori, vel alteri domino temporali, vt sensit ibi glos. 1. & dicit dom. Cardin. ibi se ita de facto respondisse. & idem dicit ibi Abb. Sic.

Vlterius præsupposito, quod solemnitas illius Authenticæ de iure canonico esset seruanda, dicit Cyn quod illa Authen habet locum, vbi mors directo potest probari, vbi nõ posset probari directo, secus autem esset, verbi gratia, vnus miles vxoratus dicitur mortuus in conflictu belli in quo interfuit, quod milites quærunt eum inter cadauera, & non possunt inuenire, redeuntes dicunt quod ibi credunt in ve-
10 ritate ipsum esse mortuum, nunquid talis † relatio sufficiat? videtur quod non, quia illa Authentica requirit, quod iurẽt & quod deponant de veritate, & non de credulitate. Sed cõtrarium determinant Iaco. de Raua. & Cyn in dicta Authentica. & dicunt, quod hoc casu recurritur ad coniecturas, & præsumptiones verisimiles, & quia dicunt, quod viderunt eum in loco periculoso, vbi fuerunt alii mortui: nam quod liquido probari non potest, probandum est argumentis, & sic dabitur fides argumẽtis, vt in l. non solum. §. ab arbitris. ff. de re milit. idem dicit Cyn in dicta l. si quidem. C. solu. matrimonio

In glo secunda ibi. 34. quæst. 2. cum per bellicam. illud capit. videtur dicere, quod excusetur vxor, quæ contraxit secũdum matrimonium, quando putabat maritum mortuum, aut nunquam liberandum de captiuitate. & ille tex. loquitur de conflictu habito cum infidelibus. Inquantum autem ille tex. vult, quod illa quæ putabat maritum nunquam li-
11 berandum a captiuitate excusetur, si contrahat † matrimonium cum alio, non videtur procedere, quia si viuit maritus, matrimonium cum alio non potest contrahi, licet non sit spes, quod vnquam reuertatur de captiuitate. sed dic, ꝙ vbi vxores putabant maritos mortuos, & hoc erat verisimile, ex quo fuerunt in conflictu belli, nesciebatur quid esset de eis, sed quia posset contingere eos viuere putabatur, si non erant mortui eos nunquam redituros de captiuitate, vnde inspicitur causa magis verisimilis, scilicet ꝙ sint mortui: nam postea ille tex. dicit, quod qui putabantur, postea redierunt, & causa magis verisimilis erat mors, & sic intellige illum tex.

12 In eadem glo. in fi. nunquid autem sit adulterium, † quando mulier contrahit matrimonium, dubitans de morte viri, de qua tamen non est certa glo fi in dicto cap. dominus. dicit, quod non est adulterium, nisi postquam sciuerit primum maritum viuere, & manserit cum secundo: nam adulterium non committitur sine dolo, vt in l pen. ff. de adult. & illam glo. sequitur ibi dom. Cardin. & But.

Ex quo infertur, quod maritus primus non poterit illam repellere exceptione adulterii, nisi manserit cum secundo, postquam sciuerit illam viuere de quo dicam infra in distinctione, quam faciam.

In glo. fina. pro declaratione glo. & totius materiæ facias quatuor casus cõiungendo ea, quæ scripsit Bart. in l. 2. §. sed dubitetur ff. quemad. testa. aper. & Cyn. in l. si quidem. C. sol. matrim. & Doct. hic.

Primus casus est, quando tractamus de his quæ sunt ma-
13 ximi præiudicii, & quando quis accusatur † de homicidio. & hoc casu requiritur, quod mors probetur vere, vt l. Neratius. §. fin. cum l seq. ff ad leg Aquil. ratio est, quia in criminalibus probationes debẽt esse luce meridiana clariores, vt in l. sciãt. C. de probatio. & 2. quæst. 6. sciant. probabitur autem mors vere, si testes dicũt, quod viderunt eum mortuum, vel quod tetigerunt eum frigidum, & non habentem pulsum, vel si dicunt, quod viderunt eum habere signa mortis: nam secundum Barto ista signa sunt notoria, nec habemus vocabula magis expressa significantia mortem. Idem dicit Barto. si testes dicunt, quod viderunt eum sepeliri, vel quod viderunt decapitari, & similia, quæ concludunt mortem de necessitate.

Secundus casus est, quando non sunt tanti præiudicii, vt famæ, vel status alicuius: & tunc dicit Bar. quod debet probari illud, quod ponitur in auth. hodie. C. de repudiis. Esset enim magna infamia, si mulier nuberet viuente viro, non enim posset in pristinum statum reponi. sed dicit Abb. Sicu. quod Bart. ignorauit illum tex. in quo apertè dicitur, quod sufficit certus nuncius, & sic vnus testis, & Doct. communiter tenent contra opin. Bart. vt dixi.

In prima glo. & ideo. ideo hoc casu dic secundum domi. Cardin in prima quæst. & But. & Abb. Sic. quod aut maritus dicitur mortuus in loco, in quo potest haberi vera probatio sicut regulariter in qualibet causa, vt in cap in præsentia. de probat. & hoc tenuit Ioan. And in Specu. de notorio. § fama. in additio. quæ incipit, de actore §. 1. & Cyn. in l. si quidem. C. solu. matr. aut non potest probari, puta quia dicitur mortuus in loco longinquo, de quo non possunt de facili recipi probationes, & tunc recurritur ad coniecturas, & ponuntur
14 per doct. † sex modi probandi per coniecturas.[a]

Primus est modus per nuncium, & hoc probat iste text. dicit tamen Barto & Abb. Sicul. quod iudex debet multum aduertere ad personam nuncii qualis sit, & ad alias circumstantias, quas verisimiliter allegat de morte, quod iudicis arbitrio secundum ipsos est relinquendum. & hoc casu vnus testis facit fidem de morte in his, quæ sunt magni præiudicii, quando vera probatio haberi non potest. Caueat tamen mulier, ne dolose subiciat mortuum, sciens maritum viuere, quia tunc punietur de adulterio, vt in l. miles. § mulier. de adult.

15 Nuncius † vero, si fuit in dolo, debet puniri in decem libris auri, & nudari militia, vt in Auth vt lic mat. & auię § ꝙ autem. Butr. tamen dicit, quod de iure canonico punietur pœna arbitraria.

Sed aduerte: pœna, quæ imponitur per illas Authenticas habet locum, quãdo maritus falso asseritur mortuus in militia, & sic illæ Authen non debent extendi extra casum, in quo loquuntur, vt dixi super prima glos. & pro hoc puto, ꝙ testificans falsum, incurrat pœnam falsi, quia hæc est pœna regularis, quæ imponitur illis, qui falsum testimonium deponunt.

Secundus modus probandi est, si probatur quod nauis, in qua erat maritus est passa ruinam, & nescitur quid sit de eo: nam præsumptio est, quod sit mortuus. & hoc casu licite potest contrahere matrimonium, & etiam ab ecclesia est danda licentia contrahendi, vt dicit Phil. & But.

Tertius modus probandi est per famam. & istum modum ponit glò in cap quoniam frequenter. § fin autem. in verbo, præsumitur. vt li. non contest.

Sed aduerte ille tex. non loquitur, vbi est tantum præiudicium, nam ibi tractatur de præsumendo maritum ad finem procedendi in causa matrimoniali ad separationem vinculi matrimonii non obstante absentia, quod non est tanti præiudicii, quãti præiudicii est, vt mulier nubat alteri. Sed But. dicit, quod fama non sufficit quantum ad hoc, vt detur licẽtia contrahendi cum alio, nisi cum fama adsit vnus testis deponens de morte viri, vel nisi qualiter aliter difficilis esset probatio per testes, vel nisi longissimo tempore stetisset absens, vel nisi fama de morte longinqua, vel nisi esset fama lõgi temporis: nam tunc ecclesia deberet dare licentiam contrahendi cum alio, quia talis fama probat, vt in ca. veniens. & in cap. quid per nouale. de verbor signific. & in cap illud. de præsumpt. & in l arbiter. ff. de probatio & in l. 2. ff de aqua pluuia arcen. dicit tamen But. quod quando est fama recens, quia licet ecclesia non debeat dare licentiam contrahendi, tamen si mulier contrahit, excusat a peccato. Abb. vero Sicu. dicit, quod opin. But. videtur multum ęqua. sed ipse dicit, quod iste tex. multum resistat, quia tex. requirit certum nun-
16 cium, & dicit esse ponderandum verbum certum; nam † fama procedit ex auctore incerto, & vt plurimum fallaci, vt no in cap. vestra. de cohab. cleri. & mulier deinde dicit, quod hanc materiam relinqueret arbitrio iudicantis, vt diligẽter omnibus ponderatis consideret vtrum de morte sit certificatio. sed dic, ꝙ ponderatis his, quæ dicit But. satis est de morte certi-

ADDITIO.

a ¶Adde Alex. Imo. consil. 44. vol. 2. col.

certificatio, quod tamen puto arbitrio iudicis relinquendũ,
27 quia materia † probationis residet in arbitrio iudicis, vt in l.
3. versic tu magis scire potes ff de testib. Item inquantum di-
cit, quod mulier excusatur a peccato, quæ propter famam
contraxit matrimonium, licet ecclesia non debeat dare licẽ
tiam, nisi concurrant ea quæ supra dixi. dicit Abb. Sic. quod
hoc videtur contra tex. vbi ista duo coniunguntur, scilicet vt
vxor non possit contrahere, nec ecclesia dare licentiam, nisi
certum nuncium receperit &c. & dicit, quod cum vxor con-
trahat lege resistente, non præsumitur esse in bona fide, vt
in l. quemadmodum. C. de agric. & censib lib. 11. & in regula,
quæ contra ius. lib. 6. & per glo. in capit. Apostolicæ. supra de
donat. & in cap. cura. de iure patron. & dicit Abb. Sicu. quod
28 licet † adulterium non committatur sine dolo, vt in l pen
ff. de adulter. tamen dolus præsumitur, ex quo contraxit le-
ge prohibente, & per hoc dicit, quod vxor est separanda a se-
cundo viro, licet aliter senserit Innoc. in cap. dominus. de se
cund. nupt. Sed Abb. Sic. meo iudicio loquitur contra tex. il
lius capit. dominus. vbi tex. loquitur de illa quæ dixit secun-
dum matrimonium, nõ habita certitudine de morte primi
coniugis, sed stante sola dubitatione, & ibi dicitur, ꝙ non
debet debitum exigere, sed reddere, & ꝙ non debet separari
a secundo viro, nisi constiterit de vita prioris coniugis: si er-
go non debet separari. ergo non præsumitur adulterium, an
tequam constet de vita prioris viri, & post hoc vxor rema-
neat cum secundo viro, & hoc tenet glo. fin. in dicto cap. do
minus quam sequitur ibi dom. Cardi. & Abb. Sic. ibi videtur
sequi, licet aliud dicat hic. Sed puto verius, quod dicit ibi per
illum tex. Nec obstat ratio Abb. Sic. nam ex quo contrahit
lege prohibente, non excusatur a peccato, vt in dicto ca. do-
minus. sed bene excusatur ab adulterio, quod quælibet cau-
29 sa † etiam iniusta excusat a dolo, vbi dolus requiritur, vt in
l. 1. in fi. ff. de abigeis & in l. igitur. §. 1. ff. de lib. cau. & per Bart.
in l. in ille. ff. de acquir. poss. & in l. 1. § non autem. ff. si quis te-
sta. lib. esse ius. fuerit. & in l. quod Nerua. ff. depo. vnde in hoc
puto distinguen. Aut quæris nũquid per solam famam eccle
sia debeat dare licentiam cõtrahendi cum alio, & dic quod
non, nisi concurrant coniecturę de morte viri, vt supra dixi,
secundum Butr. Aut quæris, nunquid mulier licite contra-
hat. & dico quod non, vt probatur hic, & in cap. dominus.
de secun. nup. & sic peccat mulier contrahens matrimoniũ
nõ habita certitudine de morte prioris viri ſm modos, de q-
bus s. dixi, & j. dicam. & hoc voluit Hos. dicit enim, ꝙ si mu
lier non habita verisimili pręsumptione de morte viri nubit
ad solã famam de morte viri, nec publicabitur in ecclesia, ꝙ
pp scandalum, quod posset induci. de pręscrip. nihil. sed suffi
ciat publicatio apud episcopum facta, vt in c. 2. de clande. de
spõ. quod parum facit ad propositum, quia loquitur in alio
casu. dicit etiam Hostien. quod episcopus iniunget pœniten
tiam, & ad tempus suspendet carnale commercium, cum
vterque reperiatur in culpa, supra eod capit. proxi. & hoc se
quitur Butr. vnde contradicit superioribus, quia supra dixi,
quod excusatur a peccato, nisi intelligas ipsum velle dicere,
quod excusatur a peccato adulterij, sed non a peccato in-
obedientiæ, quia fecit contra præceptum ecclesiæ contrahẽ
do non habita certitudine de morte viri. Item Cardin in 2.
quæst sequitur Hostien. dicit tamen, quod si esset talis fama
quæ sufficiat, publicatur matrimonium etiam in ecclesia,
sed si non esset talis fama, ecclesia interdicat matrimo-
nium, vt hic.

Nota bene, quod Host. en. & dom. Card. non dicunt, quod
separetur matrimonium. sed dicunt, quod debet iungi pęni
tentia, & suspendi carnale commercium ad tempus, ergo
non iniungitur pœna adulterij, nec ecclesia iudicat adulte-
rium, & si iudicaret, separaret non ad tempus, sed donec cõ-
staret, an adhuc primus vir viuat, vel non & hoc tene, quic-
30 quid dicat Abb. Sic. nam † fama inducit præsumptionẽ mor
tis viri, licet non certitudinem, vt est tex cum glo. in c. quo-
niam frequenter. §. sin autem in verbo, præsumatur. vt l. i. non
contest. vnde dic, quod excusatur ab adulterio, sed nõ a pec
cato inobedientiæ. & de hoc est tex. in dicto capi. dominus.
infra de secun. nup. & ibi per glo. fin.

Sed aduerte, videtur vnus tex. facere in contrarium, scili-
cet l. miles. § mulier. ff. de adulte. vbi tex. videtur dicere, quod
ad hoc vt fama de morte viri excuset a præsumptione, requi
ritur, quod maritus lõgo tempore steterit absens, & ibi glo.
requirit tempus decem, vel viginti annorum. & Bart. ibi vi-
detur dicere, quod requiratur longum tempus ad hoc, vt fa
ma excuset a pręsumptione doli. Solue quod ad hoc, vt fama
excuset mulierem a pręsumptione doli, requiritur, quod ma
ritus longo tempore steterit absens: non puto tamen quod
requiratur arbitrio iudicis, per ea quę dixi supra, secundum
Doct. & vide etiam Bar. in l. fin. ff. de hæred. instit. vbi tractat,
an fama excuset a præsumptione doli.

Quattus modus probandi est, quãdo maritus erat senex,
& fuit in acie, nec rediit. & illum modum ponit glo. in dicto
cap. quoniam frequenter. §. sin autem. in verbo, præsumatur.
vt l. i. non contest. Sed dic, quod etiam si non erat senex, præ
sumitur mortuus, quia in bello interficiuntur tam iuuenes,
quam senes. vnde Cyn. in auth hodie. C. de repud. dicit, quod
21 si milites † referunt, quod vir fuit in acie periculosa, in qua
multi sunt mortui, & quod non potuerunt inuenire, quia
non potuerunt cognoscere qui fuerunt illi, qui reperiuntur
mortui. & quod credunt ipsum mortuũ, & hoc probat mor
tem, & sic vxor poterit alteri nubere. vbi non potest aliquid
vere probari, recurritur ad coniecturas, vt in l. nõ omnis. § a
Barbaris. ff. de re milit.

Quintus modus probandi est, quando probatur, quod vir
senex erat, quando recessit, & quod si viueret, hodie comple
uisset centesimum annum: nam ex quo nescitur, an viuat,
vel non, præsumitur mortuus, quia nemo præsumitur viue-
re vltra centum annos. vt in l fin. C. de sacrosanct. eccles. &
hoc tenet Cyn. in l. si quidem. C. soluto matrimo. & glos. &
Bart. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testam. aper. &
dom. Cardin. & But. hic.

Sextus modus probandi est, quando mulier recipit literas
de militia ab illis, cum quibus vir militauit & illum modum
ponit glo in dicto capit. quoniam frequenter. §. sin autem in
verbo, præsumatur. vt l. i. non contest. & illa glo sentit, quod
sufficiant litteræ illorum cum quibus militauit. & sic illa gl.
non exigit. auth. hodie. C. de repud. de quo supra dixi in pri-
ma glos. & vt absoluam alios modos, qui possent inueniri,
dic, quod ad præsumendam mortem viri, quantum ad dan
22 dam licentiã, requiruntur violentæ pręsumptiones de mor
te viri, vt dicit glo. in dicto capitu. quoniam frequenter. in §.
sin autem. in verbo, præsumatur. vt l. i. non contest. & dicit vl-
terius illa glo. quod post violentas pręsumptiones debet ad-
huc vxor expectare aliquo tempore, antequam contrahat
matrimonium cum aliquo. sed dominus Cardin. hic in pri-
ma quæstio. in fi. dicit, quod præsumptiones ita debent esse
violentæ, vt habeantur pro certitudine. & istud etiam est
de mente But. & Abb. Sic.

Tertius casus est, quãdo agitur de magno præiudicio, s. 1
non tanto, vt quia est quæstio de aliquo commodo pecu ni
rio, de quo quicquid fiat, cadit repositio in pristinum statũ,
verbi gratia, si ille ad quem spectat hæreditas defuncti dici-
tur mortuus, & sequens in gradu propter mortem eius, pe-
tit hæreditatem. & hoc casu dicit Bart. quod sufficit proba-
tio publicæ famæ, vel per alias præsumptiones idoneas. vt
quia cõsanguinei faciebant lectum, & eum pro mortuo ha-
bebant, vt in l. 3 ff de condu. & demonst. & in l. fin. ff. de hęre.
instit. & in l sed si sui. ff de acquir. hæred cum ibi nota dicit
etiam Bart. quod sicut in aliis casibus, in quibus fieri proba-
tio debeat, aliquid non esse, vel non reperiri ad hanc proba
tionem ex officio iudicis, debet fieri discussio, & diligens in-
quisitio, vt in l. magis puto. §. ne passim ff de reb cor. & in au
then hoc si debitor. C de pign. & in l 3. ff. de his quæ in frau.
credit. ita hic potest peti a iudice, vt mittat nuncios, & dili-
genter inquirat, vtrum ille sit viuus, vel mortuus, argu l. hoc
iure. ff. de verb. oblig. & l cum quidam. § fin cum l sequ. ff. de
lega 2. Sed Butr. dicit, quod non sufficit. quod nuncius nihil
inueniat: nam debet inuenire, quod taliter habeatur pro mor
tuo in illis locis: alias si referatur, quod nihil audiuit, de eo
non probat, vt vult iste tex. & glo. fi. & dicit, quod sic potest
intelligi hæc Decret. vt loquatur de certificatione per nun-
cium missum ex officio curiæ, vel per ipsam mulierem. sed
tu dic, ꝙ illud, ꝙ dicit But. procedit in casu huius Decr. Sed
Barto loquitur, quando agitur de præiudicio pecuniario, in
quo cadit repositio in pristinum statum, & sic non est tantũ
præiudicium, quantum est præiudiciũ primo viro, vt mulier
transeat ad secunda vota. Credo tamen, quod vltra requisi-
tionem factam per iudicem, requiratur fama de morte. vt in
l. fin. ff. de hæred instit & hoc expresse dicit Bart & supra retu
li quod tamen intellige, quando mors non potest vere pro-
bari, vt quia mors non est de recenti, sed longi temporis, vt
quia est mortuus in loco remoto: nam si posset vere proba-
ri, requireretur vera probatio, ex quo agitur de magno prę-
iudicio, quemadmodum regulariter in aliis causis requiri-
tur plena probatio, vt in capit. in præsentia de probat. & hoc
tenet Cyn. & Bart. in dicta l. si quidem. C. sol matrim. & hoc
23 modo potest procedi opin. Rogerij posita ibi in glo. fin. quo
autem loco debeat esse fama de morte, glo. in dicta l. si qui-
dem. C. sol matrim. dicit, quod debet esse in ciuitate illius,
qui dicitur mortuus. sed Bart. ibi dicit, quod tutior est proba
tio famæ illius loci, in quo dicitur esse mortuus per auth. ho
die. C de repud.

Quattus

Quartus casus principalis est, quando sumus in his quæ sunt modici præiudicij. & hoc casu probatur mors per vnum testem, vel per aliam leuem probationem. & de hoc est tex. In dicto §. si dubitetur. iuncta ibi glo. & hoc tenet ibi Bart. & Butr. hic. Pone exemplum, vnus fecit testamentum, & ipsum clausit, & sigillauit, dicitur mortuus & petitur a iudice, quod aperiat testamentum. hoc casu sufficit, quod vnus testis deponat ipsum mortuum, vel quod sit alia leuis præsumptio,
24 quia † est modicum præiudicium, si viueret. & aperiatur eius testamentum, cum possit aliud de nouo facere, & claudere, & sigillare. & de illa materia qualiter probetur mors alicuius, tractatur per Bal. & Ang. in dicta l. si quidem. C. soluto matrimo. & in authen. hodie. C. de repud. & in l. nec nos. C. de appell.

25 Sed quæritur, quid si mulier † quæ contraxit cum secundo, vult probare primum viuere. Solu. Gui. Naso dicit, quod non audiretur, nisi primus vir præsentialiter appareat, alleg. 34. quæst. 2. cum bellicam. & de secun. nup. dominus. Sed Io. And. dicit, quod licet illi vera dicant, quod debet redire ad virũ reuersum, nõ propter hoc tollitur, quin eo non reuerso probari possit impedimentũ matrimonij, quod habet dirimere ipsum matrimonium. & dom. Cardin. in penult. quæst. dicit, quod dictum Ioann. Andr. est verius, per dictum cap. dominus & quod ibi not. de secun. nupt. & pro hoc facit quod not. hic glo. 2. & idem sequitur Butr. & probatur in dicto capi. dominus. in fi.

26 Secundo quæro, nunquid filij nati † ex illa quæ nupsit viuente primo marito sint legitimi, si vterque, vel alter sit in bona fide. de quo vide glo. in l. miles § mulier ff. de adulte. & vide glo. meliorem. 34. q. 2. cum per bellicum. & hoc decidit per tex. & glo. in c. ex tenore qui fil. sint legit.

Vltimo scias, quod Doct. hic tractãt, an vxor teneatur expectare virum absentem, vel econuerso, vel quantum ad effectum ingrediendi religionem, vel quantum ad procedendum ad separationem thori, vel ad dirimendum vinculum matrimonij altero absente, dicam infra qui matrimonium accusare possunt. de sponsis de futuro, dixi supra eodem. de illis. licet Doctores etiam hic tractant, & hæc sufficiant. Sequitur capitulum, inter opera.

SVMMARIVM.

1 Opus pium est cum meretrice contrahere.
2 Opus charitatis est corrigere errantem.
3 Meretrix nunquam priuatur facultate contrahendi matrimonij.
4 Actus meritorius semper meretur.
5 Actus meritorius habet præmium, & pœnam.
6 Actus meritorius proficit ad salutem æternam.
7 Verbum, statuimus, quid importet.
8 Verbum, decernimus, idem importat quod statuimus.
9 Eleemosinæ tria sunt genera.
10 Eleemosinæ corporales enumerantur septem.
11 Eleemosinæ spirituales enumerantur septem.
12 Eleemosynæ quæ sint potiores, scilicet spirituales, an corporales.
13 Eleemosinarum traditio est in præcepto.
14 Eleemosina quibus prius largienda.
15 Eleemosina debet tribui de bonis superfluis.
16 Eleemosina habenti necessitatem largienda tantum est.
17 Eleemosinam denegans, homicida est, si ille fame moriatur.
18 Pauperes an possint compellere, sibi fieri eleemosinam.
19 Clericus an possit substentare filium spurium de bonis ecclesiæ licite.
20 Eleemosina an prosit illi qui non est contritus.
21 Lupanaria tolerantur ab ecclesia per dissimulationem.
22 Ecclesia licet possit tolerare malum, non tamen potest dare licentiam, vt malum fiat.
23 Concedi aliquid dicitur multipliciter.
24 Ecclesia non debet permittere contractum vsurarium vllo modo.
25 Iudæi an possint fœnerari Christianis.
26 Ecclesia potest punire quemcunque delinquentem contra legem naturæ.
27 Contractus vsurarius est prohibitus lege naturæ.
28 Iudæos, qui fœnerari permittunt, vel patiuntur, sunt excommunicati.
29 Papa non habet potestatem dispensandi vt exerceatur vsura.
30 Necessitas non excusat fornicatorem a fornicatione.
31 Meretrix quæ dicatur.
32 Fornicatio cum meretrice, vel concubina, est mortale peccatum.
33 Promissa meretrici pecunia, an sit tradenda, & an soluta eam possidat.

CAP. XX.

1 INter opera. Licitum est, & pium † opus cum meretrice cõtrahere. hoc dicit.

In prima causa statuit.

In secunda statutum. secunda ibi, statuimus.

2 Nota primo, quod reputatur opus † charitatis corrigere errantem ab errore. & istud est vnum genus eleemosinæ, de quo dicam cum glo. 1.

Nota secundo, quod opus meretricium quantumcunque
3 publicum non priuat meretricẽ † facultate contrahendi matrimonium: nam edictum de matrimonio est prohibitoriũ, quia quilibet intelligitur permissus contrahere, nisi reperiatur expresse prohibitus, vt infra eod. cum apud.

4 Nota tertio, quod exercens actum † meritorium, meretur. quod intellige, quando facit bono zelo, alias secus, vt in cap. cum voluntate de senten. excommu. vnde si aliquis duceret meretricem in vxorem propter eius pulchritudinem, & non ex causa reducendi ipsam ad bene viuendum, talis non meretur.

5 Nota quarto, quod ex actu meritorio † quis consequitur pœnam, & præmium. sed dom. Cardin. in 2. opposit. dicit, quod hoc procedit, quia ista non sunt contraria. scilicet quod ex eodem actu quis mereatur, & efficiatur irregularis: nam inducitur irregularitas sine culpa, vt patet in mutilato, vt in toto titu. de corpore vitiatis. & in iudice iuste iudicante ad pœnam sanguinis: nam meretur ex iustitia, & tamen efficitur irregularis, vt in cap. 1. 50. distin. & in eo qui repellat iniuriam a socio. 23. quæst. 4. non inferenda. & vide glo. penult. in clementi. prima, de homicidio. & ad id vide bon. tex. 27. distinct. deinde.

6 Vltimo nota, quod actus † meritorius proficit in remissionem peccatorum. Sed dubium est, inquantum perficiat, nunquid tollantur omnia peccata. Pet. & Abb. dicunt, quod proficit in remissionem peccatorum, sed non, vt omnia peccata tollantur sed dom. Cardin. in 3. opposit. hoc reprobat, quia sic intelligendo, hæc litera nihil de nouo induceret sed ver-
7 bum, † statuimus, importat nouum ius, vt no. in cap. decernimus. de iudic. & no. glo. in cap. 1. in verbo. receperit. de cler. non resid. in 6. vnde ipse dicit, quod potest attentari per hanc litteram, quod indulgeatur remissio omnium peccatorum, vt littera ista aliquid inducat in contrarium. facit littera, in verbo, perficiant, quæ sonat, quod hoc opus adiuuat quo ad remissionem peccatorũ, & sic non inducit totalem remissionem omnium peccatorum. dicit tamen dom. Cardin. quod hæc littera potest teneri non quia in talibus facienda est lata interpretatio. de donat. cum dilectus. rum quia hoc est beneficium principis nemini præiudiciale. de verbor. signific. olim. & tunc dicit esse casum singularem, in quo inducitur remissio omnium peccatorum. dicit tamen, quod hoc non videtur fuisse de mente litteræ, sed quod vtile videtur sic declarare, & sic domi. Cardin. cognoscit, quod sua opinio non est vera, & eam non teneas, quia tex. dicit, quod proficit in remissionem peccatorum. & hoc significat, quod proficiat in partem, nõ autem quod tollat omnia peccata, & propter hoc Abb. sic reprobat opin. dom. Card. & dicit, quod quando Papa indulget remissionem omnium peccatorum, adijcit verbum, plenam, seu plenissimam, vt no. glo. in clemen. 2. de pœnit. & remiss. & per Ioan. Andr. in c. ad liberandum. de Iudæis. Sed hoc verbum, non imponitur hic ad verbum, statuimus, positum in tex. & respõdet dom. Iac. de Zoc. dicens, quod quando materia est antiqua. verbum, statuimus, nõ importat nouum ius, sed intelligitur esse constitutio veteris iuris declaratoria, vt dicit glos. in cap. 2. in verbo, statuimus. de deci. in 6. & est melior glo. in cap. vt litigantes. de offic. ordin. lib. 6. & in clemẽ. 1. in verbo, censemus. de concess. præben. & & istud dicunt Doct. in capit. 2. de iudic. Sed contra illas glo. est glo. in cap. 1. in verbo, recipiat. de cler. non resid. in 6. quæ vult, quod quando verbum, statuimus, etiam si sit ratio iuris antiqua constitutio intelligitur noui iuris inductoria. idem dicit glo. in verbo, decernimus. in clemẽ. si vna. de reb. eccles.
8 non alien. sed verbum, † decernimus, & verbum, statuimus, idem important, vt no. Doct. in cap. 2. de iudic. Ego cogitaui pro concordia illarum glo. & dico, quod aut in constitutione ponitur verbum, censemus. & tunc si ratio est antiqua, intelligitur constitutio esse iuris antiqui declaratoria, & trahitur ad peccata: & ratio est, quia licet de natura sua importet editionem noui iuris, tamen etiam potest impetrare declarationem iuris antiqui, & hoc verbũ habet multas significationes. & ita præcise loquitur glo. in dicta clemẽ. 1. de concess. præben. & ideo mihi non placet illud, quod dicit Abb. Sic. in dicto cap. 2. de iudic. vbi dicit quod verbum, censemus, & ver

& verbum, statuimus, idem important: nam hoc non est mi
rum, vt patet per glo prædictã & idem ibi vult Io. de Imo. su
per ca. aut vtitur verbo, statuimus. aut verbo, decernimus. &
tunc aut in constitutione additur verbum, contra hanc con
stitutionem, & tunc non trahitur ad præterita, quia hoc im-
portat natura huius verbi, vt dicit glo in cap. 1. in verbo, reci
pit. de cleric. non resid in 6. Aut non est illud verbum, con-
tra hanc constitutionem, & tũc aut materia est antiqua, ita
quod casus poterat decidi per rationem antiquam, & tunc
etiam si sit verbum, decernimus, vel verbum, statuimus. in-
telligitur secundum subiectam materiam, & sic erat consti
tutio veteris iuris declaratoria, & hoc modo procedit gl. 3.
in cap vt litigantes de offic. ordi. in 6. & in cap. 2. de deci cod.
lib in verbo, statuimus. aut licet non sit antiqua, tamen ca-
sus est dubitabilis, & tunc si esset verbum, statuimus, vel ver
bum, decernimus, constitutio non trahitur ad præterita, ni-
si damnet consuetu. & hoc modo procedit glo. in dicto ca-
pit. 1 in verbo, receperit. de cler. non resid. in 6 & in clem. vni
ca. in verbo, decernimus, de reb. eccl. non alien. & pro hoc fa
cit glo. in c. 1 in verbo, de cętero, de postu. præla in 6.
9 In glo prima dic, quod tria sunt genera † eleemosinæ.
Prima est temporalis, quando dat aliquam rem pro elee-
mosina.
Secunda est spiritualis, quando aliquis renunciat offen-
sam.
Tertia est similiter spiritualis, quando quis corrigit erran
tes, & hæc habentur in cap. tria, allegato in glo. & hoc dic, ꝙ
si quis amore charitatis castigaret sibi iniuriantem, non au-
tem amore vindictæ, talis diceretur facere eleemosinam,
vt est tex. notab. 45. distinctio & qui emendat. & ibi per glos.
Item dic, quod quemadmodum in apothecis reperiũtur plu
res medicinæ ad curandas infirmitates, sed vna est excellen
tior omnibus aliis, ita ad tollenda peccata eleemosina est ex-
cellentius remedium omnibus aliis. de quo vide pulchrum
tex. de pœnit. distinct. 1. medicina. Sed beatus Tho. 2. 2. q 32.
artic. secundo dicit, quod duo sunt genera eleemosinarum,
10 sunt enim eleemosinæ corporales, & spirituales. † Corpo-
rales sunt septem.
Prima est pascere esurientem.
Secunda est potare sitientem.
Tertia, vestire nudum.
Quarta, colligere hospitem.
Quinta, visitare infirmum.
Sexta, redimere captiuum.
Septima, sepelire mortuum. Vnde versus.
Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.
11 Spirituales † eleemosinæ sunt septem.
Prima est, docere ignorantem.
Secunda, consulere dubitanti.
Tertia, consolari tristem.
Quarta corrigere peccantem, vt hic.
Quinta, remittere offendenti.
Sexta, portare, idest substinere onerosos, & graues.
Septima, pro omnibus orare. Vnde versus.
Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora.
Et sub verbo, consule, includatur verbum, & docere.
12 Secundo quæro, quæ sunt potiores † eleemosinæ, an tem
porales, an spirituales. Beatus Thom. in dicta quæst. versicu.
tertiò dicit, quod comparatio eleemosinarum potest dupli
citer attendi: vno modo simpliciter, alio modo secundum
quendam particularem casum.
Primo modo eleemosinæ spirituales præeminent tempo
ralibus triplici ratione.
Prima, quia id quod exhibetur, nobilius est, scilicet donũ
spirituale, quod præeminet temporali. Prouerb. 4. Donum
bonum tribuam vobis, legem meam non derelinquens.
Secunda ratione eius cui subuenitur, quia spiritus nobi-
lior est corpore, vnde sicut homo sibi ipsi magis debet pro-
uidere quantum ad spiritum, quam quantum ad corpus, ita
proximo, quem debet diligere tanquam se ipsum. 24. quæ-
stio. 2. si habes.
Tertia, quantum ad ipsos actus, quibus subuenitur, quia
actus spirituales sunt nobiliores temporalibus, qui quodam
modo sunt seruiles.
Secundo modo, quando fit comparatio secundum ali-
quem casum corporalem aliquando præfertur eleemosina
corporalis spirituali: puta si aliquis perit fame, magis est pa-
scendus, quam docendus, sicut etiam indigenti, secundum
Phylosophum, melius est ditari, quam phylosophari. & de
hoc habetur per Archid. 45. dist. tria.
Tertio quæro, an ex præcepto teneamur ad hoc opus, vt
reuocare errantem ab errore. hæc quæstio præsupponit a-
liam, scilicet an eleemosina sit in præcepto. & hoc sequitur
beatus Tho. q 32. 5. artic. dicens, quod cum dilectio proximi
sit in præcepto, necesse est facere omnia, sine quibus dilectio
proximi non conseruatur. Ad dilectionem autem pertinet,
vnde non solum velimus proximum bonum, sed etiam vt
operemur. Ioan. 3. Non diligamus in verbo, neque lingua,
sed opere, & veritate. ad hoc autẽ vt velimus, & operemur
bonum alicui requiritur, vt eius necessitati succurramus, ꝙ
fit per eleemosinarum largitionem. Est ergo eleemosinarũ
13 † largitio in præcepto, sed quia præcepta dantur de actibus
virtutum, ideo eleemosina cadit sub præcepto, secundum
quod est actus virtutis, idest quod fiat, secundum quod re-
cta ratio requirit, secundum quam aliquid est consideran-
dum ex parte dantis, & ex parte illius cui datur. Ex parte dã-
tis consideratur, vt eleemosina erogetur, dico quod danti
est superfluum. Lucæ 6. quod superest, date eleemosinam.
& dicitur superfluum non solum secundũ sumet, sed etiam
aliarum personarum cura sibi incumbit. sibi enim incum-
14 bit, † vt sum, & postea aliis & dic, quod debet prius prouide-
re suis, etiam si essent hæretici, & petens eleemosinam, esset
bonus & fidelis, licet in amore debeat præferre extraneum
fidelem. de quo vide glo 86. dist. non satis. & 30. dist. capit. 1.
Item aduerte, hoc non solum procedit in laicis, sed etiam
15 In clericis, quia non † tenentur dare eleemosinam, nisi de su
perfluis, vt in dicto cap. de his. supra de eccles. ędis. & hoc no.
Hostien. ibi per illum tex. & sequitur domin Cardin. & Bnt.
& Abb. Sic. & sic intelligitur 16. quæst. 1. cap fin. vbi dicitur,
quod quicquid habent clerici, est pauperum: nam debet in-
telligi de his quæ supersunt, vt dicto cap de his. & dicit ibi do
min. Cardin quod hoc debet intelligi. vt non subtrahamus
corpori necessaria, sed voluptaria. Ex parte autem recipien-
tis eleemosinam requiritur, secundum beatum Tho. quod
16 necessitatem habeat, † nec omnis necessitas obligat et ad
dandam eleemosinam, sed solum illa, sine qua necessitatem
patiens, non potest aliter substentari. 86. distinct. pasce. & vi-
de tex. 47. distinctio. sicuti. vbi dicit, quod si quis non daret
eleemosinam existenti in extrema necessitate, & propter de
17 rogationem eleemosinæ ille moriatur, denegans † eleemo-
sinam, censetur homicida, vt dicit ille tex. qui pulcherrime
detestatur auaritiam denegantium eleemosinas.
18 Nunquid autem pauperes † possint compellere ad facien-
dum sibi eleemosinam, sed bene possunt compellere per viã
denunciationis, & sic intellige 1 quæst. vij. exigunt.
a Ex his concluditur, ꝙ eleemosina est in pręcepto, [a] quãdo
quis habet superfluo modo prædicto, & alius indiget in tan-
tum, quod non potest aliter sustentari: alias eleemosina est
de consilio. sed vide tex. 16. quæst. 1. cap. sicupis. vbi dicit tex.
præter victum, & vestitum, & manifestas necessitates, nihil
cuiquam tribuas, ne filiorum panes canes comedant & ille
est tex. Hiero & hoc etiam debẽt seruare clerici, qñ de bonis
ecclesiæ faciunt eleemosinam filiis, vel vxoribus, vel paren-
tibus, vel agnatis: nam licet debeant eos præferre extraneis
in conferenda eleemosina, tamen non debent eos substen-
tare de bonis ecclesiæ, nisi indigeant, & debent solum satisfa
cere necessitatibus, non autem facere eos diuites. de quo vi-
de per glo. in capit. primo, de cohabit. cleric. & mulier. & 31.
dist. omnino.
19 Nunquid autem † clericus licite possit substentare filium
spurium de bonis ecclesiæ. vide Abb. Sicu. qui tenet quod sic
in dicto cap. vnico de cohab cleric & mulier.
Ex his sequitur, quia corrigere peccantem est in præce-
pto, cum sit opus eleemosinę, & ideo sicut quilibet tenetur
facere eleemosinam, ita etiam tenetur peccantem corrige-
re, ad hoc tenentur præcipue prælati, vt dicit hic glos. sed
dom. Cardin. in quarta quæst. dicit, quod hoc debet intelligi,
non quod teneantur pręlati ad hoc specialiter, sed teneretur
potius generaliter ad omne opus charitatis. tenentur tamen
præcipue, idest plusquam laici. & vide no. in cap nouit. de
iudic. vbi Doct. tractant, an quilibet teneatur denunciare de
lictum proximi, vel ipsum corrigere, habetur etiam in cap.
cum ex iniuncto. de hæret. vbi per Ioan. Cald. & per Archid.
2. quæst. 1. si peccauerit.
20 Vlterius inquantum glos. dicit, quod eleemosina † non
prodest illi, qui non est contritus. dic, quod eleemosina, &
alia bona facta in peccato mortali, prosunt ad tria, scilicet
ad

ADDITIONES.

a ¶ An eleemosina sit in præcepto. Vide dom. Alexan. Neuum in cap. si vero 7. colum. de iureiuran. Nico. de Lyra super Lucæ 12. in verbo, vendere quæ possidetis. dicit, sciendum esse, quod uendere possess. ad dandum eleemosinam non est necessitas, nisi in casu extremæ necessitatis, alias est supererogationis. vnde Matt. 19. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, non dicit, si vis saluari, sed si vis perfectus esse.

ad consequenda temporalia. Item Inquantum ad hoc, vt
peccator citius conuertatur ad pœnitentiam. de quo vide
glo pen de pœn. dist. 4. nihil prodest, infra de pœnit & remiss.
quidam. Item tene menti glo. fina quia quotidie allegatur,
quod ecclesia tolerat lupanaria. Sed pondera glos. nam di-
21 cit, quod ecclesia † tolerat sub dissimulatione, & sic licet dis
simulare malum, vt euitetur maius malum & ita intelligit
Hostien. & Doct. Sed non posset ecclesia concedere licen-
tiam meretricandi, vt euitetur maius malum, vt dicunt Do-
cto. in cap præcedenti. & ibi dixi pro hoc vide bo. glo. 4. dist.
denique. in verbo, venia. quæ ad litteram dicit, quod licet ec
22 clesia † possit tolerare sub dissimulatione malum, vt euitetur
maius malum, non tamen potest dare licentiam malum fa-
ciendi. idem dicit glos. 27. quæst. 1. si qua monacharum & in
cap. veniens in vlt glo infra qui cler. vel vouen ea hoc sequi-
tur, quod non potest Papa dare licentiam, vt conducantur
Iudæi ad fœnerandum causa vitandi maius malum, & non
licet ei dare licentiam peccandi, & præsertim, quia Papa
non habet potestatem dispensandi, vt exerceatur fœnus
causa vitandi maius malum, vt est tex. in capitulo, super eo.
de vsuris.

23 Et aduerte, tribus modis dicitur aliquid † concedi, prout
est simplex promissio innuens, vt indulgens pœnitentiam. &
de hac loquitur ista glo. & ea quæ supra dixi.

Secundo modo aliquid dicitur concedi vel permitti, quia
non solum tollitur pœna, sed etiam tollitur impedimen-
tum, secundum quem modum Iudæi inter nos habitantes
permittuntur ab ecclesia in obseruantia sui ritus, vt in c. qui
sincera. 45. distinct.

Tertio modo potest accipi cõcessio, pront est idem, quod
promissio præstans iuramentum, & hoc modo potest face-
re ecclesia, quia non potest iuuare malum, vt euitetur ma-
ius malum, vt dixit glo not in dicto capit qui sincera. in ver-
bo, licentia quod ecclesia nõ potest dare licentiam Iudæis,
vt seruent ritus suos quo ad sacrificia, quia non potest dare
licentiam peccandi & illam glo. sequitur Archid & Ioan. de
Fan. ibi, & sic ecclesia nõ punit Iudæos seruantes suos ritus,
& tollit impedimenta, quia non dimittit Iudæos impediri,
quo minus faciant sua sacrificia, sed non posset ecclesia con
cedere Iudæis licentiam exercendi sua sacrificia, quia hoc
modo approbaret malum, quod nõ potest fieri vide tex. no.
23. quæstio. 4 ita plane in fi. vbi dicit. vbi autem cæteri impe-
diuntur illa duo sperientu incorruptum, castumque custo-
diant, & neque facit malum, nec approbet, & sic ex vna cau
sa est faciendum malum, vel opprobrium. pro hoc facit glo.
4. distin. capit. r. quæ dicit, quod non debet committere quis
vnum peccatum veniale, vt alius euitet mortale. 22. quæst. 2.
primum. Sed certum est, quod consentire malo non potest
fieri absque peccato, ergo hoc non potest fieri causa vitan-
di minus malum. & Ioan. And per multas rationes, quas nõ
refero in regula, peccatum. in tertio argumento. de reg iur.
in 6. quod nec ius canonicum. nec Papa in nullo prædicto-
rum casuum, vel pœnam tollendo vel tollendo impedimen-
ta, vel præstando iuuamen, potest permittere vsuram causa
maioris boni consequendi, vel maioris mali euitandi, & Io.
24 And. firmiter tenet, quod † ecclesia, vel Papa non debet con-
cedere, vel permittere contractum vsurariũ, vel propter ma-
lum euitandum propter aliquod bonum consequendum,
& hoc probatur in c. super eo infra de vsur.

Ea quo collige, quod licet ecclesia possit sub dissimulatio-
ne permittere lupanaria, non tamen potest tolerare, vt exer
ceatur vsura. Sed ego vidi quædam consilia, quæ dicunt, ꝙ
Ioan. And. loquitur simpliciter de fœneratoribus, non de Iu
dæis, qui Iudæi possunt fœnerari Christianis absque pecca-
to, & posito quod non posset ecclesia, non debet curare de
25 peccato Iudæorum, † sed profecto isti, vel nolunt decipere,
vel decipiuntur: nam Iudæi prohibentur fœnerari Christianis.
Nec obstat illa auctoritas Deuter. 24. vbi dicitur Fœnerabe-
ris fratri tuo, quia secũdum Tho. illa fuit permissio secundũ
primum modum, de quo supra dixi. nam Iudæi fœneraban-
tur aliis Iudæis, & alienigenis, & ideo quia Moyses videbat,
quod si voluisset prohibere vsuram simpliciter non paruis-
sent, prohibuit fœnerari Iudæis tantum. per hoc facit tex 33.
quæst. 2. si quid verisimile. text dicit, quod si vnus paratus est
facere homicidium, vel adulterium, ita ꝙ alterum omnino
vult facere, debet ei consuli, vt faciat illud, quod est minus
peccatum, vt euitetur maius malum, ex quo omnino il-
le est alterum facturus, & illud procedit, quando duo mala
versantur in eadem persona, ita quod ille omnino est factu-
rus alterum ex duobus malis, hoc dico propter ea quę dixi
supra ne cler vel mona magno. vbi est bona glo. & ista ratio
ne permisit Moyses Iudæis repudiũ, vt euitaret homicidiũ.
alij Theologi aliter soluunt, & dicunt, quod Moyses conces
sit Iudęis, vt licite absque peccato reciperent vsuram ab alie
nigenis, quia alienigenæ tenebant terram promissionis, &
sic fœnerando recipiebant suum non alienum, & illas duas
solutiones ponit Ioan de Fan. 14 quæstio. 4. ab illo. Sed quic-
quid sit, Moyses postea reuocauit potestatem fœnerandi Gẽ
tilibus, vt patet Deuteronomij 24. vbi dicitur. Fœneraberis a
multis, a nullo autem fœnus recipies Aduena fœnerabit tibi,
tu autem non fœneraberis illi: vnde conclude, ꝙ Iudæus nõ
potest licite fœnerari Christiano, nec etiam alteri Pagano,
& hoc tenent Doct. & in cap. conquestus de vsur. quæst. 146.
tenet, quod contra Iudæos potest opponi exceptio cap. quia
frustra. & in cap. Michael infra de vsur pro hoc etiam addu-
co doctrinam Innoc quam sequuntur Doct. in cap quod su-
per his de voto. vbi notabiliter dicit, quod quando fidelis de
linquit contra legem naturæ, vel offendit vnum Deum, vel
26 committit hæreses in sua lege, potest † ecclesia iure ipsum
punire. & dicit, quod Papa quidam fecit comburi quosdam
libros Iudæorum, in quibus continebantur hæreses contra
legem Iudaicam, & mandauit Iudæos qui induxerant illas
hæreses puniri. Idem dicit Hostien. & Doctor. in capitu gau-
demus. de diuor. vbi dicunt, quod si infideli contraheret ma-
trimonium cum duabus eodem tempore, posset per eccle-
siam puniri, sed vsura est prohibita lege naturæ, vt patet per
Phylosophum primo Politicorum vbi Aristoteles nulla le-
ge scripta arctatus, sed sola ratione naturali ductus iustum
vsurarum est detestatus, quod nõ fecisset, nisi contractus vsu
rarius fuisset ex natura rei vitiosus, & malitia conuolutus. &
27 quod † contractus vsurarius sit prohibitus lege naturę, tenet
Ioan. Andr per multas rationes in dicta regula, peccatum.
in secundo argumento. Item vsura est prohibita a iure diui-
no, vt patet in cap. super eo. de vsuris. & in Psalmo. Domine
quis habitabit in tabernaculo tuo, ergo ecclesia habet iuris-
dictionem contra infidelem fœnerantem.

28 Et per hæc conclude quod conducentes † Iudęos, vel nõ
expellentes eos, incurrant pœnas excommunicationis, vel
suspensionis, vel interdicti, de quibus in cap. 1. de vsur. in 6. &
io clement. 1. de vsur. nam illa iura habent locum in Iudæis
fœnerantibus, & hoc tenet Dom Dom in dicto cap. 1. in vlt.
quæst. de vsur in 6. & dom Laur. in loco præallega vbi dicit
hoc fuisse consultum per omnes Doct Florentia. & pro hoc
facit clemeo vnica in verbo, censura de vsur. quę dicit, quod
pęna illius. clem. includit Iudęos & pro hoc dicit, quod Iudęi
fœnerantes tenentur edere librorum suarum rationum, se-
cundum quod mandat illa clement. vnde Gui. d. Cardina. &
Ioan. de Imo in dicta clem. dicunt, quod Rex Aragonum &
eius officiales, qui habent magnum tributum a Saracenis
Regni propter vsuras, quas eis permittunt exercere, si solue
tes vsuras per prædictos impediuntur repetere vsuras, inci-
dunt in pęnas illius clem & dicit Ioan de Imo. no bene hoc
dictum, quia secundum hoc hodie quasi omnes domini, &
omnes cõitates erunt excommunican. & dicit, quod pro
hoc dicto facit glo. in eadem clem. in verbo, censura quam
proxime allegaui, sed Iudæi communiter conducuntur a cõ
munitatibus, & faciunt pacta quantũ possint recipere de vsu
ra prohibita. & communitates obligant se ad seruandas cõ-
uentiones, & sic statuunt, quod Iudæi possunt exigere vsuras,
iuxta eorum conuentiones, vnde incurrunt excommunica-
tionem per dictam clem. primã. de vsur Item non expellen-
tes Iudæos fœnerantes de ciuitatibus, vel locantes eis domos
ad fœnerandum, incurrunt pęnam excommunicationis, si
sunt inferiores episcopis. Episcopi vero pęnam suspensionis.
Communitates vero substinentes eos fœnerari absque con-
uentionibus, de quibus supra dixi, incurrunt sententiam in-
terdicti, vt in dicto cap. 1. de vsur in 6. quod habet locum Iu-
dæis fœnerantibus, vt supra dixi.

Et ex his concludo, Iudæos non posse conduci a commu
nitatibus ad fœnerandum causa euitandi maius malum, &
hoc voluit Ioan. Andr. in dicta regula, peccatum. licet non
loquatur expresse de Iudæis, sed de fœnerantibus simpliciter.
& dom. Pet. de Anchara. in quodam suo consilio 234 quod
incipit, Christianissime & Illustrissime Princeps, & singula-
rissime Domine mi, ponit quęstionem vtrum Domini tem-
porales de cõsensu suorum Dominorum possint per suum
decretum cõcedere, quod Iudæis super vsuris exigendis mi-
nistretur iustitia coram suis officialibus, attento quod subdi
ti sui non possint sibi sub fœnore pecuniam reperire mutuo,
& ipsi Domini nolint Christianos talem oephariam artem
exercere, allegat pro & contra, finaliter dicit, quod non au-
det firmare, quod Iudæi possint fœnerari etiam de consensu
populorum, & causa euitandi minoris mali ex eo, quod ius
canonicum statuat, quod Iudæi teneantur remittere Chri-
stianis vsuras, & quod ad hoc sunt compellendi per princi
pes sæculares, vt in cap. post miserabiles. de vsur.

Præterea dicit, quod est inhonestum, & in opprobrium fidei Christianæ, vt Christiani soluant vsuras Iudęis, & dicit, quod talia decreta reprobantur, vt in clem. vnica de Iudæis. & istam partem sequitur Ioann. de Ana. in dicto capit. post miserabilē. Et probatur hoc ex multis auctoritatibus, quas supra allegaui, & præsertim, quia non licet venire contra canones, & vbi subest iusta causa veniendi contra canones, necessarium esset petere dispensationem a Papa, sed vt supra di
29 xi, Papa † non habet auctoritatem dispensandi, vt exerceatur vsura etiam causa maioris mali vitandi, vt est tex. in dicto cap. super eo, de vsu. & miror, quod necdom. Pet. nec do. Ioan. de Ana, fuerint recordati de dicto Ioan. And. in dicta regula, peccatum.

In glo. secunda quæro qualiter quis excusatur a furto, &
30 ab homicidio ex † necessitate, & non a fornicatione. vide glo. & per Docto. in cap. si quis per necessitatem. de fur. Quæ
31 autem dicatur meretrix, † glo. in dicto cap. vidua. dicit, quod illa dicitur meretrix, quæ saltem admisit quadraginta ad habendum rem secum. Sed Gasp. Calder. dicit, quod hoc non est necessarium: nam si moratur in loco, vbi morantur aliæ meretrices. præsumitur meretrix, licet non probetur pęnitentiam recepisse: nam ex loco præsumitur pro aliquo, vel contra aliquem. 18. quæst. 2. diffinimus. Item si probetur, quod portauit habitum meretricum, quia meretrices solent distingui ab aliis in habitu. de senten. excomm. in audientia. & maxime si fama coadiuuet: nam etiam carnalis concupiscentia probatur ex præsumptione. de testib. præterea de pręsump. litteris. & in cap. tertio loco. Sed dic, quod dicitur meretrix illa, quæ est parata ad permittendum se cognosci ab omnibus, siue gratis, siue pecunia accepta, siue stet in lupanari, siue in taberna. Item dic quod illa quæ commiscuit se cum duobus pecunia accepta censetur palam quæstum facere, & sic meretrix. de his omnibus vide tex in l. palam, quæstum in prin. ...... & hoc vltimum tenet hic do. Card. in vl.
32 quæst. & Abb. Sic. Item dic, quod † fornicatio cum meretrice, vel cum concubina est mortale peccatum, de quo vide tex. 32 quæst. 4. meretrices. & cap. nemo sibi blandiatur. licet vulgares credunt oppositum. Posset etiam hic tractari, an si
33 quis promittat † pecuniam meretrici, teneatur soluere, & an si soluit, possit repetere, & an meretrix possit licite retinere illud, quod lucrata fuit ex quęstu meretricio, & an valeat donatio facta meretrici, de quo per Cyn. in l. 2. C. de condict. ob turp. causam & in l. assecutionis ff. de donatio. & per Innoc. & Doct. in cap. quia plerique, de immuni ecclesiar. & bona glo. in cap. ex transmissa. de decimis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium vi contractum, conualidatur cohabitatione spontanea.*
2 *Vitricus potest contrahere pro priuigna præsente, & tacente.*
3 *Matrimonium metu contractum cohabitatione conualidatur.*
4 *Probatio non admittitur, quæ probata non releuat.*
5 *Ecclesia ex officio potest reconciliare coniuges.*
6 *Metus quando sit impedimento matrimonio.*
7 *Cohabitatio longa quæ dicatur.*
8 *Profiteri an dicatur qui ingressus inuite religionem professus est.*
9 *Statuto puniente contrahentem sua voluntate, cum desponsata alteri, an puniatur desponsatam inuitam traducendo ad domum suam.*
10 *Extensio non fit in pœnalibus, etiam vbi ratio expressa est.*
11 *Qualitas adiuncta verbo, vel participio, debet regulari secundum illorum tempora.*
12 *Mulier non potest nubere de iure ciuili infra tempus luctus, nam efficitur infamis.*
13 *Ratificatio superueniens non probat sponsalia ex voluntate desponsatæ processisse.*

CAP. XXI.

1 AD id quod. Matrimonium † per vim contractum sequenti cohabitatione spontanea conualescit, hoc dicit.

In prima ponitur pars facti.

In secunda responsio cum reliqua parte facti.

In tertia mandatum. secunda ibi, taliter. tertia ibi, mandamus.

2 Nota primo, secundum But. quod vitricus † potest contrahere pro priuigna præsente, & tacente.

Et aduerte. But. voluit hoc colligere a contrario sensu tex. quasi tex. innuat, quod si non fuisset inuita tradita matrimonium a principio valuisset, nec fuisset necessaria ratihabitio per cohabitationem lōgi temporis. sed tu dic, quod iste tex. hoc non probat: nam interuenit traductio, & ideo si fuisset voluntaria, videretur tacite consensisse, & hoc probat tex. ibi, ab initio inuita fuisset ei tradita, & renitens &c. vnde iste tex. nihil probat, si traductio non interuenisset, de hoc tamen an sit differentia inter patrem, & extraneum dic vt per glo. & Ioan. And. & Dom. Dom. in cap. vno. in fi. super glo. in verbo, contradixerit. de despon. impub. in 6. & tractatur per But. in c. tuæ. infra eo. & in c. 1. de matr. contrac. contr. interdi. eccles. & ibi dicam.

3 Secundo nota, quod † matrimonium metu contractum sola cohabitatione validatur contra duplicem defectum, scilicet ętatis, & consensus: nam ista puella tempore contractus matrimonij erat vndecim annorum, vt dicitur in tex. & sic ab initio non tenuit contractus matrimonij, sed quia cohabitauit per annum cum dimidio, & sic compleuit ętatem, validatur matrimonium contra vitium ętatis, & vitium metus.

4 Tertio nota, quod nemo admittitur ad † probandum, quod probatum non releuat: nam ideo ista mulier non fuit admissa ad probandum metum fuisse adhibitum in contractu matrimonij, quia posito quod metus interuenisset, fuerat purgatus per cohabitationem tanti temporis, & sic consequenter non admittitur ad probandum, quod probatum non releuat, concordat c. cum contingat. de offi. dele. & C. de prob. l. ad probationem. sed si voluisset probare, quod inuita fuisset tradita, & quod non consensisset ex post facto, quia continue inuita fuisset detenta, nec vnquam habuisset opportunitatem fugiendi, bene admissa fuisset ad hoc probādum, vt infra dicam.

5 Nota vltimo in verbo, compellas, quod † ecclesia ex officio suo etiam nullo agente reconciliare potest coniuges. & ex hoc sequitur, quod non obstante, quod sponte quis separauerit se ab vxore, nihilominus potest petere vxorem sibi restitui. de quo vide tex. & ibi per Doctor. in cap. veniens. de regular. & vide no. per Innoc. supra de iureiuran. tua nos. & per Docto. in cap. ad nostram. el secundo, eod. tit. & dixi in capit. ex litteris. 2. supra eod.

In glo. prima dic, quod si malitia suppleret ętatem statim fuisset matrimonium, si metus non interuenisset: vnde dic, secundum But. quicquid dicat glo. quod matrimoniū a principio non valuit, sed per ratificationem fuit ratificatum contra defectum ętatis, & contra vitium metus, & hoc vult tex. quod etiam tenet hic glo. 2. vnde melius dicit quam ista, & probatur in l. minorem. ff. de ri. nup.

In glo. secunda in principio, facias tres casus post But. & Doctores.

6 Primus est, quod † metus continue institit, & quod nunquam potuisset fugere absque periculo, & hoc casu nunquā ratificatur matrimonium quantocunque tempore cohabitasset, ex quo continue institit metus, & hoc tenet Innoc. & Doct. & But. hic, & in cap. consultationi. infra eod. & in cap. ex litteris. infra ii. prox. & ibi But. hoc dicit clarius quàm hic. & hoc procedit, etiam si puella visa fuisset ridere, & iocari, vt dicit Host. & But. in cap. super hoc. de renun. Quid autem si interuenisset copula, dicam in c. continebatur & in cap. ex litteris. vbi glo. & Doct. tangunt infra ii. prox. tangitur etiam per Doct. infra eod. consultationi.

Secundus casus est, quando constat, quod habuit opportunitatem fugiendi, & hoc casu illico ratificatur matrimonium, si non fugit, quantumcunque modico tempore steterit; vel cohabitauerit, & hoc tenet Hostien. & But. & communiter Doct.

Tertius casus est, quando sumus in dubio, & hoc casu si stetit paruo tempore, non præsumitur habuisse opportunitatē fugiendi, sed si stetit longo tēpore, bene pręsumitur habuisse opportunitatem fugiendi, & sic ratificatur matrimonium.
7 Quæ autem dicatur longa † cohabitatio ad hoc, vt præsumatur habuisse opportunitatem fugiēdi Host. dicit, quod relinquitur arbitrio iudicis. Nec obstat iste tex. qui dicit, anni, & dimidij, quia ponit facti accidentiam, vnde relinquitur arbitrio iudicis. Quæ dicatur longa cohabitatio ad præsumendum consensum, & hoc sequuntur Doct. Quid autem de eo
8 qui inuitus ingrediatur religionem, † & profitetur. dic, quod aut erat maior vigintiquinque annis, & ratificatur professio statim, quod potuit fugere, vt in ca. j. quod met. cau. aut erat minor vigintiquinque annis, licet maior quatuordecim. & hoc casu non confirmatur professio, nisi per lapsum anni, vt in cap. 2. de regul. & hoc tenet ibi But. & Abb. Sic. Et quæ est ratio differentię inter matrimonium, & professionem. dic vt ibi per Abb. Sic.

Item nota istam glos. quod quando constat, quod mulier habuit opportunitatem fugiendi, ratificatur matrimonium

& tol-

& tollitur præsumptio iuris, & de iure, quod consenserit, ita quod non admittitur probatio in contrarium, vt infra eod. is qui & hoc sequuntur Doct.

Extra glo quæro, stat statutum, quod despõsans alteri desponsatam de voluntate sua, priuatur in mille, Sempronio desponsauit Martinam inuitam, quam etiam Seius desponsauit. quæ Martina traducta fuit ad domum Sempronij, & recepit dona ab ipso Sempronio sponso suo, & consanguineis suis Quæritur an Seius inciderit in pœnã statuti. & hæc quæstio fuit de facto. quidam Doct. vt refert dom. Cardin. in vl. q. consuluit q non, quia Sẽpronius non desponsauit Martinam sua voluntate, & licet ipsa postea dona receperit, potuit recipere non animo consentiendi matrimonio. Itẽ verba statuti sunt stricte interpretanda. ff. ad exhib. l. pen. & l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. & in c. in nostra. de iniur. de quo dic vt per Bart in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. & per Doct. in c. cum dilectus. de consuet. Sed Gasp. Cald. tenet contrarium, quia ista dr̃ de voluntate sui desponsata propter sequẽ rem consensum præsumptum ex traductione ad domum sponsi, & ea traditione donorum per hanc literam, & per l. pro hærede. ff. de acquit. hæred. vbi administrans censetur adire hæreditatem, melius facit c. 1. de desponsa. impub. lib. 6. & c. accessu. & c. literas. iuncta glo. j. eod. ti. Dom. Card. concordat opiniones. videlicet, q aut secundus contraxit sponsalia ante purgationem metus, & sic antequam ratificarentur sponsalia cum primo, & tunc procedit opin illius Doct. quia ratificantur vt ex nũc, non vt ex tunc. de quo vide glo. no. in regula, non firmatur. in 6. & ideo cum secunda sponsalia præcesserint ratificationem primorum sponsaliorũ, non potest dici secundus desponsasse alteri desponsatam de sua voluntate, & dic q valebunt secunda sponsalia, & non prima, si vtraque sponsalia sunt de futuro, vel vtraq; de præsenti, quia non potuit ratificare prima sponsalia stantibus secũdis spõsalibus ante ratificationem primorum, quia iam fuit quæsitũ ius secundo, ex quo prima sponsalia erant nulla ppmetum, vt s. eo. cum locum. Aut ratificata fuerũt prima spõsalia ante contracta secunda sponsalia, & tunc dicit do. Cardin q contrahens secunda sponsalia, incidit in pęnam statuti, & hoc modo procedit secondum ipsum opi Gasp. Cald. quia cum hanc desponsat secundus post ratificationem primorum sponsaliorum, verum est dicere, q est alteri de volũtate sua desponsata ex ratificatione sequẽti. Ego vero teneo indistincte opi. illius Doct & moueor, quia statutum est pęnale, vnde debet fieri stricta interpretatio, vt in regula, in pęnis. de reg. iur. in 6. vnde in pęnalibus etiam vbi ratio expressa

10 est, non fit † extensio ad casum, in quo viget ratio expressa, hoc probatur in c. licet canon. iuncto c. statutũ. de elect. in 6. nam in c. licet canõ, exprimitur ratio, quia promotus ad ecclesiam parochialẽ ipso iure ea priuatur elapso anno, si nõ fuit ordinatus ad Sacerdotium infra annũ, illa eadem ratio viget in ecclesia parochiali collegiata, & tamen c. statutum dicit, quod non est extensio fienda, quia cum c. licet canõ, sit pęnale, debet restringi, & sic limita glo. in cle. j. in verbo, eligatur. de elect. quæ dicit, q vbi ratio est expressa, fit extensio in exorbitantibus ad casus, in quibus viget ratio expressa. vide tamen Ioã de Imo super illa glo. vbi declarat qualiter debeat intelligi, modo illa glo procedit in exorbitantibus, sed non vbi sumus in materia pęnali, vt est casus in d. c. licet canon iuncto c. statutum. de electio. in 6. & hoc tene menti, quia illa glo. est no & limitatio no. & ideo cum statutum sit pęnale, non debet extendi ad illam quæ inuita fuit desponsata, licet ex post facto matrimonium fuerit ratificatum: nã stricte & proprie loquendo, aliud est dicere, q aliqua sit desponsata de sua voluntate, & aliud est dicere, q inuita fuerit desponsata, sed matrimonium postea ratificatum, & ideo cũ sumus in materia pęnali non debemus extendere verba sta-

11 tuti. Item † qualitas adiuncta verbo, vel participio, debet regulari secundum tempus participij, vt in l. in delictis. §. si extraneus ff. de noxal. & in l. Titius. ff. de testam. mil vbi Bart dicit, quod si statutũ dicit, quod dominus teneatur de delicto commisso a famulo suo, requiritur q fuerit famulus tempore commissi delicti, quia qualitas adiuncta illi participio cõmisso, requiritur tempore participij, & sic q sit famulus tpe commissi delicti: secus dicit Barto. si non poneretur participium, vt quia statutum diceret, q dominus teneatur pro delicto famuli, quia tunc teneretur pro delicto commisso ante quam esset famulus.

Sed circa istud vltimum Barto. dicit esse cogitandum. de quo etiam per eundem in l. ex facto. in 2 col. ff. de vulg. & pupil. & ideo quia statutum loquitur de desponsata sua voluntate, requiritur, q hæc qualitas interueniat tempore desponsationis ad hoc, vt pęna statuti habeat locum, nec sufficit, q interueniat postea. & de hoc vr̃ tex. in l. quid ergo. in prin ff.

12 de his qui no infa. nam de iure ciuili † mulier non potest nubere infra tempus luctus, licet secus sit de iure canonico, vt patet in c. pen. & vlt de secũ. nup. & mulier quæ nubit est infamis, & si pater iussit illam ducere in vxorem, quæ est infra tempus luctus, vel passus fuerit illam ducere, efficitur infamis. Sed pone, q pater a principio non fuit passus filium illam ducere in vxorem, sed prohibuit & nõ obstante hoc filius ipsam duxit in vxorem, vel pone, q pater ignorabat illã mulierem esse infra tempus luctus, deinde habuit ratum nõ punitur. i. nõ efficitur infamis, quia prętor retulit se ad initiũ nuptiarum, vnde ratihabitio sequens non facit incidere in pęnam, ita dicit notabiliter. l quid ergo. in prin. ff. de his qui no. infam. & pro hoc vide glo. not. in clemẽ. vnica. in verbo, scienter. de consang. & affin. quę dicit, q si quis contraxit matrimonium ignoranter cum consanguinea, vel cum alijs personis ibi prohibitis non incidit in excommunicationẽ, quia cum illa clem. puniat contractum, non debet extendi ad illum, qui non deliquit contrahendo, licet deliquerit vtendo contractu prohibito, & sic in effectu ibi constitutio pœnalis, vel odiosa respicit tempus contractus, & non extenditur ad aliud tempus.

Ex hoc infertur, quod dato, quod secundus contraxerit sponsalia post prima sponsalia ratificata non incidit in pœnam statuti, quia non est verum dicere illam despõsatam de

13 voluntate sua, licet sponsalia fuerint † ratificata, quia ratificãtur vt ex tunc, vt supra dixi. Statutum vero requirit, q tempore desponsat. adsit voluntas sponsæ, & ideo non habet locum pęna statuti, vnde mihi videtur, quod ille Doctor bene dixerit, quicquid dicat Gas. Cal. & do. Card. Sequitur c. sicut.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro soluuntur per sponsalia de præsenti.*
2 *Diœcesis aliquando dicitur parochia.*
3 *Episcopus an possit dare licentiam cuiq; ex sua diœcesi, vt possit suscipere sacramenta a sacerdote non suo.*
4 *Verba, promitto, quod te desponsabo, an contrahant sponsalia, siue matrimonium.*
5 *Matrimonium soluit sponsalia etiam iurata de futuro.*
6 *Actus spiritualis contra iuramentum non valet.*
7 *Reuocatio instrumenti an valeat, si quis iurauit non reuocare illud.*
8 *Testamentum reuocans, an sit periurus.*
9 *Filius an possit renunciare successioni paternæ iurata.*
10 *Terminus appositus sponsalibus eo lapso extincta est promissio.*
11 *Reus quando absoluatur actore non probante.*
12 *Sponsalia secunda de futuro iurata, an præferantur primis quæ non erant iurata.*
13 *Iuramentum an valeat contra simplicem permissionem.*
14 *Iuramentum non est legitima causa discedendi a sponsalibus non iuratis.*
15 *Stipulari alteri an liceat.*
16 *Sponsus non tenetur alterum expectare vltra biennium.*
17 *Iurans stare sententiæ arbitri, an contraueniendo, sit periurus.*
18 *Terminus appositus causa sollicitandi implementum, si labatur, quid importet, an scilicet tollat obligationem.*
19 *Tempus appositum contractui perfecto, non videtur operari ad finiendam obligationem.*
20 *Terminus appositus ad sollicitandum principium noui contractus, eo elapso censentur velle desistere.*
21 *Vouens religionem cras intrare, si non ingreditur, an remaneat obligatus.*
22 *Testes an possint produci in causa matrimoniali post publicatas attestationes.*
23 *Testes post publicatas attestationes, an in alijs causis produci possint.*
24 *Ingressus religionem post contractum matrimonium de præsenti ante copulam, post professionem dispensatur a Papa vt ducat vxorem, Papa eum repetit, an sit audienda.*
25 *Professio occasione religionis facta, an soluat vinculum matrimonij.*

CAP. XXII.

1 SIcut. Sponsalia † de futuro etiam iurata soluuntur per secunda de præsenti, sed non secunda de futuro, hoc dicit. secunda ibi, respondemus.

Nota primo ibi, l. parochianus tuus, quod aliquando

2 † diœcesis dicitur parochia, concordat capit. præcedens. & de donatio. Apostolicæ. in princ. ideo autem quælibet diœcesis, dicitur parochianus ecclesiæ Cathedralis, quia potest accedere ad ipsum Archiepiscopum ecclesiæ Cathedralis pro

sacr

sacramentis.de quo vide bo.tex & glo.in c.si episcopus.de pœnit.& remiss.in 6.licet glo.in clem 1.in verbo, presbyteri. de
3 priuileg dicat,quod licet eps.& † Archipresbyter ecclesiæ Cathedralis,possint conferre sacramenta cuicunq; de diœcesi, non tamen possunt dare licentiam, vt quis recipiat sacramēta a sacerdote non suo. sed illa glo.communiter reprobatur per c.officij de offic.Archipresb.& cōmuniter tenetur,quod possint cōferre sacramenta,& etiam dare licentiam. vt quis recipiat sacramenta ab alio,quam a suo Sacerdote.& hoc tenet glo in c.si episcopus de pœnit.& remiss.in 6.

Nota secundo,quod per hæc verba.promitto me tibi tradere in vxorem,contrahuntur sponsalia de futuro.secus si di
4 ceretur,promitto,† ꝙ te desponsabo, quia non contrahuntur sponsalia,nec matrimonium, sed est quædam promissio de contrahendis sponsalibus,vnde non oritur publica honestas,antequam postea contrahantur sponsalia,vt dicit Butr. infra eod.si inter.de quo dicam ibi.

5 Nota tertio, quod per matrimonium † soluūtur sponsalia de futuro etiam iurata,vt hic est tex.contra Docto. vide Innoc in c.dilecto.de præben. nam ibi dicit Innoc.quod actus
6 † spiritualis contra iuramentum non valet: nam matrimonium est actus spiritualis, & tamen valet matrimonium, licet sit periurus, & hoc tenet Gasp.Cald.& dom.Cardin. hic in vlt.quæst.facit quod no.Innoc.in regula,quod semel.de regul iur.in 6. Item ex hoc infertur, quod si quis iurat non re
7 uocare instrumentum, valet † reuocatio, quia si valet matrimonium, qui est actus spiritualis, fortius debet valere actus temporalis. de quo vide Ioan. And.in regula,quod semel de reg.iur in 6.& per glo.13.quæst.2.cap.vltima voluntas.& Io. And. vbi supra concludit, quod valet secundum testamen
8 tum, tamen † reuocans primum testamentum,est periurus, secundum Bar in l si quis in principio testamenti ff.de leg.3. ad finem commen tenet, quod non incurrit periurium, reuocando testamentum, quia quis non potest sibi imponere legem, per quam tollatur libera testamenti facultas, vt in l. stipulatio hoc modo concepta ff.de verb.oblig.ideo dicit, ꝙ si quis iurat non reuocare testamentum,iuramētum a principio est nullum. & ideo non est periurus reuocan. & dicit Bart.quod hanc opinionem tenet Pet.in l j C.de sacrosanc. eccles.& And.de Pisis:sed Abb.Sic. licet nullam faciat mentionem dom.Bart.videtur adhęrere opin.Ioan. And.& puto ipsam veriorem, quia iura canonica non ponderant,nisi an iuramentum possit seruari absque peccato.vnde si potest seruari,dato quod a lege ciuili obligatio improbetur,iuramentum est seruandum, vt patet in cap.cum contingat,de iureiur.& in cap.licet mulieres.eod.tit in 6.& patet etiam in capit.quamuis. de pact.in 6. nam a iure ciuili est reprobatum,
9 vt † filius renunciet successioni paternæ, tamen si iuramentum interuenit, est seruandum,quia potest seruari absque interitu salutis ęternæ, vt in dicto cap.quamuis.vnde ius cannonicum aliud non ponderat in obseruatione iuramenti. Sed non est dubium,quod si aliquis iurat non reuocare testamentum,quod illud iuramentum potest seruari absque peccato, ergo est seruandum. Ex quo concludo, quod si reuocat testamentum est periurus, licet reuocatio valeat, & sic teneo
a opin.Ioan.And.[a]

10 Nota quarto, quod vbi in sponsalibus apponitur † certus terminus censetur appositus ad immutandam obligationē. & sic elapso tempore soluta, & extincta est promissio, vt hic dicitur,de quo dicam infra.

11 Vltimo no casum,in quo actore non probante† reus non absoluitur, modo iudex assummit indaginem ex officio, & hoc est vbi vertitur periculum animæ, & hoc tene menti, scilicet quod in causa matrimoniali,& in alia, in qua vertitur periculum animæ, si iudex vult actorem non probasse, non debet reum absoluere,sed debet veritatem inquirere ex officio. Circa quod tamen vide Innoc.in cap.cum inhibitio.
b ad fin. de clandest.desponsa.[b] Et hic est vnus casus, in quo iudex ex officio recipit testes, & alias probationes ambabus partibus præsentibus, licet regulariter iudex hoc non possit facere partibus præsentibus, vt in auth.& qui semel.C.quomodo,& quando iudex. & ibi per Barto.& vide no per eundem in l.4.§ hoc autem iudicium ff.de dam infec. vbi plene examinat,quando iudex ex officio possit procedere,& plene But.& Doct.in c.bonæ j.de postul.pręla.& adde quod dicam hic infra super glo.vlt.

12 Sed quæro,quid si prima sponsalia† de futuro sint contracta absque iuramento,& secunda cum iuramento, quæ præualebunt.Innoc.dicit,quod valeat prima. & idem tenet But. hic,& Abb.Sic hic.

13 Nota singulariter ex dicto Inno quod nō valet† iuramentum contra simplicem promissionem alterius factam, licet contrarium senserit Inno.in c.veniens.de iureiur.

Sed primum dictum tenet Host scilicet quod non valet iuramentum contra simplicem promissionem,prout tenet Innoc hic de quo dic vt latius habetur per Abb.Sic.in cap.veniens. de iureiuran.& vide quæ dixi supra eod. ex parte. cui hoc adde.

14 Nota secundo ex hoc dicto Innoc quod a † sponsalibus nō iuratis non est licitū recedere,etiam si interuenerit iuramentum cum alia.de quo plene dixi supra eod.requisiuit.

In glo.prima aduerte. ista glo. voluit dupliciter opponere contra tex.

Primo,quod hic pater promisit factum alienum iurando, quod traderet filiam suam in vxorem isti.s.contra §.si quis alium Instit.de inut stipul.

Secundo,pater fuit stipulatus filię,dum recepit iuramētū istius s.qui promisit ipsam ducere in vxorem,sed alteri stipu
15 lari non potest,vt in §.alteri.Instit.de inut.stipul.glo respondet ad primum contrarium. & de hoc dixi s̄. eo.ex litteris.2. super 3.glo.dic vt ibi dixi.& vide glo.in ca.veniens.s. in glo.2. de eo qui cogno.consang.vxo.suæ.quam adde ad ea quæ dixi in d.c.ex litteris.

Sed hæc gl non respondet ad secundum contrariū s.quasi pater potuerit recipere iuramentum pro filia,& sic facere pactum,vt requiratur filię contra dictum §.alteri.Instit.de inu. stipul.Doct.non tangunt. Tu solue tribus modis.

Primo, quod est speciale in matrimonio, vt possit quis stipulari alteri,vel pacisci & hanc solutionem posuit glo.notab.30.q.2.c vnico.

Secunda solutio potest quis stipulari,vel pacisci alteri,vbi interest stipulantis,vel paciscentis,vt dicitur in d.§ alteri. sed interest patris,vt filia maritetur,& præsertim,quia in iure est expresse concessum,quod pater possit stipulari filio,vel econtra,vt in § et vero qui. Instit de inut.stipul.

Tertia solutio est notabilior, quia licet de iure ciuili quis non possit alteri stipulari, vel pacisci, nisi sua intersit, vt d.§. alteri. tamen secus est de iure canonico, quia de iure canonico potest quis alteri stipulari, vel pacisci, & tollitur conditio ex Canone de quo vide glo.notab.1.quæstio.7 quotiens cordis oculus.

In glo.secunda, & tertia. hæ glos. voluerunt opponere de
16 l.2.C de spon.vbi dicitur,quod non tenetur † alter de sponsis expectare alium, nisi per biennium, si est absens in eadem prouincia, vel per triennium, si est absens in alia prouincia, vt in l. secunda. C. de repud. sed hic elapsum fuit quadriennium, ergo non debuit imponi pœnitentia isti. s.ex eo, quod contraxit matrimonium cum alia : ergo respondet ad hoc contrarium duobus modis.

Et prima solutio ponitur in glo.secunda, scilicet quod licet fuerit allegatum,quod nō steterit per virum,non tamen fuit probatum, sed si fuisset probatum, tunc non debuisset imponi pœnitentia isti.s.qui contraxit cum alia. & istam solutionem sequitur Host.& Ioan.And.

Secunda solutio ponitur in tertia glo.scilicet quod aut ille qui est absens,est impeditus iusta causa,& tunc debet expectari quantocunque tēpore sit absens, vt in l sæpe.ff.de sponsa. sed si est absens ex iusta causa, tunc dicit glo.quod aut iuramentum est appositum, & tunc procedunt illæ li. scilicet l 2. C.de spons.& l.2. C.de repud aut est appositum iuramentum, & tunc si in iuramento est præfixus terminus elapso termino non potest cum alia contrahere, sed si terminus est appositus, tunc non debet cum alia contrahere propter iuramentum, quantumcunque sit longum tempus elapsum, & sic leges,quæ dicunt, quod absens non est expectandus vltra biennium,vel triennium procedunt,quando est appositū iuramentum.& ista esset magistra limitatio ad illas leges. Sed contra hoc vr̄,ꝙ omnis conditio,quæ subintelligitur in contractu,vt in l.fi.C de non num.pecu.subintelligitur etiam in iureiurando interposito super ꝯctu.vt in l fi.C. de non num pec.& vide per Inno in c.per tuas de arbit.vbi dicit,ꝙ si quis iurat sta
17 re † sententię arbitri,nihilominus standum sententiæ arbitri, vel soluere pœnam, & contrauenire sententiæ arbitri,& nō incurrit periurium,quia iuramentum intelligitur secundum naturam compromissi,& sic iuramentū interpositum super contractu,intelligitur secundum naturam contractus,& tene menti illud dictum Inno. quia solet allegari pro multum no.Abb.Sic.dicit,quod hæc glo.potest saluari:nam vbi iusm inter-

ADDITIONES.

a ¶ Adde dom.Alexan.in capitulo,intellecto.3.colum.de iureiur. qui idem tenet quod hic.

b ¶ Adde quod pro hoc facit cap.constitutus. de appellat. & ibi vide domi. Abb.in princ.& primo notab.& dom.Abb.in capit.cum dilecti.2.colum. versic.item no.& tene menti.de elect.

interuenit, debet expectari auctoritas superioris, argu. in cap. venerabilem. de elect. & istam solutionem ponit hic domi. Cardin in quarta opposi. in fi. licet Abb. Sic ipsum non alleget. Sed hæc solut. mihi non placet, quia non tollit contrarium: nam si est verum, quod iuramentum intelligitur secundum naturam contractus, certum est, quod iuramentum nō ligat, & ideo potest licite contrahere cum alia, nec tenetur expectare auctoritatem superioris, ex quo certum est iuramentum non ligare, cum non steterit per ipsum, sed per mulierem. sed But sensit hoc contrarium, & soluit, & bene iudicio meo. dicit enim, quod iste tex. procedit, vbi vtrique, scilicet sponsus, & spōsa fuerunt præsentes in eodem loco: nam tunc non soluuntur sponsalia, quantumcunque tempus sit lapsum, licet alter contradixit contrahere sponsalia, nisi certus terminus sit appositus, infra quem sponsalia debeāt contrahi, & ideo est, quia potest petere non adicentem compelli de facili. & ista est vera solutio. & hoc adde ad ea, quæ dixi s. eo de illis. in 2. gl. vbi tractaui quantum tempus sponsus de futuro teneatur expectare sponsam, vel econuerso.

In glo. 4. Ex hac glo. habes tres solutiones ad contrarium. sed dic secundum But. & facias tres casus.

18 Primus casus est, quando cōstat, quod terminus † est appositus causa sollicitandi impletionē obligationis, & tūc lapsus termini nō liberat ab obligatione, sed magis obligat per moram, quę committitur, hoc modo loquuntur contraria al leg. in glo. probatur etiam supra de locato, potuit & ratio est, quia terminus apponitur, vt debitor, seu reus citius impleat, vnde non debet operari cōtrarium illius, ad quod terminus est appositus: nam si induceret liberationem ab obligatione induceret contrarium effectum: nam terminus apponitur ad magis obligādum, sed si operaretur liberationem, induceret effectum contrarium illius, ad quem terminus est appositus.

Secundus casus est, quādo constat, quod terminus est appositus ad finiendum obligationem, & tunc lapsus termini extinguit effectum obligationis, vt puta, promitto tibi dare decem vsque ad Pasca, ad quę volo teneri vsq; ad illud tempus, & non post nam tunc tempus extinguit obligationem saltem in effecto, vt in l. cum qui ita. § qui ita ff de verb. oblig.

Tertius casus est, quando sumus in dubio. & de hoc facito tres conclusiones.

Prima conclusio est, si terminus apponitur ab vno cōtrahentium respectu implementi fiendi ab altero tantum, tunc censetur appositum causa sollicitandæ obligationis, non autem causa finiendi obligationem. & ideo post tempus non tollitur obligatio, immo magis firmatur Pone exemplum. Promitto tibi vendere rem meam infra mensem: nam illud est implendum a te, quia te obligas mihi vendere, sed ego non obligo me ad emendum, censetur iste terminus appositus ad sollicitandum obligationem.

Secunda conclusio, si implementū est faciendum ab vtroque ex contrahentibus, si contractus est perfectus, non cense
19 tur tempus † appositum ad finiendum obligationem, sed ad sollicitandum implementum. Pone exemplum. Vendo tibi librum pro decem, promittis mihi soluere preciū infra mēsem. & ego similiter promitto tibi tradere librum infra mensem, nam elapso termino tu remanes obligatus ad dandum librum, & ego ad soluendum pretium, nisi aliter exprimatur, vt in l. 2. ff. de lege commissoria.

20 Tertia conclusio, si terminus † adiicitur ad sollicitandum principium noui contractus ex parte vtriusque censetur appositus causa finiendæ obligationis & hoc casu ex quo labitur terminus, in quo contractus debet celebrari, quilibet cēsetur velle desistere a celebratione contractus ordinati, cum adhuc non sit perfectus contractus, & ita loquitur iste tex. nam hic fuerunt contracta sponsalia, & fuit appositum certum tempus, in quo matrimonium deberet cōtrahi, & ideo ex quo labitur terminus, vterque censetur velle desistere a contractu matrimonij. & hoc modo procedit iste tex & ista est mens But. & hoc etiam sequitur Abb. Sic.

Sed ego intelligo hanc vltimam cōclusionem, quando stetit per vtrumque, quominus perficeretur: alias si stetit per alterum tantum putarem, quod alius per quem non stetit posset petere compelli alterum arg. huius litteræ. & l. 2. ff. de lege cōmissoria. & hoc probatur ex no. in c. ex literis. 2. & c. requisiuit s. eo Sed si vterque fuisset impeditus iusto impedimento, tunc non putarē obligationem finitam, immo credo ipsum adhuc durare, & sic vterque posset agere contra alterum ad implendum contractum. Et hoc vult Io. And. nam dicit, quod si non stetit, nec per virum, nec per mulierem, sed per casum, vel per tertium, & tunc licet mulier non peccauerit, tamen post diem remanet obligatus, & sic contrahendo cum alia peccaret, & Ioan. And. loquitur, quando fuit appositus certus terminus, infra quem deberet contrahi matrimonium, & hoc etiam sequitur dom. Cardin in 1. q. & But. hic. de quo per Ioan. And in regula. cum sint. de reg. iur. in 6.

21 Ex hoc infertur, quod si quis † vouit cras intrare religionē & casu impeditus non possit intrare, quod remaneat obligatus. Ex hoc dicit dom. Cardin in 2. q. de quo per Archid. 27. q. 1. nuptiarum. Ex prædictis dicit Abb. Sic. se consuluisse, quod si a principio sponsalia fuerunt pure contracta, licet postea sponsus, & sponsa cōuenerunt de die, in quo matrimonium debet contrahi, non per hoc lapsus illius diei liberat ab illa obligatione, quia terminus ex post facto fuit appositus pro sollicitando implemento prouisionis iam perfectæ, & pure factæ. sed hoc mihi non videtur verum, quia licet sponsalia sint pura, tamen sunt initium matrimonij, vt in l. oratio. ff. de sponsal. vnde sponsalia dicuntur mentio, & promissio futurarum nuptiarum, vt in l. 1. ff. de spōsa. & per glo. 27. q. 2. in prin. & ideo non est perfectus contractus matrimonij, licet sponsalia sint pura. Item iste tex loquitur Indistincte, vnde debet intelligi, siue iuramentum sit interpositum a principio in cōtractu sponsaliorum, siue ex post facto. & istud est de mente But dicit enim quod quando terminus apponitur in fine noui contractus contrahendi, videtur appositus ad finiendum obligationem. Sed clarū est, quod terminus appositus post sponsalia pure contracta, est appositum in finem contrahendi, & sic in finem celebrandi nouum contractum, ergo &c.

In glo. fin. aduerte quomodo iste tex probat, quod in causa matrimoniali possint produci † testes post publicatas atte-
22 stationes: nam iste episcopus receperat testes, & processus fuerat publicatus, & post publicationem processus consuluerat Papam, & Papa dicit in fi. cap. quod si de his constat ad plenum, adhuc de causa cognoscat, donec sufficienter instruatur. & sic vult, quod recipiat adhuc testes non obstāte publicatione attestationum. & de hoc vide bo. tex. in cap. cum in tua. & cap. testes. de testib. & dicit Host quod etiam si esset renunciatum a partibus, & in causa conclusum adhuc possent recipi testes. dicit Host quod etiam si esset sententiatum, potest iudex ex officio instrui, & de plano, etiam partibus inuitis de hoc, quod no. in c. 1. de consang. & affin. nam cum vertatur periculum animæ, & matrimonium sit de iure diuino non obest rigor, vel subtilitas, quæ in alijs causis seruaretur, immo in causa matrimoniali, quasi omnia pendent ex officio, inducit infra eod cum in tua. & cap sequen. ante fin & deprobat causam de cogn spirit. cap. fin & in hac materia præcipue habet locum, quod dicitur, quod oportet iudicantem cuncta rimari. de fi. instrum cum Ioannes & infra tit. 1 attestationes. Sed dices tu, quid esset in alijs causis,
23 potest ex officio producere † testes post publicatas attestationes, vt in cap cum clamor de testib & ibi per Doct. & Barto. in l. repeti. ff. de quæstionibus. Item iudex ex officio etiam in alia causa post conclusionem in causa potest interrogare partem, vt in cap. cum Ioannes de fide instrum. licet ergo in causa conclusio ad producendum aliquam probationem, vt in cap cum dilectus de fide instrum Sol. dic, quod in causis tāgentibus commodum priuatum iudex facit ex officio, sed non ad instantiam partium, vt in dictis iuribus no. sed in causis tāgentibus periculum animæ, iudex tenetur etiam hoc facere ad instantiam partis, vt in cap cum in tua de testib & in alijs iuribus supra allega. quantum ad hoc. & quod plus est, potest hoc iudex facere etiā partibus inuitis, quod non posset in causis tangentibus commodum priuatū, quia partes possunt renunciare fauori suo.

Extra glo. quæro, quid si in casu huius Decre sponsalia de præsenti contracta post sponsalia de futuro soluuntur per cōsanguin. dicit Ioan And quod remaneat obligatus primo, & secunda sponsalia nunquam tenuerunt s. eod cum in Apostolica & in cap veniens. 1 in fi & sic no. quod licet matrimonium non valeat prætextu consanguinitatis, inducat publicam honestatem vt supra eod. ad audientiam. & eod tit. cap. vnico. lib 6. non est tamen tantæ potentiæ, quod possit dissoluere prima sponsalia, licet sint de futuro, & secunda de præsenti. & hoc tenet dom. Cardi in 4. q. & per Ioan. And. in regula, non præstat. in 6.

24 Vltimo quæro, † quidam Martinus contraxit matrimonium de præsenti cum quadam Clara, deinde antequam matrimonium esset copula consummatū, Martinus fuit ingressus religionem, ita quod fecit professionem, deinde secum dispēsatur per Papam, quod possit religionem exire, & matrimoniū contrahere. Iste vult contrahere cum quadam Maria: Clara ipsum repetit, quæritur, an sit audiēda. Gasp. Cald disputauit, & prætermissis argumentis hincinde dicit duo esse dubia.

Primum, an valuerit dispensatio de quo per Doct in c. cū ad monasterium de sta. mo. & ibi concluditur, quod sic. subsistente iusta causa, & ibi plene declarauit quæ sit iusta causa.

Sed

15 Sed dubium est, an per † professionem soluatur vinculum matrimonij. & videtur tex quod sic, in Auth. de sanct. epis. §. si vero adhuc consentire. & hoc tenet glo. & communiter Doct. in cap 2. de conuer. coniug. licet glo aliud dixerit 7. q j. pastoralis. 32 quæst. 7. licite. 27. quæst. 2. desponsatam. Gasp. Calde. dicit, quod si post professionem Clara transiuit ad secunda vota, ruptum fuit matrimonium etiam quo ad vinculũ. & hoc casu non audietur mulier virum repetens, sed si non transiuisset ad secunda vota, Gasp. Cald. dicit, quod iste maritus teneretur recipere Claram, cum qua cõtraxit matrimonium ante ingressum religionis, non quod Claræ competat actio, quia sublata fuit per professionem, sed poterit implorare officium iudicis, quia licet per confessionem soluta sit executio vinculi, non tamen ipsum vinculum. Gasp Calde. videtur tenere illam opin. quæ dicit, quod non soluitur vinculum matrimonij, nisi postquam remanens in sæculo, contraxit matrimonium. Sed Doct. communiter tenẽt, quod extinguatur vinculum matrimonij per professionem, etiam antequam remanens in sæculo contrahat cum alio, vel cum alia. & hoc præsupposito sequitur, quod opin. Gasp. est falsa, quia ex quo sublatum est vinculum matrimonij, tenetur ipsum recipere, dato quod cum alia non contraxerit, & hoc tenet Io. And in regula, non præstat. de reg. iur in 6. & Butr. hic. & dom. Card. in 5 quæst. nam dicit, quod opin. Gasp. Calder. magis procedit de æquitate, quam de iure. & dicit, quod verior est opi. quæ dicit, quod per professionem soluitur ipsum vinculum: alias non posset remanens in sæculo transire ad secunda vota, quod tamen potest, vt d. c. 2. de conuer. coniug & ista opin. tenetur ibi per Innoc. Host. Ioan. And. & dom. Cardin. & communiter per omnes Doct. licet dom. Iac. de Zoch. in cap. ad dissoluendum. de despon impub. referendo ad litteram argumenta singulorum, & plenissime hinc inde disputando sequitur opin Gasp. Calder. sed tu tene communem opin. dixi latius in dicto cap. 2. de conuer coniug.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahunt muti, surdi, & reliqui non prohibiti.*
2 *Ioannes Andrea Doctor ætatis suæ decimo nondum perfecto anno Decretales audiebat.*
3 *Edictum prohibitorium quid dicatur.*
4 *Differentia inter constitutionem, & edictum.*
5 *Affirmatiua eodem modo probatur, sicut & negatiua.*
6 *Matrimonium solo consensu contrahitur.*
7 *Differentia inter verbum non possit, & non debeat.*
8 *Signa quando loco verborum sufficiant.*
9 *Consensus præstitus per nutus, & signa, est consensus.*
10 *Consensus expressus quis dicatur.*
11 *Mutus potest contrahere nutu, & signis.*
12 *Surdus quis dicatur.*
13 *Nuptiæ an contrahantur per mutum, surdum, atque cæcum.*
14 *Mutus æquiparatur infanti, secundum Host.*
15 *Cæci aliquando subtilioris sunt spiritus ipsis videntibus.*
16 *Edictum quando appellatur prohibitorium.*
17 *Actus qui prohibeantur mutis, & surdis.*
18 *Sacramenta quæ sint mutis prohibita, & surdis.*
19 *Baptizandus an a surdo, & muto possit leuari de sacro fonte.*
20 *Puer censetur baptizatus, licet verba deficiant ex parte leuantis.*
21 *Baptismi substantia constat ex baptizante, & baptizato.*
22 *Compaternitas contrahitur signis, & nutibus.*
23 *Baptizare an possint mutus, & surdus.*
24 *Verba sunt necessaria in baptismo.*
25 *Baptizari an possint mutus, & surdus.*
26 *Amens an possit baptizari.*
27 *Confirmationis sacramentum eodem modo consideratur vt baptismi, quo ad mutos, & surdos.*
28 *Sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ conferri an possit mutis, & surdis.*
29 *Sacerdos non exprimens verba tempore consecrationis, an conficiat sacramentum.*
30 *Eucharistia quando possit a muto conferri.*
31 *Eucharistia an muto sit conferenda.*
32 *Mutus an possit confiteri peccata sua per scripturam.*
33 *Sacerdos mutus, & surdus, an sit rectè confessor.*
34 *Sacramentum extremæ vnctionis, an possit conferri mutis, & surdis.*
35 *Ordinari an possint mutus, vel surdus.*
36 *Testari an possint mutus, & surdus.*
37 *Consuetudo Venetorum reprobatur, quæ est, vt testes sua manu scribant depositiones.*
38 *Testis reprobatus aliquando admittitur.*
39 *Testamentum quando prohibetur mutis, & surdis.*
40 *Testamentum eius, qui postea factus est mutus, an valeat.*
41 *Notarius qualiter debeat facere instrumentum de consensu muti, & surdi, cæci, & fatui.*
42 *Surdus, & mutus, ad quos contractus admittantur.*
43 *Hæres institui potest mutus, & surdus.*
44 *Feudum an deuoluatur ad mutum, & surdum.*
45 *Procurator an possit constitui per mutos, & surdos.*

CAP. XXIII.

1 Cum apud. Mutus, † & surdus, & omnes qui non prohibentur, matrimonium contrahere possunt. hoc dicit.

In prima decisum exordium.

In secunda consultatio.

In tertia responsio. secunda ibi, sane tertia ibi, ad quod. &
2 dicit Ioann. Andr † quod hæc fuit prima Decretalis, quam didicit, quando studere cœpit, nondum perfecto ætatis suæ decimo anno, Ideo honorando ipsum cõmentauit eam pulchre: quoto etiam anno suæ ætatis Bart. incœperit, vide ipsum in l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig.

3 Nota primo, quod dicitur † edictum prohibitorium, quando prohibitio dirigitur ad certos actus exceptos, & regulariter actus est permissus, alio modo dicitur prohibitorium edictum, vt dicam in glo. pen. & dr secundum Butr edictum per similitudinem, quia edicta solebant fieri a prætoribus, vt Insti. de iu. nat. gent. & ciu. in §. prætorum quoq. edicta sicut sæpe fiunt banna, quæ loquũtur paucissimis verbis per regulas affirmatiuas, vel negatiuas & vide glo. 2. dist. constitutio.
4 quæ dicit, ꝙ † constitutiones dicuntur Imperatorum, edicta prætorũ, & dicit, quod etiam dicitur edictum Iudicis, vt 24. q. 3. de illicita. Sed dic, quod etiam Regis, vel Imperatoris dicitur edictum, vt Danielis 6. Rex proposuit edictum, &c. Et Lucæ 3. cap. Exiit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Vnde versus.

Edicunt Reges, indicit festa Sacerdos.

Nota secundo, quod disponitur de qualitate personæ in quacunque aliqua materia, vbi requiritur, an liquido fieri possit, vel non, respicias regulas materiæ: nam si regula est affirmatiua, præsumitur actus concessus, nisi reperiatur expresse prohibitus, & si regula est negatiua, præsumitur prohibitus, nisi reperiatur expresse concessus.

Nota tertio, secundum Butr. quod sicut negatiua probatur ex descriptione ad certum locum determinatum, ita &
5 † affirmatiua. vnde omne, quod in negatiua dispositione non reperitur prohibitum, censetur permissum. & de materia probationis negatiuæ cuiuscunque naturæ sit negatiua dic vt plene habetur in cap. bonæ memoriæ. Magun. de electio.

6 Nota quarto, quod † matrimonium solo consensu contrahitur. dicit tamen Ioan. And quod per hoc non excluduntur verba in his, qui falli possunt, de quibus dicam infra eod. tuæ. sed secundum Ioã. And excluduntur solennitates, vt supra eod cap. 1 de quo vide glo. in verbo, solo consensu, supra eod. cum locum. Item excludit consensum Dominorum, vt infra de coniug seruorum. capit. 1. & per totum. licet contrarium videatur secundum leges. de hoc vltimo habetur. 27. quæst. 2. sufficiat. & in cap. j. de despon impuber. lib. 6. & infra ibi, cap. 1. & in glo. de matrimonio contracto contra interd. eccles. cap 1.

Nota quinto ibi, non possit, vel non debeat denegari, diffe-
7 rentiam † inter ipsa: nam secundum Doct. præsertim do. Cardin. in prin sui comment. ante notabilia verbum, non possit, refertur ad necessitatem, & verbum, non debet, ad honestatem. & sic no verbum, quando negatiua præcedit: puta si dicitur, non possit, importat necessitatem. & vide de hoc glo notab. in cap. j. de re iudic. in 6. Sed dic, quod verbum, non debet, quod ideo hic importat honestatem, quia est coniunctum cum verbo, non potest, & sic, vt ab eo differat, alias de natura verbum, debet, importat necessitatem. de quo vide glo. no. in clem. attendentes. in verbo, debet, de sta. mo. 26 q 1. c. j. quæ glo. tractat etiam de hoc verbo, oportet.

8 Nota vltimo, quod loco verborum sufficiunt † signa, & sic nutu contrahimus vt hic, & legamus, vt in l. nutu. ff. de legatis tertio. & C. de fideicomm. l. & in epistola. vbi dicitur, quod legatum, & fideicommissum potest relinqui nutu. 26. quæst. sexta, qui recedunt. & capitulo, sequen. quod incipit, infirmitatis. & est ibi casus, quod si in aliquo antea apparuerint signa pœnitentiæ, dato quod postea efficiatur mutus, non minus Eucharistia est infundenda in ore eius, & sic ei dandum est corpus Christi, quod tene menti.

9 Item dic, quod † cõsensus qui præbetur per nutus, vel per
signa est consensus expressus non tacitus, vt dicit glo.not.in
l item quia. ff.de pact. & hoc no. quia multotiens statuta di-
sponunt, quod non valeat contractus, nisi constet de expres
10 so consensu: nam dicitur expressus consensus, † qui fit per
nutus, non per signa. Item si mutus esset religiosus, & face-
ret professionẽ signis, & nutibus ista diceretur expressa pro-
fessio, quod no ad declarationem cap.nullus. de elect.in 6.
Item aduerte, quia Innoc.& Gosfr.dicunt esse speciale in
matrimonio, vt signis, & nutibus possit contrahi, secus in
aliis contractibus. qui possunt per procuratorem celebrari.
simile quod no.infra tit.j cap.3. Sed dom.Cardi.in 4.notab.
hic dicit, quod non est verum, quod sit aliqua specialitas in
matrimonio, quia etiam in aliis contractibus qui contrahũ
11 tur consensu absque verbis, potest † mutus contrahere nutu,
& signis, vt est tex. in l item quia ff.de pact. de quo dicam in-
fra latius. Item inquantum Inno. secus in aliis contractibus,
qui possunt contrahi per procuratorem, quod est falsum. vt
in cap fin.de procurat.lib.6.& dom.Cardin.bene dicit, & mi
ror de Innoc.
In glo.prima, in princ.ibi, prorsus non audit.
12 Aduerte pro intellectu glo.ille dicitur † surdus, qui non au
dit prorsus, non autem qui tarde, & mutus qui nullo modo
loquitur, & videbatur, quod tales nõ essent idonei ad matri
monium, quia in eo requiruntur verba, vt infra eod tuæ.&
ideo non videbatur, quod mutus, vel surdus possent con-
trahere matrimonium, quia mutus non potest loqui, & sur
dus audire, & ideo non potest respondere, cum non audiat,
sed Papa decidit contrarium, ex quo signis, & nutibus con-
sentire possunt.
Item aduerte. Doct.intelligunt istum tex. siue quis sit mu-
tus tantum, vel surdus tantum, vel habeat vtrunque defe-
ctum similem, idest si sit mutus, & surdus simul. & hoc in-
nuit tex. dũ loquitur in singulari, & patet per rationem tex.
Fundat enim se, quia potest consentire signis, sed consenti-
re potest ille qui est mutus, & surdus simul: ergo iste tex. ha-
bet locum in muto, & surdo simul, & sic procedit, siue quis
habeat tantum vnum ex his defectibus, siue patiatur vtrun
13 que simul. Sed dubium est, quid de muto, † & surdo, & cæ
co simul. Hostiens. ponit istam quæstiõ. & arguit, quod non
possit contrahere matrimonium, cum illud non intelligat,
ex quo nunquam vidit, nec audiuit matrimonium contra-
hi: nam qui non intelligit, consentire non potest, argu. ff de
contrah.empt.& l.in lege.& 30.q.1.§. in contrarium, quia ta
lis potest mulierem cognoscere, & naturali vtitur ratione,
licet illa non possit exprimere.
Quid enim si carnis stimulo excitatus, ostendit genitalia,
ita quod mulierem quęrit, videtur cõdescẽdendum, ne peius
faciat, arg. Instit.de iure nat.gent.& ciui.j.respon. nam etiam
baptizatur sicut paruulus de consecr.dist.3.illud perscrutari.
de diuort quanto §.penult.
14 Nota quod Hostien. ęquiparat mutum † infanti, per hoc
videtur sentire, quod si non intelligere, & ꝙ possit baptiza
ri sicut infans de quo dicam infra. Host. concludit, quod si
per aliqua signa potest apparere de consensu matrimoniali,
admitteret eum ad contrahendum matrimonium, vt hic:
alias ęquiparat eum furioso, vel animali bruto. ff. si quadru.
pau.feci.dic. vel secundum eum, consulitur princeps vt hic,
arg.de translat.prælat.capitu.j domi.Cardin.in 6 quęstio.di-
cit, quod hoc raro accidit, cum posset esse, quod per signum
manum tangendo ipsum, & doctus esset quid sit matrimo-
15 nium: nam sæpe vidimus in cæcis † esse spiritum subti-
liorem, quam in videntibus. vnde conclude, quod si per si-
gna constat de consensu erit matrimonium, aliter non. &
hoc sequitur hic Butr.& Abb.Sic.& mihi placet, & probatur
per istum tex.
16 In glo.secunda dic, quod aliquando appellatur † edictum
prohibitorium, quando regula est affirmatiua, & certi casus
excipiuntur a regula, & hoc modo accipitur hic, & in l.mu-
tus.ff.de procura. vbi dicitur quod edictum de procuratore
est prohibitorium, quia omnes admittuntur ad procuran-
dum, qui non reperiuntur expresse prohibiti, simile est edi-
ctum de testibus, & de accusationibus, quia omnes admit-
tuntur, qui non reperiuntur expresse prohibiti. Aliquando
tamen accipitur prohibitorium, quando regula est negati-
ua, seu prohibitiua & hoc modo dicimus, quod edictum de
collegiis est prohibitorium, quia omnia collegia sunt repro
bata, nisi reperiuntur expresse approbata, vt in l.3. ff de col-
leg. illi. sed magis propriè accipitur edictum prohibitorium
primo modo.
Tertio modo dicitur edictum prohibitorium, quando re-
mouetur prohibitio, puta edictum de matrimonio contra-
hendo, quia nemo rite volens contrahere matrimonium, de-
bet impediri, vel prohiberi. & hoc modo loquitur l.præt
§.hoc interdictum.ff de oper.no.nunc.vbi enim dr̃. ꝙ edic
de ędificando est prohibitorium, scilicet ne quis prohibe
ędificare eum qui satisfecit. vide etiam glo.quę incipit, du
bus modis expone.ff de procur.
In glo.fi.dic, ꝙ aut materia est prohibitoria. & tũc omni
intelliguntur prohibita, quæ non reperiuntur expresse cõce
sa. ita loquuntur iura alleg.in glo. aut materia est permissa ge
neraliter, tamen certorum casuum, vel certarũ personarum
prohibitiua, & tunc omnia intelliguntur concessa, quæ non
reperiuntur expressa, & ita loquitur hic. & de hoc dic, vt in
d.c.inter corporalia.de translat prælat.
Extra glo quæro, quia hic tractatur melius, quam alibi, qui
17 † actus sint prohibiti, & qui prohibiti mutis, & surdis.
Primo habemus videre, quæ sacramenta sint permissa, vel
18 prohibita † mutis, & surdis, deinde quid de aliis actibus.
Ad primum sciendum est, ꝙ septem sunt sacramenta, sci-
licet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pęnitentia.& Ex-
trema vnctio, Ordo, & Matrimonium. De septimo, scilicet
matrimonio hic tractatur, videamus de reliquis.
Circa primũ s baptismi, aduerte tres personæ interueniũt
in baptismo. s.leuans, & suscipiens. Item baptizãs, & baptiza
tus. Videamus nũquid mutus, & surdus possint suscipere ba-
19 ptizandu † de sacro fonte Archid dicit ꝙ sic, in c j.de cog spi.
in 6. nã dicit, ꝙ verba quæ præferuntur a suscipiente sunt po
tius de celebritate, quam de substantia. do. Car. dicit, ꝙ idem
ibi tenet Io. And Sed Gasp. Cald. tenet ȝrium, dicens ꝙ ver-
ba sunt de necessitate de consecr dist.4 paruuli.& c.cum pro
paruulis.& c.nihil. ꝙ est tutius dicere. dicit tamen Gasp. ꝙ li-
cet verba sint necessaria ex parte leuantis, tamen etiam si
20 non interueniant, puer † videtur baptizatus in fide ecclesię,
quia tota ecclesia videtur respondisse pro eo, arg de consec.
dist.4. quæris. & hoc sequitur dom. Cardin.in 7.q.1.
Sed aduerte, aut quæris, nũquid sit de substantia, ꝙ leuans
aut tenens puerum ad baptismum respondeat verbis sacer-
21 dotis. & dicit ꝙ non, quia de substantia baptismi † est solus
baptizans, & baptizatus, vt est tex. in d.c.debitum. de bapt. &
ibi dixi post Abb. Sic ad hoc facit ꝙ not Innoc. in c.fi. de ba-
ptis. vbi dicit, ꝙ licet mala intentio baptizantis vel baptizati
interdum vitiet baptismum, tamen praua intentio leuantis,
vel tenentis ad baptismum, quem Inno. ibi appellat patro-
num, vitiat baptismum, vt dicit ibi Innoc. Aut quæris, nun-
quid contrahatur compaternitas ex tali leuatione, & vt vi-
distis Archid.& Io. And in d c.1. de cogna spir. lib.6. voluit ꝙ
sic. Sed Host. dicit, ꝙ forte requiritur vocalis responsio. Do-
mi. Dom ibi concordat opin hoc modo, ꝙ aut leuans nullo
modo respondet, nec voce, nec signis, & tunc non contrahi-
tur compaternitas, & hoc modo procedit opin. Host. Aut
respondet signis, & nutibus, licet non voce, & tunc contra-
22 hitur † compaternitas, & hoc modo procedit opin Archid.
& pro ista concordia vide tex. cum glo. de consecra. distin.4.
ęgrotantes.
Quo ad secundum, nunquid possint baptizare. dicit Ioan.
23 And. ꝙ surdus † baptizare potest, sed mutus non, quia necessa
rium est verbum, & elementum. j q.j. detrahe. de baptis. c.pen.
dicit tamen glo. in d.c detrahe. ꝙ licet mutus non baptizet,
& secus in mutastro, qui aliquo modo loqui potest, quia ta-
lis potest baptizari. idem tenet Io.& Phil. qui dicũt, ꝙ etiam
si volens baptizare per signa, exprimat personam Trinita-
24 tis, non tamen est baptismus, quia præcise verba † sunt ne-
cessaria per iura prædicta. simile de elect. vt in c. ecclesia. 1.
de elect. vbi consensus debet exprimi verbo, & non sufficit
quod exprimat facto. ad idem c.ab eo. de appell. in 6.& l.1. ff.
de verbo oblig vbi dicitur, quod stipulatio non potest con-
trahi nisi vtroque loquente, & ideo neque mutus, neque sur
dus stipulationem contrahere possunt, vt ibi dicitur. & hoc
sequitur etiam But.& dom. Cardin. in 8 q.
25 Ad tertium, nunquid mutus, & surdus † possit baptizari.
Ioan. Andr. dicit, quod mutus, & surdus, & sic qui vtroque
morbo laborant, potest baptizari. ex quo per signa potest
consensum exprimere, & hoc casu sequitur dom. Cardin. in
7. quæst.& Butr hic.
Sed aduerte, quia de muto, & surdo, qui nescit exprimere
26 consensum signis, & sic est † amens, nũquid talis potest bapti-
zari. Doctor. non tangunt. Tu distingue, quod aut fuit sanæ
mentis, & poterat loqui, vel alio modo demonstrare consen
sum signis, sed postea fuit amens factus. & hoc casu nisi ap-
pareat, quod dum erat in sana mente, proposuerat baptiza-
ri, non potest baptizari, vt in capitulo, maiores. in fine. de
baptismo. Aut iste a principio natus fuit sine intellectu. &
hoc casu puto, quod possit baptizari, quia ęquiparatur in-
fanti. & hoc tenet glos. & Doctores in dicto capitulo, mu-
lieres.

In

In glo. in verbo, perdurare. & videtur etiam tex. cum glo. de conſecr diſt. 4 in cap paruuli & hoc etiam videtur ſentire hic Hoſt. vt ſupra dixi.

Puto tamen, quod licet mutus, & ſurdus ſignis oſtendat, ꝙ intendit baptizari, tamen de celebritate eccleſiæ requiritur, quod vnus reſpõdeat pro ipſo ſacerdote. & de hoc videtur tex. in dicto cap. paruuli. licet poſſit intelligi de muto, & ſurdo, qui nihil intelligit: puto etiam, quod dato, quod nullus reſpondeat pro ipſo, quod valeat baptiſmus, ex quo per ſigna conſtat de eius voluntate, per ea quæ ſupra dixi. & ſic intellige Io. And & hoc de primo ſacramento.

27 Venio † ad ſecundum ſacramentum, ſcilicet confirmationis. & in hoc dic, vt dixi in baptiſmo: nam etiam in hoc requiritur verbum, & liquor criſmatis & altero de ſubſtantialibus deficiente neceſſe eſt vtrunque ſuppleri, ſecus eſt in ſolennitatibus. de quo dic, vt in capit primo, & fin. de ſacram. non iter.

Cætera vero, ſcilicet an mutus, & ſurdus poſſit leuare ad confirmationem, & an poſſit ipſi conferri ſacramentum cõfirmationis. dic vt dixi de bapt.

28 Quo ad tertium † ſacramentum, ſcilicet Euchariſtiæ: aduerte, nam aut quæris, an mutus, vel ſurdus poſſit conficere, aut quæris, an poſſit conferre.

Ad primum dicit Ioan. Andr. quod neceſſaria ſunt verba. per hoc ſequitur, quod a ſurdo poteſt confici Euchariſtia, ſed non a muto, quia vt dixi, neceſſaria ſunt verba. de celebrat. miſſar. cum Marthæ in princ. de conſecrat. diſtin. 2. quia corpus. & cap panis. & capit. ſequen ſine quibus etiam cum toto officio Miſſæ non eſt ſacramentum. de celebrat. miſſar. de homine.

29 Nota bene verba Ioan. Andr quia ſentit, quod ſi ſacerdos tempore conſecrationis non exprimeret, non conficeret verum corpus Chriſti, quod no. ad hoc allego glo. in clem. ſi dominum in ſanctis de reli & vener ſanc. in glo. mag. verſic ſed dubitatur, an oratio debeat eſſe vocalis, quæ dicit, ꝙ oratio quę fit per miniſtros eccleſię debet eſſe vocalis, ſed ſingularis oratio, quam facit quis pro ſe, vel pro alio de neceſſitate nõ eſt vocalis, licet de conſilio facienda ſit vocaliter per tres rationes, quas vide per illam glo.

30 Quo ad ſecundum dicit Ioan. And. quod licet mutus † non conferat Euchariſtiam, tamen ab alio conſecratam, ſi eſſet Sacerdos, qui eſſet factus mutus, qui ſolus eſt in eccleſia, poteſt infirmo conferri, quia nullo iure prohibetur. 93. diſtinct. diacones & capit. diaconi. vbi dicitur, quod tempore neceſſitatis diaconus miniſtrat Euchariſtiã conſecratam a presbytero, & ſic non requiritur, quod ille qui conſecrauit Euchariſtiam, ipſam miniſtret. Nec obſtat, quod mutus non poſſit dicere illa verba: Domine non ſum dignus, quia non ſunt de ſubſtantia, ſed ex deuotione, quod patet, quia nõ fuerunt Chriſti, ſed Centurionis. Matth. 18.

31 Quo ad tertium dicit Ioan. Andr. quod † Euchariſtia poteſt recipi etiam a muto, ſi apparerẽt ſigna pœnitentiæ. & de hoc eſt tex. 26. quæſt. 6. is qui infirmitatis. vbi dicitur, quod ſi quis in infirmitate amiſit, ita quod nihil intelligit, nihilominus eſt ei præbendum corpus Chriſti, ſi conſtat, quod ſigna pœnitentiæ præceſſerint.

Venio ad quartum ſacramentum, ſcilicet pœnitentiæ, & in hoc diſtingue: nam aut quæris, an mutus, & ſurdus poſſit confiteri peccata ſua: aut quæris, an poſſit audire in confeſſione.

32 In † primo caſu dicit Ioan. And. quod ſi eſt litteratus, poteſt confiteri peccata ſua per ſcripturam. Nec obſtat de pœnit. diſtinct. 1. quem pœniter. in princ. nam iſte tex. loquitur, quando quis eſt abſens, & vult confiteri peccata ſua per nuncium, vel per ſcripturam, & hoc non poteſt facere, vt ibi dicitur. ſecus quando aliquis eſſet præſens, & cum cauſa, confiteretur per ſcripturam: quia non poſſet loqui, hoc enim eſt licitum, ex quo ſubeſt iuſta cauſa & de hoc vide tex. cum glo. 30. quæſt. 5. qualis. & placet Innoc. in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. & But. hic. aut neſcit ſcribere, tamen in eo apparent ſigna pœnitentiæ, & tunc talis eſt reconciliandus, vt in capitulo, a nobis. ſecundo de ſenten excommunicatio. & trigeſimaſexta quæſtio. ſexta, qui recedunt. & capit. is, qui infirmitate. Sed ſi nulla apparent ſigna pœnitentiæ, tunc pro tali eſt orandum, ſecundum Hoſtien. de quo per eum in ſumma de pœnitent. & remiſſ. § penult. verſic. penult. Item ſequitur Butr. & dominus Cardin. in 10. & 11. quæſt.

33 Secundo caſu, an Sacerdos † mutus, vel ſurdus poſſit audire confeſſionem. Ioan. Andr. & Cardin. hic in 12. quæſt. dicunt, quod non, quia ſi eſt ſurdus, impeditur ne audiat, ſi eſt mutus, impeditur, ne verba abſolutionis proferre poſſit, nec pœnitentiam imponere. & dicit Ioann. Andr. quod neceſſitas plus viget in confitente, qui non poteſt verbum deponere, quam in confeſſione, quę poteſt omitti alius audiri. de hoc de officio Archidiac. capit. fin. de pœniten. & remiſſ. omnis vtriuſque.

Ex hoc dicit dominus Cardin. quod nullo caſu licet confiteri tali, niſi in caſu neceſſitatis, in quo etiam laico poteſt confiteri, & quid proſit talis confeſſio facta laico, & an laicus dicatur habere claues eccleſiæ, & nunquid poſſit abſoluere. vide glo. notab. in verbo, præterquam in mortis. in capitulo, paſtoralis. de officio ordin & dicit dominus Cardin. in duodecima quæſtio. in fine. quod hoc caſu poterit conferri confeſſio tali, ſcilicet muto, & ſurdo per ſigna, vel per ſcripturam.

Nunc deſcendendo ad quintum ſacramentum, ſcilicet ad
34 ſacramentum extremæ vnctionis, † & in hoc dicit Ioan. And. quod poteſt conferri mutis, qui propter ægritudinem, nec loquuntur, nec intelliguntur. facit capit. vlti. de hæret. in 6. & cap. ſecundo, de torneamentis. & dicto cap. qui recedunt. cum capit ſequen. 36. quæſt. 6.

Sed nunquid impediatur conferre. dicit Ioan. Andr. quod ſurdus poteſt conferre extremam vnctionem, ſed non mutus: nam debet interuenire oratio beati Iacobi, nonageſimaquinta diſtinct. § ſed illud & de ſacra vnctione. cap. vno. poſt princip. quam mutus dicere non poteſt, licet vnctionem facere poſſit, ſed non ſufficit vnctio ſine verbis, vt in dictis iuribus.

Venio nunc ad ſextum ſacramentum ordinis, & in hoc conſidera duos caſus.

35 Primus eſt, an † mutus, vel ſurdus poſſit ordinare.

Secundus, an mutus & ſurdus poſſit ordinari.

In primo caſu dicit Ioan. Andr. quod ſurdus poteſt ordinare, ſed mutus non, quia verba requiruntur, de ſacram. non iteran. in Rubr. & cap. 1. & fin.

In ſecundo caſu dic, ſecundum Ioan. Andr. quod mutus, vel ſurdus non poteſt ordinari, vt patet 55. diſtin. cap. 1. Item paſſus damna membrorum prohibetur ordinari, vt in capit. pœnitentes. eadem diſtinct. facit 1. quæſt. 1. ecce ſi clericus. in fine Item tales prohibentur iudicare. de iudic. l. cum prætor. & poſtulare. ff. de poſtul. l. 1. § propter caſum. patet vtrumque. tertia quæſtio ſeptima § hi. & § tria & § ſequen. ergo fortius prohibetur ordinari. Et dicit Ioann Andræ. quod tales non repelluntur a ſacramentis, quæ conferuntur gratia recipientis tantum. nam mutis, & ſurdis poſſunt conferri alia ſacramenta, ſecus in ſacramento ordinis, quod eſt dignitatis, prima quæſtio prima § ſi ergo. & § ecce. & no. de conuer coniu. capit. primo, in glo ſecunda. & iſta eſt concluſio Ioan. And. & Docto. licet plura verba effundant circa hoc de ſacramento matrimonij, quia patet per iſtum tex. quod mutus, & ſurdus. Expeditus de ſacramentis.

Quæro, an mutus, vel ſurdus admittuntur ad alios actus.
36 & primo, an admittantur ad † teſtimonium. & in hoc dic, quod aut loqueris in teſtamentis: & certum eſt, quod neque ſurdus, neque mutus admittitur. Inſtit. de teſtamentis. §. teſtes. aut loqueris in aliis actibus. & tunc dicit Vincen. quod poteſt teſtificari, ſi eſt litteratus, iurabit enim, & poſtea ſcribet teſtimonium. Sed contra, tertia quæſtione nona, teſtes. Vincent. dicit, quod aliud in abſente, qui non poteſt teſtificari per litteras, vt dicto capitulo, teſtes. Sed dominus Cardin. decimaquinta quæſtione 1. dicit, quod Specul in titulo de teſte. § nunc tractandum. verſiculo, quid in muto. tenet, quod non poteſt eſſe teſtis. & pro hoc allegat dominus Cardin. no. per ſe in dicto capitulo, teſtimonium. ſupra de teſtibus. vbi dicit, quod non ſufficit, quod teſtis ſcribat teſtimonium, etiam ſi plus iurauerit. Et hoc nota contra conſuetu-
37 dinem † Venetorum, qui mandant teſtibus, vt ipſimet ſcribant depoſitiones. hoc enim eſt reprobatum, quia iudex nõ poteſt compræhendere ex ſcriptura quod vult, & quo pallore, ſeu trepidatione teſtes deponant. Item vacillatio teſtis compræhenditur ex ſermone, & non in ſcriptura ad hoc facit ff de teſtibus l. tertia. vnde Doctores in capitulo, quoniam contra falſam. de probationibus. dicunt, quod examinator teſtium debet ſcribere iudici, an teſtes trepidauerint, quia trepidatio non compræhenditur ex ſcriptura depoſitionis teſtium.

Sed quantum ad dictum principale ego puto, quod excepto teſtamento mutus, & ſurdus poſſit teſtificari præſertim aliis teſtibus deficientibus: nam ſi ſcit reſpondere per ſigna, iudex compræhendet quo vultu reſpondeat, & vtrum trepidet, cum verba non ſunt de ſubſtantia teſtimonij, ſed teſtes non ob aliam cauſam producuntur, niſi ad faciendam fidem iudici, vt in l. tertia. § primo. & ſecundo. ff. de teſtib. & per Bart. in l. admonendi. de iureiuran. & per But. in cap. fin. de iureiuran.

Et ideo si iudex redditur certus per signa. vel per scripturam, & comprachendit in vultu, & in aliis, quo animo testis deponat, debet valere dictum testis non obstante, quod sit mutus, & surdus, præsertim vbi deficiunt alii testes: nam in
38 defectum aliorum testium sæpe admittitur † testis, qui alias repelleretur, vt in l consensu. C. de repud. & vide bon glos. quam tene menti, in capit cum dilecti. in verbo, & si in tres. de electio. Nec obstat dictum Specul supra allegatum, quia Specul. non se firmat, sed dubitatiue loquitur.

Secundo quæro, an mutus, & surdus possit facere testamentum, facio quatuor casus.

39 Primus est, quando est † mutus & surdus vtroque morbo a natura. & hoc casu non potest facere testamentum, vt est tex. in l discretis ff. qui testam. fac. poss.

Fallit primo, quando est miles, quia tunc potest facere testamentum, vt est tex. cum glo. in § quinimmo. Instit. de testam milit.

Secundo fallit, quando a principe impetrauit. l. si mutus. ff. de testam.

Nunquid autem hoc procedat de iure canonico, scilicet quod mutus, & surdus non possit testari, dicam post quartum casum,

Secundus casus est, quando est mutus, & surdus a casu, & sic ex accidenti, tunc si scit, scribere, non potest, vt dicit l discretis, nisi in casibus supradictis.

Tertius est, quando habet alterum vitium tantum, & solum est surdus, & iste potest testari, & codicillari, siue sit surdus a natura, siue ex accidenti, vt in d. l discretis.

Quartus casus est, si sit mutus tantũ, & iste, siue sit mutus a natura, siue a casu, potest testari, & codicillari, dum tamen sciat scribere, sed si nescit scribere non potest, vt dicta l discretis, nisi in casibus supradictis & istud intelligitur de muto, qui nihil loqui potest: non de eo, qui tarde, vel cum difficultate loquitur. similiter de surdo, qui nihil audit, non autem de eo qui cum difficultate audit, vt in § item mutus. Instit. qui testam. fac. poss.

Et aduerte in casibus, de quibus dixi, quod mutus, & surdus non potest testari, in eisdem casibus nõ potest relinquere legatum, vel fideicommissum, potest muto relinqui ab illo qui loqui potest, sed non a muto, vt in l nutu. ff. de leg 3. & in l. in epistola. C. de fideicomm. nisi morbus impediret loqui, quia tunc posset legatum, vel fideicommissum relinqui nutu, vt d. l. nutu. ff. de leg 3. per dom. Card. infra eo. tuæ. in j quæst. ad fin.

Sed nunquid si quis facto testamẽto efficiatur, vel mutus,
40 vel surdus, an † testamentum rumpatur. dic quod non, vt Instit. face poss § sed si quis. qui test. facit. 33. q. 5. qui vxorem. & in regula, factum legitime de reg. iur in 6.

Item aduerte, prædicta procedunt de iure ciuili, sed de æquitate canonica, valet testamentum factum nutu a muto, & a surdo. & hoc procedit præsertim in relictis ad pias causas. de quo vide glo. multum notabilem. & ibi per Doctor. in c. cum tibi. supra de testib.

41 Qualiter autem notarius † debeat facere instrumẽtum de consensu muti, & surdi, & simile de teste qualiter habeat deponere. dic vt per Bart. in dicta l. nutu. ff. de leg. 3. & per Bal. in dicta l. discretis. C qui testam. face. poss. Item qualiter notarius habeat facere instrumentum, quod quis sit mutus, vel surdus, vel cæcus, vel fatuus, vel furiosus. dic vt per Bart. in d. l. 2. ff. de bon possess infanti, vel furioso delata, in l. quidam in suo. ff. de condit. instit.

Tertio quæro, nunquid in contractibus fiat eadem distinctio, quæ fit in vltimis voluntatibus, scilicet an laboret vtroque morbo, vel altero tantum, vel an sit mutus, vel surdus a natura, vel a casu, sicut dixi de testam. hoc esset dicere an l. discretis. C. qui testam facere possunt. habeat locum in contractibus. glo. quæ reputatur singularis in l quid quod. §. mutus. in verbo, non prohibetur. ff de donatio tenet quod sic. Sed illa glos. nunquam placuit mihi: nam est contra tex. in l. item quia. ff de pactis. vbi dicitur, quod mutus pacisci potest, & ibi non exigitur, quod sciat scribere, prout requiritur in teste. & glo. ibi dicit, quod consensus muti per signa, vel per humeros exhibitus, dicitur expressus, probatur etiã in l. . . . . . , in princ. ff. de verborum obligat & in l. 1. in fi ff. de actio. & obligat. vbi dicitur, quod mutus, & surdus non possunt stipulari, quia in stipulatione non sufficit nutus, vel signa, sed verba requiruntur, vnde in aliis contractibus, in
42 quibus non requiruntur verba, † surdus, & mutus etiam a natura admittitur, quia sufficit consensus exhibitus per signa, probatur hoc in l in quibuscunque. ff. de actio. & obligat. & in l. si stipuletur. § in locando. ff. de verborum obligat. probatur etiam in l. mutus. ff. de procurato probatur etiam, quia matrimonium est cõtractus, & mutus, & surdus, potest contrahere matrimonium signis, quia contrahitur consensu magis, quam verbis. & pro hoc conclude, quod surdus mutus. siue a natura, siue a casu, potest celebrare illos contractus, seu illos actus, in quibus verba non sunt de substantia, sed solus consensus.

43 Quarto quæro, nunquid mutus, & surdus possit hæres institui, & hæreditatem adire. dic, quod potest hæres institui, sed hæreditatẽ adire potest, si potest intelligere id, quod agit, vt Instit. de hæred. qualit. & differ. §. fin. & ff. de acquiren. hæred. l. mutum. & l. pater. §. mutus. ff. de bonorum possess. infanti, vel furioso delata. sed si intelligit id, quod agit, tunc curator adibit hæreditatem nomine suo, vt in l. fina. C. de curat. furio.

44 Quinto quæro. nunquid † mutus, & surdus succedat in feudo. dic vt in c. 1. § mutus. Episcopum, vel Abbatem, & in cap. vno. de quo dic, vt ibi per Bal.

45 Quæro vltimo, an tales possint † constituere procuratorem. dic quod possunt constituere procuratorem ad agendum, & ad ministrãdum, ipsi vero possunt esse procuratores ad ministrandum, sed non ad agendum, quia in iudiciis requiruntur verba, sed nõ in administratione extraiudiciali. & de hoc vide tex. in l. mutus. ff. de procurat. & ibi glo. dicit, quod non potest mutus esse tutor, quia in eo requiruntur verba, & hæc sufficiant. Ex his enim soluuntur plura, quæ possent quæri: nam vbi verba sunt de substantia mutus, & surdus non admittuntur: alias sic, & semper recurre ad hoc capitu. quando dubitas, ad quæ admittatur surdus, & mutus. Sequitur capitulum, dilectus.

SVMMARIVM.

1 *Furiosus matrimonium contrahere non potest.*
2 *Furiosus caret consensu.*
3 *Actum nullum retractari, peti potest.*
4 *Tractica appellandi de iure ciuili.*
5 *Matrimonium contractum per ebrium, an valeat.*
6 *Electio facta de furioso, an valeat.*
7 *Eligens indignum scienter, qua pœna puniatur.*
8 *Monachus non potest consentire electioni sine licentia sui superioris.*
9 *Furiosus inhabilis est in his, in quibus requiritur consensus tacitus, vel expressus.*
10 *Furioso competit actio negociorum gestorum, si quis eius negocia gerat.*
11 *Actiones omnes quæ ignorantibus acquiruntur, & furiosis acquiruntur.*
12 *Tutor potest dari etiam inuitus, nisi iustam habeat excusationem.*
13 *Instrumentum qualiter fieri a notario debeat, quod quis sit furiosus.*
14 *Veniens contra factum suum non admittitur.*
15 *Matrimonium contractum cum furioso, quando valet.*
16 *Furiosus si aliquem occidat, an puniatur.*
17 *Furiosus an acquirat possessionem sibi traditam.*
18 *Furiosus habens dilucida internalla, an conualescet cohabitatione matrimonium contractum furoris tempore.*
19 *Consensus an requiratur simul in matrimonio contrahendo.*
20 *Consensus inter absentes qualiter contrahatur.*
21 *Matrimonium an & qualiter per litteras contrahatur.*

CAP. XXIIII.

1 Dilectus. Furiosus † matrimonium contrahere non potest.

In prima decise narrat factum.

In secunda, causas inserendo respondet. secunda ibi, cum autem.

2 Nota quod furiosus caret consensu, † & ideo inhabilis est ad ea quæ requirunt consensum. & ista est ratio, quia furiosus non potest contrahere matrimonium, quia matrimonium contrahitur consensu.

Sed opponitur contra tex. in eo, quod mandat matrimonium separari: nam matrimonium cõtractum cum furioso est nullum, ergo separari non potest, vt infra tit. j. ad dissoluendum, vt in l. nam & si sub condirione. § j post defectum. ff de inju. testam Sed dic secundum Doct. quod separantur a communi cohabitatione, vel separantur de facto, sicut de facto contraxerunt; nam fieri debet sententia diuortij, per quam iudicabitur matrimonium non tenere.

3 Ex hoc no. quod quis potest petere † actum nullum retractari, quia intelligitur petere, quod retractetur de facto, sicut de facto processit. & de hoc vide glo. 2. quæst. 1. primates. & in l. 1. ff. de fer. hinc est, quod de iure canonico potest quis appellare ab actu nullo, vt est tex. in cap. exhibita. de iudic. & in cap. dilecto in fi. de appellat.

Vtrum

Virum autem hoc procedat de iure ciuili. glo. videtur innuere, quod non, in l. 1. C. quando prouoc. non est nec. dum
4 ponit † practicam, quod ille contra quem est lata sententia, dicat, dico sententiam nullam, & si qua est, appello: nam illa practica non esset vera, si de iure ciuili posset appellari a sententia nulla, sed de hoc dic vt ibi no. per Doct. & per Bar. in l. si expressim. de appell. & plene per Docto. in d. c. dilecto. de appellat.
5 Sed quæro, an si ebrius contrahat matrimonium † valeat? Henricus Boic. dicit, quod si est ita ebrius, quod nullo modo habeat vsum rationis, & nescit omnino quid agat, idem dicendum est quod de furioso, secus si non esset tanta ebrietas per hoc, quod no. per glo. 15. q. 1. in summa. & in c. ebriauerunt. 35. dist. § criminis. & hoc sequitur Card in vlt. q.
6 Secundo, an si furiosus † eligitur, valeat electio. Vinc. dicit quod non, arguendo per istum tex. de matrimonio carnali ad spirituale, & dicit, quod qui elegerunt scienter, priuantur potestate eligendi, quia malefecerunt. 33. dist. maritum. si autem ignoranter non puniantur. de electio. innotuit. Qua au
7 tem pœna puniantur, qui scienter † eligunt indignum. dic vt de elect. cum in cunctis. & dom. Cardin. eod. ut. per inquisitionem. & idem dicendum est de collatione: nam licet sufficiat, quod electus, vel ille cui fit collatio, cōsentiat ex post facto de elect. quam sit in 6. de præben. eod. lib. 6. si tibi absenti. tamen expedit, quod tēpore electionis. vel collationis sint habiles ad cōsentiendum. Nec obstat id quod dicitur de mo
8 naco, † qui non potest consentire electioni de se factæ absque licentia superioris in c. si religiosus. de elect. in 6. nam dicitur inhabilis, & ideo potest eligi. de quo vide bo. tex. in c. si Abbatem eod tit. & lib. secus est in surdo, qui est tanquam corpore vitiatus. 33. dist. maritum. 55. dist. qui in aliquo. & sic est penitus inhabilis, nec idoneitas superueniens confirmat electionem, vel collationem inualidam. de elect. dudum. 1. de rescrip. si eo tempore lib 6. Sed contra hoc facit Insti. qui da. tut. poss. § si furiosus. vbi dicitur, quod furiosus datus tutor, tunc erit tutor, cum erit sanæ mentis. Item si furioso delegatur causa, tenet delegatio, vnde si fert sententiam, postquam est factus sanæ mentis, valet sententia, vt in l. cum furioso. ff. de iudic. Sol. dic, quod quædam sunt, in quibus requi
9 ritur consensus expressus, vel tacitus, & in talibus † furiosus est inhabilis, vt in l. 2. § furiosus ff. de iure codic. & ibi per glo. & in l. qui ad certum ff. loca. & vide bo glo. in materia in l. in negociis. ff. de reg. iur. & ista est ratio, quare nō valet electio, vel collatio, dato quod ex post facto efficiatur sanæ mentis, quia requiritur consensus electi, vel illius cui est facta collatio. Quandoque non requiritur, nec tacitus, nec expressus consensus: sed sufficit, quod cesset condictio, & tunc furiosus habetur pro non contradicente, vt in l. 2. §. voluntate ff. solu. matrim. & in l. ex duobus. ff de neg gest. & hoc dicit glo. in d.
10 l. ex negociis Item in furioso † requiritur actio negociorū gestorum, si quis gerit negocia eius, vt in l. 3 §. si furiosi. & per glo. ibi. ff. de nego. gest. & eadem l. § curatori. & hæc est ratio, quare sufficiat, quod in hac actione non interuenerit prohibitio, vt in d. l. si ex duobus. ff. de neg. gest. & C. eod. tit. l. fin. & not. per glos. in d. l. in negociis. Item ex quibuscunque causis
11 ignorantibus nobis † actiones quęrūtur ex iisdem etiam acquiruntur furioso, quia furiosus ęquiparatur ignoranti, vt ff. si cer. pet. l. si a furioso. Instit. de hæred. quæ ab intest. deferuntur. §. sui autem. quandoque non sunt tales actus, in quibus non requiritur consensus tacitus, vel expressus, & in quibus non cadit conditio, vt est in delegatione, quia potest inuitus dari delegatus, vt in cap. pastoralis. in princ de offic. deleg &
12 in tutore, † qui etiam potest dari inuitus, nisi habeat iustam excusationem, vt Instit. de excus. tut. in princ. & hoc casu furor non vitiat actum. & ista est ratio, quia si furiosus datur iudex, vel tutor, valet datio, si postea efficiatur sanæ mentis, vt in dicta l. tutor furiosus. ff de iudic. & in §. qui a furioso. Instit. qui da. tu. po. & tene mēti istam distinctionem, quia per eam potes intelligere, quando furor vitiet actum, vel non, & an furiosus habeatur pro consentiente, vel pro contradicente.
13 Qualiter autem † notarius habeat facere instrumentum, quod quis sit furiosus, vel testis deponere. dic vt per Bart. in l. 2. ff. de bon. poss. infanti, vel furioso delata. & in l. quidam in
a suo. ff. de condit. instit.[a]

In glo. prima. ista glo. voluit opponere, quod non debuerit admitti pater istius puellæ ad impugnandum matrimo-
14 nium, quia nemo admittitur † veniens contra factum suum, vt in cap. diuersis fallaciis. de cleri. coniug. huius timore glo. dicit, quod ignorabat ipsum esse furiosum tempore quo dedit ei filiam suam in vxorem. sed dom. Cardin. in prima op. dicit, quod etiam si sciens hoc fecisset, nihilominus audiretur veniens contra factum suum, quia matrimonium non tenet, ex quo defuit consensus, vt in littera dicitur. Nec obstat cōtrarium, quia hic vertebatur periculum animæ: nam ex quo matrimonium non tenuit, peccaret mortaliter, si dimitteret se cognosci ab ipso, & committeret peccatum fornicationis, cum matrimonium sit ipso iure nullum propter defectum consensus, sed vbi vertitur periculum animæ, auditur veniens contra factum suum, vt dicit glo in capit. inter dilectos de do. & contum. & in cap. ex tenore. de concessio. præben. & per Barto. in l iusiurandum § fina. cum l sequen. ff. de iureiur.

In glo secunda hæc potest diuidi in duas partes.

In prima opponit, & soluit distinguendo.

In secunda quærit, & respondet, recitando opiniones. secunda ibi, sed pone quod mulier.

In prima parte glo. facit tres casus.
15 Primus, quando erat furiosus tempore cōtracti † matrimonii, & hoc casu non valet matrimonium, vt dicitur in tex. & licet glo ponderet, quod iste furiosus erat in umbratæ quietis, & sic tēpore puellæ ignorauit ipsum furiosum. dic idem si sciuisset ipsum furiosum, quia non valeret matrimonium propter defectum cōsensus, vt dicitur in tex. & dicitur in glo. præced in hoc tamen secundum dom Cardin. noceret scientia, quia si pater, vel filia sciuisset ipsum furiosum perderet arras, vt in l. fin. § patrem. iuncta glo. in verbo, reddi. C. eo. ti. & per hoc puto, quod si mulier contraxerit matrimonium cum furioso, vel econuerso, bona fide putans ipsum esse bonę mentis, & passa fuerit se cognosci credens tempore copulæ ipsum esse sanæ mentis, quod filij erunt legitimi, licet matrimonium non valeat, & hoc videtur probari in tex. & glo. in cap ex tenore qui fil sint legit.

Secundus casus est, quando tempore contracti matrimonij non erat furiosus, sed postea fuit factus furiosus, & tunc matrimonium rite contractum nō dissoluitur per furorem superuenientem, immo talis habet filios in potestate, vt in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & 32. quæstio. 7. illi qui. & ff. de sta hom. l. qui furere ceperit.

Tertius casus est, quando erat furiosus, habens dilucida interualla: nam sunt aliqui, qui in reuolutione Lunæ efficiuntur furiosi, & durat furor per aliquos dies, & postea redeunt ad sanam mentem. & hoc casu dicit glo. quod tenet matrimonium contractum a tali, quod intellige, quando est contractum tempore sanæ mentis: nam si contraheret tempore furoris, non valeret matrimonium, & hoc probatur in l. diuus. ff. de officio præsid. vbi dicitur, quod si furio-
16 sus per dilucida interualla † occidat aliquem tempore furoris non punitur, sed si occidat tempore quo erat sanæ mentis, bene punitur. idem probatur in l. penult. C. de curat. furio. vbi dicitur, quia furiosus per dilucida interualla, dum sapit, potest hæreditatem adire, & omnia facere quæ sanis competunt.

In eadem glos. ibi, & qui tali furioso tradit possessionem.
17 dic, quod si quis tradat possessionem furioso, † furiosus non acquirit possessionem, quia in acquirenda possessione acquiritur animus, & corpus, vt in l. licet. C. de acquir possess. vbi vide bo. glo. quæ incipit, nota quod.

Tradens autem, vt dicit glo perdit possessionem. ratio est, quia ad perdendam possessionem sufficit solus animus possidentis, licet possessio non acquiratur illi, in quem intēdit possessionem transferre, vt in l. quod meo. §. si furioso. ff. de acquir. possess. secus in dominio, quia non perditur, nisi acquiratur alteri, vt in l. nec vtilem. ff. ea quib. cau. maio de quo vide per Bart. in dicto §. si furioso. & in l. si me in vacuam eodem tit. in quibus etiam declaratur, an indistincte sit verum, quod possessio perdatur, si alteri non acquiratur, & habetur per Doct. in d. c. olim. el. 1. de restit. spoliat.

In secunda parte glo. quæstio glo. potest dupliciter intelligi, primo modo de furioso non habente dilucida interualla.
18 Secundo modo de furioso habente † dilucida interualla, quando matrimonium fuit contractum tempore furoris, & vtroque modo procedit quæstio glo. secundum But.

Sed no. bene glo. quod vbi cōsensus interueniat matrimonium a principio est nullum, si validatur ex post facto, validatur vt ex nunc, non vt ex tunc. de quo vide bonam glo. in regula, non firmatur. lib. 6.

Sed quantum ad principale dictum glo & Doct. dic, quod dictum glo. procedit muliere cōsentiente, postquam vir rediit ad sanam mentē, & dicunt, quod vr sufficere tacitus consensus: puta si cohabitauit secū, postquam rediit ad sanam mētem, secus si mulier ante dissensisset, & aufugisset, quia tunc non teneretur ipsi consentire, dato quod rediisset ad sanam mentem, vt infra tit. vnico. de illis. j. & ij. & c. duo pueri.

Nec

ADDITIO.

a ¶Bal. in l. furioso. C. qui testam. facere poss.

Nec obstat secundum Host. & Doct. quod si duo consentiũt diuerso tempore est matrimonium, quia illud est verum quando alterius durat consensus, ita quod in aliquo memẽto datur simul consensus: puta quando quis contrahit matrimonium cum absente, vt in c. fi. de procur. lib. 6. nam oportet, ꝙ consensus absentis duret vsque consentiat ille qui contrahit matrimonium interueniẽte procuratore ipsius absentis, vt dr̃ in d. c. fin. Oportet etiam ſm Host ꝙ absens sit talis persona quę consentire possit, & ꝙ vtriusq; consensus currat in idem, & eodem tempore, alias non erit vnquam matrimonium, vnde etiam in iuribus allegatis in gl inuenies, ꝙ ambo simul secundo tacite, vel expresse consentiunt, vel is qui non consentit propter eius debitum compellitur consentire, & cum hoc transeunt communiter Doct. sed Abb. Sic. dicit esse notãdum ex hoc dicto Host quod ad matrimonium
19 contrahendum non requiritur, quod cõsensus præstetur † simul, & in eodem tempore, sed satis est. quod vnus cõsentiat per pons. & duret in suo proposito: nam alterius consensus poterit accedere ex postfacto, & dicit, quod idem tenet Hostien. in c ex literis. j. ẽ. eod. Sed ipse Abb. Sicu. dicit se de hoc dubitare per id, quod notat glo. in l. consensu. C. de actio. & obliga & in l. 1. in fi ff. de contrahen empt. & dicit, quod glo. vtrobique tenet, quod etiam in contractibus iurisgentium qui perficiuntur solo consensu, debet consensus similis præstari. & dicit, ꝙ idem videtur sentire Specul. in tit. de sponsal. § 1 circa mediũ. §. vbi dicit, quod responsio alterius debet sequi incontinenti, per l 1. & per l continuus. ff de verb oblig. & dicit, quod hoc dictum videtur tutius, & verius de subtilitate iuris, licet primum sit ęquius. & tenendum in practica, quod videtur sequi Ioan. And. hic, & in d. c. ex literis.

Sed tu dic, quod opin. Hostien. etiam de subtilitate iuris est verissima, & ipsam tene. Nec obstat glo. in l. consensu. ff. de actio & oblig. & in l. 1. in fi. ff de contrahen. empt. nam illæ glo. dicunt, quod debet consensus simul præstari, vel præsentialiter, vel per nuncium, vel epistolam: nam si dicã, ego velle vendere rem meam Petro, qui est absens pro decem, & aliquis audiens referat ista verba absenti, scilicet Petro, & absens dicat: ego sum contentus emere pro decem, non est
20 venditio, † nam licet contractus solo consensu contrahatur, nec exigat verba, tamen inter absentes nõ contrahitur, nisi interueniat nuncius, vel epistola, vt dicunt illę glo. quæ quotidie allegantur. idem est in matrimonio: nam si vnus dicit, ego acciperem talem in vxorem, si esset cõuentum, & vnus audiens referat ei verba, & ipsa dicat, ego ex nunc sum contenta, & accipio ipsum in maritum, non est matrimonium, nisi ei notificauerit, quod accepit ipsum in maritum, & ille remanserit contentus. Vnde Domi. Domi. in cap. fin. §. sane.
21 de procur. in 6 dicit, quod † si quis scribit litteras mulieri, si vult ipsum in maritum suum, & dat litteras nuncio ignoranti, quid contineant litteræ, & mulier receptis litteris consentiat, sed consensum nulli notificat, non est matrimonium, sed tunc est matrimonium cum consensum notificauerit, siue mittenti litteras. siue alteri. & hoc tenet Archid 30. q. 5. nec illud. & intellige. quod sufficit consensus alteri notificatus, dum tamen postea reducatur ad notitiam illius, qui misit litteras, & duret in priori consensu, vt probatur in c fin. de procurat in 6. nam solus consensus notificatus non facit matrimonium, vt dicit In noc. j. eo. tuæ. & ibi dicam. & quod sufficiat, quod consensus duret, donec alter ex postfacto cõsenserit, probatur in c. fi de procurat. in fi. Sed verum est, ꝙ requiritur, quod in aliquo momento detur simul cõsensus, & hoc voluit Host vt supra retuli & ita intellige glo. in verbo, retraxerit. in d. c fi de procurat lib 6. Non obstat dictum Spec. scilicet quod respõsio alterius debeat statim sequi post alterius interrogationem, per l. 1. & per l continuus. ff de verbor. oblig quia immo contrahitur matrimonium, si responsio sequitur ex interuallo post alterius interrogationem, dũ tamen interrogatum nõ pœnituit prioris propositi, vt dicũt Doct. infra eod. si inter. & ibi dicam, & sic debet intelligi Spe
a cul. in loco præalleg. sed latius dicam in d c. si inter. ᵃ & ideo teneo opin. Host. pro qua videtur tex. supra eod. ad id quod. vbi matrimonium metu contractum ex superueniente consensu confirmatur.

A D D I T I O.

a ¶De hoc etiam per dom. Alex. infra c. seq. 10. col. in fi.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium contrahitur per legitimum consensum verbis expressum*
2 *Consensus legitimus requiritur in matrimonio.*
3 *Verba non sunt de substantia matrimonij, sed solum de solemnitate probatoria.*
4 *Ecclesia ligat peccatum occultum, licet non iudicet.*
5 *Ecclesia appellatione venit militans.*
6 *Argumentum a consequenti destructio valet.*
7 *Substantialia actus ea dicuntur quibus positis, & actus ponitur.*
8 *Matrimonium præsumptum iuris, & de iure præsumptione, verba requirit.*
9 *Consentire in matrimonio eodem modo dicatur extraneus, sicut dicitur de filio alio contrahente.*
10 *Subarratio annuli præcedentibus sponsalibus de futuro, inducunt matrimonium de præsenti.*
11 *Subarratio an inducat matrimonium absque verbis.*
12 *Matrimonium contrahitur Padua nutu capitis per consuetudinem introductum, viro tantum per verba respondente*
13 *Consensus per signa, an sufficiat in volentibus loqui.*
14 *Puplicatio sola videtur constituere matrimonium.*
15 *Matrimonium potest etiam probari per probationem præsumptam.*
16 *Statutum disponens idem quod ius commune, quid operetur.*
17 *Matrimonium signis contrahere possunt valentes loqui.*
18 *Differentia inter matrimonium carnale, & spirituale, & enumerantur 58.*
19 *Veritas in matrimonio, & ecclesia, qualis.*
20 *Preces porrigere pro beneficio habendo, an liceat.*
21 *Seruire prælato pro beneficio obtinendo, an liceat.*
22 *Aetas qualis requiratur in matrimonio spirituali.*
23 *Aetas ad beneficia simplicia quæ requiratur.*
24 *Dignitas non curata, quam ætatem requirat.*
25 *Aetas Abbatissæ, & Monialis, quæ esse debeat.*
26 *Aetas quæ requiratur ad professionem generalem.*
27 *Matrimonium carnale non admittit frigidos, & castratos.*
28 *Eunuchus potest esse episcopus.*
29 *Sacerdos, vt possit celebrare, an teneatur seruare virilia amputata.*
30 *Matrimonium carnale fuit institutum ad prolem procreandam.*
31 *Matrimonium spirituale propter regimen catholicorum, & curam animarum introductum fuit.*
32 *Lepra non dissoluit matrimonium carnale, secus est de spirituali.*
33 *Vir non habet potestatem sui corporis.*
34 *Episcopus solus stricte & proprie loquendo, dicitur contrahere matrimonium cum ecclesia.*
35 *Sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam.*
36 *Eligentes non possunt resilire a consensu præstito, antequam electus consentiat.*
37 *Possessionis traditio non requiritur in matrimonio carnali.*
38 *Procurator constitui potest occasione matrimonij ad libitum.*
39 *Matrimonium licet clandestinum, dummodo constet, valet.*
40 *Argumentum a simili procedit ab vno ad reliquum, dummodo non ostendatur dissimilitudo.*

C A P. XXV.


Væ. Ista est famosa Decretalis. & per plures repetita. Ego vero examinabo ea quæ videntur necessaria, hoc dicit. Per legitimũ consensum
1 † contrahitur matrimonium, tamen inter eos qui loqui possunt, debet consensus verbis exprimi. Vel aliter, solo consensu legitimo contrahitur matrimonium, sed verba requiruntur quo ad probationem, subaudi, vel alia signa æquipollentia.

In prima ponit quæstionem.

In secunda eius solutionem, quam probat exemplis secunda ibi, nos igitur.

2 Nota quod ad contractum matrimonij † requiritur, quod consensus sit legitimus. Et per hoc infertur, quod matrimonium contractum cum consanguinea, vel per existentem in sacris, vel per professum non tenet, quia consensus non est legitimus. & vide tex in clem j de consang. & affin. vbi contrahens scienter cum consanguinea, vel cum affine vsq; ad quartum gradum, vel existens in sacris, vel professus contrahens
a matrimonium, incurrit excommunicationem. ᵃ
3 No. secundo ibi, quantum ad ecclesiam, ꝙ † verba nõ sunt de substantia matrimonij, sed solum de solennitate prohibitoria, quia ecclesia non iudicat de occultis, vt in c a nobis de sent. excomm. sed vide glo. no. in clem. j in verbo, eo ipso incurrant, quæ incipit, hic patet aperte, de hæret. nam illa glo.
4 dicit, quod † ecclesia bene ligat peccatum occultum etiam quo ad censuram suspensionis, excommunicationis, vel interdicti, quia peccator omnino occultus illas incurrit, licet ecclesia non possit illud iudicare, seu denunciare, cum sit occultus, illam glo. tene menti.
5 Nota tertio, quod nomine ecclesiæ † intelligitur de militante.

A D D I T I O.

a ¶Adde dom. Abb. in c. dilectus. j. not. extra eod. tit.

tante quando actus respicit forum contentiosum. & dom. Card.dicit hoc singulariter probari hic: nam ideo in matrimonio necessaria sunt verba, quo ad ecclesiam, vt ecclesia possit iudicare de matrimonio,& sic quo ad forum contentiosum.

6 Nota quarto, quod valet † argumentum a consequenti destructo, seu a destructione cōsequentis, nam litera arguit, quod verba non sunt de substantia matrimonij, quia sequeretur, quod nunc non possent contrahere matrimonium, qa non possunt loqui, quod est falsum. supra eodem, cum apud. Item sequeref, quod pueri potentes ad loquendum possent contrahere matrimonium, quod est falsum,& sic consequēs est falsum, ergo & antecedens est falsum, quia ex vero nō potest sequi falsum, de pęd. j.§ hoc idē. ver. si resuscitatus, alr et est ca. sed de isto articulo dic vt in c.& si Christus, de iureiu.

7 Nota ultimo, quod illud dicitur de † substantia actus quo posito ponitur actus, & quo remoto remouetur actus, nam ille tex. arguendo demonstrat, quod consensus est de substātia matrimonij, quia muti ꝯtrahunt qui possunt consentire sed non impuberes, quia non habent ꝯsensum, licet possint exprimere verba matrimonij, quia ipso posito ponitur matrimonium, & ipso deficiente deficit matrimonium.

In glossa j. pro declaranda ista materia quæ est valde dubitabilis, quia Doctores varie loquuntur, facias quatuor casus.

8 Primus est, quando loquimur in † matrimonio præsumptione iuris, & de iure, & in hoc requiruntur verba, vt in c. is qui, infra eodem, & hunc casum ponit gl. vnde Innocent. hic dicit, quod vbi præcesserunt aliqua verba apta ad sponsalia contrahēda, vel matrimonium, tamē propter aliquod impedimentum non valeant sponsalia, vel matrimonium postea propter carnalem copulam præsumitur matrimonium, ca. veniens, de eo qui dux in ma. quam po. per adul. in c.fi. de coniug seruo.

Secundus casus est, quando matrimonium est pręsumptū præsumptione iuris tantum, & in hoc similiter non requiruntur verba, & in hoc pone tria exempla. primum exemplum est in matrimonio contracto per parentes nam filij intelliguntur consentire, vt in c.j in fi de despon.impu lib 6 & hunc casum ponit etiam glo. sed in hoc casu non dicuntur deficere verba. quia verba parentum cēsentur verba filiorū.

9 Nunquid autem idem sit in † extraneo s. vt ille pro quo contrahitur matrimonium intelligatur consentire, sicut filius intelligitur consentire, si pater pro eo contrahit matrimonium: But. hic tangit, sed ego dicam in cap j de matrimonio contracto contra inter. eccl.& tangitur per gl Io. Andr. & Dom. Dom. in c.j in §.j. de despon. impub li 6. Secundum exemplum est, quando interuenit aliquis actus a iure, vel a consuetudine inuentus ad introducendum matrimonium, vt est subarratio annuli, in tali non requirūtur verba.& But.
10 & Doct. communiter colligunt ex ista glo. quod † subarratio annuli præcedentibus sponsalibus de futuro inducit matrimonium de præsenti, secus si non præcederent sponsalia, quia tunc subarratio induceret sponsalia de futuro, vt dicit Io. And.& But in rubrica huius tituli. sed tamen ista gl. non dicit illud ad quod allegatur, sed dicit, quod quādo per alios contrahitur matrimonium, quia est præsumptio, quod consensit, ex quo passus fuit se subarrari, & ex hac gl. potes notare differentiam inter patrem, & extraneum, quia si pater contrahit matrimonium pro filio, censetur filius consentire si non contradicit, sed non si extraneus contrahit, nisi sequatur subarratio, vel alius actus per quem inducatur præsumptio, & consensus, de quo dicam in ca. j de matrimonio contracto contra interd ecclesiæ item vide tex. cum gl. not.
11 in ca tenor. de re iudi quæ dicit, quod † subarratio ^a inducit
a matrimonium interueniente consensu tacito, vel expresso, & sic vbi apparet de tacito consensu per subarrationem inducitur matrimonium etiam uerbis non interuenientibus, vt dicit illa glo sed plenius dicam in ca.fi de despon. impub. quid operetur subarratio, vbi gl tangit. Tertium exemplum est: pone, quod est consuetudo in loco, quod volentes matrimonium contrahere accedant ad ecclesiam, & sacerdos benedicat vtrunque, vel ponat eis manum super caput, vel qd aliud, quo facto reputetur matrimonium, nam sine dubio sufficeret hoc. Idem de sponsatione, vel alio signo si babeat consuetudo, quod eo interueniente censeatur matrimoniū contractum per hoc, quod no j. ca.fi. & istud exemplum ponit dom. Card in fi. q j pro quo vide gl fi. in capit j. de sponsa. duorum.

Tertius casus est, quando matrimonium est uerum, & alter expressit verba significantia consensum de pręsenti, alter vero annuit capite, vel alio signo, & hoc casu contrahitur matrimonium, & hoc videtur velle gl infra eodem, si inter, in gl. j. in fi. ad hoc, quod no Host.& Doct. in ca j j. de sponsa. duorū. vbi hoc dicit, quod si dico accipio te in vxorē si me si me osculatus fueris, & tu me osculo tāgis, incōtinenti erit matrimonium.& dom. Card hic ad fi. primæ quæst. dicit, ꝙ
12 de † consuetudine obseruatur, vt saltem interueniant verba viri, quo casu si mulier interrogata annuat capite, hoc sufficit ad matrimonium, & sic dicit seruari Paduæ.

Quartus casus valde dubitabilis est, quādo neuter profert verba, sed solum signis annuit, & præsupponas, quod nullū totoruenerit de his quæ supradixi, & hoc casu si sunt muti planum est, quod valet matrimonium, vt hic, & supra codē, cum apud. sed si possunt loqui, in hoc est magna altercatio inter Doctor. nam glo. prima hic tenet quod verba sunt de substantia in his qui possunt loqui. sed Docto. ipsam in vna parte tenent cōtrarium, & hoc est ibi, vel per aliquid aliud, puta ipso facto, &c.

Sed tu dic, quod glo. debet referri ad id quod dicit, scilicet quando parentes contrahunt pro filiis tacentibus, vel quādo extraneus contrahit pro extraneo, & sequitur subarratio & ad hoc referas similem glo. de fideicommisso, quia voluit dicere, quod si fideicommissum poterat relinqui nutu ab his qui loqui possunt l. nutu ff. de leg 3.& l. in epistola C. de fideicom. Ita & matrimonium contrahitur signis ab his qui loq possunt, quando interuenit actus ꝙ a iure expresse inducatur matrimonium, vt in exemplis glo. vnde istis cessantibus glo. tenet, quod verba sunt de substantia, & ita gl. est intelligenda: non est enim verisimile, quod incontinēti se corrigat, ut in l. nam ad ea. ff de condi.& demonstra idem tenet
13 Innoc. dicit enim, quod in † valentibus loqui non sufficit cōsensus, quo ad ecclesiam sine verbis. 22. quæst. 2. is qui immo plus dicit Innoc. quod etiam si constet modo, quod ad inuicem consenserunt. quia hoc confitentur, tamen non est matrimonium sine verbis, vt hic, & hoc reprebabo j. & est ratio secundum Innocen. nam ecclesia sic statuit, licet sit contra ius naturale, nam de iure naturali matrimonium solo consensu contrahitur. sed dicit Innoc. quod fuit iusta causa huius statuti, sine tantum sacramentum esset in incerto, & dicit quod si contrarium diceretur, sequeretur absurditas, l. ꝙ si vir, & mulier eundo per viam sibi adinuicem placerent, & in corde suo desiderarent esse adinuicem coniuges, quod esset matrimonium, quo nihil periculosius est, & idem tenet Tan.& Goff sed Tan. dicit simile, nam & matrimoniū spirituale contrahitur consensu eligentium, & electi, de transla. inter corporalia, & tamen necessaria sunt verba, de elect. cū inter canonicos, & c. quia propter diuersitatē, & c. ecclesia. j. pro hoc facit, quia ex quo potest quis san. non baptizatur, nisi respondeat, de consecra. dist. 4. cum pro paruulis, & pro hoc infra eodem, si inter, & de spon duorum, ca. licet. ibi, in vtroque dicente.& quod not. 43 di si Rector.

Idem tenet magister sententiarum, in 4. dis 27. vbi beatus Tho. articulo 2. dicit, quod coniunctio matrimonialis fit ad modum obligationis quæ fit in contractibus.

Contractus autem non potest fieri, nisi contrahentes inuicem suam voluntatem verbis exprimant. vnde & in matrimonio uerba requiruntur quę se habent ad matrimoniū sicut ablutio exterior ad baptismum, sed illa est necessaria. j quæstio. j. detrahe. ergo & uerba in matrimonio. & quamuis votum obliget, quo ad Deum sine verbis 17. quæstio. j qui bona, secus tamen est in matrimonio, quia in voto non est aliqua sacramentalis obligatio, sed spiritualis tantum, ideo non oportet, quod fiat ad modum matrimonialium cōtractuum pro hoc facit secundum dom Card in j quæstio. quia in voto est obligatio vnius tantum in matrimonio duorum & de eo non expedit fieri fidem, quia Deus intuetur cor. 14. quæstio. j. si quid inuenisti. dicit tamen beatus Tho. quod in puellis tacentibus ob verecundiam sufficiunt verba parentum, quia reputantur verba ipsarum, & idem in hoc vltimo dicit glo.& Doct. communiter sequuntur hanc eandem opinio. quod verba sint de substantia matrimonij etiam in uolentibus loqui tenuit Vin j. tit. proximo, c.fi. & Alanus, de spon. duorum, licet.

Contrarium tenet Host. hic, & ad hoc inducit l. nutu. ff. de leg. 3.& in l.& in epistola C. de fideicomm. in quibus dicitur

quod

ADDITIO.

a ¶ An subarratio inducat matrimonium interueniente consensu tacito vel expresso verbis non interuenientibus de Alex. corrigit se hic per ea q no. in c. tuæ in 2. colum. uer. secundus casus, infra de despon. impu. dicēs, quod si sponsalia præcedunt de futuro subarratio, quæ subsequitur intelligitur secundum naturam præcedentium sponsaliorum, nā subarratio fiat ex interuallo post sponsalia cōtracta, quia secus, ut subarratio sequēs aliquis operetur.

quod ille qui potest loqui potest legatum, vel fideicommissum signis, vel nutu relinquere, per illas ll. nam cum valeat loqui, & sit melior sensus, melius poterit ostendere sensum signis. ad idem facit l. si stipuletur. §. si in locando. ff. de verborum obliga. inducit etiam Hostien. quod mulier etiam tacendo dicitur consentire, vt ff. cod. l. in sponsalibus, in fi. & in l. sponsalia. cum l. sequen. Sed tu dic, quod ista iura loquuntur in sponsalibus contractis verbis per parentes quibus filii intelliguntur consentire, vt in ca. j. §. fi. de despon. impub. lib. vj. & dixi supra in secundo casu.

Ex his dicit Host. quod quamuis verborum forma deficiat si tamen de violenta præsumptione constat euidenter in foro contentioso iudicabitur pro matrimonio, quicquid sit in pœnitentiali, & de hoc per eum in summa, de matrimonio sub §. qualiter contrahatur. § j. ij. & iij. vbi ad prædicta indu-
14 cit, de clan. despon. ca. ij. vbi sola † publicatio videtur facere matrimonium, & pro hoc facit, quod quis scribat voluntatem suam, & sic verba non requiruntur. C. de testa. l. iubemus, in prin. & l. fi. in fi. item per scripturam cõtrahitur matrimonium spirituale j. quæst. 7 saluberrimum 20. q. j. vidua. 23. q. 1. omnes fœminæ & plus est factis quam verbis consentire. ff. de ll. l. de quibus. de app. dilecti. Secundo ad idem de coniug. seruorum, c. vlt. ibi, nec facto, nec verbo, cõsenserit in eundẽ. Dom. Card. dicit, quod hanc opi. tenuit Vgutio de san. Vict. quem refert. Io. Cald. dicit, quod oportet eos qui coniunguntur inuicem consentire, vt spontanee se recipiant, quod iudicat fieri si in dispensatione non contradicant, sed mihi non videtur, quod in his verbis Vgu. de sancto Victore præcise hoc inferre velit, nam dicit, quod cõsensus exigitur: Vtrum autem debeat verbis exprimi, non declarat. Nec obstat, quod si quis non contradicit dispensationi, quod censeatur consentire. quia verba matrimonii fuerunt prolata per alios, & idẽ, ex quo non contradicit censentur verba sua, & in hoc casu loquitur Vgu. de sancto Victo. Ad rationes etiam inductas pro prima opinione quam tenet gl. & Innocent. & alii quos supra retuli, respondet Hostien. ad primam cum dicitur, quod in matrimonio spirituali, vel econuerso immo sunt multæ differẽtiæ, vt dicam infra. Ad illud quod dicitur de baptismo respondet, quod in baptismo forma verborum est de substãtia, licet nõ in matrimonio. Ad absurditatẽ autem quam inducit Innocent. de cunnibus per viam respondet Hostien. se fateri, quod ecclesia non iudicabit pro matrimonio, nisi ei constet, vel per verba, vel per alia æquipollentia, sed in exemplo Innoc. non posset fieri fides ecclesiæ de consensu, neque dicuntur cõsentire, cum alter ignoret de reliquo. nam licet vtriusque sit sensus, non tamen est consensus, quia non inuicem vterque consensus, quod requirit. nam in exemplo Innocentii diuisus est consensus, quia ego ignoro, quod consentias in me, & tu ignoras, quod consentiam in te: ergo non est matrimonium, & istam responsionem Host. sequitur domi. Cardi. & Butr. pro qua facit glo. in verbo, contraxit. in c. fi. de procurat. libro 6. & dixi in cap. præcedenti, ad fin. Ad istum autem tex. dum dicit, quod quantum ad ecclesiam necessaria sunt verba, subaudiunt Doct. tenentes opin. Host. vel aliud, quod idem importet, puta, signa, nam paria sunt aliquid exprimi per verba, vel per circunlocutiones, de testi. licet ex quadam. Ioan. And. concordans opiniones dicit quod aut præcessit tractatus de contrahendo matrimonio, & tunc sit vera opi. Hostien. s. quod matrimonium contrahatur signis absque verbis, aut non præcessit tractatus, & tunc dicit, quod procedit prima opi. s. quod verba sint de substantia, & pro hoc vide bo. glo. in cap. fi. in 2 glo. de coniug. seruorum. inducunt etiam aliqui, quod notat Archidia. 22. quæst. 2. in palea, duobus. vbi dicit, quod quãdoque per osculum contrahitur matrimonium, de quo supra dixi, & habetur per Doct. in capi. j. infra de spon. duorum. Sed Archi. 43. dist. si rector ad fi. dicit quod si verba aliqua præcesserint, licet non habuerint effectum, postea tamen ipso facto contrahitur matrimonium, & idem dicit gl. in dicto cap. fi. de coniug. seruorum, secus si nulla verba præcesserint, & secundum Archidia. quando nõ præcesserit tractatus, qui ad notitiam vtriusque peruenerit non sufficit consensus absque verbis, alias sic.

Ex quibus verbis Archi. colligitur concordia, quam fecit Ioan. And. sed dom. Card. tenet opin. Hostien. scilicet, quod verba non sint de substãtia. & dicit, quod siue præcesserit tractatus, siue non, dummodo signa sufficienter conueniat cõsensui erit matrimonium. Cum enim non sit certa forma tradita in exprimendo consensum matrimonialem, sufficit quocunque modo detegatur consensus vtriusque. & dicit, quod de hoc videtur casus in ca. ex parte M. de restitu. spoliato ibi cum per solam traditionem quam præcesserunt sponsalia, vel consensus &c. nam alternatiua cadit inter diuersa, vt in regula, in alternatiuis, lib. 6. & in c. inter cætera, de rescriptis, dum ille tex. dicit, vel consensus debet intelligi sine verbis, vt differat a verbo, quod præcedit sponsalia. & dicit do. Cardin. quod ille tex. est ad hoc singularis. Sed potes respondere quod vbi interuenit tractatus, i. traductio ad domum viri, quod hoc sufficit ibi, consensus sine verbis, licet non sufficiat ad matrimonium, sed non est dare rationem differentiæ inter sponsalia.

Aduerte tamen, quia in ca. sequenti interuenerunt verba saltem ex parte viri. dicit tamen dom. Cardi. quod tutior est opinio quæ dicit, quod verba sunt de substantia matrimonii quia difficulter potest constare de consensu absque verbis. But. vero tenet opin. Host. dicit enim quod aut quæritur, quod exigatur ad substantiam matrimonii, & dicit quod exigitur solus consensus cum hac qualitate, quod sit legitimus. vnde tex. communiter dicunt, quod solus communiter exigitur, ut supra eodem, ad id quod, & c. cum locum, de restitut. spol. ex parte, infra eodem, tua nos, & 27. q. 2. sufficiat, & dicit, quod veritas est, quod de substantiali solennitate matrimonii est necessarius solus consensus ¶ Aut quærimus de solennitate probatoria, quo ad certificandum ecclesiam, vel quo ad materiam fori contentiosi, & tunc dicit aduertendum ad certitudinem, quam velit ecclesia de matrimonio: nam si vult certitudinem veram exiguntur verba, & ita loquitur iste tex. sed dicit Butr. quod ius non exigit hanc certitudinem ex necessitate, quia modus probandi vere, vel præsumptiue au-
15 re communiter non differentiatur, vnde matrimonium potest probari per probationem præsumptam aliter, quam per verba. nam ista litera exegit consensum ad substantiam matrimonii cum hac qualitate, quod sit legitimus consensus, ergo de se sufficit ad solennitatem veræ probationis: ius exigit verba, non quia alia probatio non sufficiat, quia solennitas probationis, vt instrumentalis non est de substantia actus, sed est de bene esse ad certitudinẽ probationis, & dicit quod hoc est tenendum, quicquid dicat Beatus Thom. cuius rationes nihil concludunt. Et Abb. Sic. hic dicit, quod Doct. Moderniores communiter sentiunt cum Hostien. & dicit, quod semper tenuit hanc opinionem, & dicit hoc probari per istũ tex. nam consultatio fuit facta in genere. & Papa respondendo probat verba non esse de substantia, adducendo exemplum de muto: si enim quo ad validitatem matrimonii voluisset æquiparare mutum, & loqui valentem: illud autem certum est, quod mutus potest contrahere matrimonium sine verbis, dum exprimat consensum signis, vt supra eod. cum apud. Papa enim hic respondet non statuendo de nouo, sed secundum ius antiquum: ergo fortius hoc poterit valens loqui, quia cum sit melius sensatus, poterit consensum significationis melius exprimere. Item dic, quod nullus tex. præcise requirit verba. Nec obstat istud cap. quia hic Papa respondet ad consultationem, & sic non ponit ius de nouo, vt dicit gl. in c. consultationi. de tem. ord. & est alia gl. in c. ex tua. in prima glo. de filiis presbyterorum. & dicit, quod per hoc tollitur motiuum Innoc. dum dicit, quod ecclesia hoc statuit: nam hoc statutum nullibi habetur. & dicit, quod hanc opinionem sensit glo. no. 27. quæst. 2. sufficiat. in verbo, solus. nam super illo verbo glo. dicit, quod verba sunt necessaria quo ad probationem matrimonii, & sic intelligit hoc capit. probatio vero confessionis non restringitur quo ad verba, vt in l. nutu. ff. de legat. 3. & in l. epistola. C. de fideicommis. liber. & in l. si stipuletur. §. in locando. ff. de verborum obligat. vnde non debet referre quid ex æquipollentibus fiat, vt in cap. licet ex quadam. de testib. mihi videtur, quod si præcesserit tractatus, vel aliqua verba, quæ non effectum habuerint, quod tunc matrimonium posset contrahi signis, per no. per glo. in cap. fin. de coniug. seruorum & hoc vult Archid. in capit. si Rector. 43. distinct. & Ioan. Andr. hic. idem si præcessit actus, qui a iure, vel cõsuetudine iudicetur pro matrimonio, vt in casibus quos supra enumeraui, vbi vero cessant verba ab vtraque parte, nec interuenit actus, esset difficile probare, quod habuerit intentionem cõtrahendi matrimonium. immo præsumeretur nutibus, & signis respondisse causa ludendi, magis quam non contrahendi matrimonium. ad hoc In stit. de testam. mil. §. is ergo miles. & quod notat Hostien. in summa de matrimonio. §. qualiter. ver. quid si alter dicat. cũ versic. sequen. & quod dixi supra eod. ex litteris j. si tamen esset violenta præsumptio, quod illos actus fecissent animo contrahendi matrimonium, iudicaretur matrimoniũ, quia violenta præsumptio sufficit ad condemnationem, vt in capit. litteras. vbi bona glo. de præsumptio. 32. quæstio. 2. dixit dominus.

Sed in dubio quilibet iudicaret tales fecisse animo ludendi, ex quo non respõdent verbis, cum possent loqui, & ideo in practica difficile esset cognoscere, quomodo signis absq; verbis contrahitur matrimonium: vnde iste tex. dicit, quod

verba

verba sunt necessaria, quo ad ecclesiam, quia cum magna
difficultate potest probari consensus deficientib. verbis hoc
etiam voluit hic dom.Cardi in si primæ quæstio.qui etiam
dicit,quod communiter obseruatur, quod saltem interue-
niant verba viri, quo casu si mulier interrogata annuat ca-
pite iudicatur matrimonium esse contractum. mihi etiam
non placet,id quod dicit Innocen dum dicit,quod si ambo
confiterentur,quod fecissent illa signa animo contrahendi
matrimonium, quod non esset matrimonium sine verbis,
nam immo esset matrimonium,ex quo ecclesiæ publicatur
matrimonium, & sic ei fit fides de consensu, & de hoc est
bo.tex.in c. ij.de clan.despon.Et ex his sumus expediti de isto
casu valde dubitabili.

Sed præsupposito,quod verba non sint de substantia ma
trimonii,& quod sufficiat consensus exhibitus per signa,po-
ne dicit statutum,quod contractus matrimonii possit cum
cõsensu celebrari,sed vt matrimonium probari possit,quod
verba adhibeantur probari poterit per alia signa.dom.Car.
in 2.q.dicit,quod non debet recedi a verbis statuti. 6. quæst.
3.scriptum,& si.qui,& a quibus.l.prospexit. nam statuta stri
ctè intelliguntur.l.3.§ hæc verba.ff.de neg.gest. secus dicit in
dispositione iuris communis,vt hic: nam licet ius commu-
ne dicat verba necessaria,non est verisimile, quod noluerit
restringere facultatem detegendi consensum matrimonia-
lem,seu probandi ad uerba tantum,sed mihi videtur, quod
tale statutum disponat idem quod ius commune,& ideo de
bet intelligi,& recepit omnes limitationes, & restrictiones,
& extensiones,quas recipit ius commune c.ad audientiam,
de cleri.non resid.& c.ex parte,3.de verborum significat.vbi
16 hoc dicit But.Dices,quid operatur statutum. † dic quod sa-
tis operatur,quia oritur noua acti.ex statuto, vt dicit Bart.
in l.j.ff ad legem Falci & in l.si mulier.ad fi.ff.de le.3.& quod
notat gl.in verbo,a rationabili,in ca j de constit.lib.6.& per
Doct.in c.j de rescriptis. Item operatur,quia solet plus time-
ri,&c.& 23.dist.quamquam.sed hoc tamen intellige, quan-
do statutum disponit.quod ius commune, secus si dispone-
ret in materia iuris cõmunis,non tamen idem expresse dice
ret,quod ius commune,quia tunc statutum esset intelligen-
dum,vt aliquid operetur vltra ius commune.ad hoc c. si Pa-
pa,de priuil.in 6.& hoc voluit Bart.in l.3 §.prætor ait, ff. de
dam.infec.vbi dicit Barto.quod si statutum dicit, quod cita
tio possit fieri personaliter, vel ad domum dabitur electio il
la qui facit aliquem citari, nec tenebitur requirere persona
liter reum antequam citet ad domum,quia secundum hoc
statutum nihil induceret vltra ius commune. vbi autem sta
tutum aliquid operatur vltra ius commune est restringen-
dum,vt minus lędat ius commune, quam fieri possit, & de
hoc est tex.qui reputatur singularis in c.cum dilectus,de con
sue Vbi verbum electio,positum in statutis accipitur pro cõ
firmatione,quia minus lędit ius commune.ita intentio,quã
si staret proprie,& sic verba statuti intelliguntur improprie
quando accipiẽdo intellectum proprium minus læditur ius
commune, quam si acciperetur intellectus proprius, & de
hoc vide But.in d.c cum dilectus,& But.& dom.Abb in d c.
ex parte,3 de verborum signific sed in casu dom.Abb.statu-
tum præcise disponit idem quod ius commune, & sic intelli
geretur,alias sequeretur absurdum,s quod impediretur pro-
batio matrimonii contracti, nam non potest inferior a Pa-
pa disponere,quod matrimonium non possit probari, nisi p
verba,quia inferior a Papa non potest interpretari, & non
obstante tali statuto posset probari contractus matrimonii
per signa,pro quo optime facit tex.in ca.2. de probat. Fateor
tamen,quod statutum est honestum,& contrauenientes pec
cãt,quia per hoc ecclesia redditur incerta de matrimonio,
sed tamen per hoc non impeditur, quin possit probari ma-
trimonium per signa.& hoc procedit intelligendo, quod sta
tutum disponit vltra ius commune. faciunt quæ dixi s.eod.
c.j.in illo articulo,an valeat consuetudo,vel statutum dispo
nens contra matrimonium.

In glo penult domin.Cardi. dicit, quod illa glos sentit,q
17 valentes † loqui possunt contrahere matrimonium signis,
dum dicit,quod duo sunt ad matrimonium necessaria,s.uer
ba,vel signa,& consensus sed glo se retulit ad tex.Et ideo in-
quantum gl.dicit verba esse necessaria intellexit de valenti-
bus loqui:inquantum vero dixit,vel signa,intellexit de mu-
tis, quia glo.se ad tex retulit,& ideo referas singula singulis.
18 Extra gl quæro, quæ sint differentiæ † inter matrimoniũ
carnale,& spirituale,quia quotidie de his differentiis remit-
timus ad hoc c.soluit Host.per versus:

Vnus, consensus, cupiensque, pecunia, pura:
Mens, concors, distant spiritus atque caro.

idest matrimonium carnale,& spirituale,& remittit Host.p
alia differentia,infra de consang & affin.non debet.§. qua-
ternarius,de qua dicam infra,sed glo.Ioan.Andr.addit alios
versus.

Mens concors,sacrans, perficit illa simul.
Aetas,& qualitas,tempus,& causa proles.

Prima differentia colligitur in primo versu Hosti. in ver-
19 bo,vnus,†quia in carnali matrimonio vnus debet esse ma-
ritus,vna mulier,& econuerso,de diuor.gaudemus. In spiri-
tuali autem matrimonio,vna ecclesia generalis,item plures
sponsos,vt nota de transla.præla inter corporalia,& vnus ha
bet plures sponsas,de præben de multa.

Secunda differentia colligitur in verbo, consensus, quia
carnale matrimonium solo consensu contrahitur, spiritua
le vero non,vt in c.cum inter canonicos,de elect.eodem tit.
quia propter,& in cap.ecclesia.el primo,vt supra dixi:conue
niunt tamen in hoc,quia neutrum sine licentia Papæ dissol
ui debet,de hoc infra titu j c.2.

Tertia differentia colligitur in verbo,cupiens,quia ab ini
tio quis non debet contrahere matrimonium carnale, nisi
mere voluntarius, & appetens 27. quæstio.ij. institutum. In
spirituali vero non debet se iungere.C de episco. & cleri.l. si
quemquam.8.quæstio.j in scripturis.vbi vide bo gl. Et nun-
20 quid liceat † porrigere preces pro se,vel pro alio pro benefi-
cio simplici,vel curato.vide glo.magnam,& nota.in c.tuam,
de ætate,& quali.
21 Item nunquid sit licitum seruire † prælato ob hanc cau-
sam,vt habeat beneficium vide gl nota.j q j sunt nonnulli.

Quarta differentia, in verbo, pecunia, quia in spirituali
matrimonio non debet interuenire pecunia,sed bene in car
nali.30 q.5.nullum.& 4.q.4.consanguineorum. & de hac de
pęni cle.cap.j.

Quinta differentia tollitur in verbo,pura, quia in carnali
matrimonio potest apponi conditio, vt in capit super eo,de
condit. appo.in spirituali vero non de electio cap.2.lib.6 &
1.quæst.2.quam pio. hinc est, quod non licet renunciare be-
neficio cum hoc, quod conferatur nepoti renuncianti. glos.
& Docto in cap.ex parte.de officio delega.& 8.quæst.5.Apo
stolica.

Sexta differentia est, in verbo, mens,in principio secundi
versus, quia in carnali matrimonio debet esse cum proposi-
to aliam non ducendi.de condit.appos. capi fin. vnde matri
monium est maris, atque fœminæ coniunctio indiuiduam
vitæ consuetudinem retinens,quia debent esse in proposito,
vt nunquam diuidatur matrimonium inter eos, sed in spiri-
tuali potest quis in mente gerere, quod de vna administra-
tione transferatur ad aliam, cessante tamen ambitione. de
translat prælat.c.fi.8.q.1.episcopatum.

Septima differentia in verbo, concors, quia carnale ma-
trimonium,nec transactionem, nec amicabilem composi-
tionem admittit.de transact cap.fin.secus in spirituali.de ele
ctio cum inter de præb nisi essent.

Octaua differentia colligitur in primo versu Ioan And in
verbo, sacrans,quia per consensum mutuum statim matri-
monium est sacramentum, vt supra eod cap.j secus in spiri-
tuali, quia requiritur confirmatio, de elect transmissa & in
cap.cum inter canonicos sed tene menti glo singularem in
cap.quanto. 63.dist. quæ dicit,quod per electionem acquiri-
tur ius prælaturæ,& ius administrationis, sed per confirma-
tionem acquiritur solum exercitium. & illam glos.videntur
sequi Doct.in cap.transmissa de electio.Abb.Sic ipsam sequi
tur in cap.nobis,de iure patron.

Sed illa glo.nunquam placuit mihi,& ideo illam reproba
ui in d c.nobis per ca cum inter.de electio.vbi dicitur, quod
per mutuum consensum eligentium, & electi contrahitur
quasi matrimonium spirituale, & melius facit c.fi de transl.
præl.vbi dr, q per electionẽ initiatur matrimoniũ spirituale
p confirmationẽ perficitur, sed per consecrationem conser
uatur,ergo per electionem acquiritur initium,seu quoddam
ius ad petendum confirmationem & consecrationem, sed
non ius prælaturæ,vnde gl.nota in cle j in verbo, collato, vt
lite penden.dicit quod ecclesia,seu beneficium dicitur vaca-
re vsque ad confirmationem, & per confirmationem desi-
nit vacare,ergo non est verum,quod ex electione acquiratur
ius prælaturæ,& ius administrandi, quia si hoc esset non du-
raret vacatio.hoc etiam videntur tenere, dum dicunt, quod
per mutuum consensum matrimonium carnale statim est
sacramentum,sed non spirituale, quia requiritur confirma-
tio, tamen in d.c.nobis,non allegaui Io.And. & Docto.licet
illam gl.reprobauerim.

Nona differentia colligitur in verbo, perficit, quia carna-
le matrimoniũ est ratum solo cõsensu, spirituale vero non.
ad hoc de transla præla.c.fi de elect.quam sit,libro sexto, &
hæc differentia satis reincidit cum præcedenti.

Decima differẽtia,in verbo,simul,quia carnale matrimo-
nium

niom vno momento perficitur, spirituale vero ex interuallo, de electio. quam sit, libro sexto, de præben si ubi absenti eod. libro, & hæc differentia concordat etiam cum præcedēti. hoc tamen dic, vt dicam infra eodem, si inter, in illa quæs. s. an interrogatus, an velit cōtrahere matrimonium debeat incontinenti respondere, vel sufficiat, quod respondeat ex interuallo, de hoc etiam dixi supra eod dilectus, prope fi.

Vndecima differētia colligitur in verbo, ætas, quod est primum membrum secundi versus Ioan. And. nam alia ætas requiritur in matrimonio carnali, quam spirituali, & de ętate ad matrimonium carnale habetur infra titu primo, per totum.

22 De † ætate vero ad matrimonium spiritoale, dic vt in ca. cum in cunctis, de elect. vbi habetur de ætate quæ requiritur in episcopo, & aliis inferioribus dignitatibus, & beneficiis curans.

Et de ætate ad ordines suscipiendos, dic vt in cle. generalem, de æta & quali.

23 De † ętate vero ad beneficia simplicia, dic vt per gl & Docto. in c. li eo tempore, de rescr. lib vj. & in c. super ordinara, de præben.

24 Et de ætate quæ requiritur † in dignitate non curata, dic vt in c. j. de ęta & quali. in sexto.

25 Et de ætate quæ requiritur in † Abbatissa, dic ut in c. indēnitatibus, de elect. in sexto.

De ætate autem quæ requiritur ad hoc, vt monialis possit consecrari, dic ut in c. placuit. 20 q j & q. 2 puella. sed domi. Cardin. in cap. cum virum, de regula dicit, quod de consuetudine datur velum consecrationis post ætatem puberem, nec attenditur illa ætas. 25. annorum, quæ requiritur per illa decreta.

26 De † ætate vero quæ requiritur ad professionem generalē dic, vt glo in verbo, ætate, in cle. eos, de regula. & dixi plene in c postulasti 3 de regula.

Duodecima differētia est in verbo, qualitas, quia talis admittitur ad vnum, quod non admittitur ad aliud, nam illegitimus repellitur a matrimonio spirituali. de filiis presby. per totum, & ad carnale admittitur, de probat. per ruas.

27 Item † frigidus, & castratus non admittuntur ad carnale
matrimonium, secus in spirituali. vt no in ca. j. de frigid & vi-
28 de bon. tex. in cap eunuchus. 55 distin. vbi dicitur, quod † eu
nuchus, vel a natiuitate, vel per insidias factus, vel aliter abs
que culpa sua potest fieri episcopus, vt dicit ibi glo. quod nō
est necesse seruare illam carnem, vel puluerem ad hoc, ut
29 † sacerdos, cui amputata sunt virilia possit celebrare, licet
vulgares aliter dicant, & illam glo tene men. i.

Decimatertia differentia colligitur ex verbo, tempus, & hoc dupliciter, quia carnale matrimonium præcessit per institutionem, idest prius fuit institutum, de voto, ca. primo, libro sexto.

Item quia ad spirituale matrimonium est præfixum certum tempus, de elect. ne pro defectu. de præb. c. 2. ad carnale vero matrimonium nullum tempus est præfixum, quia post ætatem puberem quis potest contrahere matrimonium, qñ sibi placet.

Decimaquarta differentia in verbo, causa, nam alia est cā
institutionis carnalis matrimonii, & alia est causa spiritualis
30 matrimonii. nam causa institutionis † matrimonii carnalis
fuit propter prolem procreandi, & hoc fuit in prima institu
tione quæ fuit in statu innocentiæ, idest ante peccatum, sed
secunda institutio quæ fuit post peccatum fuit propter for-
nicationem euitādam, vt dicit tex. 32 quæst. 2 §. ista, & dixi
31 in rubrica huius tit. Causa † vero institutionis spiritualis ma
trimonii fuit introducta ad regimen catholicorum, & pro-
pter curam animarum, hic tamen est spiritualis generatio,
vt statim dicam.

Decimaquinta differentia colligitur in verbo, prolis, quia ex carnali matrimonio procedit proles carnalis, & ex spirituali matrimonio proles spiritualis 32. quæst. j. nuptiæ, & 8, quæst. j olim.

Decimasexta differentia quæ non compræhēditur in ver
sibus est matrimonium spirituale, & fortius quam carnalę
de transla præla inter corporali. Quandoque tamen matri
monium spirituale facilius dissoluitur quam carnale, quia
32 per † lepram non dissoluitur matrimonium carnale, vt in
cap ii. in j Responso, in fi de coniug. lepro. sed bene spirituale
dissoluitur, vt in c tua, de cler ęgro.

Decimaseptima differentia quæ similiter non compræhē
ditur, de quo Hostien. se remittit, vt supra dixi, & matrimo-
nium carnale concernit corpus principaliter, vt in c. nondebet, de consangui. & affinita. sed matrimonium spiritualę
concernit animam, & ideo dicitur, vt in capitu. non debet,
33 quod † vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier
e conuerso ad denotandum, quod matrimoniū carnale non ligat animam, & hoc patet, quia si alter efficitur infidelis fit separatio matrimonii, secundum quod dicitur in c. quanto, infra de diuor. sed matrimonium spirituale ligat animam, & non concernit corpus principaliter sed domi Iaco. de Zo. in fi. suæ reperit. addit alias differentias quæ continentur in hoc versu.

Caracter transit simul possessio differt

Pprosequor sequendo versum.

Decimaoctaua differentia colligitur in verbo, caracter,
quia si infans ordinatur imprimitur caracter, ita quod non
est necesse ipsum amplius ordinari, si veniente ætate velit
esse clericus, vt no. in ca. tuæ, & ibi per glo. & Docto. de cleri.
per saltum promo. sed carens discretione, vt est infans, nullo
modo contrahit matrimonium carnale, vt hic in toto titu.
de despon. impub. & ista differentia, & multæ aliæ numera-
tæ procedūt accipiendo matrimonium spirituale largo mo
34 do, quia stricte, & proprie loquendo solus † episcopus dici-
tur contrahere matrimonium cum ecclesia, vt no. in c. fi. de
postu præla.

Decimanona differentia colligitur in verbo, transit, quia
in matrimonio spirituali sententia transit in rem iudic. sal-
tem, quo ad illum contra quem est lata, vt est tex. in ca. cum
dilecti, ad fi. de elect. & ibi per Docto. & per glo. & Docto in
c. j de conces. præben. & per But. & Moder. in c. ad audientiā.
35 de rescrip secus in matrimonio carnali, quia sententia † nō
transit in rem iudicatam si fertur contra matrimonium, ut
in c. lator, & c. consanguinei, de re iudi Sed vide gl. quæ repu-
tatur singularis, in c fraternitatis, in verbo, fornicatio, infra
de fri. & male. quæ dicit, quod si sunt tres sententiæ concor
des in causa matrimoniali, tunc transeunt in rem iudi. Sed
ibi dicam qualiter illa glo debet intelligi, & uide glo. in c. ad
reprimendam, in verbo, suspendatur, & de offic ord. quæ di-
cit, quod tales sententiæ transeūt in rem iudicatam, quo ad
matrimonium, s. vt non possit ille contra quem est lata sen-
tentia prosequi per viam app licet non transeat in rem iudi
catam, in quantum ad effectum, quia poterit per uiam que-
relæ prosequi, dicam latius in dicto c fraternitatis.

Vigesima differētia colligitur in verbo, simul, quia in ma-
trimonio carnali debet interuenire consensus simul, & se-
mel, & eodem tempore. vnde qui prius cōsentit, si dissentiat
ante alterius consensum, non erit matrimonium, cap. fi. de
procura. libro 6. & 30. quæstio. 2. cap. j. & declaraui supra eo.
36 dilectus. secus in matrimonio spirituali, quia † eligentes cō
sentiunt ante consensum electi præstitum, vt in capi. quam
sit, de elect. libro sexto. nec possunt resilire a consensu præsti
to, antequam electus consentiat, vt in ca publicato, de elec.
& in cap inter canonicos, eodem tit. & ratio est, quia electo
res eligunt ex necessitate officii, ca. quia propter, de elect &
post electionem functi sunt officio suo, arg. de officio deleg.
capitu. in literis, & capitu. si compromissarius, de elect. lib. vj.
Carnale vero matrimonium ducitur propria volūtate ideo
antequam alter sit ius quæsitum potest retrocedere, ar. in c.
nosti. de elect.

Vigesimaprima differentia est in verbo possessio, quia se-
cundum aliquos in carnali matrimonio non requiritur tra-
37 ditio † possessionis alicuius auctoritate possessionis, quia li-
ber homo possideri non potest l. liber homo. ff. de acq. poss.
& nota in cap ex parte, & in ca. literas, de restitu. spolia. præ-
supposito, quod detur possessio per carnalem copulam, ut d.
c. ex parte, & per glo fi in cle. j. de causa poss. & propriet. facit
36. quæst. 2. si quis virginem, & quod no glo. in ca. coniuges,
27. quæst. 7. alii tamen dicunt, quod requiritur traductio, &
traditio per parentes. 30. quæst 5. qualis. facit 27. quæstio. 2.
institutum. sed de hoc dicam infra eo consultationi. In spiri
tuali autem matrimonio requiritur traditio possessionis, ca.
transmissa, de elect sed vide Butr. in c. fi. de causa poss & pro-
prie. & in c. in literis, de restitu. spolia. & Ioan. de Imo. in cle.
j. de causa posses & proprie.

Vigesimasecunda differentia colligitur in verbo differt, i. protrahit, siue supersedet, & hoc est, quando duo petūt vnā in vxorem, & primo constat de matrimonio pro vno quam pro alio, quia alius forte non habet probationes, idest promptas, & in continenti paratas, quo casu dicit Innocen. in ca. cum inhibitio, ad fi. de clan. despon. quod differenda est sententia, ne fiat in præiudicium alteri in matrimonio, secus di cit si ageretur de præbenda, vel de possessionibus, quia tunc statim pro primo probante fertur sententia, sed seruabit eū indemnem si forte fecerit expensas pro eo, quod rem pendēte li. restituit, vt in l. is a quo, cum l. sequen. de rei vendi ff. Sed dic clarius, quod debet cauere, quod condemnatus non mo lestetur ab aduersario, & quod restituet expensas quas faciet propter eius molestationem.

Ego

Ego vero addo alias sex differentias, & prosequendo

Vigesimatertia differentia est, quia non potest constitui procurator ad contrahendum matrimonium spirituale, nisi ille qui constituit sit impeditus iusto impedimento c. qa propter, ad fi. de elect. & in c. penult. eodem titu. in sexto. sed
38 ad matrimonium carnale potest ad libitum quis constituere † procuratorem ca. fi. de procur. lib. 6.

Vigesimaquarta differentia, quia requiritur in matrimonio spirituali, quod constituatur procurator de collegio, vt in d. c. quia propter, de elect. sed in carnali potest quicunque constitui procurator dum tamen alias sit idoneus, dicto c. fi. de procurato libro sexto.

Vigesimaquinta differẽtia est, quia in matrimonio carnali requiritur, quod procurator habeat speciale mandatum, ita quod exprimatur persona cum qua contrahi debeat matrimonium, vt dicit gl. in dicto c. fi. in verbo, speciale, de procura. libro vj. facit glo. 30. q. v. nec illud. secus est in matrimonio spirituali, vt est tex. in cap. penult. § porro, de elect. lib. 6.

Vigesimasexta differentia est, quia matrimonium carnale contrahitur per nuntium, vel per epistolam, vt no glo. 30. quæst. 5. nec illud. probatur in c. fi. de procur. libro 6. sed spirituale non, immo oportet, quod eligentes seruent formam c. quia propter, de elect. sed quid in collatione. Doct. in ca. accedens, de præben. & c. si tibi absenti, lib. 6.

39 Vigesimaseptima differentia, quia matrimonium † carnale clandestinum valet, dum tamen de eo constet. ca. 2. & per totum, de clan. despō. secus in spirituali, vt in c. quia propter, de electio lib. vj ad fi.

Vigesimaoctaua differentia, quia non currit alliqua præscriptio contra matrimonium carnale c. iii præsentia, supra eodem, secus in spirituali vnde possessor beneficii præscribit cōtra illum qui habet verum titulum in beneficio. licet ipse non requirat ius in beneficio, & hoc voluit glo quæ reputatur singularis in c. contingit, in glo. magna, ver. sed nunqd, de do. & contu. & sic limita c. j. de regu. iur. libro sexto. vbi dicitur, quod beneficium non potest obtineri sine canonica institutione, nam licet non possit obtineri sine canonica institutione, tamen currit præscriptio contra habentem canonicam institutionem, licet præscribens non acquirat ius in beneficio.

Item prodest præscriptio, quo ad fructus, quia possessor facit fructus suos si est bona fide, licet non habeat ius in beneficio, ut dicit glo. in d. c. contingit, quam tene menti. sed vide latius in c. grauis, de restitu. spoliat. vbi habetur quando possessor facit fructus suos, uel non possent plures differentiæ inueniri, sed iste sufficiant.

Ex his dicit dom. Card. in fi. Commenti, quod arguens de matrimonio carnali ad spirituale debet allegare ius in quo probetur illa similitudo, cum in multis differant, vt patet ex prædictis, pro quo no. in c. translato, de constitutio. Sed di-
40 cit do. Card quod † argumentum procedit de uno ad reliquum, nisi ostendatur dissimilitudo, quia carnale, & spirituale matrimonium regulariter æquiparantur. de transla. inter corporalia. dicit dom. Card. quod hoc vltimum videtur verius. dicit tamen, quod non est multauis, sed pro quo dicto facit glo. 1. q. j. sicut vrgeri, quæ dicit quod argumentum corruit a simili, vbi una dissimilitudo ostenditur, sed dic quod aut aliqua communiter æquiparantur, & tunc de vno ad reliquum fit extensio etiam in materia odiosa, vt dicit gl. in c. si postquam. § cum autem, de elect. libro sexto. in gl. penul. & in clem. vnica, in verbo, sacerdotum. de offi. vica. sed Do. Do. in dicto §. cum autem dicit hoc verum, quando subest eadē ratio. ut dixit glo. in d. cle. sed quando non esset eadem ratio licet iura communiter parificent illa extrema, statutum tamen in vno non extenditur ad aliud, vt notat gl. in c. constitutionem, in verbo, prorogamus, de regula. lib. sexto. & per glo. in ca. j in verbo, declaramus, ne cler. vel mo. eo. lib. tunc hoc intellige, nisi in casu in quo æquiparatur, quia tunc procederet argumentum, vt dicunt glo. prædictę. & per Bart. in l. si constante, solu matrimonio, & vide glo. in Auth de tri. & se. in verbo, omnibus, & per Dom. Dom. in cap. j. in verbo, Italiæ, in tertia fallentia, de temp. ord. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Nominis mutatio non vitiat matrimonium secuta carnali copula.*
2 *Desponsans aliquam nullo præsente. filis mutato nomine non videtur matrimonio consensisse.*
3 *Confessio, an possit pro parte acceptari, & pro parte reijci.*
4 *Contractus non vitiatur, licet contrahens loquatur in tertia persona.*
5 *Causæ principales matrimonij inducendi duæ, prolificatio, & fornicationis euitatio sunt.*
6 *Causæ impellentes ad matrimonium multæ sunt.*
7 *Contrahens in propria persona efficacius obligatur.*
8 *Error nominis, an vitiet actum, & quando.*
9 *Confitenti creditur in foro animæ, & si alleget turpitudinem suam.*
10 *Matrimonium contrahitur verbis existentibus aptis, licet contrahentes aliter credant.*
11 *Differentia inter forum iudicialem, & pœnitentialem.*
12 *Matrimonium, vt sit validum, formam requirit, & substantiam.*
13 *Protestatio contra matrimonium, quando censeatur interuenisse.*
14 *Copula carnalis intelligitur voluntaria, & ratificat matrimonium metu contractum.*
15 *Protestatio vitiat matrimonium parte consentiente.*
16 *Protestans demum si patiatur censetur recedere a protestatione sua.*
17 *Protestatio tollitur actu contrario existente certo, & determinato.*
18 *Consensui contrariatur maxime error.*
19 *Error, quando habeat vitiare matrimonium.*
20 *Vxorem ducere, an compelli debeat qui propter nominis mutationem mulierem decepit sub ficto consensu matrimonij.*
21 *Foro contentioso tuac parendum, quando sine peccato id fieri potest.*
22 *Verba iuramenti, & contractus, qualiter sint intelligenda.*
23 *Verbum forte, quid importet, seu significet.*
24 *Testimonio de auditu alieno, quando credatur.*
25 *Consensus est substantia matrimonij.*

C A P. XXV.



Vanos. Hoc est subtile capitulum, & utile, & legitur tribus modis, & declarabo intellectus antequam veniam ad notabilia.

Primus intellectus est, quod loquitur in foro iudiciali vsque ad verbum, nos ast. & ab inde usque ad fi. loquitur in foro pœnitentiali. Et istum intellectum sensit hic gl. antepenult. & ita communiter Doct. intelligunt istum tex. & secūdum hoc in summa hoc dicit: Si uir despōsat aliquā,
1 licet se nominet alio † nomine, quam vocetur animo decipiendi, tamē secuta copula iudicabitur matrimonium, nec creditur ei dicenti se non consensisse in foro iudiciali, secus in pœnitẽtiali. hoc dicit. Et ratio huius intellectus est, quia in foro iudiciali non auditur quis allegās turpitudinem suam, vt in cap. inter dilectos, de do. & in ca. ex tenore, de concess. præb. ubi glo. & Docto. tangunt, nam matrimonium ex præsumptionibus iudicabitur, supra eodem, ex literis, j. & ideo ex quo constat illum desponsasse mulierem in propria persona, & eam cognouisse carnaliter, debet iudicari matrimonium non obstante nominis mutatione, quia aut fuit facta ignoranter, & non obstat error, ex quo de corpore constat, aut fuit facta scienter, & non debet sibi prodesse, quia interpretatio debet fieri contra dolosum, & uerba debent intelligi secundum communem intelligentiam, dicto c. ex literis. Sed in uersi. nos autem, vsque in fi. loquitur in foro pœnitentiali, & ideo quia in foro pœnitentiali creditur confitenti, ut in c. significasti, de homicidio, & in c. omnis utriusque sexus, de pœ. & rem. & ideo in foro pœnitentiali non iudicatur matrimonium, cum defuerit consensus ex parte alterius, & Ab. Sic. dicit, quod iste est verus intellectus istius cap & quod potest induci ad multas similes quæstiones, & secundum hunc intellectum verbum forte, ponitur assertiue, sed secundum istum intellectum videtur fieri extortio literæ, quæ non distinguit inter forum iudicialem, & pœnitẽtialem, & ideo aliqui legunt secundo modo, s. quod hæc tota decre. loquatur
2 de foro iudiciali. & hoc dicit. Si quis † aliquam nullo præsente desponsat sub nomine alieno, & ipsam cognoscit, prima facie præsumitur contra ipsum, sed ex hoc non potest iudicari pro matrimonio si ille asserit, quod nec prius, nec postea consenserit in coniugem, & istum intellectum sequitur dom. Card. in quarto contrario, & ratio secundum ipsum videtur, cum de desponsatione non constet, nisi ex confessione, quia nullo præsente despōsauit, ut dicitur in litera, & vir dicit, quod non fecit animo consentiendi, nam sicut statur confessioni contra ipsum, ita etiam debet stari pro ipso. de censi. cum olim, & dicit quod sic legendo dictio forte, propriè stat, & est sensus, quod pro coniugio videtur forte præsumendum propter desponsationem cum copula non obstāte nominis.

A D D I T I O.

a Quando ex coniecturis, & signis apparet, quod non fuit consensus in cōtractu matrimonii non tenet matrimonium, Thom. Aquinas 4. sententiarum. di. 27. & ibidem Bonauentura, Asten. 8. vol. suæ summæ, Ricar. 4. sententiarum. 28. di. ar. 3. Archiepiscopus Floren. 3. parte summę. ti. 1. ca. 19. & in summa Rosellę, matrimonium 4.

nominis mutatione contra eum tamen indicatur, nam ex
quo vir dicebat, quod desponsauerat non animo consentiē
3 di non potest confessio † acceptari pro parte s. vt stetur cō-
fessioni quatenus confitetur de desponsatione, & copula, non
autem quatenus confitetur, quod ipsam desponsauerit non
animo consentiendi, nam cum hæc confessio sit qualificata
debet, vel tota acceptari, vel tota repudiari, nec potest in p-
te acceptari, & in parte repudiari, & secundum istum intelle
ctum tex. loquitur allegando vsque ad fi. ver. nos autem, nō
decidendo, sed decidit in verbo nos autem, sed gl. antepen.
hic tenet contra istum textum, & ipsam etiam reprobat
Abb. Sicu. licet non ponderauerit glo hoc velle, nam quan-
a do est præsumptio contra confitentem potest confessio* ac
ceptari in parte. s. inquantum facit contra confitentem, &
in parte reprobari, s. quatenus facit pro confitente, etiam si
confiteatur vnum capitulum qualificatum, vt dicit Bart. in
l Aurelius §. idem quæsiit ff de libe. lega. in illa q. s. quando
quis confitetur se occidisse hominem ad sui defensionem:
nam creditur confitenti quatenus est cōtra se. s. quod homi-
nem occiderit, sed non pro se, s. quod occiderit ad sui defen-
sionem, quia ius præsumit contra homicidam. l. si non cui-
tii. C. de iniuris. & in l j ad l. Cornel. de Sica. & vide tex. cum
glo. in verbo, personaliter, in c. cum venissent. de institu. & si
vis scire. quando confessio possit pro parte acceptari, & pro
parte repudiari, vide Bar. in dicto § idem quæsiit, & per Cyn.
& alios in l. vnica. C. de confess. & in l. ij C de dona. ante nu-
ptias, & per Docto. in ca cum venissent. de instit. & per Bu r.
in cap. ex parte decani, de rescriptis, & per do Cardi. & Abb.
Sicu. in cā bonæ, ij. de postu prælat. & per Dom. Dom. in ca j.
de confess. in sexto, & puto me dixisse in capit. cum olim, de
censi. mihi placet hæc opi. per istum textum, quia dicit pro
matrimonio præsumendum. item per literam ibi, qualiter
tibi constiterit. nō videmus, quasi tex præsupponat cum dif-
ficultate posse constare, quod talis desponsatio fiat non ani
mo contrahendi matrimonium, & sic in dubio præsumitur
pro matrimonio. ad hoc c. fi. de senten. & re iudi. idem pro-
batur in ver. nos autem, vbi tex requirit quod constet, quod
non habeat animum contrahendi matrimonium.

Tertium intellectum ponit hic Butr qui tamen fuit anti-
quorum, s. quod tota litera loquatur de foro iudiciali, sed q
in principio loquitur de consensu, vel de dissensu. sed in ver-
bo, nos autem, quando constat de dissensu, nam in foro con
tentioso aliquando potest constare de dissensu, vel per pro-
testationem. iuxta causam vestitā, puta, metu c. j. quod met.
cau 3 t. q ij. Lotarius. vel quando non subest causa protestan
di, sed verba sunt dubia, verbi gratia, Ioannes te desponsat,
cum non vocetur hoc nomine Ioannes, nam ex quo verba
non sunt certa, tollit præsumptionem consensus, & sic non
præsumitur matrimonium, vt dicam infra, & iste intellectus
mihi placet, & secundum ipsum hoc dicit. Non est matrimo
nium, vbi constat, quod alter contrahentium non consen-
tit, licet verba interueniant, sed primus intellectus est magis
notabilis, & communior. Communis diuisio. Consultatio,
responsio. Secunda ibi. super quo. Secunda subdiuiditur se-
cundum primum intellectum, quia primo respondet, quo
ad forum iudicialem Secundo quoad pœnitentialem, sed se
cundum secūdum intellectum subdiuiditur, quia primo lo-
quitur, quando est dubiū de consensu, vel de dissensu. Secun
do, quando constat de dissensu. Secunda secundæ ibi, nos
autem.

4 Nota primo, quod non † viciatur contractus si contrahēs
loquitur in tertia persona, intelligendo tamen de seipso. fa-
cit ca quod autem. de iure patro. & de conuer. coniug. dudū,
vbi de hoc, & in c Abbate, de verborum sign. & in ca exami-
nata, de iudi vbi etiam habetur, an valeat sententia lata in
secunda persona.

5 Nota secundo, quod licet sint duæ ca sæ † principales ob
quas fuit institutum matrimonium, s. procreatio prolis, &
vitatio fornicationis, ut dicit tex. 32. quæstio 2 §. ijs ita, & per
glo. 27. quæstio. j in summa. & dixi in rubrica huius tit. tenet
tamen matrimonium, licet quis alio respectu inducatur ad
contrahendum matrimonium, nam tenet matrimonium
contractum ex appetitu copulæ consequendæ. ad idem ca.
veniens, j. supra eodem. vbi dixi, & idem dicas de eo qui indu
citur ad contrahendum matrimonium causa dotis, vel pro-
pter puellam, vel propter pulchritudinem mulieris, nā sunt
6 multæ † causæ impellentes ad matrimonium, de quibus vi
de per gl. 27. q. 1 in summa.

7 Nota tertio, quod contrahens † in propria persona effica
cius obligatur, licet nomē sibi dolose mutauerit, & est ratio,
quia nomina sunt inuenta causa significandorum hominū
& ideo si alio modo de corpore constat, non est curandum
8 de nomine, & propter hoc error † nominis non viciat. ita di

cit tex Institu de leg § si quis in nomine. C. de testa l si nomi
ne ff. de hæred insti l quotiens. §. si quis & per glo. & Docto.
in cap significante, de rescriptis. sed contra hoc fortiter fa-
cit l fi C. de hæred. insti vbi non valet testamentū, si quis er-
rat in nomine sui met. Nec obstant leges prædictæ, quia pro
cedunt, quando quis errat in nomine alterius, secus si errat
in suo nomine, quia nemo est tam supinus quin sciat suum
nomen. vnde non est verisimile quem errare in suo nomine
vt dicit d l fi. C. de hæred insti sed dom. Card. hic in tertia op
po dicit quod hic casus non est similis, & ibi testator nihil fe
cit, nisi quod verba protulit, in c autē intercessit actus extrin
secus, vltra uerba, quia desponsauit, & sic fuit certificata p
sona, ex quo non dixit, quod non faceret nomine alterius,
vel aliter hic non potest allegare fraudulētam mutationem
nominis, quia allegaret turpitudinem suam.

Sed aduerte, videtur, quod excipiens possit allegare suam
turpitudinem licet non possit agendo, vt dicit gl. in ca ex te-
nore, de concess. præben Sed dic quod glo debet intelligi, qñ
excipit contra participem criminis, sed ista mulier fuit in bo-
na fide, & hoc tamen declara. vt late per Ioan de Imo. in ca.
inter dilectos, de dona super glo quæ incipit, argumentum,
& per Barto in l iusiurandum §. fina. cum l. seq. ff de iurei.
Item dicit, quod mutans sibi nomen fraudulenter punitur
de falso, ut in l j. C. de mutat. nominis, & nota supra, in rubri
ca in proœmio Gregoriano, & in proœmio sexti, in glo. in ver
bo, Bonifacij.

9 Nota quarto secundum. primum intellectum, quod in fo
ro animæ creditur confitenti etiam si allegaret turpitudinē
suam, & ratio est, quia solum agitur de sui præiudicio. facit
cap. significasti de homicidio, & c omnis, de pœnit. & remis.
& istum textum tenementi pro limitatione eorum quæ ha-
bentur in c inter dilectos, de donat. & in ca. ex tenore, de con
ces præb & per Bar. in l. fi ff de iureiur.

Nota quinto ibi, non credens esse coniugium, quod vbi
10 verba sunt apta ad contrahendum † matrimonium contra
hitur matrimonium, licet cōtrahentes non credant ex illis
uerbis contrahi matrimonium, & hoc est verum, ut dicit
tex. in foro iudiciali, secus in pœnitentiali, quia in eo statur
intentioni contrahentis.

11 Ex quo nota differentiam † inter forum iudicialem, & pœ
nitentialem, nam forus iudicialis nitit̄ præsumptioni cōtra
veritatem, vt in ca a nobis, 2. de sent. excommu Forus autem
pœnitentialis semper nititur veritati. facit cap. si sacerdos, de
offic. ordi.

12 Nota ultimo, quod ad validitatem † matrimonii semper
requiritur substantia, & forma, & sic in aliquo coniungente
duo sunt necessaria, s materia, & forma j. q. j detrahe, de elec.
super eo.

Sed aduerte, quia tex. ponderat, quod post desponsationē
interuenerit copula, non videtur hoc esse necessarium, quia
copula nihil addit ad matrimonium, ut infra eo. si inter sed
intellige istum textum, quod fuit desponsata per verba de fu
turo, vt infra eodem, is qui. & requiritur ad hoc, vt transeat
in matrimonium de præsenti, ut infra eod is qui, & ita eū
intelligunt Doct. Item aduerte, quia secūdum Goff. pro mu
liere facit contractus præcedens, & copula, quæ duo solent
inducere matrimonium. de condit. appo de illis. item dolus
videtur propter quem etiam si esset matrimonium debet co
gi, vt consentiat matrimonialiter, de eo qui dux. in ma quam
polluit. c. j. sed in hoc vltimo dicit Goffr quod dolus in casu
huius c. non compelleretur consentire, nam in præallega-
to c. fuit cōsensus, licet oc o legitimus, & verba apta hic neu
trum, quod an præcedat, dicam infra, sed pro viro faciunt a
liatria, secundum Goff. quia non proposuit illam ducere in
vxorem nunquam consentit in coniugium. item quia non
fuit seruata forma contrahendi, & has rationes Papa postu-
lat rationibus quæ faciunt pro muliere, quia substantia ma-
trimonii defuit, & hoc in foro pœnitentiali, in foro autem
judiciali. dicit Host. ipsis, & tonioribus, quod efficaciores
sunt rationes mulieris.

In glo. diuide istam glo. in duas partes. In prima opponit
& soluit. In secunda quærit, & respondet. Secunda ibi, sed po
ne. in fi primæ partis, ibi propter rationē quam inferius red-
ditur. Gasp Cald intelligit, s. in tex vbi dicit, quod hic deficit
consensus, sine quo cætera nequeant fœdus perficere coniu-
gale, sed dom. Cardi. in prima oppo. intelligit inferius, scilicet
in te-

ADDITIO.

a Confessio potest p parte acceptari & pro parte nō. quod tene menti. Adde
Lanfran. in repe. c. quoniam contra, in verbo, confessionis, 16. q. de probi
Iason. in §. item si quis. 4. col. ver. quid autem, de act. Insti.

sequenti parte glo. s. propter protestationes, & tunc gl est sibi contraria, quia inferius glo. dicit, quod protestatio non impedit matrimonium, & ideo tene expositionem Goff. Cald. quia ꝯdictio est euitanda, & præsertim quia non est verisimile, quod quis incontinenti se corrigat l. nam ad ea ff. de condit. & demonst. & ideo dicit, quod prima pars glo. loquitur, quando non interuenit protestatio. Sed secunda pars loquitur, quando interuenit protestatio, quod tamen latius ĩ. declarabo, s. in secunda parte glo. vbi dicam quid iuris, quando protestatio interuenit, vel quando non interuenit, tamẽ ad contraria glo non respondet. sed tenendo primum intellectum glo. responde, quod contraria procedunt in foro pęnitentiali, qñ iudicatur secundum mentẽ exponentis, & statur eius confessioni qualis fuerit mens, vt supra intellexi, sed tenendo alios intellectus responde, quod contraria procedunt, quando nulla verba interueniunt, vel si interueniunt non sunt contraria, sed proxima facto, ut in c. ad audientiã. allegato in gl. hic autem verba, & facta fuerint quodammodo contraria, vel saltem mens contrahẽtis fuit quodammodo contraria facto, s. desponsationi, & hæ solutiones sunt de mente do. Card in prima oppo.

In secunda parte gl ibi, talia enim verba nõ possunt seruire suę intentioni, intellige de uerbis protestationis, quia non seruiunt protestanti, ex quo facit actum contrarium quod glossa. ita debeat intelligi patet ex his quæ sequuntur in gl. item in eadem gl potuit postea recedere ab illa uoluntate, & cõsentire in illam, & pro hoc facit illud, quod dicit Cicero in primo de Tusculanis. Nulla celeritas est quæ possit cũ aĩ celeritate contendere. Vnde Boetius, cor hominis est mobilius omni mobili. Et vt habeas hanc glo. claram duo sunt videnda. Primo, quando interuenit protestatio. Secundo, quando nulla interuenit protestatio. Et ex hoc declarabitur prima pars glo.

13 Circa primum † considera quatuor casus.

Primus est, quando protestatio est vestita aliqua iusta causa, puta metu, quia timebat se compelli ad contrahendum matrimonium, & hoc casu protestatio impedit matrimonium. c. j quod metus causa, & 31. q. 2. Lotharius. quod tamẽ
14 intellige nisi secuta fuisset copula, quia † copula intelligitur voluntaria, & ratificat matrimonium metu contractum, vt in c. consultationi, infra eod. & no gl. in c. veniens, j. supra eo. & videbimus, infra ti. j. c. continebatur, & c ex literis.

15 Secundus casus est, quando † protestatio vitiat matrimonium, ex quo pars cõsensit, vt in l. fi. §. item si prædixit. ff. nau. cau. stab. & in l. fi. §. si quis professus. ff. de publi. & no. Barto. in l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. & de materia protestationis per But. in c. cum M. Ferrarien. de const. & per Io. And. in regula generali, in sexto. hoc tamen fallit, nisi sequatur copula carnalis, quia illa copula induceret matrimoniũ licet pars consentiret protestationi, & hoc est ne copula videatur fornicaria, & ideo protestatio cõtraria tanquam turpis reijcitur, vt dicit Inn Doct. in cap. veniens, 2 supra eodẽ, & per glo. in cap. per tuas, de condi. appo. pro hoc facit quod notat Vin. But. & Doct. in ca. consultationi. supra eo. vbi dicunt, quod si matrimonium est contractum metu, & mulier inuita est reducta ad domum viri, deinde uoluntarie cognita protestatur, quod per hoc non consentit in matrimonium, nõ obstante illa protestatione purgatur metus, & matrimonium ratificatur, quia illa protestatio tanquam turpis reijcitur.

Tertius casus est, quando pars non consensit protestationi, vel quia contradixit, vel nihil sciuit de protestatione, & tunc si verba sunt certa reijcitur protestatio, & valet matrimonium, quia contrahendo postea matrimonium censetur recedere a protestatione. & iste est proprie casus quem ponit glo. & pro hoc uidetur tex. in l. cum in plures. § locator horrei. ff. locati. vbi est casus, quod si locator horrei protestatur, quod non intendit recipere aurum, vel argẽtum in hor-
16 reo suo periculo suo, & demum patiatur † aurum, vel argentum inferri in suum horreum censetur recedere a sua protestatione, & sic de periculo tenetur, & hoc habetur in materia protestationis vbi supra remisi.

Quartus casus est, quando protestatio est facta parte non consentiente, sed uerba sunt dubia, & tunc Ioan. Glossator & Ioan. And. & etiam But dicunt, quod talis protestatio ualet, & impedit matrimonium cõtrahi. Nec obstat, quod protestatio debeat tolli per contrarium factum, quia illud habet locum, quando factum est determinatum, & certum: factum autem dubium non est ita patens ad tollendam protestationem præcedentem, ad hoc quod not. Innocen. in c. j. quod metus causa. vbi notabiliter dicit, quod protestatio non impedit professionem expressam quæ fit per uerba certa, nisi sit vestita iusta causa, sed bene professio tacita impeditur per quamcunque protestationem etiam nõ vestitam iusta causa. & per quemcunque metum etiam leuissimum.
17 & ratio est, quia ad tollendam † protestationem requiritur, quod actus contrarius sit certus, & determinatus, & sic intel. ta glo. 27. dist. quod interrogasti. & ideo si in casu huius cap. protestatus fuisset, quod non intendebat contrahere matrimonium quæcunque verba diceret, si postea dixisset, Ioannes te desponsat, cum non uocetur hoc nomine non intelligitur contractum matrimonium; quia ista uerba non sunt certa: potest enim esse, quod non sentit de se ipso, sed de illo quem nominauit, & hoc tene, licet dom. Cardi. teneat contrarium in prima quæst. ad fi. Nec sunt vera in foro iudiciali. In foro autem pęnitentiali creditur uerbis confitentis, & sic in foro pęnitentiali non censetur matrimonium, si dicit se non habuisse intentionem contrahendi, quia in eo est sibi credendum. c. significasti. de homi. & ca. omnis vtriusque sexus, de pęn. & re & hic in verbo, nos autem secundum primum intellectum, & hoc tenet glo antepen. & Docto.

Venio ad secundum casum principalem. in hoc dic, quod aut constat de consensu, vel de dissensu in utroque foro, s. cõtentioso, & pęnitentiali, & tunc standum est probationi, de qua constat, & de hoc est casus hic secundum tertium intellectum. Aut non constat, sed sumus in dubio, & tunc considera tres casus.

Primus est, quando mulier non habet notum contrahentem s. Ioannem, & tunc præsumitur errasse in corpore, & sic non erit matrimonium, & hoc tenet glo. quam Docto. non allegant 29 q. j in summa.

Sed But. dicit, quod Doct. hoc dicunt esse uerum, nisi copula interuenerit, quia tunc iudicaretur pro matrimonio.

Ego credo, quod non sit matrimonium si cõstaret, quod habebat notum per famam, & non alio modo, sed non contrahentem si non passa fuisset se cognosci, vel secum cohabitasset postquam fuit certificata, quod iste non erat Ioannes per ea quæ dixi supra eodem, dilectus, ad fi. gl &c. nam si remanet in eodem errore copula non potest facere matrimonium, ex quo constat de dissensu: nihil enim est tam contra
18 rium † cõsensui quam error, & hoc probatur 29. q. j § his ita responderur, & tenet glo. ad literam ea. q in summa, quam videtur sequi Archi. & Ioan. de Fan.

Secundus casus est, quando neutrum habebat notum, scilicet, nec Ioannem, nec ipsum contrahentem, & tunc talis error non impedit contrahentem matrimonium, quia mulier censetur consensisse in ipsum contrahentem non habito respectu ad nomen. & hoc voluit gl præall. 28. q. j in sum-
19 ma, quæ plene tractat, quando † error habeat, vel non hẽat vitiare matrimoniũ, de quo etiam per Gra. ca q. §. his ita, & ibi per Archi. & Io. de Fan.

Ex quo vltimo casu no. quod quando matrimonium contrahitur inter præsentes non requiritur, quod ante habuerint se notos per famam, vel alio modo, de quo vide glo 30. quæst. 5 nec illud, quam tene menti. & per Do. Do. in c. fin. de procur. libro vj.

Et prædicta procedunt in foro contentioso, in pęnitentiali uero Doct. dicunt, quod stabitur ueritati, & intentioni cõtrahentium, ut supra dixi, & hoc uoluit hæc decr. secundum communem intellectum, modo habes gl. declaratam per conclusiones quas extraxi a But. & Doct. aliquibus additis.

Sed quęro quid habeat facere iudex fori pęnitentialis colligendo dicta Doctorum considera tres casus.

Primus est, quando in utroque foro, s. iudiciali, & pœnitẽtiali constat de dissensu, & hoc casu non est matrimonium, vt est casus hic, secundum tertium intellectum.

20 Nunquid autem debeat compelli † ad accipiendum ipsam in vxorem. videtur, quod sic per c. j infra de eo qui dux. in ma quam polluit. Contrarium tenet glo hic & respondet ad illud ca. dicens, quod ibi fuit consensus, licet fuit illegitimus, & uerba apta ad matrimonium, hic neutrum, & hoc sequitur dom Card in tertia oppositione, & pro hac opinione facit iste tex. in fi.

Ego uero puto contrarium, quia illud c. i. de eo qui dux. in ma. quam polluit expresse loquitur de eo qui scienter venit contra canones, & per consequens non habuit consensum contrahendi matrimonium cum secunda, ex quo sciebat se non posse cõtrahere, & hoc aperte dicit iste tex. Item moueor per rationem illius tex quæ est generalis, & habet locũ vbicunque interuenit dolus ex parte alterius ex contrahentibus. ratio enim illius tex. est ne dolosus scienter faciens cõtra canones lucrum ex suo dolo reportet, quæ ratio militat etiam hoc casu. Nec obstat, quod mutauerit sibi nomen, qa hoc non obstante ecclesia iudicat matrimonium, & recurrit ad communem intelligẽtiam, ut supra eodem, ex literis, & hic per glo. non obstat tex. in fi. quia solum determinat,

an sit

an sit matrimonium.vel non,nec mulier petiit ipsum com
pelli ad recipiendum ipsam,vel forte episcopus nō compu-
lit ipsum,quia non potuit ipsum inducere ad consentiendū
& hoc sentit Host in verbo dissentiat.dicit enim, quod epi-
scopus sæpe monuit ipsum,vt reciperet mulierem de nouo
consentiens in eam, sed noluit acquiescere & pro hoc dicit
quod fuit quæstio fori pœnitentialis.vnde puto,quod si con-
staret in foro contentioso de dolo deberet compelli ad cō-
sentiendum,quod intelligo, nisi timeretur malus exitus se-
cundum ea quæ habentur supra eodem,requisiuit, & c.ex li
teris,ij.

Secundus casus,quando in foro iudiciali præsumitur ma
trimonium,sed in pœnitentiali constat, quod non est matri
monium per confessionem illius qui recurrit ad forum pœ-
nitentialem,& hoc casu dicit But quod iudex sun pœniten-
tialis debet inducere ad consentiendum,& consulere, quod
ei adhæreat,nam dato, quod discreper forus contentiosus,
& pœnitentialis,non debet consulere pœnitentialis,quod nō
pareat contentioso, ex quo illi parere potest sine peccato,
& hoc tenet Gost.& dicit.But hoc esse notorium,& per hoc
dicit se consuluisse cuidam monacho qui quo ad forum pœ
nitentialem non erat professus, quod profiteretur,ex quo
quantum ad forum contentiosum erat professus.nam cum
ecclesia eum habeat pro excommunicato debet parere fo-
21 ro contentioso.secus si non posset parere foro † contentio-
so absque peccato,quia tunc iudex fori pœnitentialis debet
ei consulere,vt patiatur excommunicationem, & omnem
aliam pœnam potius quam obediat foro contentioso. c. in-
quisitionis,de sent.excom.in c.literas.de restit spolia.& hoc
not.Doct.in c.is qui j eod.

Tertius casus magis dubitabilis est, quando nihil constat
in foro contentioso,puta quis cōfitetur sacerdoti, quod ne
mine præsente desponsauit aliquam mulierem non animo
secum contrahendi matrimonium,nam hoc casu nulla po-
test fieri fides foro contentioso,puto tamen, quod sacerdos
debeat illi consulere, quod eam recipiat in vxorem, quod
de nouo consentiat in ipsam,& hoc videtur voluisse Hosti.
in apostilla quam facit hic super verbo,dissentiat, quam re-
tuli supra in primo casu & statim dicam, & hoc mihi pla-
cet,nam adhuc est obligatus propter dolum suum,vt in d c.
j de eo qui dux.in ma quam polluit & vbicunque loquitur
quis decipiendo illum, cum quo contrahit,Deus intelligit
verba,secundum eum,cui fit promissio, & non secundū pro
ferentem verba,ut est tex in cap.quicunque,arte. 22.quæst.
5.licet ergo non sit matrimonium,quia habuit animum de-
cipiendi,& non contrahendi, nihilominus Deus obligat ip-
sum,vt seruet promissionem,sicut contrahens secum intel-
lexit,ut in dicto c.quicunque arte,licet ille text. loquatur in
iuramento,tamen idem est in quacunque alia promissione,
22 vt ea.quæst.iuramenti,& sic nota,quod licet verba † iuramē
ti,& contractus in foro pœnitentiali intelligantur secundum
intentionem iurantis,vel promittentis,ut hic, & per Inno.
supra de iureiur.veniens,& dixi supra eod.ex literis,tamen si
est in dolo etiam in foro conscientiæ obligatur secundum,
quod aduersarius intellexit propter suum dolum,vt dicto c.
quicunque arte, & hæc adde ad id quod dixi supra eod ex li
teris, & per hæc puto,quod iudex sun pœnitentialis debeat
eum inducere ad recipiendam ipsam in vxorem. vbi autem
non posset inducere,quia omnino persisteret in resistentia,
tunc debet illi imponere aliam pœnitentiam, & hoc voluit
Hos nam in verbo,dissentiat,dicit quod episcopus sæpe mo
nuit illam,de quo in tex.vt reciperet mulierem de nouo cō
sentiendo in ipsum,sed noluit acquiescere, & postea in fi c.
super asluit reprehendēdo magistrū suum,dicit quod dolus
istius non potuit puniri in foro contentioso,cum in ipso de
hoc non constaret,sed bene debuit puniri in foro pœnien-
tiali per impositionem pœnitentiæ.Ex quibus apostillis col-
ligitur mentem Hos esse quod sacerdos primo debet ipsum
inducere, vt eam recipiat in vxorem, & si hoc non poterit
facere debet aliam pœnitentiam imponere de dolo commis
so,& has apostillas sequitur Ioan.Andr. & Dom.Card non
credas tamen quod non deberet ei imponi pœnitentia si pa
ret inductioni,nam licet sufficiant ei, quam voluit decipere
nihilominus de peccato est imponenda pœnitentia,de quo
vide glo not.in clem j.in verbo, non esse peccatum,de vita.
sed quando non potest inducere imponet duplicem pœnitē
tiam,s.& propter peccatum,& quia non satisfecit illi.quam
læsit,& sic intellige illum passum quem non reperi declara-
tum, & hoc tene perpetuo menti, quia multum instruitur
iudex pœnitentiæ,& sæpe numero occurrit de facto.

In glo in verbo,forte.glo vult dicere,quod recte non in-
telligentes cum dubitatione putant matrimonium contra-
hi ex illis verbis secuta copula,sed recte intelligentes tenent
certum,quod contractum matrimonium.& sic sine dubita
23 tione,sed Innoc & communiter Doct.dicunt,quod † verbū
forte,ponitur assertiue.& hoc procedit secundum primum,
& tertium intellectum,sed secundum secundum intellectū
stat proprie,s.dubitatiue.& secūdum illum intellectum Pa-
pa in verbo,super quo,loquitur allegando,vt supra dixi,& q
verbum forte,aliquando accipitur assertiue.vide glo.in cap.
tuæ,in verbo,forsitan,de procur.& in c accedens,j.in verbo,
contumaciam, vt li non contest & est text. cum glo.33 q 2.
admonere.de pœn.dist.j quamobrem,& per gl.in l.si duo.ff.de
arbi: & in l.mutus.ff.de procur.

Iug.in verbo,constiterit.ibi,22.q.5.hoc videtur,dic quod
non creditur illis qui hoc audiuerunt ab isto, quod non ha-
buerit intentionem contrahendi, quia si non creditur sibi
in foro iudiciali,multo minus debet credi illis qui ab eo au-
24 diuerunt,vt in c.ex quadā,de test. † Item testamētum de au
ditu alieno non probat,nisi quando agitur de periculo ani-
mæ,ita quod credere tali testimonio prodest,& nemini no-
cet de quo vide glo.in d.c non videtur, & quando valeat te-
stimonium de auditu,& quando non,vide per glo. 3. quæst.
9 testes,& per Doct.in c cum causam,de testib. & in l.testiū.
C.de testi.item no.duo ex glo nam sentit communem intel
lectum,dum dicit, quod fuit confessus in pœnitentiali foro,
& quod ibi est credendum in ipso.Secundo sentit contra in
tellectum dom Card.dum dicit, quod si fuisset confessus co-
ram iudice sedente pro tribunali non crederetur sibi,quod non
habuisset animum accipiendi ipsam in vxorem, quia non
creditur confitenti, quo ad præiudicium alterius,dixi latius
in positiore intellectus.

In glo in verbo,forma,Doct. communiter sequuntur glo.
licet Gaspar Cald aliter intelligat,cuius intellectum non re-
fero,quia est falsus sed Butr dicit, quod substantia est ipsum
25 matrimonium, & consensus. † quia verba non sunt de for-
ma matrimonii,sed de solennitate probatoria. facit pro hoc
tex.in § ibi ne substantia coniugalis contractus, & sic ipsum
matrimonium est substanita,consensus vero est forma indu
cens matrimonium,sed tamen Doct. communiter sequun-
tur expositionem glo & ipsam tenendo die verba esse de for
ma matrimonii subaudi,vel æquipollens, puta signa,& hoc
plene examinaui supra eod.tuæ.

SVMMARIVM.

1 *Denunciatio facta per honestum virum de consanguinitate fama,& scā dalo,impedit matrimonium.*
2 *Testis referens verba alterius debet formaliter ea referre,ut audiuit.*
3 *Argumenta,an replicari debeant formaliter, vt ab argumentante proferuntur.*
4 *Testis dictum non vitiatur,licet non fuerit a iudice citatus.*
5 *Testis scriptus in actis repertus præsumitur inuitus deposuisse, nisi aliter appareat in scriptura.*
6 *Fama deferens puellæ impedimentum impedit matrimonium.*
7 *Iudex in causa matrimoniali ex officio potest inquirere de fama simpliciter.*
8 *Commissa iudicis arbitrio intelliguntur de discreto.*
9 *Appellari,an potest ab his quæ iudicis arbitrio commissa sunt.*
10 *Persona grauis quæ dicatur in causa denunciationis.*
11 *Iuramentum propinquorum nolentium computare gradus consanguinitatis non admittitur.*
12 *Parentes,an admittantur ad testificandum in causa matrimonii.*
13 *Frater,an possit esse testis pro fratre.*
14 *Matrimonium impeditur contrahi per famam,& etiam per dictum vnius testis.*
15 *Testes sponte oblati qui dicantur.*
16 *Iudex famam reputare non debet,nisi probetur.*
17 *Iudex quomodo credere debeat,si contra famam probatam deponant propinqui.*
18 *Persona vilis,quando admittatur ad testificandum,& denunciandum.*
19 *Fama requiritur, ut sit ad maiorem partem viciniæ, & eorum ad quos spectat.*
20 *Notorium etiam probatur per duos testes.*
21 *Iudex potest se certiorare de fama sine ordine iudiciario, & qualiter.*
22 *Probatio contraria,quando debeat admitti contra famæ probationes.*

CAP. XXVI.

1 CVm in tua. Ad denūciationem † vnius honesti viri, qui defert consanguinitatem, & de fama & de scandalo ducet impeditur matrimonium cōtrahi.hoc dicit.Cō
munis diuisio.Secunda ibi, ad quod.

Nota

2 Nota primo ibi,vt tuis verbis utamur,ſecundũ Bur.quod † teſtis referens verba alterius debet illa formaliter referre in vulgari. ad idem facit capi.accuſatus.§.2.de hære.in ſexto.

Ex hoc infertur ſimile argumentum,ſcilicet,quod repli-
3 cans † argumenta alterius debet illa referre in propria forma.Contrarium tamen dicit Ioan.And.in cap.Abbate,per illum textum,de verb.ſignifi.

Nota ſecundo,in verbo,feratur,& in verbo,ſponte obla
4 ta,quod † dictum teſtis non vitiatur, licet per iudicem non fuerit citatus,ſed per partem productus, quia potius videtur ſtimulatus a producente, quam ſe ingerere. Secus ſi ſe offert non productus a parte, quia tunc cenſetur ſuſpectus eo,quia ſe ingerit,& ſic dictum eius non valeret,vt in l.quæ omnia.ff.de procurator.& per Barto. in l.vxori. §. primo.ff. de falſis. ſed vide Barto. qui loquitur melius,quam alibi in l.poſt legatum.§.is vero.ff.de his quibus,vt indignis. vbi optime diſtinguit.

Sed limita illud,quod ſupra dixi,ſcilicet,quando nerteretur periculum animæ, nam teſtis non eſſet ſuſpectus, licet ſponte ſe offerat a parte non productus,vt eſt text.ſupra eo.

Præterea ſecundo,& per Butr. in capitu. iurauit,ſupra de probat.

Item dicit,quod etiam ſi teſtis eſſet citatus per iudicem tamen diceretur ſponte deponere ſi non recuſaſſet deponere cũ poſſet, vt dicit Bar.in dicto §.is vero, tamen ſi in a-
5 ctis † reperitur ſcriptum,talis teſtis iuratus depoſuit &c.præſumitur inuitus depoſuiſſe, niſi in ſcriptura ſit expreſſum, quod ſponte depoſuit,& hoc ſequitur dom. Bart. de Capua magnus Doctor, quem ſequitur Cyn.& Bar.in auth. presbyteros.C.de epiſcopis,& clericis.

Ex hæc nota, quia ſunt aliqui teſtes qui,volentes poſſunt teſtificari,ſed non inuiti,de quibus in l.lege Iulia.& in l.inuiti.ff.de teſt.& quarta, quæſtione tertia.§.item.l.Iulia.iudiciorum publicorum,& §.item inuiti,cum ſequenti.nam præſumuntur inuiti,niſi reperiatur ſcriptum; quod ſponte depoſuerunt,& hoc tenent Domini de Rota ſua concluſione tricenteſimaquinquageſimaquinta, alias ſexageſimaquinta, & vide per But.in capitu.primo.de iud.in octaua colum. hic tamen videtur innuere; quod propinqui qui ſponte ſe offerunt dicãtur ſuſpecti,nam in principio repellit propinquos ſponte oblatos,ſed in verſi.ſed contra formam,recipit alios qui ſponte ſe non obtulerunt.

6 Tertio nota, quod ſola fama deferens impedimentum puellæ impedit matrimonium contrahendum, de quo eſt tex.magis apertus in capitu.ſuper eo,de conſangui. & affin.

Et Abb.Sicu.dicit,quod iſte tex.eſt ſingulariter no. in eo, quod addit de ſcandalo.

Ex quo infertur,quod vbi ſcandalum vehementer timetur, ſed inter aliquas perſonas contrahatur matrimonium: poteſt,& debet iudex interdicere matrimonium contrahi, facit capi.nihil,de præſcript.& capit.cum ex iniuncto,de noui operis nunciatio.& hoc etiam tenet glo. in verbo, ſcandalum.

Nota quarto ibi,aut etiã per te ipſum, quod in cauſa ma-
7 trimoniali iudex † ex officio poteſt quærere de fama ſimpliciter,& de plano,ſed hoc eſt declaratum, quod ſine ſtrepitu,& figura iudicii in clem.diſpendioſam,de iudic. hi modi procedendi differunt,ut in clem.ſæpe.de uerborum ſignific. & per Bar.in extrauaganti, ad reprimendam.

8 Nota vltimo,quod commiſſa † ad arbitrium iudicis intelliguntur de diſcreto hoc probatur ibi ſecundum tuæ diſcretionis arbitrium.

9 Ex quo infertur, quod appellari † poteſt a iudice in his q̃ ſunt commiſſa eius arbitrio,& hoc dicit glo.notabilis in ca. ſuper his,in uerbo,arbitrium,de accuſa. ſecus in his quæ cõmittuntur ſcientiæ iudicis,ut dicit gl.in c.ſtatutum, in §.aſſeſſorem.de reſcriptis,in ſexto,quam tamen intellige, vt di-
b cit glo.nota.in cle.prima,in uerbo,oneramus.de iurepatr. [b]

Nunquid autem ſi committitur conſcientię iudicis videatur electa induſtria perſonæ,ita vt non poſſit cauſam ſubdelegare.Dom.Dom.tenuit,quod ſic in cap.2.de teſta.libro vj. ſed do.Petr.tenet contrarium,ſcilicet, quod non cenſeatur electa induſtria perſonæ,& quod poſſit cauſam ſubdelegare in clem.prima.in § ſane,de foro compet.& allegat Dom.de Rota,idem tenere,& tene menti hoc pro his quæ notantur in capitu.fina.de officio delega.

Sed quæro,quare in verbo,alioquin.dicitur,quod ſi perſona denuncians non eſt grauis,nec probatur de fama,vel ſcãdalo, quod poteſt epiſcopus monere, ne contrahat matrimonium, non autem compellere.

Quæro,quid ſi eſt perſona grauis,tamen de fama,vel ſcandalo non poteſt haberi probatio.dic idem ſcilicet, quod poſſit monere non autem compellere,& hoc vult Petr. hic in fi.cap.in verbo.edoceri,ſupplet,nec tu de plano poſſis c.rtificari etiam ſi perſona denuncians ſit grauis, & ſic ſentit, quod etiam ſi perſona grauis denunciat ſi de fama non poteſt haberi probatio,iudex non poteſt interdicere matrimonium contrahi, & hoc probatur in ver. ſuper quo, vbi tex. requirit,quod perſona denuncians ſit grauis, & quod de fama,vel ſcandalo doceat, vel quod iudex ex officio hoc poſſit certificari.

10 Quæ autem dicatur † perſona grauis, an habeatur reſpectus ad dignitatem,vel ad mores,& bonam famam.vide bonam glo. in cap.licet ex quadam,in verbo,grauis,de teſti.

Secundo opponitur contra text.quod ſit ſibi contrarius: nam primo,in verſicu.ad quod.dicit, quod iuramenta propinquorum debent recipi, ſed poſtea in uerſicu. uel contra famam,dicit cõtrarium, propter hoc iſte tex.intelligitur quinque modis.

Primo,quod in verſi.ad quod.loquatur de his qui ſe ingerebant,nam ex hoc ſunt ſuſpecti. l quæ omnia.ff. de procurato.ſed in uerſi. vel contra famam, loquitur de his qui non erant ſuſpecti.vnde primos repeller epiſcopus, & alios admittet,de quibus confidet,quod verum dicãt,& quo ad primum dictum facit litera ibi ſponte oblata, & iſtum intellectum poſuit ibi Pet.& Abbas.

11 Secundo modo intelligit Boatinus,ſcilicet quod † iuramẽta propinquorum nolentium computare gradus non admittuntur, ut in primo dicto, ſed ſi uolunt computare ſic, vt in ſecundo dicto,quod eſt in ſe verum, & probatur in ca. licet ex quadam,de teſt.vbi eſt tex. optimus, qualiter debeat deponere teſtis de parentela,ſed diuinat ad tex.& ſiõ Io.An.

Tertio modo intelligit, ſ. vt primum dictum loquatur in progenitore tantum,ſ.patre,matre, auo,auia, & ſic de cæteris aſcendentibus,& ſic accipitur 4 q.3.parentes, & de his qui ſi.occi.l.ſi.alibi tamen accipiuntur parentes,pro conſanguineis 3.quæſt.j.c.j.36.q.6.de parentela, & ſecundum Hoſt. in primo dicto parentes repelluntur, ideſt progenitores qui ſunt tanquam principaliter contrahentes,qui non poſſunt
12 teſtari pro ſe ipſis.Sed de hoc,an † parentes admittantur ad teſtificandum,quando vertitur quæſtio de matrimonio, dic. vt in cap.ſuper eo,ij.de teſti.& videbimus in ca. videtur,qui ma.accu.poſſunt. in ſecundo autem dicto admittuntur propinqui,ideſt alii conſanguinei collaterales. pro hoc facit qđ not.glo.in cap.cum R & in c.inſinuante.de offic.delega.quæ
13 glo.dicunt,† quod frater poteſt eſſe teſtis pro fratre,ne dum in alia cauſa matrimoniali,ſed etiam in alia cauſa, quod tamen intellige,niſi eſſent in poteſtate eiuſdẽ patris, quia tunc acquirerent patri quo ad vſumfructum, & per conſequens ipſi teſtificanti,donec pater uiueret,unde ratione commodi,quod perciperet non poteſt teſtificari hoc caſu, ut dicit gl.in l.præſentes.C.de teſti.& licet intellectus Io. An. in ſe ſit verus,tamen impropriat literam,quia litera uocauit maiores,& parentes, omnes propinquos,& hoc probat litera circa principium,ibi maiorum de ſua propinquitate.

Quarto modo intelligit Ho.ſ.ꝙ conſanguinei q primo repelluntur primo admittuntur arbitrio epiſcopi, nec in hoc eſt aliqua contrarietas,nã niſi epiſcopus arbitraretur ex coniecturis eos admittẽdos repellerẽtur,vt in primo dicto,alias admittentur,ut in ſecundo dicto.& dicit Hoſt. ꝙ ſenſus literæ eſt ibi, ſm tuæ diſcretionis arbitrium, licet multa dixerimus,& reinſtrinxerimus,& multa dicãtur in ſuperiori circa hoc tamen,quia ex variis cauſis varia præſumuntur,nec propter malitiam hominum, & varietates temporum certa regula dari poteſt finaliter tuo arbitrio relinquimus,vt penſatis perſonis,& temporibus facias hoc uel illud,arg de tranſac c. fi. de homicidi.ſicut,& iſtum intellectum ſequitur do. Cardi. in 7. oppo.& But.& Abb.Sicu.

Quinto modo intelligitur,ꝙ primo loquatur,qñ propinqui nolebant deponere ſolum conſanguinitatem non eſſe, & non contra famam.Secundo loquitur, quando volebant deponere ꝯ famam,ſ.teſtes qui depoſuerunt famam eſſe cõſanguinitatis dixiſſe falſum, & illum intellectum ſenſit hic gl fi.& placet Abb.Sicu.mihi etiam placet,quia primo caſu quando deponunt tantum conſanguinitatem non eſſe per hoc non tollitur qđ non ſit fama de conſanguinitate,ſed fama impedit matrimonium contrahi,vt in capitu. ſuper eo, de conſanguinita.& affinitate,& ideo iudex non debet recipere

ADDITIONES.

a Tu vide glo.contra hoc in c.dudum,in verbo, ſubſtantia veritatis.de conuer.coniug.quę dicit non referre,an teſtes deponant diuerſis verbis,modo ſit eadem ſententia,& ſenſus.

b De hoc plenius per Do.M.in cap.j.ſuper verbo,ſuo ſenſu,de conſtit.

pere iuramenta talium de facili, sed quando uolunt etiam
deponere nullam esse infamiam de consanguinitate, in to-
tum extinguitur depositio priorum testium qui deposuerũt
de fama.

Butr. autem reduxit hanc decretalem ad practicam. vnde
vt habeas eius mentem facias tres casus.

Primus est, quando testis deponit consanguinitatem esse,
vel probatur fama, & nihil in contrarium probatur, & hoc
14 casu impeditur † matrimonium contrahi, quia fama suffi-
cit ad impediendum matrimonium contrahi. capitu. super
eo de consanguini. & affinita. & similiter vnus testis, vt in ca
pitu super eo de testi. quod intellige, quando deponit, licet
si solum denunciaret non impediretur matrimonium, nisi
probaret de fama, vt est casus hic, & hoc tenet glo. in verbo,
de fama, & dixi supra in prima quæstione.

Secundus casus est, quando concurrit fama cum denun-
ciatore legitimo, vel vnus testis cum fama, & tunc dicit Bu
tri. quod consanguinei sponte se offerentes non admittun-
tur, quia sunt aliqualiter suspecti. Sed quando sponte se non
offerunt, sed a iudice requiruntur, & ex arbitrio iudicis sunt
examinati, & hoc casu arbitrabitur iudex, an magis debeat
credere talibus testibus, an vero famæ.

Tertius casus est, quãdo fama sola, uel vnus testis solus. &
hoc casu consanguinei admittuntur, siue sponte se offerant
siue non, & præferuntur famæ, vel depositioni vnius testis,
& pro hoc facit tex. in versi. ad quod. vbi requirit denuncia-
torem legitimum, & famam, vel scandalum probari ad hoc
vt consanguinei sponte oblati repellantur, & intelligi spon
15 te † oblatos illos qui non sunt citati a iudice, sed a parte pro
ducti, nam si sponte non producti vellent testificari essent
suspecti, nec valeret eorum testimonium dixi supra in secũ
do notabili, quando consanguinei nolunt deponere super
consanguinitate tantum, sed si vellent etiam deponere fa-
mam non esse, & sic in totum extinguere probationem fa-
mæ, tunc admitterentur etiam consanguinei sponte oblati
non obstante, quod fama concurrat cum denunciatore le-
gitimo, vt dixi supra, secundum quintum intellectum.

In glo. j. dicit Hostien. quod forte banna dicuntur, quod
sub pęna pecuniaria, vel sub pœna excommunicationis di-
cebat sacerdos in ecclesia, quod nullus impedimẽta cęlaret
& vide textum, iuncta glo. fin. sexagesima quæstione prima,
statuimus.

In glos. ij. sed dic, quod capi. tua. probat, quod fama faciat
aliquid publicum. vbi enim dicitur esse aliquid publicum,
non ex euidentia, sed ex fama, & ideo dic, quod ideo hic fa-
ma deserebat priuand. impedimentum, quia de eo non
constabat in iudicio, sed extraiudicialiter intellexerat ipsius
famam esse. vnde dicit But. quod de fama potest constare iu-
dici dupliciter vno modo tanquam priuato, quia hoc audi-
uit a pluribus, & hæc est fama priuata de qua loquitur hic, &
ista causat potestatem inquirendi per iudicem, & ad recipiẽ-
dum probationem de fama.

Et dicit Hostien. bo uerbum nota. scilicet, quod iudex nõ
16 debet reputare † famam esse, nisi probetur coram eodem,
secus, quando aliquid est notum iudici, ut notorium, nam
potest, secundum illud iudicare, licet non probetur, & de
hoc est tex. iuncta glo. in l. prima. C. qui, & aduer. quos, & no
ta. plene in capitu. vestra. de cohabitatione clericorum, &
mulierum.

Secundo modo potest constare iudici de fama, scilicet tã-
quam iudici puta, quia de fama sibi est facta fides in iudicio
per testes examinatos, & tunc talis fama impedit matrimo
nium contrahi ex quo de ipsa constat iudici, ut in capitu. su
per eo, de consang. & affini.

Vtrum autem si contra famam probatam deponunt pro
17 pinqui, † cui iudex debeat credere, dixi super tex. in reductio
ne ad practicam

In glos. in verbo, prima grauis Hostien reprobat dictum
glo. quia minus debet admitti testis, quando vitium a se ori
tur, vt in capitu primo. de confess. & in capi. veniens. primo,
de testi. vnde Hostien. dicit esse arbitratium, ut possit episco-
pus admittere etiam turpes personas denunciantes, si sibi vi
debitur propter periculum animæ, & si sibi videtur repelle-
re, de hoc secunda quæstione prima, si peccauerit.

But. autem dicit, quod aut impedimentum potest proba-
ri aliter quam per denunciantem, & quia factum potest ab
alus sciri, & tunc dicit But. quod criminosus non est admit-
tendus, nec ad denunciandum, nec ad testificandum, ut hic.
Si autem factum est occultum, ita quod non possit aliter pro
bari, & tunc dicit, quod debet admitti testificans de delicto
proprio, & turpi, vt in dicto capitu. præterea, supra eodem,
& hoc est, quia vbi deest facultas probandi interdum admit

tuntur testes qui alias repelleretur, ut est tex. cum glo in ca.
dilecti. in verbo, & si in tres, de electio. Et qualiter hoc de-
beat intelligi, vide But. in cap. tertio loco, de probatio qui di
cit hoc esse verum, quando natura facti est talis, quod veri-
similiter alii non possunt habere notitiam, alias secus, &
hoc sentit glos. secunda, in dicto capit. tertio loco, de proba-
tio. dicit tamen Butr. hic esse arbitrarium quanta fides adhi-
beatur testi deponenti de facto suo turpi, quando impedi-
mentum oritur ab ipso teste, & sic non potest per alios pro-
bari, & hoc etiam sequitur Abb. Sicu. qui dicit, quod hic est
textus, quod vilis persona non admittitur ad denunciãdum
etiam ubi agitur de peccato futuro impediendo, licet aliud
dixerit Gofre. in summa, de accusa. in fi. sed statim dicam.
postea dicit But. quod creditur uni testi alleganti turpitudi-
nem suam, quando in oppositum non offeruntur consan-
guinei, sed tu dic, quod primum dictum est verius.

18 Puto tamen, quod vilis persona † admittatur ad denun-
ciandum, dum tamen doceat de fama, vel de scandalo, ut
probatur hic in fi. capitu versi. alioquin, & per hoc iste text.
non facit contra Gofre. licet Abb. Sicu. alias dixerit, & opi-
nio. Gofre. sequitur dom. Card.

Sed Hostien dicit hoc esse arbitrarium, ut supra dixi, sed
tamen, quod non creditur testi alleganti turpitudinem suã
nisi quando impedimentum non potest per alios probari,
vt dicto capitu præterea.

Nec obstat iste tex. in l. alioquin, quia non loquitur de te-
ste, sed de denunciatore.

In glo. in verbo, de fama dic, quod licet dicta paucorum
19 non infament, & requiratur esse † famam apud maiorem
partem viciniæ ad hoc, ut dicatur fama, vt dicit glo. penulti-
ma, in dicto capit inquisitionis, tamen talis fama potest pro
bari per duos testes.

Sed aduerte glo. in l. tertia. §. eiusdem quoque principis, in
verbo, confirmat. ff. de testi. dicit quod fama debet esse pe-
nes maiorem partem populi. sed dic quod fama debet esse
apud illos ad quos scire spectat, ut est tex. & glo. in l. cum qui
dam § quod dicitur. ff. de acquirenda hæreditate. & ideo di-
cit Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus, quod
aut est factum arduũ, ut puta, si esset mortuus vnus magnus
homo, vel quando fecit aliquid valde magnum, & tunc re-
quiritur famam esse apud maiorem partem populi, & hoc
modo loquitur gl. in d. §. eiusdem quoque principis.

Aut est factum paruum, & tunc sufficit fama viciniæ,
seu contratę, & hoc modo procedit glo. in dicto capitu. in-
quisitionis, & pro hoc facit tex. in capitu. illud, supra de præ-
sumpt. & in cap. per tuas. in princip. infra qui fi. sint legitimi.
licet autem requiratur famam esse penes maiorem partem
populi, vel viciniæ, nihilominus potest probari per duos te-
stes, quod maior pars viciniæ, vel maior pars populi sic sen-
tiat, & hoc tenuit glo in l. tertia. §. eiusdem quoque princi-
pis, in verbo, confirmat. ff de testi. & glossa quarta, quæstio-
20 ne tertia, § pe. immo etiam † notorium probatur per duos
testes, vt dicit glos. secunda, quæstione prima. si quando
& hoc tenet Barto in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio
nibus, & dominus Cardin. hic in septima oppositione, & e-
tiam Abbas Sicu. idem etiam tenent Doctor. in l. inquisitio
nis, de accusatio. Sed vnus testis cum iuramento actoris.
non probat famam, quia talis testis non est omni exceptio-
ne maior. non enim est uerisimile, quod alius testis non re-
periatur, ex quo timeatur de opinione vulgi, & idem dicas
de notorio, quod tene menti. & istud vltimum allegauit hic
domin. Iaco. de Zoc.

In glo. in verbo, de plano. dicit hic Innocent. notabiliter,
21 quod † sine ordine iudiciario, siue testibus potest iudex cer-
tiorari de fama, quod declara secundum Doctor. quærenda
a vicinis absque iuramento, an de hoc sit fama. idem dicit
Innocen in capitu. primo, de postula. prælat. quod est singu-
lariter notandum. & hoc procedit in inquisitione generali,
vel speciali, quam facit iudex ad suam instructionem parte
non citata, secus si procederet parte citata, quia tunc testes
deberent recipi cum iuramento, vt in capitulo, qualiter, &
quando. secundo, de accusationibus. §. debet. & de hoc per
Baud. in clementi. prima, de officio ordi. vbi dominus Car-
dinal se remittit in quarta quæstione, & tribus sequentibus
tractatur in dicto cap. j. de postul. prælat.

Eiidem dicit Butr. in informatione super notorio, ut in ca
puulo, vestra. de cohabita. cleric. & mulier. & nota. in cap. bo
næ, de postul. prælato.

Sed Abb. Sicu. limitat id, quod dicit Inno. s. quod iudex
possit inquirere de fama sine ordine iudiciario, & sine testib.
nam hoc procedit vbi non fit alicui magnum præiudicium,
alias secus, maxime si graue præiudicium fieret absenti
in cuius

In cuius prælodicium nihil est innouandum, vt 3. q. 8 cauendr. & c. omnia. & de causa poss. & proprieta. capi. j. & de maio & obed inter quatuon.

In glo. fina tene menti perpetuo istam glos. quod contra
a probationes famæ[a] potest admitti † contraria probatio, &
aa si secunda probatio est clarior offuscatur effectus prioris probationis. Et dicit glo. quando probatur infamia contra aliquem. & dicit Abb. Sicu. quod ca in quo infamia sufficeret ad torturam, si probatur bona fama per aliam partem tollitur prima præsumptio, & sic non poterit poni ad torturã. & dicit quod hic videtur tex. & glo. de hoc, quod not. Bart. in l. ti ff. de quæstionibus. Et de ista materia qualiter si vna pars probat famam, vel infamiam, alia pars possit contrarium probare: dic, vt per Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus, & per Innoc. & Doctor. in ca. cum oporteat, de accusationibus. sequitur c. consulcationi.

ADDITIO.

a ¶An contra probationes famę possit admitti contraria probatio de hoc per Archi. 2. q. 5. omnibus. Bal. consi. 19. 1. vol. in fi. & Ale. Imo. consi. 152. 5. col. ver. non obstat, etiam 5. volu.

SVMMARIVM.

1 *Negatio mulieris viro contrarium probante nihil impedit matrimonium.*
2 *Sponsus, & sponsa debent benedici, Padua tamen sola sponsa benedicitur.*
3 *Sponsi benedicti debent saltem ea nocte stare in virginitate.*
4 *Benedictio sponsi debet fieri post contractum matrimonium.*
5 *Vocis organum est fallax, cum sæpe dicantur, quæ in animo non habentur.*
6 *Consensisse non præsumitur qui incontinenti contradixit.*
7 *Metus qualiter excusetur, & qualis esse debet.*
8 *Viri, an possint petere restitutionem tanquam spoliati, si mulieres aufugerint post cohabitationem.*
9 *Matrimonium, quod non potest probari per testes, an præsumatur per cohabitationem.*
10 *Copula carnalis præsumitur voluntaria, unde per eam metus purgatur.*
11 *Metus iniustus, an sit solus metus mortis.*
12 *Minæ solæ, nunquid causent iustum metum, & quando.*

CAP. XXVII.

1 CONSULTATIONI. Mulieri quæ negat se † in matrimonium cõsensisse, non creditur viro probante cõtrarium, sed si probat se consensisse per metum qui caderet in constantem, non tenet matrimonium. hoc dicit. vel sic secundum dom. Cardin. Probato matrimonio non auditur negans simpliciter consensum, sed afferẽs meticulosum & probare volens auditur. hoc dicit. Habet duo dicta. Secundum ibi, fine.

Nota primo ibi ad valuas ecclesię, alicubi seruatur, quod benedicitur ante altare palio supposito, de quo in ca. vir autem, de secundis nupt.

2 Et no tex. qui vult, quod † sponsus, & sponsa debeant benedici, idem probatur 23. dist. in c. vltimo, & 30. quæstione 5. sponsus, & in ca. aliter, j. de secundis nupt. vir autem. sed Paduæ seruatur, quod sola sponsa benedicitur, & non sponsus,
3 & † post benedictionem debent stare biduo, vel triduo, vel saltem ea nocte in virginitate, vt dictis iuribus. Sed glo. in d. c. vlt. 23. dist. & d. c. sponsus. 30 quæstione quinta dicit hoc esse de consilio.

Nota secundo ibi, & reclamantes, &c. quod talis benedi-
4 ctio † debet fieri post contractum matrimonium. Idem probatur in c. j. & in c. vir autem de secundis nup. Et de consuetudine quorundam locorum est, quod mulier primo desponsatur, demum die qua traduci debet benedicitur.

5 Nota tertio, quod organum † vocis est fallax, quia vir sæpe dicit quod non habet in animo, de quo dixi supra eodẽ, cum locum. verba tamen sunt instituta, vt per ea quis deducat cogitationes suas in notitiam alterius. 22. quæstio. secunda, is autem.

Nota quarto in verbo, mox, quod non præsumitur con-
6 sensisse qui † in continenti contradixit, arg. j. quæstio. j. constat, & 31. quæstione secunda, de neptis, & supra eodem, ad id quod.

7 Nota quinto, quod ad hoc, vt metus † excuset requiritur talis qui caderet in constantem. Minor autem excusat mulierem quam masculum, vt est glo. nota. supra eodem, cum locum. & ideo dicit tex simpliciter in constantem, quia debet esse talis qui caderet in constantem mulierem.

Nota vltimo in verbo, metu illato compulsus, & ibi non est statim audientia deneganda, quod admittitur talis libellus, dico matrimonium non tenere, quia fuit contractũ metu, & sic probat in processu metum fuisse talem qui caderet in cõstantem, ferenda est sententia pro ipso, sed si nõ probat de tali metu, sed simpliciter de metu, ferenda est sententia contra ipsum. hoc probat iste tex. notabiliter ibi, non est statim audientia deneganda, & ibi, & si talis metus inueniatur illatus &c. & pro hoc vide glo. no. in cap. examinata, de iudi. dixi supra eod de muliere.

Sed quæro, nunquid si tales mulieres aufugiunt post co-
8 habitationem possint † viri petere restitutionem, tanquam spoliati Innocen. hic dicit, quod non apparet hic, quod actũ fuerit possessorio. dicit etiam quod si fuisset actum non esset deneganda audientia istis mulierib. dicit tamen alii contradicunt. Sed dom. Card. in quinta oppo. tenet opinio. Iac. quia ante carnalem copulam non dicitur vir habere possessionem vxoris, vt est tex. cum glo. in capitu. examinata, de restitutione spoliatorum; & ideo si uxor aufugit non potest petere se restitui, tanquam spoliata, hoc etiam notant Doctor. in cap. ex parte, de restitutione spoliatorum, & dixi supra eodem, cum locum. glo. tamen trigesimasexta, quæstio. prima; capitu secundo. dicit quod maritus dicitur possidere vxorem statim post contractum matrimonium, sed intellige illam glossam quantum ad hoc, vt si maritus eam capiat propria auctoritate non puniatur, vt in ca. si quis virginem, in eadem causa, q. 2.

Secundo quæro quid si matrimonium non potest proba-
9 ri per testes, sed probatur cohabitatio, an præsumatur † matrimonium. dic vt per glo. 30. quæstio. 5. aliter, & vide plene per Doct. in c. illud, de præsump.

In glo. j dic quod non solum potest probare mulier se nõ cõsensisse veraciter probando metum, sed etiam potest probare istam negatiuam, scilicet se non contraxisse matrimonium probando se fuisse absentem in die quo vir dicit matrimonium fuisse contractum, & sic non potuisse illo die cõtrahere, vt in cap. ex tenore, & in cap. series de testi. nam negatiua, quando est coarctata loco, & tempore, potest probari, vt plene habetur in capit. bonæ memoriæ Magun. de electio. Item posset probare se veraciter non consensisse probãdo, quod tempore contractus erat minor duodecim annis, & sic non potuit consentire, ut supra eo. tuæ. sed simpliciter negatio non admittitur viro probãte matrimonium, & ita intelligitur ista decr.

In glo ij. nota ex glo. quod si post matrimonium contra-
a ctum metu sequitur copula[a] purgatur † metus, & præsumi-
10 tur copula uoluntaria. dicit tamen Vinc. eas audiendas post copulam si appatet eas inuitas detẽtas, & cognitas, quod est singulare secundum dom Cardin. in quarta opposit qui dicit, quod ualde difficile est probare tamen si probari potest admittitur probatio, & sufficit non solum præcisa coactio, puta, si ligatur manibus, & pedibus, sed etiam conditionalis videlicet si metu mortis, vel cruciatus corporis pateretur se cognosci, non talis metus sufficit ad inualidãdũ matrimonium, ut dicit hic Abb. Sicu. & idem dicit But. infra ti. j. coo-
b tinebatur, & ibi dicam.[b]

In glo. fina. nota bene istam glossam, quod non dicitur iu-
11 stus † metus, nisi metus mortis, vel cruciatus corporis, puta verberum, nam metus verberum causat iustum metum pręsertim in muliere, de quo vide per Innocent & Doctor. in cap. causam matrimonii, supra de officio deleg & per glo & Barto. in l. prima § quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non detur. sed vide Barto in l interpositas. C. de transaction. vbi examinat quotuplex sit metus, & nunquid faciat contractum rescindi per act. quod metus causa.

12 Nunquid autem solę minę † inducant iustum metum, dic quod sic, quando est homo qui solet mittere verba executioni, & potest probabiliter timeri de violentia. Secus si consue-

ADDITIONES.

a ¶Copula voluntaria. violenta enim non firmat matrimonium. dominus Abb. in capitu. discretionem. in nota, de eo qui cogno. consang. domino. Abba. in capitu. lator, secunda columna, in principio, de re iudicata.

b ¶De hoc metu habes consilium Alexan. Ne. & Alexan. Imo. vbi multa pulchra inuenies de hoc.

consueuisset multa dicere, pauca facere, quia tunc eius minæ non causarent iustum metum, ut notabiliter dicit Barto. in l. metum. C. quod metus causa.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, & sponsalia requirunt libertatem.*
2 *Timor pœnæ pecuniariæ soluendæ impedit libertatem consensus.*
3 *Amissio bonorum, quando iustum inducat metum.*
4 *Stipulatio pœnalis non ualet inter contrahentes matrimonium.*
5 *Stipulatio pœnalis dicitur auferre libertatem.*
6 *Libertas in contrahendo matrimonio qualiter requiratur.*
7 *Iudex ecclesiasticus, ne dum potest audiri super vincula matrimonij, sed etiam super extorsione pœnæ.*
8 *Ius idem in præparatorio, quod in præparata esse debet.*
9 *Matrimonia contracta qualiter dissolui possint.*
10 *Iuramentum appositum stipulationi pœnali in sponsalibus, an ualeat.*
11 *Statutum inducens pœnam contrahentibus sine consensu parentum, an ualeat.*
12 *Arra, an licite possint constitui super matrimonio.*
13 *Differentia quæ sit inter arras, & pœnam.*
14 *Pœna legalis tantum in matrimonijs debet stipulari.*
15 *Arræ quales esse debent in sponsalibus.*
16 *Pœnæ appositio, an & quando ualeat.*
17 *Donatio, an ualeat si uilis persona accipiendo nobilem mulierem confiteatur se recepisse dotem, quam non accepit animo donandi.*
18 *Stipulatio pœnæ in matrimonijs est contra bonos mores.*
19 *Solutionis difficultas liberat a pœna.*
20 *Agi numquid possit ad interesse ex stipulatione pœnali*
21 *Arræ, an possint interuenire in sponsalibus.*
22 *Arrarum pœna, quando cessat, & quibus casibus.*
23 *Promissio arrarum facta a patre si non dederit filiam in matrimonium, an ualeat.*
24 *Confessio facta de arris acceptis, an obliget, quamuis non constet de numeratione.*
25 *Iudex secularis qualiter cognoscat super causa matrimoniali.*
26 *Constituens se possidere fundum proprium nomine alterius, cum illum dederit nomine arrarum, an obligetur.*
27 *Arras, an lucretur is qui accepit, si matrimonium secutum sit.*
28 *Pignora, an possint interuenire in contractu matrimonij.*
29 *Pignus, an dari possit pro securitate contractus.*
30 *Pignus succedens arris sapit earum naturam.*
31 *Fideiussores, an interuenire possint in sponsalibus.*

CAP. XXVIII.

1 GEmma. In † matrimoniis, & sponsalibus debet esse libertas. Vnde in eis promissio pœnæ, non obligat. hoc dicit.

In prima mulieris querela.

In secunda dat iudicem. Secunda ibi, cum itaque.

2 Nota primo, quod etiam pœnæ pecuniariæ soluendæ † timor impedit libertatem consensus. Sed dicit But. & Abb. Si. quod si dominus temporalis incurreret metum amissionis alicuius rei, nisi contrahat matrimonium, quod per hoc matrimonium contractum non esset nullum, quia a iure non cauetur, quod metus amissionis alicuius rei non cade-
3 ret in constantem uirum, nisi forte esset † amissio omnium bonorum, vel maioris partis, vt in cap. Abbas, quod metus causa facit cap frequens, de restitutio. spoliator. libro sexto. Sed ad istum textum, dic quod Papa reprobat omnem cautionem, quia posset auferre aliquo modo plenitudinem libertatis, non tamen sequitur, quod per talem metũ sit nullum, vt nota. in capitu. præcedenti. & in capi. veniens, supra eodem.

Secundo nota secundum vnum intellectum, quod nedũ
4 inter contrahentes non valet † stipulatio pœnalis, sed nec ẽt inter parentes ipsorum contrahentium, & est iste verus intellectus huius cap. ut infra dicam, tamen hoc clarius probatur in l. Titia ff. de uerbo obligat.

5 Nota tertio, quod quamquam † stipulatio pœnalis interponat super contractu voluntario, & voluntarie, nihilominus dicitur auferre liberam facultatem contrahendi matrimonium licet habeat ortum a principio voluntarium.

6 Nota quarto, quod libertas requiritur † in matrimonio contrahendo non solum tempore promissionis de eo contrahendo, sed etiam tempore cõtractus, nam sponsalia fuerunt uoluntaria, & tamen iste tex. vult, quod possit compelli metu pœnæ ad contrahendum matrimonium de præsenti tale matrimonium non valet, & hoc dixi supra eodem, requisiuit. hoc tamen intellige secundum gl. ibi, super ea. & etiam infra dicam.

7 Nota ultimo, & tene menti, quod † iudex ecclesiasticus, nedum potest audiri contra laicum, super vinculo matrimonii, sed etiam super extorsione pœnæ, & idem cauetur si agitur de dote, vt in cap. de prudentia, infra de dote post diuor. restit.

Sed opponitur contra tex. & videtur, quod ratio assignatur in textu, quia non infert id ad quod quærebatur, nam quærebatur, an pœna apposita in sponsalibus obligaret. & Papa respondet, quod stipulatio pœnalis nõ tenuit, quia matrimonia debent esse libera, & tamen aliud sunt sponsalia, & aliud matrimonium, vt dixi in rubrica huius titu. de separatis autem non est illatio facienda. de translatio. prælato. inter corporalia. & de officio ordina. dilectus Goffre. solut, quod in omnino diuersis non infertur de vno ad aliud, secus in diuersis, in quibus est eadem ratio, supra eodem, cum locum, nam dispositio facta de causato habet locum in sua causa de pœn. distinctio. 2. potest, & de officio delegati. præterea Sunt autem sponsalia matrimonii præparatoria vnde
8 idem iuris † debet esse in præparatorio, & præparato, ut in d. iuribus, & in l. ad rẽ mobilem, & in l. delegatum ff. de procurat. & pro hoc vide bon. tex. in l. oratio. ff. de spon.

Tu dic. quod Goff. male considerauit istum textum, licet Docto. ipsum sequantur: licet enim fuerint contracta sponsalia intra septennium, tamen parentes istorum infantium obligauerunt se vinculo pœnæ si filii contraxissent matrimonium cum aliis. respiciebat ergo pœna matrimonium futurum contrahendum, & sic bene dicit text. quod non valuit stipulatio pœnæ, quia matrimonia debent esse libera a uinculo pœnæ. nam matrimonia, siue contracta, siue contrahenda debent esse libera a pœna, & iste text. loquitur de matrimonio contrahendo idem probatur in l. Titia ff. de verborum obligationibus. vbi dicitur quod matrimonia debent esse libera a vinculo pœnæ, siue futura, siue contracta. idem etiam probatur in l. secunda C. de inuti. stipu.

Sed de iure canonico matrimonia contracta nõ possunt
9 dissolui † Sed dic, quod possunt dissolui per ingressum religionis ante carnalem copulam, ut in cap. libetum, & in cap. ex publico, de conuer. coniug. & ideo si coniuges contracto matrimonio apponerent pœnam in casu in quo altero inuito altero ingrederetur religionem, non ualeret stipulatio pœnæ, quia matrimonia: siue futura, siue contracta debent esse libera idem si apponeretur pœna in casu quo alter peteret separationem thori propter adulterium alterius, ut in capit. quemadmodum, de iureiuran. & per hoc dic, quod sicut nõ potest apponi pœna in matrimoniis contrahendis si non cõtrahantur, ita non potest apponi in dissoluendis matrimoniis si dissoluantur, vbi dissolui possunt, vel ipsa matrimonia, vel thorus, & hoc notauit Vincent. supra eodem, requisiuit.

10 Sed dubito, quid si apponeretur † iuramentum stipulationi pœnali in sponsalibus. Bart. in dicta l. Titia. ff de verborum obligati. dixit, quod non valet iuramentum, quia est contra bonos mores, ut præd. l. Titia. ergo non obligat. ut in regula non est obligatorium de regu. iuris, libro sexto. Doctor. autem hic non tangunt, mihi uidetur, quod licet tale iuramentum possit dici contra bonos mores, inquantum tendit in impediendum libertatem matrimonii, tamen respectu pœnæ potest seruari absque interitu salutis æternæ, nam est licitum solum ex parte recipientis. vnde videtur, quod teneatur soluere pœnam, & postea repetere, sicut dicimus de debitore qui iurauit soluere vsuras, vt in cap. debitores, de iureiurando. & hoc uidetur voluisse Barto in l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. vbi dicit, quod quando prohibetur contractus in odium creditoris, ut in fœneratore, de quo supra dixi, & quãdo ponitur pactum l. commissoriæ. in pignoribus, quod est reprobatum odio creditoris, si iuramentum apponatur est seruandum, ut in capit. significante, de pignor. & hoc tenet ibi Innocent. debet ergo soluere. & postea repetere, & circa
11 hoc uide no. in c. cum contingat, de iureiur.
a Tertio quæro quid si statutũ † ciuitatis [a] imponit pœnam contra-

ADDITIO.

a Quid si statutum imponit pœnam contrahenti matrimonium cum filia fam. absque consensu patris. De statuto imponente pœnam filiç nubenti sine consensu parentum. Petr. de Anchara. consilio 11. de hoc per Arge. Institu. de iure naturali gentium in princip. super glo. Quid si statutum imponit pœnam nobili contrahenti cum plebea, an ualeat. dom. Ale. Ne. in c. cum locum, 7. col. supra titu. proximo.

contrahenti matrimonium cum filiafamilias abſque conſenſu patris, & aliqs venit contra ſtatutum, quia contraxit matrimonium cum filia alicuius abſque conſenſu patris, & iudex ſecularis ab eo exigit pęnam, an poſſit eccleſiaſticus ei inhibere ne hoc faciat. Ioan. Andr. & Domin. Domin. ponit illam quæſtionem in capi. ſtatutum, de hæreti in ſexto. Sed dom. Card. hic in octaua quæſtione dicit, quod iudex eccleſiaſticus poteſt ei inhibere, quia ſtatutum videtur contradicere iuri canonico, quod permittit filijfami. contrahere matrimonium etiam ſine conſenſu patrum, vt infra tit. primo, cap. primo, & probatur melius in ca. primo, ad fi. de deſpon impube. libro ſexto. nam ſuper matrimonio nõ ſpectat diſpoſitio ad iudicem ſecularem, ſed ad eccleſiaſticum. de ſecundis nupt. c. primo, in fi & per hoc, quia ſtatutum laicorum non debet etiam indirectè præiudicare iuri canonico, de immunita. eccle. c. fina. libro ſexto. & hoc dicit procedere, niſi ex aliqua iuſta cauſa iuſtificetur ſtatutum, vt ppter ſcandala quæ occurrebant ſi vnus de vna parte contrahebat matrimonium cum filia eius qui erat de alia parte, vt quia in ciuitate erant Gelphi, & Gebellini, vel ex alia cauſa, ſimili, ſed vide quæ dixi ſupra eodem, cap. primo, cui hoc adde, & vide nota. per domin. Cardi. in capit. j. in vltima q. j. de cland deſpon.

In glo. j verus intellectus text eſt, quod licet ambo eſſent infra ſeptennium, & ſic non poſſent contrahere ſponſalia, tamen parentes inuicem obligauerunt ſe vinculo pęnæ, ſi filii contraxerint matrimonium cum aliis, & talis obligatio valuiſſet ſi non fuiſſet pęnalis, ſed quia matrimonia debent eſſe libera non valuit promiſſio pęnæ facta per parentes, & hoc probat tex. quia Gemma quæ erat mater puellæ ſupplicauit Papæ, quia ab ipſa petebatur pęna, & ſic innuit text. quod parentes inuicem obligauerunt ſe vinculo pęnæ, & iſtum intellectum ſequuntur Docto.

In glo. fi. in fi. ibi, ſed ſecus eſt ſecundum leges. Hoſtien. di-
12 cit, quod glo. voluit dicere, quod † arræ licite poſſunt conſti-
tui de iure ciuili, ſed non de iure canonico, ſed Doc. communiter tenent contrarium, ſcilicet, quod de iure canonico licite poſſint arræ interuenire, & hoc voluit glo. in capi. accedens. in prima glo de procura. & in ca. ex parte, in tertia glo. de conuer. coniug. & hoc videtur probari in cap. ex publico, iuncta glo. eodem titu. Sed Ioan. And. dicit, quod Ionocen. voluit dicere, ſecus eſt ſecundum leges, quia leges hoc dicũt non tamẽ voluit dicere, quod aliud ſit ſecundum canones.
13 Sed reſtat videre quæ ſit ratio differentiæ inter † arras, & pę
nam. Roſ. dicit, quod ratio eſt, quia pęna ſolum promittitur arræ ãt dantur, ſed faciliores ſumus ad promittẽdum, quam ad dandum arras. Item arræ ſolent dari in parua quãtitate. Pęna uero promittitur in magna quantitate, & ideo timore magnæ quantitatis quis poſſet compelli ad matrimonium.

Sed contra hoc facit, quia pęna non poteſt peti quadruplicata. ſed bene arra, quando ſuper hoc fit pactum ſpeciale vt in l. fi § quadrupl C. de ſponſa. Hoſtien. autem dat aliam reſponſionem quam non refero. dicit Ioan. Andr. ſe vidiſſe conſtitutionem arrarum, & pignorum habito reſpectu ad qualitatem perſonarum fieri, & hoc etiam tenet Iac. de Rauẽna, Pet. & Cy. in l. fi. C. de ſpon ſi enim pauper dat magnas arras, quis dubitat propter hoc libertatem matrimonij. non debet ergo teneri ex eadem conſideratione qua mouetur iſte tex. dicit etiam Ioan. And quoſdam tenere, quod ualet ſtipulatio pęnæ, quando inter locupletiores parua pęna promittitur, & ſecundum iſtos l. fina. præalleg. ponderauit, quod communiter fieri ſolet, pro hoc. ff. de verborum oblig. l. ſi Stichum. §. primo. & quod ibi not. & hæc reſponſio, tam in arris quam in pęna eſt æqua. Sed Barto. in l. Titia. ff. de verborum obligatio. dicit quod non vult recedere ab opi. Inno. & glo. ſcilicet, quod ſit facienda differentia inter arras, & pęnam, & dicit quod omnis pęna conuentionalis quantumcunque modica non valet primo per l fina. in fi. C. de ſponſ. quæ præciſe loquitur, & iſta ſunt verba illius l. in fi. Ex diffinitione autem huius l. ſi cautio pęnalem ſtipulationem continens ſit interpoſita ex vtraque parte nullas vires habebit cum in cõtrahendis nuptiis libera poteſtas debeat eſſe. Item hoc dicit Barto. probari in l. neque, cum glo. C. de nupt. ubi dicit, quod ſi promittantur decem pro pęna in matrimonio non valet promiſſio, & tamẽ illa eſt modica quãtitas, mouetur etiam per l. ſi ſtipulatio ita facta fuerit. ff. de verbor. obligatio. vbi dicitur, quod in matrimoniis debemus eſſe contẽ
14 n † pęnis legalibus, nec poſſumus ſtipulari, niſi pęnam legis
compræhenſam. vnde ſi vnum denarium ſtipularetur quis vltra pęnam legalem non valeret ſtipulatio, vt ibi dicitur, & pro hoc facit d. l. Titia, & hoc cap. Nec obſtat l. fina. C. de ſponſ. quæ permittit in arris paciſci ad quadruplum, quia illa dicitur pęna legalis, ex quo dominatu legis interponitur l in conuentionalibus, & ibi per Bart. ff de verborum obligatio. & pro huius declaratione dicit Barto. quod quandoque matrimonium eſt perfectum, & tunc pęna legalis eſt perfecta expreſſa, ſcilicet amiſſio dotis, & donatio propter nupt. vt l. conſenſu. C. de repudi. ſecundum l. iubemus, eodem titulo.

Quandoque ſunt contracta ſponſalia ſolo verbo, & tunc nulla eſt pęna legalis l. prima. C. de ſponſa. eadem ratione, nec aliqua conuentionalis, ut hic, & in dicta l. Titia.

Quandoque ſponſalia fuerũt contracta non ſimplici uerbo, ſed fuit ultra proceſſum ad realem traditionem arrarũ, & tunc eſt pœna legalis, ſecundum famam, l. vltima. ff. de ſponſa.

Sed quia non eſt veriſimile, quod lex voluerit imponere maiorem pęnam dirimenti ſponſalia quam dirimenti matrimonium, cũ pariter debeat ambulare. l. neq;. C. de nup. & in l. ſecunda. C. de inuti. ſtipula. & in l. Titia. ff. de uerborum obligationibus. Ideo dicit Barto. quod pęna arrarum, uel du-
15 pli, vel tripli, vel quadrupli, circa arras † non poteſt excede-
re quãtitatem dotis, vel donationis propter nuptias, vel vbi non eſſet dos conſtituta non debet excedere quantitatem poſitam in l. iubemus. C. de repudi. ſ. quartam partem bonorum. & hoc dicit Barto per l. ſi ſtipulatio iſta ff. de uerborum obligationibus. & ſic dicit debere limitari. l. finalẽ. C. de ſponſali. & dicit Barto. quod omnis pęna extra diſpoſitionem illius. l fina. in ſponſalibus, non valet, quia non eſt legalis, nam ille textus. reprobat omnem aliam pęnam, & hanc opinionem Barto. ſequitur Butr. hic, & domin. Cardina. in oppoſitione, quam facit ad ſuam primam quæſtionem.

Sed Abb. Sicu. hic dicit, quod in pęna putat opinio. Bart. eſſe veram, nam quantumcunque parua quantitas opponatur non validat, quia odia non debent extendi, ut in regula, odia, libro ſexto, & in l. quod uero contra. ff. de ll.

Sed in arris putat veram opinionem. Ioann. And. ut conſideretur quantitas arrarum, & qualitas perſonarum, maxime reſpectu recipientis qui habet reddere duplicatas, & mouetur per rationem. ſ. naturalem, quia debemus recedere a verbis legis, & ſeruare ſententiam, vt nota in l. non dubium. C. de legibus, & in regula fin. de regu. iuris, libro ſexto. & ſi arræ eſſent tantæ quantitatis, quod veriſimiliter impedirent libertatem matrimonij, non debet valere conſtitutio arrarum, & iſta opin. mihi placet. tamen in iſta materia tria ſunt videnda.

Primo, an & quando appoſitio pœnæ ualet in ſponſalibus.

Secundo quid de arris.

Tertio quid de pignoribus datis pro ſponſalibus impediendis.

16 Circa † primum diſcurre per ſex caſus.

Primus, quando eſt pęna quæ conſiſtit in lucro perdendo vt ſi lego Titio centum ſi contrahit matrimonium cum tali valet appoſitio talis pęnæ, & ſi non contrahit perdit legatum, & de hoc eſt tex. in l. Titio centum. §. primo ff. de conditio. & demonſtratio. ratio quia ſola amiſſio lucri non habet intimidare matrimoniũ, ita quod tollatur libertas matrimonij contrahendi, & hoc eſt verum, qñ pęna lucri perdẽdi eſt appoſita ab extraneo, ſecus ſi inter contrahentes, quia non ualet, ut in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. ſi tibi nupſero. ff. de verborum obligationibus. ratio quia intuitu libidinis videtur inducere ad matrimonium, quæ ratio ceſſat in extraneo. hoc tamen limitat Barto. ſingulariter in dicto §. ſi tibi nupſero, niſi is cui facta eſt promiſſio eſſet nobilior, quia videretur hoc donare animo compenſandi cum nobilitate. pro quo Barto. no. in l. prima. C. de donatio. ante nuptias. & in l. ſi uoluntate. C. de dot. promiſſio. & in l. ſi diuortia. ff. de verborum obligationibus. in quibus dicit, quod ſi
17 † vilis homo ditatus accepit vxorem nobilem, & confitetur
ſe recepiſſe dotem, quam non recepit animo donãdi, quod valet talis donatio, quia ſimplex donatio eſt prohibita inter virum, & uxorem, non autem remuneratio. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. l. quod autem. §. ſi uir. ita autem eſt remuneratio quædam, quia nobilis conſenſit in uilem, ideo remuneratur in dote.

a Sed tex. cum glo. in dicto cap. de illis. infra de cond. app. a videtur

ADDITIO.

a ¶Vbi Alexan. Ne. j. col. uerſi. 2 ſolu. Adde do. Alex. in c. j. in fi. de adult. & in c. ſuper eo. 2 teſti. in nota.

videtur aperte dicere, quod quisque possit inuitari etiam a contrahente spe lucri, & ad contrahendum matrimonium, & sic ibi videtur tex. contra prædictas leges, si ista stipulatus fuero te sisti. §. si tibi nupsero. ff. de verborum obligationibus.

Sed Abb. Sicu. in dicto c. de illis dicit quod ibi tex. & gl debet intelligi, quãdo promissio fuit facta ex iusta causa, puta, vt pecunia conuerteretur in dotem, vel ex alia iusta causa, & sic debet intelligi secundum illum §. si tibi nupsero, vbi talis promissio a iure approbatur, quando subest iusta causa aliter non.

Et ista faciunt ad quæstionem, pone testator instituit filium hæredem, ita quod non contrahat matrimonium, nisi cum filio mercatore, & alias si cũ alio cõtraxerit instituit eum in legitima tantum, an tale præceptum valeat dicit domin. Cardin. in decima quæstione, fuisse consultum, quod tale pręceptum valeat, quia non continet pęnam, cum per ipsum nihil proprium auferatur. ff. de damno infecto. l. secunda vbi damnum dicitur ademptio, & diminutio patrimonii sed hic patet nihil proprium adhibuit filiæ, quia nihil debetur sibi, nisi legitima in bonis patris, & dicit domi. Cardina. hoc optime probari in dicto §. primo. l. Titia. ff. de conditio & demonstratio. & istud videtur innuere ibi Bart. in hoc mihi placet.

Secundus casus est, quando pęna est timor perdendi amorem inordinatum, & talis timor non tollit libertatem consensus, & sic non vitiat matrimonium, vt est tex. supra eodẽ, veniens j. & ibi dixi.

Tertius casus est, quando est pęna accidentaliter imposita incutiens timorem subtractionis copulæ, & adhuc talis timor non tollit libertatem consensus, nec vitiat matrimonium, vt supra eodem, tua nos, in prin.

Quartus casus est, quando est pęna consistens in proprio perdendo apposita inter ipsos contrahentes, vt puta promisi tibi x. si non contraho tecum sponsalia, & hoc casu etiam data habilitate personarum contrahendi matrimoniũ, non valet talis promissio pęnæ necessitans matrimonium, vt patet hic & in l. Titia ff de verborum obligatio. nam quodammodo tollitur libertas matrimonii, cum ad hoc fortius propter timorem pœnæ.

Sed aduerte, quia secundum hoc nulla sponsalia maxime iurata deberent valere, quia ibi subest timor periurii, si non contrahit matrimonium. Constat autem, quod pęna periurii est minor quacunque alia pęna corporali, vt in l. fina. C. de sacrosan eccle & quia quis debet potius omnia mala pati, quam malo consentire.

Bur. dicit, quod quidam est timor amissionis rerum, & talis timor non causat iustum metum, nisi quando est timor perdendi omnia bona, vel maiorem partem. vt nota in cap. Abbas, quod metus causa facit capitu. frequens, de restitut. spoliatorum libro sexto. igitur timor talis pęnæ incurrendę tanquam vanus, & non cadens in constantem, non infert iustum metum per quem tollatur matrimonium, ergo non vitiat matrimonium.

Dicit tamen Bur. quod ideo iura annullauerunt appositionem pęnæ, quia matrimoniũ est quoddam sacramẽtum ad quod voluit lex, & canon contrahẽtes accedere cum plena libertate, non autem aliquo modo necessitati considerans difficiles exitus matrimonii, quando voluntas non est omnino pura, & libera, & ideo iura ponderauerunt, quod licet talis metus non dicatur cadere in constantem virum, tamen aliquos posset inducere ad contrahendum matrimonium, & sic licet non tollat libertatem matrimonii, non tollit tamen plenitudinem libertatis, & ideo iura reputantia appositionem pęnæ esse contra bonos mores ipsam annullauerunt, vt hic, & in l. Titia. ff de verborum obligatio. vbi ex-
18 presse dicitur, quod † stipulatio pęnæ in matrimoniis est cõtra bonos mores, & istud idem dixit Abb. Sicu. & dixi in primo notabili. Quædam autem est compulsio intrinseca, & ista a iure non annullatur, & de hoc loquitur capit. requisiuit, supra eodem. Vnde obligationes intrinsecæ surgentes ea ipsis sponsalibus non tolluntur, & ideo iurans contrahere cum aliqua matrimonium potest compelli ad contrahendum matrimonium de præsenti, & si non contrahit incurrit periurium, quia ista est pęna intrinseca, & de hoc vide gl. in ca. requisiuit, supra eod. & ibi dixi super ea.

Quintus casus est, quando apponitur pęna inter contrahentem, puta quis promittit Sempronio decem nomine pęnæ si non duceret filiã Titii in vxorem, & eadem ista ratione ista promissio non valet secundum Doctores quia promittens timore pœnæ posset induci ad contrahendum matrimonium.

Sextus casus est, quando promissio fit inter extraneos puta duo promittunt certam pęnam vnus alteri si tales inuicẽ contraxerint matrimonium, & tunc aut tales sunt coniuncti coniunctione patriæ potestatis, vel consanguinitatis, vel amicitiæ, ita quod est verisimiliter, quod illi pro quibus se obligant ad pœnam contrahent matrimonium, ne promittentes incidant in pœnam, non valet promissio pœnæ, vt in l. hæres meus, in fine. ff. de condition. & demonstrationib & in l prima. iuncta glo ff. in ius vocati, vt eant, vel satisdent. Aut sunt omnino extranei, & hoc casu, aut tales se obligãt deducẽdo sponsalia contrahenda non per viam principalis obligationis, sed per viam cuiusdam conditionis ad pęnam, vt si ego, & tu inuicem promittimus pœnam alter alteri si Titius cum G. non contraxerit matrimonium, & secundum omnes valet promissio pœnæ, nam aliquando vbi dubium est de obligatione contrahentium, & promittentium se obligant extranei pro eis, de quo per Io. in Spe. de arbitr. §. sequitur, versicu quid si compromissum, in addit. quæ incipit Dyn. in regula scienti. vbi ponit dictum Dyni qui dixit quod obligatio pœnalis tenet inter extraneos super obseruatione laudi ferendi inter A. & B. quia in pœnis non est necesse, quod intersit illius qui stipulatur, immo potest peti pęna, etiam si nihil stipulantis intersit, vt in l. stipulatio ista. §. alteri. versicu. at si quis, & versicu. si quis dolum ff. de verborum obligatio & Institu. eodem titulo § fina. de inutil. stipu. § alteri. si ergo non seruabitur laudum pœna committitur, siue laudum teneat, siue non, vt uoluit Ioann. And post Dy. vbi supra.

Aut extraneus promittit sponsalia nomine mulieris adiecta pęna nomine suo, si non fiant sponsalia, & hoc casu dicit Hostien. quod non tenet pęnæ promissio, tãquam accessoria ad matrimonium, quod debet esse liberum, sed domi. Cardin in tertia quæstione, tenet contra Hostien. nam matrimonium erit liberum, ex quo isti extranei non possunt cogere contrahentes. vnde glo. in l. Titia. ff. de uerborum obligatio. simpliciter dicit pęnam tenere inter extraneos, & idẽ sequitur Butr. & domi. Abb. nam tales se obligant ad curandum, quod filii contrahant matrimonium, sed nulla est turpitudo aliquos inducere ad contrahendum matrimonium & ideo debet valere stipulatio, nisi isti extranei promittentes essent personę quæ possent esse terribiles contrahentibus, & dominis ciuitatis. Item dicit Butr. & Abb. Sicu. quod promittentes faciunt quicquid possunt, vt deducant matrimonium ad effectum, quod excusantur a pęna, quia diffi-
19 cultas † soluendi excusat a pęna, vt in l secunda. ff. si quis cau. & est casus in l. si vehenda. §. finali. ff. ad legem Rodiam de iactu. & in capitu. significante, de pignori. vbi iustum impedimentum excusat a pęna, & a periurio, & hoc tenet Barto. in l. continuus. §. illud ff de verborum obligation. & hoc disputauit Federic. de Sen post Ioann. Pariteusem de Senis consilio suo centesimo decimo septimo, vbi tenet hanc opinionem, scilicet, quod etiam hoc casu teneat stipulatio pęnæ inter extraneos, & hæc est communis opin secundum Abb. Sicu. quicquid dixerit Hostien. ad hoc facit glo. prima, sicut ex literis, supra eodem, quæ dicit, quod promittentes cum iuramento, quod filii contrahant inuicem matrimonium, si faciunt quicquid possunt, & filii nolint parere, periuri non sunt.

20 Sed dubium est nunquid ex stipulatione pœnali possit † agi ad interesse contra illum per quem stetit quominus matrimonium contrahatur, gl. dicit, quod sic in l. secunda. ff. de sponsa. & in l. Titia. ff. de verborum obligatio. sed contrarium dicit glo. in l si stipuler, alias stipuletur, eodem titulo, & illam glossam Ioann. Andr. dicit communius teneri, alias sequeretur, quod possit agi ad pęnam quanti interest contra hæc iura quæ prohibent pęnam indistincte, argum. ff. de seruis expor l. si Titius.

Dyn distinguit, quod aut agitur ad interesse ratione damni, & tunc in eo, quod obest potest agi, quia non est pęna respectu agentis, sed rei prosecutio. Aut agitur ratione lucri, quod futurum erat ex matrimonio, quod lucrum ei non abest matrimonio non contracto, & non agitur, cum hæc sit species pęnæ, argu. ff. de damno infecto. l. Proculus quidam vt refert Ioann. Andr. dicunt quod etiam ad interesse ratione damni potest agi, cum per hoc impediatur libertas matrimonii, & imputet sibi, quia damnum sustinet, cum sciat, vel scire debeat stipulationem non tenere, & hoc etiam tenet Cyn post Iaco de Arena, & Pet in l. prima, in secunda quæstione. C. de sponsa. sed Barto. in dicta l. Titia, per illam. l. dicit stipulationem non valere, quia est contra bonos mores, vt ibi dicitur, & ideo non debet valere, ut l. generaliter eo. Sed domin. Cardin. in sexta quæstio. dicit, quod ratio Barto.

parum

parum vrget,quia l.Titia,loquitur in stipulatione pęnali, & illa bene est contra bonos mores,secus quando fuit simplex stipulatio,per quam contrahuntur sponsalia,quia illa tenet & ideo dicitur, quod dicitur æqua distinctio. Dyn. Sed Butr. in fi. commenti videtur dicere , quod aut fit promissio sub nomine pęnæ,& ista non valet, vnde poterit agi etiam quatenus interest, quia stipulatio est ipso iure nulla, vt hic,& in dicta l.Titia.

Aut quis stipulatur interesse in casu,in quo non contrahatur matrimonium,& tunc dicit,quod talis stipulatio valet,quia iura prohibent stipulationem pęnæ, & non stipulationes interesse sed dom.Card.idem voluit,dum dixit,quod stipulatio pęnæ est contra bonos mores,& non valet, sed stipulatio simplex per quam contrahuntur sponsalia.vnde valet,& dicit,quod bene poterit agi ad interesse ratione damni,& non ratione lucri,quia si ageretur ratione lucri diceretur agi ad pęnam, & sic per hoc intimidatur libertas matrimonii,secus in interesse,quia per illud non intimidatur matrimonium,& hoc videtur verissimum,licet Abb.Sic dicat hoc communiter tenere Doct quod non valeat etiam stipulatio interesse,& hoc firmat Abb.Sicu. quia sumus extra casum.l.fin.C.de sponsa.& dicit quod Host.in summa, eodem titulo § primo.sequitur hanc opinionem. Sed dic,quod l.fi. C.de sponsa.prohibet cautionem pęnalem , nec de stipulatione interesse facit aliquam mentionem . dicit etiam Bart. in dicta l.Titia,quod si contractis sponsalibus alter commisit dolum,& ob hoc alter fecit expensas,quod potest agere actione de dolo ad interesse, & propter hoc sumus expediti de primo passu.

Venio ad secundum,scilicet,quando dantur arræ,& istæ
21 possunt interuenire † in sponsalibus,vt in l.fi.C.de sponsa.& si steterit per dantem arras, tenetur restituere ipsas duplicatas quominus cōtrahatur matrimonium perdit arras,si veræ propter recipientem tenetur restituere ipsas duplicatas, quia si restitueret solum id,quod accepit non pateretur pęnam,quando per ipsum stat quominus contrahatur matrimonium,& ideo,vt per vriatur restituit id quod recepit, & aliud tantundem , puta si accepit 50. nomine arrarum restituet centum,vt dicit in dicta l.fina.C.de sponsa. potest tamen apponi pactum speciale,quod triplicatas, vel quadruplicatas reddet,in quo triplo , vel quadruplo computantur ipsę arræ datæ,verbi gratia data sunt x.vltra decē restituuntur 30.quando est pęna quadrupli , & si est pęna tripli vltra decem restituuntur viginti,vt est tex.in dicta l.fin.ff.de quadrupli.& dicit Barto. ibi hoc esse notādum ad statuta dicentia , quod si quis accepit aliquid puniatur in duplo , vel in quadruplo . quia in duplo , vel quadruplo continetur simplum,quod abstulit,vt in l.hoc edicto.§ primo. ff. de public.
22 & ibi etiam Barto cessat autem pęna † arrarum secundum Inn.in quatuor casibus.

Primus est si infra biennium non sequantur nuptiæ,vt C. de sponsa.l.si is,& in l sæpe,ff de spons.

Secundus propter personam sponsi cum quo interdicitur matrimonium,vt C.de sponsa.l.fina.§ quæ ita, & §.seq. tamen intellige, quando dans fuit in bona fide,nam si fuisset certificatus de Impedimento matrimonii non posset arras repetere,vt ibi dicitur,& per gl.ibi,in verbo,reddi, & dixi in c.dilectus,supra eod.

Tertius casus est propter mortem sponsi,vel sponsę,nam tunc debent restitui arræ quæ sunt datæ, non autem duplicatæ,vt in l arris.C.de spons.

Quartus casus est propter minorem ætatem,nam si datur minori viginti quinque annis,siue tutori, siue curatori , vel alteri recipienti nomine minoris,si stat per minorem quominus sequatur matrimonium,non restituet arras duplicatas,sed solum id quod recepit. vnde securius est dare parentibus minorum,quia parentes tenentur in duplum, vt dicitur in dicta l.fina.quod tamen declara,vt ibi per Cyn vbi etiam declarat,an tutor,vel curator teneatur duplum de suo soluere.sed adde quintum casum,scilicet,quando recipiens vel dans arras ingreditur religionem , nam si dans ingreditur repetit ipsas. Et si recipiens ingreditur restituit eas simplices, vt in l.Deo nobis.C de episcopis,& clericis , & in ca. ex publico,de conuer coniug.

But.vero dicit,quod cessat pęna arrarum in omnibus casibus, de quibus in ca. quemadmodum,de iureiuran.quando de impedimento non erat certificatus tempore contractus per dictam l fi C.de sponsa. & dicit quod hoc tenet Hostien.in summa,de spons § primo. Sed circa arras videamus aliqua.

Primo quid si pater dicat, promitto me facturum , quod habebis filiam meam in vxorem,quod si non fecero promit
23 to centum nomine † arrarum.Barto. in dicta l. Titia . dicit quod non valet,sicut nec pęna , quia in arris requiritur traditio corporalis,vt dicta l.finali, & quicquid extra diffinitionem illius l.cuius verba supra retuli.

24 Secundo quæro,quid si altera partium fuit confessa † se recepisse centum nomine arrarum,nec aliter de numeratione constat.Barto. vbi supra dicit , quod est statim confessio , vt in l.Publia.ff depositi,nisi ex aliquo appareret hoc fraudulenter factum dicit tamen Barto.quod si Titius confiteatur se habuisse centum nomine arrarum a Caia , quia Caia fuit confessa se habuisse tantundem a Titio. non habet locum illa l.quæ exigit dationem. idem tenet Fede de Sen suo consilio sexagesimoquarto , quia talis confessio fit in fraudem pęnæ,& dicit quod si tales pęnæ admitterentur, & peterentur in foro seculari, quod posset haberi recursus ad ecclesiasticum iudicem,& idem tenet consilio 139.& ibi dicit,quod si mulier fuit confessa se recepisse centum nomine arrarum si conuenitur in foro seculari ad pęnam arrarum eo,quia contraxit matrimonium cum alio,dicit esse cautelā, quod mulier vadat ad iudicem ecclesiasticum, & coram eo deponat querelam,qualiter talis vadit eam diffamando, dicendo , quod promisi contrahere matrimonium cum ipso,& petat sibi silentium imponi,quia isto modo traheret etiam causam arrarum ad iudicium ecclesiasticum,sed non credo hoc posse fieri,quia de quæstione facti etiam matrimonialis cogno
25 scere potest † iudex secularis,vt notant Doctores in capitu. tua , de ordi. cognit.& per Barto.in l.omni innouatione. C. de sacrosanct.eccle.& in l.Titia.ff. soluto matrimonio , & in l.quotiens.C.de iudi.

Poterit ergo iudex secularis cognoscere de hoc facto,scilicet,an promiserit contrahere matrimonium , vel non . Et si fiat fides de sponsalibus,& de confessione mulieris , quod recepit arras condemnabit ipsum ad restituendum arras duplicatas in fine probet se nullas recepisse arras.

Tertio quæro,quid si constat, quod vna pars numerauerit alteri parti certam quantitatem nomine arrarum, & alia pars numerauerit sibi pecuniā eiusdem quantitatis.Barto.in dicta l. Titia.dicit , quod nihil videtur datum nomine arrarum,vt in l qui sic ff sol.

Item dicit,quod l fina.C.de sponsa.loquitur,quando datio arrarum fit ab vna parte tantum , & quicquid extra casum illius l ponitur est nullum ipso iure , vt dicit illa l. in ii. & istud sequitur hic Butr.& Abb.Sic.qui tamen dicit , quod multi tenent contra Barto in hoc vltimo . de quo per Bald. in l.fina.C.de sponsali. & dicit, quod vidit varia consilia in hoc contra Barto sed ipse noluit consulere, quia credit opinio Barto.veriorem.nam ratio l.fuit, quia facilius quis promittit,quam exburset,& dixi, sed ex quo tantum recepit ab alia parte quantum exbursauit, non videtur exbursare,vt d. l.qui sic.ff de solu.

Quæro quarto,quid si do ter fundum meum pro arris, &
26 constituo me tuo † nomine possidere Barto in dicta l. Titia. dicit,quod non valet,quia requiritur,quod corporaliter tradatur,vt patet in dicta l. fi.vbi dicit accepit &c.

Sed non dicitur quis accipere,nisi appræhendat,vt Insti. de rer.diui in §.item lapilli.facit.C.de naufra l prima.

Plus dicit Barto.quod si etiam fundus, vel species pro arra tradatur , non habet locum dicta l.fina.quia ibi loquitur de re quæ potest duplicari &c. Sed species non potest duplicari,vt in l.Lucius §.impuberem ff.de lega. secundo , & in l. plane.§ primo,& secundo.ff.de legatis primo.ergo &c.quia est extra diffinitionem illius legis,& istam opinionem sequitur But.& Abb.Sicu.

27 Vltimo quæro, nunquid accipiens † arras eas lucretur secuto matrimonio,an vero debeat computari in dotem, vel restitui Hostien.hic dicit,quod lucratur arras.sed in summa eodem titu.§.primo,dicit quod lucratur arras ex pacto, aliter non, & hoc est verius,quia l.fin non applicat arras recipienti ipsas, quando stat per dantem quominus contrahatur matrimonium,ergo si consentit contractui matrimonii debent arræ restitui,vel in dotem computari , & hoc tenet domin.Cardin.in oppo quam facit ad primam quæstionem Federic. de Senis consilio 163. vbi hoc latius examinat, & si uis scire quid iuris , quando arræ interueniunt in aliis contractibus,dic vt in l.contractus.C.de fide instrumentorum , & in l.ii.quando licet ab emp.di.

28 Venio nunc ad tertium,an † pignora possint interuenire in contractu matrimonii.Innocent. dicit, quod sic,quia pignora dicuntur arræ,vt in l.j C.de re.pigno.

Sed aduerte,quia Inn.est corruptus in hac allegatione,nā voluit allegare l.primam.C. si rector prouin. quæ benefacit ad idem de ritu nupt l.si quis officium, & de arbitris, ex posita.& Hostiensem tenet contra per capitu.& si necesse.infra de don.post di re. Speculat. vero in titulo , de sponsalibus.

§.i tenet cum Innoc.scilicet, quod pignora possint interuenire, quia qui tradit pignora non se obligat, sed illa perdit, vnde per retentionem consulitur recipienti, & plerumque alicui consulitur per retentionem, cui non datur actio, vt in l.Paulus.ff de doli excep. Et istam opi tenuit Host. in summa eodem tit.§.i in prima charta, licet hic aliter dicat. Non obstat capit.& si necesse, de do.inter virum, & vxorem, quia ibi sponsalia non tenuerunt, & per hoc pignora debuerunt restitui, & opi Innoc.sequitur Archidiaco.30. quæstio 2.capi. primo. Sed Iaco.de Are.dicit quod si pignus constituitur per conuentionem non tenet, sicut nec conuentio pœnæ si per traditionem, sicut traditio arrarum, & si cõstat per dantem perdit pignus. si vero per recipientem restuit duplicatum, & si vterque dedit pignus is perdit per quem stetit, vt dixi supra, secundum Bar l fin.C de sponsa. non habet locum, nisi quando alter dat. Sed Ioan.Andr pro concordandis opinionibus. dicit æquę distinguendum de quantitate pignorum sicut de quantitate arrarum. sed gl in dicta l. Titia.ff.de verbo. oblig.dicit quod aut datur pignus pro arra, & tunc valet datio pignoris, aut pro pœna. & non valet datio. & ideo tenet Fede.de Sen consilio 169 vbi dicit, quod si est actum ut non secuto contractu recipiens lucretur pignus, & fructus, non tenebitur ad fructus ille qui recipit pignus. Si vero datum est pro arris, & pro quantitate arrarũ computabuntur fructus in sortem. Sed Bart dicit, quod ad hoc, vt ualeat traditio pignoris requiritur, quod tradat realiter pro arris, & consistat in quantitate. But. vero in hoc passu considerat quinque casus.

29 Primus est, qnando datur pignus † pro securitate contractus, & interesse, vbi non contrahatur matrimonium, & tũc datio pignoris valet, sicut promissio interesse, quod an sit verum supra dixi & dicit But. quod soluto interesse restituetur pignus fructibus computatis cum interesse.

Secundus casus, quando datur pignus ob securitatem pœnæ, & hoc casu non tenet datio pignoris, sicut nec obligatio pœnæ, ut dixit gl in d l. Titia.

Tertius casus, quando datur pro securitate arrarum promissarum & dicit But quod non valet, quia neque valet cõtractus arrarum, vbi non incipit a datione, quicquid senserit Feder.de Sen. sed ego ĩ. in hoc aliter dicam.

Quartus casus, quando datur simpliciter in specie hoc acto, vt perdatur pignus non secuto cõtractu, & hoc casu dicit But. quod eodem modo non valet constitutio pignoris, vt etiam dixit Barto. & in hoc patet, quod Fede. de Sen. non bene dixit, dum voluit, quod possit dari pignus in specie, cũ hoc, vt recipiens lucretur pignus, & fructus non secuto contractu, vel pro arris, vt fructus computentur in sortem, nam pignus non potest dari in specie, sed debet dari in quãtitate.

Quintus casus est, quando datur quantitas loco pignoris acto isto, vt perdatur pignus, non secuto contractu. & Bart. tenet, quod valet, & quod pignus perditur non secuto contractu. sed But dicit, quod hoc sibi non placet, quia hic est alius contractus diuersus a contractu arrarum, & sic non sumus in terminis illius l fin.C.de spon. item in isto non haberet locum pignoris duplicatio ex parte altera, & sic non esset hinc inde æqualitas. Item ius non dat hanc naturam tali contractui, & sic sumus extra terminos l fi.C.de sponsa. in cuius casu habet locum duplicatio, & istam opinio. sequitur hic Abb.Sicu. propter fauorem libertatis matrimonii, & respondet ad d.l. primam. C.si rector prouinciæ. quod ibi contractus arrarũ apponitur pignus, nec disponit illa l. ut verũ pignus possit interuenire, & pro hoc allegat l.si stipulatio ita facta fuerit.ff.de verborum obligat. quæ dicit, quod debemus esse contenti pœnis legalibus, nec possumus in matrimoniis aliquid stipulari vltra illud, quod est expressum in iure, sed mihi placet opi Barto quia Docto communiter eam tenent. nam glo.in l Titia.ff de verborum obligati. dicit quod pignora pro arris possint interuenire, & idem tenent Doct. quos supra recitaui per Cyn. in dicta l prima. in quarta quæstio.C.si rector prouinciæ. vnde quando pignora consistunt in quãtitate. puta promisi dare decem pro arris, & pro pignore do.x.modia frumenti, licet arræ fuerint promissę non so-
30 lutæ valet datio pignoris, † quia satis uidentur datæ arræ, ex quo datum est pignus in qtantitate consistens, nam pignus succedit loco arrarum, & sapit eius naturam, quia subrogatum sapit naturam subrogantis.l.si cum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cau.& in capit.ecclesia, vt lite pendente. & ideo non est mirum si duplicatur, & quadruplicatur sicut arra, & dico quod habebit locum pœna dupli, & quadrupli, tã ex parte dantis, quam ex parte recipientis, cum sapiat naturam arrarum, & hoc voluit Iacob.de Arena, & per Cyn. in dicta l. prima, in quarta quæstione C. si rector prouin. & similiter, quando datur pignus in quantitate pro ipso matrimonio, vt non secuto contractu dans perdat pignus, tale pignus est loco arræ, & cẽsetur esse arra, ut est tex. in l. prima. C. si rector prouin vnde sortitur eandem naturam. quam habet arra, & hoc tene, quia ista est communis sententia, quidquid dicat Butr. & Abb Sicu puto tamen esse distinguendam quantitatem pignoris, sicut dixi supra in arris, & sic mihi placet opi. Ioan. And.

31 Nunquid autem possint interuenire † fideiussores in sponsalibus. Butr. dicit, quod possunt dari pro securitate contractus, vt patet infra de eo, qui vxor. suæ. veniens, sed obligabuntur solum ad interesse, sed ad pœnam se non possunt obligare quemadmodum nec ipsi contrahentes, quia non potest in plus obligari fideiussor quam principalis, vt Instit.de fideiuss §.primo, cum simili.

Vltimo quæro, nunquid in contractu matrimonii possit apponi pactum de stando in certo loco sub certa pœna? dicam post But. & Docto. infra qui ma. accu. poss. c.j.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro per carnalem copulam transeunt in matrimonium de præsenti.*
2 *Matrimonio vero cum ficto concurrente statur primo matrimonio.*
3 *Matrimonium præsumptum efficit copula carnalis.*
4 *Vinculum, quod nullum est non tollit validum.*
5 *Præsumptio clara, seu iuris, non admittit probationem in contrarium.*
6 *Veritas præfertur fictioni.*
7 *Vir si vult probare ante copulam carnalem recessisse à sponsalibus, an debeat admitti.*
8 *Sponsalium fides qualiter debeat fieri.*
9 *Cognoscens sponsam fornicario affectu, & cum alia contrahens, an ualeat matrimonium.*
10 *Papa non potest supplere quo matrimonium contrahatur.*
11 *Contrahens cum duabus sponsalia de futuro, licet prima ualeant, an si cum secunda se copulauerit conualidentur sponsalia.*
12 *Hæres non potest probare, quod filius fuerit legitime a patre exhæredatus.*
13 *Præsumptionis materia declaratur, & in tres partes diuiditur.*
14 *Probatio plena dicitur, quando iudex firmiter applicatur uni parti litigantium.*
15 *Præsumptio iuris, & de iure, seu legis, vel canonis, non recipit probationem in contrarium.*
16 *Præsumptio iuris, & de iure, quando esse dicatur.*
17 *Verbum plena fides, quid operetur.*
18 *Præsumptio iuris tantum, vel simpliciter, quando dicatur esse.*
19 *Præsumptio uiolenta in quo differat a præsumptione iuris.*
20 *Præsumptio ficta in quo differat a præsumptione iuris.*
21 *Fictio cadit super facto certo contra ueritatem.*
22 *Copulę carnalis effectus quatuor enumerantur secundum Hostiensem.*
23 *Sponsalia, an & quando per sequentem copulam transeant in matrimonium.*
24 *Copula carnalis, vtrum aliquid operetur in sponsalibus de futuro.*

CAP. XXIX.

1 IS qui. Sponsalia † de futuro transeũt in matrimonium de pręsenti per carnalem copulam subsecutam, sed non per nisum copulæ. hoc dicit cum c.fi.

In prima ponitur thema, ex quo elicitur quæstio.

Secundo illam soluit, & rationem submittit. Secunda ibi, ad primam.

2 Nota primo, quod concurrente † matrimonio vero, & ficto statur primo, & sic tantum operatur fictio in casu ficto quantum veritas in casu vero, de quo dixi supra eodem, veniens, el secondo.

Nota secundo, quod per copulam sponsalia transeunt in
3 † matrimonium præsumptum, sed non per nisum copulæ, vt uidebitis in c fi.

4 Nota tertio, quod vinculum † nullum non tollit primum validum saltem præsumptum. ad hoc regula, non præstat, libro 6.

Nota vltimo, quod est dare præsumptionem, contra quã non admittitur probatio in contrarium, & hæc appellatur
5 præsumptio † iuris, & de iure, & de hoc videbimus latius in glo.

Sed contra tex. opponitur, & videtur, quod primum matrimonium præsumptum debet tolli per secundum verum,

qua

6 quia veritas † præfertur fictioni, vt in cap. fin qui matrimo. accusa. poss & quod no de præsump. quanto. dic secundum dom. Cardin. in prima oppos. quod hoc potuit esse ratio dubitandi. sed contrarium procedit, vbi præsumptio recipit probationem in contrarium, secus in præsumptione, de qua hic, quia habetur pro veritate, neque recipit in contrarium.

7 Sed quæro, quid si † vir vult probare, quod ante copulam recessit a sponsalibus. Vinc dicit, quod audietur, quod enim hic dicitur, procedit secundum eum, quando poterat esse vxor, & erat sponsa de futuro, & non mutato priori statu, & illis manentibus in eodem proposito, vel saltem non protestantibus contrarium mulier fuit cognita, alias per coactum non efficeretur matrimonium præsumptum, & secundum Vincen. istud cap. hoc dicit. Quid contra matrimonium præsumptum non auditur probatio, quod copula non inducat matrimonium, sed contra substantiam matrimonij bene auditur, vult dicere Vincen. quod si vir, & mulier vult probare se non consensisse per actum copulæ, quod sponsalia transirent in matrimonium de præsenti, non audietur, quia hoc est hic determinatum, sed si alio modo vult probare: puta quia desierunt esse sponsalia audietur, vnde vir & mulier auditur, quod ante copulam contraxit cum alia per verba de præsenti, & generaliter audietur ad probandum quodcunque aliud impedimentum, quod reddat matrimonium nullum, nec ista litera aliter dicit nisi, quod contra præsumptionem huiusmodi non admittitur probatio. Sed But. clarius dicit, videlicet, quod aut quis vult probare contra matrimonium præsumptum directe, vel indirecte tali probatione, quæ non admittitur contra verum matrimonium, & talis non admittitur, vt hic. Aut vult probare tali probatione directa, vel indirecta, quæ admitteretur contra verum matrimonium, & tunc debet admitti, vt in casu præmisso.

Ex his infertur, quod si mulier cum qua contracta sunt sponsalia de futuro dicit se oppressam: nam admitteretur ad hoc probandum, quia etiam contra verum matrimoniũ admittitur quis ad probãdum metum, vt s. eo. cum locum. & c. veniens. 2. & c. consultationi. & idem dicit in viro, & muliere, quia si per metum, qui caderet in constantem, vir cõsentiret in copulam, iste metus haberet impedire, quominus sponsalia transeant in matrimonium, quia metus conditionalis sufficit ad annullandum matrimonium, vt dixi s. eo. consultationi. & dicam j. tit. 1. continebatur. & vide hic dom. Card. in 4. q & Bu. & hoc tene, licet Host. sentiat contrarium, cuius opin communiter reprobatur.

8 Tertio quæro, qualiter debeat fieri fides † de sponsalibus, & copula in casu huius c. Soluit Host. quod in foro iudiciali debet euidenter probari per testes idoneos. de condit. appos. per tuas. nec sufficit confessio coniugum propter prçiudiciũ sequentis matrimonij, de quo in litera, & per Doct. de cõsanguin. & affin. super eo. secus si non fuisset contractum matrimonium cum alia, quia staretur confessioni coniugum de copula, vt per Innoc. in c. fi. infra eod. & ibi dicam.

Ex hoc dicit Host. quod non potest fieri fides ecclesiæ de copula, vir manebit cum secunda impeditus, cum non sit vxor, ex quo consensit in primam per copulam, secus si nõ habuit animum consentiendi cum prima, quia tunc tenet matrimonium cum secunda, inquantum ad Deum propter animum contrahentis cum secunda, cui statur in foro consciẽtiæ, vt s. eod. tua nos. & quo ad ecclesiam, quia non potest iudicare, quod copula fecerit prima sponsalia transire in matrimonium, cum non constet ecclesiæ de copula. & hoc etiam sequitur hic dom. Cardin.

9 Quarto quæro, quid si quis cognouit † sponsam fornicario affectu, deinde contraxit cum alia per verba de præsenti: nam certum est quo ad ecclesiã, quod prima iudicabitur vxor, ex quo non admittitur probatio in cõtrarium, scilicet quod non consenserit per hæc spõsalia transire in matrimonium, & quod voluerit cognoscere sponsam non vt vxorem, sed vt concubinam: nam ista probatio est prohibita per istũ tex. ergo prima quo ad ecclesiam iudicabitur vxor, sed quo ad Deum est dubitatio. Vinc. dicit, quod secunda erit vxor, & nõ prima, & quod potius debet excommunicationem pati, quam remanere cum prima, vt in cap. Inquisitioni. de senten. excomm. & de restit. spoliat. litteras. Ecclesia tamen stabit pro matrimonio præsumpto: nam præsumet primam esse vxorem, & secundam reputabit adulteram, iudex tamen pœnitentiæ debet ei consulere, quod non obediat ecclesiæ, sed quod stet cum secunda.

Nota quod vbi non potest quis obedire ecclesiæ sine peccato, iudex pçnitentiæ debet ei indicere, quod non obediat, & quod potius patiatur quamlibet pœnam, vt in iuribus supra alleg. secus vbi posset parere ecclesiæ absque peccato, vt plene dixi s. eod. tua nos. Host. autem primo tenet opi. Vinc. sed postea mutauit opin. & dixit, quod in vtroque foro obediendum est Papæ, qui potuit statuere quicquid voluit in matrimonio iam consummato. de conuer. coniug. ex publi. sed

10 But. & Abb. Sic. tenent opin. Vincen. nam † Papa non potest supplere consensum, quod matrimonium contrahatur. facit cap litteras. in fi. de restitu. spoliat. Item quia tex. non annullat secundum matrimonium dispositiue, sed loquitur illatiue, si primo matrimonium est præsumptum prçsumptione iuris, & de iure, ergo secundum nullum, ita quod illatio nullitatis est fundata super præsumptione, sed si præsumptio est falsa quo ad Deum, quicquid sequitur, corruit. Idem tenuit dom. Cardin. in 2. & 4. quæst. in fi. dicit etiam Vincen. quod si vir fornicario affectu sponsam cognouerit, & aliam acceperit in vxorem, quod filij primæ reputantur illegitimi, & non secundæ, & dicit, quod si contrahitur cum alia, reputabitur bigamus, licet in veritate non sit, nec audietur probatio contra bigamiam, sicut nec contra præsumptum matrimonium, quod intelligit domi. Cardin. in 2. quæst. & bene in foro iudiciali, secus in pœnitentiali, vt supra eod. tua nos. & But. dicit esse notandum dictum Vinc. quod sicut non admittitur probatio contra principalem, ita nec contra id, quod ex eo sequitur. sed dom Cardin. vbi supra in 2. quæst. in fi. dicit, quod illud, quod dicit Vinc. de bigamia procedit, si vir habuisset aliam vxorem, quod tunc propter ista sponsalia interueniente copula censebitur bigamus, secus si non habuit aliam vxorem, quia nunc viuente muliere cum qua est matrimonium præsumptum, si contrahit, & consumat matrimonium, illud matrimonium censetur nullum, & sic non inducit bigamiam, sed bene pœnam bigamiæ, vt in c nuper. & in c. fi. de bigam.

11 Quinto quæro, pone, quod quis contraxit † sponsalia de futuro diuerso tempore cum duabus: clarum est, quod prima valuerunt, & non secunda, vt dixi supra eod. ex parte. & c. sicut ex literis. Sed pone, quod iste cognouit secundam, quæritur, an talis copula faciat secunda sponsalia transire in matrimonium de præsenti. Ego reperi istam quæstionem tactã a solo dom. Iac. de Zoc. qui multa dicit in hoc, sed ego paucis expediam dubitationem. facit quia iste tex. vt dicam infra, non habet locum nisi in terminis, de quibus loquitur, vt patet infra eod. cap fin. vbi nisus copulæ non facit sponsalia transire in matrimonium. in contrariũ est veritas, quia ideo sponsalia transeunt in matrimonium, quia ius præsumit cõsensum de præsenti, & ille consensus præsumptus transfert verba futuri temporis ad effectum verborum de præsenti, vt dicit glo. in fi. si ergo iste propter copulam censetur consentire de præsenti habet tollere prima sponsalia, quæ sunt de futuro, vt in c. sequen. Item matrimonium præsumptum gaudet prærogatiua qua gaudet verum, vt supra dixi. sed matrimonium verum tollit sponsalia de futuro præcedentia, vt in c. seq. ergo & præsumptum, & ista est veritas, & hoc finaliter tenet dom. Iac. de Zoch.

Ex quo nota, quod licet secunda sponsalia de futuro contracta primis non dissolutis non tenent, tamen si copula interuenit, tolluntur prima sponsalia, quia ille consensus de futuro efficiuntur de præsenti. Item tractant Doct. an cohabitatio, vel donatio, vel similia inducant matrimonium præsumptum, dicam post Inno. in c. fi. infra eod.

Venio ad glo. quam diuido in duas partes.

In prima parte ponit quinque species præsumptionum.

In secunda opponit, & soluit. secunda ibi, prope fi. sed hoc non fuit substantiæ forma. Expedio primam partem in eadẽ ibi præsumptio hominis, quæ est secunda species præsumptionis, dic quod mala fama inducit purgationem canonicam, vt in iuribus allegatis in glo. vel potestatem inquirendi secundum formam cap. qualiter, & quando, de accusat.

Sed aduerte, si infamatus deficeret in purgatione, tunc præsumptio malç famæ, quæ est prçsumptio probabilis, nec sola sufficiebat ad condemnationem, vt notat glo pen in c. literas. de præsump. & 32. q 2. dixit dominus. transit in violentam, & sola sufficiet ad condemnationem. de quo vide glo. no. in c. insinuatum. in glo. fi. de simo.

In ead. glo. ibi. ff. quod met. cau. non est verisimile, ibi est bo. tex. quod præsumptio, quç est contra aliquem, grauat ipsum duriori probatione, quia requirit, quod testes sint omni exceptione maiores. vnde in hoc casu non potest deferri iuramentum in supplementum probationis, quia iuramentum non supplet vicem vnius testis omni exceptione maioris, vt dicit ibi gl. no. sed vide tex. no. de præsump. quia non est verisimile de renun. super hoc.

In ead glo. in iij specie ibi, & hoc propter naturam declara glo. quæ est obscura, & Doctor. non declarant, nam natura præsumit propter coniunctionem sanguinis, quæ est

inter

inter patrem & filium, quod filius non commiserit aliquam
ingratitudinem contra patrem, sed quod potius fuerit pater
inductus ad priuandum filium hęreditate ex aliqua instiga-
tione falsa, puta nouercæ, vt in l. hoc colore cum duabus ll.
sequen. ff. de inoffic. testam. & per hanc cautam iura volunt,
12 quod † hæres debet probare, quod filius fuerit iniuste exhæ-
redatus, & quod sint iustæ causæ exhæredandi filium, vt in
Authē. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoque
capitulum. & in cap. Quintanallis. de iureiur. & quia cætera
verba glo. sunt clara.

13 Venio ad examinationem istius materiæ, † quam glo. tan
git, & licet glo. posuerit quinque species pręsumptionis, quas
subtraxit a glo. iuris ciuilis, quæ idem dixit ad litteram in l. fi.
ff. quod met. cau. tamen non sunt necessariæ tot species, quia
tres sunt præsumptiones, sub quibus omnes numeratæ per
glo. compræhenduntur.

Prima est præsumptio iuris, & de iure.

Secunda est præsumptio iuris tantum.

Tertia præsumptio, de qua glo. non facit expressam men-
tionem, sed innuit scilicet fictionem cum præsumptione iuris,
& de iure & vide glo. notab. 50 dist. ferrum. quæ dicit se non
approbare opin. illorum, qui dicunt, quod quædam est præ-
sumptio hominis quædam naturæ &c. & sic illa glos. aliter
sensit quam ista. Sed But. dicit, quod licet omnis præsumptio
possit dici hominis, quæ a iure tamen specifice loquendo il-
lę præsumptiones hominis, quæ a iure non specifice, sed in
genere approbantur: nam a iure dati sunt gradus probandi,
sed quanta, & quæ sit fides, & quam probationem ius requi
rat, relinquitur in pectore iudicantis, vt in l. 4. ff. de testib. vn
de debes scire, quod tres sunt gradus probationis: aliquan-
do enim proponitur factū, & vna pars dicit, & altera negat;
& tunc res efficitur dubia, & hoc nō facit aliquem gradum
probationis, ex quo iudex non applicat animum suum ad
aliquam partem. aliquando iudex applicat animum suum
ad vnam partem, & tunc si mouetur iudex leui argumento,
seu leui pręsumptione dicitur adduci in suspitionem, aliquan
do applicat animum suum pro vna parte, & vrgenti pręsum
ptione, sed adhuc iudex habet aliquam dubitationem, licet
non magnam. an sit vera illa præsumptio, & tunc iudex di-
citur adductus in opinionem. aliquando animus iudicis fir-
14 miter applicatur vni parti. & ista dicitur plena † probatio,
seu plena fides, vt in l. 1. ff. de testib. & in l. 1. post princip. ff. de
quæstionib. & per Barto. in l. admonendi ff. de iureiur. & hic,
& ideo quia ius relinquit ad quem gradum probatio ascen-
dat, vt dicta l. 3. ff. de testib. & supra de testib. in nostra. & ideo
potest dici præsumptio hominis, quæ pręsumptio hominis
accipitur ex his, quę consueuit facere, vt in l. vniuersorum.
ff. de pignor. actio. ff. de vsu in l. qui semisse. & Institut. de re.
diuis. §. pauonum. & in c. scribam & in c. mandata. de præsum
ptio. sed nos videamus de istis tribus præsumptionibus, quæ
a iure in specie sunt expressę.

15 Et prima est præsumptio † legis, vel canonis, quæ alio no-
mine appellatur pręsumptio iuris, & de iure, & contra talem
præsumptionem non admittitur probatio, vt hic. fallit in
tribus casibus.

Primus est, quando aliquis vult indirecte probare contra
pręsumptionem iuris. & de iure: nam probatio indirecta ad
mittitur, vt dicit glo. multum not. in clemē. 1. in glo. magna.
de prob. & ideo est, quia probatio directa habet perimere ip
sum factum, & ostendere ipsum esse falsum, sed probatio in-
directa non asserit factum falsum, sed aliud infert, propter quod
stante veritate facti ad hoc bene facit tex. multum notabilis
in cap. cum dilecti. de accusatio. vbi dicitur, quod admittitur
excusatio contra confessionem, quando non habet petimo-
re confessionem ex toto.

Secundo fallit, quando contra pręsumptionem iuris, & de
iure admittitur probatio in contrarium per confessionem,
vt notat Bart. & Cyn. in auth. sed iam necesse. C. de donat. an
te nupt. & glo. in Auth. de qualitate dotium § j. ad hoc facit
quod notat Inno. in cap. plerique de immun. eccles. vbi dicit,
quod si quis contra sententiam pro se confitetur illam iniu-
stam, licet sententia trāsiuerit in rem iudicatam retractatur
illa sententia, & sic per illam confessionem tollitur præsum-
ptio iuris, & de iure, quæ erat pro sententia quæ transiuit in
rem iudicatam: hoc tamen procedit, quando est tale factū,
in quo partes possunt sibi præiudicare. secus in matrimonio,
secundum Doct. quia partes non possunt renunciare matri
monio, & per consequens non valet confessio, cum non ha-
buerit intentionem transferendi sponsalia in matrimonium
per actum copulæ ad hoc cap. super eo. infra de eo qui cogn.
consang. vxo. suæ, &c.

Tertio fallit, quando pars pro qua est præsumptio iuris, &
de iure, patitur aduersarium probare contra illam præsum-
ptionem, & tūc probatio hæc tollit illam præsumptionem,
ex quo pars non opponit, vt dixit Inno. in cap. cum dilecta.
de rescrip. & in cap. cum Bertholdus. de re iudi. & infra de fri
gid. fraternitatis & ibi dicam. Sed puto hoc procedere in ca
sibus, in quibus cadit renunciatio partium: nam si esset lata
sentētia pro matrimonio inter duos, quod inuicem possent
contrahere matrimonium, ita quod inter eos non aliquod
impedimentum est, talis sententia transit in rem iudicatam,
vt dicit But. in cap. iurauit de præsump. & cap. fraternitatis, de
testi. & ideo si sententia transit in rem iudicatam dicitur præ
sumptione iuris, & de iure contractum matrimonium inter
eos, & ideo non posset pars vna etiā altera consentiente pro
bare contra dictam sententiam.

16 Sed aduerte: nam non dicitur † pręsumptio iuris, & de iu
re, nisi hoc in iure specifice exprimatur. & istud est, quando
ius præsumit, & aliquid certum statuit circa præsumptionē.
de quo vide glo. notabilem. 50. distinct. ferrum. supra alleg. &
54. distinct. fraternitatis. & has glo. sequitur Abb. Sic. hic, licet
dom. Cardin. dicat, quod nunquam dicitur pręsumptio iuris
& de iure, nisi hoc sit expressum in iure. Item dic, quod ver
bum plenariam, vel plenissimā fidem, importat pręsumptio-
nem iuris, & de iure, vt dixit glo. notab. per illum tex. in cle-
men. vnica in verbo, fecisse. de probat. quę glo. est notanda,
& per illam glo. dicit But. ibi, quod si statutum dicit quod ta
le quid faciat plenariam, vel plenissimam fidem, intelligitur
inducere pręsumptionem iuris, & de iure, & hoc mihi pla-
cet, quia comparatiuum, vel superlatiuum debet aliquid ope
17 rari vltra positiuum nam verbum plena † fides, sufficit ad in
tegram probationem. verbum ergo plenior, quod est com-
paratiuum, vel plenissimam, quod est superlatiuum, debet
aliquid operari, & hoc tene, licet Ioan. de Imo. ibi dicat inspi
ciendam esse naturam subiectę materię.

Venio ad secundum, scilicet ad pręsumptionem iuris, &
18 dic, quod pręsumptio † iuris est, quando ius in aliquo facto
dubio aliquid pręsumit, sed non figit in tantum pedes, quod
statuit aliquid certum super facto præsumpto, & talis pre-
sumptio recipit aliquam probationem in contrarium, vt in-
fra tit. 1. continebatur. iuncto cap. proposuisti. & cap. causam
matrimonij. de proba. & ista est differentia inter pręsumptio
nem iuris tantum, & pręsumptionem iuris, & de iure, & pu-
to istam alio nomine appellari pręsumptionem violentam,
licet dom. Cardin. hic dicat præsumptionem violentam esse
præsumptionem iuris, & de iure. sed non est verum, quia con
tra pręsumptionem violentam admittitur probatio, vt dicit
glo. fin. in cap. litteris. de præsump. in glo. penult. 32. a. quęstio. j.
dixit dominus. Sed Innoc. in c. quia verisimile. de pręsump.
ad fi. dicit, quod ista sunt verba magistralia: nam aliqui appel
labāt pręsumptionem probabilem violentam & dicit Inno.
quod tales non faciunt vim nisi in verbo, quod pertinacibus
est relinquendum. Sed attentis vocabulis magistralibus, te-
ne quod supra dixi. Et debes scire, quod alia est pręsumptio
temeraria, & illa a iure reprobatur, aliqua est probabilis, &
ista sufficit ad inducendam purgationem canonicam, vel ad
faciendam inquisitionem, alia est violenta, & illa sufficit ad
condemnationem, recipit tamen probationem in contra-
rium, vt dicunt glo. prædictę, si infirmatus deficeret in purga
tione illa pręsumptio probabilis transiret in violentam, vt
dicit glo. not. in c. insinuatum. in glo. fi. de simo.

19 Pręsumptio † ergo violenta est eiusdem effectus, cuius est
præsumptio iuris. In hoc tamen potest esse differentia, quia
pręsumptio violēta interdum est pręsumptio hominis: nam
ius relinquit in pectore iudicis, quę pręsumptio dicatur vio-
lenta. Præsumptio vero iuris dicitur, quę in specie reperitur
in iure expressa, & sub ista pręsumptione iuris comprehēdit
pręsumptio naturę. & etiam pręsumptio facti, quando sola
pręsumptio facti sufficit ad integram probationem, sed si so-
la non sufficit, dicitur pręsumptio probabilis, de qua per gl.
in d. c. literas de pręsump. & 32. q. 1. dixit dominus.

Nunquid autem pręsumptio violenta sufficiat ad con-
demnationem in criminalibus, vel quando agitur ad pœ-
nam, dicam infra.

20 Venio ad secundam speciem pręsumptionis, † quę appella
tur fictio, & illa differt a præsumptione iuris, & de iure in
duobus.

Primo præsumptio iuris, & de iure cadit super facto du-
bio, vt hic, & in c. fin. de hæret. lib. 6. nam est dubium vtrum
deueniens ad actum copulæ, habuerit voluntatem se com-
miscendi affectu matrimoniali, an vero affectu fornicario,
& super isto dubio lex præsumit certum, scilicet quod se cō-
21 miscuerit affectu matrimoniali. † Fictio vero cadit super fa
cto certo contra veritatem. Exemplum in vxore dante do-
tem: nam ius eo ipso fingit stipulationem, videlicet dotem
sibi reddi in casu soluti matrimonij, & tamen lex fingit sti-
pulatio-

pulationem interuenisse, vt in l. 1. C. de rei vxo. actio. nam dato quod sit certum notarium non fuisse stipulatum pro eo, quia arrogabatur quartam partem bonorum arrogatorum sibi dari in casu, in quo emācipetur sine causa, nihilominus ius fingit stipulationem interuenisse, vt l. si arrogator. ff. de adopt. & ista duo exempla posuit glo. de præsumptione iuris, & de iure. Sed Doct. dicunt, quod sunt exempla fictionis, item poni potest exemplum in fictione postliminij, & in fictione legis Corneliæ: nam fictio postliminij fingit captum ab hostibus semper mansisse in ciuitate, si reuerteretur ab hostibus, vt in § si ab hostibus. Instit. quib. mod. ius patr. pot. solu. & in l. postliminium. & per totum tit. ff. de cap. & postli. reuer. Sed fictio legis Corneliæ fingit captum ab hostibus, si decedat apud hostes, decessisse præambula hora captiuitatis, vt in l. lex Cornelia. ff. de testamentis. & in l. lex Cornelia ff. de vulgar. & pupillar. & ideo si testator reuertitur ab hostibus testamentum valet, quia fingitur semper mansisse in ciuitate, & sic ius fingit eum nunquam fuisse seruum hostium: nam testamētum vitiatur, si testator efficitur seruus, sed testamentū talis non vitiatur, quia fingitur semper mansisse in ciuitate, & similiter si decessit apud hostes, testamentum non vitiatur, quia fingitur decessisse præambula hora captiuitatis, idest ante captiuitatem, & de vtraque fictione loquitur tex. Instit. quib. mod. non est permissum facere testamentum §. fi. Modo ad propositum istæ fictiones sunt super facto certo cōtra veritatem, quia certum est captum ab hostibus nō mansisse in ciuitate eo tempore quo erat apud hostes. Item certum est, quod non est mortuus præambula hora ante captiuitatem, si sint mortuus apud hostes, & sic postquam fuit captus. Item cap. litteras de tempor. ordi. loquitur de fictione, quia ibi duo dies finguntur vna dies, ad hoc, de elect. quia circa. Item differt fictio a præsumptione iuris, & de iure, quia præsumptio iuris, & de iure interdum recipit probationem in contrarium, vt supra dixi, sed fictio nunquam. Et de hac materia vide per Archid. 6 quæstio. 6. oues. & per Doct. in cap. quanto. de præsumpt. vbi etiam per Abb. Sic. Bar. in repet. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

In secunda parte glo. dicit Butr. quod solus consensus est de substantia matrimonij, & ideo copula facit transire sponsalia in matrimonium de præsenti, quia copula est consensus a iure præsumptus, scilicet quod sponsi consentiant in matrimonium, quia consensus sufficit sine verbis, ex quo de eo constat, de quo plene dixi supra eod. tuæ. sed Hostien. supra eod. tua nos. cum quo videtur transire ibi dom. Cardi.
22 in 2. q. videtur tenere opi. glo. dicit enim ibi Host. † quod copula operatur quatuor effectus.

Primo, quia verba futuri temporis ad præsens retorquet, & allegat hoc cap.

Secundo, quia ex expresso dissensu facit consensum, vt supra eo. veniens. el primo & quod ibi no. in glo. 2. & cap. ad id quod. & cap. consultationi. infra qui matrimo. accusare poss. insuper.

Tertio, quia promissionem conditionalem facit puram, vt in c. de illis de condit. appo. c. per tuas.

Quarto, quia verba tertiæ personæ transferuntur ad primam, vt supra eod. tua nos.

Sed extra glo. quæro, pone, dicit statutum, quod contrahens matrimonium de præsenti tali die, puniatur in cētum, an consummans sponsalia per copulam, incidat in pœnam statuti dom. Cardin. in 6. quæst. dicit, quod non, quia licet copula sit sufficiens præsumptio, quod matrimonium sit contractum, non tamen statur tali nisi in casu expresso. Item quia ista præsumptio, quod intelligatur consentire in matrimonium, est quasi quædam fictio, quæ non habet locum in statutis, vt in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Item quia ad probandum crimen requiruntur probationes luce meridiana clariores, vt in l. sciant. C. de probat. & 2. quæst. 8. sciant, & 5. quæst. 6. Epiphanium. pro quo no. Inno. de præsump. quia verisimile. vbi dicit, quod præsumptio cap. afferte eod. tit. quæ sufficit ad probandum filiationem, non sufficit ad probandum crimen, quod dicit dom. Cardin. est notandum singulariter, quæ mihi placet decisio dom. Cardin. Sed vide glo. notabilem cap. inter. in glo. fin. de purg. cano. quæ dicit, quod præsumptio violenta sufficit ad depositione ab officio, & beneficio, sed non vbi ingeritur pœna sanguinis, & vide glo. in cap. insinuatum in glo. fin. de simo. quę etiam dicit, quod præsumptio violenta sufficit ad depositionem, de quo etiā per Doct. in dicto capit. afferte. de præsumpt. & ad hoc vide bo. tex. in Auth. vt nulli iudicum. §. si quis vero. collat. 9. vbi dicitur, quod si accusatus de adulterio post illam accusationem reperitur turpiter conuersari cum illa muliere, aut ipsam acceperit in vxorem, est præsumptio violenta, quod antecommiserit adulterium cum ipsa. Ex hac tamen præsumptione non condemnatur vltimo supplicio, sed ponitur ad torturam, vt ibi dicitur.

23 Vltimo quæro, † an & quando sponsalia per sequentem copulam transeant in matrimonium. Dom. Cardin. hic ponit in vlt. q. Duo sunt casus principales.

Primus est, an copula aliquid operetur in matrimonio de præsenti, & hoc casu dicit, quod copula nihil addit ad efficaciam vinculi matrimonialis, quod perficitur consensu, vt no. supra eo. cap. j. & de hoc est bo. tex. in cap. sequen. sed bene est ius quo ad aliquos effectus.

Primus est quo ad significationem, quam habet matrimonium consummatum, vt notat glo. in cap. ex transmissa. de restit. spoliat. & dixi supra eod. cum locum. & cap. consultationi.

Sed intellige domi. Cardin. vbi matrimonium tenet, vbi autem non tenet ex defectu consensus copula induceret validitatem matrimonii, quia facit præsumi consensum interuenire, quia deerat, vt supra eod. ad id quod. & cap. consultationi. infra qui matrimo. accusare possunt. cap. insuper. idem dicit in casu cap. j. de despon. impuber. lib. 6. & vide But. infra tit. j. cap. j.

24 Secundus casus principalis est, vtrum copula † aliquid operatur in sponsalibus de futuro, & in hoc discurre per sex casus.

Primus est, quando sponsalia non tenent, vt quia contraxit cum consanguinea, vel cum affin. vel apponit verba contra substantiam matrimonij, de condit. appos. capit. fin. & hoc casu copula nō facit matrimonium, quod enim nullum est, ex consequenti consensu non validatur, vt in regula, non firmatur, de reg. iur. lib. 6.

Hoc tamen limita, nisi sponsalia essent nulla ex defectu consensus, quia tunc per sequentem copulam transeunt in matrimonium de præsenti, vt dixi supra in primo casu principali, & dicam post But. infra eod. tit. cap. j.

Secundo limita, nam vbi sponsalia non valent propter sponsalia prima ante contracta, copula facit secunda sponsalia transire in matrimoniū de præsenti, & tollit prima sponsalia, licet ante copulam secunda sponsalia essent nulla stantibus primis, vt supra dixi.

Tertio limita, quando sponsalia non tenent ratione ætatis, quia tunc superueniens copula ratificat sponsalia, & facit ea transire in matrimonium de pręsenti, vt no. infra tit. j. litteras. & c. accessit. & in c. j. de despon. impub. lib. 6. & dicam post But. infra tit. j. cap. j.

Secundus casus est, quando sponsalia tenuerunt, sed ante copulam partes recesserunt a sponsalibus, & tunc ex quo copula inuenit sponsalia dissoluta non inducit matrimonium præsumptum, vt dicit Ioan. And. & Doct. supra eo. veniens. el 2. & dicam in c. per tuas. de condit. appo.

Tertius casus est, quando ante copulam contraxit cū alia de præsenti: nam matrimonium de præsenti dissoluit sponsalia, vnde copula non facit transire illa sponsalia in matrimonium, vt infra eod. si inter.

Quartus casus est, quando ante copulam interuenit affinitas, vt infra eod. qui cogn. consang. vxo. suæ. veniens j. & ij. vel affinitas, siue adoptio. de cogna. leg. cap. j. de cogn. spir. veniens. cum ibi not. & hoc casu per tales actus sponsalia sunt soluta: vnde copula postea interueniens non transfert illa sponsalia in matrimonium, vt dictis iuribus.

Quintus casus est, quando non interuenit aliquod impedimentum, seu factum dissoluens sponsalia, sed copula fuit violenter extorta, & tunc non transit in matrimonium de præsenti, vt supra dixi.

Secundus casus est, quando copula non fuit violenter extorta, nec subest aliquod impedimentum, vel factum dissoluens sponsalia, & tunc aut loqueris in foro iudiciali, & iudicatur matrimonium ex præsumpto consensu, vt hic, aut in pœnitentiali: & tunc aut non cognouit sponsam vxorio affectu, & tunc non est matrimonium in foro pœnitentiali, vt s. eo. tua nos, vt supra dixi. Aut dubitatur, & in dubio non præsumitur crimen, & sic copula facit hoc casu sponsalia transire in matrimonium etiam in foro pœnitentiali.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium.*
2 *Matrimonium primum præfertur secundo etiam consummato copula carnali.*
3 *Verba quæ sponsalibus, & quę matrimonio conueniunt.*
4 *Vir prius debet interrogari, quam mulier in matrimonio.*
5 *Fœmina est varia, & mutabilis.*

6 *Matrimonium non habet certam verborum formam.*
7 *Iuramentum non est de substantia matrimonij.*
8 *Matrimonium appellatur de presenti.*
9 *Vxor quando possit appellari sponsa.*
10 *Matrimonium an sit, si vir interrogatus amuliere post internallum respondeat.*
11 *Contractus qui consensu contrahitur, non vitiatur per responsionem ex internallo factam.*
12 *Interrogans presumitur durare in eadem opinione nisi contradixerit.*
13 *Verba similia que dicantur.*
14 *Sponsalia de futuro an contrahantur, si vir dicat, promitto quod te desponsabo.*
15 *Promittens de vendendo, non dicitur vendere.*
16 *Mulieres due petunt in matrimonium virum, an sit preferenda illa que secum carnaliter fuit copulata.*
17 *Sententia pro possessione in pari casu ferenda est.*
18 *Sponsalia an dissoluantur per matrimonium de presenti cum consanguinea contractum.*
19 *Contrahens matrimonium cum vouente, peccat mortaliter.*

CAP. XXX.

1 SI inter. Sponsalia † de præsenti non soluun-
tur per sequens matrimonium etiam
consummatum, sed sponsalia de futuro etiam iu
rata soluũtur per secunda de præsenti. Duo sunt
dicta. secunda ibi, verum.
2 Nota primo, quod cõcurrentibus duobus † matrimonijs,
quorum alterum est carnali copula cõsummatum, & aliud
est sine copula, præfertur primum etiam non consumma-
tum, & sic copula nihil addit ad matrimoniũ, licet operetur
aliquos effectus, de quibus dixi supra cap prox. in vlt. q.
Nota secundo, quæ verba conueniant sponsalibus de fu-
3 turo, † & quæ conueniant matrimonio: nam verba præsen
tis temporis, conueniunt matrimonio: illa verò, quæ sunt
futuri temporis, & se ad futurum referant, conueniunt spon
salibus, concordat tex. in c. licet infra de spon. duor.
Nota tertio ibi, accipio te in meam, ex ordine litteræ, ꝙ
4 prius debet loqui, vel prius interrogari † vir, quam mulier, cõ
cordat infra de spon duo. licet. quod tamen non est de sub-
stantia, & dicit Ioã. And quod alicubi seruatur vt Paduæ, ꝙ
prius interrogetur mulier, & hoc forte, quia facilior est adva
5 riãdum, & mutabile † semper fœmina, vt in c. forus. de verb.
sign. & ideo prius consueuit interrogari, quia si masculus re
sponderet, ꝙ accipit ipsam in vxorẽ, si mulier diceret, ꝙ nol
let secum matrimonium ꝯhere, remaneret in verecundia.
Nota quarto ibi, vel alia verba, quod in contractu matri
6 monij † non est certa forma verborum: sed satis est, quod per
verba exprimantur consensus de præsenti, & quæ sint verba
de præsenti, dixi supra eod. ex litteris, el primo & cap. ex par-
te. & vide in Spec eod. tit. §. si. post principium. vbi ponit quæ
sunt verba de præsenti.
Nota quinto. quod sponsalia etiam iurata soluuntur per
matrimonium de præsenti.
7 Ex quo infertur, quod iuramentum † non est de substan-
tia matrimonij, & hoc probat aperte tex. in prin. ibi, si sit in-
terpositum iuramentum, siue non.
Nota vltimo ibi, per verba, desponsauit de præsenti, quod
8 matrimonium † appellatur de præsenti, concordat supra de
conuer coniug ex publico. Sed improprie appellantur spon
salia respectu vinculi matrimonij, sed possunt appellari spõ
salia respectu exceptionis matrimonij.
9 Ex quo nota, quod vxor † potest appellari sponsa ante car
nalem copulam, & ante traditionem ad domum mariti, &
ita in multis locis appellatur, & dicit Abb. Sic. quod hoc fa-
cit ad statuta odiosa facientia mentionem de vxore: nam
non comprehendunt illam sponsam de præsenti maxime
propter communem vsum loquendi, de quo dixi supra eo-
dem, in Rubrica.
Sed antequam veniam ad glo quæro de aliquibus.
a Et primo, quid si mulier [a] interrogauit virum, dicendo,
ego accipio te in virum, postea recessit ante responsionem
10 viri, ex interuallo vir † respondit, an sit matrimonium. Bo-
na guida, infra de sponsa. duorum, per tuas. tenet quod non,
quia in matrimonio requiritur, quod contrahentes sibi in-
uicem respondeant, antequam ad alia diuertant, vt in l. con
tinuus. ff. de verb oblig. & istam opin. tenet Spec. eod titu. § i.
circa medium. & Abb. Sic. supra eo. dilectus sed contrariam
opinionem, scilicet quod sufficiat responsio ex interuallo,
tenuit Archid. 27. quæst 2. sufficiat in princ. & dicit hanc fuis
se glo Ludonici, quam tamen Iosu. And dicit se non vidisse
eandem opi. sequitur Gasp. Cald. & dom. Cardin. in 2. quæst.
dum tamen prius consentiens non pœnituerit ante respon-
sionem secundi, argum de procur cap. fin lib. 6. secus si pœ-
nituisset. de condit. appos. super eo. vbi de hoc in glo. 2. Non
obstat l continuus quia loquitur in stipulatione, in qua ver
ba sunt de substantia, vt in l. 1. eod. tit. Non obstat etiam iste
tex. ibi, mutuo consensu, quia satis dicitur mutuus consen-
sus. dum tamen alter non pœnituerit ante responsionem se
cundi, non enim vitiat responsio ex interuallo contractus,
11 † quia consensu contrahuntur, vt est matrimonium, vt in l.
si stipulor § fin. ff. de verbor. oblig. Non obstat cap. quia pro-
pter. & cap. cum post. de electio quia electio est quoddam to
tum cõstans ex varijs partibus. Ad hoc ergo vt appareat eas
esse partes vnius totius debent simul expediri. Nam in ele-
ctione requiritur certa forma, sed non in matrimonio, quia
solus consensus sufficit. But. vero dicit, quod si primus con-
sentiens reuocauit consensum postquam recessit, nõ est ma
trimonium: si vero confitetur, quod mansit in eadem vo-
luntate tempore quo ille respondet ex interuallo, est matri-
monium: sed si negat, dicit, quod non est matrimoniũ, quia
intelligitur consentire conditionaliter, si alius incontinenti
consentiat in eum. Mihi videtur, quod aut ille qui debebat
respondere, recessit, & postea ex interuallo respondit, quod
12 sit matrimonium, quia ille qui interrogauit, † præsumitur
durare in eadem voluntate, ex quo non contradixit, quan-
do alius respondit, vt in cap maiores. iuncta glo. §. fi. de bap-
tis. & in cap. 1. quod met cau. ille qui interrogauit, recessit, &
hoc casu forte posset procedere, quod dicit But. quia ex quo
recessit, videtur reuocasse voluntatem.
Sed tamen puto, quod etiam hoc casu sit vera communis
opin scilicet quod censeatur durare in ea voluntate, ex quo
non contradicit, quando alter respondet. facit quod notat
glo. fin in cap. fin de coniug seruor & maxime quia in dubio
iudicandum est pro matrimonio, vt in c. fi. de re iudic. vnde
mihi non placet illud, quod dicit But. in vltimo suo membro
b & sic simpliciter teneo communem opin. [b]
Secundo quæro, quia text. dicit, quod verba similia suffi-
13 ciunt, quæ dicantur † similia verba. Host. posuit exemplum,
puta vir dicit, ego accipio te in vxorem, mulier dicit, placet,
vel cõsentio: nam talis responsio inducit matrimonium de
præsenti, & dicit Abb. se vidisse bis sic iudicari. pro hoc Lu-
cæ x. nam Beata Virgo respondit: Fiat mihi secundum ver-
bum tuum. verbũ autem fuerat Dominus tecum, nõ enim
refert quid ex æquipollentibus fiat, de consang. & affin. tua.
& de testib licet ex quadam. Sed dom. Cardin. hic in 3. q di-
cit, quod illud de Beata Virgine non est ad propositum nisi
in simili, quia ibi inter Angelum, & Beatissimam Virginem
non fuit actum de matrimonio.
Sed quantum ad principale dictum Doct. communiter se
quuntur opin Host. quæ probatur per illum tex.
14 Tertio quæro, quid si vir dicat, promitto, quod † te despõ
sabo dicit Vincen. quod non contrahuntur sponsalia de fu
turo, sed est quædam promissio de sponsalibus contrahen-
dis, & hoc simpliciter sequitur Butr. sed dom Cardin. hic in
vlt. quæst. dicit, quod aut sumus in locis, in quibus desponsa
tio accipiatur pro matrimonio: nam in quibusdam locis fit
desponsatio tempore matrimonij, de quo infra tit. j. cap fin.
& cum dicitur, talis desponsauit talem, intelligitur, idest ma-
trimonium contraxit. In illis ergo locis idem est dicere, pro
mitto, quod te desponsabo, sicut promitto, quod tecum
contraham matrimonium: debet enim attendi consuetudo
interpretatione talium verborum, vt s̄ eo. ex litteris. Cessan
te autem consuetudine dicit dom. Cardi. quod procedit di-
ctum Vincen vnde dicit, quod supradicta procedunt intel-
ligendo illa verba, promitto, quod te desponsabo, scilicet
per modum, sed si intelligitur desponsabo, idest sponsalia
contraham, procedit indistincte dictum Vincent. & sic in
effectu attenta consuetudine illa verba possunt importare
sponsalia de futuro: vbi autem cessat consuetudo, non im-
portans sponsalia, sed est promissio de contrahendis spon sa
libus, & ista inuestigatio est magni effectus, quia si non im-
portant sponsalia non inducunt publicæ honestatis iusti-
15 tiam. aliud est enim † vendere, vel promittere de venden-
do, vel donare, & promittere de donando, quia promissio de
vendendo, vel de donando, non est venditio, vel donatio, vt
dicit Bart in l. fi. ff. de condic. ob caus.

Vltimo

ADDITIONES.

a ¶ Quid si mulier interrogauit virum, dicendo, ego accipio te in virum, postea recessit ante responsionem viri ex interuallo, vir respondit, an sit matrimonium. Adde dom. Alex. in c. dilectus. & in c. tuæ 10. col. sup eo. matrimonium.
b ¶ Vide tamen Alex. Imo. in l. si vnus. in fine. ff. de pact. Qui dicit, quod testes non probant, si dicunt responsionem secutam, nisi dicant incontinenti.

16 Vltimo quæro, pone, quod † duę mulieres petunt ali-
quem virum, & ęqualiter probant contractum matrimonij,
sed altera probat copulam, dicit Vincent. præsumendum
pro illa, quæ probat copulam. de probat. licet causam. dicit
tamen, quod in casu certi copula parum operatur, nisi in
matrimonio præsu oipto. Sed dom. Cardin. in pen quæst. di-
cit q. terminari per Innoc. in Rubrica de spon. duorum. Sed
ego habeo in cap. cum inhibitio. ad fin. de clandest. despon.
& dicit Innocen. ibi, quod iudex debet differre sententiam
quousque altera pars probet de anteriori tempore. sed But.
hic simpliciter transit cum Vinc.
Ego puto, quod aut alter dicit, quod non habet proba-
tiones paratas, & quod vult probare de anteriori tempore,
& tunc sententia est differenda, vt dicit Innoc. aut iudex de
dit tantum terminum vtrique parti, quod potuerunt proba
re quicquid voluerũt, sed neutra pars potuit probare de tem
pore anteriori. & hoc casu si neuter probat copulam, vir est
absoluendus ab vtraque, vt dicit Innoc. vbi supra. si vero al-
ter probat copulam, & alter non, tunc procedit dictum Vin.
17 quia in pari causa debet iudex ferre sententiam pro † posses-
sore, vt in cap. licet causam. de probatio. & hoc modo intel
ligo But. & hoc est verum, nisi constaret, quod eodem mo-
mento accepisset ambas in vxores: puta si dixisset, accipio
vos duas in meas vxores, & mulieres responderent, accipi-
mus te in maritum: nam cum neutra valet matrimonium,
vt dicit Ioan. Andr. in cap. gaudemus. versic. quid si catholi-
cus. infra de diuor.
In glo. prima nota istam glo. quia multum aperit intelle-
ctum cap. tuæ. supra eod.
Item nota ex ista glo. quod si vir profert verba aperta ad
matrimonium, mulier vero annuit capite, & patitur se sub-
arrari per immissionem annuli, ex hoc probatur matrimo-
nium. Item tene menti glo supra eod. quæ dicit, quod si ali-
quis contrahit matrimonium pro alio, & ille pro quo est
contractum, patitur se subarrari, intelligitur consentire cõ
tractui & vide aliam bon glo. in c. tenor. de re iud. & plenius
videbitis infra tit. j. cap. fin.
In glo. fin. in princ. illi, sponsalia soluuntur, dicit Bu hanc
glo. notandam, quod sponsalia penitus extinguuntur pro-
pter maius vinculum superueniens, propter id quod notat
Ioan. And. in regula, non præstat. de reg. iur. in 6. videlicet an
si sponsa de præsenti ingreditur religionem, teneatur vir re-
dire ad primam. de quo dixi supra eod. sicut ex litteris. Item
an si contrahatur matrimonium de præsenti cum consan-
18 guinea † dissoluantur sponsalia ante contracta. Ioan. And.
in dicta regula, non præstat. dicit quod non, & sic limita hoc
cap. de quo dixi post dom. Cardin. in dicto cap. sicut ex litte-
ris. & vide per eundem dom. Cardin. in cap. litteras. in prima
oppo. infra tit. proxi.
In eadem glo. ibi, superueniente matrimonio. dic. quod si
19 si quis contrahit † scienter cum vouente, peccat mortaliter,
tanquam impediens votum illius, licet matrimonium te-
neat. de quo vide tex. cum glo. 17. quæst. 1. nos nouimus.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis non facit transire sponsalia de futuro in matrimonium.*
2 *Factum debet esse perfectum non simpliciter incboatum, vt sit iuris præsumptio certa.*
3 *Maleficium non debet esse incboatum, sed perfectum, vt pęnam consequatur.*
4 *Pręsumptio iuris, & de iure, non extenditur vltra suos terminos.*
5 *Sponsalia an transisse in matrimonium de pręsenti dicantur, si sponsa recepit iocalia, & alia, & familiariter conuersata est.*
6 *Coniectura ex quibus ecclesia præsumit consensum matrimonij intercessisse, quinque enumerantur.*
7 *Copula carnalis præstat consensus in matrimonium præsumptionem.*
8 *Matrimonium an præsumatur ex traductione mulieris.*
9 *Conatus quando pro facto babeatur.*

CAP. XXXI.

1 ADolescens. Summa ul supra eo. is qui. vel
sic: Nisus copulæ † non facit
sponsalia de futuro trãsire in matrimonium, hoc
dicit. Primo ponit dictum causam interserens sibi,
cum qua.
Nota primo, & tene menti, quod vbi ius inducit aliquid
ex præsumptione certa, seu ex aliquo facto non dicitur satis
2 factũ, nisi factum † sit perfectum, vnde non sufficit inchoasse
factum, adducit Abb. Sic. in simili, quia quando pęna est im
posita ipso iure ex aliquo maleficio ad incurrendam pœnã,
3 non sufficit † maleficium inchoatum, nisi etiam sit consum
matum, vt probatur in cap perpetuę. de electio. in 6. iuncto
cap cum in cunctis. eod tit. Ioan. Andr. format q. in regula,
odia. in mercur. de reg. iur. in 6.
4 Secundo nota, quod præsumptio † iuris, & de iure non ex-
tenditur vltra suos terminos, & ratio huius decretalis, in
hoc maxime fundatur, quia cap. is qui est exorbitans a iure
communi, vnde non debet extendi vltra casum suum & di-
cit dom. Cardin. in 1. quæst. & etiam Abb. Sic. quod ratio hu-
ius decretalis est, quia si conatus transferant sponsalia in ma
trimonium de præsenti, poneret duo specialia circa idem,
quod non licet, vt dicit glo. in l. 1. C. de do. promis. & per Gui
liel. de Cun. in l. emptione ff. de pact. & plene per Bart. in l si
is qui pro emptore. ff. de vsucapio. ponerentur autem hic
duo specialia.
Primum in eo, quod ex copula sequitur consensus, & hoc
speciale inducit cap. is qui. supra eod.
Secundum speciale, quia nisum copulæ haberemus pro
copula, cum tamen non sit vere copula. pro hoc etiam quia
dispositio cap. is qui, non debet extendi vltra terminos suos,
vt supradixi. Gaspar vero Calder. ponit vnum intellectum
ad istum textum, quem non refero, quia probatur per Do-
ctores.
5 Sed quæro, quid si † sponsa de futuro recipit iocalia, vel
alia dona, vel amplexata est sæpe sponsum, vel interuenit
nisus ad copulam, vel cohabitatio, vel similia. Conclude
post Innoc. & Doct. hic. & in cap is qui. supra eod. vbi etiam
Doct. tangunt, quod aut sunt sponsalia de futuro verbis, &
mente contrahentium, & tunc propter hæc, & similia non
transeunt in matrimonium de præsenti, nisi per actum co-
pulæ, vt in cap. is qui supra eod. Sed hoc videtur fieri spe fu-
turi matrimonij, vt in cap. 1. de matrim. contracto contra in
terdic. eccles. Aut præcesserunt sponsalia de præsenti verbis,
& mente contrahentium, sed iuris interpretatione de futu
ro propter minorem ętatem, & tunc præcedentibus illis si-
gnis, vel altero ipsorum post legitimam ętatem illa sponsa-
lia transeunt in matrimonium. & de hoc est casus in cap. 1.
§. 1. de despon. impub. in 6. & ibi per Ioan. Andr & per Dom.
Domi. vbi autem interuenit sola cohabitatio talia sponsa-
lia, scilicet contracta per verba de præsenti non transeunt
in matrimonium, nisi illa cohabitatio sit continuata per tri
duum post maiorem ętatem, vt tenet Host. & But. in cap. in-
super. qui matrim. accus poss. sed dom. Cardin. ibi tenet con-
trarium, de quo ibi dicam. hoc etiam examinatur in c. 1. &
in c. attestationes infra tit. prox. & in c. j. infra de matr. contr.
contra interd. eccles.
In glo. secunda. Host. dicit, quod appellatur verum matri
monium, in quo expressus consensus intercedit. Præsum-
ptum vero in quo ecclesia interpretatur consensum inter-
cessisse ex aliquibus coniecturis, & ipsos simul morari præci
pit, ac si consensissent, in quo plerumque ecclesia fallit, &
fallitur. de senten. excommunicatio a nobis. 2. de quo etiam
6 supra dixi in cap. is qui. & Hostien. numerat quinque † con-
iecturas.
7 Prima est per copulam, † vt in d. c. is qui. & in hoc idem re
cidit cum glo.
8 Secunda coniectura est, quia ex † traductione mulieris nõ
virginis inducitur matrimonium præsumptum. ff. de sponsa
lib. l. quæsitum. nam sicut traductio cum copula operatur
matrimonium præsumptum in ea, quæ prius erat virgo, vt
dicto c. is qui. ita sola traductio incorrupta operabitur ma-
trimonium præsumptum, supra eod. veniens. el secondo, &
de conuer. coniug. cap. fin. & de restit. spoliat. ex parte & de
probat. iurauit. nisi traducatur in vita, & statim fugeret, &
supra eod. ad id quod. quod non placet Ioan Calder. qui di
cit, quod hæc iura hoc non probant, nec fictio debet exten
di ad hunc casum, vel alium non expressum in iure, argum.
8. dist. veritatem. vult dicere secundum dom. Cardin. quod
debemus stare veritati, & non fictioni. nisi in casibus expres
sis, tamen vt dixi in c. is qui. illud cap. continet præsumptio-
nem potiusquam fictionem, sed tamen est quasi quædam
fictio, vt ibi dixi in penult. quæst. & opi. Ioan. Calde sequitur
dom Card. in 2. quæst. & idem sequitur But. & Abb. Sic. quia
hæc fictio, seu præsumptio, cum sit a iure exorbitans, nõ de-
bet extendi ad casum in iure non expressum. dicit tamẽ But.
quod si allegaretur copula standum esset verbo viri, vt in ti
tulo primo, continebatur. quod intellige vt ibi dicam. Item
dicit Butr. quod si esset cohabitatio longa, posset procede-
re opin. Hostien. pro quo vide no. in capitulo, illud. de præ-
sumptio.
Tertia coniectura est, in qua videbimus infra tit. j. attesta-
tiones.

tiones. & vide vt ibi dicam, tangitur etiam in dicto cap. continebatur.

Quarta coniectura est ex conditione existente, vt de condit. appos. super eo §. 1.

Quinta ex temporis diuturnitate secundum quosdam, infra titu primo, de illis. de qua dic vt plene habetur in cap. illud, de præsump.

In glo. fin. dic, quod aut in delictis loquimur. de hoc dic, vt per Cyn. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. & per glo & Bart in l qui ea mente. ff. de furt. & per Doct. in cap. 1. de eo qui mitt. in poss. cau. rei seruan. & in c. super. de
9 bigam. Aut nos loquimur in contractibus, & tunc † conatus non habetur pro facto. Non obstat c. iuuenis quod allegat in fi gl quia ibi dicitur, quod conatus inducit publicam honestatem, sed non matrimonium de præsenti, vt hic. de quo etiam vide in c. cōtinebatur. & in c. attestationes. infra tit prox. Item Vincen hic facit duas quæstiones, quas dom. Cardin hic refert. sed But. reputans eas turpes, noluit referre, tamen sunt necessariæ. sed dicam in cap. fraternitati. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ.

De despons. impub. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Desponsationis verbum qualiter sumatur, se remittit.*

¶Hæc Rubrica continuatur ad precedentem hoc modo, secundum Gos. & Damasum. Quia visum est supra de spon. in genere, nunc de eis submittit in specie, scilicet de his quę contrahuntur per impuberes. Vel secundum Hostien. quia in sponsalibus, de quibus præmisit, determinata est certa ętas, ideo post præcedentem Rubricam ponit aliam, in qua tractatur de ętate habili ad ipsa sponsalia. Et tantum est dicere de desponsatione impuberum, ac si diceret de sponsalibus impuberum. Sed qualiter accipiatur hoc verbum,
1 † desponsatio, dixi in tit præced in cap. si inter. in vltimo no tab & 13. quæst. de materia habetur. 30. quæst. 2. facit 30. q. 1. cap. 1. & repetitur in 6.

SVMMARIVM.

1 *Pater contrahit sponsalia pro filio impubere.*
2 *Aetatis perfectę quis dicatur.*
3 *Adolescens dicitur post decimumquartum annum.*
4 *Pater non contrahit matrimonium pro filio, nisi filius consentiat.*
5 *Patria potestas non habet locum in matrimonij s.*
6 *Filius an peccet mortaliter non consentiendo matrimonio per patrem contracto.*
7 *Matrimonium non vitiatur, licet asseratur contractum ob reuerentiam, & timorem paternum, potius quam per voluntatem.*
8 *Imperium parentis non causat iustum metum.*
9 *Filia an possit contradicere patri de matrimonio contrahendo sine vitio ingratitudinis.*
10 *Pater an teneatur dotare filiam, quæ contraxit matrimonium sine eius consensu.*
11 *Statutum quod filia dotata non succedat, non extenditur in eam quæ nupsit sine dote muto patre.*
12 *Dos filiæ debetur a patre de iure naturali.*
13 *Verbum, debet, interdum refertur ad honestatem.*
14 *Matrimonium a patre contractum pro filio infanti, an valeat.*
15 *Sponsalia contracta a patre pro filio ignorante, vel renitente, an valeant.*

CAP. PRIMVM.

1 TVa fraternitas. Pater † pro filio impubere sponsalia contrahit, sed pro pubere non, nisi consentiat, hoc dicit. habet tria dicta. secundum ibi, potest. tertium ibi, & postquam.

Nota primo ibi, de filio adulto iuncto fine ibi, ad perfectam ętatem. quod post quartumdecimum
2 annum, quis dicitur esse perfectæ † ętatis: nam adultus, siue
3 † adolescens dicitur post quartumdecimum annum. vt dicit glo. infra eod continebatur. & per glo. in prooe. 6. Sed intellige quo ad matrimonium: nam quoad alia negocia nō dicitur quis perfectæ ętatis, nisi in vigesimoquinto anno, vt in toto tit. ff. de minor.

4 Nota secundo, quod pater non potest contrahere † matrimonium nomine filij, nisi consentiat.

Ex quo infertur, quod in matrimoniis non habet locum
5 patria † potestas. idem dicas in omnibus causis spiritualibus, vt in c si annum quartumdecimum. de iud in 6.

Nota vltimo, quod pater potest contrahere sponsalia nomine filij cuius voluntas discerni non potest, quod qualiter intelligatur, infra declarabitur.

6 Nunquid autem † filius peccet mortaliter non assentiendo matrimonio per patrem contracto. Gasp. Cald. & domi. Card in 6. quæst. dicunt, quod si pater habet iustam causam præcipiendi filio, vt cum tali contrahat, vel non contrahat matrimonium: puta propter pacem ineundam, vel ex causa simili, & tunc tenetur filius obedire patri, quod si non faciat, peccat: aut habet iustam causam non obediendi, & tūc non peccat: aut cessat causa ab vtraque parte, hoc est, quia non subest causa, quare pater præcipiat, & quare filius non obediat, & tunc non tenetur filius obedire, nisi de honestate, vel de consilio, vt hic, iuncta vlt. glo.

In glo. prima dic, quod aut filius, vel filia contraxit matrimonium ob reuerentiam paternam, timēs ne propter hoc incurrat indignationem patris, & propter hoc accipit eam in vxorem quam non esset accepturus, vel in virum, quem
7 non esset acceptura, & hoc non habet vitiare † matrimonium. & de hoc est tex. cum glo. in dicta l. si pater. hic allegatam glo. Et idem dicas de imperio parentis, quia imperium
8 † parentis non causat iustum metum, ut est tex. cum glo. in cap. insinuante. in verbo, metu regio. infra qui cler. vel voue. quicquid dixerit But. in cap. cum virum de regula. dixi supra tit proxi. veniens. el primo. secus autem si fuisset coactus filius a parente tali metu, qui caderet in constantem: nā tunc matrimonium esset nullum, vt dicit cap. veniens. & ca. cum locum eod tit. & no. in dicta l. si patre. & vide per Innoc. & Doct. in c. causam matrimonij. de offic deleg. & per Bart. in l. 1 §. quæ onerandæ. ff. quar rer act. non detur.

In ead glo. in fi. sed glo. in dicta l. si quæ patris. dicit, quod
9 filia non potest contradicere † patri sine vitio ingratitudinis, & contrahens potest exhæredari, vt in Auth. vt cum de appell. cogno §. si alicui. idem dicit Goffr. Host. vero dicit, q ex hoc solo filia non potest exhæredari, quod contradixerit patri, nisi luxuriosam vitam elegerit, vt dicit §. si alicui. vbi hæc coniunctim ponuntur. sed glo. in dicto § si alicui. videtur sentire, quod sufficiat alterum. dicit enim, quod siue filia cum vigesimumquintum annum peccet in corpus suum, siue non consentiat patri volenti eam tradere nuptui, censetur ingrata, & sic illa glo. vult, quod alterum sufficiat. idem sentit in dicta l. sed quæ patris. Sed But. hic sequitur opinio. Host. & etiam Abb. Sicu qui dicit, quod dictum Host communiter approbatur. sed vide glo. quæ dicit, quod vtrunque requiritur, & sic tenet opin. Host. in cap. Quintaualllis de iureiuran. licet Doct. eam non allegent, & clare probatur in d. §. si alicui. & ista pœna non habet locum in filio, quia in eo non inuenitur expressum, quod propter hanc causam possit exhæredari. & hoc videtur sentire glos. 36. quæst. j. de raptor. & hoc tenet hic dom. Cardin in op. quam facit ad primam quæstionem.

Nunquid autem ista pœna habeat locum de iure canonico. Doct. dicunt, quod non, per no. in cap. penult. & vlt. de se
10 cund. nupt. Sed restat dubitatio quotidiana. Nunquid † pa-
a ter [a] teneatur dotare filiam quæ nupsit absque eius assensu. dom. Card hic in 4. quæst. dicit, quod aut filia nubit post vigesimumquintum annum, & tunc pater non potest ei opponere ingratitudinem, vt in Auth. vt cum de appell. cogn. §. si alicui. alias sub §. causas. & sic cum pater teneatur dotare filiam, vt in l. fi. C. de do. promis. & in l. qui liberos. ff. de ri. nup. etiam hanc dotare debet. facit C. de inof. testa. l. si qui filiam. & auth ibi posita idem dicit Abb. Sic. tamen hoc limitat, scilicet quando filia inuenisset maritum sine promissione dotis: nam pater tenetur dotare filiam ad hoc, vt inueniat maritum, vt in l. qui liberos. ff de ri nup. & in l. fi. C. de dot. promiss. sed ex quo filia inuenit maritum sine dote, cessat causa compulsionis, & dicit, quod hoc voluit notanter Barto. post Gui. de Cu. in l. obligamur. ff. de act. & oblig. & sic dicit limitandas glo. quas statim allegabo. sed idem dixit Bar. in auth. res quæ. C. comm. de leg. sed aliqui tenent contrarium, vt infra dicam. aut filia ante vigesimumquintum annum cōtrahit absque consensu patris, & hoc casu secūdum leges pater non tenetur ei date dotem, secus de iure canonico, nam leges videntur correctæ per ius canonicum. ad hoc facit iste tex. in c. prælatus. in fi. de secun. nup. & quod dixi s. proxi. tit. cap. j.

ADDITIO.

a ¶Nunquid pater teneatur dotare filiam quæ nupsit absque eius assensu. Adde Benedict. Capram, consilio 46. tertio dubio. & Iasonem in l. filia. C. de lega.

cap j. & per glo & Ioan.And.in cap.statutum.de hæret.in 6. & hoc tenet glo.32 q.2.etsi.& 36.q.2. de raptoribus. dum tamen eligat dignum, secus si indignum eligeretur, quia tunc pater non tenetur eam dotare. idem tenet hic Archidia.& Io.And.& But in c.accedens.de procur.qui dicit hoc tenere Doct. idem sequitur hic Abb.Sic.quia pater tenetur alere filiam, nec ex contractu matrimonij potest filiæ denegare alimenta, cum in istis sponsalibus filia non sit sub potestate paterna, vt in c.fi.de iud.in 6. fortius ergo tenetur dotare, quia causa dotis est fauorabilior, quam causa alimentorum, vt dicit Cy.in l.non omni.de administ.tuto.& dicit Abb.Sic.hoc intelligendum cum distinctione præmissa. s. quando nupsit promittendo dotem, vt voluit Bart vbi supra, & dicit se sic alias consuluisse in quæst. facti idem dicit Abb.Sic.in d.c.accedens.de procur.& allegat ibi no.per Inno.in c.per vestras. de donat.inter vir.& vxo.vbi Inno.in verbo, onera. dicit, quod licet maritus nullam dotem receperit, nihilominus debet sustentare vxorem pro suo posse, quia personam suam dat pro dote, per auth.quib.mod.nat.effic.legit.§ fi. ff.vt in poss. leg l.pen.vbi dicit, quod vir debet vxorem alere vt filiam. dicit tamen ibi Abb.Sic.quod post mortem patris debet succedere, & habere ad minus legitimam, quemadmodum & masculus, vt in l.maximum vitium. C.de lib.præter.& dicit,
11 quod si stat † statutum, quod filia dotata non succedat cum masculis, non habebit locum in hac muliere, quæ non sit sine dote inuito patre. & vide omnino Bal.in l.neque mater. C.de iure do. vbi Bal.loquitur de statuto disponente, quod filia dotata non succedat, & dicit, quod statutum intelligitur, quãdo est dotata de bonis illius, cui vult succedere, alias non excluditur a successione, secundum Bal. vt in auth.res quæ C.communia de leg. tenet contra Bart. in eo quod dixi supra, quod pater non tenetur dotare filiam, quando paruam, vel nullam dotem promisit, quia mulier indotata cõtemnitur a marito, vt in l.si ita stipulatus.§.si tibi.& in l.vtrũ turpem ff.de verbor.oblig.& idem tenet dom. Ang.& dom. Pau.de Cast.in dicta auth quæ res. nam si opin.Bart.esset vera, sequeretur, quod esset in potestate patris priuare filiam
12 † dote, quam sibi dare tenetur de iure naturali, vt in l.fi. C. de dot promiss. nam posset inuenire talem qui acciperet filiam suam in vxorem absque dote, & sic esset in potestate patris priuare filiam dote, & domin. Pau. de Cast. dicit sæpius se consuluisse contra Bartol. & sic stat conclusio secundum Bald. Angel. & Paul. de Castro, quod si filia non est dotata, vel non congrue, pater tenetur eam dotare: nam dato, quod maritus teneatur illam alere de facto eam male tractabit eo, quia non habet dotem congruam, & ita consueuit communiter fieri per maritos, ergo &c. vnde tene indistincte, quod pater tenetur filiam dotare, etiam si inuenit
a maritum sine dote.[a]

13 In glo.fin.nota ex glos.quod verbum, debet, † interdum refertur ad honestatem, licet præcedat verbum, omnino. pro hoc vide bo glo in cap.cum virum. de regula. in verbo, paterna. & 25 quæst.1.cap.1.quæ etiam dicit de verbo, oportet. habetur etiam in l.cum oportet. C. de bonis, quæ liber. & hæc est ratio, quia materia non necessitat, alias de sui natura importat necessitatem, vt est tex.1.quæst.3.debent. & de app proposuit. & vide ibi per glo.2. & in clem.attendentes.in princ.in glo.in verbo, debent.de statu monach. & per Bart.in l.creditores. C.de pignor. Tamen pro declaratione huius Decret.facias post But.tres casus.

14 Primus, quando pater contrahit matrimonium † pro filio infante, & sic inhabili ad sponsalia, & tunc non valet, nec vt matrimonium, nec vt sponsalia de futuro propter defectum ętatis, vnde non creat publicę honestatis iustitiã, sed superueniente septennio possunt confirmari per cohabitationem, vel verbo, vel facto, vt in cap.1.in princ.eod.tit. in 6.& per glo.infra eod.litteras.& si sic conualescunt, creatur publica honestas, & postea transeunt in matrimonium per copulam, vel per cohabitationem, vel per alium actum superueniente ętate, ex quo sunt sponsalia de præsenti quo ad verba, licet fuerint elapso septennio, immo sponsalia interpretatiue propter defectum ętatis.

Nota hæc ex verbis But. quod sponsalia de præsenti contracta cum infante, transeunt in matrimonium de præsenti per quemcunq; actum denotatiuum consensus perdurantis, etiam citra copulam, & sic c.j.§ j.eo.ti in 6. habet locum, quando matrimonium fuit cõtractum per verba de pręsenti etiam cum infante, sed Ioan And.ibi tenet contrarium, tamen opin.But. videtur mihi verior. ratio enim quare sponsalia contracta per verba de præsenti inter impuberes, transeunt in matrimonium de præsenti per quemcũque actum denotantem consensum perdurare est, quia intelliguntur ratificare sponsalia secundum naturam verborum præcedẽtium, per quum fuerunt contracta, argum.capit.inter dilectos § cæterum.de fide instrum. Sed illa ratio viget etiam in sponsalibus contractis inter infantes. Nec obstat, quod fuerunt nulla, quia ratificantur, vt ex nunc, vt dixi supra tit.j dilectus.in fine vltimę glo.sed Dom.Dom.in d c.j eod.tit.in 6. mouet istud, sed non firmat sc.& istud adde ad illud quod dixi supra tit.j.cap.fin.

Secundus casus est, quando pater contrahit sponsalia de præsenti, quia pro filio habili ad sponsalia de futuro, vel pro filio adulto habili ad matrimoniũ de pręsenti ipso sciente, & consentiente, vel tacente. & hoc casu in filio adulto valeat vt matrimonium de præsenti, sed in filio impubere valeat, vt sponsalia de futuro iuris interpretatione, & creant publicæ honestatis iustitiam. & postea ętate superueniente transeunt in matrimonium per copulam, vel per alium actum, ex quo apparet de consensu, vt in dicto cap.j.§ porro. eod.tit.in vj.

15 Tertius casus est, quando filius est † ignorans, uel contradicens. & tunc dicit But.quod talia sponsalia non valent, & nullum habent effectum sponsaliorum, nec quo ad creandam publicę honestatis iustitiam, nec etiam vt transeant in matrimonium, vt est casus in c.j.in fi eod tit.in 6. nisi tacite, vel expresse postea reprobetur.& in hoc But.reprobat Abb. qui dixit, quod hoc tenet Inno hic.& dicit esse casum.27.q.2.lex diuinæ.sed probatur ĩ.tit.proxi.ad id quod.& in c.consultationi & ĩ.qui matr.accus.poss.c.insuper.

Sed aduerte, difficultas in hoc capitulo est videtur velle facere differẽtiam inter filium puberem, & impuberem. sed ista differentia non videtur vera: nam tex.in c.j §.porro.eod. tit.in 6.& idem dicit de filiis puberibus, & impuberibus.But. dicit, quod in hoc potest esse differentia, quia pater potest tradere filium impuberem de facto, ex quo forte filius ratificabit sponsalia contracta per patrẽ, sed non sic de facili potest tradere filium puberem & illud placet But. sed mihi nõ placet, quia iste tex.non ponderat factum, sed ius.& dicit tex.quod pater potest contrahere sponsalia pro filio, cuius voluntas discerni nõ potest, ibi autem de filiis impuberibus, quorum voluntas discerni potest, & hoc placet But. vt iste tex.nõ corrigatur, & satis potest procedere, tamen sponsalia contracta omnino filij non habẽt intellectum ad sponsalia, vt quia sit minor septennio, nullius sunt effectus, nec inducunt publicam honestatem, nisi ratificarentur, vt ĩ.eo litteras. & c.accessit. Item dom.Card.hic in vlt.sua quæst.tangit vnam quæstionem, quam late disputat. Sed ergo dicam infra eod.de illis el primo. vbi melius cadit. Sequitur c.vbi non est.

ADDITIO.

a ¶Idem tenet Ioan.de Ana.in cap.j.in 3.colum.versic.quærit hic dom.Abb. de adult.vbi plenissime hoc disputat, & concludit idem quod hic dom. Alex.& addit, quod officio iudicis poterit pater compelli ad dotem. & hoc dicit communiter teneri per Doct. vide in Specul. quæ notat Ioan, And.in Rubr.de statu monach.versic.scire debes. Bal.in auth.res quæ. C. communia de leg.

¶Item mulier quæ non habet dotem, dicitur infœlix. Bald.in l.cum quidam. C.de iure dot.per illum tex.

¶Item pater tenetur dotare filiam intrantem monasterium, sicut nubentem. Alex.consil.129.3.col.versic.facit ad prędictum.2.vol.

¶Item an possit filia petere dotem a patre, si nupta est sine eius consensu. Alex.consil.7.4.colum.versic.& primo.2.volum.Ioan.Campegius in tractatu de dote, quæst.13.incipiente, an pater teneatur.qui in fi.dicit, præmissa vera esset, nisi filia peccet in corpus suum, quæ nec ali, nec dotari debet a patre, vt tenet Spec.in tit.qui fil.sint legit.§.penult. versic.quid si filia peccauerit. & idem tenet Bal.in l.fin. C.de do.promiss.quod intelligendum, nisi pœnitentiam egerit, vt tenet Spec.in d.versic.quid si pœnitentiam egerit, & qualis debeat esse hæc pœnitentia, dicit esse bonum tex.in l.Imperialis. C.de nup.& 50.dist.ferrum. & vide omnino Bal.in l. si filia. C.de inoff.testam. inferens idem dicendum in filio qui commisit ingratitudinem, propter quod potest exhæredari, si pœnitentiam egerit viuo patre, ideo quod nec alimenta poterit denegare.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes coniungi non debent nisi pro bono pacis.*
2 *Consensus est de substantia matrimonij.*
3 *Matrimonij causa non tamen ad canones, verum etiam ad leges recurrere possumus.*
4 *Legem transgredi aliquando propter bonum pacis in matrimonijs licet.*
5 *Papa quando dispensare possit contra votum religionis.*
6 *Necessitatem vrgere quis cognoscere debeat.*
7 *Authoritas episcopi an sit necessaria in dissoluendis sponsal. hic.*
8 *Malitia verum in sponsalib. ac suppleat ętatem.*
9 *Diuertentes an copulentur consanguineis.*
10 *Sponsalia possunt dici cum initio.*

CAP

C A P. II.

1 VBI non est. Impuberes † ambo, vel alter, nisi pro bono pacis coniungi non debent.

In prima ponit dictum.

In secunda excipit.

In tertia exemplificat secunda ibi. nisi. tertia ibi, vt pote.

2 Nota primo, quod consensus † est de substantia matri-
monii, & sic ad defectum consensus datur defectus matri-
monij, concordat 3. quæst. 2. cap. 1. & supra tit. primo. cum
locum.

Secundo nota in verbo, districtus. quod non est leue ve
nire contra hanc constitutionem de elect. dudum. 2. 20 prin
cip Hostie. autem dicit, quod valet matrimonium, si contra
fit, quia iste tex. loquitur de honestate. sed istud est contra
tex. nam non apponeretur verbum distructus, si loqueretur
de honestate. Et Abb Sic. in hoc reprobat opin. Hostien. ve
runtamen, quod valet matrimonium, si contra fit, vt in-
fra dicam.

Nota tertio ibi, legibus, & canonibus. quod respectu æta-
3 tis aptæ ad matrimonium, non solum † recurrimus ad ca-
nones, sed etiam ad leges. Et ex hoc dicit Abb. Sic. quod in
causis matrimonialibus possumus recurrere ad leges cano
nibus non contrarias. Sed dicit But quod iste tex. procedit,
quando canō approbat leges quia hoc spectat ad canones,
vel quando lex ciuilis concordat canoni. sed dic. vt habetur
in c. 1. de no. oper. nunc & 10. dist. si in adiutorium.

4 Nota quarto, quod propter † necessitatem, vel pro bono
pacis recedere possumus a dispositione legali, siue canoni-
ca. facit 28. dist. per totum.

Nota vltimo, quod bonum pacis quandoq; est causa in-
ductiua matrimonij: nā prohibiti contrahere propter hanc
causam permittuntur contrahere absque peccato. 27. q. 1.
5 ad fin summe sic † etiam propter bonum pacis Papa potest
dispensare contra votum religionis. & plene dixi post Inno.
in c. cum ad monasterium. de sta. mo. sed quis cognoscit, an
6 sit vrgens † necessitas. qui habet potestatem, & scientiam ha
bere debet hoc discernendi. de consang. & affin. c. 1 nam sine
eius licentia contrahi non debent sponsalia, vt hic, & j. eo.
continebat. & c. duo pueri. vers. prior. sic nec contra dissolui,
vt j. eod. accessit. & c. de illis. el j. cum tribus seq. & de restit.
spoliat ex parte & de eo qui duxit in matrimonium. c. 2. &
hoc secundum Host obseruandum esset in aliis maioribus
propter multa animarum pericula. s. tit j. c cum in tua. & de
cland. despon. c si sed minus bene seruatur, & in hoc dicit si-
mile esse carnale matrimonium cum spirituali, habetur de
præb. in Lateranensi de instit c. 3. de renunc. admonet.

Sed aduerte omnia iura allegata per Host. loquuntur, qñ
ille qui contraxit sponsalia, vel matrimoniū, vult alteri nu-
bere, vel quando petit separationem. vnde dic, ꝙ in casu hu
ius cap. requiritur auctoritas diœcesani, quod est prohibitū
cōtrahere matrimonium, vel sponsalia in minori ætate. sed
7 vtrum est necessaria auctoritas † epi in dissoluendis sponsali
bus, quæ contraxit sponsalia, vel matrimonium licite possit
alteri nubere absque auctoritate epi, dicam post Inno. j. eo.
de illis, el primo. Dicit vlterius Host. quod ratione sacramē-
torum intātum subiacet laicus prælato, quod sicut clericus
non est recipiendus sine litteris commendatitiis, de cler. nō
resid. fraternitati. sic nec etiam laicus, de parochiis. nullus.
de pœniten. & remiss. cap. omnis. & de hoc est tex expressus
de consecr. dist. 5. non oportet, el 2. ob hanc causam etiā lai
cus est postulandus a proprio epo. 71 dist. in palea. primatus.
& sic potest intelligi ea. dist. c. j. nam quo ad sacramenta etiā
laicus est ecclesiasticus. i. Christianus de diuor gaudemus. 2.
respon. Ex hoc dicit Host. quod Sacerdos cauere debet, ne
parochiam suam desponset extraneo inconsulto curato ip-
sius, vel econuerso, vult dicere Host. quod quādo duo de di-
uersis parochiis contrahunt inuicem matrimonium, quod
debet interuenire Sacerdos vtriusque parochię, & dicit But.
quod hoc antiquitus in Bononia seruabatur, quia parochia
nus semper erat præsens, & primus in contractu matrimo-
nij, alia dicit Hostien. quæ non refero, quia non sunt alicu-
ius vtilitatis.

In glo. j. glo. bene dicit. vnde Hos. dicit, quod si ante puber
tatem mulier cognoscitur, dr inmatura cognosci, vt in l. si
stuprum. ff. de iniur. dicit etiam Host. quod secundum vtrun
que ius tenet matrimonium inter impuberes contractum,
etiam si nunquam se cognoscant, nisi fragilitas, vel aliud ac
cedens impediat: sufficit; enim, quod sint apti ad consen-
tiendum, supra tit. 1. cap. tuę. sed dom. Card. dicit, quod respe
ctu matrimonij attenditur pubertas ex vita potentia, vt in
c. seq. & in c. de illis. el 2. infra eod.

8 Vtrum autem in sponsalibus de futuro † malitia supplea
ætatem, dixi supra tit. j. iuuenis.

In glo. in verbo, coniungantur. ista glo. intelligit tex. duo
bus modis.

Primo modo, quod loquatur, quando impuberes volunt
contrahere matrimonium de præsenti.

Secundo modo, quando volunt contrahere sponsalia de
futuro, & hoc secundo modo etiam intelligit Innoc. & ex-
pressius Host. quem communiter sequuntur Doct. dicit enim
Host. quod prohibentur coniungi, quia discederent postea
a sponsalibus tota consanguinitas hincinde remanebit im-
pedita ratione publicæ honestatis, vt supra titu. 1. cap. ad au-
dientiam. cap. sponsam. & infra eod. continebatur. in fi. non
est ergo tutum, quod coniungantur, sed damnosum reipu-
blicæ tot vxores auferre spōso, & tot maritos sponsæ, quod
fieret, si laxaretur, & non restringeretur licentia contrahen
di, argum. ff. soluto matrimo. l. 1. & glos. sensit etiam ratio-
9 nem istam Hostien. dum dicit, quod diuertentes † copulan
tur consanguineis, quod esse non potest. & dicit Abb. Sicu.
quod Hostien. aperte sentit, quod maiores septem annis, im
puberes tamen, non debent admitti ad contrahendū spon
salia. sed istum communem intellectum impugnat Abb. Si
cu. quia tex. dicit coniungantur. nam per sponsalia de futu-
ro non fit coniunctio, sed est promissio futuræ coniunctio
nis 30. quæst. 5. nostrates. & in l. 1. ff. de sponsa. & dixi in Rub.
tit. præcedentis.

Item dicit, quod posito, quod hoc verbum possit adapta
ri ad sponsalia ex altero capite non procedit communis in-
tellectus, quia iste tex. prohibet, antequam perueniant ad
ætatem canonibus determinatam, sed potissimum respectu
sponsaliorum, dicuntur peruenisse ad ætatem legitimam,
vt patet infra eod. litteras. & capitulo, accessit. ergo licite
contrahuntur sponsalia. ideo dicit, quod intelligit istum
tex. qñ impuberes ambo, vel alter contrahunt matrimo-
nium, & volunt intendere copulæ carnali, quæ coniunctio
non est permittenda per ecclesiam, ne postmodum dubi-
tetur de validitate matrimonij, prout accidit in terminis,
infra eod. continebatur. & dicit esse hic addendum, quod
habetur in cap. vnico. eodem titu. in 6. Sed dic, quod etiam
iste intellectus quem sequitur Abb. Sic. ponitur hic per glo.
& per Doctores. sed etiam potest substineri, quod iste tex. lo
quatur de sponsa de futuro. Nec obstat verbum coniunctio,
10 quia † sponsalia possunt dici coniunctio, cum ex ipsis oria-
tur hincinde obligatio ad contrahendum matrimonium,
sed obligatio est iuris vinculum, quo naturæ astringimur
secundum naturæ ciuitatis iura, vt dicit tex. Instit. de oblig.
in princ. & hoc respectu etiam sponsalia possunt dici con-
iunctio. Nec obstat, quod septem anni sit ætas determinata
quantum ad vtilitatem sponsaliorum, & quantum ad effe-
ctum qui surgit a sponsalibus, tamen cap. istud non permit-
tit ea contrahi ante ætatem determinatam ad contrahen-
dum matrimonium, nisi vrgeat necessitas, tamen si contra
huntur, tenent, & sic potest intelligi iste tex.

In glo. fin. quæro pro intelligentia glo. & tex. de qua tole
rantia loquatur tex. Gaspar Calder. dicit, quod si sunt ma-
iores septennio, est tolerantia approbationis, vt infra eod.
litteras. & capitulo, accessit. sed si sunt minores septennio,
est tolerantia dissimulationis, quia sponsalia non valent,
tamen ecclesia dissimulat, & permittit contrahi causa eui-
tandi maius malum. & pro hoc vide pulchram glo & quod
ibi notat Archidiac. in capit. finali, tertia distinctio. & plene
dixi supra titulo primo, inter opera. & supra ne cler. vel mo-
nac. non magno. Sequitur capitulum, puberes.

S V M M A R I V M.

1 *Puberes sunt quo ad matrimonium, qui generare, & concipere possunt.*
2 *Argumentum ab ethymologia vocabuli est bonum.*
3 *Pubertatis signa tria enumerantur.*
4 *Inspectio pueri, vel puellæ, quando debeat fieri, & sit honesta.*
5 *Tempus pubertatis est decimus quartus annus completus.*
6 *Annus an dicatur perfectus, si tres, vel quatuor dies defecerint.*
7 *Testamentum vt quis facere possit, an requiratur 12. vel 14. annus completus.*
8 *Aetas sola an sufficiat in contrahendo matrimonio, nec consideranda sit potentia.*
9 *Mulier si petat se velle fieri matrem, siue coniungi cum sponso, an sit expectandum complementum temporis quatuordecim annorum.*
10 *Impubes an obligetur ex voto solemni.*

CAP. III.

PVberes Ista Decr. est sumpta ex verbis Isidori in decimo ethymologiarum, & hoc dicit.
1 Puberes † sunt quo ad matrimonium, qui ex habitu corporis generare, & concipere possunt.

Primo ponit dictum.

Secundo refert aliam opinionem.

Tertio ponit aliud dictum, & quo ad aliud dictum. secunda ibi, quidam. tertia ibi, certum. quarta ibi, & puerperæ. In tex. ibi, hæc loca. subaudi, quæ debent esse secreta, pudica, & pudibunda, idest non nominanda. Item ibi, pubertatem. Host. exponit i. probitatem, & potentiam naturalem.

2 Nota primo bonum esse argumentum † ab ethymologia vocabuli, concordat de præben. cum secundum & 21. distin. cleros. & 16. quæst. 1. si cupis. de quo dic vt per Bart. in l. j. ff. si cer. pet.

3 Nota secundo tria signa † pubertatis.

Primum est, ex productione pilorum circa loca turpia.

Secundum est ex numero annorum.

Tertium est ex habitu corporis qui apparet, quod generare iam potest.

Primum signum est fallax, secundum Hostien. & Docto. quia omnes pilosi non sunt potentes, necnon pilosi impotentes, & licet antiqui hoc practicarent, tamen practica huius signi non est honesta, vnde Imperator hoc correxit, & noluit, quod fieret inspectio, & statuit, quod solum iudicetur pubertas ex annorum numero, vt in l. indecoram. C. quando tutores, vel curatores esse desierunt, & Institu. quibus modis tut. fi. in princip. & dicit Hostien quod si Imperatori visa est pudibunda talis inspectio, fortius & Papæ, & reprobat quosdam qui scripserunt pubertatem non probari ex annorum numero, concedit tamen Host. quod quantum ad virginitatem, & membri apti probationem fit hodie hæc inspectio, & sic loquuntur iura prædicta in fine vltimæ glo quod si ex nimia necessitate, quæ legem non habet, vt supra cap. prox. ad probandam vero pubertatem semper sufficiunt anni, vt dictum est.

4 Et aduerte, Hostien. & Doct. † videntur velle, quod nunquam debet inspici puer, vel puella, quando tractatur de pubertate, s. an pubescat, sed sola ętas consideretur, secus quando dubitatur, an mulier sit virgo, vel corrupta, vel an sit arcta, vel an vir habeat membrum sufficiens ad generandum, quia tunc fit inspectio propter necessitatem. sed Doct. infra eod. continebatur. videntur velle, quod cadit inspectio, etiam quando dubitatur, an mulier sit viripotens, vel an vir sit potens ad coeundum, & sic an malitia suppleat ętatem, & de hoc ibi dicam.

Nota vltimo ibi, quartumdecimum annum impleuerũt,
5 quod ad hoc vt quis dicatur pubes, requiritur, quod † quartusdecimus annus sit completus, sed videtur quod requiratur in viro, quod attigerit decimumquintum annum, vt in Authen. de tempore non solutæ pecuniæ super dote. §. si quidem. collat. septima. Sed dicit Hostien. quod non est instandum, quia si compleuit quartumdecimum annum attingit decimumquintum, quia egressus vnius est ingressus alterius. 32. quæst. 1. cum renunciatur. & pro hoc faciunt iura allegata in prima, & vltima glo.

6 Quid autem si † deficerent de anno tres, vel quatuor dies, dic vt in capitulo, attestationes. infra eodem. Sed dom. Cardin. dicit, quod quantum ad matrimonium non attenditur ętas ex annorum numero tantum, potest enim ętas præueniri ex viri potentia, vt infra eod. de illis. 2.

Quid autem quantum ad hoc, vt quis possit facere testa-
7 mentum, † an requiratur duodecimus, vel quartusdecimus annus sit perfectus, dic vt in l. qua ętate. ff. de testam.

In glo. secunda in fine. ibi, argumentum per contrarium, Infra eodem, de illis secundo. glo. voluit inducere illum tex. hoc modo: nam sicut minor ętas potest præueniri per copulam, quia potentia coeundi superueniens ante ętatem, perficit matrimonium, vt ibi dicitur, ita & maior ętas præueniens potentiam coeundi, impedit matrimonium. sed ille tex. etiam facit contra glo. quia ibi pōderatᵕ potentia coeundi, quando est minor ętate, & ibi dicitur. ergo si esset pubes ętate, non attenderetur potentia coeundi.

Sed quantum ad illud, quod dicit glos. Innocent. & Hostien. Ioann. Andr. & communiter Doct. tenent contra glo.
8 & dicunt, quod sufficit † sola ętas, etiam si pro tunc desit potentia coeundi: nam ex glo. sequeretur, quod qui ex infirmitate non posset generare, non posset contrahere matrimonium. Item in eo in quo dubitamus, an sit naturaliter frigidus, expectamus cohabitationem triennij, quę non esset necessaria, si vera esset opinio glo. sed contra hoc facit capitu. laudabilem. de frigid. Sed dic, quod ille tex. loquitur, quando constat de frigiditate, secus si est dubium, quia tunc expectatur triennium. & vide omnino quod ibi dicunt Doctor. & in cap fin. eodem tit. & in eis dicam. Item dicit Ioan. Andr. quod sufficit sola ętas, quia ex ętate iudicatur pro matrimonio, vt infra qui matrimo accus. possunt. cap. insuper. Nec obstat cap. de illis, quia licet copula præueniat pubertatem ex potentia coeundi, non sic debet differre in potentia coeundi, quia non est eadem ratio: nam præuenienti ętatem necesse fuit prouidere, ne haberet necesse fornicari: tunc ergo licet contrahere matrimoniũ, sed quando adest sola ętas sufficit. & pro hoc facit dictũ cap. de illis. quia ille tex. ponderat potentiam coeundi cum minori ętate, ergo si adesset ętas idonea, non deberet attendi potentia, vel impotentia coeundi. Sed Doctor. distinguunt concordando opiniones, quod aut constat de impedimento perpetuo, & quia est secretus, vt notat glo. in cap quod sedem, in glo fin. de frigid. & tunc procedat opinio huius glo. Aut non potest apparere de impedimento perpetuo, & tunc procedit opin. Doct. & rationes Ioan. Andr. quas supra recitaui. Abbas autem Sicu. dicit, quod opinio Docto. est æquior, sed opin glo. forte est verior: nam ætas consideratur ad contrahendum matrimonium, ex eo quod communiter accidere solet sed ex quo constat, quod non potest generare, ergo non est pubes, sed impubes respectu materiei. & pro hoc fa. it secundum ipsum iste tex. in versi. vltimo. Sed dic, quod modicum facit, vnde tenet communem opinionem, pro qua bene facit iste tex. in versic. quidam tamen. sed prætupposita communi opin scilicet quod teneat matrimonium contractum cum eo, qui habet ætatem idoneam ad matrimonium, qui
9 tamen generare non potest. Quid si † mulier dicit se velle fieri matrem. Hostien. & Doctor. dicunt, quod iudex debet facere expectari, donec vir compleuerit decimumoctauum annum, & postea per mensem vnum, vel duos, si adhuc nō potest coire, & mulier instat, operetur seruata solemnitate, de qua habetur de frigid. cap j.

Mouetur Hostiē. quia pubertas quatuordecim annorum fallere potest infra quadriennium quo ad naturalem potentiam. sunt enim aliqui impotentes hoc tempore, qui postea efficiuntur potentes infra triennium, vt in Authen. de nup. § per occasionem. & C de repudiis. authen sed hodie. vbi dicitur, quod per triennium debet expectari viri potentia, & per illam Authenticam corrigitur. l. Codicis. quæ dicebat biennium tantum expectandum. dicit Hostien. decimumoctauum annum esse plenam pubertatem & de hoc est tex. Instit. de adoptio. § minorem. & in l Mela ff. de alim. & cib. lega. sed ibi dicitur, quod licet plena pubertas dicatur in masculo in decimoquarto anno, in fœmina tamen dicitur plena pubertas in decimoquarto, vt dicitur in dicta l. Mela. sed ex mente illius Authenticę videtur expectandum solum triennium. Sed dominus Cardin. hic in fine commenti dicit, quod quanto magis expectatur, tutius est. Item dicit Hostien. ex mente illorum iurium, quod sicut canonica institutio reddidit minores quatuordecim annis inhabiles ad vendendum, & ad contrahendum matrimonium, nisi per operis euidentiam contrarium appareat, vt hic, ita posset facere de minoribus decem & octo annis. remittit ad no sup. ra de regularibus, quæ in insulis & capitulo, postulasti. sed dominus Card. hic in fine commenti dicit, quod illud, quod dicit Hostiens. per operis effectum procedit quo ad votum simplex, non quo ad solenne: nam in hoc requiritur pubertas ex annorum numero, vt capitulo, ad nostram & capitulo, postulasti, de regularibus. & in capitulo primo, eodem titulo, in 6. & vide glo. in verbo, ætate. in clem. eos. de regular. & sic potest intelligi glo antepenult in cap cum virum. de regular. quæ videtur dicere, quod malitia supplet ætatem quo ad votum religionis.

Nota bene ista, scilicet quod licet quis non possit emit-
10 tere † votum solenne ante pubertatem, tamen doli capax ante pubertatem potest emittere votum simplex etiam de intrando religionem, & sic obligabitur quo ad Deum, & hoc omnino adde ad illud, quod dixi post Butr. in capitulo, postulasti, de regularibus. De solenni autem voto per sacri ordinis receptionem, habetur in capitu. vno. de clerico per saltum pro.

In glos. fina. hæc glos. bene dicit. In quoto autem ætatis anno hoc est, an in septimo, octauo, vel nono &c. possit vir esse potens ad coeundum, & fœmina viripotens. Doctores hic tractant, dicam infra eodem, continebatur. & hic omitto, ne bis repetere necesse sit. Sequitur capitulum, litteras.

SVMMARIVM.

1 *Minorem septennio qui desponsauit, non prohibetur cum eius matre contrahere matrimonium.*
2 *Sponsalia non vitiantur propter ętatis disparitatem.*
3 *Sponsalia contracta de futuro in ętate prohibita, non inducunt honestatem publicam.*
4 *Aetas septenny est apta ad sponsalia contrahenda.*
5 *Honestas publica non inducitur per sponsalia cum inhabili contracta.*
6 *Affinitas inducitur per illicitum coitum.*
7 *Matrimonium de facto contractum dissoluit sponsalia, sicut sponsalia de facto inducunt publicam honestatem.*
8 *Maritus quis non efficitur eo solo, quod iuerit ad domum sponsę.*
9 *Verba iuris qualiter aptari, atque intelligi debeant.*
10 *Puella distans a septennio per tres dies, an possit contrahere sponsalia.*

C A P. IIII.

1 Litteras. Qui desponsauit † minorem septennio cum eius matre contrahere potest, secus si tempore sponsaliorum erat maior, vel licet tunc minor eadem voluntate manente facta sit maior, quia si cum matre contrahit, & eam cognoscit, nec matrem, nec filiam habebit, hoc dicit, cum sequen. cap. vel sic, secundum dom. Cardin. ex sponsalibus cum minore septennio, non surgit publicæ honestatis iustitia, sed bene cum maiore, vel minore consentiente post septennium, & affinitas sequens soluit sponsalia de futuro pēdentia, hoc dicit, cum sequen. Communis diuisio. secunda ibi, consultationi.

2 Nota primo, quod disparitas ętatis non vitiat † sponsalia, vt puta si quis viginti annorum contrahit sponsalia cū puella impubere maiore tamen septennio vt hic, & infra eod. de illis §. j. & fi. & in c. j. eod. tit. in 6.

3 Nota secundo, quod sponsalia de futuro contracta † ętate alterius contrahentium prohibente non creant publicæ honestatis iustitiam, & ideo potest contrahere matrimoniū cum consanguinea puellæ.

4 Nota tertio, quod † ętas septem annorum est idonea ad sponsalia, & hoc procedit tam in viro, quam in muliere, licet quo ad matrimonium sit differentia inter virum, & mulierem.

Et aduerte, quia tex. requirit, quod ętas septem annorum sit perfecta, & sic videtur, quod malitia nō suppleat ętatem quo ad sponsalia, licet suppleat quo ad matrimonium. de quo dic, vt dixi supra tit. j. iuuenis.

5 Nota quarto, quod † sponsalia contracta cum inhabili, nō inducunt interim publicæ honestatis iustitiam, sed bene, si sunt confirmata superueniente ętate.

Ex quo nota, quod illud, quod a principio non valet, confirmatur vt ex nunc, dixi supra titu j. dilectus. ad finem secundæ glo.

6 No. vltimo, quod per coitum illicitum inducitur † affinitas, & quod per coitum illicitum dissoluuntur sponsalia de futuro. de hoc etiam est tex. in capit. veniens. infra de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. sed matrimonium de præsenti non dissoluitur per coitum fornicarium commissum cum consanguineo, vel cum consanguinea sponsi, vel sponsæ, vt est tex. in c. discretioni. eod. tit.

In glo j ibi. s. tit prox ad audientiam. solue quod hic sponsalia sint nulla ex defectu consensus. In cōtrario vero erant valida respectu consensus, licet propter consanguinitatem essent inualida. & de hoc vide bo. tex. cum glo. in c. j. de sponsa. in 6. in fi. glo. ibi, & ca iuuenis. dic, quod ille tex. loquitur, quando interuenit tentatus ad copulam, iste autem quādo non interuenit tentatus. Sed quærit do. Card. in j. oppos. an sicut sponsalia de facto contracta inducunt publicam hone
7 statem, ita etiam matrimonium † de facto cōtractum dissoluit sponsalia de futuro præcedentia. & dicit ꝙ Io. And. in regula, non præstat de reg. iur. in 6. in quæst. determinat quod non: nam si quis contrahit sponsalia de futuro cum vna, & deinde contrahit matrimonium cum alia, quę est cōsanguinea primæ infra quartum gradum, per hoc non sunt dissoluta sponsalia. ratio est, quia matrimonium dissoluit sponsalia de futuro præcedentia ex vinculo coniugali, ꝙ inducit solus consensus legitimus, & sic non fundat se in honestate, sed in vinculo potentiori, & ideo si non tenet, non dissoluit sponsalia præcedentia, secus si matrimonium tenuit, sed postea ante confirmationem fuit dissolutum per ingressum religionis: nam per hoc non reuiuiscunt spōsalia, quia statim fuerunt extincta per contractum matrimonium: vnde dato, quod secunda cum qua contraxit de præsenti, ingrediatur religionem, non tenetur accipere primam, quia ius semel extinctum amplius non reuiuiscit, vt l. qui res. §. arẽa. ff. de solutio. & de consecrat. distinct. 4. quæris. facit de conuet. coniug. quidam. & dixi supra tit. j. cap. sicut ex litteris. & cap. si inter.

In glo. secunda, diuide eam in duas partes.

In prima parte tacite opponit, & soluit. secunda ibi, item argumentum.

In prima parte glo. dic, quod bene dicit, & hoc sumpsit de glo. 30. quæstio. 2. capitu. vnico. sed hodie est factus tex. in capit. vnico. eodem titu. in 6. Et inquantum glo. dicit de cohabitatione, dicit Hostien. quod non est vis, an cohabitauerint simul in domo sponsi, vel sponsæ, vel alterius, quamuis aliud sit secundum leges, vt ff. de ritu nup l mulierem. cum l sequen. Ioan. Andr. & But. sequuntur Hostien. Sed domin. Cardin. in secunda oppos dicit, quod illa lex requirit traductionem in domum viri, & ad alium effectum: nam sponsa eo ꝙ est traducta ad domum viri, præsumitur facta vxor, si aliud non liqueat. Vir autem non dicitur factus maritus eo
8 † solo, quod iuerit ad domum sponsæ, cum ad ea, quę sępius contingunt, iura adaptentur, vt dicit glos in dicta l. mulierē. sed non est verum, quod ex cohabitatione, seu traductione in domum viri, sponsa præsumitur facta vxor, nisi præcedant sponsalia de futuro, vt dixi supra tit proximo, capit. penul. & fin. ratio autem quare ex cohabitatione præsumitur consensus, & secus est, si seorsum habitant, secundum Hostien. est, quia quando simul cohabitant est timor, ne forte tentauerint commisceri, supra tit. proxi. iuuenis.

Quando autem seorsum habitant, cessat hæc ratio. Sed tu dic, quod ratio est, quia ex cohabitatione præsumitur eadem voluntas perdurare, & sic præsumitur consensus, vt dicit tex. in cap. 1 eod. tit. in 6. nec mihi placet ratio Host. quia si ambo sunt paulo maiores septennio, non est verisimile, quod interuenerit tentatus ad copulam, & tamen cohabitatio mutua ratificat sponsalia, quia præsumitur durare consensus.

In secunda parte glo. hæc glo. frequenter allegatur. Sed
9 dic, quod aut quæris, nunquid si verba † iuris possunt dupliciter intelligi, sed intelligendo vno modo ius prouidet casibus raro contingentibus, & intelligendo alio modo prouidet casibus communiter cōtingentibus, & tunc intellectus iuris est adaptandus ad casus communiter contingentes. Aut quæris, nunquid iura prouideant casibus raro contingentibus, & dic quod sic, & ita loquuntur iura secundo allegata in glos. nam lex debet esse plena, & debet prouidere casibus, qui quandoque contingere possunt, licet raro.

Et aduerte, quia glo in solutione dicit prima Rubrica &c. dom. Cardin in tertia oppositio. dicit, quod glo se refert ad libros Brocardorum, in quibus ponitur Rubrum, in quo continetur dictum, & in nigro subiiciuntur iura facietia ad dictum, quod continetur in rubro. Deinde iterum in alio rubro ponit dictum cōtrarium, & in nigro subiiciuntur iura facientia ad illud. Pone exemplum in quæstione glo. est vnum rubrum dicens, leges non adaptantur ad casus raro contigentes, & subiiciuntur ll quæ ad hoc faciunt, & allegationes harum legum sunt scriptæ de atramento, deinde est aliud rubrum, scilicet quod leges adaptantur ad casus raro contingentes, & allegationes legum sunt scriptæ de atramento. Potes etiam ponere exemplum, dicit rubrum, non inspicitur, quod euenire potest, & subiiciuntur iura ad hoc facientia in scriptura de atramento, deinde ponitur aliud rubrum contrarium, scilicet, inspicitur, quod euenire potest, & in scriptura atramenti subiiciuntur iura ad hoc facientia. De isto Brocardo an inspiciatur, quod euenire potest, dic vt per Bart. in l. inter stipulantem § sacram. ff. de verborum obligatio. Potes etiam ponere aliud exemplum, si non valet quod ago vt ago, valeat, vt valere potest. Et per contrarium, si non valet quod ago vt ago, non valet vt valere potest, de quo per Barto. in l. prima §. si quis ita. ff. de verborum obligatio. & per Doct. in l. non codicillum. C. de testam. Et ideo dum glos. dicit, prima Rubrica, expone, idest prima iura allegata sub rubro.

In eadem glo. in fi. ibi, quæ negociis non cohærent, &c. glo. vult dicere, quod hęc casualia non possunt trahi ad alia negocia, quam ad ea, de quibus disponunt, & ita intelligit dom. Cardin. in 3. oppositio.

Sed extra glo. quæro, quid si puella distat a septennio per tres dies. Hostien. dicit, quod cum ea possunt contrahi
10 † sponsalia, argumen. supra titulo primo, iuuenis. Sed dominus Cardin. in prima quæstione tenet contrarium, nisi aliud appareat: puta nisus ad copulam, vt dicto capitulo, iuuenis. & quod ibi dixi. & hoc mihi placet, quia inspicimus annorum numerum, nisi aliud appareat, alias iura frustra posuissent tempus determinatum.

Vlterius Doct. hic tractant de ætatibus, de quo per glo. infra eodem, continebatur & in proœm 6. vbi est glo. optima. Item tractat. quare fœmina citius pubescit quam masculus de quo non curo, quia est modicæ vtilitatis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia nulla ex defectu consensus non creant publicæ honestatis iustitiam.*
2 *Matrimonij causam determinare ad solam ecclesiam spectat inter laicos.*
3 *Dotis cognitio inter laicos ad ecclesiam, an spectet.*
4 *Matrimonium, & sponsalia inter se differunt.*
5 *Sponsalia requirunt annum septimum completum.*
6 *Impedimentum publicæ honestatis durat etiam sponsalibus dissolutis.*
7 *Sponsalia contracta ante septennium, an conualescant adueniente septennio.*

CAP. V.

1 ACcessit. Summatum est cum præcedenti, vel sic: Sponsalia † nulla ex defectu consensus non creant publicæ honestatis iustitiam, sponsalia vero aliqua sic, licet per ecclesiam legitimo modo fuerint dissoluta, hoc dicit.

In prima decisa consultatio.

In secunda mandatum. secunda ibi, fraternitati. Secunda subdiuiditur, prout distinguit duo membra. secundum membrum ibi, sane.

2 Nota primo, quod ad ecclesiam spectat † determinare de matrimonio inter laicos, & de consecutiuo ad illud, scilicet de legitimatione prolis ex matrimonio productæ, concordat infra qui fil. sint legit. transmissæ. & capit. causam. ad idem supra tit. proxi. gemma. vbi ad ecclesiam spectat determinatio, an pœna posita in cõtractu sponsaliorum, vel ma-
3 trimonij licite possit exigi, similiter † de dote, quæ est accessoria ad matrimoniũ, potest ecclesia cognoscere inter duos laicos, vt in capitulo, de prudentia. de donat. inter virum, & vxorem.

Nota secundo ibi, desponsationes, & matrimonia, quod
4 matrimonium † non est desponsatio non est matrimoniũ, nec econuerso: nam desponsatio est promissio futurarum nuptiarum, de quo dixi in Rubrica de sponsalibus. & in capit. penult. eod. tit.

Nota tertio ibi, septem annos impleuerat, quod quantum
5 ad † sponsalia de futuro requiritur, quod septimus annus sit completus, & sic videtur, quod hæc ætas non possit præueniri. ad idem videtur tex. in cap præced. de quo dixi supra de sponsal. iuuenis.

6 Nota quarto, quod impedimentum † publicæ honestatis durat, licet spõsalia sint dissoluta legitime morte, vel etiam in vita. facit supra tit. proximo, ad audientiam. Et ex hoc dicit Butr. quod ad defectum causæ efficientis non cessat effectus in esse productus.

Nota vltimo ibi, honestum tamen videtur, vnde causetur impedimentum publicæ honestatis, habuit enim ortum ab honestate. nam videtur inhonestum, ac turpe, quod quis habeat vxorem matrem, vel consanguineam illius, quæ fuit sponsa, & animorum destinatione erat futura vxore. & ista est ratio, quia istud impedimentum durat etiam post sponsalia legitimo modo dissoluta, & de hoc plene dixi supra tit. proximo, iuuenis.

In glo. secunda dicit domi. Cardin. quod illud quod dicit glo. procedit, si absolutio fuit facta antequam puella compleuisset septimum annũ, dicit, quod absolutio potest esse vtilis ad declarandum, quod puella adueniente septennio non consensit. dicit tamen Innoc. quod sine absolutione credit sufficere, si alter in septennio protestaretur se nolle consentire. Sed tu dic, quod ista protestatio non est necessaria,
7 † quia sponsalia contracta in septennium non conualescunt adueniente septennio, nisi interueniat aliquis actus, per quem appareat ipsos durare in ea voluntate, vt est tex. in capitulo vnico, in principio. eodem titulo, in sexto. & per glos. in capitulo, præcedenti. & trigesima quæstio. secunda. cap. vnico.

In glo. in verbo, prolem. vide tex. cum glo. infra qui fil. sint legit. ex tenore.

In glo. in verbo, ipso iure. glo. bene dicit. sed Abb. intelligit, quod sponsalia fuerunt contracta per alium, vnde licet mulier non consenserit, tamen inducunt publicam honestatem, quod est falsum, secundum Ioann. Andræam. & de hoc est textus in capitulo vnico, eodem titulo. libro sexto. Sequitur capitulum, continebatur.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina desponsata impubes, pubes facta, si petat licentiam nubendi cum altero non est audienda, si vir iurat eam cognouisse.*
2 *Matrimonium tenet, licet copula carnalis ante legitimum tempus fuerit secuta.*
3 *Cautela pro impubere volente impedire matrimonium.*
4 *Sponsalia non sunt dissoluenda sine auctoritate ecclesiæ.*
5 *Allegatio generalis aliquando sufficit. vt dicitur in Decretis.*
6 *Puella an possit in undecimo anno esse mater.*
7 *Dictio, circa, quid importet.*
8 *Sponsalia contracta cum impubere, pariunt impedimentum publicæ honestatis.*
9 *Matrimonium an dicatur, si puella fuit desponsata, & postea oppressa per violentiam.*
10 *Violentia quæ dicatur præcisa, & absoluta.*
11 *Mulier inuita cognosci, an possit, si se tueri velit.*
12 *Mulier oppressa nunquid amittat virginitatis meritum.*
13 *Aureola sanctorum quid sit, seu qualis.*
14 *Mulier quæ non corrupit virginitatem in corpore, sed in mente, amittit aureolam virginitatis.*
15 *Frigiditas impedit coniunctionem matrimonij, & quæ requirat, vt probet.*
16 *Copula carnalis quomodo, & quando interuenisse credatur.*
17 *Inspectio mulieris fieri debet, quando virginitas negatur, vel copula asseritur.*
18 *Statutum quod fletur iuramento officialis, qualiter procedat.*
19 *Iuramentum defertur in supplementum probationis, quando per vnum testem tantum probatum est.*
20 *Iuramentum defertur reo ante absolutionem, quando aliqua præsumptio esset pro actore non semiplena.*
21 *Iuramentum quare defertur in causa matrimoniali.*
22 *Ætas in contrahendis matrimonijs debet esse perfecta, & completa non cœpta.*
23 *Infantiæ proximus, quis dicatur.*
24 *Doli capax, quando quis dicatur ad obligandum se Deo, vel Diabolo.*
25 *Iuuentus, seu virilitas, quando incipiat.*
26 *Matrimonium solis verbis contractum non est matrimonium, si mulier non expleuerit vndecimum annum.*
27 *Matrimonium præsumitur, si mulier appareat cognita, & etiam in duodecimo anno ætatis suæ.*
28 *Mulier quæ non est transgressa vndecimum annum, non præsumitur matrimonium contraxisse, licet claustra appareant aperta.*
29 *Mulier proxima pubertati viripotens consentiendo, matrimonium contrahit.*
30 *Copula carnalis superueniens supra septennium, confirmat matrimonium.*
31 *Inspectio corporis, seu habitudinis mulieris, quando debeat fieri.*
32 *Puella fertur septimo anno peperisse.*
33 *Argumentum a contrario sensu, quando non sit sumendum.*

CAP. VI.

1 COntinebatur. Si impubes † desponsata facta pubes licẽtiam petit alteri nubendi. non auditur, si vir iurat eam cognouisse, similiter non auditur, si nondum est pubes, sed proxima pubertati, & probetur cognita, & ex spõsalibus contractis cum impubere, maiore tamen septennio oritur publica honestas. Continuatis diuisio secunda ibi, cõsultationi. tertia continet tria dicta. secũdum ibi si autem. tertium ibi, si vero. In tex ibi, & infra, quod est in fine primæ partis. Ioan. And. dicit, quod sub isto infra, debet intelligi, quod vir affirmabat se cognouisse carnaliter mulierem Mulier vero negabat.

Sed quæro, in quo differat primum dictum secundæ partis a secundo dicto, hoc est a versic. si autem fuerit. Innocẽ. soluit, quod hæc Decret. vsque ad versic. si autem, loquitur de puella, quæ peruenerat ad nubiles annos, id est ad pubertatem. Hostien. aliter dicit, cuius verba non refero, quia mihi non placuit, & dom. Cardin. in secunda oppos. approbat intellectum Innoc. & profecto est verissimum quo ad tex. & ideo ipsum tene.

Alex. de Neuo in quartum Decret. H Nō

Nota primo, quod licet non sit permittendum, vt aliqui
2 comungantur matrimonio † infra ętatem legitimam, vt su
pra eod. capit. 1. tamen si coniunguntur, & puella appareret
cognita, tenet matrimonium, vt supra eod. puberes. & infra
eod. a nobis. & c. de illis. 2.

3 Nota secundo, secundum Butr. † cautelam contrahentis
matrimoniū infra annos nubiles, si vult impedire confirma
tionem matrimonij, quod fugiat statim adueniente ętate,
& petat licentiam alteri nubendi.

4 Nota tertio ibi, licentiam postulabat, quod † sponsalia nō
sint dissoluenda sine auctoritate ecclesiæ, patet ex eo, quod
mulier petiit licentiam alteri nubendi. sed Innoc. in cap. le-
quen dicit hoc procedere, quando sponsalia tenent, secus
dicit, quando non tenent, vt quia inter consanguineos, vel
quia prius cum alia contraxit, vel ex alia causa: nam tunc
non est necessarium iudicium ecclesię, licet quodammodo
sit honestum, & ibi idem dicit, idem esse in matrimonio, si
est nullum, nisi forte interuenisset copula, quia si recederet
vir, vel vxor sine iudicio ecclesiæ, daretur restitutio, vt in ca-
pit. porro de diuor.

5 Nota quarto ibi, in decretis. quod sufficit † allegatio ge-
neralis, de quo per Ioan. And. & Butr. in cap. vestra. de coha-
bit. cler. & mulier.

6 No. quinto in verbo, si autem, quod est possibile, † quod
puella in vndecimo anno possit concipere, & esse mater sed
vide tex in cap. fin. de eo qui cogno. consanguin. vxo. suæ vbi
dicitur de decennio. sed glo. 20 quæstio. 1 in summa, allegat
Beatum Gregorium, qui dicit, quod in nono anno quidam
puer impręgnauit nutricem suam, de quo latius ĩ. dicam.

7 Nota sexto de ista dictione, circa, † quæ refertur ad modi
cum ad idem infra eod. attestationes. facit pro teste, qui di-
cit, quod talis possedit decem annis, vel circa, nam debet re-
ferri ad modicum tempus. de quo per Gull. de Cun. in l. & si
post tres. ff. si quis caut. & in l. ab hostibus. § sed quod simpli-
citer ff. ex quibus caus. maio. & ibi per Bar. & latius per Bar.
in l. Celsus ff. de vsucapio. & per But. in cap. licet causam. de
probat. & in cap. litteræ. & in cap. praeterea. de dilat. & in di-
ctis locis. vide etiam quid si testis dicit, talis possedit decem
annis, & plus, vel decem annis, & vltra, vel decem annis, &
citra & sic de similibus.

No vltimo, quod ex sponsalibus de præsenti, vel de futu-
8 ro contractis † cum impubere oritur impedimentum publi
cæ honestatis impediens matrimoniū cum sponso, & qua-
libet consanguinea sponsæ, & econuerso inter sponsam, &
consanguineos sponsæ, & extenditur hæc prohibitio vsque
ad quartum gradum, & non vltra, vt in cap. non debet. in-
fra de consanguinita. & affinita. & dixi supra titu. proximo.
cap. sponsam.

Et ex hoc tex. infert Bur. quod vbi est defectus in causa effi
cienti, si non valet quod ago vt ago, valeat, vt valere potest.
de quo articulo dic, vt plene per Bart. in l. j. §. si quis ita. ff. de
verbor. obliga. & per alios Docto. in l. non codicillum. C. de
a testamen. [a]

Sed quæro, pone, quod puella impubes fuit desponsata,
9 & postea oppressa, & per talem oppressionem † cognita, di-
cit Hostien. quod non tenet matrimonium: nam cuiuscun
que sit ętatis, potest se propter violentiam excusare, vt in-
fra eod. de illis 2. & supra tit. primo, cum locum. dicit etiam
Hostien. quod est bene cauendum, quod fiat fides de violen
tia absoluta, vt quia pedes & manus ei ligauit, argum. cap.
maiores §. item quæritur. de baptis. vbi est optimus tex quæ
10 dicatur † violentia præcisa, seu absoluta, & quæ conditio-
nalis, vel causatiua. idem tamen dicas, si fiat fides de vio-
lentia conditionali, vel causatiuā, dum tamen fiat fides de
metu, qui caderet in constantem, vt quia comminatus fuit
mortem, nisi assentiret, & hoc tenet Ioann. Andr. in regu-
la, quæ contra ius in solutione quæstionis. de regulis iuris, in 6.
& dominus Cardina. hic in quarta quæstione, & Butr. hic. &
dixi supra titu. proximo, capitulo, consultationi. & capitu-
lo, is qui.

In dubio autem, si non apparet de violentia in copula,
præsumitur copula voluntaria, vt dicam infra eodem, ex li
teris. In eo autem, quod dixi de violentia bene probanda,
b recitat Hostien. de iudice, [b] qui condemnauit accusatum in
decem mulieri, quæ dicebat se ab eo fuisse oppressam, quas
dari fecit mulieri.

Condemnato autem seorsum dixit, quod postquam mu
lier a sua præsentia recessisset, auferret ei pecuniā si posset,
sed condemnatus non potuit præualere mulieri, quo de-
11 nunciato iudex præsumpsit eam non posse inuito † cogno-
sci, si voluisset defendere corpus, vt defendit pecuniam re-
stitui viro, argumen. pro hoc processu C. de adulter. si qui. &
supra de præsumptionibus, afferte. & de purgat. vulga. capi-
tulo secundo vnde Hieronymus in epistola incipiente, quid
taces anima, contra Susannam dicis: Vim passa sum. Re-
spondebit Susanna, cuius nomen fallaciter baiulas, quod
inter duos presbyteros, & iudices pariter posita vinci non
c potuit, quia noluit. [c] Aliud exemplum refert Butr. quod
non curo referre. sed tamen dic, vt supra dixi, quod violen-
tia conditionalis sufficit ad impediendum contractum ma-
trimonij, vt supra dixi.

12 Secundo quæro, nunquid † oppressa amittat meritum
virginitatis Gaspar Calder. hic late examinat, & etiam do-
minus Abbas in quinta quæstio. sed communis sententia
est, quod aut propter metum qui caderet in constantem,
consensit fornicationi, & tunc amittit meritum virginita-
tis, quia metus mortis non excusat a peccato licet attenuet
peccatum, vt in capitulo, sacris. quod metus causa & deci-
maquinta quęstione prima, merito, & quinquagesima distin
ctio. presbyteros. & per glo. trigesimasecunda quæstio quin-
ta, Lucretiam. Aut violentia est præcisa, vt quia virgo ca-
pta, & ligata manibus, & pedibus fuit oppressa, & tunc ex-
d cusatur a peccato, & duplicatur ei meritum, [d] & sic non
amittit meritum virginitatis, vt est text. trigesimasecunda
quæstione quinta, in principio, & in multis capitulis eadem
quæstione. sed non habebit aureolam, quæ datur virgini-
bus. & hoc tenet glo. trigesimasecunda quæstione quinta, in
princip. in verbo, duplicatur. & bene facit ead. quæstio. capit.
Ille autem, & de hoc per beatum Thomam, & Richard. in
quarto sententiarum, distinctio. quadragesimanona. & dicit
13 dominus Cardin. quod † Aureola est, quæ datur Martyri-
bus, & Virginibus, & Prædicatoribus, seu Doctoribus, & est
quoddam præmium, seu fulgor, quem prædicti habent vl-
tra cæteros beatos, & de aureola, & præmiis virginitatis.
dic vt per glo. fin. in cap. penult. de probat.

Sed quid de illa quæ furore libidinis sibi ipsi ostia ape-
ruit, vel cum bruto passa est in somno, vel in ludo, de qui-
bus omnibus vide per Archid. trigesimasecunda quæst. quin
ta, reuera.

14 Quid autem de illa quæ mente est corrupta, † licet non
corpore, dicit Gaspar Calder. quod perdit aureolam, ta-
men si postea pœniteat, quia seruata est incorruptio in car-
ne, & non est incorruptio in mente; perinde est, ac si nun-
quam fuisset corrupta, quinquagesima distinctio. ferrum. &
ista est conclusio, sed latius disputatur hic per Gasp. Calder.
& dom. Cardin.

In glos. secunda dic clarius, quam glos. nam quandoque
vterque fatetur s. vir & mulier defectum copulæ, & quod
15 non possunt inuicem coniungi † propter frigiditatem, & vl
tra confessionem viri, & mulieris interuenit iuramentum
scriptum manus propinquorum hoc affirmantium, & et-
iam vir, & mulier iurant, iudicabitur inter eos non esse ma-
trimonium, sic loquitur è requisitis. alias de his requisitis, al-
legato in glo. proximo contrario.

Quandoque mulier dicit se non esse cognitam, & mari-
tus nihil dicit in oppositum, & tunc mulieri creditur, si
hoc potest probare, & probabit probando maritum frigi
dum, vel maleficiatum, vt in capitulo primo, & finali, in-
fra de frigid. & malefic. Et credo, quod istud habet locum,
etiam si maritus allegaret copulam, quia ex quo mulier
potest probare ipsum esse frigidum, vel maleficiatum, non
debet credi viro alleganti copulam, & de hoc latius dixi in
dicto cap. 1. & fin. de frigid. & malefic.

Quan-

ADDITIONES.

a ¶ Quid si puella fuit desponsata, & postea oppressa, & per talem oppres-
sionem cognita. Adde no. per dom. Alex. Ne. in cap. consultationi. 2. co-
lum. supra tit. proxi.

b ¶ Nota pulchram hystoriam. Adde vtrum sponsa cognita per vim a
sponso, seu viro suo possit ingredi monasterium. Archidiac. trigesima
tertia quæstio. quinta, in princip.
Ouidius de arte amandi. 1. libro, ante finem.

Vim licet appellet, grata est vis ista puellis,
Quod iuuat: Inuitæ sæpe dedisse volunt.
Quęcunque est Veneris, subita violata rapina:
Gaudet & improbitas muneris instar habet,
At quę cum posset cogi, non tacta recessit:
Cum simulat vultu gaudia tristis erit.

c ¶ Hic adde Archid. trigesimasecunda quęstio. quinta, in princip. vbi vide.
& quæ notat dominus Alexand. Neuus, supra de sponsa. consultationi.
secunda colum. in fine. & Archidiac. trigesimatertia quęstione quarta,
in principio.

d ¶ Vnde dicebat beata Agatha: Si mihi vim intuleris, duplicabitur mihi
corona apud Deum. Pro hoc facit, quod corpus mulieris non vis ma-
culat, sed voluntas, capitulo, corporis. trigesimasecunda quæstione
secunda.

Quandoque maritus asserit copulam, & mulier negat, non tamen dicit maritum frigidum, vel maleficiatum, & & tunc creditur viro asserenti copulam, vt hic, nisi mulier probet per aspectum corporis se virginem, vt in cap. proposuisti, & in cap penult. de probatio. Sed Henricus Boic facit vnam distinctionem, quam refert dom. Cardin. in 3. quæst. scilicet an & quando credi, vel non credi debeat copulam
16 † interuenisse, ex cuius dictis facias quatuor casus.

Primus quando vir & mulier confiteretur copulam non interuenisse, & tunc statur tali confessioni, vt 33. quæstio. 1. de his requisisti, alias requisisti. & de frigid. cap. primo. & cap. laudabilem. intellige, vt supra dixi, scilicet quando vterque iurat, & etiam interuenit iuramentum tertiæ manus propinquorum idem affirmantiū, & hoc etiam dicunt illa iura.

Secundus casus est, quando vterque confitetur, quod interuenit copula, & idem est fortius, quia fauetur matrimonio, vt in cap fin de reiudic. & dic, quod hoc casu sufficit sola confessio vtriusque coniugis, nec exigitur iuramentum tertiæ manus propinquorum.

Tertius casus est, quando alter confitetur, & alter negat,
17 sed ille qui negat, probat per aspectum † mulieris eam esse virginem: nam statur inspectioni. de probatio. proposuisti. & cap. penult. quod intellige, dum tamen matronæ sint peritissimæ, alias potius crederetur allegãti copulam, vt dicit glo. notab. quam tene menti, vt scias in practica illam allegare. 33. quæstio. 1. si quis acceperit. Idem dicit Henricus Boich. si mulier probat virum totaliter impotentem per inspectionem eius, vt quia caret membro totaliter. ad hoc est tex. de frigi. laudabilem. ibi, si prius probari non possit, a contrario sensu.

Quartus casus est, qñ negans non probat se virginē per inspectionem corporis, nec coniugē impotentem per inspectionem corporis eius, & tunc creditur ei qui allegat copulam interuenisse si iurat, vt hic, & de frigid cap. 1. & 33. q. 1. si quis acceperit. secus si non iurat. 33. quæst 1 quod autem interrogasti. Est enim præsumptio pro copula, ex quo cohabitauerunt viro iurante copulam interuenisse de hoc per Hostien. in summa de clandest. despon. §. vtrum clandestina. in princ. & versic. idem si iudex & versic item quod dixi. hi tamen omnes casus satis compræhenduntur ex glos. Quid autem si mulier allegaret copulam, sed vir negat, an creden
a dum sit mulieri, dicam infra eod duo sunt pueri.[a]
18 Ex his infertur ad † statutum disponens, quod stetur iuramento officialis denunciantis se inuenisse aliquem vendere vinum sine licentia, an denunciatus contra quem officialis iurauit, audiatur, volens probare contrarium, videtur quod non, vt in l. fi. ff de in litem iuran. in contrarium, quia licet fiat probatio per testes, vel instrumenta, tamen reprobari potest, de probat. tertio loco. & ca. post cessionem. & de fide instrum. cum Ioannes eremita. Gasp Cald dicit q fuisse de facto, & putat, quod si denuncians habet probabilem causam, debet audiri: alias secus, nihil inducit. sed do. Cardin. hic in vlt. quæst. idem tenet, & dicit, quod pro hoc facit, quia etiam post iuramentum decisorium auditur volens probare contrariū per testes nouiter repertos, vel per instrumenta nouiter reperta, vt in l. admonendi. ff. de iureiur. & in
b c. fi. eod. tit.[b] secus est in iuramento, quod defertur de voluntate partium, quia non auditur volens probare contrarium, & dicitur in d. l admonendi. & in c. fi. eod. tit. hoc autem iuramentum officialis dicitur decisorium, & cum deferatur a statuto, idem dicēdum est, ac si a iudice deferretur, & sic debet admitti probatio in contrarium. idem sequitur Abb. Sic. quia videmus iura dicere, quod standum est testibus, vel instrumentis, & tamen intelliguntur, nisi melius, & pinguius probetur contrarium, vt d c. cum Ioannes eremita. de fi. in-
c strum. & hoc tene menti.[c]

In glo tertia. prima solutio glo. est vera, & similiter secunda est vera in se, sed non ad tex. nam glo. est signata super primo dicto huius Decret. in quo dicitur, quod licet a principio tempore quo fuit traducta esset minor, tamen cohabitauit vsque quo peruenit ad annos nubiles, sed si ante pubertatem discessisset, tunc procederet hęc solutio. & hoc dicit domin. Cardin. in 3. opposit. verum. vt pones aliquid coniunge ambas solutiones. & dic, quod quandoque actor probauit semiplene, puta per vnum testem, & tunc defertur sibi iura-
19 mentum † in supplementum probationis, quod tamen intellige, vt plene habetur in l. admonendi. ff. de iureiur. & supra de iureiur. c. fi. non tamen defertur tale iuramentum in causa matrimoniali, vt dicit glo. in cap. mulieri. de iureiu. & per Doct in c. fi. Sed Host. in d c. mulieri. dicit hoc esse arbitrarium, quia si iudici videbitur ex circumstantiis iuramentum esset deferendum actori, qui semiplene probauit de matrimonio, poterit deferre ei iuramentum, & hoc sequuntur
d Ioan. And & But. in dicto cap. mulieri.[d] licet in cap. fin. eod. tit simpliciter dicāt iuramentum necessarium non esse deferendum in causa matrimoniali in supplementum probationis. sed opin. Host. mihi magis placet, vbi ille qui semiplene probauit, staret pro matrimonio, nec per dationem iuramenti fieret præiudicium alteri matrimonio. ad hoc c. fi. de re iudic. & quod notat But. in cap iurauit. de proba. & de testib fraternitatis.

Quandoq; actor non probauit semiplene, tamen est aliqua præsumptio pro actore, licet non inducat semiplenam probationem, & tunc antequam reus absoluatur, debet si-
20 bi deferri † iuramentum propter præsumptionem, quæ est pro actore, & hoc modo procedit secunda solutio glo. & dicit But. quod hoc appellatur iuramētum purgationis, quod deferri potest in causa matrimoniali, licet non iuramentum necessarium. dę quo in cap. fin. de iureiur quod etiam defertur actori, sed hoc etiam intellige, vt statim dixi.

Quandoq; & tertio actor nihil probauit, & nulla est pręsumptio pro ipso, & tunc reus non tenetur iurare, sed debet absolui, vt in l. qui accusare. C. de eden. & hoc procedit in omnibus causis excepta matrimoniali, vel vbi sumus in materia peccati, vt statim dicam, & hoc tenet glo. & Doct hic, & infra eod. attestationes. & infra tit proxi. cap. 1. & Spec. in tit. de iuramenti delatione. versicu. sin autem. & hoc tene, licet aliqui Legistæ quos non curo referre, dixerunt contrarium. Sed hoc fallit, vt dixi in causa matrimoniali, quia secundum hanc glo. & Doct. licet actor nihil probauerit, & nulla sit præsumptio pro actore, tamen ad purgandam omnem suspitionem, defertur iuramentum reo: nam hic vir erat reus, & puella actrix, vt patet in tex hoc tamen intellige, vt dicunt Doct in cap. 1. infra tit. proximo. & ibi dicam ra-
21 tio autem, quare defertur † iuramentum in causa matrimoniali est propter periculum animæ, secundum Doctor. & Idem puto in omni causa, in qua tangitur materia peccati propter eandem rationem: nam talis causa gaudet eodem priuilegio, quo gaudet causa matrimonialis, vt no. in cap. lator & in c. consanguinei. de re iudic. & dicam in c. fraternitatis, infra de frigid.

In glo. in verbo, ętati proxima. hæc glos. potest diuidi in duas partes.

In prima quærit, & respondet.

In secunda numerat quasdam ętates. secunda ibi, nota quod.

In prima parte glo. no ipsam. idem dicit Inno. dicit enim eam esse circa duodecim annos, quæ compleuit duodecimum annum. & dimidium, & hoc est ea ratione, secundum
22 ipsum, quia legitima † ętas ad contrahendum matrimoniū sunt in muliere duodecim anni completi., & non cępti, & hoc similiter in masculo sunt 14 anni completi, & non cępti, vt supra eod puberes. & dicit Inno. hoc tenendum, quicquid dicant aliæ glo. Host. vero dicit eam proximum pubertati, quæ est circa finem pupillaris ętatis per triduum, vt in capitulo[l], ad nostram. de regularibus. argumen. de electio. in causis. primo respon. in fine. & capitulo, officij. eodem titulo. & sic intellig. capitulum, attestationes. & capit. finale, infra eodem. sed dominus Cardin in prima quęstione tenet opinio. glos. & Innocent. & dicit hoc optime probari in l. non tantum. ff de excusatio. tutorum. vbi dicitur proximus pubertati, qui distat per sex menses. & dicit, quod iura allegata per Hostien. loquuntur in alio casu, & de hoc se remittit ad capitulum, cum nobis olim in quarta quæstio. supra de electionibus. & in capitulo finali, infra eodem. in duodecima quæstio. vbi examinat istum passum sed But. infra eodem, attestationes. dicit hoc relinquendum arbitrio iudicis, & idem dicit Vincent. & Ioannes Andr. in cap fina. infra eodem.

Abbas vero Sicul. hic dicit, quod hæc glos & dictum Innocent. faciunt ad statuta dicentia, quod proximus alicui ętati possit aliquid facere, vt dicatur proximus. quando ab illa distat per sex menses, vel minus.

Sed

ADDITIONES.

a ¶ Vide Alex. Imo. consil. 157. in princ. 5. colum.
b ¶ Adde quæ notat dom. Alex. Neuus in cap. 1. in 4. & 5. colum. versi. in glo. in verbo, famam. de appell. & Phil. in cap. statutum. § cum vero. circa fi. de rescrip. in 6. vbi vide.
c ¶ Adde dom. Abb. in cap fraternitatis. 3. colum. de frigid. & malefic. & ibi apostillam meam. & Alexā. Imo. consil. 63. 6. colum. versic. plus etiam. 4. volum. qui dicit, quod nulla legis virtus potest excludere probationem, quæ fit euidentia facti. Vide de hoc Franc. de Aret. in c. proposuisti. 3. notab. de probat. vbi plene per eum. & ibi Felin. 3. notab.
d ¶ Ibi vide dom. Alex. in 4. colum. versic. venio ad tertium.

Sed dicit, quod in contrarium facit glo. Iuris ciuilis. in §. pupillus. Instit. de inut. stipul. & Instit. de oblig. quæ ex delic. nascun. in §. in summa quæ glo. dicunt, quod masculus dici
23 tur proximus † infantiæ post septennium vsque ad decimū annum cum dimidio, elapso vero decimo anno cum dimidio, dicitur proximus pubertati, sed fœmina post septimum annum vsque ad nouem annos cum dimidio, dicitur proxima infantię.

Elapso vero nono anno cum dimidio dicitur proxima pubertati: nam post infantiam diuiditur illud tempus quod restat ad pubertatem, & in media parte illius temporis dicitur proximus, vel proxima infantiæ. In alia vero dimidia dicitur proximus, vel proxima pubertati: nam in masculo restant septem anni completo septennio vsque ad decimumquartum annum, vnde donec est vicinior ętati septem annorum, dicitur proximus infantię: sed donec compleі decimum annum cum dimidio, dicitur vicinior ętati septem annorum, quàm ętati quatuordecim annorum, & ideo dicitur proximus infantiæ, sed cum excessisset decimum annum cum dimidio est vicinior ętati quatuordecim annorum, quam ętati septem annorum, & ideo dicitur proximus pubertati. similiter in fœmina post septimum annum completum restant quinque anni completi ad duodecimum annum complēdum, vnde donec compleuit nonū annum cū dimidio dicitur vicina infantiæ, quia est vicinior ętati septem annorum, quam ętati duodecim annorū sed quando compleuit nonū annum cum dimidio, dicitur proxima pubertati, quia est vicinior ętati duodecim annorum, quam septem annorum pro hoc facit Instit. ex quibus caus. ma. licet vel non. § fin. & de hoc plene per Barto. in l. j. ff. de noua. Sed dic, quod aut loquimur quo ad contractus, vide licet, vtrum pupillus obligetur naturaliter, & tunc habet locum glo. iuris ciuilis. Aut nos loquimur quo ad matrimonium, & procedit id quod dicit glo. & Innoc. & de hoc etiam dicam infra eod. attestationes.

24 Quando autem quis dicatur doli † capax quo ad obligandum se Deo, & diabolo. dic vt in c. 1. de delic. puer. & de consecr. dist. 3. paruuli vbi bo. glo.

In secunda parte glo. no. ipsam. sed vide glo pleniorem in proœ 6 in verbo perfectius.

In ead glo. ibi, iuuenis, vel adolescens. dic, quod adolescēs dicitur post decimumquartum annum, si est masculus, & fœmina post duodecimum vsque ad vigesimumquintum an-
25 num. † Iuuentus vero, vel virilis ętas, incipit post vigesimūquintum annum, & durat vsque ad quinquagesimum, vt dicit glo prædicta in procem. 6.

Item nota glo. istam in fi. dum dicit, quod completo vigesimoquinto anno quis dicitur homo, & bene dicit, quia illa ætas est perfecta.

In glo in verbo, præsertim. de dictione, præsertim, & de dictione, maxime, plene dixi s̄. tit. prox. sponsam.

Extra glo. pro intellectu huius cap. & c. puberes. sup eod. scias, quod Innoc. posuit vnam glo satis inuolutam, & varie loquitur, sed colligo mentem suam per quatuor conclusiones, & postea dicam quid sentio, licet dom. Cardin. hic in 2. quæst. alter intelligat Inno. Sed vera eius intentio est, de qua statim dicam.

26 Prima conclusio est, quando † matrimonium contrahitur solis verbis, & tunc non præsumitur matrimonium, nisi mulier habeat duodecim annos completos, vt s̄ eod. puberes. vel nisi ex aspectu corporis appareat eam pubescere, vt d. c. puberes. & dicit Inno quod nō videt rationem, quare hæc Decretalis posuerit duodecimos annos, si sufficeret 11. anni, vel 11. cum dimidio.

Nota bene ex his verbis Innoc. quod ad præsumendam pubertatem sufficit, quod mulier ex aspectu corporis appareat pubescere, ita transeunt hic Doct. sed glo. in cap. j. in verbo, suppleat eod. tit. in 6. dicit, quod requiritur operis euidentia. s. quod puer cognouerit aliquas mulieres, vel quod puella ab aliquibus fuit cognita, dicam in ca. de illis. x. infra eod. Quid autem si distet per vnum diem a pubertate, vel per triduum. an præsumatur quod malitia suppleat ętatem, dicam infra eod. c. attestationes.

27 Secunda conclusio, si † mulier dicitur, vel appareat cognita, & est in vndecimo anno, vel amplius circa duodecimum. præsumitur matrimonium.

28 Tertia conclusio, quando est mulier minor † vndecimo anno, & tunc dicit Innoc. quod licet sint aperta claustra pudoris, non præsumitur matrimonium, quia non præsumitur carnalis copula interuenisse, nisi apertioni claustrorum alia indicia adminicularētur. forte magnitudo personæ, vel alia quæ mulieres melius nouerunt, nec expedit dicere, vel litteris annotare. sed Doct. communiter tenent contra hanc conclusionem, vt infra dicam.

Quarta conclusio est, quando aliqui contraxerunt in minoribus annis, & postea peruenerunt ad maiorem ętatem: nam si vnus petat separari. & alter dicat, cognoui eam, dum erat in vndecimo anno, vel vicina duodecimo, non separabitur matrimonium. quia potest dubitari, quod tunc fuerit viripotens. cum permiserit supra se virum ascendere: nam est in tutiorem partem interpretandum, vt s̄ de sponsa. iuuenis. & dicit Innoc quod oportet, quod nisi ua fuerit eam cognoscere, non enim sola ętas vndecim annorum sufficiet, sed dicit Innoc. adhuc posse constare mulierem non esse puberē: puta quia lanuginem non habet in femore. nam non iudicabitur matrimonium, nisi peruenerit ad annos duodecim, & ista mihi videtur mens Innoc. licet idem bis repetat per diuersa verba, nec reperitur aliquem bene referentem ipsum. sed dom. Cardin in 2. oppo. quam facit post 2. quæst. facit tres conclusiones in ista materia.

29 Prima est, si † mulier est proxima pubertati, & viripotens sufficit etiam eius consensus etiam sine copula, vt teneat matrimonium, & dicit, quod fuisset ita hoc iudicatum, si apparuisset eam viripotentem, & dicit hoc probari infra eod. de illis. 2. & in cap. 1. § 1 eod ti in 6. & intelligit, quod mulier debet inspici, vt dicam in 3 conclus. dicit tamen practicari per aliquos, quod eo ipso, quod ante pubertatem mulier contradicit, & post pubertatem cum alio contrahit matrimonium, statur matrimonio. Sed dicit primum verius, de quo se remittit in cap. de illis. 2. in 2. quæst. vbi idem dicit, & dicit hoc bene ibi probari.

30 Secunda conclusio, copula † interueniens, etiam cum non proxima pubertati, maiore tamen septennio, consumat matrimonium, & hoc voluit Ioan. de Deo, & tenuit etiam Ioan. And per cap. fin. de eo qui cogno consan. vxo. suæ. vbi dicitur de decennio, & per glo. 20. quæst. 1. in summa. quæ al-
a legat Beatum Gregorium, [a] qui dicit, quòd in nono anno quidam puer impregnauit nutricem suam. sed dom. Cardin. intelligit in ea, quæ non est paulo maior septennio, vt dicam statim in tertia conclusione.

Tertia, idest apertio claustrorum pudoris non probat copulam, si appareat alias mulierem non aptam copulæ: vt puta minor septennio, vel paulo maior, quæ non apparet viripotens ex corpulentia, vel aliis quæ mulieres melius cognoscunt, & hoc etiam dicit Inno & dicit dom. Card quod ad hoc iudicandum non sufficit aspectus corporis superioris, immo partes apertę generationi debent inspici per matronas practicas, vt de frigid fraternitatis. in princ. Sed Hostien. & Doct. supra eod. puberes. videntur velle, quod non
31 debeat fieri talis † inspectio, quando dubitatur de pubertate, sed solum quando dubitatur de virginitate, vel vtrum vir habeat membrum aptum ad generandum. sed potes cōcordare, & sic: nam aliquando nullum est contractum matrimonium, & tunc est prohibita talis inspectio, ita loquitur cap. puberes. supra eodem & hoc etiam modo debet intelligi. l. indecoram. C. quando tuto. vel curat esse desierunt, & Instit. quib mod. tu. fi. in princ. Aliquando est contractum matrimonium, & allegatur copula, & tunc etiam partes inferiores debent inspici, & hoc fit per nimiam necessitatem, quia aliter non potest sciri, an malitia suppleat ætatem, & sic an matrimonium contractum valeat, & hoc casu debet intelligi dom. Cardina & etiam Abb. Sicul. qui idem tenet. Butr. autem hic sequitur opinio. Innocent. in omnibus eo excepto, quod dicit Innocen quod quando aperta sunt claustra, non præsumitur matrimonium, quando mulier non est in vndecimo anno, quia immo præsumitur, vt est tex. in capitulo finali, infra de eo qui cogno. consangu. vxo suæ. Item masculus tardius pubescit, quam fœmina, & tamen quandoque pubescit in nono anno, vt dicit glos. vigesima quæstione prima, in summa. idem fortius est dicendum in muliere, & hoc tenent communiter Doctores hic, & in capitulo, puberes. supra eodem. & in capit de illis. secundo, infra eodem. dum tamen puella sit maior septennio, non tamen sufficit, quod sit paulo maior, vt dixi supra secundum dom. Cardin.

Sed aduerte. Hostien. dom. Cardin. & But. in dicto cap. puberes. dicunt, quod etiam si puella esset minor septennio, & copula interuenerit, dummodo discernat, est matrimonium, vt supra tit. proximo, iuuenis. secus dicit Host & Doct. hic, si puella esset trium annorum, quia tunc non tenet matrimonium cum tali, quæ non discernit, nec consentire potest, sicut

ADDITIO.

a ¶Beatus Gregorius. Hoc idem refert dom. Alex. in cap. j. de delit. puer. & ibi vide apostillam meam.

sicut nec furiosus, vt supra tit proxi. dilectus. quia compara-
tur furioso, vt ff. de arbitris. l. diem proferre §. coram. ff. ex
quibus caus. in possess ea. l. si pupillus. sed dom. Cardin. ibi in
prima opposit. dicit, quod raro accidit, quod minor septen
nio, vel etiam septennis possit cognosci. dicit tamen, quod
32 tempore suo dicebatur quandam puellam † in septimo an
no peperisse, & per istud dictum possumus concordare Do-
ctores hic. & in dicto c. puberes. scilicet quod puella septen-
nis, vel paulo maior septennio habens claustra pudoris a-
perta, non præsumitur viri potens. & sic non tenet matri-
monium, nisi appareat viri potens ex corpulentia, vel ex
aliis signis, quæ mulieres melius sciũt cognoscere, & sic erit
inspicienda per matronas, vt supra dixi, secundum domin.
Cardin. in 3. quæst. idem dicit hic Abb. Sic. dicit enim, quod
si puella est minor septennio, quantumcunque fuerit cogni
ta, non dicitur matrimonium consistere, quia non videtur
habere sensum apertum ad discernendum quid sit matri-
monium pro hoc supra eod. litteras. & cap. accessit. nisi esset
multum doli capax, & discreta. Item Butr. sequitur Innoc.
inquantum Innoc. dicit, quod si puella est proxima ętati,
hoc est in vndecimo anno, vel circa duodecimũ, quod præ
sumitur cognita, si vir asserit ipsam esse cognitam, etiam si
non probet, & hoc dixi supra in secunda conclusione In-
no. dicit enim But. quod iudicandum est matrimonium ad
iuramentum viri, cuius intentionem coadiuuat propinqui-
tas ętatis: alias dicit, quod si quis diceret illam cognitam,
quæ non est propinqua ętati aliæ probationes exigerentur,
& dicit quod ista est mens. Innocẽ. intellige, quod aliæ pro-
bationes exigerentur, quia deberẽt assumi mulieres exper-
tę ad videndum, an puella esset viripotens. idem sequitur
hic Abb. Sic. sed mihi non placet, quia iste tex in versic. sin-
autem diuersificare debet a præcedentibus in facto, & in iu
re, secundum ea quæ habentur in l. sed si lege. ff. de peti. hæ-
red. & ideo debet intelligi, quando constat copulam inter-
uenisse, & hoc aperte probat tex. ergo non statur assertioni
viri, nisi probet copulam interuenisse, & ita intelligit Io. An.
in summario, quod supra posui.

Sed dices tu, ergo est hic casus pro opin. Innocen. nam si
dicis, quod requiritur, quod probetur cognita, quando est
proxima ętati, ergo si non est proxima, non sufficit, quod
probetur cognita: dicas, quod nõ debet sumi argumentum
33 † a contrario sensu, quando in iure est expressum contra-
rium, vt dicit glo. in c. vnico de ęta. & qualit. in 6. & per Do-
cto. in c. publicato de elect. & in l. conuenticulam. C. de epis.
& cler. sed si hic sumeretur argumentum a contrario sensu,
hoc esset contra cap. fin. infra de eo qui cogn. consang. vxo.
suæ. ergo non est sumendum, & puto istam esse veritatem,
præsupposita tamen opin. Innoc. Butr. & Abb. Sic. pro vera.
intellige ipsam, nisi mulier per aspectum corporis proba-
ret se virginem, vt in cap. proposuisti. & in cap. penul. de pro
bat. & hic per glo. 2. Inquantum vero Innoc. dicit, quod ni-
sus ad copulam cum proximitate ętatis inducit matrimo-
nium, & dixi supra in quarta conclusione Innoc. idem tenet
But. hic. sed qualiter debet intelligi, dicam infra eod. attesta
tiones. vbi est optimus tex. hoc tamen intellige, quando in-
teruenit matrimonium per verba de præsenti, alias nisus
ad copulam non induceret matrimonium, vt supra tit. pro
ximo. cap. fin. & ista sufficiant, quod tene menti, quia sæpe
veniunt in practica. Sequitur cap. de illis.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia contracta a maioribus septennio non debent dissolui, sed maior expectare debebit minorem.*
2 *Aetas consideratur in matrimonio vltra potentiam coeundi.*
3 *Matrimonij contractus claudicare dicitur, quando maior contrahit sponsalia cum minore.*
4 *Impubes non obligatur per sponsalia supra septennium contracta, nisi maior factus consenserit.*
5 *Puberes quando sponsalibus contradicere debeant.*
6 *Cohabitatio simplex non facit sponsalia transire in matrimonium.*
7 *Reclamatio aduersus contractum sponsalium, coram quo fieri debeat.*
8 *Sponsus an lucretur fructus, stante statuto quod sponsus lucretur fructus rerum assignandarum in dotem, si mulier reclamauit ante pubertatem.*
9 *Causa matrimonij est fauorabilis in contrahendo, & odiosa in dissoluendo.*
10 *Impubes an possit reclamare contra illud, quod fecit durante pupillari ętate.*
11 *Reclamatio a sponsalibus non videtur posse fieri, nisi ambabus ad pupillarem ętatem deductis, quia qui prior pubes erit, alium expectare debebit.*
12 *Differentia non est inter virum, & mulierem in causa matrimonij.*
13 *Impuberes obligantur, vbi in sponsalibus interuenerit iuramentum, vnde compellitur ad matrimonium contrahendum.*
14 *Distinctio circa contractum sponsalium ponitur, & per casus demonstratur, quomodo debent procedere in causa dissolutionis.*
15 *Reclamatio aduersus sponsalia, quando fieri possit, vel debeat.*
16 *Sponsalia non possunt dissolui sine causa.*
17 *Sponsalium vinculum maius esse non potest, quam vt contrahantur inter iam factos puberes.*
18 *Doctor semel approbatus an possit reprobari.*
19 *Doctoratus gradus peti potest sine peccato.*
20 *Doctor qualis esse debeat.*
21 *Sponsalia per impuberem contracta etiam de præsenti, censentur semper de futuro simpliciter.*
22 *Sponsalia impuberum quæ requirant, vt teneant tanquam de præsenti.*
23 *Aetas idonea ad matrimonium probari debet ab eo, qui asserit idoneitatem.*

CAP. VII.

DE illis. Hoc cap. legitur tribus modis, vt in-
fra dicam. & secundum intellectum
glo hoc dicit, si maiores septennio impuberes cõ
1 trahant † sponsalia, neuter ante pubertatem resi-
lire potest. hoc primo, & ille qui primo fiet pubes alterum
expectabit. hoc secundo, & si tempore contractus alter erat
pubes non ipse, sed alter postea factus pubes, resilire potest.
hoc tertio, & vltimo. Tria sunt dicta. secundum ibi, si vero
alteruter. tertium ibi, mulier.
2 Nota primo ibi infra annos aptos † matrimoniis, quod
in matrimonio contrahendo consideratur ętas, & sic non
simpliciter potestas, seu potentia coeundi. de quo plene di-
xi supra eod. puberes.
3 Nota secundo, quod si minor contrahit sponsalia † cum
pubere contractus claudicat: nam minor non obligatur ma
iori, saltem postquam peruenerit ad ętatem legitimam, sed
maior obligatur minori, de quo dicam cum glo. fin.
Nota vltimo, quod licet maior septennio possit con-
4 trahere sponsalia, † vt infra eodem, litteras. & capitulo,
accessit. tamen non obligatur ex sponsalibus illis, nisi con-
senserit, postquam peruenerit ad ętatem legitimam, vn-
de poterit petere separationem, licet nullam causam alle-
get, & hoc concessit ius, quia ante ętatem aptam matrimo
nio, non videtur quod habeat perfectum consensum ad cõ
sentiendum indissolubiliter in contractum matrimonij, de
quo dicam latius infra. alia notabilia possent colligi, sed sa-
tis patent ex tex.
5 Sed pro declaratione litteræ quæro, quando debent † cõ-
tradicere. But. hic dicit, quod debent contradicere in pũcto
maioris ętatis, alias per cohabitationem, vbi simul cohabi-
tassent, fuissent ratificata sponsalia, vbi vero non cohabi-
tassent simul, non posset alter dissoluere sponsalia sine cau
sa, non tamen est matrimonium, per tex in c. 1. eod. ot. in 6.
Sed inquantum But. loquitur de cohabitatione, intellige
quando spõsalia sunt contracta per verba de præsenti, alias
6 † cohabitatio non faceret sponsalia transire in matrimoniũ
sed necessaria est copula, vt dixi in cap. si inter. & in cap. fin.
supra tit. proximo. Item dicit Hostien. quod licet contradi-
ctio non perficiat in minore ętate ad dissoluenda sponsa-
lia, tamen sufficit ad declarandam voluntatem contrahe-
re debentis, in qua præsumitur perseuerare, nisi contrarium
probetur, & in cap. maiores. §. fin. de bapti. & in cap. primo,
quod metus causa. & sic impedietur ratificatio matrimonij
ex superuenientia maioris ætatis. & dicit Hostien. reclama-
tionem scribendam, vt facilius de ea constet, argumen. in
capitulo, quoniam contra falsam, de probationibus. & con-
sulit Hostien. quod sæpe reclament, & scribi faciant, vt in
dicto capitulo, quoniam contra falsam, vt sic ipsorum con-
sensus euidentius elucescat, & hoc sequuntur Doct.
7 Coram quo autem sit facienda ista † reclamatio. Hostiẽ.
dicit, quod est facienda coram episcopo, vel eius Vicario.
de frigid. capit. primo, & supra de regular. capitu. secundo. &
pro hoc facit ille tex. in versiculo, si vero, vbi iudicium ec-
clesiæ. deficientibus autem episcopo, & Vicario debet fieri
reclamatio coram honestis personis, argumen. in capitulo,
pastoralis, in fine de officio ordi. & de appellationibus, si iu
stus metus. fit etiam reclamatio ipso facto, vt infra eodem,
attestationes. hæc vera, nisi interueniat copula, secundum
ea quæ notantur supra eodem, puberes. & dixi in capitulo,
præceden. vel aliter inducitur matrimonium præsumptum,
vt Alex. de Neuo in quartum Decret.

vt in cap is qui supra tit. prox. vel secundum dom. Cardi nisi
primo contraxerint sponsalia de præsenti, quia licet iuris
interpretatione sint de futuro, tamen ratificantur tanquam
de præsenti, si per aliquem alium actum etiam citra copu-
lam consilet cui dentur, quod peruenerint ad pubertatem,
cum eadem perseuerantia voluntatis: puta quia simul co-
habitabant vt coniuges, vt in c. vnico eod. titu in 6. sed ista
fuit intentio Host. dum dixit, vel aliter inducatur matrimo
nium præsumptum, de quo vide quod dixi in cap. si inter.
supra tit proximo.

Vltimo quæro, pone statutum, quod rerum pro dote as
8 signandarum † sponsus lucretur fructus, stante tali statuto,
vir pubes contraxit matrimonium cum impubere, quæ re-
clamauit ante pubertatem. Gasp. Calde dicit, quod ista quę
stio fuit de facto, & consultum fuit, quod sponso deberētur
fructus rerum assignandarum pro dote futura, quia sponsa-
lia rupta non erant, pro hoc bene facit litera in prin dum
dicit, quod reclamantes nullatenus audiātur ante puberta
tem. ad idem in versi. si vero. vbi non conceditur iudicium
ecclesiæ super separatione, nisi postquam peruenerit ad pu-
bertatem. reclamatio ergo ante pubertatem non est cum
effectu. & idem sequitur dom. Card. in vlt. q.

In glo. secunda. glo. assignat rationem, quando impube-
res non possunt reclamare ante pubertatem, & bene dicit,
sed contra hoc facit: nam sicut impuberes post septimum
annum possunt contrahere sponsalia, vt in cap. literas. &
in capit. accessit. supra eod videtur, eodem modo dissolue-
re, quia eadem ratio est in dissoluendo, quæ in contrahen-
do. de reg. iur. cap. 1. Gaspar Calder. & domi. Cardin. in secun
9 da oppositio. † dicunt, quod alia ratio est in dissoluendo,
quam in contrahendo, quia contrahere matrimonium est
fauorabile. de re iudic. cap. fin. Sed dissoluere est odiosum:
nam licet septēnis possit contrahere sponsalia, tamen non
potest ea dissoluere ante pubertatem.

Deinde glos. colligit argumentum ex tex. quod impubes
non potest reclamare ante pubertatem de eo, quod fecit in
pupillari ętate, sed iura allegata in glo. modicum faciunt:
nam c. de his. & c. illud, allegata in glos. loquuntur de filiis
impuberibus oblatis a parentibus. l. vero, Pomponius. ff. de
neg. gest. dicit, quod si quis gessit negocia impuberis, & per-
seuerauit in administratione, postquam fuit factus pubes,
possunt censeri plura negocia, seu plures administrationes,
hoc est, quod gesserit negocia impuberis, & puberis. sed hoc
nihil ad propositum. l. vero, denique. §. 1. ff. de minor. dicit, quod
si maior vigintiquinque annis approbauit illud, quod fecit,
dum esset minor, perdit beneficium restitutionis in inte-
grum. hoc etiam non facit ad propositū, quia aliud est quę
rere, an possit minor facere aliquid, propter quod perdat
beneficium restitutionis in integrum, vel renunciare benefi
10 cio restitutionis in integrum, & aliud est quærere, an † impu
bes possit reclamare contra illud, quod fecit durante pupil
lari ętate. & dicit Gasp. Cald quod si impubes fuisset ingres-
sus religionē, quod potest exire, antequam fiat pubes, quia
ingressus religionis eum non obligat, vt in cap. 1. de regulat.
in 6. Item status talis inuiti non esset meritorius, coacta e-
nim seruitia Deus respuit. 11. quęst. 1. merito. secus est in con-
tractu sponsaliorum, quia sponsalia valent post septem an
nos, vt supra eod. litteras. & cap accessit. Nec obstat cap. 2.
& cap. significatum de regul. quia loquuntur in oblatis per
parentes monasterio, & tunc non possunt exire ante pu-
bertatem, sicut etiam loquitur 28. dist. de his. & 20. q. 1. illud.
quæ sunt allegata in glo. & hoc sequitur dom. Cardin. in se-
cunda oppos.

In glo. 3. in fi. domi. Cardin. in fine tertiæ oppositio. dicit
hanc glo. singulariter notandam, quod inter § seu versicu-
los debet esse distinctio. & idem dicit glo. sequens. Sed vide
glo. in cap vnico de postul prælat. in 6. quæ incipit, claus. po-
sita in vno §. vel versic. non refertur ad alium, quod no. pro
limitatione. cap secundo requiris. & cap. inquisitioni. de ap-
pell. dixi in Rubr. tit. præced.

Item aduerte: hæc glo. videtur contraria glo. sequen. quę
dicit, quod ita est in electione illius, qui primo peruenit ad
ętatem puberem reclamare, sicut est in electione illius, qui
vltimo peruenit ad pubertatem. Sed concorda: nam non
est verisimile, quod statim se corrigat, vt in l. nam ad ea. ff.
11 de conditio. & demonstratio. vnde dicit, † quod ille qui pri-
mo peruenit ad pubertatem, tenetur expectare alium, nec
potest reclamare, antequam alter perueniat ad pubertatē,
sed posteaquam peruenerit, erit in electione tam illius qui
primo peruenit ad pubertatem, sicut illius qui postea per-
uenit, & ista fuit mens Bernardi, & ita concorda istam glo.
cum glo sequen. & ita concordant communiter Doct. licet
dom. Cardin. aliter dicat.

Et pro declaratione tex. & vtriusque glo. aduerte nam iste
tex. prout intellexit glo. ponit tres casus.

Primus, quando ambo contrahunt in pupillari ętate, &
contradicunt antequam perueniant ad pubertatem, & nō
possunt, & iste est casus in primo responso huius Decr.

Secundus casus est, quando ambo contrahunt in pupilla
ri ętate, sed alter citius peruenit ad pubertatem: puta puel-
la vndecim annorum contraxit sponsalia, vel matrimoniū
cum puero vndecim annorum: nam ipsa efficitur citius pu
bes, quia efficit in duodecimo anno, & masculus in decimo
quarto, vnde hoc casu ille qui primo peruenit ad puberta-
tem, non potest contradicere, sed debet expectare, quod
alius efficiatur pubes, sed postquam erit effectus pubes, erit
in electione tam illius, qui peruenit primo ad pubertatem,
quam illius qui vltimo est factus pubes. & ille casus ponitur
in versic. si vero alteruter. tamen tex. videtur facere in con-
trarium, vnde glo. exponit tex vt non obstet. & exponendo
glo. exponit, non facit in contrarium, tamen est quædam im
pugnatio literæ.

Tertius casus est, quando pubes contraxit cum impu-
bere, & hoc casu pubes non potest contradicere, nec du-
rante pupillari ętate illius, cum quo contraxit, nec etiam
postquam erit factus maior, nisi alter factus pubes consen-
tire recuset, quia tunc etiam ipse potest contradicere, vnde
si postea alter vellet consentire, non teneretur consentire
ipse, quia est imputandum illi, qui vltimo peruenit ad pu-
bertatem, quia reclamauit, & hoc vult tex. in fi. & probatur
etiam in capit. accessit. supra eod in verbo, ipso iure absolu-
tus. iuncta glo. super illo verbo, sic ergo. primo casu neuter
dissentire potest infra pubertatem, sed post pubertatem v-
terque potest dissentire, quando vterque peruenit ad maio-
rem ętatem.

In tertio vero casu ille, qui erat maior tempore contra-
ctus non potest dissentire, sed minor bene potest dissentire,
quando peruenerit ad pubertatem, & si dissentit in puncto,
in quo peruenit ad maiorem ętatem, tunc alter qui erat mi
nor tempore contractus dissentire poterit, vt dicitur in fine
capituli, & supra declaraui. & hoc sequitur But. & Hostien.
licet aliter dicat Butr. in distinctione quam facit. sed domi.
Cardi. in tertia oppositio. repræhendit illud, quod dicit glo.
in secundo casu, scilicet quod ille qui primo peruenit ad pu
bertatem, teneatur alterum expectare, & dicit, quod hoc
non videtur habere rationem, quia non debet esse deterio-
ris conditionis ille qui primo fit pubes, quam alter qui po-
stea efficitur pubes, sed ille qui postea efficitur pubes, po-
test statim contradicere, ergo & ille qui primo efficitur pu-
bes debet statim posse contradicere, nec debet esse obliga-
tus ad expectandum, quod alius efficiatur pubes. sed dicit
Abb. Sicu. dicit enim, quod frustra expectatur euentus, qui
nullius est effectus, vt in cap. cum contingat. de offic. deleg.
sed nullius effectus esset, quod ille qui primo efficitur pu-
bes, teneatur expectare minorem, sicut si ipso facto maio-
re potest contradicere, & reclamare sicut ipse, vt dicit hic
glo. quarta.

Sed aduerte, videtur esse tex pro opinio. glo. infra eod ex
litteris. a contrario sensu: ibi enim dicitur, quod ille qui pri-
mo est factus pubes, non tenetur expectare, quod alius effi-
ciatur pubes, quia sponsalia erunt metu contracta, ergo si
metus non interuenisset, obligatus fuisset ad expectandum,
quod alius efficiatur pubes. sed responde, quod ibi interue-
nit cohabitatio, quæ induxisset ratificationē sponsalium,
si fuisset voluntaria, & sic ille qui primo factus fuit pubes,
non posset contradicere, sed deuoluitur potestas contradi-
cendi ad illum, qui postea efficitur pubes. Hostien. vero di-
cit, quod est in voluntate illius, qui primo peruenit ad ęta-
tem dissoluere sponsalia, sed si tacuerit, deuoluitur hæc po
testas dissoluendi sponsalia ad eum, qui minor remanet, &
sic intelligit versic. si vero. Et istam opinionem sequitur do-
min. Cardin in 9 oppositio. de quo dicam infra latius super
glo. in verbo, iudicium ecclesiæ. Innoc. vero intelligit istum
tex. vt ponat duos casus.

Primus, quando vterque erat impubes tempore contra-
ctus.

Secundus, quando erat pubes, & secundum hoc versic.
mulier, nihil differt a versic. si vero alteruter. sed quidam vo
lentes saluare Innoc. dicunt, quod versic. si vero, loquitur
quando masculus erat pubes, sed in versic. mulier, ponitur
casus e conuerso, scilicet quando mulier erat pubes sed hæc
12 opin. non est bona, quia quo ad matrimonium vir & † mu-
lier non iudicantur ad imparia, trigesimasecunda quæstio-
ne prima, si quis vxorem. & in capitulo primo, vt lite non
contestata. & ibi no. in prima glos. Dominus autem Car-
din. tertio modo intelligit tex. videlicet quod principium lo-
quatur

quatur de contrahentibus in pupillari ætate,& hi cum peruenerint ad pubertatem possunt petere separationem, ante autem non, & intelligit, siue pariter, siue impariter peruenerint ad pubertatem, nam qui præuenit poterit petere separationem, nec tenebitur alium expectare, de quo infra dicam in ver. septimus casus.

Sed in vers. si uero. loquitur, quando pubes contraxit spōsalia cum impubere, & dicit quod ita loquitur non improprtiando literam, prout impropriat glo. & tunc pubes nunquā poterit reclamare, sed impubes factus pubes reclamare potest sed in ver. mulier, loquitur non de sponsalibus de futuro, prout loquuntur duo dicta præcedentia, sed de sponsalibus de præsenti, vt patet in ver. nupsit, & tunc probat. ꝙ si pubes nupsit impuberi per uerba de præsenti, perinde est ac si fuissent cōtracta sponsalia per verba de futuro, quia pubes non potest reclamare, sed bene impubes factus pubes, & licet iste intellectus possit procedere, tamē intellectus gl. est utilior, quia ex ipso deciduntur plures casus, nam matrimonium contractum inter puberem, & impuberem, sunt sponsalia de futuro iuris interpretatione, vt in ca. vnico, eo. tit. in sexto.

In gl in uerbo, iudicio ecclesiæ. dicit Abb. Sic. duo ex ista gl. singulariter notanda. primo, quod vbi iuramentum interuenit in sponsalibus etiam † impuberes obligantur in tantum, quod facti puberes compelli debent ad contrahendum matrimonium, & intelligit hoc de maioribus septennio, & ad hoc uide tex. cum glo. in c. j. de delictis pue. vbi hoc bene probatur, l quod requiritur, quod quis sit maior septennio ad hoc, vt obligetur iuramento.
13

Secundo colligit ex fi. glo. quod vbi iuramentum non interuenit in sponsalibus non compelluntur sponsus. vel spōsa inuiti contrahere matrimonium & dicit quod glo. loquitur indistincte non restringens se ad minores, quia de minoribus non est dubium, quia de hoc est tex. hic. & dicit quod idem sentit Host in summa, de matrimoniis. § j. post princi. Sed hic tenet opposi dicit enim, quod siue iuramentum interuenerit, siue non, ex quo maior existens contraxit sponsalia semper compelletur ad contrahendum matrimoniū, vt in cap iuramenti. 22. quæst. 5. & de pact. c. j. & 3. & de arbi. per tuas & dicit Abb. Sicu clare probare hic in vers. mulier, nam hic non interuenit iuramentum, sed Papa fundat se super nudo consensu, & dicit, quod ex quo maior semel consensit sponsalibus non poterit contrauenire, licet contraxerit, cum minore: fortius ergo est dicendū si ambo essent maiores, & dicit hunc tex menti tenendū, quia sæpe de hoc dubitauit, & præsertim in c. requisiuit, supra titu. proximo, vbi dixi. tamen pro maiori declaratione ponit But. in ista materia septem casus.

14 Primus est, † quando agitur de sponsalibus quæ sunt contracta per parentes nomine filiorum, & de hoc dic, ut in c. j. eodem titu in vj & dixi in c. j. supra eod.

Secundus casus est, quando sponsalia sunt contracta per ipsos qui debent inuicem cōiungi matrimonio qui sunt puberes tempore sponsaliorum, & hoc casu non distinguēdo, an sint iurata, vel non, tenentur contrahere matrimonium, nec possunt recedere a sponsalibus, vt est casus hic in versi. mulier, & dixi supra referendo Abb. Sicu. & ista est opinio Host quam sequitur dom. Card & But. & etiam Abb. Sic. ut supra retuli. dicit tamen dom. Card. quod ecclesia minus facile debet permittere, quod quis veniat contra sponsalia iurata, quam contra non iurata per illud, quod notauit supra titulo proximo. c. ex literis ij. in secunda q. vbi idem dicit, & dixi eodem titu. requisiuit. In hoc tamen dic, quod aut vterque consentit, & tunc sponsalia possunt dissolui mutuo consensu. vt in cap. j. supra titu proximo, qui text loquitur de sponsalibus iuratis. Aut alter vult dissoluere altero inuito, aut subest causa, & dissolui possunt, vt in c. quemadmodum de iureiuran. & quæ dicatur iusta causa relinquitur arbitrio iudicantis, vt dixi in d. ca. requisiuit. idem si non subest iusta causa, tamen timetur scandalum, vt dicto cap. requisiuit, sed si non subest iusta causa, nec timetur scandalum altero petente alter compellitur contrahere, ut in capit. ex literis, & in capit. sicut, supra titu. proximo & dicit But. quod hæc est veritas.

Tertius casus est, quando sponsalia fuerunt ɔtracta in infantili ætate, vel alio modo non valent, & hoc casu semper possunt dissolui, ex quo non valent, ut in c. accessit, & in ca. literas, supra eodem, & supra titu proximo, ad audientiam, & hoc tenet hic Innocen. in sua vltima glossa, & sequuntur Doctor.

Quartus casus est, quando non interuenit iuramentum, tamen erant doli capaces, vel perstiterunt in consensu usq; ad doli capacitatem, & hoc casu dicit But. quod nō possunt dissolui sine causa, vel nisi, quando timetur scandalum. quēadmodum nec sponsalia maiorum, per ca. attestationes, infra eodem.

Sed aduerte inquantum ad hoc dicitur quis doli capax, quando est circa finem 14. vel 12. anni, vt est tex. in d. §. attestationes, & ibi hoc declarabo.

Sextus casus est, quando tempore contractus non erant ibi doli capaces, nec persisterunt in consensu vsque ad doli capacitatem reclamare, sed post pupillarem ætatem vterq; potest reclamare etiam sine causa, nam pro causa sufficit, ꝙ sint contracta sponsalia in pupillari ætate: licet enim talia sponsalia initiant vinculum, tamen illud vinculum non est omni firmitate subnixū, cum in illa ætate non capiant consensum coniugalem, vel dissensum, vt in capit. sequen. & dicit But. quod hoc tenet Host in summa, eo. §. quid iuris, circa princ.

Nec obstat, quod sponsalia teneant completo septimo anno, vt in cap literas. & in cap. accessit. supra eod quia illud vinculum non est tantæ efficaciæ, quantū est vinculum, ꝙ contrahitur in pubertate, quia pubes est maturioris consilij. intellige tamen, vt supra dixi, secundum But.

15 In prima quæst dicit, quod debet reclamare † in ipso puncto maioris ętatis, alias viderentur consentire, & sic nō possent dissolui sine causa, sicut nec sponsalia maiorum, quod an sit verum, dicam in sequenti casu.

Septimus casus est, quando sponsalia sunt contracta in pupillari ætate, sed vnus peruenit ad pubertatem priusquā alius. & tunc dicit But. quod ille qui primo peruenit ad pubertatem potest dissoluere sponsalia, siue durante minori ætate alterius, siue etiam postquam alter peruenerit ad maiorem ætatem etiam sine causa, licet in sponsalibus maior requiratur causa ad hoc, vt possint dissolui.

Sed Host dicit, quod est in voluntate illius qui primo peruenerit ad pubertatem dissoluere sponsalia. quod si tacuerit ad eum qui minor remanet deuoluitur hæc potestas, & secūdum hoc intelligit ver. si uero, & cum hoc transit do. Cardi. in 7. oppo.

Sed But. in c. ex literis, infra eodem, dicit, quod opinio Hostien. procedit, quando inuicem cohabitant, quia tunc si factus maior non reclamat bene deuoluitur hæc potestas ad minorē, quia tunc ratificat sponsalia cohabitādo, sed quando dissentit non videt, quod surgat approbatio sponsalium quin possit, quando vult libere discedere a sponsalibus dato quod statim non reclamet.

Sed postea But in fi. commenti, dicti capit. ex literis, dicit quod opinio Host. est verior, & mihi placet attento illo, qđ dicit But hic, & retuli supra in prima quæst. ante glo. dicit enim But quod debent statim reclamare in puncto maioris ętatis, alias si non reclamant, sed cohabitant simul, ratificantur sponsalia vbi vero non cohabitant simul, non transeunt sponsalia in matrimonium.

16 Sed tamen non † possunt dissolui sine causa, & sic intelligit cap. 1. eod. tit in 6. Idem dicit Host. quem sequitur Ioan. And & etiam ipse But. dicit enim, quod vbi non reclamant in pupillari ętate, censentur durare in eadem voluntate, nisi contrarium probetur. & pro hoc consulunt Docto. post Hostiens. quod debent reclamare infra pubertatem: nam ista reclamatio proficiet quo ad hoc, vt non censeantur cōsentire sponsalibus adueniente pubertate, & hoc retuli supra in prima quæstione, quam feci ante glo. & attenta ista communi opin. videtur inferendum, quod opin. Host. sit vera, videlicet quod si ille qui primo peruenerit ad pubertatem tacuerit, censetur consentire sponsalibus, & per hoc potestas contradicendi deuoluitur ad illum, qui remanet impubes, & hoc tene, quicquid dicat glo ista.

Octauus, & vltimus casus est, quando sponsalia sunt contracta inter puberem, & impuberem, maiorem tamen septēnio, & tunc procedit finis Decr. nam ad petitionem minoris dissolui non possunt durante pupillari ętate, sed bene superueniente pubertate, ad petitionem vero illius qui erat pubes tempore contractus non possunt dissolui, nisi impubes recuset cōsentire, postquam peruenerit ad pubertatem. Sed But. hoc intelligit, nisi vbi possunt dissolui sponsalia cōtracta inter maiores ambos, videlicet quando subest causa, vel scandalum: nam non est dare fortius vinculum, quam
17 si sponsalia † fuissent contracta inter duos puberes. & dicit, quod hoc sentit hic Hostien. & vide quod supra dixi supra tit proximo. ex litteris. 2. & cap. requisiuit. quibus adde illud quod hic scribo.

In glo fi hæc glo. potest diuidi in duas partes, prout colligit duo argumenta ex tex secunda ibi, item argumentum, ꝙ contractus claudicat.

In prima parte glo. ibi, argu. contra. ff de mune. & hono. l.

ui gra·

vt gradatim. §. reprobari potest ibi est casus, quod medicus
semel approbatus potest reprobari, & dicunt quidam hoc
speciale in medico propter hominum sanitatem, vt si repe
riatur inutilis, & omnino inexpertus possit reprobari. & idē
habetur in l. si d & reprobari ff. de excu tuto. vbi Barto idem
18 dicit de Doctorib. † cuiuscunque professionis & dicit, quod
hoc fuit seruatum per Archiepiscopum Capuanum, qui om
nes redeuntes de studiis harum partium fecit iterum exami
nari in ciuitate Neapolitana, & quā plures fuerunt reproba
ti, licet ante fuissent doctorati. & dicit Bart se optare, quod
Deus faceret hoc vbicunque seruari, & pro hoc est bo. text.
in l grammaticos C. de profess. & medi lib. 10. vbi Bart. idem
dicit. pro hoc etiam facit glo. nota. in clem. 2. in verbo, hono
rem, de magist. quę dicit, quod quis potest petere absque pec
19 cato gradum doctoratus † in quacunque scientia, si est di-
gnus, quia talis id petendo petit per illud sibi dari opportu-
nitatem communicandi id quod habet, quod est laudabile,
& pertinens ad charitatem. Si uero est indignus, talis peccat
peccato præsumptionis, seu superbiæ. facit quod notat glo.
48 dist. in prin. & dicit Stepha. & post eum Ioan de Imo. in
d. clem super glo prædicta quod examinator est puniendus si
approbauit imperitum. 54. dist. si seruus sciente, & 74. dist in.
si quando. & hoc bene notēt scholares, qui in studiis discūt
practicas & cætera uana potius, quam literas. Et quæ requi-
20 rantur † in Doctore, hoc est ut quis sit dignus doctoratu,
plene dixi in salutatione clementinarū, & tangitur per Ab.
Sicu. in ca. proposuisti, de proba. & per Doct. in cle. ij. de ma-
magist.

In vltima parte glo. dic, quod glo. bene dicit, & ipsam te-
ne menti.

Extra glo. quæro pone, quod puella decem annorum cō-
21 traxit † sponsalia de præsenti, & in hoc perseuerauit per an-
num, & ultra, deferendo annulos, tamen antequam comple
ret 12. annum dissensit, & ita dissentiens perseuerauit etiam
facta pubes. dom Card. in cap. j. supra eod in ult. quæst. dicit,
quod hæc quæstio fuit de facto, & consuluit, quod illa cen-
sebantur sponsalia de futuro per c. vnicum, eodem tit. in vj.
nam vt sponsalia contracta cum impubere teneant tanquā
22 sponsalia de præsenti, † duo requiruntur coniunctim, s.
quod impubes sit proximus pubertati, & viripotens, vt in
cap de illis, & in c. fi. infra eod. vbi de hoc. & dicit domi. Cas.
quod licet tex in cap. vnico §. idem quoque, in princ. eod. tit.
in sexto. videatur facere in contrarium, quia loquitur copu-
latiue, & innuit, quod ad hoc, ut sponsalia de præsenti iuris
interpretatione censeantur de futuro, duo requiruntur, s. q
non sint proximi pubertati, & quod malitia non suppleat ę-
tatem, & sic a contrario sensu si alterum eorum deficeret cē
seantur de præsenti. sed dom. Card dicit quod litera illa est
intelligenda secundum proxime dicta, & quod hęc fuit mēs
illius literæ. posuit enim copulatiuam ad denotādum, quod
vtraque requiruntur ad hoc, vt sponsalia de præsenti te-
neant tanquam de præsenti, scilicet, quod sint proximi pu-
bertati, & quod malitia suppleat ætatem, & hoc etiam di-
cit ibi Dom. Dom. & dicit dom. Card. quod illa litera sic de-
bet legi, si pubes &c. non proximus pubertati cōtraxerit spō
salia de præsenti iuris interpretatione sunt de futuro. item
si pubes, & impubes in quo malitia non suppleat ętatem nō
contraxerunt sponsalia de præsenti iuris interpretatione cē
sentur de futuro, & sic copula quæ ibi ponitur copulat ora
tiones, vt quælibet habeat suum sensum separatū, pro hoc
quod notat glo. in clem. in plerisque. de elect. in glo. quæ inci
pit, certum.

Ex hoc infertur secundum ipsum, quod si ista perseueras-
set in consensu. & vltra annum cum dimidio, ita quod esset
proxima pubertati secundum ea quæ notantur in c. conti-
nebatur, supra eodem. vbi dixi in glo. antepenult. tamen ad-
huc non sufficeret, nisi probaretur, quod tunc fuisset viri po
tens, quod non est possibile probari nunc, cum est facta pu-
bes, quia ex hoc tempore nō posset inferri ad illud, sed opor
tuisset tunc probari non per apparentiam, sed per inspectio
nem partium apertarum generation, iquam debent facere
matronę per tex de frigi fraternitatis. in prin. sed dicit dom.
Card quod quidam dicebāt, quod eo ipso, quod probatum
erat de sponsalibus de præsenti, per consequens etiam in-
fertur ipsam fuisse idoneam etiam ratione ætatis, ar. de pro-
bat. in præsentia. sed dom. Card hoc improbat, quia dicenti
23 eam fuisse idoneam † ratione ætatis incumbit probatio, ut
infra eo attestationes. vbi mulier, tenetur probare, quod uir
transiuent 14. annum, vel quod circa si 14. consenserit in eū
ad idem infra eodem c. fi. ubi fuit probatum de verbis matri
monii, & de desponsa & tamen non pronunciatur pro ma-
trimonio, sed mādatur cognosci de ętate, & dicit, quod hoc
tenet Ioan. Andr. in cap. fraternitatis, de testi in quarta q. ad
c. in præsentia. de probat. respondet, quod ideo ibi non opor
tuit, quod monasteriū probaret de ætate professi, quia erat
in possessione hæreditatis, sed si egisset petitorio debuisset p
bari de ætate, quia requiritur pubertas, vt ualeat professio.
de regula. c. j. in sexto. Qui ergo dicit puberem, debet hoc p-
bare. & dicit dom. Card. quod hæc debent notari tanquam
difficilia, in quibus potest facile errari. Sed ista quæstio do.
Card. multum pendet ex notatis in cap continebatur, supra
eodem, & ibi dixi post gl. referendo Inn. & alios Docto. ali-
quid dicam infra eod. attestationes.

S V M M A R I V M.

1 *Sponsalia impuberum, ante completam pubertatem dissolui non debent.*
2 *Dictio infra, quid importet, necnon dictio citra.*
3 *Verba, a decem annis, & citra, vel a decem annis, & infra, an diffe-
rant.*
4 *Termino assignato alicui ad faciendum, an res fieri possit in ultimo die
termino.*
5 *Impuberes non habent consensum ad contrahendum matrimonium.*
6 *Matrimonium nullum propter ætatem, superuenientia ætatis simpliciter
non conualidatur.*
7 *Matrimonium contractum inter impuberes habet uim sponsalium de fu
turo ex iuris interpretatione.*
8 *Copula carnalis raro præuenit pubertatem.*
9 *Impubes, an obligetur alio uoto quam religionis.*
10 *Regula si non uales, quod ago, ut ago, ualeas ut ualere potest, qualiter pro
cedat.*

C A P. VIII.

1 A Nobis. Impuberes † sponsalia contrahen-
tes ante pubertatem separari non
debent, sed postea si contradixerint sponsalib pos-
sunt, nisi copula interuenerit. hoc dicit. In prima
quæstio. In secunda responsio. In tertia exceptio. Secunda
ibi, ad quod. Tertia ibi, nisi carnis commixtio.
2 Nota primo de dictione, † & infra, quæ secundum Docto.
exponitur pro citra, & probatur supra, vt li. non contesta.
quoniam frequentes. § in aliis, & in ca. j de cler. coniug. & in
ca. quam sit, & in ca. licet canon, & in ea. commissa, in prin.
& §. porro. de elect. in sexto. & dic quod stat exclusiue, nam
tantum est dicere, infra nubiles annos, quantum si diceretur
ante nubiles annos, & sic concludit, q talis adhuc non est
impubes. vnde excludit a pubertate, & sic dictio citra, seu di
ctio infra, excludit a termino, cui adiungitur, nam denotat
adhuc non peruenisse ad terminum.
3 Nunquid autem sit differentia, † an dicamus a decem an-
nis citra, vel a decem annis, & citra, vel an dicatur a decem
annis infra, uel a decem annis, & infra. dic, vt in c. licet cau-
sam, de proba. ubi Doct. tractāt qualiter intelligatur dictum
testis, sic deponentis, vel per uerba similia, & habeē per Bar.
in l. Celsus ff. de vsucap. & in l. ab hostibus. §. sed quod simpli-
citer. ff ex quibus cau ma. tangitur etiam per Doct. in c. inter
dilectos, de fi. instru. & in c. literæ, de dila ubi est bonus text.
de verbo, vltra.
4 Nunquid autem si alicui est assignatus † terminus, ut ali-
quid faciat infra decem dies, vel ante decem dies possit face
re ultima die termini. dic quod sic, ut in l. j. quod dicimus. ff,
de success. edicto, & in l. qui ante chalendas ff. de uerborum
oblig. & uide de hoc bo. gl ij quæst 6. anteriorum, & in c. fre-
a quens in glo in uerbo proponitur, de restit spolia. in sexto.[a]
Item quid si alicui est pręfixus terminus, infra quem aliquid
faciat, uel compareat coram iudice, nunquid teneatur illud
facere in vltima die termini, an uero possit illud facere, quā
documque placuerit infra terminum, & nunquid teneatur
aduersarium admonere, seu certificare, quando vult facere,
uel comparere uide gl. no. in clem ij. in uerbo, infra dictum.
de app. & per Barto. in l. qui ante chalendas. ff. de uerborum
obligatio.
Nota secundo ibi, consensum non habent, quod impube
5 res † non habent consensum ad contrahendum matrimo-
nium

A D D I T I O.

a ¶Et adde, quod si impossibile est aliquid fieri infra terminum assignatū, puta accedere Romam, non potest tamen interim aliquid attentari con tra ipsum, cui assignatus est terminus. gl. singul. in ca. ubi periculum, in verbo, x. diebus, de elect. in sexto.

nium, concordat supra eodem, c.ij. sed ad sponsalia contrahenda bene habent consensum completo septimo anno, vt in cap litteras, & in c.accessit, supra eodem. intellige tamen sane, s. nisi malitia suppleret ætatem, vt dicitur in fi.c. & probatur etiam in c.sequenti.

6 Nota tertio, in verbo, cõfirmetur, quod † matrimonium nullum impediente ętate non validatur ex sola superueniẽtia maioris ætatis, nisi alio modo cõfirmetur, & hoc clarius probatur in c.vnico, eodem titulo, in sexto. facit quod not. glo. in c.literas, s eod. & ibi dixi.

Nota quarto, secundum Abb. Sicu. quod quemadmodũ impuberes contrahentes sponsalia de futuro nequeunt ab eis discedere ante pubertatem, vt supra eodem, de illis, ita &

7 † matrimonium contrahentes, nam tale matrimonium ante ætatem legitimam iuris interpretatione est spon de futuro, ut est tex. in cap. j.§.t. eodem titu in sexto. vnde sicut ante aduentum pubertatis non licet resilire a sponsalibus ueris, ita nec a præsumptis, & hoc procedit intelligendo istũ tex. quod fuerint contracta sponsalia per verba de præsenti, de quo dicam cum glo. prima.

Nota ultimo prope fi.c. ibi, cum interdum, &c. quod † copula raro præuenit pubertatem hoc probat uerbum interdum, secundum Docto.

8 Ex quo infertur, quod dicens impuberem esse potentem ad cocundum, tenetur hoc probare, quia in dubio non præsumitur quis potens ad copulam ante pubertatem, ut hic dixi supra eo. continebatur.

Qualiter autem probetur, quod malitia suppleat ętatem dixi in d.c continebatur, & dicam in ca. seq.

Sed contra tex. opponitur, quod sit superfluus, quia idem dicitur in ca præcedenti. Docto. dicunt, quod non est superfluus, quia addit duo ad c præcedens.

Primo inquantum dicit de copula.

Secundo inquantum dicit, quod tale matrimonium contractum ante pubertatem, ut nullum, eget confirmatione adueniente pubertate, quod non fuerat ibi dictum.

Secundo opponitur, dum litera dicit, quod adueniente pubertate matrimonium debet separari, nã cũm matrimonium sit nullum separari non potest, vt infra eodem, ad dissoluendum. Solue, & dic quod est duplex litera, nam aliqui habent separentur, & tunc dic, quod separantur sponsi a vinculo sponsalium, quia iudicio ecclesiæ absoluuntur. alia litera habet separetur, in singulari numero, & tunc dic, quod matrimonium separatur, quo ad vires sponsalium, ut non teneatur contrahere matrimonium, sed eis datur licẽtia cũ alius contrahendi, ut infra eodem, attestationes, sed prima litera est communior.

In glo. 1. dic, quod Lau. & Vin. intelligunt istum textum, in uerbo, matrimonio, quantum in eis fuit, sed in effectu iuris interpretatione fuerunt sponsalia de futuro, & communiter intelligitur, & est uerus intellectus text. & probatur in c.vnico, eo. titu in sexto.

9 In glo. ij. vtrum † impubes obligetur alio voto, quam religionis. dic quod sic, dum tamen excesserit septimum annũ vt in c.1. supra de uoto, & per Innocent. in capit. scripturæ, eodem titu.

Sed utrum obligetur uoto religionis, tetigi supra eodem, puberes, & dixi post Butr. in cap. postulasti. de regula.

In fi. glo. glo. hic ponit veritatem, nam matrimonium de præsenti contractum inter minores ętate valet, vt sponsalia de futuro, & hoc determinatur in cap. primo, eod. titu. in vj. non obstat illa regula Brocardica, si non ualet, quod ago, ut

10 † ago, ualet vt valere potest, quia secundum But. illa regula non procedit, quando est peccatum in causa efficienti, nam tunc, licet non ualeret, ut agitur, ualet tamen, vt valere potest, ut est casus hic, & in c ex insinuatione, de app. & in ca. 1. eod titu in sexto, de quo But. se remittit ad ca. cum super, de officio delegati, & per Bar. in l 1.§. si quis ita ff. de verborum obligat. & per Cy. & alios Doct. in l. non codicillum. C. de testa. & hęc sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Minores apti ad matrimonium ex solo consensu obligantur.*
2 *Matrimonium ex eo solo non ualet, quod fuerint proximi ætati.*
3 *Mora modici temporis non est impedimento.*
4 *Paria sunt esse in termino, & prope terminum.*
5 *Malitia supplet ætatem quo ad matrimonium.*
6 *Consensus matrimonialis subsequens uiolentiã, purgat uitium metus, & violentiæ.*
7 *Matrimonium, ut ualeat, quare requirit ętatem, & potentiam coeundi.*
8 *Potentia coeundi quomodo cognoscatur.*
9 *Copula carnalis probat potentiam coeundi, non cum sponsatur, sed cum alia etiam muliere facta.*
10 *Lectio malitia, quid significet, seu qualiter interpretetur.*
11 *Bonitas supplet ętatem sicut malitia, sed quo ad aliud.*

CAP. IX.

1 DE illis. el secondo. Minores † apti ad matrimonium ex solo consensu obligantur, nisi uiolentia interueniat.

In prima decisa consultatio.

In secunda responsio. Secunda ibi, respondemus.

Nota primo ibi, ita fuerint ætati proximi &c. quod sola p

2 ximitas ætatis non sufficit ad cõtrahendum † matrimoniũ sed requiritur, quod etiam adsit potentia coeundi, quod no. pro limitatione capitu. sequentis. de quo tamen infra latius dicam.

3 Nota secundo secundum Vincentium, quod † mora modici temporis non est impedimento. de ętate, & qualitate, præterea. ff. de iudi. si debitori. quandoque tamen curamus de modico. ff. de minor l 3.§ minorem. ubi dicitur minor si vna sola dies deficiat ad maiorem ætatem. Sed de hoc, an curetur de modico. dom. Card remittit ad nota. ad se in proœmio huius libri, & ad ca. si proponente. de rescriptis, & habetur per Dy. & Barto. in l. si proprietarius ff. de dam. infe. item dicit dom. Card. quo ad minorem, quod ibi non pręuenitur ætas, quia taxata est ex annorum numero, non sic in matrimonio, ut supra eod. puberes. ad fi. Sed tu dic, quod iste text. modicum facit ad istud, quia sola proximitas ætatis nõ sufficit, nisi detur potentia coeundi, & hoc aperte dicit tex.

4 Nota tertio secundum dom Cardi quod paria † sunt, esse in termino, vel prope terminum. ff. ex quibus cau. ma. l. qui mittuntur 83 dist. presbyter. ix. q. 2. de vito. de temp ord ex tenore de fur. c. fi. & de senten excomm. in sexto, religioso. facit l. penult. ff. de testa. mili. vbi dicitur, quod de proximo cingendus habetur pro cincto. & dicit dom. Card. quod hoc pcedit, quãdo utriusque est eadem ratio, sicut in matrimonio est eadem ratio, scilicet aptitudinis ad copulam.

Sed aduerte, hoc nõ procederet in materia odiosa, etiam si esset eadem ratio, & de hoc est tex in c. commissa. de elect. in sexto, & in l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. ff. de uerborum obliga. Item dic quod iste tex parum facit ad hoc, qa sola proximitas ætatis nõ sufficit, sed necessarium est, quod adsit potentia coeundi.

5 Nota quarto, quod † malitia supplet ætatem quo ad matrimonium, & ad hoc quotidie allegatur iste tex & intelligitur, idest vigor naturalis, seu potentia coeundi, & hoc colligitur ex uerbis pręcedẽtibus, ibi, quod poterunt copula carnali coniungi: non enim sufficeret malitia in rebus agendis, nisi adsit potentia ad copulam, ad supra eod. puberes.

6 Nota vltimo, quod consensus † matrimonialis subsequẽs violentiam purgat vitium metus, & violentiæ, & validat matrimonium malitiose contractum. super quo glo. vltima hic allegat concordantes.

7 Sed quæro, quare tex. requirit duo ad † ualiditatem matrimonii, s. quod sint proximi ætati, & quod possint carnaliter commisceri, nunquid ambo requirantur de necessitate dic secundum Doct. quod si incipis a primo necessario secundũ requiritur, quia vt dixi proximitas ætatis nõ sufficit sine potentia coeundi, sed secundum bene sufficit sine primo, dummodo sint doli capaces, ita quod potuerunt discernere uires matrimonij, ut supra eo. continebatur, dixi. Sed est disceptatio, & non modica inter Doctores. quomodo depræhen

8 datur ista † potentia coeundi, quæ habet supplere defectum ætatis. nam Tang dicit quod non præsumitur potentia coeundi ex proximitate ætatis, nisi vere intercesserit copula inter ipsos contrahentes. & idem tenet Host. & exponit tex. ibi quod poterunt copula carnali coniungi. i. de facto se cõiunxerunt, & idem tenet in c. puberes, supra eod.

Sed Goffr. tenet contrarium: dicit enim, quod sufficit, ꝙ copula interuenire potuit etiam si non interuenit, ex quo erat proximus pubertati. idem tenet Inn. dicit enim, ꝙ appareat potentia coeũdi, vel ex lanugine, vel facti experientia idẽ tenet Abb & Ioan Cal. & dom. Card. hic, & in c continebatur, supra eod. ubi dixi, & istam opin. etiam sequitur Abb. Sic. & probatur hic. nam ubi interuenit copula non requiritur proximitas ætatis, vt dixi in d. c continebatur & ideo ut procedat iste tex. debet intelligi, quod requiritur proximitas ętatis, quando apparet potentia coeũdi, vel per lanuginem, vel ex habitu corporis, nam nisi esset proximitas ætatis nõ pręsumeretur

sumeretur

sumeretur potentia cocundi ex solo habitu corporis. sed si copula interuenit præsumitur potentia cocundi etiã si nõ dicitur proximitas ætatis, vt plene dixi in c. continebatur supra eodem, & sic intellige istum textum. idem probatur in capitu. primo. in § j. eodem tit. libro vj. & hoc tene, licet lo. And. & But. dicant, quod non requiritur, quod probetur co-
9 pulam † interuenisse inter eos, quorum matrimonio agitur sed bene requiritur, quod probetur copula alio modo, vide licet, quod alias mulieres cognouit, vel quod mulier ab alio fuerit cognita, & hoc modo etiam loquitur glo. in c. j. §. i. in verbo, suppleat, eodem titulo, libro 6. illa tamen glo. approbat opi. Inno. quod vult, quod per alium actum etiam citra copulam probetur viri potentia, vt supra retuli, & ideo opi. Innoc. tene quia est uerior, & etiam communiter. pro qua facit c. sequens. vbi nixus ad copulam cum consensu adhibito prope ætatem legitimam sufficit ad matrimonium. & uide quæ ibi dicam.

10 In glo. in verbo, malitia, Tang. exponit malitia, † idest sapientia. discretio, & doli capacitas, & Petrus exponit malitia idest vigor, vel potentia copulæ, & hoc est verius secundum dom. Card. & Abb. Sicu. & dixi supra in quarto notabili, & hoc probat litera ibi, quod poterunt copula carnali coniungi. & dicit Phyl. quod sicut malitia supplet ætatem, ita & bo-
11 nitas † quandoque supplet ætatem, quo ad aliud. C. de proximis sacrorum scriniorum l. vnicuique, libro duodecimo. vbi propter excellentiam scientiæ secundus præfertur priori in tempore. ad idem 77. dist. monachus. vbi monachus citius est ordinandus, quam clericus scholaris. Item dicit Inn. quod sicut ætas præuenitur in matrimonio, ita in ingressu religionis, dicit tamen, quod alii dicunt contrarium, sed ipsi dicunt verius, vt in c. j de regula. in sexto, & dixi in c. postulasti. de regula. & tetigi in c. præcedenti, super secunda gl.

In glo. si hæc gl. est magistra, & bene dicit, uidebitis etiam infra eod. ex literis.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium inter impuberes contractum, etiam cum nixu copulæ, nõ valet.*
2 *Iuuenis potest dici qui non attigit 12. annum.*
3 *Matrimonium non contrahitur inter inhabiles ætate per nixum copulæ tantum.*
4 *Vxor, an possit vendicare maritum.*
5 *Impubes maior septennio adueniente legitima ætate potest resilire a contractis sponsalibus, secundum Abb.*
6 *Minor, maior factus, potest petere licentiam recedendi a sponsalibus.*
7 *Nixus ad copulam si non inducit matrimonium, inducit publicam honestatem.*
8 *Confessio, an ualeat, si facta est contra matrimonium.*
9 *Mulier, an possit mutare confessionem, & dicere se corruptam, pro matrimonio tuendo.*
10 *Confessio calore iracundiæ facta reuocatur non probato errore.*
11 *Confitens potest incontinenti suam confessionem reuocare non probato errore.*
12 *Confessio, an reuocari possit errore probato post sententiam.*
13 *Confessio nunquid possit limitari, uel interpretari.*
14 *Articulus idem dicitur, licet modus dicendi uarius sit.*
15 *Testes in causa matrimoniali produci possunt post publicatas attestationes.*
16 *Publicatio non obstat in matrimonialibus, nec sententia transit in rem iudicatam.*
17 *Anima est preciosior cunctis rebus.*
18 *Circa finem pubertatis dicitur qui ad complendum 14. annum tres tantum dies deficiunt secundum Host.*
19 *Matrimonium ad ualidandum, an sufficiat, quod quis circa finem pupillaris ætatis sit.*
20 *Matrimonium contractum, siue a mare, siue a fœmina in ultimo die pubertatis, an ualeat.*
21 *Iuramentum, an a reo sit exigendum, ubi agitur de sacramento matrimonij.*
22 *Confessus censetur qui in causa matrimonij non uult iurare.*
23 *Matrimonium contractum a uiro antequam a muliere conueniatur, an ualeat illa petente, ut iuret, & nolit.*
24 *Matrimonium manifestum semper præiudicat clandestino.*
25 *Oscula, & cohabitatio, nunquid inducant matrimonium.*

C A P. X.

1 Ttestationes. Contractus † matrimonii ante pubertatem et cum nixu carnalis copulæ non facit matrimonium. Vel sic secundum dom. Card. si alter contrahentium est non proximus ætati pubertatis verba de præsenti etiam cum nixu copulæ non inducũt matrimonium. Communis diuisio. Secunda ibi, consultationi.

In tex. ibi, accepimus. dicit Host. quod hic patet, quod attestationes erant publicatæ. item ibi recessit, & sic de facto dissensit, & per hoc innuit, quod si cum muliere morando perfecisset ætatem matrimonium fuisset firmum, ad hoc. ff. de ritu nupt. l. minorem. item ibi, & infra decidit, quod iuuenis contradicebat dicens se in eam non consensisse postquã ætatis legitimæ fuit, & petens licentiam cum alia contrahẽdi, super quo quæsiuit episcopus quid iuris. Item ibi idoneos testes. Idonei testes sunt qui interfuerunt contractui matrimonii, vel consensui, & qui non sunt suspecti. de testibus, in literis.

2 Nota primo, quis dicatur iuuenis, † nam potest dici iuuenis ille qui nõdum attigit 12. annum de hoc uide gl. in proœmio 6. & in ca. continebatur, supra eod.

Nota secundo, quod nixus copulæ cum contractu matri-
3 monii † inter inhabiles ætate non perficit matrimonium, nisi alterum de duobus interueniant, s. proximitas ætatis cũ nixu ad copulam, vel quod post nixum copulæ consentit matrimonio pro se si impuberis ætatis, de quo latius infra dicam.

4 Nota tertio ibi, vendicare, quod † vxor potest uendicare maritum. & Ho. hoc intelligit adiecta causa de iure diuino, vel canonico: nam multa iura habet mulier in virum, & econtra, adeo quod maritus nõ habet potestatem sui corporis, sed mulier, nec econuerso, vt in ca. non debet, de consangui. & affinita. vnde ratione huius iuris possunt se adinuicem vendicare, argu. in l. j § per hanc. ff. de rei uendi. & Abb. Sicu. dicit hunc tex. tenendum menti cum dicto Host. licet contrarium senserit Ioan. And. in addi. Spec. in titulo, qui si sint legitimi. in addi. quæ incipit, Roffredus in prætoria, cuius dictum sequitur But. in c. non est, supra tit. proximo. sed Abb. Sicu. dicit, quod primum dictum est uerius, quod tamen latius examinat in ca. illud, de præsump. tetigi in dicto capitu. non est.

Nota quarto mirabilem decisionem secundum Abb. Sic. scilicet, quod minor pubertate, maior tamen septennio cõtrahens sponsalia, vel matrimonium potest adueniente æ-
5 tate legitima sine aliqua causa resilire † a talibus sponsalibus, seu matrimonio, licet mulierem nixus fuerit corrumpere, & in hoc ampliat c. de illis el primo, supra eod.

6 Nota ultimo ibi, utrique dare licentiam, quod si † minor factus maior vult recedere a sponsalibus, debet etiam maiori dare licentiam ad alia uota transeundi. concordat c. de illis, el primo, in fi. & in ca. accessit. iuncta glo. super verbo, ipso iure, supra eo.

In glo. j. distingue, secundum But. & facias quatuor casus.

Primus est, quando mulier est tẽtata ante proximitatem ætatis contracto matrimonio per uerba de præsenti, & non inducitur matrimonium, nisi aliud interueniat, & hoc probatur hic.

Secundus casus est, quando mulier est tentata in ipsa proximitate ætatis contracto matrimonio per uerba de præsenti, & talis tentatus inducit matrimonium, ex quo præcesserunt sponsalia de præsenti, & sic loquitur iste tex. secundum Hostien.

Quando autem dicatur quis esse proximus, uel proxima ætate, dicam in gl. penult.

Tertius casus est, quando tentatus interuenit ante proximitatem ætatis. sed postea in ipsa proximitate ætatis accessit consensus matrimonialis. & hoc casu dicit But. quod ille cõsensus iũcto tentatu præcedenti inducit matrimonium, quia actus præcedens declarat, quod in proximitate ætatis malitia suppleat ætatem, & dicit quod de hoc videtur casus hic: nam iste tex. in prin. dicit, quod interuenit nixus ad copulã, & non dicit, quando interuenit, sed postea in responsione dicit, quod si consensit in matrimonium post 14. annum, uel circa fi. 14. anni, quod tenet matrimonium, & iste est casus proprius hic.

Sed Host. intelligit, quod consensit prope fi. 14. anni per nixum ad copulam, quia nixus est signum consensus, sed intellectus But. mihi magis placet, quia magis conuenit literæ, licet etiam intellectus Host. sit uerus in se.

Quartus casus est, quando præcedentibus sponsalibus de futuro interuenit tentatus ad copulam, & hoc casu non inducit matrimonium etiam si tempore tentatus uterque sit pubes, ut est casus in c. fi. supra ti. proximo. ratio est secundũ But. quia sponsalia de futuro durius transeunt in matrimonium, quam matrimonium transferatur ad ualiditatem, &
7 confirmetur dicit tamen quod licet nixus † ad copulã non inducat semper matrimoniũ, omni tamen casu inducit publicam

eam honestatem, vt supra titu. proximo, iuuenis. Sed dubiũ
est, an sola proximitas ætatis sufficiat ad matrimonium. Sed
dicam in glo penul.
In glo ii ibi, contra se confitebatur, tene perpetuo men-
ti istam glo pro limitatione c. super eo, de eo qui eo consan.
8 vxo suæ, nam illud, quod ibi dicitur, quod non valeat † con
fessio contra matrimonium habet locum, quando emana-
uit cõfessio ab illis qui quærunt dissolut. matrimonii. Secus
si confessio fiat ab illo qui stat pro matrimonio, ut hic, quia
ista mulier uendicabat illum H in virum, & sic cõtendebat
matrimonium valere, & ratio est, quando ille qui stat pro
matrimonio confitetur contra matrimonium non est præ-
sumptio, quod falsum confiteatur. dicit tamen Host. quem
sequuntur Doct. quod talia sunt cõmittenda arbitrio iudi-
cis, nam posset fieri collusio inter coniuges volentes separa-
re matrimonium: nam fingerẽt lites, & processu causæ is q
simulabat se stare pro matrimonio confiteretur contra ma
trimonium. vnde dicit Host. quod si iudex est omnino cer-
tus, quod ille qui confitetur appetit matrimonium, vel am
bo simul potest credere tali confessioni, ar. hic, & 35. quæst.
6 si duo. & si dubitat in aliquo consulit Host. quod non de
facili ad sententiam prorumpat de testi. licet ex quadam, ui
fi. & de re iudic. si & mulierem inspici faciat, de probat. pro-
posuisti, & ca. causam matrimonii, & de omnibus circum-
stantiis ex officio inquirat etiam partibus inuitis, supra titu.
primo, sicut, ad si Sed Abb. Sic dicit. quod vbi cessat præsum
ptio fraudis statur confessioni coniugis contra matrimoniũ
ex quo confitens stat pro matrimonio, & dicit hoc multũ
notandum, quia multum limitat c. super eo, de eo qui cog.
consan. vxo suæ.
Sed opinio Docto uidetur esse, quod vbi iudex est certus,
quod cessat fraus debet stari tali confessioni. vbi autem dubi
tat debet ex officio de omnibus circunstantiis inquirere, &
facere mulierem inspici vbi autem facta diligenti inquisitio
ne non potest haberi probatio de fraude, vel præsumptio
probabilis, tunc puto debere stari tali confessioni, & sic in-
telligo Doct. hic.
Sed dom. Card. in fi. primæ oppo dicit, quod hoc ca. parũ
facit ad hoc scilicet, an stetur confessioni contra matrimo-
nium, quando confitens stat pro matrimonio. nam etiam si
mulier non fateretur copulam non intercessisse, immo dice
ret intercessisse oporteret eam probare, ex quo uir recessit
antequam esset proximus pubertati, secus si recessisset post
pubertatem, quia tunc crederetur ei qui diceret copulam
interuenisse, supra eod. continebatur. nisi mulier probaret
se virginem per aspectum corporis. de probat. proposuisti. &
ca. causam, quę.
Ego puto, quod domin. Cardin bene dicat, inquantum
dicit, quod istud capitulum non facit ad propositum, sed
tamen communis opinio est tenenda, quia est fundata ra-
tione.
Sed quæro, an hæc mulier † possit mutare confessionem,
9 & dicere se corruptam. Pet. & Abb. dicunt, quod sic, de con
fess. capit. fina. & maxime, quia nec firmiter hoc asserebat.
Item quia puellæ non semper bene capiunt, an sint corru-
ptæ cum effectu, & si errasset, posset ante sententiam con-
fessionem reuocare probato errore. C. de iur. & fac. ignorã.
l. error. & de appell. cum causam. vel statim apud acta, de elo
quio capit. scriptum. versic primo, vbi de hoc. & dicit Butr.
quod Docto intelligunt, quod quando reuocatur inconti-
nenti confessio, non tenetur probare errorem ille qui vult
reuocare confessionem, & hoc est, quia talis confessio est su
spicta, quod non potest esse certum confiteri, & quia præ
sumitur confessio indeliberata, ex quo reuocat incontinen-
ti [illegible] facta calore iracundiæ reuocatur non
[illegible] vt dicit glo. nota. in cap. ex litteris. de diuort.
[illegible] qualiter illa glo. debet intelligi. sed mi
[illegible] inter confessionem factam
[illegible] nõ potest habere certitudinem,
[illegible] confessione; nam confitens
[illegible] confessionem etiã nõ
[illegible] apud misericordem.
[illegible] in 6. facit opi-
[illegible] ad hoc, vt
[illegible] Deo, q
[illegible] indeliberate
[illegible] non probato,
[illegible] actus,
[illegible] intelligi.
[illegible] apud

12 Nũquid autem possit reuocari † confessio probato erro-
re post sententiam. dic quod sic secundum Doct. quia sentẽ
tia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, ut
in c. lator, & in cap. tenor, & c. consanguinei, de re iudi.
Nunquid autem alias confessio facta in causa quæ tran-
sit in rem iudicatam, & sic in causa non priuilegiata reuo-
cari possit post sniam in causa appellationis. dic quod sic, &
de hoc est tex. in l. si & ibi per Bart. C. de errore aduo. & per
Bart. in l. uenditor. §. iussus ff de app. Et de reuocatione con-
fessionis vide plene no. per Doct. in c. fi. de confessis, & in ca.
cum causam de appella. & in l. error. C. de ior. & fac. ignor. &
per Bar. in l. non fatetur ff de confessis.
Nota bene prædicta, scilicet, quod si puella confitetur
se virginem potest reuocare confessionem, & dicere se cor-
ruptam, & econuerso si fuit confessa se corruptam potest
reuocare confessionem, & dicere se virginem, sed differentia
est, ao reuocet incontinenti, quia tunc non tenetur proba-
re errorem, sed si reuocat ex interuallo tenetur probare er-
rorem.
Probabit autem errorem probando se uirginem per aspe
ctum corporis si confessa fuisset se corruptam, vel probando
se corruptam per aspectum corporis si confessa fuisset se uir
ginem: nam probatur error confessionis, quando probatur
rem aliter se habere quam confessa fuit, vt no. in iuribus su-
pra allegatis, ad quæ remisi, & ita allegaui anno elapso in
quadam causa matrimoniali
13 Nunquid autem confessio † possit limitari, vel interpre-
tari per confitentem. vide bo. tex. in c. cum dilectus de accu.
Sed subest magnum periculum, nam mulier quæ dixit se vir
ginem poterit latenter se facere corrumpi per alium, ut pro
bare possit se corruptam, & sic errasse in confessione. Solu.
propter hæc, & similia consulit Host. quod episcopus per di-
uersas matronas faciat inspici mulierem, & cõseruari in lo-
co tuto, & honesto, supra tit. j cum locum.
In gl. 3. aduerte quomodo gl. uelit intelligere, quod iste sit
alius articulus, nam primo fuit probatus contractus matri
monii, & nixus. postea volebat probare consensum ratificã-
tem nixum, & sic videbatur alius articulus, quam præcedẽs,
& sic Host. hoc reprobat, & dicit quod idem erat articulus
seu capitulum, nam supra probauit mulier, quod maritus in
eam consenserat, & nunc idem probare uolebat. postea di-
cit Host. quod posset dici, quod alio modo probauit. primo,
quia probauit de consensu matrimonii per modum contra
ctus, postea uolebat probare de consensu subsecuto per mo
dum ratificationis. dom. Card. in secunda oppo. dicit quod
hoc est uerius, quam primum dictum.
Et ex hoc colligit But. quod vbi † articulus, seu capitulum
14 non uariatur in substantia, tamen modus facti narratur, pos
sunt produci testes super eisdem articulis, quod dicit esse be
ne notandum. Hoc tamen non placet Host. quia posset time
ri fortius corruptio in probando cõsensum per modum ra-
tificationis videndo, quod non potuit probare primum cõ
sensum per uiam principalis contractus, & sic est idem arti-
culus, seu capitulum, & hoc est verius, de quo vide in ca. fra-
ternitatis supra de testi.
Secunda solutio verior est, quod iste tex. loquatur in cau-
15 sa matrimoniali, in qua est speciale, vt possint produci † te-
stes post publicatas attestationes, & de hoc est tex. in c. cum
in tua, supra de testi. pro hoc facit secundum Host. quia ex
quo agitur de salute animarum, perniciosa subtilitas non est
seruanda, & ueritas pro anima est præferenda 12. quæstio.
j præcipimus, & de Simo Matthæus. Veritas autem est, quod
in matrimonialibus non obstet † publicatio, quia nec sentẽ
16 tia transit in rem iudi de re iud. lator, cum simili & illa solu-
tio communiter tenetur & circa hoc uide quod nota. in ca.
iurauit, de proba & in ca. fraternitatis de testi. in quibus tan
gitur, an & quando sententia in causa matrimoniali tractat
in rem iudi. & an possint produci testes post publicatas atte
stationes, tetigi in c. 1. supra titu. proximo.
Sed videtur quod hæc glo. nec etiam tex. possit procede-
re, nam lis non fuit contestata super ratificatione matrimo
nii, sed solum super libello in quo narrabatur cõtractus ma-
trimonii, vnde non uidetur, quod ex eadem instantia possit
sequi sententia super ratificatione matrimonii, vt l. non cõ
test. per totum. facit l. non quemadmodum, & in l. non po
test videri fide iudi. & c. Abbate sane, de re iudic. libro sexto.
dic post Host. & Butr. quod aut quis agit super matrimonio
non determinando factum in libello, sed simpliciter uendi
cando vxorem, vel maritum, & tunc sufficit probare ipsum,
vel ex cõsensu, uel propter ratificationem, & hoc modo nul
la est specialitas in matrimonio, quia idem esset in quacun-
que alia causa. Aut quis specialiter deducit contractum ma
trimonii in libello, & tunc dicat Butr. quod quidam dicunt
quod

quod potest sequi sententia probando ratificationem ma-
trimonii, quia ratificatio trahitur ad diem matrimonii, quod
non placet But. quia principium erat prohibitum propter
defectum ætatis in qua præsumitur defectus consensus. Et
quando matrimonium non tenet propter defectum cōsen
sus si postea consensus accedit confirmatur, ut ex nunc, nō
vt ex tunc, vt dixi in dicto cap. dilectus, ad fi. secundæ glo. su-
pra titu. proximo. facit quod no. gl. in regula, non firmatur,
de reg. iur. in sexto.

Puto tamen, quod sit speciale in causa matrimoniali, quod
etiam si specifice sit deductus in iudicio cōtractus matrimo
nii sufficiat probare ratificationem, & hoc voluit Ho. dum
dicit, quod ideo sufficit probare ratificationem matrimonii
quia ex quo agitur de periculo animarum, perniciosa subti-
17 litas non est attendenda, quia anima † est preciosior cūctis
rebus. 12. quæst. j præcipimus, & videtur etiam But. sentire, quod
illud, quod dicit procedat de subtilitate iuris, & quod in cā
matrimoniali indistincte procedat opin. Host. pro qua facit
clem dispeodiosam, de iudi. iuncta clem. sæpe, de uerborum
significat & hoc tene menti, quia per hæc habes, an sufficiat
deducenti contractum in libello probare ratificationem ip
sius contractus in eadem instantia.

In glo. pen. ibi, arg contra 20. quæstio. j. illud. dic, quod ille
tex. procedit quo ad ingressus religionis, vbi ætas non pique
nitur ex discretione.

Sed nota istam glo. quod quid dicitur esse circa finem 14.
anni, quando distat per vj. menses idem dicit glo. antepenul.
supra eodem continebatur vbi dixi. Sed hostien. hic, & ibi
18 dicit, quod ille † dicitur circa fin. 14. anni, qui distat per tres
dies, argum de regula ad nostram sed Doctor. in dicto capi.
continebatur. communiter tenent. quod dicatur quis pro-
pe 14. annum, vel prope pubertatem, quando distat per sex
menses, vel minus, & bene facit l. non tantum. ff. de excusat.
tuto hic allegato, in glo But. autem dicit, quod relinquitur
arbitrio iudicantis consideratis personis, ex quo ius non de-
terminat, vt in dicto capi. de causis, de offic. deleg possemus
concordare hoc modo, videlicet, quod aut quærimus quis
dicatur esse prope pubertatem, vel prope 13. uel 14. annum,
& tunc intelligitur, quando distat per sex menses, argum. d. l.
non tantum. ff de excusat. tut. & hoc modo procedit glo. &
Doctor.

Aut quærimus quis dicatur circa finem 14. anni, vel circa
finem duodecimi anni. vnde hoc casu posset procedere opi.
But quod relinquatur arbitrio iudicis, ex quo ius non deter
minat, quando quis dicatur esse circa finem vltimi anni pu
pillaris ætatis.

Sed quæro, nunquid hoc solum sufficiat ad ualiditatem
19 matrimonii, scilicet † quod quis sit circa finem vltimi anni
pupillaris ætatis. Doctor. dicunt quod non, & hoc sequitur
Ab. Sic dicēs, quod cessante præsumptione causata ex nixu
copulæ non sufficit consensus præstitus circa finem decimi
tertii anni, quia ubi non constat de potentia coeundi expe-
ctatur pubertas ex annorū numero in qua requiritur, quod
numerus decimusquartus in masculo, & duodecimus ī mu
liere sit completus vt in l fin. C. quando tutor, vel curat. esse
desierint Insti quibus modis tu. fi. in princ.

Nec obstat iste tex. dum uidetur velle sufficere cōsensum
circa finem decimiquarti anni, nam hic præcessit nixus ad
copulam, ut patet in prin. cap & dixi super glo. j. hoc tamen
intellige, nisi ex habitu corporis appareret viri potentia, quia
tunc sola proximitas ætatis sufficeret ad matrimonium, ut
dixi in ca præcedenti.

20 Sed dubium est, nunquid teneat † matrimonium [a] con-
a tractū per masculum in vltima die decimiquarti anni, vel
per fœminam in ultima die duodecimi anni non apparen
te aliter, quod malitia suppleat ætatem. Hostien. primo dicit
quod sic per l. qua ætate ff. de testam. vbi dicitur, quod valet
testamentum factum in ultimo die duodecimi, vel decimi-
quarti anni. tandem Hosti. videtur hoc relinquere arbitrio
iudicis considerata habitudine corporis personæ. Sed Abb.
Sic. dicit, quod sibi placet primum dictum fauore matrimo-
nii. vult dicere, quod sicut fauore testamenti, valet testamen
tum factum in ultima die duodecimi, vel 13 anni, ut dicta l.
qua ætate ff. de testa. Ita etiam debet ualere matrimonium,
quia matrimonium non est minus fauorabile, quam testa-
mentum. ad hoc capitu. fin. de reiud. & hoc mihi placet.

In glo fi. Host. & communiter Doct. dicunt, quod vbi agi-
21 tur de sacramento matrimonii debet semper exigi † iuramē
tum a reo, licet actor nihil probet, vt ueritas tanti sacramē-
ti elucescat.

Abb. Sicu. dicit idem vbi vertitur periculum animę, ut no
tant Docto. supra eodem, continebatur, & ibi plene dixi su-
per gl. quæ incipit, sed quare compellitur. quæ est ante gl. antep.

22 Sed quæro pone, quod iste vir nolit iurare. † dicit Host. quod
habebitur pro confesso, & adiudicabitur mulieri tanquam
sit confessus matrimonium esse contractum, circa finem 14.
anni, vel post 14. annum: nam ista est pęna recusantis iurare,
vt in cap. fi. de iuramen. calum. & in cap. secundo. de confess.
in sexto. vbi omnino vide glo. in verbo, pro confesso.

Sed pone, quod talis vir adiudicatus mulieri contrahat
postea matrimonium cum alia. Hostien & Docto dicunt, quod
debet distringi per ecclesiam, quod reuertatur ad primam,
supra tit proxi. c. is qui, & c. si inter.

23 Sed quid † si transiuit ad secunda vota antequam conue-
niretur a muliere, & nunc non vult iurare. dicit Hostien. cō
sulat talem qui sciat, & valeat respondere, quia dicere con-
tra hoc c. est præsumptuosum, & velle præiudicare secundo
matrimonio publice contracto occasione primi non pro-
bati per testes non est tutum. Gasp. Cald dicit, quod non ad
iudicabitur primæ mulieri ex eo, quia nolit iurare, sed non
reddit rationem. Dom autem Cardin assignat rationem, &
dicit, quod ideo adiudicatur primæ mulieri eo, quia non vult
iurare in pęnam contumaciæ. Sed pęna non debet imponi
secundæ mulieri quæ est sine culpa, vt in regula, sine culpa,
de regu. iuris, in vj.

Sed But. dicit, quod tunc iudex debet abstinere a delatio-
ne iuramenti, ex quo uir transiuit ad alia vota antequam cō
ueniretur a prima muliere. Item dicit, quod si primum ma-
trimonium non probaretur aliter quam per contumaciam
viri, qui non vult iurare, non debet per hanc solam præsum
ptionem dissolui secundum matrimonium.

Ego puto, quod si iste vir contraxisset secūdum matrimo-
nium publice etiam postquam fuit conuentus a prima mu
liere, dum tamen contraxerit antequam fuerit pronuncia-
tus pro confesso, quod teneat secūdum matrimonium, nec
per illam contumaciam, seu præsumptionem quæ oritur
ex illa contumacia, non iurando debeat inualidari secundū
matrimonium publicè contractum ad hoc facit, quod not.
Vinc & Docto in capitu. secundo, infra de clandest. despon.
24 vbi dicit, quod † matrimonium manifestum semper præiu-
dicat clandestino etiam si ambo confiteantur, & habeant pro
se vnum testem, & famam credo, quod preferendum sit se-
cundum matrimonium, dum tamen sit contractum ante-
quam uir sit pronunciatus pro confesso, & præsertim, quia
ficta confessio, quæ resultat ex contumacia non responden
tis non egreditur personam eius, nec noceret hæredi, uel al-
teri qui haberet causam ab ipso contumace, ut est text. in l.
eius qui delatorem. ff. de iure fisci, & ibi per Bart. in l. cum fi-
lius, in prin. ff. de verborum obliga.

Nec obstat, quod quis non debeat contrahere matrimo-
nium lite pendente super alio matrimonio, nam licet non
debeat contrahere, tamen si cōtrahit ualet, vt in toto tit. de
ma. contracto contra interd. ecc. bene facit c. ad apostolicā,
de regula.

Extra glo. quæro, nam uidistis, quod nixus ad copulam ali-
quando inducit matrimonium, secundum ea quæ dixi.

25 In glo. j. † nunquid oscula, vel cohabitatio, vel similia in-
ducant matrimonium Innoc. dicit quod non. Sed Hostien.
dicit, quod immo hęc sufficiunt ad matrimonium per capi.
j. eodem titu. in sexto. Sed But. concordat, quod aut talia in-
teruenient ante pubertatem, & est vera opinio Innoc. quod
intellige etiam si interuenirent in ipsa proximitate ætatis,
nam est speciale in nixu ad copulam interueniente cum pro-
ximitate ætatis, quod faciat præsumi malitiam supplere æta
tem, non esset sic si interueniret alius actus, aut talia interue
niunt post pubertatem, & tunc procedit opi. Host. per c. j §.
j. eodem titu. in sexto. sed intellige hoc vbi præcedunt spon-
salia de pręsenti, secus si præcederent sponsalia de futuro, quia
tunc nullus actus citra copulam facit illa transire in matri-
monium de præsenti, vt in c. his qui, supra tit. prox. dixi in c.
fi. eod. titu. vbi hoc adde. sequitur c. ex literis.

ADDITIO.

a An teneat matrimonium contractum per masculum in ultima die 14. an
ni, vel per fœminam, in fine 12. anni non apparēte, quod malitia supplea
ætatem. vide dom. Abb. in c. ult. infra eod.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia contracta per maiorem inuito cum minore, non coarctant ma-*
iorem ad expectandum minorem, donec veniat ad ætatem perfe-
ctam.
2 *Metus reddit sponsalia ipso iure nulla.*
3 *Minæ parentum in mulieribus maxime pariunt metum iustum.*

4 *Copula*

4 *Copula carnalis interueniens in pupillari ætate confirmat matrimonium.*
5 *Maior contrahens cum minore, an teneatur eam expectare.*
6 *Metus interueniens post sponsalia, an præstet causam dissolutionis eorum.*
7 *Verba comparatiui modi aliquando accipiuntur positiue.*
8 *Copula interueniens post contractum matrimonium meticulosum in dubio censetur voluntaria, & sic purgare metum.*

C A P. XI.

1 EX literis. Si maior inuitus contrahit sponsalia † cum minore non tenetur illam expectare donec veniat ad ætatem adultam. Communis diuisio. Secunda ibi, cum autē.

Nota primo, quod sicut metus reddit matrimonium ipso iure nullum, vt plene dixi, supra titu primo, cum locum,
2 ita & † sponsalia de futuro, ut hic: nam licet illi intenderēt contrahere matrimonium, tamen propter defectum ætatis alterius sunt sponsalia de futuro, ut in c. vnico, eodem titu. in sexto.

Nota secundo ibi, minis parentum, quod minæ parentū
3 † creant iustum metum maxime in muliere. Sed Abb. Sicu. dicit, quod hoc est verum considerata qualitate parentum, & minarum, & de hoc dixi in c. consultationi, in glo. fi. supra titu. proximo, & tangam infra qui cler. vel vo. insinuante.

Nota tertio ibi, nec ad eam carnalem accessum &c quod
4 † copula in pupillari ætate interueniens confirmat matrimonium contra duplicem defectum, s. contra metū, & contra defectum ætatis. si tamen probaretur metus in copula extorquenda, dicit But. quod non teneret matrimonium ad præiudicium mulieris, sed ea nolente sic.

Nota vltimo ampliationem ad c. de illis, primo, supra eo.
5 videlicet, quod † maior contrahens cum minore teneatur eam expectare, donec minor perueniat ad ætatem legitimā. nam hoc est uerum, nisi maior inuitus contraxerit cum minore, tunc enim non tenetur expectare minorem, vt hic.

Sed aduerte, nam in prin. c. ubi fit mentio de sponsalibus non fit mentio de aliquo metu, sed solum fit mentio adhibito in traductione ipsius puellæ. Doctor. tamen intelligunt istum tex. quod ista puella fuit desponsata per uerba de præsenti post sponsalia de futuro. vnde oportet, vel supplere ad tex. ibi, dum dicit, cum iuramento fuit desponsata cuidam puero, s. minis parentum interuenientibus, sed ista est impropriatio literæ, nam si interuenisset metus in sponsalibus Papa expressisset, sicut expressit de metu adhibito in traductione ad domum patris sponsæ, vt in c. ad audientiam, de deci. & in l. vnica. §. sin autem, ad deficientis C. de cad. tol. vel potest aliter intelligi iste tex. s. quod licet metus non interuenerit in sponsalibus, tamen quia interuenit in traductione nō tenetur expectare, donec alter efficiatur pubes, & ex hoc sequitur notabilis limitatio ad c. de illis, primo, supra eodem, nam illud ca. habet locum, quando nec in sponsalibus, nec post sponsalia metus interuenit, sed si interuenisset metus
6 post sponsalia, † ut quia sponsalia fuissent contracta non interueniente aliquo metu, deinde post sponsalia, vel in traductione, vel alio modo metus interuenisset, posset ille, cui illatus est metus recedere a sponsalibus, nec tenetur expectare, donec minor efficiatur pubes, quia metus illatus post sponsalia habet inficere sponsalia.

Ex hoc etiam sequitur magna limitatio ad ea quæ habentur in c. ex literis, ii. & in cap. requisiuit, supra titu. proximo, quæ dixi in dicto cap. de illis. vbi dixi, quod non est [illegible] sponsalia sine causa si sunt cōtracta a ma- [illegible] illud procedit, nisi metus interuenerit post sponsalia, [illegible] habet inficere sponsalia, & hoc nota,

7 [illegible] quod uerba † modi comparatiui aliquando [illegible] positiue, ad hoc uide glo. 33. q. j. conside- [illegible] & de cele. mis. & de æta. & quali. [illegible] impropria locutio, quod compa- [illegible] talis interpretatio non [illegible] sunt accipienda, de quo [illegible] in uerbo, latius, de ele- [illegible] tempore quo co- [illegible] ex tempo- [illegible] sponsalia, & ul [illegible] contractus est [illegible] sponsalia

In glo. penul. ista gl. est no. secundum But. s. quod copula
8 † interueniens post contractum matrimonii meticulosum in dubio censetur voluntaria, & sic purgat metum, & ratificat matrimonium, nisi probetur metum interuenisse in copula. dixi plenius in c. consultationi, supra titu proxi. & in c. continebatur, supra eod.

In gl. fi. hæc gl. est declarata, per ea quæ dixi super tex. post ultimum notabile. sequitur c. duo pueri.

S V M M A R I V M.

1 *Sponsalia contracta cum minore septennij per cohabitationem mutuam post septennium conualescunt, & inducunt publicam honestatem.*
2 *Anni pubertatis, dicuntur anni discretionis.*
3 *Matrimonium de præsenti inter inhabiles cohabitatione efficitur sponsalia de futuro.*
4 *Impedimentum publicæ honestatis dirimit etiam matrimonium contractum cum interuentu copulæ.*
5 *Copula non confirmat matrimonium contra publicam honestatem contractum.*
6 *Cognoscens consanguineam sponsæ prioris grauiter peccat.*
7 *Appellatione neptis comprehenditur nata ex fratre.*
8 *Confessione reprobata per iudicem confessus potest contra eam uenire, etiam non probato errore.*
9 *Incestuosi non contrahunt matrimonium.*
10 *Obligatio non oritur, quando quis non habuit animum obligandi.*
11 *Pactum legitime dicitur, quod de iure ualet.*
12 *Allegantı copulam, quando tendit ad matrimonium ei creditur, secus si ad peccatum conuincendum.*
13 *Copula non tendente ad matrimonium, cui magis sit credendum, an uiro asserenti, an mulieri neganti copulam.*

C A P. XII.

1 DVo pueri. Sponsalia cōtracta † cum minore septennio per cohabitationem mutuam post septennium conualescūt & inducunt publice honestatis iustitiam, soluuntur tamen per matrimonium de præsenti. hoc dicit. in prima narrat factum. In secunda respondet. Secunda ibi, quia agitur.

2 Nota primo, quod quis dicitur peruenire ad † annos discretionis, quando peruenit ad pubertatem. Sed circa hoc uide omnino gl. & Host. & Doc. in c. omnis vtriusque sexus, de pœ. & remis.

3 Nota secundo, quod † matrimonium de præsenti contractum cum inhabili ad contrahendum sponsalia de futuro propter defectum ætatis per cohabitationem vsque ad ætatem habilem ad contrahenda sponsalia de futuro ratificantur, vt spon. de futuro. Et ex hoc creatur publica honestas.

4 Nota tertio, quod impedimentum † publicæ honestatis impedit, & dirimit matrimonium contractum etiam si copula interuenerit cum illa, cum qua contraxit contra publicam honestatem etiā si contraxerit post sponsalia dissoluta.

5 Ex quo duo inferuntur. primo, quod † copula non firmat matrimonium contractum contra publicam honestatem, nam iste Guil. nedum contraxit matrimoniū cum consanguinea prioris sponsæ, sed etiam eam cognouit, vt dicitur in tex. & tamen mandatur separari.

Secundo infertur, quod publica honestas impedit, & dirimit matrimonium contractum etiam post sponsalia dissoluta, & idem probatur supra eodem, accessit. ad hoc ca. j. de spon. in sexto.

Et ex hoc sequitur secundum But. quod quandoque causa publicæ honestatis non habet virtutem dissoluendi matrimonium contractum post sponsalia, sed bene publica honestas quæ oritur ex sponsalibus.

6 Nota quarto, quod cognoscens † consanguineam prioris sponsæ etiam post priora sponsalia dissoluta, grauiter peccat, adeo quod priuatur saltem ad tempus potestate contrahendi matrimonium, quod infra declarabo.

7 Nota quinto, quod appellatione † neptis, comprehenditur nata ex fratre, & sic nepos, vel neptis dicitur natus, uel nata ex fratre, vel ex sorore, concordat tex. in § item si fratre in cap. j. quibus mo. feu. amitt. & cap. tua. infra de consan. & affi. ubi dicam.

Sed opponitur contra tex. primo in quantum dicit, quod Stephana nō debet remanere cum Guil. nam eam dimiserat propter compulsionem patris Guiliel. ut dicitur in litera, ergo non potest sententiari, quod cum ipso non remaneat, cum iam sit separata. Solutio. uerbum remanere accipitur

pitur pro redire, nam sensus literæ est quod Gulielmus non
potest redire ad Stephanam propter impedimentum publi
cę honestatis.
Secundo opponitur inquantum dicit litera, quod debet
dari licentia Gulielmo contrahēdi matrimonium cum alia
& Stephanę contrahendi cum alio si non constat, quod Gu
lielmus eam cognouerit, nam cum s. fuerit confessa se cogni
tam, vt dicitur in tex. debuit ei credi ª quo ad suum præiudi-
a cium, de confess. c. j. 2. & 3. soluunt Petr. & Abb. & communi
ter Doct. quod non datur Stephanæ simpliciter licentia cō-
trahendi, sed suæ conscientiæ relinquitur, vt in c. mulieri, de
iureiuran. nam ex quo eius confessio fuit reprobata, potuit
eam reuocare, non tamen ecclesia simpliciter dat licentiam
contrahendi, sed relinquit suæ conscientię: non enim eccle-
sia est certa, an confessa fuerit verum, vel falsum. & per hoc
relinquit suæ conscientiæ, & sic est intelligēdus iste tex. quā
tum ad ipsam, s. vt probatur in d. c. mulieri.
Ex hoc nota, quod vbicunque per iudicem reprobatur
8 † confessio, potest confitens reuocare suam confessionem,
vel contra ipsam venire etiam non probato errore, vt not.
Doct. in dicto c. mulieri, quod nota pro limitatione eorum
quæ habentur in c. fi. de confess. & in l. error. C. de iur. & fac.
igno. & in l. non fatetur. ff. de confess. Sed mihi videtur, quod
verbum licentia, debeat propriè intelligi etiam quantum ad
Gulielmū, & quātum ad S. nam quando constat, quod eam co
gnouit subest scandalum, & ideo non datur licentia contra
hendi. Sed quando non constat non subest scandalum, & iō
etiam si esset confessa uerum debet sibi dari licentia contra-
hendi, nam non subest scandalum, ex quo ecclesia non est
certa, an fuerit confessa verum, vel falsum pro hoc facit qd
notat glos. in verbo, neutri, & quod dicam super ea, & hoc
modo intelligendo verbum licentia, stat propriè tam respe-
ctu Gulielmi, quam respectu S.
Tertio opponitur contra tex. in eo quod denegatur licē-
tia contrahendi altero viuente, quando constat, quod eam
cognouit: idem enim est dicendum altero mortuo, quia in-
9 cestuosi † non contrahunt, vt in capi. primo. & in ca. transf-
misse. & in c. discretionem, de eo qui cogo. consan. uxo. suę.
Soluno. Pe. & Abb. stante contrario, & ad literam ibi, uiuen-
te, supplent, vel mortuo, sed ista suppletio destruit literam.
vnde dom. Cardi. in vndecima oppo. & Abb. Sicu. dicunt, quod
hic non fuit commissus incestus, quia ex sponsalibus non est
orta affinitas inter sponsum, & consanguineos sponsæ, & e-
conuerso nisi copula interuenerit, vt in ca. veniens, & quod
ibi nota. in 3 glo. infra de eo qui cog. consan. vxo. suæ, & ideo
non debet tantum puniri ac si cognouisset affinem, & ideo
Papa hic temperauit sententiam, & ad tempus interdixit fa-
cultatem contrahendi & dicit Abb. Sicu. quod forte dicit al
tero uiuente, quia vulgariter isti putabātur maritus, & vxor
vnde ne videantur transire ad secunda matrimonia, & ut
delictum non sit prorsus impunitum, Papa processit, ut hic
dicitur, & sic hic est casus specialis prouidens contra contra
hentem matrimonium obstante publica honestate, & co-
gnoscentem illam, cum qua contraxit. mihi placet, quod nō
debeat imponi tanta pęna quāta si propriè fuisset commis-
sus incestus. Sed tamen illa ratio Abb. Sicu. dum dicit, quod
ideo priuatur alter potestate contrahendi altero viuente,
quia vulgariter putabantur maritus, & vxor, nam eadē ratio
debet expectari mors sponsæ prioris, hoc est Gulielmę, quia
vulgariter credebatur esse uxorem Gulielmi, & tamen text.
considerat solum mortem illorum qui venerunt contra pu
blicam honestatem. melior est ergo ratio, quia delictum nō
debet remanere impunitum, & quia istud non est tantum
delictum quantum est crimen incestus, ideo imponitur mi-
nor pęna. hæc tamen pęna imponitur etiam propter scanda
lum uitandum, ut dicam in gl. in verbo, neutri.
In gl. j. dic, quod fuerunt sponsalia iuris interpretatione:
nam fuerunt contracta per verba de pręsenti, vt dicit glo. 5.
in uerbo, pucrili ætate, sed talia sponsalia ante completam
Infantiam non valuerunt, nec ut matrimonium, nec vt spon
salia, sed post infantiam, idest post septimum annum ualue-
runt, ut sponsalia de futuro, & ita intelligunt Doct.
In gl. in verbo, cōsobrinam, dic quod Gulielma, & Stepha
na non fuerunt natæ ex duabus sororibus, sed ex fratre, & so
rore, quia mater Stephanæ fuit soror patris Gulielmæ, & ideo
Gulielma fuit consobrina, scilicet, sed Stephana fuit amita
Gulielmæ, ut in §. verbo, at eos. Instit. de gradi. ibi tamen di
citur, quod etiam tales appellantur consobrini.
In glo. in uerbo, puerili ætate. ibi, & hoc patet per sequen
tia. vult dicere gl. quod ex quo in tex. patet quod ex tali ma
trimonio sic contracto orta fuit publica honestas ualuit, ut
sponsalia, alias non induxisset publicam honestatem. Item
ibi argumentum contra. ff. de actio. & obli. l. obligationum.

§. uerborum obligatio. dic, quod ille text. loquitur, quando
non intendebat obligari, sed causa loci, & causa demonstrā
di intellectus, hoc est causa docendi quis formauit uerba sti
10 stipul. † nam tunc non oritur obligatio, ex quo non habuit
animum se obligandi, hic autem se intendebant obligare,
quo ad principale hoc est quo ad matrimonium. vnde obli-
gātur, quo ad accessorium, seu præparatorium, idest quo ad
sponsalia, argumentum. ff. de procurat. l. ad rem mobilem,
& l. ad legatum. item quia in re fauorabili, ut est matrimo-
nium, benigniorem interpretationem sequi debemus, argu.
in cap. fina. de re iud.
Butr. autem aliter dicit, sed de hoc articulo, si non ualet,
quod ago, ut ago, an ualeat, ut ualere potest, dic ut per Doc.
in cap. cum super, de offic. dele. per Cyn. & alios in l. non co-
dicillum C. de testa.
In glo. in verbo, honestatis glo. bene dicit. sed in eo, quod
dicit de sobole suscepta in secundis nuptiis, & de secundo,
& tertio genere affinitatis clare videbimus in capit. non de-
bet, de consan. & affin. unde non expedit hic laborare.
In glo. in verbo, legitime, no. bene glo. quod illud dicitur
11 factum † legitime, quando illud, quod fit de iure valet, licet
quantum ad modum malè fiat, vt quia faciens ueniat con-
tra fidem, uel aliter delinquat sic faciendo.
In glo. in uerbo, dicat. nota bene glo. quod ubi copula ten
12 dit ad matrimonium, creditur † alleganti copulam, siue sit
mulier, siue uir.
Idem dicit Host. dicit enim, quod ubi ex confessione co-
pulæ firmatur matrimonium, creditur etiam mulieri fauo-
re matrimonii.
Secus si non firmatur matrimonium, sed tantum pecca-
tum probatur, ut erat hic, nam quando agitur de peccato
conuincendo non præsumitur copula, quia ad hoc, ut quis
conuincatur de peccato oportet peccatum probari, argum.
de præsump. capi. fi. nisi esset præsumptio violenta, de præ-
sump. literas. licet fauore matrimonii habeat locū hæc præ-
sumptio supra ti. primo. ad id quod, de condi. appo. per tuas.
de sugi. c. primo. dicit dom. Card. quod etiam solutio glo. est
vera, & sic etiam tenet opi. Hostien. & licet glo. & Hostien. di
uersificent, quo ad intellectum huius capit. tamen idem di-
cunt, quando copula tēdit ad ualiditatem matrimonii. But.
hic sequitur Host. ad literam, idem etiam sequitur Abb. Sic.
& Bui. & Abb. Sicu. in capi. per tuas, de conditio. appo. nota
bene, quod sicut creditur viro allegāti copulam, ita etiam
creditur mulieri, quando copula tendit ad fauorem matri-
monii, quod no. & tene menti pro limitatione capit. conti-
nebatur. supra eod. idem dicit Hostien. in summa, de clande.
despon. §. vitum. versic. item quod dixi.
13 Sed dubito, quid si † copula non tendit ad probationem
matrimonij, sed ad crimen probandum, & vir asserit copu
lam, sed mulier negat, an sit credendum verbo viri. iste non
est casus, sed directo contrarius, non puto, quod hoc casu sit
standum verbo viri per rationem Host. supradictam, quam
sequuntur Doct.
Nec obstat iste tex. quia hic non tantum creditur verbo vi
ri, eo quia sit caput mulieris. quantum quia non præsumitur
crimen, nisi probetur, vel nisi adsit præsumptio violenta, &
ita oportet intelligere istum text. si vis defendere commu-
nem opinionem: nam ideo hic creditur viro non solum,
quia est caput mulieris, sed etiam quia agebatur de peccato,
quod non est præsumendum nisi probetur
In glo. in verbo, neutri. ibi, propter scandalum. dicit Ho
stien. quod in hoc erat scandalum, quia dicebatur publice,
talis duxit consobrinam vxoris in suam vxorē ecclesia scien
te, & non corrigente, ideo potest assumi in exemplum, nisi
corrigeretur, de transla. præla. ca. j. in fi.
In cæteris glo. bene dicit. Declaraui super tex. in 3. opposi.
Item nota glo. dum dicit, quod si quis prohibetur contra-
here matrimonium propter delictum, si cōtrahit, tenet ma
trimonium, videbimus in cap. primo. infra de eo qui cogno.
consan. uxo. suæ. vbi glo. tangit.
In gl. penul. dic, quod Martinus compellitur accipere Gu
lielmam, nec potest eam repellere prætextu adulterii, tum
quia fuit compulsa metu paterno redire ad Gulielmi primū
spōsum, tum quia habuit probabile dubium, an Gulielmus
esset maritus suus, quod dubium habuit originē a facto Mar
tini, qui eam expulit, vt vxorem alterius.
In gl. fi. glo. bene dicit, & est clara. sequitur c. ad dissoluen-
dum.

ADDITIO.

a Adde, quod ideo uiro fauetur, & creditur, quia a uirtute dicitur, ut nota.
idem D. M. in c. j. infra titu. proxi. post prin.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium, quod non est, accusari non potest.*
2 *Sententia lata super inepto libello dicitur interlocutoria.*
3 *Accusari non potest matrimonium nullum ex defectu consensus.*
4 *Practica procedendi, quando allegatur consanguinitas.*
5 *Sententia lata super ineptitudine libelli non obstat, quin in secundo iudicio iterum allegari apte, & proponi possit.*
6 *Iudex potest procedere per contestationem litis in his etiam quæ eam nõ requirunt.*
7 *Iudex statuit terminum ad denunciandum.*
8 *Ordo iuris in denunciationibus est seruandus.*
9 *Libellus plures modos agendi continens non censetur totus vitiari si unus ex his uitietur.*
10 *Rescriptum, quod existit subreptitium in narratione non in conclusione, an udeat.*
11 *Terminus assignatus ad probandum denunciationẽ intelligitur esse assignatus ad eam porrigendam.*
12 *Cessare a denunciatione, quando quis dicatur.*
13 *Denunciatio, an constituat aliquem in mala fide.*
14 *Denunciatio ad delictum, an requirat monitionem.*
15 *Exceptiones omissæ in causa principali, an possint opponi in causa appellationis.*
16 *Miles an possit esse procurator.*
17 *Litis pendentia quomodo inducatur.*
18 *Factum contra mandatum, an ualeat.*
19 *Papa est lex uiua in terris.*
20 *Actus mandatarij non valet, nisi seruetur forma mandati.*
21 *Papa, an possit contractum matrimonium dissoluere.*
22 *Papa, an sine causa possit impedire matrimonium.*
23 *Matrimonium consummatum, an per Papam possit dissolui.*
24 *Sacramenta celebrata contra prohibitionem Papæ, an uere sint sacramenta.*

C A P. XIII.

1 AD dissoluendum Accusari non potest † matrimonium, quod non est, vt si cum minore septẽnio sit contractum denunciari tamen potest impedimentum, nec contrahitur in posterum. hoc dicit. Tria facit. Primo narrat factum. Secundo interloquitur. Tertio in hiber, & decernit. Secunda ibi, interloquendo.

2 Nota primo, quod sentẽtia lata † super libello inepto est interlocutoria. Et sic habes, quales debent esse partes iudicis in pronunciando, quando libellus est ineptus, ad hoc de iudi. examinata. talis tamen pronunciatio habet uim diffinitiuæ sententiæ, quia finit instantiam. vnde Ioan Cald. consuluit, quod si appellemr propter repulsionem libelli, & super appellatione a tali repulsione pronunciatur male appellatum & bene iudicatum, vel econuerso poterit appellari una voce, sicut a diffinitiua per capit. interposita § fina. de appel. & per id quod notat Ioan Andr. de testa. Raynaldus, versi. dilectus.

Contrarium tenet Gaspar Calder. per cap. sua, de appell. & per illum textum, qui talem sententiam appellat interlocutoriam, & hoc placet domino Cardin. in tertio notabili, qui dicit quod capitu. interposita. § finali, aliud non probat nisi, quod in appellatione ab interlocutoria potest procedi lite non contestata. responde etiam ad nota. per Ioan. And. in dicto capitu. Raynaldus, versicu. dilectus, dicens, quod nota per Ioan. Andr ibi non faciunt ad propositum: solũ enim ibi dicit Ioan. Andr. quod in appellatione ab interlocutoria debet dari libellus, cuius contrarium se dicit tenere, & idem etiam ibi tenet Gaspar Calder. Sed Abb. Siculus dicit, quod licet ista sit sententia interlocutoria, tamen ex quo habet uim diffinitiuæ cessat ratio c. ut debitus, de appellat. & sic videtur, quod ab ea possit appellari vna uoce, ut a diffinitiua, de quo se remittit ad capitu. pemenit, de appella-
a tionibus.[a]

Nota secundo, quod matrimonium nullũ ex defectu con-
3 sensus non potest † accusari, & quotidie allegatur iste text. ad hoc, scilicet, quod priuano præsupponit habitum, de quo in l. decem. ff. de uerborum obligationibus, & quod super non ente, non cadit dispositio ipsum tollens, & ad hoc facit l. Sempronius. Attalus. ff de vsufruc. lega sed Bart. in l. prima. §. biduum. ff quando appellan sit. dicit, quod illud, quod non est, nec in re, nec in spe, non potest tolli, sed bene si est saltem in spe. Hinc uidemus, quod sententia conditionalis potest tolli per appellationem, nam ab ea potest appellari, vt dicto §. biduum, canonizato secunda, quæstione sexta. §. biduum.

Nec obstat iste textus, quia ista sponsalia non ualebant, nec re, nec spe, nisi interueniat nouus consensus expressus, uel tacitus, ut in cap. vnico, in principio. eodem titulo, in sexto. & per glo. supra eodem, literas Et de ista materia, an super non ente cadat dispositio. vide plene nota. in clem fina. de rescriptis. Et ad prædicta vide bo. tex. 30. quæstione secunda. § quod uero non formatum, vbi est glo. similis illi, quæ est hic in uerbo, legitime accusari.

4 Nota tertio practicam † procedendi, quando allegatur consanguinitas, quia aut sponsalia de præsenti præcedunt, & tunc procedatur per uiam accusationis, aut sperantur, & tunc non procedatur per uiam accusationis, sed per uiam denunciationis potest procedi non solum, quando peccatum est commissum, sed etiam, quando est committendum.

Ego puto, ꝙ si præcesserint sponsalia de futuro, quæ ualerent respectu consensus, quod possent accusari, & sic procedit per uiam accusationis, & hoc videtur hic probari in vers. interloquendo.

No. quarto ibi, denunciari tamen sententiam super inepto modo agendi, & super inepta tela iudicii, non obstante, quod alia apta proponitur.

5 Nec obstat sententia † quominus omnia opposita, & allegata in primo iudicio possint de nouo opponi, & allegari. ad idem de iudic. examinata, & in clementina fina. de appellationibus.

Sed hoc singulariter limita, scilicet, quando præsumitur calumnia ex inepta propositione, nam tũc propter præsumptam calum. non solum excluditur ab instantia, sed etiam a meritis causæ, vnde non poterit proponere in alia instantia rite inchoata. id quod deduxit in prima inepta, de quo vide casum singularem, secùndum Ioan. de Imo. in cle. constitutionem. de elec § insuper.

Nota quinto ibi, saluis exceptionibus, argum. valde singu-
6 lare, secundum Abb. Sicu. quod si iudex procedit † ad litem contestandam, vel ad ea quæ solent fieri post litis contestationem in causa, in qua nõ requiritur litis contestatio, nam talis actus habetur pro contestatione litis, ut dicit glo. nota. in capitu. primo, in verbo, absentia, de electione, in sexto. si iudex protestatur, quod exceptiones declinatoriæ sint saluæ, non per hoc irritatur processus iudicis, & sic hic est casus notabilis, in quo iudex non potest differre exceptiones declinatorias post litem contestatam, & tenet processus saltem parte non appellante, si iudex reseruauit a principio, de quo se remittit ad capitu. exhibita, de iud.

Idem uidetur dicere But. dicit enim, quod licet non ualeat processus eodem instann super dilatoriis, & principali, ualet tamen super principali tantum reseruatis dilatoriis. ad hoc, de officio delegati, cum contingat. ubi per Docto. iste textus faceret ad hoc intelligendo, quod Papa processerit, secundum formam iuris. Sed si intelligitur, quod processerit secundum plenitudinem potestatis apostolicæ, secundum quam est supra ius, vt in c. proposuit, de concess. præben. tunc nihil faceret ad hoc.

7 Nota sexto, quod ad denunciandum † statuitur terminus ex officio iudicis.

Ex hoc infertur, quod in denunciatione multum exuberat officium iudicis.

8 Nota vltimo ibi ordine iudiciario, quod † in denunciatione seruandus est ordo iuris, intellige de ordine qui in talibus est seruandus, supra titulo proximo, cum in tua. Sicut etiam in notoriis suo modo seruatur ordo. de iureiurando, ad nostram. iij. nam in denunciatione nõ omnino seruatur ordo iudiciarius, ut sit processus extraordinarius, de accusat. super his.

Sed contra tex. opponitur, nam Papa inepte videtur statuere terminum ad denunciationem probandam super inepto modo agendi, nam proposita erat accusatio, quam Papa pronunciauit ineptam, & postea statuit terminum ad ꝓbandum denunciationẽ, quæ proposita non erat, & sic non videtur tex. procedere. Host. soluit trib. modis Primo, ꝙ in libello erat dictum, accusamus, & denũciamus, & sic libellus compræhendebat duos modos procedendi, vnde licet non valeret libellus prout accusabant, valebat tamen propter libelli, prout denunciabant, & sic pro illa parte proceditur. dicit But.

ADDITIO.

a Hic adde nota. per Bar. in l. eum Titia. ff. de accu. qui distinguit, ꝙ aut grauamen est reparabile, & dicitur interlocutoria, & ab ea per consequens non debet appellari, de iure ciuili. Aut est irreparabile, & tũc, quia habet uim diffinitiuæ, poterit appellari, de quo ibi per eum.

est But.& Abb Sicu.hoc dictum est multum notandum, &
9 singulare.scilicet,quod libellus plures † modos agendi cō-
tinens non cēsetur indiuiduus,immo diuiduus, & ideo si est
in parte vitiosus non cassatur in totum,& pars vtilis nō in-
ficitur ab inutili.idem est in rescripto continente plures ca-
sus,vt subreptio in uno non vitiet reliquum, vt est pulcher
tex.in ca.si eo tempore,de rescriptis,in sexto. sed circa hoc
omnino vide nota. per Doctor.in capit exhibita, de iudic.&
in capitu.ex parte B.de foro competenti, nam in dictis locis
hoc plene examinatur, habetur etiam in eis.
10 Quid si rescriptum est subreptitium in narratione, † sed
non in conclusione rescripti,an attendatur narratio,vel cō
clusio?& Doctor.concludunt,quod inspicienda sit conclu-
sio,& si super illis super quibus Papa concludit non est sub-
reptio, rescriptum est validum etiam si omnia alia conte-
ta in rescripto sint subreptitia idem est in libello,quia non
attenduntur omnia narrata in libello, sed solum illa super
quibus fit conclusio. sed dom.Card dicit,quod hæc est quæ
dam diuinatio non enim apparet ex tex. quod accusassent,
& denunciassent simul in matrimonio.
Secundo soluit Hostien. quod hic Papa ex officio inten-
dit procedere,secundum nota supra in titu proximo, & in
cap.cum in tua,sed hoc non colligitur hic.
11 Tertio soluit Hostien.quod terminus † assignatus ad pro
bandum denunciationē, intelligitur esse signatus ad ipsam
porrigendam,quia quod de uno dicitur etiam de præpara-
torio intelligitur. de officio delega.præterea,& ff de procu-
rato.l.ad rem mobilem,& l.ad legatum.Abb.Sic.dicit,quod
prima solutio est melior, quia non dicitū denunciatio si pars
non denunciat. Tu dic quod licet prima solutio sit notabi-
lior, tamen ultima magis congruit literæ, & quod hic non
fuerit porrecta denunciatio, innuit tex.in uersi. denunciari,
tamen poterat.vnde Papa hic assignauit terminum ad pro-
bandam denunciationem,quam facere poterant, & per cō-
sequens intelligitur assignasse terminum etiam ad ipsam p-
ponendam,quia qui vult consequens, vult antecedens l. il-
lud.ff.de acquirenda hæred cum sim.& dum tex. dicit de de
nunciatione probanda, debet intelligi de futura denuncia-
tione,& sic cessat obiectio Abb.Sicu. & istam vltimam solu-
tionem etiam approbat dom.Cardi.
Secundo quæro,quia tex.prohibet, ne aliquid interim at
tentetur,quid uelit dicere tex.Innoc.dicit, quod debet intel-
ligi ne sponsalia de nouo contrahantur. Pet.uero intelligit,
quod forte posset puella deflorari,& ideo debet teneri in lo
co tuto.supra tit.j cum locum.
12 Tertio quæro, quando intelligitur cessare † a denuncia-
tione. Inno.dicit,quod intelligitur cessare per lapsum termi
ni præfixi ad probandum denunciationem si nihil agitur,&
sic intelliguntur illa uerba nec, vel a denunciatione cesse
tur. In glo 3.ista glo.ponit illam Brocardicam, de qua dicit
But.non esse curandum. habetur aliquid in capi. ad audien-
tiam,de eccl.ædi & in ca.si.de rescriptis,& in c. cum olim,de
consue.& in clem. si.de rescriptis, & 32. q.2. quod uero non
formatum,vbi est similis glo.
In gl.in verbo,denunciari,ibi argumentum.C. de rei ven-
di.si fundum.
13 De hoc vtrum denunciatio † constituat quem in ma-
la fide,puta,si denuncio alicui,ne emat talem rem,quia est
mea,vel si denuncio possessori, quod res quam possidet est
mea,dic ut in d.l.si fundum,& per Barto in l.alienam. ff pro
empt.& per Docto in cap illud, & in c.si.de præscript. in qui-
bus omnino videas. habetur etiam in Spec.de emp.& uend.
§.nunc dicendum restat.de rescindendis venditionibus, ver.
sed nunquid idem erit si denunciatio,cum ver.sequentibus,
vsque in fi.
Item inquantum gl.dicit,ꝙ quilibet tenetur denunciare,
& ꝙ non admittitur ad denunciandum,nisi persona grauis.
vide quæ dixi supra tit.proxi.cum in tua.
14 Tertio nota ex glo.quod ubi denunciatio † fit ad delictū,
seu peccatum impediendum,non est necessaria admonitio.
& Bu.intelligit gl.generaliter, vbicunque agitur de delicto,
seu peccato impediendo,sed Dom Card.in prima quæst.re
stringit istam glo. ad causam matrimonialem, & dicit esse
speciale in matrimonio propter periculum animæ, quia q-
libet tenetur denunciare,sed idem potest dici, vbi agitur de
peccato impediendo propter eandem rationem, quia sub-
est periculum animæ,& quia quilibet tenetur impedire pec
catum proximi,supra titu proxi.cum in tua,& habetur in c.
cum ex iniuncto,de hæreti & plenius in c.nouit,de iudi.vbi
habetur,an in denunciatione euangelica, quæ fit ad pecca-
tum prohibendum,vel corrigendum,requiratur monitio,&
vide glo in cap.licet. Hel. quæ incipit,ex hoc,de Simo.
In glo.in uerbo,saluis. diuide in duas partes. In prima col-
ligit notabile ex tex. In secunda quærit,& respondet. Secun-
da ibi,sed quæ fuerunt. In prima parte. vide glo.in l.edita. C,
de edendo,quæ dicit,quod quando variatur modus agendi
debent dari nouæ dilationes, quando ex prima petitione
reus non potuit esse instructus,sed si potuisset esse instructus
ex prima petitione,tunc non debent dari nouæ dilationes.
15 Sed dubium est, nunquid † exceptiones omissæ in causa
principali possint opponi in causa appellationis. & uidetur
quod non per glo.penul.in clem non potest,de procurat. ꝙ
dicit,quod exclusus ab opponendo non admittitur per viā
restitutionis in integrum. ad idem l ita demum.C. de procu.
vbi exceptio militiæ non opposita in causa principali non
16 admittitur in causa appellationis. vt intelligas,† miles non
potest esse procurator,tamen si non opponitur ante lit.con
testat.quod repellatur a procurando prætextu militiæ, non
poterit post lit.contest.opponi,nec etiam in causa appella-
tionis,ut est casus in d.l ita demum.
Nunquid autem idem sit in milite cœlestis militiæ, hoc
est in clerico, vel religioso. vide glossam in clementina,reli-
giosus, de procuratoribus. Gaspar Calder. dicit,quod Au-
ditores curiæ fuerunt in hac causa diuersi, ipse vero putat,
quod possit opponi, quia instantia appellationis facit ces-
sare omnes terminos, vt in capit fin.de appellationibus,in
sexto. Ad l.ita demum. respondet,quod loquitur in dilato-
ria, quando tantum ante lit. contesta. est proponenda, &
ideo quia causa appellationis a diffinitiua reducit ad termi
nos li.contesta. in prima causa exceptiones, quæ poterant
opponi in prima causa post litem contestatam, poterunt
etiam opponi in causa appellationis, sed illę quæ non pote
rant opponi post litem contestatam in prima causa, nō po
terunt opponi in causa appellationis,& per hoc dicit dom.
Cardin. in octaua quæstio. quod si esset appellatum ante li-
tem contestatam, quod fieri potest secundum canones,po
terit in causa appellationis opponi dilatoria: nam lex ita de
mum loquitur, quando fuit appellatum a diffinitiua, vel
post litem contestatam,& sic debet intelligi. Ad glo.penul.
in clement.non potest de procuratoribus. respondet Gasp.
Calder. quod illa glos procedit in instantia extraordinaria,
idest in restitutione, quæ non est ita fauorabilis,sicut instan
tia quæ competit de iure communi, vt dicit dominus Car-
dina. & mihi videtur verius, quod illa glo procedit in casu
suo, scilicet in obiectibus criminum,ad quos non datur re
stitutio, quia est odiosa, vnde tunc propter odium obiecto-
rum excluderetur in alia instantia. Item Gaspar Calde.pro &
contra inducit clement.fina.de appellationibus. sed domi-
nus Cardin in octaua quæstio.dicit, quod illa clement.fina.
pro & contra: nam illa clement dicit, quod secundo appel
lans a repulsione exceptionis peremptoriæ, si succumbit,
non auditur postea in appellatione diffinitiuæ sententiæ,vn
de secus esset, si non appellasset secundo, sed vna vice tan-
tum, & fortius si exceptiones non fuissent repulsæ per iudi-
cem, vt quia in causa principali.
In secunda parte ibi, & erant præsentes. Vincen.adducit
simile:nam quia ille non potest dicere male creatum decu-
rionem,qui creationi interfuit,& non contradixit. ff.de de-
curio l.penult.
Item ultra gl potest dici,quod iste Ioan allegabat accusa-
tores suspectos, quia propter quæstum accusabant, hoc est,
quia ipsis aliquid erat permissum ab illo qui quærebat puel-
lam habere in uxorem,qui ma.accus.poss.significante.
17 In glo. penul.quæro quomodo inducatur † litis pendentia
uide tex iuncta glo.fi.in clem.2 ut lite penden.
In glo.fi.diuide ipsam in duas partes.
In prima parte tacite opponit,& soluit.
In secunda quærit, & respondet. Secunda ibi, sed quid si
contraheret.
In prima parte glo.But.sequitur ipsam,inquantum dicit,
18 quod † factum contra mandatum valet, nisi mandatum
habeat clausulam decreti, & allegat capitulum secundum,
de restitu in integrum,vbi dicit esse bon.tex.quando non est
appositum decretum. Sed Abbas Sicul.dicit, quod contra-
rium notat Innocent.in capitulo finali, de accusationibus.
vbi dicit, quod sicut gestum contra legem mortuam est nul
lum, vt in l.non dubium. C.de legibus.ita gestum contra le
19 gem viuam. nam † Papa [a] est lex viua in terris, nona quæ-
stio.septima,ipsi.& Butr.in capit.fina.de accusationib.tran-
a sit cum Innoc.ibi, ad idem quod not.Inno.in c.Raynaldus.
de te-

ADDITIO.

a An matrimonium contractum contra inhibitionem Papæ ualeat.Card.
& Pet.de Anch.in cle.1.in fi.de rer.permu.

de testa. ubi dicit, quod si Papa mandat alicui prælato, ne conferat aliquod beneficium, uel ut non alienet, non tenet gestum contra mandatum, & ibi etiam vide nunquid iudex, uel arbiter inhibet alienare, uel inter contrahentes apponitur pactum de non alienando, an valet alienatio facta contra mandatum iudicis, vel arbitri, vel contra pactum de quo ultimo vide Bart. in l. si ita quis ea lege ff. de verborum obligat.

Sed contrarium s. quod valeat illud, quod est factum contra mandatum Papæ, quando mandatum non habet clausam decreti, tenuit Innoc. in cap. dilectus, de præb. Sed dom. Card. ibi & in c. si, de accu. tenet primum dictum, s. quod factum contra mandatum Papæ non teneat. & Abb. Sicu. in d. c. dilectus. dicit hoc probari in c. veritatis, in fi. de do. & contum. & dicit quod hoc voluit aperte Ioan. And in capi. constitutus, de conces. præben. vbi clare videtur sentire, quod si Papa mãdat collatori, ne conferat, non ualet collatio, & dicit hoc probari in c. ut nostrum, de prob Sed pro concordia Ab. Sic. in d c. dilectus, sic distinguit, s. quod quandoque Papa mandat collatori, ne conferat, & sic est mandatum negatiuũ, & tunc non valet collatio in contrarium attẽtata per iura, & rationes, supra allegat. Quandoque Papa mandat, vt conferat Titio, & ille confert Sempronio, & tunc subdistinguit, quia aut mandatarius non habebat alias potestatem conferendi, sed
20 recipit ex illo mandato, & tunc non tenet † actus, nisi seruetur forma mandati, ad hoc ca. venerabili. de officio delega. & c. cum dilecta, de rescriptis Si vero mandatarius alias haberet potestatem, & tunc valet illud, quod facit contra mãdatum, non ex potestate delegata, sed ex potestate ordinaria & iste est proprius casus in c. dilectus. de præben quis est allegatus hic, in glo. & vide omnino glo. in clem j. in uerbo, inhibentes, de iure patr. in 6. & ratio diuersitatis est, quia per mãdatum factum, vt Titio conferat non intendit princeps auferre potestatem conferendi, sed solum mandare, vt exerceat actum conferendi in illum, pro quo scribit, secus autẽ quando directe sibi præcipit, ne certum quid faciat, nã tunc non tenet, quia uidetur sibi auferre potestatem exercendi illum actum. Et si diceres, non ne si mandat, ut conferas isti tacite prohibet, ne conferas alteri, ut in l. cum ita. ff. de conditio. & demonstr. respondet Abb. Sicu. quod istud mandatum indirectum non est tantæ potentiæ quantæ est mandatum directum, & ideo non aufert potestatem sibi, cui mandatur, vt probatur in cap. dilectus, & in cap. si soli, de conces. præbendæ, in sexto. Sed contra prædicta uidetur text. in cap. 2. de restitu. in integrum. vbi factum fuit interdictum electoribus, ne eligerent, & contra interdictum elegerunt, & tamẽ valuit electio. soluit ibi Innoc. & Doct. quod præceptum, de quo ibi, erat iniustum, ideo valuit electio facta contra interdictum. quod potes dicere, quod ibi causa prohibitionis fuerit temporalis, scilicet propter litis pendentiam, & ideo factum contra interdictum tenuit ad hoc quod notat gl. in c. tua, de spon. duorum. facit quod dicam in sequenti parte gl. in quinto casu. nota bene hæc, & tene menti, quia faciunt ad multa, & vide omnino glo. in clem. j. in verbo, inhibentes de iure patro.

In secunda parte glo. s. idem tenuit Innoc. dicit tamen, secus in sponsalibus esse, quia sponsalia de futuro contracta contra interdictum Papæ non valent. idem etiam tenuit Archi. in ca. j. de voto. in sexto.

Sed Host. dicit esse speciale in Papa, ut eius decretum annullet matrimonium, quia potest creare impedimentũ condendo constitutionem, ergo fortius viua voce potest impe
21 dimentum inducere. Item Papa † potest dissoluere matrimo
a nium [a] contractum nondum consummatum, ut in capi. ex publico, de conuer. coniuga. fortius potest impedire matrimonium contrahendum, & sic apponere decretum annullans, antequam sit contractum. Istam opi. Host. tenuit Alanus, licet dubitando, in capi. j. de matrimonio contracto cõtra inter. ecclesię. Idem tenuit Guhel. & Laudinus, & Pet. & dom. Card. & Ioan. de Imo. in clem vnica de re permut. Sed conclude in ista materia post dom. Card. But. & Abb. Sic. & facias quinque casus.

Primus est, quando nos loquimur in sponsa de futuro, & ista contra interdictum non valent. dicit hic Inno.

Secundus casus est, quando loquimur in matrimonio de præsenti, & loquimur in interdicto inferioris a Papa, & tũc matrimonium contractum contra tale interdictum valet, quia inferior a Papa non habet potestatem annullandi matrimonium.

Tertius casus est, quando interdictum Papæ, in quo non est apposita clausula decreti, & etiam hoc casu ualet matrimonium, secundum omnes.

Quartus casus est, quãdo est apposita clausula decreti, sed generaliter non referens se specifice ad matrimonium, ut quia Papa dicit, & si quid contra factum fuerit sit irritum. & inane, hoc etiam casu valet matrimonium, & hoc modo debet intelligi gl. & Inn. & hoc casu loquitur tex.

Quintus casus est, quando specifice Papa dicit in decreto quicquid in contrarium factum fuerit sit irritum, & inane, etiam si matrimonium sit contractum, & sic specialiter intendit annullare vires matrimonii, & hoc casu si non subest claus
22 la valet matrimonium, quia Papa † non potest absque causa impedire matrimonium, iuxta ea quæ plene dixi in ca. cum ad monasterium, de statu mona. Aut subest causa, & tunc si causa est temporalis, puta, quia Papa interdixit matrimonium, ne fieret præiudicium liti, & tunc valet matrimoniũ, & illa verba decreti, sit irritum, & inane, debẽt intelligi, s. in quantum sit præiudicium liti, & sic durante lite debeat matrimonium separari, & sic potest intelligi iste tex. quia decretum hic non habebat causam perpetuam, sed temporalem quia propter litis pendẽtiam fuit appositum decretum, aut causa prohibitionis erat perpetua, & tunc non valet matrimonium pro hac distinctione, s. an causa prohibitionis sit perpetua, vel temporalis. vide glo. notabilem, in cap. tua, de sponsa. duorum. facit quod notat glo. in l. non dubium. C. de
23 legi. Quid autem in matrimonio † consummato, an Papa possit ipsum dissoluere. vide glo. & Doctor. in ca. ex publico, de conuer. coniug. & in cap. 2. in gl. in verbo, fortius, de transl. prælat. & communis conclusio est, quod Papa non possit [b] dissoluere. prout dicunt illæ glo. nisi secus fieret ex reuelatione diuina, ut dicit tex. in cap ex parte tua, de conuer. coniu. Item non est indistincte verum, quod Papa possit dissoluere matrimonium non consummatum dixi in c. ex publico, de conuer. coniug & tangam in c. discretionem, de eo qui cog. consang. vxo suæ.

24 Quid autem de aliis sacramentis, † an alia sacramenta celebrata post prohibitionem Papæ cum clausula decreti sint vera sacramenta. Laudinus, in clem. vnica, de re permut. dicit, quod in sacramento pœnitentiæ est idem quod in sacramento matrimonii, quia hoc sacramentum pendet a dispositione ecclesiæ. Secus dicit in sacramentis, in quibus propriæ materia non spectat dispositioni Papæ, sicut aqua in baptismo, panis, & vinum in eucharistia, & similibus, quia in illis voluntas Papæ quantumcunque expressa efficaciam sacramenti non posset impedire, debita materia, & debita forma cum intentione concurrentibus. de hoc per Vgu. 28. dist. nullum, & hanc opi. sequitur dom. Pet. & dom Card. in d. clem. vnica. de re permut. in ultima quæst. & Io de Imo. ibi, in 5. q. cum hoc etiam transit hic Butr. pro hoc allego tex. cum gl. in cap. prouida, in verbo, firmitatis, de elect. in 6. & in clem. plerique, iuncta glo. in uerbo, vel aliquod, de elect. in quibus dicitur, quod consecratio facta contra canonem habentem clausulam decreti irritantem imprimit characterem, quod intellige, quando habet auctoritate ordinaria, secus si ex delegatione apostolica, puta, si Papa cõcessisset presbytero potestatem ordinandi, vel consecrandi, nam tunc ordinatio, vel consecratio facta post prohibitionem, non imprimeret characterem, ut dicit glo nota de cons. di. 5. manus, & de hoc vide in c. quanto, de consue. Item scias, quod Innoc. hic tractat, an denunciatio criminis impediat electionem, uel confirmationem, quæ est materia capi. super his, & capi. qualiter, & quando, de accusa. & ibi uidebimus. Item tractat an executor datus ad consecrandum, uel prouidendum, teneatur admittere exceptiones quæ opponuntur contra illum, cui debet fieri collatio, vel prouisio. ista est materia ca. fin. de præsumpt. ubi plene per Doct. & in ca proposuit, de conces. præben. & in clem. unica vbi per glo. & Doct. de off. deleg Sequitur c. tuę nobis.

ADDITIONES.

a ¶Papa potest dissoluere matrimonium nondum consummatum. idem dicit D. M. in c. sin autem, de rescriptis.

b ¶An Papa possit matrimonium consummatum dissoluere, & vide infra quæ notat idem Dominus meus, in cap. vltimo, in secunda, & tertia, columna. de sponsis duo. & adde, quod Papa non consueuit dispensare, nisi in casibus a iure expressis. ut dicit Ioan. And. in c. j. de vo. in sexto, quem sequuntur Doct. Moder. in rubrica, de spon.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia tantum non matrimonium cum impubere contrahitur.*
2 *Verba circiter, uel circa, non habent tempus determinatum.*
3 *Matrimonium cum pubertati proximo contractum valet tantum, vt sponsalia de futuro.*

4 *Malitia, quando supplet ætatem, & quomodo in matrimonio.*
5 *Copulatiua affirmatiua, requirit vtramque partem esse ueram.*
6 *Paria sunt dicere non lego, vel disputo, & non lego, nec disputo.*
7 *Subarratio inter impuberes, an inducat matrimonium.*
8 *Subarrationis materia, vbi tractetur etiam hic refert.*
9 *Arra, unde dicta.*
10 *Subarratio quid, & subarrata qua.*
11 *Subarratio quæ fit a patre, vel a sponso, an differant.*
12 *Annulus quare ponatur in quarto digito manus.*
13 *Subarratio facta a sponso inducit matrimonium, cum a patre facta pro donatione reputetur.*
14 *Subarratio causa ludi facta quid operetur.*
15 *Puella distans a pubertate per biduum, vel triduum, an sit habilis ad cõtrahendum matrimonium.*
16 *Matrimonium contractum in ultima die complendæ pubertatis, an valeat.*
17 *Testamentum factum a pubere, cui adhuc deficiant duo, vel 3. dies ad pubertatem, an ualeat.*
18 *Malitia, quando suppleat ætatem.*

CAP. IIII.



Væ nobis. Si quis per uerba de præsenti contrahit cũ impubere in qua ætatem malitia non supplet, non matrimonium, 1 sed sponsalia † intelligitur contraxisse etiã si subarratio intercesserit. In prima quæst. In secunda distinguens responsio. Secunda ibi, quia uero.

2 Nota primo, quod per ista uerba, † talis est circiter, vel circa 12. annos, non probatur determinatum tempus facit contra testes deponentes, talis possedit circa xx. annos, quia nõ probant certum tempus possidendi & dicit But. istum text. in hoc esse notabilem, de quo vide in cap. literæ, de dilat. & a in c licet causam, de proba.[a]

Nota secundo ex tex. quod matrimonium de præsenti ɔ̃ 3 ctum cum proximo † pubertati etiam subarratione interueniente non valet, vt matrimonium de præsenti, sed ualet ut sponsalia de futuro, & istum textum nota pro extensione c. j § j. eodem titu. in sexto.

4 Nota tertio, quod ad probandum, quod † malitia nõ supplet ætatem, non sufficit probare, quod puella sit proxima ætati, etiam si subarratio interuenerit, & nota tex. quia requirit ista duo copulatiue ad hoc, vt non teneat tanquam matrimonium de præsenti, s. quod nõ sit ætatis nubilis, & quod prudentia non suppleat ætatem, ergo si alterum deficeret, vt quia, vel esset ætatis nubilis, vel prudentia suppleret ætatem ualeret, vt matrimonium de præsenti, nam sicut ad ue- 5 ritatem copulatiuæ † affirmatiuæ requiritur utranque partem esse veram, de rescriptis, c. 2. sic ad ueritatem copulatiuæ negatiuæ requiritur, quod negatio verificetur ex utraq; parte pro hoc vide bo glo. in clem. in plerisque. in quarta gl. de electio. Host. autem exponit tex. ibi, & ætatem in ea prudentia &c. & pro vel.

Sed dom. Card. in secunda oppo. dicit, quod est extorsio literæ, & quod per hoc non euaditur contrarium, nam quãdo negatio præcedit alternatiua habet vim copulatiuæ, pa- 6 ria † enim sunt dicere, non lego, uel disputo, vel dicere, non lego, nec disputo. ff. de uerborum, obliga. l. si quis ita, in fi. notat. di in regula, in alternatiuis, de reg. iur. in vj. & per Docto. de rescriptis, inter cæteras, & ideo cum hic præcedat negatiua non refert, an sit copulatiua, vel alternatiua.

Nota vltimo, in fi. ibi, quamuis ab eodem viro fuerit sub- 7 arrata a contrario sensu, quod vbi † subarratio fuit inter puberes inducit matrimonium, nam ideo hic subarratio non habuit effectum matrimonii propter defectum ætatis, ergo a contrario sensu, si cessaret defectus ætatis esset matrimonium, de quo statim dicam cum gl. j.

8 In gl. j dic quod de † materia subarrationis vltra istam gl. loquitur gl. in c. tuæ, & in cap. penul. supra titu. proxi. & c tenor, de re iud. & per glo. 27. q. 2. si quis vxorem, & 30. quæst. 5. fœminæ.

In ead glo. quandoque per dationem aliarum rerum do. Cardi in 2. q dicit, ꝙ quando traduntur aliæ res dicitur fieri 9 subarratio, quia † arræ tradi intelliguntur, & dicuntur a re, pro qua dantur in quibuscunque rebus consistant, i. arro arras, i. arram tribuo. Communiter tamen subarratio in matrimonio accipitur per ea quæ fit per annulum, vnde dicimus 10 eam † subarratam quæ annulo est desponsata. datur enim annulus loco arræ, i. firmitatis, ut ratum sit matrimonium.

In ea gl. in fi. do. Card. in 4. q. dicit, ꝙ non est facienda differentia, an subarratio fiat a patre, an a sponso. & dicit Goff. ita dicere. Dicit autem Goffr. ꝙ si personæ habent ætatem, & sponsus ad fores ecclesiæ interueniente benedictione sacerdotis, ut fieri cõsueuit, mulierem quæ ad hoc venerat patientem, & non ɔ̃dicentem subarrari iudicabitur matrimonium, quamuis nihil exprimat, quod tenet Host. s̃. tit. prox. ex literis. sic dicit debere intelligi. 27. q. 2. si quis uxorem, & c. si quis desponsauerit, & 30. q. 5. nostrates. adducit etiam do. Card. quod parentes possunt ɔ̃here matrimonium pro filiis vt in c. vnico. eod tit. in 6. & s̃. eod. c. j. & vbi filii non ɔ̃dicunt parentibus intelliguntur consentire, & perinde est ac si ipsi filii per se contraxissent. ergo non debet fieri differentia inter subarrationem, quæ fit a patre, & illam quæ fit a sponso.

11 † Ego tamen inferius faciam differentiam inter subarrationem quæ fit a patre, & eam quæ fit a sponso. vnde conclude post But & Abb. Sicu. & facias tres casus.

Primus, quãdo præcedit matrimonium per verba de præsenti, & tunc subarratio interueniens, nihil operatur, nam est matrimonium sine ipsa, sed additur subarratio in signũ 12 firmitatis matrimonii, & † annulus imponitur in quarto digito, quia in illo est quædam vena sanguinis, quæ ad cor peruenit, vt dicit tex. 30 q. 5. fœminæ.

Secundus casus est, quando præcedunt sponsalia de futuro, & tunc subarratio intelligitur, s̃m naturam verborum, & sic nihil operabitur ultra sponsalia de futuro, hoc intellige sane, s. qñ in ipsis sponsalibus interuenit subarratio, secus si interueniret subarratio ex interuallo post sponsalia perfecta, quia tunc ut aliquid operetur vltra spõsalia inducit matrimonium de præsenti hoc tenent Doc. s̃. titu proxi. tuæ, & ita intelligunt gl. ibi, licet ego ibi aliter intellexerim illã glo.

Tertius casus est, quando alter profert uerba matrimonii vel sponsaliũ, & alter tacet, sed dimittit se subarrari, & tunc talis subarratio importat sponsalia, vel matrimonium secũdum quod importabant verba loquentis, & hoc voluit glo. in ca. si inter, s̃. titu proximo.

Quartus casus est, quando nulla verba interueniunt, sed sola subarratio quæ fit in apparatu matrimonii, & tunc inducit matrimonium, & sic potest intelligi Goff. & etiam Doctor. tenent.

Quintus casus est, quando subarratio non fit in apparatu matrimonii stante cõsuetudine, quod dela no annuli aliud significet quam matrimonium, & tunc subarratio non inducit matrimonium, vt in c. illud. de præsumpt

Sextus casus est, quando consuetudo disponit, quod subarratio inducat sponsalia, uel matrimonium, & tunc cõsuetudo est seruanda.

Septimus casus est, quando consuetudo disponit, nec fit in apparatu matrimonii, & subarratio fit a patre, & tunc dicit But. ꝙ præsumitur donatio, & hoc etiam sequitur Abb. Sic. nisi consuetudo foret in contrarium.

13 Octauus † casus est, quando fit subarratio a spõso, & hoc casu præsumitur matrimonium, & hoc modo potest intelligi glo. fin. hic, & glo. in cap. fœminæ, 30. quæstio. 5. quæ dicit, quod ubi interuenit subarratio, semper est iudicandum pro matrimonio, quia est res fauorabilis. Secus dicit But. quando sponsus dat annulum, & non ponit in digito, nam tunc non præsumitur matrimonium, sed sponsalia. talia enim munuscula interueniunt, qñ inter sponsos, vt in c. j. de ma. ɔ̃cto ɔ̃ interdi eccl. sed Abb. Sic dicit spectandã esse consuetudinẽ loci, & sic dictum Butr. procedit, vt cesset consuetudo ɔ̃tia.

Nonus casus est, qñ sponsalia sunt ɔ̃cta in minori ætate, deinde post pubertatem interuenit subarratio per immissionem annuli, & sine dubio inducit matrimonium de pñti & si sponsalia de futuro fuissent ɔ̃cta tp̃e pupillaris ætatis. facit quod dixi s̃. in 2. casu. Aut subarratio fit p̃ alias donationes, & munuscula, & tunc aut sponsalia fuerunt ɔ̃cta per uerba de pñti, & idem, quia inducunt matrimonium de præsenti, vt in c. j. §. j eo. tit in 6. Aut fuerunt ɔ̃cta per verba de futuro, & tunc non inducunt matrimonium, sed ratificant priorẽ consensum, secundum formam verborum, de hoc dixi in c. fi. s̃. tit. prox. & s̃. eo. attestationes. Et de materia subarrationis But. remitrit ad Lap. suis allegationibus, allegatione 59. & plene per Butr. in ca. illud, de præsump. vbi multa dicit de 14 hac subarratione. Sed quæro quid si fit subarratio † causa ludi, sicut quotidie fit in festo beati Siluestri, & beati Nicolai, & similibus. vel quia domina dixit Bubulco, accipe filiam meam in vxorem ludentes ad cinerem, respondet Host. ꝙ non est matrimonium, ar. in l. obligationum. ff. de act. & obl. la j. ad fi. 2. q. j. illud 32. q. 2. quod ait, de præsumpt. quia uerisimile, de testi. super eo. 15. q. j. sane. & C. de don. l. nec inter. In dubio tñ si negatur causa ludi, iudicabitur pro matrimonio ar. qui ma. accu. poss. c. videtur. de re iud. c. fi. vel consulei princips

ADDITIO.

a Et adde quæ notat Ioan. And. & D. M. in ca. continebatur, supra eodem, & hic per Host.

ceps, de transla. prælat. capi secundo, sicut in simili dicit Augustinus, de consecratio distin 4 solet. de hoc etiam per Hostien. in summa, de sponsa. super Rubrica de matri. §. contrahitur, versi quid si alter dicat, & secundum dom. Card. dicit, quod verum est, quod in dubio est iudicandum pro matrimonio. nam ex quo non ostenditur, quod est factum causa ludi, censetur factum ex proposito, & sic iudicatur pro matrimonio præcipue, quia in talibus proceditur cum multa deliberatione, & cum solennitatibus, de quibus in titulo, §. cum inhibitio, & hoc mihi placet.

15 In glo. ibi, quid si puella † distat a complemento 12. per triduum, nunquid sit habilis ad contrahendum matrimonium. Host. dicit, quod si perseuerauerit in eodem proposito per triduum post ætatem perfectam, & tenet matrimonium contractum ante pubertatem, allegat capitu. ad nostram, de regula. & istud secutus fuit But. in capitu. super, qui maio. accu. possunt Sed Ioan. And. & communiter Doctor. hoc reprobant, & dicunt, quod sufficit perseueratoria usque ad pubertatem, & sic requiritur perseuerantia tridui post ætatem completam, & hoc etiam sequitur hic Butr. licet aliter dixerit in dicto cap insuper. Nec obstat cap. ad nostram, quia loquitur in professione tacita, nos autem loquimur in matrimonio expresse contracto, in quo non requiritur probatio sicut in religione & dicit Abb. Sicu. hoc esse tenendũ.

16 Sed dubium restat, nunquid valeat † matrimonium contractum in vltima die 12. vel decimiquarti. Vincent. primo arguit, quod sic, sicut etiam valet testamentum conditum in vltima die duodecimi, vel decimiquarti anni, incipit, vltima dies post mediam noctem penultima diei, quia computatũ dies naturalis qui durat ꝑ viginiquatuor horas, & in l. more Romano. ff. de feriis, & notatur per Doc. in ca. consuluit, de offic. deleg.

Postea Vinc dicit hoc esse relinquendum arbitrio iudicis vt in l. prima, in fi ff. de iure delib. & in ca. de causis de offic. deleg. & in capit ad apostolicæ, de donat. nam in matrimonio carnali non determinatur ætas simpliciter, sed ex malitia, seu prudentia, ut hic, & in cap. vnico, § primo, eodem titulo, libro sexto, & supra eodem. de illis, el secondo, & cum opinio. Vincent residet Ioan. Andr & But sed domin. Cardina. in fine. vndecimę quæstione. videtur dicere, quod teneat matrimonium contractum in vltima die duodecimi, vel decimiquarti anni, quia illa lex, qua ętate. ff de testa. non solum habet locum in testamento, sed in quacunque materia fauorabili, vt dicit ibi glo. & communiter tenetur, sed nõ est dubium, quod contractus matrimonii est res fauorabilis vnde eadem ratione debet ualere matrimonium contractum in ultima die, sicut testamẽtum, & hoc etiam videtur tenere Abb. Sicu & clarius, supra eodem, attestationes. vbi dixi.

Item si est dubiũ, quid si minor distans a fine decimiquarti anni per tres dies, qui alias est prudentior, quam sint alii
17 decem & octo annorum, & talis faciat † testamentum, an valeat Ioan. de Belu. disputando tenuit, quod non, & hoc probatur in dicta l qua ætate, nam si est determinatum, ꝙ valeat testamentum in vltima die duodecimi, vel decimiquarti anni, ergo factum ante non valebit, allegat multa alia iura ciuilia, quæ non refero. hoc etiam tenent Doct. hic, & dicunt, ꝙ in hoc est differentia inter testamentum, & matrimonium, quia inter matrimonium lex non simpliciter ponderat ætatem respectu sui, sed vt signum pubertatis respectu potentiæ coeundi, ergo si datur ante potentiam coeundi non expectatur tempus, sed in testamento, simpliciter ætas consideratur, & determinatur a lege.

18 In glo penult quando † malitia suppleat ætatem, quo ad obligandum Deo, & Diabolo, dic ut in c. j. de delic. puc. & ꝑ glo. in c. omnis utriusque, de pęn. & remi. Aut quæritur, quãdo malitia suppleat ætatem, quo ad delicta publica, ut puniatur impubes a iudice, & de hoc dic, vt iurib. allegat. in gl. & in l minor. ff de adulte. Aut quæritur, quando malitia suppleat ætatem, quo ad contractus quantum ad hoc, ut pupillus obligetur naturaliter, vel quantum ad hoc, ut possit aliũ sibi obligare, vel aliter sibi acquirere, dic ut plene per Bar. in l. prima. ff. de nouat.

De clandest. desponsa. *Rubrica.*

S V M M A R I V M.


1 *Aquæ furtiuæ dulciores, & panis suauior.*
2 *Gallinæ furto subtractæ sunt meliores.*

¶. Quia sponsalia interdum palam, interdum clam contrahuntur, ideo de clandestina despons. submittit, nam puellæ subducuntur, & inducuntur ad contrahendum clam parentibus ignorantibus. vnde de tali matrimonio potuit merito dubitari, & ideo subiicitur illa Rubrica. Et dicit Damasus, quod matrimonia sæpe clandestinè contrahuntur pro-
1 uerbiorum 9. Nouæ aquæ † furtiuę dulciores, & panis ab-
2 sconditus suauior, & hoc facit pro scholaribus, ꝙ † gallinæ furto subtractę sunt meliores. Alio modo continuatur secundum But. Visum est de substantia matrimonii, sequitur videre de quodam extrinseco modo contrahendi inficiente in aliquo officium matrimonii, s. clandest. nario, Ideo post ꝓcedentem Rubricam ponitur ista. De materia habetur 30. q. 5. & facit 3. q. 4. consanguineorum. Quæ autem sit ratio quare ecclesia prohibeat matrimonia clandestina. vide glo. 30. quæst. 5. in summa.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium asserenti incumbit onus probandi.*
2 *Matrimonium non vitiatur ob clandestinitatem.*
3 *Collatio beneficii clandestina valet.*
4 *Electio clandestina, non valet.*
5 *Dispositio facta super vno de duobus terminis narratis alternatiue extenditur etiam ad alterum.*
6 *Correlatiua sunt uir, & mulier ita, ut quod de vno dicitur de altero intelligatur.*
7 *Vir negans contra mulierem asserentem matrimonium fuisse contractũ, an teneatur iurare.*
8 *Iuramentum non est probatio, licet succedat in locum probationis.*
9 *Viro magis credendum est, quam mulieri in casu in quo uni magis, quam alteri est fides adhibenda.*
10 *Probationibus existentibus paribus super matrimonio, s. tam uiri negantis quam mulieris affirmantis, vel econuerso, sententia pro matrimonio ferenda est.*

C A P. P R I M V M.



I quis. Hoc dicit secundum communem intellectum. Asserẽti matrimonium † incumbit probatio. vel sic secundum do. Abb. Pro clandestino matrimonio non pręsumitur, sed asserenti illud incumbit onus probandi. In prima ponitur thema. In secunda determinatio Secũda ibi, viro.

2 Nota, ꝙ clandestinitas non vitiat † matrimonium. solus ergo consensus ꝯhentium sufficit, licet clam fuerit præstitus, quamquam peccent clandestine ꝯhentes, vt j. eo c. si &
3 30 q. 5. aliter. iuncta glo. Idem est in clandestina † collatione beneficii: quãquam enim clandestina collatio non careat suspitione, tamen facta fide de ea tenet collatio, de quo vide
4 opt. tex in c. vnico, vt ecclesia. bñficia. secus est in † electione. illa enim nõ valet si est clandestina, ut in c. q. 1. p. p. in fi. de ele.

Nota secundo, ꝙ licet credatur viro asserenti copulam ꝯ mulierem negantem, iuxta ea quæ habentur in ca. continebatur, s. tit. proxi. tamen secus est circa essentiam matrimonii, quia nõ creditur, nisi probet, vt hic. Gl. ista refert quatuor lecturas, seu intellectus, sed no. gl in 3. lec quæ est Tan. quod videtur dici a virtute. facit pro his quæ dixi s. titu proxi. duo pueri. vbi tenui, ꝙ credatur mulieri allegãti copulam contra virum negantem, sicut creditur viro mulierc negãte, vt in c. continebatur, s. ti prox. & istud nomen vir, habet multa significata. vnde uersus.

Vir notat ætatem, vir sexum, vir probitatem.

Et licet lec. Tan. in se sit vera, tamen improbat literam: est enim magna impropriatio literæ, cum tex. dicat de viro, & muliere, imponeret nomẽ viri mulieri allegãti contra matrimonium, cum tex ponat vtrunq; nam mulier, vel uir negat & c. Vnde communiter tenetur quarta lectu quam ponit gl. quia magis conuenit literæ, sed tamen in effectu idem dicit, quod Tan & hæc lect. glo. do. Card notat, quod si in nar-
5 ratione duo termini ponuntur alternatiue, & in † dispositione ponitur vnus solus, alter intelligitur repetitus pro hoc facit, de ap secundo requiris, & in ca inquisitioni, & do. Cardi. dicit hoc esse notandum, quia facit ad multa. Sed Abb. Sicu. notat ex glo. iuncto tex. quod pro euitanda absurditate, vel uiolatione aliarum regularum iuris, debet dispositio intelligi, cum aliquali impropriet ate, si aliter saluari non potest ꝑ hoc est bo. tex in capitu. cum dilectus, de consuetu. vbi dicitur, quod uerba statuti impropriantur, & intelliguntur contra propriam significationem, qñ impropriando minus ꝑiu dicatur iuri cõi. quam si verba proprie intelligerentur. facit opt. capi. super eo, de offic. deleg. & dicit Abb. Sic. quod ideo tex. est intelligendus, prout glo. intelligit, licet cum aliquali impropriatione, quia non debemus uiolare, alias regulas

iuris communis,quibus cauetur,quod asserenti incumbit p
batio,ut in iuribus alleg.in gl.
Ego vero noto ex gl. dum dicit, quod idem iudicium est
6 de † viro,quod de muliere,vbi duo sunt correlatiua, nã sta-
tutum in uno debet intelligi statutum super alio correlati-
uo,etiam si oporteat uerba impropriare.& de hoc vide Bar.
in l.fi.C.de indic.uidul & in l.prima.C.de cupressis libro 11.
& in l.fi.ff.de acceptila.& vide Dom.Domi. in glo.in verbo,
Italiæ,de temp.ord.in sexto.
Sed dubium est, quid si mulier agit contra uirum asseren-
7 do se contraxisse cum eo matrimonium , & uir † negat,an
saltem compellatur iurare matrimonium non fuisse cõtra-
ctum. Vinc dixit,quod sic faciens differentiam inter uirum,
& mulierem: dicit enim quod si mulier agit asserens matri-
monium contractum,nec uir negat,nec mulier probat,pro
babit vir per sacramentum suum,secus dicit in muliere , &
hoc propter sexus fragilitatem, & pudorem:non enim præ-
sumitur contra mulierem negantem ,sicut contra uirum,&
ita intelligit istum textum,& hoc videtur sequi Host. sed iste
intellectus non conuenit literæ,quia iste tex.loquitur de p-
8 bat non autem de iuramento, nam † iuramentum non est
probatio, licet aliquando succedat in locum probationis,
vel suppleat probationem, iuxta nota.in ca.fi. de iureiuran.
& in l admonendi.eodem titu.& in c.fin.quod me. causa.&
in l.si quando.C.unde ui.Item tale iuramentum,quod defer
tur viro muliere non probante matrimonium , non habet
vim probationis, sed est iuramentum purgationis , vt dixi s.
titu.proximo,continebatur.Item iste intellectus non est ue-
rus,quia uir,& mulier sunt correlatiua. vnde non debet cre
9 di mulieri magis,quam viro. † & posito,quod alteri deberet
plus credi,plus esset credendum viro,quam mulieri,ut in c.
duo pueri,supra titu proximo.Item Ioan.Andr. dicit,quod
non defertur iuramentum,quando matrimonium non pro
batur,vt in cap.sequenti,vbi patet,quod quando non potest
haberi probatio,nihil præstatur,sed reus absoluitur , sed de
hoc ultimo ibi dicam.
10 Vltimo quæro:pone,dubitatur super matrimonio,& uir,
& mulier pariter probant per testes,alter pro matrimonio,
alter contra matrimonium dicunt Ala.Tan.& Gostre.quod
ex quo non potest aliter probari,& probationes sunt pares
defertur viro sacramentum.Sed Ioan.And dicit,quod tunc
est pro matrimonio iudicandum,vt in cap.fin. de re iu.& in
c.ex literis,de proba.nam ut patet in dictis iuribus , vbi pro
bationes sunt pares debet fieri sententia pro matrimonio .
Secus si non probat plene, quia tunc reus debet absolui,
cũ onere iuramenti, supra titu proxi.attest & hoc sequitur
dom.Card.in penul quæs.& etiam But.& est uerissimum.Se
quitur ca.quod nobis.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non iudicat de matrimonio occulto , sed illud publicatum approbat.*
2 *Matrimonium clandestinum quot modis dicatur.*
3 *Iuramentum non exigitur in causa matrimoniali reliquis deficientibus probationibus.*
4 *Verbo simplici contrahentium credendum est,circa matrimonium.*
5 *Publicatio matrimonii qualiter fieri debeat.*
6 *Rei qualitatem adiicere potest,qui esse dare potest.*
7 *Publicatio tribuit omnem effectum matrimonij , quomodocunque contingere possit.*
8 *Publicatio matrimonii,coram quo fieri debeat.*
9 *Matrimonium contractum post consanguineæ cognitionem, an sustineatur.*
10 *Confessio,an & quando possit pro parte acceptari, & repudiari.*
11 *Filii ex clandestino matrimonio nati, non sunt legitimi,sed hi qui ex publico tantum.*
12 *Matrimonium manifestum semper præiudicat clandestino.*
13 *Matrimonium clandestinum,an probetur per testem unum, & famam.*
14 *Statutum,quod non possit contrahi matrimonium cum pauciore numero testium quinque sub pœna,an ualeat.*

C A P. III.

1 Vod nobis. De matrimonio occulto
non iudicat ecclesia , † sed
illud publicatum approbat hoc dicit.vel sic secũ
dum Abb. Sicu inhærendo literæ,qui matrimo-
nium clandestine contraxerunt altero,vel utroque negante
non apparente exinde legitima probatione semel cohabita
re ab ecclesia compelluntur, vel si illud publicauerint tan-
quam in conspectu ecclesiæ factum comprobabitur, licet
rationabilis causa subsit quæ impediat.hoc dicit . Duo sunt
dicta.Secunda ibi,uerum.
Nota primo ex tex. quod duobus modis potest dici ma-
2 trimonium clandestinum.† primo modo ,quando est ita oc
cultum,quod non potest probari.Secundo modo,quando licet
sit occultum,tamen probari potest per testes , & hoc modo
dicitur clandestinum,idest non publicum , licet probari pos-
sit,& hoc uoluit Innoc.in c.præcedenti sic ergo illud, quod
est factum coram paucis,dicitur occultum,seu clandestinũ,
de quo vide glo in verbo,occultum,in c.vestra, de cohabit.
clericor.& mulierum facit c Inquilinonis.§ fi.& quod ibi no
tat gl in uerbo,dicta paucorum,de accusa. & in c.ut nostrũ,
in uerbo.occulta.vt eccl.ben.
Nota ibi non sunt ab ecclesia aliquatenus compellendi,
atque optimum.secundum Abb. Sicu. quod vbi deficit omnis
3 probatio matrimonii , non est exigendum † iuramentum a
reo,sed potius pure absoluendus, & hoc uoluit Ioan. Andr.
in c.præcedenti,cum quo ibi transit But.sed hoc facit contra
theoricam gl.& Doct.s.tit.proximo,continebatur,& c.atte-
stationes.vbi dixi,quod in causa matrimoniali , & in quali-
bet alia causa concernente materiam peccati compellitur
reus iurare antequam absoluatur etiam si nulla sit præsum-
ptio pro actore.sed Abb. Sicu dicit quod ad illa iura potest
responderi,s.quod procedunt , quando subest aliqualis præ-
sumptio pro matrimonio,secus ubi pro eo nulla est præsum
ptio. Tu tene communem opi & dic,quod iste tex. nõ dicit
quod reus non sit compellendus iurare, sed dicit quod non
sunt compellendi simul manere, ex quo non probatur ma-
trimonium vnde iste tex.non dicit illud , ad quod ipsum al-
legat Abb.Sic.
Nota tertio,quod super contractu matrimonii debet cre
4 di simplici uerbo † ipsorum contrahentium,& habetur per
inde tale matrimonium,ac si pure in cõspectu ecclesiæ fuis-
set contractum,& ex hoc dicunt Doct.quod proles nata an
te publicat. censetur legitima, ut in ca.cum nobis,infra qui
fi.sint legiti.
5 Qualiter autem debeat fieri ista publicatio Doct. dicunt,
quod debet seruari forma ca seq. in tali publicatione matri-
monii facienda,& hoc tenuit gl.in d c.quod nobis.
Nota quarto secundum Gasp. Cald. quod qui potest da-
6 re esse rei,† potest qualitatem dicere.ad hoc de condi. appo.
verum,de sepul.de his.vult dicere secundum dom.Cardina.
quod contrahentes qui ex consensu dant esse matrimonio,
supra de spon.c.j. ex eodem assensu adijciunt qualitatem pu
blicandi matrimonii. pro hoc litera ibi noluerit publicari.
7 No. vltimo, quod publicatio † matrimonii illum effectũ
tribuit matrimonio ac si a principio fuisset contractum in
facie ecclesiæ,& sic paria sunt quo ad actus ualiditatem , &
effectum qualitatem actu requisitam ab initio affuisse, vel
ex post facto superuenisse.
8 Sed quæro coram quo debeat fieri ista † publicatio.Host.
dicit esse faciendã coram episcopo ad quem talia spectant ,
de consan.& affi.ca.j pro hoc litera ibi, ab ecclesia.eps enim
est in ecclesia,& ecclesia in episcopo . 7.q.j.scire . sed Gaspar.
Calde dicit,quod habebitur matrimonium pro publicato,
si corã presbytero,& multitudine astantium fiat talis publi-
catio,& hoc sufficit, quo ad effectum legitimandi prolem,
& an hoc sit uerum, uidebitis in ca seq.
Secundo quæro,quid si duo confitentur se clandestinè ꝯ-
9 xisse,nũ † tñ dicit,quod consanguineam mulieris prius cogno-
uerat,& mulier idem fatetur.dicunt Pe & Ab quod ecclesia nõ
approbabit tale coniugium .nec faciet illud obseruari dicũt
tñ,Tan.& aliquos alios dixisse ꝯrium,pro quib.facit c. super
eo,de eo qui cog.cons uxo suæ.sed Pet.& Abb.rñdent dicen
tes,quod illud c loquitur de matrimonio ꝯcto dirimendo,qua
si dicat,quod ipsi loquunt de matrimonio ꝯhendo.Alii dicunt
istos suæ conscientiæ relinquendos,quod videtur procedere, ni
si eps ex aliqua præsumptione cognoscat , quod falsum dicant
de copula consanguineæ.& hoc tenet Gasp.Cal sed do. Car.
in 4.q.dicit,quod uerior est opi. quod non stetur confessioni super
copula cum consanguinea,ex quo prius simpliciter confessi
sunt matrimonium,nã statim per confessionem factum est
publicũ,& sic amplius non est credendũ confessioni coniu
gum in præiudicium matrimonii,iã publicati, nisi dicatur ,
quod cum semel confiteatur matrimonium , & copulam
cum cõsanguinea , non potest confessioni stari in parte , &
in parte reprobari, de censi.cum olim.sed ipse dom. Cardin.
hoc impugnat,quia cum hæc sint facta separata,& confessio
habet uim duarum confessionum allegat no.per se in c. bo-
næ,ij de postula.præla.vbi ipse. & Abb.Sicu examinat,an &
10 quando confessio † possit in parte acceptari , & in parte re-
pudiari, & per Barto.in l. Aurelius.§.idem quæsit.ff.de libe-
ra.lega. & per Butr.in capitu. ex parte decani , de rescriptis
habetur

habetur etiam in ca. cum venissent. de instini. & in prædicta quæst. concludit dom. Cardin. quod debet stari confessioni pro matrimonio, & non contra matrimonium. hoc etiam tenet hic But.

Ego uero puto dicendum, quod aut apparet, quod confitentes cupiunt dissolutionem matrimonii, & sic stant contra matrimonium. & tunc sit vera opi. Tan. quam tenet do. Card. & But. Aut stant pro matrimonio. & tunc puto uerā opi. aliorum, quos sequitur Gasp. Cald. scilicet, quod sint suæ conscientiæ relinquendi, nisi episcopus ex aliqua suspicione cognoscat, quod falsum dicat de copula consanguineæ, & hoc puto esse relinquendum arbitrio iudicis, secundum ea quæ dixi in c. anestationes, supra tit. proximo.

11 Tertio quæro: pone, quod est natus filius † ex matrimonio clandestinè contracto, deinde mulier contrahit publicè cum alio, ex quo nascitur filius dicit Gasp. Calde. quia secundus censebitur legitimus, & prior illegitimus, quo ad ecclesiam, licet in veritate sit econuerso, & hoc, quia ecclesia non iudicat de occultis 3 x. erubescant. nam etiam si cōtrahentes matrimonium clandestinum, nunc dicant, quod illud contraxerint antequam contraherent matrimonium in faciem ecclesiæ, non creditur eis in præiudicium matrimonii publici, vt in c. super eo, de eo qui cogn. consang. vxo. suæ. facit quod dicam super gl.

In glo. j. dic, quod ecclesia non ligat occulta de eis nominatim iudicando, sed bene ligat peccatum omnino occultum etiam quo ad pœnas censuræ, s. excommunicationis, uel suspensionis. de quo vide gl. quæ reputatur singularis in cle. j. in glo. in uerbo, eo ipso incurrant, quæ incipit, hic patet. de hæreticis.

In glo. ii. ibi, vel aliud matrimonium impediens intellige prius publicatum, vt infra eod. cap. fin. alias secus. vnde dicit Vinc. quod matrimonium manifestum † semper præiudicat clandestino, etiam si ambo confiteantur matrimonium clādestinum fuisse prius contractum, & habeant pro se unum testem cum fama, quod dicit Gasp. Cald. esse bene notandū, & hoc tenent communiter Doct. quod etiam sequitur But. sed dom. Card. in prima quæst. tenet contrarium, quia vnus testis cum fama facit plenam probationem, ut est text. cum gl. in uerbo, famam, in c. j. de appel.

Vnde dicit dom. Card. quod si per unum testem, & famā
13 probetur de matrimonio † clandestino prius contracto retro dicitur non fuisse contractum clandestinum, vel saltem ex quo constat nunc de ipso præfertur matrimonio postea publice contracto.

Sed Abb. Sicu. saluat dictum Vinc. & dicit quod vbi alia probatio apertior concurrit cum fama, & uno teste, quod tunc est standum probationi clariori, & meliori. licet testis, & fama deponant de tempore anteriori, & dicit Abb. Sicu. quod hoc est dictū satis notabile, quod si siquis probat unū testem, & famam de suo titulo anteriori, alius vero probat per testes apertos de suo titulo exteriori, quod iudicandum est secundum probationem clariorem, & hoc perpetuo notabis, quia multum limitat notata per Doct. in capitu. licet causam, de probat. & per Bar. in l. si duo. ff. uti possi.

Item dicit Abb. Sicu. quod non est semper verum, quod fama faciat semiplenam probationem. de quo remittit ad plene nota per se in capi. ueniens', de testi. vbi bona glo. & per Bar. in l. de minore. § tormenta. ff. de quæstionibus.

In glo. ii. gl. bene dicit sed But. dicit, ꝙ illud, q̄d est nullum non conualescit solo tractu temporis, ut in iuribus allegatis in glo. sed hic matrimonium a principio valebat, & ex post facto declaratur, seu noua qualitas imprimitur a ualēte imprimere, quia qualitas clandestinitatis reducitur ad manifestum, unde ecclesia approbat talia matrimonia, tanquam ualida, nec eget alia confirmatione.

Extra glo. scias, quod Gasp. Calde. & dom. Card. hic, in ulti
14 ma quæstione examinant, an valeat † statutum, quod contrahens matrimonium coram paucioribus v. testibus puniatur in centum, & an vicarius episcopi possit mittere inhibitionem iudici seculari uolenti exigere pœnam ab illo qui venit contra statutum. dixi in c. j. & in c. Gemma, de spon.

SVMMARIVM.

1 *Edicta proponi debent in ecclesia ad opponendum infra terminum in matrimonijs contrahendis.*
2 *Successores debent approbare præcessorum facta.*
3 *Sacerdos non debet esse præsens actui inhonesto.*
4 *Nuptijs in facie ecclesię celebratis sacerdos interesse potest.*
5 *Testimoni super matrimonio non statur.*
6 *Præsumere dicitur qui facit actum contra ius.*
7 *Consuetudo vnius loci, an sit seruanda in alio.*
8 *Extensionis consuetudinis, & præscriptionis materia ubi tractatur notat.*
9 *Practica in matrimoniis, ne matrimonia dicantur occulta.*
10 *Ecclesia etiam per seipsam inquirit super matrimonio, quamuis aliquis opponat de impedimento.*
11 *Coniectura sola probabilis impedimenti, est impedimento matrimonio cōtrahendo.*
12 *Sacerdotis nomine quis ueniat.*
13 *Dictio etiam, est implicatiua.*
14 *Prohibitio facta sacerdotibus, an ad laicos extendatur etiam quo ad præsentiam præstandam clandestinis matrimoniis.*
15 *Clandestinitatis prohibitio, an ad sponsalia de futuro trahatur quę tacite fieri solent.*
16 *Matrimonium per quos publicari debeat, vel interdici.*
17 *Cognitio de impedimento matrimonii spectat ad episcopum.*
18 *Terminus quantus debeat præfigi ad opponendum matrimonio.*
19 *Inferior ab episcopo non posset contra statutum sinodale dispensare.*
20 *Edicta super matrimoniis celebrandis, an in una ecclesia, an in pluribus sint proponenda.*
21 *Publicationes matrimoniorum in quibus ecclesiis sint facienda.*
22 *Publicatio edicti, seu matrimonii, quo in loco sit facienda, si contrahere volentes alibi habeant antiquam habitationem.*
23 *Publicatio matrimonij, an in uno loco, an in pluribus sit facienda, si consanguinei in pluribus sunt dispersi.*
24 *Matrimonium clandestinum, quod dicatur.*
25 *Matrimonium, an dicatur clandestinum, quoties non fuerit facta publicatio, ut in aliquibus locis obseruatur.*
26 *Publicatio matrimonii, an excuset filios ab illegitimitate, & si postea aliquod appareat matrimonium, per casus quatuor explicat.*
27 *Publicatio quid operetur circa matrimonia.*
28 *Accusatore matrimonii primo deficiente, an alius accusare uolens admittatur.*

CAP. IIII.



Vm Inhibitio Hęc decr. habet multa dicta: sed ego summabo, & legam partes. & hoc dicit, usq; ad §. si quis vero. Cum matrimonia sint contrahēda, debent
1 per presbyteros † edicta in ecclesia proponi assignato termino, infra quem qui voluerit matrimonium impedire impedimentum opponatur, & si probabilis coniectura fuerit de impedimēto interdicatur matrimonium, donec de hoc cognoscatur hoc dicit usq; ad §. si quis vero. Diuiditur in duas partes, in prima prohibet matrimonia clandestina, & sacerdotes adesse. In secunda præcipit per presbyteros edicta pręmini, & de impedimentis inquiri, & ex coniecturis contractum interdici. Secunda ibi, quare specialem quorundam locorum.

2 Nota primo, quod facta † præcessorum sunt approbanda per successores. concordat. de iuram. cal. ca. i. & hoc est uerū de honestate, sed non de necessitate, ut in ca. si. de rescript. in 6. & in c. innotuit, supra de elec. item hoc est uerum, nisi subsit causa rationabilis, quia factum præcessoris debet retractari, ut 35. quæst. 9 quod quis, cum ca. seq. vsque in fi. q. Quid autem de alio inferiore a Papa, an successor teneatur habere ratum factum præcessoris, dic ut in c. si ne præla. vi. suas.

Nota secundo, in uer. prohibentes, nō debet interesse ma
3 trimonio clandestino. & dicit But. quod non decet † sacerdotes uel alias honestas personas esse præsentes actui inhonesto, siue illicito, quia per præsentiam censetur pręstare auctoritatem, ut in c. illud, de cle. exc. min. Et ex hoc tex. infer-
4 tur a contrario sensu, quod sacerdos possit interesse † matrimonio contracto in facie ecclesię ad exemplum Christi qui interfuit nuptiis, Io. ij. nuptiæ factę sunt in Cana Galileę. & dicunt Doct. ꝙ in contractu matrimonii debet interuenire presbyter parochialis, vel cum eius licentia matrimonium contrahi 30 q. 5. aliter.

No. tertio ex eodem uerbo, quod matrimonium dicitur clandestinum etiam, quando in episcopo adest præsentia v-
5 nius sacerdotis, & per hoc dicit But. quod super † matrimonio nō statur testimonio vnius etiam si sit sacerdos, immo etiam si sit episcopus, ut est tex. 6 q. x. c. j & 2. vnde dixit imperator in l. iurisiur. C. de testi. quod non est credendum vni testi etiam si præsidali fulgeat auctoritate. Idem dicitur in cap. licet ex quadam, de testi. sunt tamen aliqui casus, in quibus creditur uni testi, de quib. dic ut in c. licet vniuersis, s. de testi.

Nota quarto, in uerbo, præsumat, ꝙ ille dicitur pręsume
6 re, † qui ex certa scientia facit actum contra ius. nota. supra de maior. & obed. illud.

7 Nota quinto, ꝙ consuetudo † unius loci non est obseruāda in alio loco, nisi reducatur ad ius cōe per habentem potestatem, vt fecit hic Papa facit de consec. distinct. 4. de trina.

8 Et de † extensione consuetudinis,& præscriptionis notat
Innocen.& Doct.in c fi.de officio Archid.& per Doct.in ca.
fin.de consuet & per dom.Pet.de Ancha in regula,sine pos-
sessione.de reg.iur.libro vj.
9 No sexto practica † ne matrimonia dicantur occulta, q a
per sacerdotes debent publicari insita terminum per eos sta-
tutum,quicunque voluerit opponere compareat,& oppo-
nat debent etiam Inuestigare ex officio de impedimento,&
a parente coniectura probabili de impedimento debent in-
terdicere matrimonia donec constiterit, an impedimētum
sit uerum,an vero falsum.
Nota septimo,in uersi.nihilominus, quod licet aliquis cō
pareat opponens de impedimento,& per consequens inqui
10 sitionem , nihilominus ecclesia † inuestigat,& dom.Cardi.
exponit verbum nihilominus, idest siue aliquis compareat,
siue opponens,siue non,pro hoc de elect.cum nobis olim.
Et ex hoc infert, quod siue admittatur, siue repellatur de
nunciator, siue accusator, non deficit officium iudicis. pro
hoc de testi.constitutis.ibi nos ex officio,& de accu cum o-
porteat,vbi de hoc. in glo pen.& de collu.c.2.
11 Nota vltimo,quod sola probabilis † coniectura de impe
dimento impedit matrimonium contrahendum But. dicit
hoc esse notandum facit de spon præterea ij.& c.cum in tua,
cum ibi notatis, eodem titu.
Sed quæro quia text. prohibet sacerdotes interesse matri
12 moniis clandestinis, quid ueniat † sub uocabulo sacerdotū.
dom.Cardi.in quarta quæst.dicit, quod venit quilibet cleri-
cus generaliter,quia nomine sacerdotis,quilibet clericus cō-
tinetur.de cohab cler.& mulie.c.2.de pigno.c primo,siue se-
cularis,siue regularis vt in §. sane. & idem sentit Abb. Sicu.
summando,& expressius tenet in prima quæst. & credo esse
verum per tex.in dicto §.ubi autem quilibet etiam regularis.
13 nam dictio † etiam,est implicatiua.[a] vnde includit,quod ne
a dum puniūtur clerici seculares,sed etiam religiosi,alias nō
putarent eos dicere verum,quia ubi puniuntur religiosi pę
na non extenditur ad clericos seculares de quo om ino , vl
de glo notabilem in clem prima,in gl. de deci. & in clem.j.
in glo prima,de priuil. eodem modo in materia pœnali ap-
pellatione sacerdotis, non compræhēduntur clerici infe-
riotis ordinis,de quo dic,ut in dicto capitu secundo, de co-
habit.cleric.& mulie.
14 Secundo quæro,an hæc † prohibitio habeat locum in lai
cis præstantibus præsentiam matrimoniis clandestinis.Host.
dicit,quod ex uerbis non astringuntur,sed ex mente, arg in
l.j C.de falsa mo & 30 quæstio.secunda cap j.infra de senten.
excom quantę.de officio deleg cap.j. & cum hoc pertransit
Joan.And & dom Cardi in quinta quæstio.hoc etiam tenet
Abb.Sicu dicit enim,quod est imponenda pœnitentia, siue
clericis,siue religiosis,siue laicis interessentibus clandestinis
matrimoniis Bu dicit,quod prohibitio habet locum,sed nō
pœna per regulam,in pœnis.de reg iuris,in sexto,& quia pę
na non est proportionabilis in laicis.dubium tamen est , an
pęna suspēsionis habeat locum simpliciter,vel clericus , vel
regularis interessentes matrimoniis clandestinis,quę tamen
nondum sunt interdicta,dicam in § sane.
15 Tertio quæro,an hoc cap habeat locum † in sponsalibus
de futuro Hostien.dicit,quod sic,ex mente literæ, nam spon
salia multis modis tacite confirmantur,& transeunt in ma-
trimonium præsumptum,ut vidistis supra de spons. is qui,&
cap. adolescens,& sic est eadem ratio,ergo idem ius,de tran
sla præla.cap secundo.
Dicit tamen Gasp.Cald quod licet in sponsalibus non ser
uetur hoc.c.non habet locum pœna,de qua hic,quia in pœ
nis est facienda restrictio,vt in regula.in pœnis.de reg.iur in
sexto,allegat glo.in clem.vnica in uerbo,contrahere, quæ
incipit,non punit,de consangui.& affinita.Dominus Cardi.
dicit , quod non imponitur pœna ista propter omissionem
bonorum,vt dicto §.sane dicit tamen, quod si pęna ueniret
imponenda,verum est dictum Gasp. Tu dic , quod imponit
pœna interessenti matrimoniis clandestinis,vel interdictis ,
vel contrahentibus secundum,quod declarabo in §.sane,nā
illa pœna,seu tanta non venit imponenda contrahentibus,
alias interessentibus sponsalibus de futuro.But. hic simplici
ter sequitur illud,quod dicit Gasp Cald. Abb.autem Sic.sim
pliciter dicit,quod quia sponsalia multis modis transeunt in
matrimonium de præsenti , ne occurrat difficultas contra
prohibitionem ecclesiæ etiam in sponsalibus de futuro de-
bet obseruari hæc solennitas, allegat Horatio.fi.de spon.vbi
dicitur, quod prohibito matrimonio censentur prohibita
sponsalia,quia sunt præparatoria matrimonii .
Et ex hoc dicit,quod contrahentes sponsalia clandestinè
peccant.& quod iudex loci potest illa interdicere , sed vide
omnino glo.in dicta clem.prima.in uerbo,contrahere,quę
incipit, non punit,de consangui. & affinita.quæ dicit, quod
prohibito matrimonio cēsentur prohibita sponsalia per di
ctā Horatio.tamen pęna quæ imponitur pro matrimonio ,
non habet locum in contrahente sponsalia , nisi sponsalia
transiuerint in matrimonium præsumptum.
Sed utrum hoc sit indistincte verum, quod pęna quæ im-
ponitur contrahenti matrimonium habeat locum , quan-
do sponsalia transeant in matrimonium præsumptum,dixi
in ca.is qui,supra de spon.
16 Quarto quæro per quos presbyteros debet fieri † publica
tio, seu edictū proponi,vel matrimonium interdici Doct.di
cunt,quod per presbyteros parochiales,vt in §.sane, vel de
ipsorum mandato,de sent.exc.mulieres.
Quinto quæro,quia tex.dicit, quod matrimonium debet
Interdici,quando probabilis coniectura de impedimēto ap-
paruerit,qui sunt illi qui debent facere hoc Interdictum. In
nocen.dicit quod ad presbyteros parochiales hoc pertinet.
refert postea Innocent.alios dicere, quod per solos ordina-
rios faciendum est hoc interdictum, & hoc vltimum placet
Hos qui dicit,quod presbyter hoc deferet ad episcopum 15.
dist.c.j.& de offi.Archid.c.j.
Sed Gasp.Calder.& domi.Card.in vigesimaprima,quæst.
j.quod prima opi.Innoc.scilicet,quod possit fieri per presby
teros est verior,& probatur in § sane, & hoc tene. Nec ob-
stat,quod solus ordinarius habeat iurisdictionem in dięcesi.
de officio ordi c primo,& In cap.cum ab ecclesiarum,nam
Gasp.respondet,quod ista banna non sunt iurisdictionis,&
dicit,quod nec missio bannorum , nec termini assignatio,
nec interdictio matrimonii est iurisdictionis,sed hęc omnia
expediuntur extraiudicialiter.ad hoc in simili,de sta.mona.
in singulis, & dicunt ipse,& domi.Cardi.quod poterunt fie
ri talia etiam diebus feriatis,& idem dicunt de inuestigatio-
ne facienda,& dicunt ita seruari.
Sed aduerte,licet existente probabili coniectura de impe
dimento presbyter parochialis possit interdicere matrimo-
17 nium,cum † cognitio de impedimento,an sit verum,uel fal
sum,& an obstet,uel non obstet,spectet ad episcopum,ut in
capitu primo de consangui.& affinita & hoc tenet Hostien.
& dom.Cardi.in vigesimatertia quæst. Et ex hoc habes qua-
liter debet intelligi tex in fi.ibi contractus interdicatur ex-
presse, donec quid fieri debeat manifestis constiterit docu-
mentis,nam stante probabili coniectura de impedimento
presbyter parochialis interdicet matrimonium,donec ma-
nifestis probationibus ostendat coram episcopo,quod illud
impedimentum non obstet .
Sexto quæro,quia text. dicit,quod debet præfigi compe-
18 tens † terminus,quantus debeat esse iste terminus . Host &
Doct. videntur dicere,quod erit arbitrarium quantus termi
nus præfigatur,ex quo a iure non reperitur facta determina
tio,vt in capitu de causis,de officio delega. & in l. prima, in
fi ff de iure delib.nisi terminus in sinodali statuto, tunc ille
assignabitur.dicit tamen Hosti. quod etiam si terminus cer-
tus sit statutus sinodali statuto, adhuc poterit episcopus ali-
ter arbitrari,quia non astringitur proprio statuto. ff de arb.
19 l. penulti. † Inferior tamen ab episcopo non posset contra
statutum sinodale dispensare de maio & obedien. cum infe
rior secundum Hostien Sed Archid.in capit licet canon,de
electio.in sexto. dicit etiam episcopum non posse dispensare
contra proprium statutum, vel contra statutum præcesso-
b ris per dict.Innocent in capitu.dilectus,de temp.ordi.[b] Sed
c communiter reprobatur.[c] vnde tene primum dictum.Item
dicit dom.Card.quod in casu huius cap.non est propria di-
spēsatio,sed interpretatio. Est autem eius interpretari cuius
est condere,de sentent.excom inter alia . sed hoc mihi non
placet,nam ex quo terminus est diffinitus per statutum si-
nodale non cadit interpretatio, nec potest episcopus in ali-
quo certo casu relaxare statutum quin dispenset contra ip-
sum,nisi interpretaretur uerba statuti , ita quod ī certo casu
statutum non habeat locum, & ista interpretatio posset ca-
dere,vbi non repugnarent uerba statuti.
Septimo quæro,quia tex.dicit circa principiū.dicit . quod
20 edicta sunt proponenda in ecclesiis.an hæc † edicta sint pro
ponenda in multis ecclesiis,an uero sufficiat,quod proponā
tur in una Innoc.dicit,quod edicta debent proponi in omni
bus ecclesiis loci,vbi volentes cōtrahere matrimonium ha-
bitant, vel saltem in pluribus ecclesiis, cum sit periculosum
illicita

ADDITIONES.

a ¶Adde cle.1.iuncta ibi glo. in cle.1.de priuileg.
b Idem tenet Bal.cons.407.in fi.1.vol.
c Idem tenet Pet.de Anch.in c.3.4.col.circa fi.de consti.in 6.

illicita matrimonia contrahere, & propter peccatum, & propter illegitimitatem filiorum, vnde dignum est, quod fiat publicatio solennis, qui matrim. accus. possunt, cum in sua. & quia circa maiora maius periculum vertitur. 42. di- stinct. quiescamus. & cap. vbi periculum. de elect. lo. in 6. Hostien. dicit hoc maxime procedere, quando contrahentes sunt diuersarum parochiarum. dicit tamen, quod vt plurimum fiunt, nisi in vna ecclesia, & sufficit, quod fiant publice, ita quod possint ad omnes peruenire. de postula. prælat. capit. j. immo secundum Hostien. sufficit, quod exponantur edicta extra ecclesiam in locis competentibus, puta in prædicationibus, de senten. excomm responsa. & dicit Hostien. quod ideo de ecclesiis hic dicitur, quia vt plurimum ibi homines conueniunt. dom. Cardin. in 8. quæstio dicit, quod tutior est opin. Innoc. vt non recedatur a littera, quæ in plurali dicit de ecclesiis, tamen dicit, quod opin. Hostien est verior. Satisfit enim huic iuri, quo modo hæc fiant publice, & ad verbum ecclesiis respõdet, quod tex. locutus est in plurali propter pluralitatem matrimoniorum, argum. de priuileg. vt priuilegia. Sed Butr. dicit, & Abb. Sic. idem sequitur dicens, quod hæc est conclusio Doctorum, scilicet quod aut volentes contrahere matrimonium, & eorum antiqui traxerunt moram in certa parochia, & tunc satis est in illa ecclesia edicta proponi, si vero in diuersis parochiis traxerunt moram, tunc in diuersis ecclesiis debent edicta proponi, vel in locis publicis: puta in prædicationibus, vt verisimiliter possit peruenire in notitiam eorum, qui sunt de impedimentis informati.

21 Octauo quæro, in quibus ecclesiis sint faciendæ istæ † publicationes. Innoc. dicit, quod sunt faciendæ in locis, in quibus est antiqua habitatio parentum vtriusque volẽtis contrahere matrimonium, illi enim sunt qui melius norunt cõsanguineos suos. de testib. licet ex quadam & qui matrim. accus. possunt, videtur. sic etiam vbi de conuersatione quæritur est inquirendum, vbi melius sciri potest, de electio. postquam. & capit. scriptum. & de purgat. cano. cap. penult. alias esset irrisio, si publicatio alibi fieret. si enim Scotus vult contrahere cum Scota, non esset ibi, qui de eorum consanguinitate testificari sciat.

Nono quæro, quid si volentes contrahere matrimo-
22 nium, alibi habent antiquam habitationem, † & alibi modernam, dicit Innocent. quod vtrobique sicut edicta: nam in primo loco melius scient gradus consanguinitatis. In secundo loco melius sciunt, an in alio contraxerint, refert tamen quosdam dicere, & non male, quod licet tutũ sit vtrobique nunciari, tamen sufficit ad hoc, vt filij non dicantur illegitimi, quod fiat vbi est antiqua habitatio, quia hæc constitutio nõ iudicat illegitimos propter cessationem denunciationis, nisi illos, qui in casu prohibito sint coniuncti, deinde Inno. refert alios dicere idem esse de impedimento, per capit. ex tenore, qui fil. sint legit. vbi dicitur, quod ad hoc, quod filij sint legitimi, oportet quod matrimonium contractum post aliud matrimonium præcedens sit contractum in facie ecclesiæ altero coniugum ignorante prius matrimonium contractum, sed vbi non sit publicatio secũdum tenorem huius Decr non dicitur matrimonium contrahi in facie ecclesiæ, ergo nec filij sunt legitimi secundum præcedentem opinionem, scilicet quod hæc decret. habeat locum solum, quando adest impedimentum consanguinitatis, tenuit Vinc. infra qui fil. sint legit ex tenore. & Goff. in summa huius tituli. sed Host. tenet, quod ista Decretalis habeat locum in quocunque canonico, quia eadem est ratio, ergo idem ius. de consang. & affin. tua & sic tenet opin vlt. scilicet quod filij erunt illegitimi, & si sit aliud impedimentum, quam consanguinitatis. & hanc opinionem sequitur dom. Cardin. in decima quæst. & dicit ipsam veriorem idem etiam tenet Ioan. And. & But. in dicto cap ex tenore, qui fil. sint leg. & ibi est tex. de hoc, & ibi dicam. dicam etiam in c. j. de eo qui dux. in mat. quam polluit. Et ex hoc sequitur secundum dom Cardin vbi supra, quod verior est opin. quod vtrobique debeant fieri edicta.

Decimo quæro, quid si volentes contrahere matrimonium non habent consanguineos in loco habitationis an-
23 tiquæ. sed alibi in pluribus locis, an vbique † oportebit fieri publicationem, seu edicta proponi in vno loco. & dicit Innoc. quod ab initio debet adhiberi multa diligentia, ex post facto autem negligentia potest tolerari, vel excusari. Abb. autem dicit quosdam episcopos obseruare, quod ad contrahendum matrimonia non admittant extraneos, nisi a suo iudice habeant litteras testimoniales. pro quo no. de eo qui duxit in matri quam pol. c. .... & Abb Sic. dicit, quod esset optimum obseruare, & dicit, quod satis est de mente huius litteræ. cum respectu forensium non possit prouideri per edicta: nam sæpe contingit, quod plures habentes vxores in partibus se conferunt ad partes remotas, & ibi denuo matrimonium contrahunt, sicut de facto sæpe videmus, alia quæ restant, expediam post glo. tertiam.

In glo. 3. Hostien. dat alios modos, & tandem dat regulam
24 generalem, dicens, quod † omne matrimonium contractũ contra prohibitionem ecclesiæ specialem, & generalem, tacitam, vel expressam, vel contra formam a iure datam dicitur clandestinum quo ad effectum, vt subsistente impedimento proles sit illegitima, & pœnitentia contrahentibus indicatur, & sic habet locum pœna huius cap. Et bene nota verba Hostiẽ quod vbicunque quis post prohibitionem ecclesiæ qualiscunque sit, contrahit matrimonium, vel non seruata forma cõtrahendi, quæ est data a iure quodcunque sit impedimentum, etiam si sit aliud impedimentum, quam consanguinitatis, filij sunt illegitimi, & habet locum pœna huius cap. & hoc dictum communiter sequuntur Docto & sic non est vera opinio illorum, qui dicunt, quod pœna huius Decretalis, quod filij sint illegitimi, solum habet locum, quando est impedimentum consanguinitatis, ibi habet locum quodcunque sit impedimentum, & qualitercunq; contrahatur matrimonium contra prohibitionem ecclesię, vel contra formam a iure datam. dixi supra in 9 quæst. & probatur in c. ex tenore qui fil sint legit.

25 Sed aduerte, in multis locis † non seruatur hæc denunciatio, de qua in littera. Vnde quæro, an dicatur matrimonium clandestinum. Ioan. And in addit Specul. eodem tit. in princ & originaliter sunt dicta Oldradi suo consil. 256. & ibi concludit Ioan Andr. quod dummodo contractum sit matrimonium in facie ecclesiæ. non potest ex aliis appellari clãdestinum. pro hoc ca. constitutus. de conuer. coniug. & licet verbum ecclesia, sumatur multipliciter, vt notat glo. in capit fin. ne prælat. vices sua & 7. quæst. 1. si ille. tamen inter cæteros modos sumitur pro collectione fidelium. de consecr. distin. 1. ecclesia contrahens ergo coram multitudine. secundum patriæ consuetudinem non dicitur clandestine contrahere, sed in facie ecclesiæ. & hoc etiam sentit Innoc. & communiter Doct. sequuntur. Sed dicit Abb Sic. quod hoc habet pro indubitato. vbi non est consuetudo, quod mittantur edicta, sed dicit esse dubitandum, vbi esset consuetudo, quod mitterentur, vtrum tunc habeat locum pœna huius capit. si quis contraxerit in facie ecclesiæ non præmissis istis denunciationibus, & dicit se credere, quod non, licet hæc glo. sentiat oppositum. & idem sentit glo in §. si quis vero. super verbo. clandestina. nam non potest dici matrimonium clandestine contractum, ex quo in facie ecclesiæ contrahatur nemine prohibente, maxime cum proponere ista edicta sit officium sacerdotis, & non contrahentium, & per hoc dicit Abb Sicul. quod multum aperitur intellectus huius capituli. & istud est de mente Ioan. And. & Doct. & probatur in c. 2. § si quis vero. in princ.

26 Extra glo. quæro, nunquid hæc † consultatio excuset filios ab illegitimitate, si postea appareat aliud matrimonium contractum publice ante hoc secundum, facias quatuor casus ex verbis Innoc.

Primus, quando erat data sententia diuortij super primo matrimonio, nec fuit appellatum, & sic erãt separati coniuges. & hoc casu dicit Innoc quod filij sunt legitimi, quia excusatur mulier contrahens scienter cum ipso, ex quo erat facta separatio per ecclesiam, dato quod pęna retractetur sententia diuortij, quod fieri potest ex causa. de re iudic. tenor. Excusatur enim qui habuit probabilem causam erroris, & hoc communiter sequuntur Doct.

Secundus casus est, quando secundum matrimoniũ fuit publice contractum cum habente aliam vxorem muliere probabiliter ignorante primum matrimonium & hoc casu dicit Innoc. quod ipsa non erat in peccato, neque filij erunt illegitimi, quia ab impedimento excusat filios matrimonium secundum publice contractum simul cum ignorantia mulieris, quia ambo simul interuenire debent, qui fil. sint legit. ex tenore Et no. quod Innocen. hic sentit, quod illa Decret. habeat locum. etiam si sit aliud impedimentum, quam consanguinitatis.

Tertius casus est, quando mulier secundo contrahit cum habente aliam vxorem non lata sententia diuortij inter virum, & primam vxorem, & contrahit clandestine Innoc dicit videri, quod si mulier probabiliter credebat, quod primum matrimonium esset illegitime separatum, nõ peccat, nec filij sunt illegitimi, vt supra de spon. cum Apostolica sed Innoc hoc non tenet: nam ex quo mulier sciuit virum habere aliam vxorem, non debet contrahere cum eo, vel ei credere super separatione matrimonij, nisi per veritatem hoc sciat, argum de sponsa in præsentia & ad c. cum Apostolica.

respondet

respondet Innoc. quod licet ibi ignorantia excuset mulie-
rem quantum ad hoc, vt possit postea contrahere cũ ea non
obstante, quod de ea ducenda fidem dederit persona viuen
te, non tamen filios defendet ab illegitimitate. Sed Gaspar
Calder. & dominus Cardin. in 15. quæstio dicit, quod in ca-
pitulo, cum Apostolica, non apparet, quod cum secunda
contraxerit non seruata solennitate, & secunda mulier ibi
ex toto excusatur, quia primum matrimonium non tenuit.
Butr. autem simpliciter transit cum Innocent. Ego puto,
quod si contraxisset in facie ecclesiæ, quod filij essent legi
timi, & hoc voluit Innoc. dum dicit, quod de secundo ma-
trimonio non fuit facta publicatio in ecclesiis, & ita etiam
refert dom. Cardin. in 13 quæst. vnde si putasset primum ma
trimonium legitime dissolutum, & contraxisset in facie ec
clesiæ non impediente aliqua prohibitione filij essent legi-
timi, vnde puto idem, quod in casu præcedenti.

Quartus casus est, quando mulier sciuit primo matrimo
nium contractum, & nihil sciuit de separatione, vel audiuit,
sed solum publice contraxit. & hoc casu dicit Innoc non ex
cusatur mulier a peccato, nec filij erunt legitimi, si postea
apparebit primum matrimonium esse legitimum, & nun-
quam per ecclesiam separatur: debuit enim diligentius quę
rere, an posset legitime contrahere cum isto viro, quæm per
solam publicationem, ex quo sciebat ipsum habere aliam
vxorem. ad hoc supra, vt lite non contest. quoniam frequen
ter § sinautem & de sponsa in præsentia & 14 quæst. 2. cum
27 per bellicam. Publicatio † enim quo ad alia impedimenta
præter consanguinitatem, modicum operatur, nisi quia fa-
cit aliquando præsumi, quod si crederet aliquod impedi-
mentum subesse, non fecisset matrimonium per ecclesias
publican, sed hæc præsumptio, si publice sciebatur, quod
cum talia contraxerat. ff de iu. & fac. ignor. regula. & hoc est
verum, secundum Innoc. quod præsumitur scientia. ex quo
publice sciebatur de primo matrimonio, quando erant in-
uicem noti, sed si vnus erat de vna prouincia, alter de alia,
fortius præsumeretur probabilis ignorantia, & hoc quando
esset dubium, an secunda sciuisset, vel ignorasset, aliam ha
bere vxorē. & pro hoc videbo. tex. in c cum in tua. qui mat.
accus. poss. & dicit Innocē. quod hæc secunda mulier debet
quærere, sententiam diuortij, debet intelligi Innoc quod fe
ratur sentētia diuortij inter virum, & primam vxorem, quia
per sententiam diuortij declarabitur matrimonium secun-
do cōtractum valere, & per consequens filios esse legitimos
ad hoc cap. cum Apostolica. cum ibi not. supra de spons. &
quod videbitis in cap. accepisti infra tit seq sed si non profer
tur sententia diuortij, ex quo primum matrimonium con-
stat esse contractum ante secundum, præsumitur secūdum
matrimonium nō valere, & per consequens filios non esse
legitimos. Innoc. in omnibus bene dicit, & communiter te
netur per Docto. excepto dum dicit, quod publicatio modi
cum operatur quo ad alia impedimenta præter consangui-
nitatem: nam idem est de aliis impedimentis, vt dixi supra
in 9 quæstio.

In glos. in verbo, qui voluerit. hæc glos. diuiditur in duas
partes.

In prima parte colligit notabile ex tex.

ªIn secunda quęrit, & respondet secunda ibi, sed pone.

In prima parte gl bene dicit, & no. ipsam. Sed quęro pro
28 eius declaratione, an vno † accusante matrimoniū, & defi-
ciente alius audiatur, volens accusare matrimonium. Vin.
dicit, quod non. quia vno agente popularis actio consumi-
tur. ff. de procur. l. non cogendum § qui ita. sed melius pro-
batur in l. 3. ff de procur. nisi alius velit docere de collusio-
ne. vt in dictis iuribus, vel secundum dom. Cardin. nisi alius
superueniens suam causam prosequatur ignorãs accusatio-
nem ab alio institutam ff. de accusat. l. si cui. § iisdem. & no.
glo in cap. de his de accusat. Dicit enim Vincen quod actio
popularis consumitur per delationem iuramenti: puta si
deferatur iuramentum reo, qui iurat se nihil commisisse, vt
in l. eum qui. § in popularibus. ff. de iureiur. Gasp. Calder. te-
net contrarium, & dicit, quod alius admitteretur propter
periculum animæ, quia nec sententia transit in rem iudica
tam in causa matrimoniali, de re iudic. lator. & cap tenor.
& cap. consanguinei. & idem dicit Butr. Sed dom. Cardin. in
24. quæstio. dicit, quod in hoc est standum. cap. cum in tua.
qui matr. accus. poss. & secundum illud poterit alius admitti,
si subest causa rationalis, alias non. Sed pro concordia dic.
quod aut est præfixus terminus ad denunciandum impedi-
mentum, & tunc non admittitur alius, nisi in casu ca. cum
in tua. vel nisi iste alius comparuisset infra terminū, & quia
fuit præuentus ab illo, qui ante accusauit matrimonium, ip
se cessauit accusare, vel quia consanguineus comparuit, &
exclusit extraneum ab accusat. nam vt dicit glo. consangui-
nei volentes accusare matrimonium, debent præferri extra
neis: nam tunc assignatio termini sibi non obstat, ex quo
non potest negligentiæ imputari. aut nullus terminus fuit
præfixus, & tunc indistincte admittitur alius, ex quo senten
tia non transit in rem iudicatam, & sic debet intelligi Butr.
hoc tamen intellige, secundum quod dicit Innocentius in
capitulo, tenor. de re iudicata, & dicam statim in sequenti
parte glo.

In secunda parte glo Gasp. tenet contra glo scilicet quod
admittantur propter periculum animæ ad accusationem
matrimonij. sed dom. Cardin. in 18 quæst. dicit, quod etiam
si cesset periculum animæ, ex quo non est præfixum tēpus
ad opponendum, semper debent admitti opponentes, argu-
men. dicti c. cum in tua. a contrario sensu But dicit idem,
quod Gasp. scilicet quod admittantur, quia sententia non
transit in rem iudicatam in causa matrimoniali, nisi vel-
imus dicere, quod non transeat in rem iudicatam quo ad
ipsos coniuges, sed bene quo ad extraneos, & ista esset no-
tabilis limitatio, si esset vera ad iura dicentia, quod senten-
tia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam. sed
But. dicit, quod ista limitatio sibi non placet ratione peccati
ti. & idem tenet Abb Sic. & tenuit Inno in cap tenor. de re
a iudic. ª Tamen Abb Sic dicit, quod iudex non debet admit-
tere talem, nisi præmissa causæ cognitione qui viderit eum
rationabiliter moueri, allegat notabile dictum Innoc. in di
cto cap tenor. vbi Innoc. dicit, quod licet sententia in causa
matrimoniali non transeat in rem iudicatam, non debet
quis volēs cōtrauenire indifferenter audiri, ex quo lapsum
est tempus appellandi, sed tunc demum augetur cum iusta
causa mouerit iudicem ad audiendum illum, qui petit sen-
tentiam reuocari. Et dicit Abb Sic. quod aliqualis suspitio
generatur contra tacentem, & sic in alia causa non admit-
teretur, & sic sentit, quod dom Cardin non dicat verum. In
causa autem matrimoniali dicit, quod optime procedit di-
ctum Gasp Calder ex quo edicta non præcesserunt. facit ca-
pit fin qui matrim. accusare poss. & ideo tene opin. Gaspar.
quia etiam But. tenet ipsam. Sequitur § si quis vero.

A D D I T I O.

a ¶ Adde ea quæ notat Dominus meus in cap. tua. in secundo notabili, in-
fra tit. proximo.

S V M M A R I V M.

1 *Filij nati ex clandestino matrimonio in gradu prohibito etiam ignoranti*
bus parentibus sunt illegitimi.
2 *Pęna matrimonij illegitimi est, vt filij sint illegitimi.*
3 *Ignorantia affectata non excusat.*
4 *Impedimentum matrimonij reddit filios illegitimos, etiam quod matri-*
monium in facie ecclesiæ sit contractum.
5 *Delictum vnius quando alteri noceat.*
6 *Legitimus quis pro parte, & pro parte illegitimus esse non potest.*

1 §. Si quis vero. Si in gradu † prohibito matri-
monium clandestinum, vel con-
tra interdictum, de quo supra fuerit contractum etiam per
ignorantes de impedimento filij nati sunt illegitimi idem si
ambo parentes sciunt impedimentum, licet in conspectu
ecclesiæ matrimonium contrahant, hoc dicit, vsque ad
§. sane.

2 Nota primo pœnam † matrimonij clandestini, quia filij
sunt illegitimi, dato quod parentes ignorauerint impedi-
mentum matrimonij.

3 Nota secundo, quod † ignorantia non excusat, quando
est affectata, concordat cap. Apostolicæ. de cler excommu-
nici & de tempo. ordin. cap. eos. lib. 6. & in Psalmo, noluit
intelligere, vt bene ageret, & quę dicatur ignorantia affecta
ta, vide glo. in dicto cap eos. & in clem. j. in glo. de consang.
& affin.

4 Nota vltimo, quod quando contrahentes sciunt † impe-
dimentum filij sunt illegitimi, dato quod matrimonium sit
contractum in faciem ecclesiæ, & sic patet, quod vbi agi-
tur de pęna defectus natalium delictum patris nocet filio.
5 Et si vis scire, quando delictum vnius † nocet alteri, vel quo
ad pœnam temporalem, vel quo ad pœnam censuræ eccle
siasticæ, vel quo ad pœnam ęternam. vide glo. notab. 1. quæ
stio. quarta, in summa & 24. quæst. 3 in summa. Dom autem
Cardin. inducit simile, inquantum tex dicit, quod non excu
santur contrahentes in facie ecclesiæ, quando sciunt impe-
dimentum, quod licet constitutio non liget, nisi post duos
menses

menses lapsos post publicationem, tamen scientes ligat statim argum. regulæ, cum qui certus est. de regu. iur. in 6. & de hoc vide bo. glo. quæ hoc dicit in cap. 2. in verbo, hactenus. de rebus eccles. non alien. & de materia, quando liget constitutio. dic, vt in cap. 2. de constit. & in data 6. & in proœ. clement. in glo. in verbo, de cætero.

In glo. prima. dic, quod ista glo. non dicit verum: inquantum vult, quod matrimonia dicuntur clandestina, vbi non interuenit denunciatio, dixi in principio capituli super glo. tertia.

In glo in verbo, si ambo. dom. Cardin. dicit, quod prima opi. glo. procedit, si agitur de pœna imponenda contrahentibus. pro hoc, quod not. glo. in clem. vnica in verbo, scienter, quæ incipit, ignorantes. de consang. & affin.

Secundo nota opinio. quam tenet glos. procedit quo ad legitimitatem prolis, & probatur in capit. ex tenore. qui fil. sint legit. & ibi hoc tenet glo. & idem dixit glos. 34. q. 2. cum per bellicam.

5 Item nota istam glo. quod quis † non potest esse pro parte legitimus, & pro parte nõ, sicut quis non potest esse pro parte liber, & pro parte seruus. & ista glo. facit ad quæstio. quod filius spurius non possit legitimari cum hoc, quod possit petere legitimam in bonis patris, quod si hoc posset fieri, sequeretur quod esset in parte legitimus, & in parte non legitimus, & hoc tenet Butr. in capitulo, per venerabilem. qui fil. sint legit.

In eadem glo. prope finem, ibi. ff. de sta. liberis. l. si duobus. antiqui allegabant. l. duobus ff. de liber. causa. & illa melius facit. Sequitur §. sane.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes contemnentes prohibere matrimonia interdicta puniuntur, & qui interfuerunt.*
2 *Coniunctiones illicitas non prohibens, suspenditur a beneficio.*
3 *Suspensus ab officio, an intelligatur suspensus a beneficio.*
4 *Contrahentes in gradu prohibito matrimonium puniuntur.*
5 *Pœna contrahentium matrimonium in gradu prohibito est arbitraria.*
6 *Pœna de suspensione facienda in sacerdotibus non prohibentibus illicitas coniunctiones, an possit limitari.*
7 *Matrimonia clandestine contrahentes, an debeant absolui, vel possint citra sed. Apostolicam.*
8 *Inferior a Papa an possit dispensare, vbi suspensio est facta ad certum tempus.*
9 *Opponere impedimentum matrimonio malitiose, quando quis dicatur.*
10 *Citatus an & quando teneatur comparere, & a iudice possit puniri.*

1 §. Sane. † Sacerdos qui contempserit prohibere matrimonia interdicta, & quilibet clericus etiam regularis interfuerit per triennium a beneficio suspendatur, & si culpa exegerit grauius punitur ipsi etiam contrahentes contra hoc cap. sunt legitimè puniendi, & idem de calumniose denunciantibus, hoc dicit.

2 Nota primo pœnam Sacerdotis non † prohibentis tales coniunctiones, & clericorum, vel regularium interessentiũ talibus matrimoniis, quia debent suspendi ab officio per triennium.

Nunquid autem sint suspendendi etiam a beneficio. vide glo. magnam, in cle. cupientes in glo. mag. de pœn.

3 Et nunquid † suspensus ab officio, intelligatur etiam suspensus ab administratione. vide glo. & Doct. in cle. j. in verbo, officiis, de decimis & in clem. j. in verbo, suspensionem. de priuileg.

4 Nota vltimo pœnam contrahentium, † quia licet cõtrahant in gradu concesso condigna eis pœnitentia venit imponenda: ex quo nota casum, in quo contrahentes matrimonium licitum puniuntur, & hoc est, quia illicite contrahũt non seruata forma huius cap. nam non sufficit facere bonũ, nisi fiat bene. vt infra de collu. capit. j. & ibi de hoc in glo. 2.

5 Quæ autem sit pœna, † dic, quod est arbitraria, ex quo nõ est determinatum, argum. in dicto cap. de causis de offic. de leg. & imponetur per episcopum, quia iste est de casibus reseruatis episcopo, de quo vide glo. quæ etiam ponit alios casus reseruatos episcopo, in capitulo secundo, de pœniten. & remiss. in 6.

Sed quæro, quando dicatur Sacerdos contemnere dom. Cardin. in secunda quæstione dicit, quod cum ad aure Sacerdotis peruenit, & tacet, censetur contemnere. 43 d. sit rector. punitur ergo non solum, si in est matrimonio, sed etiam si abest, si non prohibet. ad hoc, infra de reg. iur. cap. penult.

Secundo quæro in eo, quod dicit tex. de suspensione facienda

6 da per triennium, an super hoc possit † fieri aliqua limitatio. videtur quod non, ex quo expresse non permittitur a canone, vt dicitur in cap. dilectus. de tempor. ordin. vbi est optimus text. in materia dispensationis, hoc est, an inferior a Papa possit contra canonem dispensare. Item hæc pœna imponitur a iure ministerio hominis Hostien. dicit esse verius, quod ab initio possit limitari, & prolongari, & etiam expost facto dispensari, de re iudic. quod ad consultationem. & § no. de appell. cum sit Romana. & hoc præsupposito, quod possit dispensari, dicit Host. hoc esse verum nisi statutum legati obuiet, quod talem dispensationem reseruet sedi Apostolicæ: nam in aliquibus locis sunt constitutiones legato-

7 rum dicentes, quod clandestine † contrahentes matrimonium, vel suam præsentiam exhibentes citra se. Apostolicam minime absoluantur, quæ constitutiones durant etiam finito officio legationis, de officio deleg. cap. fin. sed dom. Cardin. in hoc §. in quarta quæstio quod talis constitutio legati solius non tenet, quia non potest facere perpetuum præiudicium diœc. de confirm. vti. vel inut. cap. fi. dicit etiam Host. quod in casu premisso non potest dari licentia celebrandi isti suspenso, cum sit in mortali peccato, de cohab. clerico. & mulier. cap. fin. dicit dom. Card. hoc verum stante suspensione, alias secus. dicit etiam Hostiẽ. quod vbi est dicta constitutio, cum ordinarius non possit absoluere, multo minus proprius sacerdos, & dicit, quod etiam de aliis peccatis non debet absolui, licet consilium possit ei dari, de pœnit. & remiss. capit. quod quidam. dicit vlterius Hostien. quod in loco prædicto non absoluet inferior a Papa etiam mulieres, maxime principaliter, si sunt in culpa, quia clandestina matrimonia communiter fiunt coram eis, & quia fieret fraus cõstitutioni, si coram mulieribus tantum contraheret matrimonia clandestina. Nec obstat cap. mulieres. de senten. excomm. quia loquitur in alio casu. item ibi expresse hoc permittitur, & hoc tene menti pro declaratione illius cap. mulieres. nam dicit Hostien. quod excepto casu illius capituli, vbi masculus non potest absolui nisi a Papa, etiam mulier non poterit absolui, & quod illud cap. procedit propter expressam permissionem, & sic vbi non reperitur expresse permissum, idem est iudicium de muliere, quod de masculo dom. Cardin. sequitur Hostien. exceptis illis, in quibus dixi ipsum aliter dicere sed But. in omnibus sequitur Hostien. dicit tamen, quod tales non sunt excommunicati, licet in aliquibus locis de consuetudine, sicut excommunicati vitentur, quæ consuetudo seruanda est, quia facilius eos inducit ad satisfaciendum, quod tene menti. In cæteris teneo illud, quod supra dixi. Sed dubito in eo, quod dicunt Doct. quod episcopus potest absoluere, & dispensare circa suspensionem huius canonis: nã vbi suspensio fit ad tempus certum, non potest inferior a Pa-

8 pa † ab ipsa absoluere de quo omnino vide glo. in clem. j. ad fin. in verbo, suspensionis. de hæret. & in cap. cupientes. § cæterum. in glo. quæ incipit, est ergo. de electio in 6. Sed potes dicere, quod illæ glo. loquuntur, quando quis incurrit ipso iure sententiam suspensionis, secus quando per sententiam sui ordinarij ex dispositione canonis esset suspendendus ad tempus, quia tunc ista est suspensio facta per ordinarium, licet ex mandato iuris ad hoc. cap. licet. de offic. ordin. & sic ordinarius potest ab ipsa absoluere, vel circa ipsam dispensare, vel aliter, vbi suspensio fertur propter delictum, super quo potest episcopus dispensare, potent circa suspensionem temporalem dispensare, & hoc tenuit Abb. Sicu. in cap. 2. de solut. Sed circa illud delictum, de quo loquitur tex. intelligitur episcopo permissa dispensatio, ex quo est minus, quam adulterium, vt in c. at si clerici § de adul. de iud. Et de ista materia, an inferior a Papa possit absoluere a pœna suspensionis, vel circa ipsam dispensare, dic vt per glo. & Doct. in d. clement. 1. de hæret. & plene per Ioan. de Imo. post Ioan. de Ligna. in clemen. 1. super glo. in verbo, pœnam. de rebus eccles. non alienan. & per Doctores in cap. 2. de solutionibus. & in dicto capitulo, cupientes. §. cæterum. super glo. quæ incipit, est ergo.

Quæro vltimo in versicu. si quis autem. quando dicatur

9 quis † opponere malitiose impedimentum Host. dicit, quod quando scienter opponit falsum impedimentum quamuis legitimum, dicitur malitiose opponere & dicit Hostiẽ. quod hoc apparebit eo ipso. quod non iurat, vt quia deierat, vt quia confitetur postea illud contra quod iurauit quo casu dicit Host. quod quantum ad pœnitentiam sibi iniungendam est credendum ei, licet alias non credatur de testi. sicut & dicit, quod in probando impedimentũ est credendum sacramento denunciantis habito respectu ad qualitatem personæ. de spon. præterea 2. etiam si aliter non probet. hoc. j. de homic. significasti. in fi. & hoc est casuale, vt occurratur priuilegio

anima-

animarum, alias enim sibi non creditur, de do & contuma. finem litibus. & 6 q. 2. si tantum. & cap. sequen. & hoc etiam sequitur dominus Cardin. in hoc versiculo, si quis autem. in vltima quæst.

In glo. in verbo, tales. Pet. & Abb. exponunt, si clandestinas, quod probant per sequentem versiculum. vbi etiam in gradu concesso sed dom Cardin. in hoc §. in prima quæst. dicit, quod verior est expositio glo. nam supra in princ. cap. solum præcepit, quod sacerdos interdicat, quando apparet probabilis coniectura contra copulam, hoc ergo cessante, si non interdicit clandestinas desponsationes, non facit cōtra hoc cap. dicit tamen, quod quantum ad versicu. sequentem litera ibi, taliter copulari, potest exponi vtroque modo, idē siue fiat clādestine etiam cessante interdicto sacerdotis, siue contra interdictum sacerdotis: nam primo casu, si quādo contraxit clandestine, sufficit interdictum huius litteræ in eo, quod in princ. cap. interdicit clandestina coniugia, etiam si esset interdictum sacerdotis, mihi videtur, quod expositio glo sit vera, sed etiam est vera expositio Pet. & Abb. & hoc patet in princ. cap. prohibentur sacerdotes interesse matrimoniis clandestinis item quia versic. sed is qui taliter, qui est in hoc § sane necessario debet intelligi de contrahentibus, vel clandestine. vel contra interdictum ecclesiæ, & ita exposuit dom Cardin vt proxime dixi sed in isto versic. dicitur taliter copulari &c & sic loquitur de eodem casu, hoc est de eisdē coniunctionibus matrimonialibus, vnde quemadmodum iste versic intelligitur de matrimoniis clandestinis, vel contractis contra interdictum sacerdotis, ita etiam debet intelligi versic præcedens, dum dicit, tales coniunctiones, & hoc probo apertiori ratione: nam iste tex in §. sane. refert se ad § præcedentem, hoc est § si quis vero, hic patet. dum dicit, tales coniunctiones non determinando expresse, quæ sint istæ coniunctiones. Nec obstat, quod sit facta diuisio per § quia propter expressam relationem quæ comprehenditur, dum dicit, tales coniunctiones, apparet, quod iste tex. retulit se ad superiora. ad hoc vide tex. cum glo. sin clem. 1. in verbo, præmissis. de foro compet. & in clemen tamen, in verbo, vt præfertur. de elect. sed in §. si quis vero, loquitur de matrimoniis clandestinis, vel contractis contra interdictum sacerdotis, vnde eodem modo debet intelligi primo § sane. ex quo refert se ad superiora, & ita mihi videtur veritas.

In glo. in verbo, condigna. glo. bene dicit.

In eadem glo. in fi. vide glo fin & ibi per Doct. in capit. veniens de accusat & per glo 3 quæst. 2. si episcopus. in quibus
10 habetur, an & quando citatus † teneatur comparere, & an semper possit iudex punire non comparentem, vide in dictis locis, & quid de eo qui citat tanquam delegatus, nec mittit originale rescriptum delegationis, nec eius copiam inserit in citato, an teneatur citatus comparere. dic vt in c præterea. de dilat & in c. cum in iure. de offic. deleg.

In glo fin. glo bene dicit, sed Vinc. dicit, quod tenetur ad interesse, de sent. excomm. sacro, de iure patron pastoralis. sed dom Cardin. dicit, quod tenetur ad interesse, & nihilominus ad pœnam. & qualis sit pœna, dic vt in glo. quæ bene dicit. & istud facit, quod in causa criminali debeat succumbens condemnari in expensis de quo dic, vt per Bart. in l. 1. ff. ad Turpill. & per Cyn. & alios Doctor. in l. qui crimen. C. qui accusare non possunt.

De sponsa duorum. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iura partium obscura pro reo interpretantur.*
2 *Vxores habere duas, nunquid contra legem sit.*

¶Supra visum est de duabus speciebus sponsalium, manifestis, & clandestinis, sed quia quandoque quis contrahit successiue bina sponsalia cum diuersis mulieribus, & econuerso mulier cum diuersis viris, & posset dubitari, quæ præualeant, ideo post præcedētem Rubricam subiicit istam. vel secundum But. huius libri compositor prosequitur aliud impedimentum accidentale, scilicet quando contrahit cum duabus, vel econuerso, de materia habetur 27. quæstio. 2. in princ. & in fine.

Quærit Innoc. hanc Rubricam, quid si æqualiter probatur de duobus matrimoniis, quod matrimoniū præferatur alteri, vt habeas mentem Innoc. tres sunt casus.

Primus est, quando aliquis petit aliquam in vxorem, & aprobat, quod cum causa contraxit per verba de præsenti, mulier autem probat, quod cum alio contraxit per verba de præsenti, neque probat aliquid de tempore anteriori. & hoc casu dicit Innoc quod mulier absoluetur, quia vbi ob-
1 scura sunt † iura partium pro reo interpretantur, de fide instrumen. inter dilectos. ff. de regulis iuris, fauorabiliores. In contrarium facit cap cum tu. supra de testibus sed responde, vt ibi notatur.

Secundus casus est, quando duo agunt contra eandem mulierem, & de vtroque constat simul, quod cum ea contraxerunt, nec constat de anteriori tempore pro altero, & Innoc. dicit sibi videri, quod mulier est absoluenda ab vtroque, vel potius deferenda est sententia quousque de anteriori tempore probetur. de hoc de testib. in nostra. vbi glo. dicit contrarium. sed dom. Cardin. dicit, quod primus est verus, allegat no. In cap licet causam. de probat.

Sed limita istum casum, & præcedentem, nisi probaretur de copula cum altero ipsorum, quo casu si nullo modo posset constare de anteriori tempore, iudicandum est pro illo, qui probauit copulam, vt dixi post Vinc. & Doct. in c. si inter. de sponsa.

Tertius casus est, quando potius constat de matrimonio pro vno, quam pro alio, quia forte alius non habet ita paratas probationes. & hoc casu dicit Innoc. idem sibi videri, scilicet quod differenda sit sententia, ne fiat præiudicium alteri matrimonio, argum. de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. super eo de frigid. cap j. vbi no & in cap. laudabilem. eo. tit. secus dicit Innoc. si ageretur de præbenda, vel de possessionibus, quia primo probanti iudicaretur res perita, quia victor præstaret cautionem ipsi reo de conseruādo ipsum indemnem respectu alterius petentis, vt in l. si, a quo cum l sequen ff de rei vendic. dicit Abb. Sic. quod dictum Innocē est bene notandum, quia ex eo colligitur notabilis limitatio ad l dicentes, quod res tradatur primo vincenti, seu primo probanti nam nisi posset sequi periculū animarum ex adiudicatione est differenda sententia, donec alius probauerit. Item scias, quod Gaspar Calde. hic late examinat, nunquid
2 sit contra legem naturæ, quod quis habeat duas † vxores, & an propter sterilitatem vxoris de lege naturæ liceat habere concubinam, hoc etiam tangit hic dom. Cardin. sed do. Iac. de Zoch. ad literam, refert verba Gasp. aliquid dicam in capitulo, gaudemus. de diuortiis.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum duabus cum prima de præsenti, & cum altera de futuro, adhærebit primæ.*
2 *Pactio omnis quantumcunque simplex, potest appellari fides.*
3 *Differentia inter fidem pactionis, & fidem consensus.*
4 *Sponsalia etiam sine iuramento obligant.*
5 *Copula extorquendæ stimulus, non vitiat matrimonium.*
6 *Matrimonium est magnum sacramentum.*
7 *Matrimonium per consensum valet, licet anulus non detur de consuetudine loci.*
8 *Matrimonium an requirat consensum oris, & cordis simul.*
9 *Contractus sponsaliorum sub illa conditione, si mecum coieris, an per primum coitum transeat in matrimonium de præsenti.*
10 *Sponsalia de futuro possunt contrahi conditionaliter, & pure.*
11 *Copula in dubio præsumitur licita, quia in dubio non præsumitur delictum, vbicunque quis promisit in vxorem ducere, si rem secum haberet.*
12 *Conditio, si te virginem reperiero, an in sponsalibus valeat.*
13 *Dictio, si, sumitur pro quia.*
14 *Manum stringere, est signum dilectionis.*

CAP. PRIMVM.

1 DVobus. Contrahens † successiue cū duabus, cum prima de præsenti. & secunda de futuro, adhærebit primæ, & non secundæ, sed si cum prima cōtraxerit de futuro, & cum secunda de præsenti, adhærebit secundæ, habetur pro palea. 22. q. 2. duobus. & idem dicit, quod c. tāi cur. & cap. si inter. supra de sponsa.

In prima ponit vnum dictum.

In secunda aliud declaratorium primi. Secunda iterum subdiuiditur in duo dicta. secunda ibi. fides autem.

2 Nota primo, quod omnis † pactio quantumcunque simplex potest appellari fides, vnde veniens contra promissionem, dicitur venire contra fidem per se præstitam, & sic capitur

pitur in l.j ff.de pact. & in l.j.ff.de conſtit.pecun. vbi dicitur,
graue eſt fidem fallere, & poteſt promiſſio appellari fides
ad inſtar religionis fidei noſtræ, quod ſicut credimus id, ꝙ
nõ videmus, ita in promiſſione credo te facturum id, quod
promiſiſti, licet non videam. ad hoc, facit l prima. ff.ſi cert.
petatur.
3 Secundo nota differentiam inter fidem pactionis, † & fi-
dem conſenſus, quia fides pactionis ſignificat ſponſalia de
futuro: fides vero conſenſus ſignificat ſponſalia de præſen-
ti, & ad hoc allegatur quotidie iſte tex.
Tertio nota ibi, non debet aliam ducere, tex quaſi expreſ
4 ſum, ſecundum Abb.Sic. quod ex † ſponſalibus ſine iuramen
to contractus quis obligatur ad matrimonium contrahen
dum de præſenti: nam vt hic patet concordando cum alia,
quia venit contra promiſſionem. ad idem eſt bo.tex. in c.de
illis. el j.in fi ſupra de ſpon.impub.
Quarto nota ibi, ſi promiſerit cum rem ſecum habere, ꝙ
5 ſtimulus copulæ † extorquendæ non vitiat matrimonium,
vel ſponſalia, quaſi non tollat libertatem conſenſus, vidiſtis
in c.veniens, el j & in c.tua nos ſupra de ſponſ.
6 Quinto nota ibi, tenet ſacramẽtum, &c quod † matrimo
nium eſt magnum ſacramentum Hoſtien dicit, quod quan
tum ſit ſacramentum matrimonij, oſtẽdit eius auctor, tem-
pus, & locus, in quibus eſt inſtitutũ, & eius firmitas, vt hic,
& infra cap proxi. & in cap.fin.infra eod. & infra de frigid.ca
pit.fin. & de eius ſignificatione dic, vt in capitulo, debitum.
de bigam.
7 Nota vltimo, quod tenet matrimonium † interueniente
conſenſu, licet ſecundum loci conſuetudinem non detur
anulus, ſeu non ſeruetur mos religionis, & hoc voluit dice
re iſta littera, dum dicit, & ſi non ſtringat manum &c.
Quæro in eo, quod dicit tex in fi. de conſenſu præſtando
8 corde, & ore, an vtrunque † requiratur ad hoc, vt ſit matri
monium Hoſtien & dom.Cardin. in verſi.eſt autem in 5.q.
dicit, quod primum requiritur: nam ſine conſenſu omnia
fruſtrantur, vt dicit tex.in cap.fin.infra eo & ſolus talis ſuffi-
cit quo ad ſubſtantiam matrimonij, de ſpon.cap j.
Secundum antem non præciſe requiritur, ſcilicet ꝙ ver-
ba debeant interuenire, de quo plene ſcripſi ſupra de ſpon.
cap.tuæ & per hoc dicit Hoſt quod ſi vir dicit mulieri, volo
te in vxorem, & ſi conſentis, oſculeris me. ſi oſculatur eum
eſt matrimonium, arg.de matr contracto contra interd ec-
cleſ c.j.& C.de donat ante nupt l.ſi a ſponſo.& hoc dictum
ſequitur Ioan.And & But & dom Cardin vbi ſupra dicit, ꝙ
iſte caſus eſt parum dubius & determinatur per gloſ.in cap.
ſi tuæ. Sed dubiũ eſſet, an ſine verbis interuenientibus, nec
ex parte viri, nec ex parte mulieris poſſit ſignis contrahi ma
trimo. de quo dixi in d c.tuæ.
In glo.in verbo, pœnitentiam. dic, quod pœnitentia erit
arbitraria. 26.q.7. tempora. Nec obſtat illud cap.ſi vir allega
tum per glo quia illud c. loquitur de eo qui contra votum
religionis duxit vxorem.
In glo.penult.in princ.ibi, pro non adiecta debet haberi,
9 & hoc teneas, licet quidam dixerint, quod † contractus ſpon
ſaliorum ſub illa conditione, ſi mecum coieris, per primum
coitum non tranſeunt in matrimonium de præſenti, ſed pu
rificantur, ſed per ſecundum coitum tranſeunt in matrimo
nium de præſenti, quod non placet Vincẽ. & communiter
Doct tenent, quod prima copula carnalis eodem momen
to purificet ſponſalia conditionalia, & faciat ipſa tranſire
in matrimonium de præſenti. & hoc probatur infra de con
dit.appoſ.cap.de illis.in fi glo. Gaſpar. Cald. dicit, omnes iſtæ
expoſitiones tendunt ad idem, vt ſit ſenſus, quod fides pa-
10 ctionis, ideſt ſponſalia † de futuro poſſint contrahi condi
tionaliter, & pure. Dicit tamen, quod Auguſtinus notanter
poſuit exemplum de illa conditione, ſi permiſerit rem tecũ
habere, vt per eam contrahantur ſponſalia, licet tempus ci-
ſe videatur, & ſic habeatur pro non adiecto. ſed dom.Card.
in verſi eſt autem. in 3. quæſt. dicit, quod non multum refert
quæcunque expoſitio teneatur dicit tamen, quod prima ex-
poſitio videtur eſſe magis de mente litteræ, & dicit, quod
licet iſta conditio, ſi permiſerit rem tecum habere, debeat
intelligi de legitima, & ſic videatur tacite ſubintelligi, ſeu
ineſſe, non tamen ita ineſt ſponſalibus ſicut matrimonio, &
ideo talia ſponſalia fuerunt conditionalia. Et ex hoc nota,
quod vbicunque quis promittit aliquam accipere in vxo-
rem ſi promiſerit rem ſecum habere, in dubio intelligitur
11 de copula † licita, quia in dubio non præſumitur delictum,
argum de præſump. cap fin & in l.merito.ff pro ſocio.& in
cap j infra de reg iur. Quod autem ſi quis contrahit ſponſa-
12 lia ſub iſta † conditione, ſi te virginem reperero, vel ſi in
primo coitu mihi placebis, dic quod talis conditio habe-
tur pro non appoſita tanquam turpis, vt dicit Innoc. & Do-
ctores in capit.de illis. infra tit.primo.
Vlterius nota iſtam gloſ. quia quotidie allegatur, quod
quando exprimitur conditio, quæ tacite ineſt, ſtat cautari-
13 ue, & hortatiue, & tunc † dictio, ſi, ſumitur pro quia. vide
glo 3. diſt.priuilegia quæ dicit, quod verba poſita in reſcri-
pto intelliguntur cauſaliter potius, quam conditionaliter,
& propter hoc dicit, quod ſi in priuilegio reperitur ſicut iu-
ſte poſſides: intelligitur, ideſt quod iuſte poſſides, & ſic ver-
bum ſicut, ſumitur pro quia, & hoc eſt, quia priuilegium eſt
priuata lex, & ſic debet eſſe certa. & de hoc vide in cap.Ab-
bate. de verborum ſignificat. & in capit.venerabiles. de con-
ſitu. vti vel inut.
14 In glo.fin. iſta glo. quotidie allegatur, quod ſtringere † ma-
num alicuius eſt ſignum dilectionis, & vide glo. in verbo, id
eſt dexteras. in cap fundamenta. de electio. in 6. Et no. quod
glo. etiam vult, quod immiſſio annuli ſit ſignum matrimo-
nij, de hoc dixi in cap fin. de deſpon.impub.
In eadem glo. ibi, vel forte. Innoc. dicit, quod eſt etiam de
mente glo. quod litera etiam vult dicere, quod ſi ſubeſt cõ
ſuetudo, quod quando matrimonium contrahitur mulier
annulo ſubarretur, tamen ſine hac conſuetudine tenet ma
trimonium ſolo cõſenſu interuenientibus verbis de præſen
ti Doct. aliqua tangunt, quæ per me in alijs locis ſunt exa-
minata, ideo me vlterius non extendo.

S V M M A R I V M.

1 *Vxor nunquam eſt qua ducitur, cum alteri deſponſata eſſet.*
2 *Sponſa appellari poteſt ea, cum qua per verba de præſenti contractum eſt matrimonium.*
3 *Contrahens matrimonium cum vxore alterius, qualiter ad eam habendam habilis fiat.*
4 *Mulier qua contraxit matrimonium cum duobus, efficitur infamis.*
5 *Pœna qualiter iniungenda eſt cuilibet peccato mortali.*
6 *Pœnitens cui propter peccatum mortale iniuncta eſt pœna ſeptem annorum, quid hoc temporis ſpatio agere debeat, vide.*
7 *Contrahens matrimonium cum illa, quam credebat vxorem alterius, licet vere non eſſet, an teneatur ad pœnitentiam agendam.*
8 *Electio mero iure valet licet vocandus, non fuerit vocatus ad electionem.*

C A. P. II.

x ACcepiſti. Alicui deſponſatam † ducens in
vxorem, nunquam in vxorem
habere poteſt, hoc dicit, & hoc clarius habetur
in capitulo finali. infra eodem. vel ſic, iuxta litte-
ram. Ponit pœnitentiam eius, qui alteri deſponſatam ac-
cepit in vxorem.
Nota primo ibi, deſponſatam, quod illa cum qua eſt con
tractum matrimoniũ per verba de præſenti ante carnis co-
a pulam poteſt appellari † ſponſa: nam iſte tex. loquitur de
ſponſa de præſenti, patet ex eo quia ſi fuiſſet ſponſa de futu-
ro, valuiſſet matrimonium cum ſecundo contractum, vt in
cap præceden. & ſupra de ſponſa. ſicut, & cap.penult. & vlt.
& hoc facit optime ſecundũ Abb.Sic. quod in ſtatutis odio
ſis appellatione vxoris, non veniat ſponſa de præſenti ante
traductionem, vel ante carnalem copulam. ad idem facit
cap.penult. & fin. infra eod tit. dixi in Rubrica de ſponſ. & in
c ex publico. de conuer.coniug.
3 Nota ſecundo, quod contrahens † matrimoniũ cum vxo
re alterius, inhabilitatur ad contrahendum matrimonium
cum illa, & hoc procedit duobus concurrentibus, quorum
ſi alterum defuerit, poterit cum ea contrahere poſt mor-
tem mariti.
Primum, quod requiritur eſt, quia neceſſe eſt, quod ſciat
illam eſſe vxorem alterius, alias non peccat, vt in c.lectum.
34.quæſt.3 de ſecun.nupt. cap.penult. & ſic poſſet eam ha-
bere in vxorem poſt mortem primi viri, vt in capitulo pri-
mo. & in capit. veniens, de eo qui duxit in matrimo. quam
polluit.
Secundo requiritur, quod cognouerit ipſam primo viro
viuente, vt in capit. fin. de eo qui duxit in matrimonium,
quam polluit per adult. & dixi in capitulo, cum Apoſtoli-
ca. de ſponſal.
Nota tertio, quod eccleſia imponit pœnitentiam publi-
4 cam ducenti ſcienter vxorem alterius, & dic, quod † mulier
quæ contraxit matrimonium cum duobus eſt infamis, vt
in l j in fi. ff. de his qui no. infam. & dicit Abb.Sic. quod cre-
dit, quod eccleſia poſſit imponere pœnam in foro iudiciali,
quia

quia isti abutuntur sacramento matrimonij, & sic commit-
tunt sacrilegium, sacrilegium vero est mixti fori, vterque
enim iudex, scilicet clericus, & secularis cognoscere potest,
de quo in capit. cum sit generale. de foro compet. & est tex.
iuncta glo. 3. 2. quaestio. 4. de Benedicto. hic autem Papa non
curauit de poena fori iudicialis, quia ad hoc non fuit actum,
sed per viam salutis, & consilij fuit Papa aditus.
Vltimo nota, quod pro quolibet peccato mortali regu-
lariter est iniungenda poenitentia septennis, de quo
5 vide bo. tex. cum glo. 33. quaest. 2. hoc ipsum. Intellige nisi Sa-
cerdos ex causa tempus abb. euiauerit, vt in ca. significauit.
& in cap. Deus. de poenit. & remiss. de poenit. dist. 1. quem poeni-
ter. & 26. qu. vlt. 7. tempora. sed dicit dom. Card. quod hoc
procedit respectu fori poenitentialis, quia poenitentiae sunt
arbitrariae, vt dictis iuribus, dicit tamen, quod non facile
debet recedi ab hac littera. In foro autem iudiciali dicit, quod
debet stari huic litterae. mihi hoc non placet, quia non est
verum, quod ista littera loquatur quo ad forum iudiciale,
immo quo ad forum poenitentiale, vt supra dixi, secundum
Abb. Sic. nam si fuisset actum in foro iudiciali non fuisset im-
posita poenitentia, sed poena quae debet imponi pro sacri-
legio.

Sed quaero, quid debet agere iste in hoc † spatio septem
6 annorum: nam tex. non aperit, sed dicit, quod debet poeni-
re cum septem sequentibus annis Per. & Abb dicunt, quod
in illo septimo ieiunabit feria sexta, vel aliquid aliud aget,
quod placeat confessori, & cum hoc communiter Doctor.
transeunt in illo c. hoc ipsum. 33. q. 2. Abb. Sic. dicit hoc esse
notandum, quia pro hoc patet qualiter debent intelligi om-
nia iura, quae imponunt poenitentiam per numerum die-
rum, vel mensium, vel annorum, non specificando modum
poenitentiae, quia modus poenitentiae, & hoc perpetuo nota-
bis: nam aliquando Papa in rescripto mandat aliquem age-
re poenitentiam trium, vel quatuor annorum propter grauita-
tem criminis: nam non intelligitur, quod quolibet die de-
beat ieiunare, immo in arbitrio confessoris pendebit quali-
ter debeat poenitere.

Secundo quaero, pone, quod aliqua non erat vxor legiti-
ma alterius, tamen alius accipiens eam in vxorem, putabat
matrimonium valere, & dom. Cardin. quod hoc debet sol-
uisper nu. in regula, cum quis in ius. de reg. iur. in 6. in quaest.
& dicit, quod erit matrimonium cum ea non obstante erro-
re, tamen contrahens † tenebitur ad poenitentiam, de qua
7 hic, si constat cum ita credidisse, quia quantum ad opinio-
nem suam commisit sacrilegium, sed quantum ad hoc, an
teneat matrimonium, quando quis credit subesse impedi-
mentum, quod impediat ipsum contrahere, cum tamen im-
pedimentum de iure ipsum non impediat contrahere ma-
trimonium, dixi in cap. cum Apostolica. de spon.

In glo. secunda ibi, argumentum contra, supra tit. proxi.
cap. 2. dic, quod illud contrarium non obstat, quia ibi matri-
monium tenuit, licet esset clandestinum, & ibi vide glo. fin.
quae soluit, & in fine glo. ibi, supra de electio. quod sicut dic,
quod quando fit electio aliquo non vocato, qui de iure est
8 vocandus, electio † mero iure valet, sed ille qui non fuit vo-
catus, potest agere de contemptu, & petere electionem cas-
sari, vnde non est mirum, si per suum consensum potest ap-
probare electionem, cum non sit nulla, sed annullanda ip-
so agente de contemptu.

In glo. fin. de hoc etiam habes in cap. accusasti. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de praesenti non soluuntur per subsequens matrimonium, etiam copula consummatum.*
2 *Consensus in matrimonio verbis in fari valentibus exprimi debet.*
3 *Matrimonium habet essentiam ex consensu, & copula carnalis nihil addit.*
4 *Papa potest reuocare sententiam sui praecessoris.*

CAP. III.

1 Licet. Sponsalia † de praesenti non soluuntur per sequens matrimonium etiam car-
nali copula consummatum, hoc dicit, & clarius
habetur in cap. penult. supra de sponsa. & in ca-
pit. fin. infra eo. Diuiditur in quatuor partes: nam in prima
ponitur decisa consultatio. In secunda responsio. In tertia
alterius dubij solutio. In quarta obstaculi remotio. secun-

da ibi, co[illegible]
quamuis aliu[illegible]
Nota primo[illegible]
2 sus in matrimonio c[illegible]
si valentibus & iisdem ve[illegible]
nult. de sponsa. sed Host. sup[illegible]
aequiualenti; nam iste tex. dicit [illegible]
ter accidit, quod verba interueniunt, [illegible]
de sponsa.

Nota secundo, quod matrimonium, † habet [illegible]
3 tiam ex solo mutuo consensu contrahentium, & sic [illegible]
lis copula nihil addit ad essentiam matrimonij, addit tamen
significationi, vt in cap. debitum. de bigam.
liem addit vinculum quo ad respectum extrinsecum, sci-
licet quo ad ingressum religionis, vt in cap. ex publico. de
conuer. coniug. & hoc respectu matrimonium consumma-
tum dicitur fortius.

Nota vltimo † Papam posse reuocare sententiam sui prae-
4 cessoris, & contrariam sententiam facere, etiam si senten-
tia praecessoris sit circa interpretationem iuris diuini, & sic
successor potest declarare ius diuinum, aliter quam praeces-
sor declarauerit, caetera expedientur in capitulo fin. infra
eodem. Sequitur capitulum, tua fraternitas.

SVMMARIVM.

1 *Appellanti in causa matrimoniali interdici debet, ne interim aliud matrimonium contrahat.*
2 *Iudex a quo potest interdicere appellanti, ne contrahat matrimonium.*
3 *Iurisdictio iudicis a quo per appellationem non suspenditur, adeo quin possit agere ea quae tendunt ad faciliorem exitum appellationis.*
4 *Appellatio datur etiam ab his sententijs, quae non transeunt in rem iudicatam.*
5 *Lite pendente matrimonij causa non licet ad aliud matrimonium transire.*
6 *Matrimonij contracti ante litis pendentiam non interdicitur vsus coniugij.*
7 *Actus factus contra interdictum, an valeat.*
8 *Actus factus contra legem, an valeat.*
9 *Causa prohibitionis quae perpetua, & quae temporalis.*
10 *Actus factus contra prohibitionem, quando valeat.*

CAP. IIII.

1 Tua fraternitas. Ei qui appellat † in causa matrimoniali
interdici debet, ne interim aliud matrimonium.
contrahat, & si contraxerat, separari debet,
hoc dicit.

Primo ponit thema.
Secundo praecipit fieri interdictum. secunda ibi, hoc arbi-
tramur. tertia ibi, & si contra interdictum.

2 Nota primo, quod poena ap. potest iudex interdicere † a
quo, ne contrahatur matrimonium, hoc probat tex. quia lo
quitur de iudice a quo est appellatum. Et sic no. quod non
3 suspenditur iurisdictio † iudicis a quo, quin possit agere ea
quae tendunt in faciliorem exitum appell. de quo vide bon.
tex. cum glo in c. ex litteris, de matrimonio contracto con
tra interdictum eccles. & habetur plene per Doct. in c. cum
teneamur. de appell.

Nota secundo, quod licet sententia non transeat in rem
judicatam, tamen potest ab ea appellari, & sic patet, quod
4 † remedium appellationis proportionatur etiam illis senten-
tiis, quae non transeunt in rem iudicatam, immo dic, quod
si non appellatur infra decem dies, non admittitur postea
per viam appellationis, sed tantum per viam querelae, vt di
cit glo. quae reputatur singularis in cap. ad reprimendam. in
verbo, suspendatur. de offic. ord. & licet illa glo. loquatur de
sententiis censurae, tamen idem est in omni sententia, quae
non transit in rem iudicatam, quia etiam sententiae censu-
rae non transeunt in rem iudicatam, de quo in cap. consan-
guinei. de re iudic. & est magnus effectus, quod non admitta
tur per viam appellationis, sed solum per viam querelae, quia
non debebit admitti, nisi praemissa causae cognitione iudex
viderit eum rationabiliter moueri, vt dicit notabiliter Inno
cen. in cap. tenor. de re iudic. & dixi in cap. fin. in princ. super
glo. in verbo, qui noluerit. supra tit. prox.

5 Vltimo nota, quod lite pendente † super matrimonio, et-
iam si fuit appellatum non licet transire ad aliud matrimo
nium, licet parte volente contrahere praetendatur nulli-
tas

tas primi matrimonij, vt in cap. cum Apostolica. supra de
sponsal. & dicit Abb. Sicul. quod debemus restringere istum
text. ad pendentiam appellationis. Idem enim est seruan-
dum lite pendente ante appellationem, vt dicto capitulo,
cum Apostolica. mihi videtur, quod etiam si nulla lis pen-
deret, non est licitum transire ad aliud matrimonium, vt in
cap. duo pueri. supra de despon. impub. & in ca. porro. de di-
uort. Dicit autem dom. Cardi. quod hic concurrebant tria,
scilicet pendentia appellationis, pendentia litis, & interdi-
ctum iudicis. Sed opponitur de dicto cap. laudabilem. vt lite
pend. dom. Cardi. respondet, quod si matrimonium est con
6 tractum ante litem † motam, non interdicitur vsus coniu-
gij, vt in contrario, sed bene interdicitur, ne lite pendente
matrimonium contrahatur, & si contractum fuerit, interdi
citur vsus eius, de quo vide bo. glo. in cap. tenor in glo. fin. su
pra de re iudic. tamen hoc intellige, nisi contrahatur matri-
monium stante alio matrimonio, quia tunc interdiceretur
vsus secundi matrimonij, donec decidatur de validitate pri
mi matrimonij per iura quæ supra allegaui.
7 Glo. secunda. no. bene distinctionem istius glo. an † actus
factus contra interdictum valeat, solet enim quotidie alle-
gari, & ponderari tex. in si iuncta glo. quod etiam si sint ver
ba sapientia annullationem actus, tamẽ quando causa pro
hibitionis est temporalis, ibi valet actus factus contra pro-
hibitionem. facit cap. ad dissoluendum. supra de despon. im
8 pub. & similis distinctio fit, cum quæritur, an † actus factus
contra legem sit nullus, vel non. de quo vide in regula, quæ
contra ius de reg. iur. in 6. & 10. dist. vides & in l. non dubiũ.
C. de legib. sed l. si stipuler, aliter si stipuletur. ff. de verborum
obligat. videtur hoc limitare, nisi aliud quod agitur contra
prohibitionem legis sit contra bonos mores, quia tunc et-
iam si causa prohibitionis sit temporalis, non valet actus.
sed potest dici, quod ex quo est contra bonos mores, cense
tur causa prohibitionis perpetua. Itẽ licet ibi non esset per-
petua causa prohibitionis, tamen poterat esse perpetua: ibi
enim dicitur, quod non valet matrimonium contractum
cum sorore adoptiua. nam licet possit adoptio esse tempo-
ralis, quia potest dissolui, tamen potest esse perpetua: potest
enim esse, quod nunquam dissoluetur adoptio vsq; ad mor
tem, sed vbi aliquid potest esse perpetuum. vel temporale,
iudicatur perpetuum, vt in l. sufficit. ff. de condict. indebi. &
vide circa hoc glo. not. in clem. & si principalis. in verbo, ele
ctio. quæ incipit, sed per prouisionem de rescrip.
9 Abbas autem Sic. exemplificando de † causa prohibitio-
nis perpetua, vel temporali dicit, quod causa prohibitionis
dicitur perpetua, quando non est restricta ad certum tem-
pus: puta si prohibetur aliquid fieri propter malum, quod
posset inde sequi, vel si prohibetur matrimonium propter
consanguinitatem, vel quid simile: causa vero prohibitionis
licet temporalis dicitur, quãdo est restricta ad certum tem
pus: puta prohibetur matrimonium propter honorem die
rum, & no. hanc glo., quæ dicit, quod censetur contractus
matrimonij prohibitus in diebus solennibus, & sic non so-
lum solennitas nuptiarum est prohibita, sed etiam contra-
ctus matrimonij, de quo dic vt in cap. Capellanus. de ferijs.
10 Item ad prædicta, quando † actus factus contra prohibi-
tionem valeat, vide glo. not. in clem. j. in verbo, inhibentes.
de iurepatro. Item Doct. hic tractant, an teneat actus con
tra interdictum Papæ. dic vt in cap. ad dissoluendum. de de
spon. impub. Sequitur capitulum, duas.

SVMMARIVM.

1 *Desponsans duas per verba de præsenti, ducit primam in uxorem, etiam si secundam cognouerit.*
2 *Consuetudo etiam longæua non potest offendere Euangelium.*
3 *Papa non potest tollere Euangelium.*
4 *Pars quę non coniungitur suo toto, est turpis.*
5 *Ecclesię inferiores circa sacramenta debent se conformare maioribus Romanę, & Metropolitanę ecclesię.*
6 *Consensus solus matrimonium facit.*
7 *Differentia inter uerbum, sufficit, & perficit.*
8 *Actus de substantia illud dicitur, sine quo consistentia non prosunt.*
9 *Constitutio Papæ non potest facere matrimonium inter aliquos, nisi consensus interueniat de præsenti.*
10 *Papa potest facere quod per secundum matrimonium rumpatur primum non consummatum.*
11 *Papa ex causa potest dispensare, ut matrimonium contractum soluatur.*
12 *Constitutio non potest fieri generalis a Papa, licet possit fieri dispensatio in aliquibus.*
13 *Constitutio generalis de dissoluendo matrimonio non potest fieri.*
14 *Papa sine magna causa non potest dispensare contra matrimonium.*
15 *Papa an possit dissoluere matrimonium non consummatum cessante reuelatione diuina.*
16 *Papa potest ante matrimonium contractum nouum impedimentum inducere.*
17 *Bernabo Vicecomes, & Dominus Mediolani fuit a Papa Vrbano Quarto factus inhabilis ad matrimonium contrahendum*
18 *Papa potest tollere impedimenta matrimonij per ecclesiam inducta.*
19 *Papa non potest dispensare sine causa contra ius etiam mere positiuum.*
20 *Potestas Papę maior est in constituendo, quam in dispensando.*
21 *Matrimonium quod a principio tenuit, in duobus tantum casibus a Papa tollitur ut ibi.*
22 *Papa potest ex causa dispensare ut uiuente prima, superinducatur alia uxor.*
23 *Consuetudo non potest habilitare personas per se ad contrahendum matrimonium, uel contra.*
24 *Constitutio ueteris iuris declaratoria non trahitur ad pręterita.*
25 *Consuetudo constitutionis antiqui iuris declaratoria non trahitur ad prę terita, nisi rationabilitas consuetudinis fuerit declarata.*
26 *Filij suscepti ex matrimonio secundo approbato per consuetudinem, an sint legitimi.*
27 *Error facti excusat filios ab illegitimitate.*
28 *Obligatio omnis contrahentium, habet auctoritatem ab homine pręter obligationem matrimonij quę a Deo habet.*
29 *Consuetudo non potest inducere, ut matrimonium contractum dissoluatur per aliud matrimonium.*

CAP. V.

DVas. Qui duas per verba de præsenti despon
1 sat † primo desponsatam habebit vxo-
rem, etiam si prius secundam cognouerit, nec
valet consuetudo contraria. Communis diuisio.
secunda ibi, cum vero.
Nota primo secundum Gasp. Calder. & dom. Card. quod
2 consuetudo † etiam longæua non prodest, quando per eam
offenditur Euangelium: per consuetudinem enim de qua
hic offenditur illud Euangelij, quos Deus coniunxit &c. de
quo habetur Matthæi 18. cap. & Mar. 10. cap. & infra de con
sanguin. & affin. de infidelibus. & 33. quæst. 2. quos Deus. nec
etiam prodest, sicut fuerit per summum Pontificem iudica
3 tum, vt dicitur supra eod. licet. nam † Papa non potest tolle
re Euangelium. 25. quæst. 1. sunt quidam.
4 Nota secundo, quod turpis est † pars, quæ non congruit
suo toti, concord. allegantur in glo. 2. & ad hoc quotidie al-
legatur iste tex.
5 Nota tertio, quod circa sacramenta ecclesiæ † inferiores
debent se conformare maioribus Romanæ, & Metropolita
ne ecclesiæ. facit cap. ad abolendam, infra de hære. Sed dic,
quod quælibet ecclesia quo ad sacramenta, & quo ad articu
los fidei debet sequi Romanam ecclesiam, sed quantum ad
alia, nisi Papa mandet consuetudinem Romanæ ecclesiæ
seruandam per alias ecclesias, quælibet ecclesia debet sequi
suam ecclesiam Metropolitanam. de quo vide glo. 3. in cap.
super eo. de cognat. spir. iuncta glo. in cap. j. in verbo, docuit.
de summa Trin. & fi. cath. in 6. & ideo dic, quod etiam quo
ad regendum officium diuinum, vel quo ad modum psallẽ
di quælibet ecclesia Cathedralis, debet sequi ritum ecclesiæ
Metropolitanæ, & quælibet alia ecclesia, & etiam monaste-
ria debent sequi cõsuetudinem ecclesiæ Cathedralis, de quo
vide opt. tex. 12. dist. de his.
6 Nota quarto, quod solus † consensus sufficit ad matrimo
7 nium, & dicit But. quod est differentia † inter verbum suffi-
cit, & verbum perficit. Illud enim dicitur sufficere, quod so
lum perficit actum, nec aliud requirit. Illud vero dicitur per
ficere quando illud solum non sufficit, sed iuxta illud, aliud
exigitur. allegat glo. no. in cap. statutum. § j. in verbo, cano-
nicus, de rescrip. in 6. circa medium, quæ tamen solum dicit
de verbo, sufficere, & de verbo, requirere. & dicit, quod illud
dicitur sufficere, quando aliud non exigitur, sed illud dici-
tur requiri, quando vltra illud, aliud exigitur, tamen illud
quod dicit But. satis est de mente illius glo. quia verbum per
ficere, & requirere, quantum ad hoc, idem significant, & hoc
tene menti.
8 Vltimo nota, quod † illud dicitur de substantia alicuius a-
ctus, sine quo alia sublistentia nõ persistunt ad validitatem
actus, & quando illud solum sufficit aliis deficientibus, vide
similem tex. in c. tua nos. supra eod.
Sed opponitur contra illud, quod dixi in primo notabi-
li, scilicet quod per Papam non possit tolli illud Euangelij
quos Deus coniunxit &c. dicto c. ex publico. & d. c. verum
& cap.

& cap.ex parte.de conuer.coniug.& infra de diuor.quanto. & cap.gaudemus. Host.& Ioan An.d. soluunt hic super verbo, ne vere, dicunt, quod prædicti casus excepti sunt, volūt dicere, quod Papa potest dissoluere matrimonium nō consummatum, vt dicto cap.ex publico.& capit.ex parte. Item cum i.t idem, potest dissoluere matrimonium consummatum, quando est contractum inter infideles altero ad fidelitatem veniente, vt dicto cap.gaudemus. & dicto cap.quanto & hic notabiliter Hostien quod constitutio † Papæ non
9 potest facere matrimonium inter aliquas personas, nisi cō sensus interueniat de præsenti, & hoc tenent hic Doct.& dixi supra de sponsa. qui item dicit Host.en.quod bene potest Papa per suam constitutionem nouum impedimentum inducere, vel antiquum remouere, & tunc, vel impedit matrimonium, si nouum impedimentum induxit, vel dat viam matrimonio, si antiquum impedimentum remouet, infra de cognat spirit. super eo. infra de consang & affinit. quod dilectio.

Et sic in primo casu, quando nouum impedimentum est inductum, remanebit impedimentum secundum Deum, unde matrimonium sic contractum non valebit secundum Deum.

In secundo vero casu, scilicet quando impedimentum est sublatum, valebit matrimonium secundum Deum. Et dicit Hostien. quod pontifex Papa de tali consuetudine, de qua in litera nostra ipsam approbando, legem facere generalē, vel specialem, infra de cognat spirit.cap.i.& supra tit.j. cum inhibitio & 35 quæst 3 quædam lex.& cap.sequen. & quod hoc intendat eu demius demonstrat Host. nam in verbo, volumus supplet,& si vellemus contrarium facere, potuissemus, & maxime circa matrimonium non consummatum multum possumus, vt dicto cap.ex publico.& cap ex parte. de conuer.coniug. & dicit Vincen. in dicto cap ex publico. & ibi not.in glo vlt.quod † Papa potest facere, quod per se-
10 cundum matrimonium rumpatur primum non consummatum. pro dicto Hostien facit quod notat Ioan. Andr. in regula, actus legitimi de reg.iur.in 6.in mercu. vbi disputat, an Papa possit dispensare, quod matrimonium contrahatur ad tempus. sed ibi Ioan. And.dicit se nolle soluere illam quæstionem, quia non vult ponere os in cœlum disputando de potentia Papæ. 21.dist.in tantum. dicit tamen, quod aliquis videtur, quod possit: sed ego istam quæstionem solui post Abb.Sic.in cap.ex publico.de conuer.coniug. Gasp. autem Cald.dicit, quod ista quæstio est minus dubia, quam quæstio, de qua supra dixi. secundum Hostiē.& alios Doct.
11 Ista enim stant simul, quod † Papa ex causa cum certis personis possit dispensare, vt matrimonium contractum dissoluatur, puta cum Rege Christiano, vt contrahat cum Regina infideli, quæ vult fieri Christiana ad augmentum fidei,
12 & tamen super hoc Papa non posset facere † cōstitutionem generalem. adducit simile: nam in certis casibus statuitur, quod plures, quam duo testes requirantur, & tamen non posset Papa facere generalem constitutionem, quod in ore duorum, vel trium non staret plena probatio ad hoc cap.2. de probat.& habetur in capit.licet vniuersis de testib. Item Papa statuit certo casu, posse recipi vsuras, vt in cap.salubriter, de vsu. & tamen non posset generalem constitutionem facere, quod licitę essent vsurę, vt in cap.super eo.de vsur. simile in voto, & in iuramento: statuit enim Papa certo casu non obligari, de iureiur.peruenit.& de voto, scripturæ.& tamen non posset Papa generalem constitutionem facere, q votum vel iuramentum non obligaret. sic in proposito fatetur Gaspar, quod certo casu posset Papa dispensare, quod
13 dissoluatur matrimonium, non tamen posset † generalem constitutionem facere, vel consuetudinem approbare, siue matrimonium sit consummatum, siue non: nam tunc esset contra Euangelium, quos Deus coniunxit &c. vnde non valeret constitutio Papæ. 22.quæst.1.quæ ad perpetuam. & cap sunt quidam. Vnde dicit, quod præter casum cap.ex publico de conuer.coniug non putat matrimonium fidelium posse dissolui, etiam si constitutio esset generalis, nec etiam putat consuetudinem valere, quia cum sit contra Euangelium, etiam Angelus Domini nō auditur. 11 quæst.3. si is qui præest. Item hoc esset contra naturam matrimonij, quod est indiuiduam vitæ &c. 27.quæst 2. in princ. & in cap.illud. de præsumpt.& in l.1 ff de ritu nup.& dixi in Rub de sponsa. & dicit Gasp. quod nisi exempla Sanctorum fuissent, qui reuelatione diuina separati fuerunt ante matrimonio carnis copulam propter religionis ingressum, Papa hoc non potuisset etiam faciendo constitutionem generalem circa dissolutionem matrimonij non consummati, nec etiam fecisset talem constitutionem, & hoc no. quia multū restringit cap.ex publico.quod infra declarabo. dicit tamen Gasp.

quod ex ...
per Papam ...
legis auctoritate ... corpori ...
in fine prin ...
facere rationibus prænu ...
in dicto cap ex publico in pr ...
stitutionem propter opin.standi ...
communis opinio est, quod in matri ...
mato Papa habeat plenam potestatem, vt ...
dicto cap ex publico. sed Butr.dicit, quod aut ...
non est cōtra ius, nec præiudicat Euangelicæ veritati, valet, de quo tamen dic, vt late habetur in c.fin.de consuet. aut consuetudo est contra ius, & præiudicans Euangelicæ veritati, & illa non valet, vt hic: nam per illam ostendebatur Euangelium, quos Deus coniunxit, homo non separet, q tolli non potest consuetudine. sed dicit But. quod magis est dubium de mandato Papę.& in hoc dicit, quod quandoque Papa aliquid iubet simpliciter mandando non deliberate, & in hoc casu non præiudicat Euangelicæ veritati, nec aliquid tolli de iure matrimonij. 25.q.1.sunt quidam. quandoque aliquid disponit constitutionem faciendo, vel ex certa scientia disponendo,& deliberate, & tunc dicit, quod circa matrimonium non consummatum carnali copula potest disponere, vt patet de conuer.coniug. ex publico. & quod ibi notatur.

Abbas autem Sicul.dicit, quod sine † magna causa Papa
14 non potest disponere contra matrimonium etiam non cōsummatum, vt in dicto cap.ex publico. & si esset verum, q Papa ad libitum posset statuere circa matrimonium non consummatum nō retractasset diffinitiones prædecessorum, si illa potuissent ad libitum diffinire, vt in c.licet. supra eod. sed ex magna causa putat, quod Papa possit statuere contra matrimonium non consummatum. Ego semper fui in opinione, quod Papa etiam ex magna causa non possit dissoluere matrimonium etiam non consummatum, nec dispensando, nec statuendo, hoc est faciendo cōstitutionem excepto casu capit ex publico.de conuer.coniug & dico, quod non valuisset talis constitutio Papæ, nisi interuenissent exempla Sanctorum, vt est casus in cap.verum.de conuer.coniug.& apertius in cap.ex parte tua eod titu. vbi est tex.quod Papa non potest dissoluere matrimonium non consummatum, nisi ex reuelatione diuina, quæ mouit ecclesiam ad statuendum, quod matrimonium nō consummatum possit dissolui per ingressum religionis. † Cessante ergo reuelatione di-
15 uina Papa non potest dissoluere matrimonium non consummatum, pro quo optime facit 25.quæst.1.sunt quidam, vbi dicitur, quod Papa non potest aliquid statuere, contra ea quæ Christus, vel eius Apostoli, vel sancti patres diffinierunt, sed debet vsque ad animam, vel sanguinem confirmari, & si contrarium statuerit, non censetur sententiam dare, sed magis errare conuincitur, idem probatur in cap sequen. quod incipit contra statuta. ibi sic dicitur ad literam, contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec quidem huius sedis potest auctoritas: apud nos enim inconuulsis radicibus viget antiquitas, cui decreta patrum sanxerunt reuerentiam. vnde mihi placet, quod Papa non possit statuere, quod dissoluatur matrimonium non consummatum in alio casu quam per ingressum religionis, nisi appareret reuelatio diuina, quæ præsumeretur, si in illo casu, in quo de nouo vult statuere, interuenirent exempla Sancto-
a rum. [a] puto tamen, quod tales sic contrahentes excusentur a peccato, & quod filij sint legitimi, quia sunt in probabili errore propter constitutionem Papæ, & dicit Gasp.Calder. & etiam dom.Cardin.de quo etiam tangam infra. Gaspar autem Calder.in ista materia ponit sex conclusiones, quę tamen ex maiore parte sunt de mente Doct.vt dicam infra.

16 Prima conclusio est, quod ante matrimonium † contractum Papa potest aliquas personas inhabilitare ad matrimonium,& sic noua impedimenta inducere, postquam matrimonium per dictas personas lege prohibitas cōtractum non tenebit; videmus enim, quod vltra personas diuina lege prohibitas multas alias personas prohibet Papa, vt not. in cap.literas.de restitutio spoliato.& in cap gaudemus. de diuort.& ista est vera conclusio, quam tenuit Hostiē. Ioan. Andr.& communiter Docto. Et ex hac conclusione infert Gasp.Cald. duo corollaria.

Primum,

ADDITIO.

a ¶ Communis conclusio est in contrarium, vt infra in sequen.colum. versic.tertia conclusio.& vide apostillas meas ad dom.Abb.in cap.ex publico.de conuer.coniug.& Felin.in cap.si quando.glo.sua supersedere.ij. colum.de rescrip.

Primum, quod Papa possit statuere, quod hæretici non possint contrahere matrimonium, & si contraxerint, quod non valeat. De iure vero communi hæreticus potest contrahere matrimonium, sed non cum Christiana catholica, hoc est, quæ non sit hæretica, vel e conuerso. tametsi contraxerint, tenet matrimonium, de quo vide tex. cum glo. 28. quæst. 2. non oportet. & sic Papa posset inducere per suam cõstitutionem, quod nullo modo censeatur habilis ad contractum matrimonij.

Secundum corollarium, quod si Papa potest facere generalem constitutionem, multo fortius certam, vel certas personas ex causa inhabilitare ad matrimonium, & sic fecit Vrbanus Quintus, qui vt refert hic Gasp. Cald. quosdam rebelles ecclesiæ inhabilitauit ad cõtrahendum matrimonium,
17 & fuit dominus † Bernabo Vicecomes, ac dominus Mediolani: nam Papa inhabilitauit eum, & filios eius ad contrahẽdum matrimonium, licet quidam tũc disputare voluissent, an Papa hoc potuisset, dubium faciebat, quia matrimoniũ est inuentum in remedium peccati, quod intellige in secunda institutione matrimonij, de quo vide opt. tex. 32. q. 2. §. his ita respondetur. & per glo. 27. q. 2. in summa, & dixi in Rubrica de sponsalibus.

Secundo, quia continentia est res voti, & non peccati. 32. quæst. 1. integritas. Gaspar tenuit, quod Papa potuisset hoc statuere, quia potest inhabilitare personas ad matrimoniũ, licet non possit statuere circa matrimonium dissoluẽdum, vt supra dixi.

18 Secunda conclusio, impedimẽta inducta ab ecclesia † Papa potest tollere etiam constitutionem condendo generalem. j. de consan. & affin. non debet. multo fortius debet dispensare cum certis personis etiam sine causa. de consan. & affin quod dilectio. de reg. iur c. j. & ista conclusio mihi non
19 placet, quia Papa † non potest dispensare sine causa contra ius etiam mere positiuum, vt plene dixi in c. cum ad monasterium § si de sta. mona. Item non puto, ꝙ Papa per suam constitutionem possit tollere impedimenta inducta ab ecclesia sine causa, quia quodammodo videretur statuere contra vniuersalem statum ecclesiæ: nam vniuersalis status ecclesiæ habet, ꝙ matrimonium non possit cõtrahi, nisi vltra quartum gradum, & ideo Papa sine causa non debet posse contrarium statuere. vide Inno. & Doct. in c. quanto. de consuetud. & dicam latius in cap. non debet, infra de consang. & affinit.

Item aduerte, non est bona ratio, Papa potest facere con
20 stitutionem, ergo potest dispensare, quia maior est † potestas Papæ in statuendo, quam in dispensando, vel prohibendo. de quo vide Innoc. & Doct. in c. quanto.

21 Tertia cõclusio, † matrimonium ꝙ a principio tenuit Papa quoad vinculum tollere non potest per suam constitutionem, nisi in duobus casibus s. in casu c. verum. & c. ex publico. de conuer. coniug. & in casu c. quanto. & c. gaudemus. de diuor. & hoc mihi placet, nisi cõstaret de reuelatione diuina, vt supra dixi. licet Doct. communiter teneant contrarium. sed dom. Card. & Abb. Sic. in d. c. ex publico. idem tenuerunt. s. ꝙ matrimonium non possit dissolui per Papam, nisi in duobus casibus supradictis.

22 Quarta conclusio † Papa potest ex causa dispensare, quod quis viuente sua prima vxore, & consumato matrimonio, possit cum alia contrahere. & pro ista conclusione faciunt no. per Io. And. in regula, semel Deo. & in regula, actus legitimi. de reg. iur in 6. in mercur. dom. Iac. de Zoch se remittit ad ea quæ dicit in repetitio. capitu. ad dissoluendum. de desponi impub. ego tenui contrarium post Abb. Sic. in dicto capit. ex publico.

23 Quinta conclusio, consuetudo † non potest per se habilitare, vel inhabilitare personas ad contrahendum, vel non contrahendum matrimonium, patet ex hoc, quia inferior non potest disponere circa ius, cum non habeat potestatem contra superiorem, vt in capit. cum inferior. de maior. & obedient. & ideo oportet, quod talis consuetudo sit per Papam approbata, de quo dicam in capitulo, super eo, infra de cognat. spirit.

Sexta conclusio etiam ante hanc Decr. non valebat matrimonium cum secunda, licet Vinc. dixerat contrarium in c. licet. s. eod. & hic. sed opin. Gasp. fuit originaliter opi. Host. hic, & in d. c. licet. nam dicit Host. ꝙ Papa tolerauit ista matrimonia ex dispensatione forte pp scandalum, non tamen ex viribus cõsuetudinis valuerunt talia matrimonia, & hoc sequitur etiam But. tamen posset procedere opin. Vincent. quando esset consuetudo, quod matrimonium intelligeretur de futuro, quia consuetudo potest facere, ꝙ verba de præsenti intelligant de futuro, ar. s. de spon. ex literis, el. j. & hoc dicit Io. And. & mihi vr̃ verum, nisi ex circumstantiis apparerent contrahentes habuisse intentionem contrahendi matrimonium de præsenti, quia tunc iudicarẽ matrimonium esse de præsenti, cum consuetudo non possit facere, quod vbi est consensus de præsenti, non sit consensus. facit c. 1. de spon. dicam in c. super eo de cogn. spirit.

24 Ex his patet, ꝙ † constitutio veteris iuris declaratoria non trahitur ad præterita. sed dic, quod deberet trahi, nisi Papa ex misericordia tolerasset matrimonia præterita, vt in c. cũ tu. de vsur. Sed But. distinguit, & ex eius dictis fac tres conclusiones aliqua addendo.

Prima conclusio, si constitutio veteris iuris declaratoria non reperit consuetudinem contrariam trahitur ad præterita, vt in c. cum tu. de vsur.

Hoc tamen limita, nisi imponeret nouam pœnam, quia tunc respectu pœnæ non trahitur ad præterita, vt dicit glo. no. in clem. 1. in verbo, de cætero. de vsur.

Secundo limita, nisi haberet opinionem communem in contrarium, quia tunc non trahitur ad præterita, vt dicit gl. no. in c. 1. de postul. prælat. in 6. in verbo, de cætero.

Secunda conclusio, si constitutio antiqui iuris declarato-
25 ria habet † consuetudinem cõtrariam, & non declaratur rationabilitas consuetudinis, non trahitur ad præterita, vt dicit glo. no. in d. c. 1. de postul. prælat. in 6.

Tertia conclusio, si declaratur rationabilitas consuetudinis, constitutio antiqui iuris declaratoria trahitur ad præterita, licet habeat consuetudinem contrariam, vt voluit no. glo. in clem. si vna de reb. eccl. non alien. in glo. fi. Hoc tamẽ limita, nisi appareret de mente constitutionis, ꝙ non trahatur ad præterita, vt hic, & in c. aqua. de consecr. eccl. vel al. & dic, ꝙ tunc dr̃ apparere de mente, qñ in constitutione exprimitur aliquod verbum, ꝙ solum habet futura respicere, vt est verbum, de cætero. de quo in tex. nostro. & in d. c. aqua. de consecr. eccl. vel alt. & in d. c. 1. in verbo, de cætero. de postul. prælat. in 6. vel alia verba similia. & de hac materia dic, vt plenius habetur in c. fi. supra de constit.

26 Sed dubium restat, quid de prole † suscepta ex matrimonio secundo approbato per consuetudinem, de qua hic, & s. eod. licet Io. & Goff. dicunt, ꝙ filij erunt legitimi. j. qui fil. sint legi. cum inter. & maxime quia fuit interdum sic iudicatum per Romanos Pontifices. Dicit tamen Host. s. eo. licet. quod illi qui habuissent malam fidem, non fuissent excusati prætextu cõsuetudinis etiam respectu præteriti, & sic illud quod dicitur, quod filij censentur legitimi, procedit in habentibus bonam fidem, in quibus sufficit fides, licet desit sacramentum. de baptis. debitum. & de presbytero non baptizato, debitum.

27 But. autem colligit, ꝙ sicut † error facti excusat filios ab illegitimitate, vbi dicit in titu. præced. in c. cum Inhibitio. § si quis vero. in glos. in verbo, si ambo parentes & habetur in cap. ex tenore, qui fil. sint legitimi. ita error iuris probabilis. pro hoc vide glo in capit. 1. in verbo, probabiliter. de postul. prælat. in 6.

Secundo colligit, quod error iuris censetur probabilis, quando per præsidentem iuri apparet obseruatum id, quod est contra ius, quod est multum notandum, secundum Butr.

Sed dicit Io. And. ꝙ non excusantur vigore cõsuetudinis post istam constitutionem, quia consuetudo interrumpitur vigore constitutionis Alexandri, & tollit effectum bonæ fidei, ꝙ placet But. quia ex hoc colligit, ꝙ vbi consuetudo interrumpitur aliqua contraria pronunciatione, tollitur effectus bonæ fidei ortus ex ipsa.

Glo. i. Host. dicit, ꝙ glo. vr̃ verior, ꝙ in matrimonio contrahens est obligatus efficaciter, sed in contractis non est obligatus efficaciter ad rem, sed potest agi ad interesse. ff. de acti. emp. l. ex empto. quod non procedit secundum Hostiẽ. quia contractus venditionis perficitur consensu. nam est iuris gentium, & consensu perficitur, ex quo de precio conuenit inter partes. Instit. de empt. & vendit. § cum autem. & ff. de contrah. emp. l. 2. § sine precio. vnde ipse dicit, quod ratio
28 differentiæ est, quia omnis † obligatio contrahentium auctoritatem habet ab homine excepta obligatione matrimonij, quæ habet Deum auctorem immutabilem. 32. quæst. 4. incommutabilis. & ore prophetico firmata, supra de biga. debitum & sic diuino, & naturali, quod est immutabile, vt Instit. de iure nat. gent. & ciui. §. sed naturali. & C. de vete. iu. enucl. §. sed quia diuinæ. non est ergo mirum, si obligatio contractuũ sapit naturam sui auctoris, scilicet hominis, & iuris positiui, quia tota die narratur, quia omnis status iuris in perpetuo motu consistit, vt in Authent. de non alienandis. §. vt autem. & magis consistit in facto, quam in animo, & sic traditio facti, quasi fortior, magis operatur quam consensus animi, qui in hoc est debilior.

Obligatio vero matrimonialis sequitur naturam sui au-
ctoris, ideo consistit in animo, & plus in ea operatur consen
sus, quam traditio, de hoc per cum in summa, cod. titu. §1.
Abb. sicut dicit, quod hæc ratio Hostien. videtur persuasiua,
tamen necessario non concludit: nam aliqua fiunt ab ho
mine, quæ tamen ex solo tit. habent suam perfectionem, vt
est titulus beneficialis: nam per solam collationem benefi
cij acquiritur plenum ius illi, cui est facta collatio, vel pro
uisio, vt est casus in capitulo, si tibi absenti, de præben. in 6.
ideo dicit faciendam esse regulam generalem, quod in om-
nibus spiritualibus ex solo titulo transfertur plenum ius, vt
dicto cap. si tibi absenti, & per Innoc. in cap. inter cæteras. de
præben. ista enim tanquam inuisibilia sine alia executione
transferuntur, & solo consensu perficiuntur. & illud etiam
est de mente dom. Cardin. & But. & hoc etiam voluit senti-
re glo. voluit enim dicere, quod per solum contractum ma-
trimonij transit plenum ius, sed in alijs contractibus, licet
ex solo consensu oriatur obligatio, non tamen transit ple-
num ius, nisi sequatur traditio, & ad hoc omnino vide glo.
36. quæst. 1. cap. 2.

In fine glo. vult dicere, quod respectu matrimonij non-
dum contracti consuetudo potest inhabilitare alias habiles
29 vt dicto capit. super eo. sed non potest inducere, vt † matri-
monium contractum dissoluatur per aliud matrimonium cōtractum,
quia ista consuetudo esset cōtra matrimonium
& sic non valet, & ita loquitur tex. noster. Sequitur de con-
ditionibus appositis.

De condit. appos. Rubrica.

¶ Continuatur hæc Rubrica ad præcedentia hoc modo. Visum est in titulis præcedentibus de sponsalibus, quæ contrahuntur pure. Videndum est de cōditionalibus, & ex quo de conditionibus in matrimonio dicturus erat, ne multiplicaret Rubricas, submisit etiam de conditionibus aliorum contractuum ad vltimam partem Rubricæ. facit capit. 2. & cap. 4. infra eodem. Ad primam partem faciunt illa capitula quæ sunt in toto hoc tit. & 32. quæst. 2 solet. & cap. aliquando. & quæst. vlt. cap. vno. Sequitur cap. quicunque.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium sub conditione turpi contractum, nihilominus valet.*
2 *Conditio tendens ad dissolutionem matrimonij habetur pro non adiecta.*
3 *Matrimonium suspenditur, donec tradita fuerint centum, vt sub tali conditione contractum fuerit.*
4 *Matrimonio contracto sub conditione honesta, an eueniente conditione sit opus nouo consensu.*
5 *Matrimonium an sit cum prima, vel secunda muliere contractum, si cum ambabus contraxit, si darent centum, & amba dederunt.*

CAP. PRIMVM.

a QVicunque. Communiter intelli-
1 gitur de conditione[a] turpi, hoc dicit. Matrimonium † sub conditione turpi contractum reiecta cōditione seruandum est.

In prima thema.

In secunda decisio. secunda ibi, dicimus. non sunt aliqua notanda, & est vnica glos. quæ ponit intellectum tex. & iste intellectus communiter tenetur, sed Vinc posuit alium intellectum, scilicet vt intelligatur de conditione resoluente: puta tecum contraho matrimonium, & si non dederis mihi decem, volo te relinquere. certe, ex quo a principio matrimonium tenet, nō potest dissolui, vt in c. cum sis. de conuer. coniu. & pro hoc intellectu facit littera in verbo, relinquere. cum hoc intellectu transit lo. And. But. & Abb. Sic. sed dom. Card. ipsum reprobat, quia talis conditio est cōtra substantiam matrimonij. & rumpit matrimonium, vt j. eod. c. si. Sed potes respondere, licet hoc videatur multum facere contra Vinc. q̄ aut matrimonium contrahitur sub cōditione, quæ est contra substantiam matrimonij, & tunc vitiatur matrimonium. j. eo. c. si. Aut matrimonium contrahitur sub conditione resolutiua, quæ est honesta de se, licet in cōsequentiam eius defectus tendat ad
2 † dissolutionem matrimonij, & tunc matrimonium valet, & conditio resolutiua habetur pro non adiecta. & sic nō vitiatur matrimoniū. Et hoc no. q̄a pro hoc limitaī c. si. j. eo.

Sed adue
lutiua apposita
trimonium, dum
vel facultatibus dignio
solutiua est turpis, & quali
stantiam matrimonij, & tunc nam
reiicitur, & ita loquitur hoc c. nam
trimonium, & si decem non dederis, volo
re, illa conditio non venit verisimiliter ad di
trimonij, quia poteris decē dare, & sic non veniet
ditionis, & est verisimile, q̄ des, cum ista sit potestatiua
ditio, vt in l. si pater. C. de instit. & substit. & in l. suusquoque.
ff. de hæred. instit. Et si ponderas c. si. j. eo. ille tex. loquitur,
quando contrahentes intendebant principaliter, vt sequere-
tur aliquid contra substantiā matrimonij, sed in casu huius
cap. apponens cōditionem, nō intendit hoc principaliter,
sed intendit habere decem, licet in defectum conditionis, si
non dantur decem, velit matrimonium dissolui, & hoc be-
ne notabis pro intellectu c. si. infra cod.

Extra gl. opponitur, inquantum iste tex. intelligitur de cō-
ditione turpi: nam talis conditio debet haberi pro non adie-
cta, vt j. eod. c. si. ergo non potest frangi, quia illud q̄ non est
frangi non potest, vt in c. ad dissoluendum de despon. impub.
huius contrarij tenore Doct. exponunt. i. pro nō adiecta hi.
Et ex hoc dicit Innoc. q̄ si interuenerint verba de præsenti:
puta consentio in te, si furtum feceris, statim est matrimo-
nium, nec suspenditur per conditionem. Si vero interuene-
rint verba de futuro, statim sunt sponsalia de futuro, condi-
tione turpi habita pro non adiecta, & hoc in turpi cōditio-
b ne, secus in conditione honesta, [b] vnde si quis dicit, accipio
3 te in vxorem, si dederis cen. nū suspēditur † matrimonium,
quousque det centum, vt j. eo. de illis. & c. super eo. & si inte-
rim cōtrahat cum alia per verba de præsenti, tenebit matri-
monium, vt d. c. de illis. de quo vide gl. in d. c. per tuas. prope
fi. glo. mag. j. eo. Sed datis centum, statim erit matrimoniū,
vt si contraxerit cum alia matrimonium, sed post purificatā cō-
ditionem non tenebit matrimonium, sed si dixit, contrahā
tecum matrimonium, si dederis centum, etiam datis centū
non esset matrimonium, sed sponsalia de futuro, vnde si da-
tis centum, cōtrahat cum alia de præsenti, tenebit matrimo-
nium, quia non debent plus operari sponsalia purificata, q̄
si ab initio essent pure cōtracta, & de hoc dicetur j. eod. de illis.
Quædam alia dicit Inn. de quibus per glo. & Doct. j. eo. c. si.

Quæro secundo an quando † matrimonium est contractū
4 sub conditione honesta, sit opus nouo consensu eueniente
conditione. Gasp. Calde. dicit q̄ non, quia consensus præsu-
mitur durare, nisi probetur mutatus, vt in c. maiores, de ba-
ptis. & in c. 1. quod met. cau. de sent. excom. a nobis. & l. cum
qui. ff. de probat. & cum hoc transit dom. Card. in pen. q. &
mihi placet. pro quo facit quod not. glo. in c. super eo infra
eod. & ibi dicam.

Vltimo quæro, pone, quod vnus contraxit matrimonium
cum muliere, si daret ei centum, deinde contraxit cum alia
sub eadem conditione vtraque simul dat centum, cum qua
5 est † matrimonium. Gasp. Cald. disputauit ante suum docto-
ratum istam quæstionem, cuius dispositionem hic ad litte-
ram refert dom. Iaco. de Zoch. fere per 9. col. Sed conclusio
Gasp. Calder. quem sequitur dom. Card. est, quod cum neu-
tra sit matrimonium propter incertitudinem. pro hoc alle-
gat dom. Card. l. si fuerit. ff. de reb. dub. & quod not. in c. duo-
bus. de rescrip. in 6. in glo. j. & de spons. ex litteris. 2. in glo. 2.
me amplius non extendo. Sequitur cap. cum sit.

ADDITIONES.

a ¶ Quid sit conditio, & quid modus, & an modus suspendat dispensationem. Et an implementum transeat ad hæredem Bart. consilio 4.
b ¶ Idem dicit dominus Alexan. infra eodem, de illis. vlt. colum. versicu. & dicit dom. Abb.

SVMMARIVM.

1 *Manumissus a seruitute vt fiat monachus, debet seruare conditionem.*
2 *Dominus seruum manumittendo potest conditionem similem seruituti apponere.*
3 *Conditio resolutiua libertatis, potest apponi in datione libertatis.*
4 *Fugitiui sunt reducendi ad monasterium.*
5 *Fugitiuus si interim aliquid acquirat, cui acquirit.*
6 *Secularis inter monachos locum habere non potest.*
7 *Executor testamenti potest exigere, vt voluntas testatoris seruetur.*
8 *Manumissus vt proprio seruiat monasterio, an strictiorem ingredi regulam possit.*

9 *Manumissus vt monachus certi monasterij fiat, si non recipitur, quid agendum.*
10 *Prælatus an possit manumittere seruum ecclesię, ut fiat monachus.*
11 *Abbas an possit manumittere seruum monasterij.*
12 *Libertas est res spiritualis, quando datur causa eleemosinæ.*
13 *Simonia non est conditionare spirituale ad temporale, quod necessarium est spirituali.*
14 *Monachus deserens monasterium, qualiter de iure ciuili puniatur.*
15 *Conuersi monasterij non possunt transire ad strictiorem regulam.*
16 *Seruus ordinatus ad ecclesiam, si redigatur in seruitutem, an efficiatur seruus ut prius.*
17 *Manumissio sub conditione, ut maneat in domo usque ad tale tempus, alias redigatur in seruitutem, qualiter sit intelligenda.*

CAP. II.

1 Cum sit. Seruus† manumissus ea conditione, quod fiat monachus, & monasterio seruiat, alias in seruitutem redigatur, si hoc accepiato monachus factus sit manumittentis voluntatem seruare tenetur, hoc dicit.

In prima ponitur thema.

In secunda responsio. secunda ibi, tu ergo.

2 Nota quod in manumissione potest dominus† conditionem similem seruituti apponere, nam dando libertatem temporalem, potest iniungere quandam seruitutem spiritualem.

3 Nota secundo, quod† cōditio resolutiua libertatis potest apponi in datione libertatis.

4 Vltimo nota, quod episcopali iudicio fugitiui† sunt reducendi ad monasterium, pro hoc tamen non cessat officium Abbatis. de regula cap fin. & de offic. ord. quanto.

5 Quid autem si fugitiuus † interim aliquid acquirit, no. in
d. c. quanto. & in c. 2. de sta. mo. & in c. 1. de infant lang & expo. & 18. q. 2. Abbates. Sed contra tex. opponitur, quod non
debuerit audiri, licet presbyter extraneus, quia sua non intererat. 1. q. 6. non solent de elect. cum inter R. & tamen tex.
dicit contrarium. soluit Inno quod intererat eius, quia erat
presbyter illius monasterij quo manumissi debebant morari. pro hoc. de reb. eccl. non alie. si quis presbyterorum hanc
solutionem sentit glo. in fi. Sed contra ipsam facit c. ea quæ.
6 in fi de statu monach in fi. vbi dicitur, quod† sæcularis inter
monachos locum habere nō potest. Sed potes dicere, quod
monasterium habebit curam animarū, quæ debet regi non
per monachos, sed per presbyterum sæcularem, vt in cap. 1.
de sta. monach. quod tamen intellige, vt ibi dixi. Alij Doct.
dicunt, quod iste presbyter erat executor illius, qui reliquit
libertatem de testam. Ioannes.

7 Ex quo infertur, quod executor† potest exigere, vt voluntas testatoris seruetur, de quo in cap. fin. de testam. in 6. Alij dicunt, quod egit nomine monasterij. dom. Card. dicit, quod omnes istæ sunt diuinationes, nec hoc refert, quia in hoc non consistit hæc decisio, nec refert per quem preces principi porrigantur, vt in l. vniuersis. C. de preci. imp. offe.

Secundo quæro de intellectu litteræ ibi, sic te exhibe. Inno. ponit, idest de transgresso mandato eum punias, & ita firmas cautiones habeas, quod similia facere non attentet, pro hoc de sent. excom. grauem de presump. litteras. in fine. Host. dicit hoc procedere, quando non est professus, alias cauere non posset. 12. q. 2. nolo. & c. non dicatis. Ioā. And dicit, dictum Innoc debere intelligi de iuratoria cautione, vel simili. facit c. cum in ecclesiis. de maio. & obe. & hoc sequuntur communiter Doct.

8 Tertio quæro, an iste† manumissus factus monachus sub illa conditione, vt perpetuo seruiat monasterio, possit transire ad strictiorem regulam. videtur quod sic, quia lex non est imposita iusto, vt in cap. licet. de regularibus. & decimanona quæstione secunda, duæ. dominus Cardin. in secunda quæstione dicit, quod tutius est, quod non recedatur a conuentione. facit ad hoc clemen quia contingit, de reli domi. Et ideo dic, quod aut manumittitur, vt fiat religiosus, & tunc si profitetur in vno monasterio potest transire ad strictiorem regulam, vt dicto capitulo, licet. aut manumittitur, vt efficiatur religiosus certi monasterij, & ibi seruiat, & tunc non poterit transire ad strictiorem regulam.

9 Quarto quæro, quid si quis † manumissus sub ea conditione, vt fiat monachus in certo monasterio, non admittitur ad illud. Gaspar Calder. dicit, quod poterit transire ad aliud monasterium par, vel strictius, de relig. domi. intra quatuor. Si autem nullum monasterium reperit, remanet monachus sub episcopo, argum. notatorum, de regularibus. statuimus. Sed dicit dominus Cardina quod hoc vltimum raro contingit, scilicet quod non reperiatur monasterium, & hoc intellige secundum domin. Iacob. de Zochis, quod mihi placet, quando seruus est manumissus sub ea conditione, vt efficiatur religiosus certi monasterij, seu certæ religionis, seu si esset manumissus sub conditione, vt efficiatur religiosus nō habito respectu ad certam religionem quammcunque leuissimam, dummodo in ea seruentur tria substantialia. de regula. super eo.

10 Quinto quæro, an prælatus† possit manumittere seruum ecclesiæ sub hac conditione, vt efficiatur monachus. & videtur quod sic, fauore religionis. Hostien putat quod non possit, remittens se ad ea quæ habentur in capitulo tertio, & & quarto, de rebus eccles. non alienan. & 54. distinctio. quicunque.

11 Vltimo quæro, an Abbas† possit manumittere seruum monasterij. Soluit Gaspar Calder. quod non, si non est benemeritus, quia non habet quid recompenset, pro hoc 54. distin. Abbati. & § hac auctoritate. benemeritum vero potest manumittere, dum tamen consensus monachorum, & auctoritas episcopi interueniat. 12. quæst. 2. Abbatibus. nisi aliud habeat consuetudo, argum. de his quæ fiunt a prælatis. ea noscitur. & cum hoc transit dominus Cardin. in vltima quæstione.

In glo. prima dic, quod prima solutio non est vera, nec est
verum, quod libertas sit res spiritualis, licet glo. hoc tenuit
hic, & in dicto capitulo, nullus. & in capitulo, libentius. eo-
12 dem titulo. Hostien. autem dicebat, quod libertas † est res
spiritualis, quando datur causa eleemosinæ, alias non caderet in laicum, vt in capitulo, causam. de præscriptionibus. &
in capitulo, decernimus. de iudic. Item dominus quandoque manumittit seruum interuentu pecuniæ, vt in l. quarta.
ff. de manumiss. quod non posset fieri, si libertas esset res spiritualis.

Sed aduerte, quid velit secunda solutio glo. nam voluit
dicere, quod spirituale potest deduci, vt conditio ad temporale, sed temporale non potest deduci, vt conditio ad spirituale. But. autem, & Abb. Sicu. dicunt, quod non vident rationem diuersitatis, ideo dicunt, quod vtrunque est prohibitum. Hostien. autem dicit, quod hic non fuit conditio,
sed modus, & exponit litteram ibi, hac conditione, idest hoc
modo. Sed But. & Abb. Sic. hoc reprehendunt, quia hoc est
contra tex. & glo. in cap. vnico. vt eccles. benefic. ideo ipsi dicunt, quod conditio extrinseca non potest interuenire, sed
intrinseca sic. nam non potest quis monachari, nisi sit liber.
de seru. non ordi. per totum. ergo libertatem dare, vt monachus fiat, & conditionare spirituale ad temporale, quod est
13 necessarium spirituali, non inducit † simoniam, sicut si daretur prædium, vt ibi fiat ecclesia, non est simonia, vt in capit. olim. de restit. spoliat.

In glo fi. But. dicit, quod aut seruus non implet in aliquo
modum, vel conditionem acceptat libertatis, & planum
est, quod remanet seruus, & si fuerit manumissus, redigitur
in seruitutem, aut seruus acceptat conditionem testamenti, & idem, quia s̄m veritatem sic acceptando non est monachus, quicquid dicat glo. quia professio debet fieri in manibus illius, qui possit incorporare religioni, vt in capitulo,
porrectum, de regularibus. Aut iam deuenit ad professionem, & tunc secundum iura canonica compellitur seruare
monachatum, nec amplius redigitur in seruitutē, quia nec
Papa circa hoc potest dispensare, vt in capitulo, ad monasterium. de statu monac. & dato quod voluisset, non potest
redigi in seruitutem, quia testator non potest facere, quin leges in suis testamentis habeāt locum, supra de testam. requisisti. & ff de legatis primo, l. nemo potest. & hoc procedit de
iure canonico, sed de iure ciuili, secus: quia secundum iura
14 antiquorum, si liber homo factus monachus † deserit monasterium, prima vice redigitur ad monasterium, secunda autem vice traditur curiæ, vt in Authen de sanctis episc.
§ si monachus aut seruus est factus monachus, & tunc si deserit monasterium, redditur domino, vt dicta Authenti §. si
quis autem monachorum. Sed dicunt Doctores, quod authē. est secundum canones, quia monachus non potest deserere monasterium, vt dicit glo. sed dom. Abb. Sic. dicit, quod
si iste fuisset seruus monasterij, quod tunc valuisset conditio, non vt ex toto desinat esse monachus, sed vt magis sit
astrictus monasterio, quam cæteri, vnde quasi seruus monasterij non poterit intrare monasterium strictius, allegat
not. in cap. de famulis. & in cap. eo libentius. de seruis non ordin. & quod notat glo. not. 27. quæstio. 2. vt lex continentię,
15 quæ dicit, quod † conuersi monasterij non possunt transire
ad strictiorem regulam, qui se fecerunt seruos, quia nec liberti possunt recedere de sua ecclesia. 12. q. 2. liberti.

Nota bene, quod conuersus non poterit transire ad strictiorem regulam, nisi obtineat licentiam a superiore, vide tamen Archid. in d. c. eum lex. continentię.

Sed aduerte, ille tex. in fi. videtur facere contra intellectũ glo. nam Papa mandat seruare voluntatem manumittentis, ergo debet redigi in seruitutem, cũ hęc fuerit volũtas manumittentis, vt patet in tex. Abb. Sic. dicit, q ꝯtrariũ est difficile, & non tactum per Doct. sed ipse soluit, & dicit, quod voluntas manumittentis fuit, vt fiant monachi, & si nollent, redigerentur in seruitutem, vnde cõditio debet referri ad tempus ante monachatum, & ideo si sunt monachi, voluntas manumissoris seruatur in eo, quod compellantur perseuerare in monasterio, & sic debet intelligi tex.

In ead. glo. in fi ibi, secus in his qui promouentur ad clericatum. dom. Cardi dicit, quod serui ecclesiastici rediguntur in seruitutem, vt d. c. de famulis. allega. per glo. In seruis autem priuati duo sunt necessaria, quãtum ad hoc, vt possint redigi in seruitutem.

Primo, quod fuerit apposita conditio de reuocando in seruitutem.

Secundo, quod fuerit apposita de licentia episcopi, vt in d. c. nullus. alleg in glo. dicit tamen dom. Cardi quod quando serui ecclesiæ ordinati rediguntur in seruitutem non es
16 sent serui, eodem modo quo prius, quia non debent redigi ad humanos vsus, vt in regula, semel Deo. de reg. iur. in 6. & per hoc dicit, quod videtur dicendum, quod in seruo priuato manumissio, vt fiat clericus, non est admittenda conditio, quod factus clericus possit redigi in seruitutem priuato, de quo in d. c. nullus.

Extra glo. quæro, quid si testator mandauerit seruum sub hac forma, Stichum seruum meum liberum esse volo, sic tamen vt cum hærede † meo stet, donec iuuenis fuerit, quod
17 si noluerit, aut si contempserit iure seruitutis teneatur. in hac quæst. Doct. in cap. 3. 54. distinct. dicunt, quod talis adita hæreditate liber est, nec sequentia verba sunt efficacia ad libertatem reuocandam, & hoc etiam sequitur Archid. ibi, & dom. Cardin. hic. Sequitur capitulum, de illis.

SVMMARIVM.

1 *Vxorem ducere qui iurauit, si daret centum, si non dat, non tenetur ducere.*
2 *Sponsalia possunt contrahi sub conditione.*
3 *Conditio, si tale quid donaueris, te ducam in vxorem, habetur pro honesta.*
4 *Obligatio non oritur ante euentum conditionis.*
5 *Periurus non dicitur is, per quem non stat.*
6 *Conditio apposita in sponsalibus, quibus modis tollitur.*
7 *Copula quid operetur circa matrimonium.*
8 *Fictiones duæ non videntur concurrere circa vnum, & idem.*
9 *Matrimonium an censeatur ex eo, quod mulier vellet dare quod promisit, sed non potest.*
10 *Matrimonium an censeatur, si dico, contraho tecum, si des mihi centum vel fundum, & nihil de his detur.*
11 *Modus non suspendit matrimonium.*
12 *Vir qui iurauit ducere, si daret centum, an sit periurus, si secuta copula, licet illa non tradat, eam non ducat.*
13 *Iuramentum est stricti iuris.*
14 *Affinitas superueniens sponsalibus conditionalibus, an faciat per copulam ea transire in matrimonium de præsenti.*
15 *Sponsalia de præsenti, puta accipio te in vxorem, si dederis centum, an statim sit matrimonium.*
16 *Matrimonium statim valet, si conditio est vera, secus est, si est falsa, quia est nullum.*
17 *Conditio respiciens futurum, & habet se ad esse & non esse, dicitur contractus conditionalis.*
18 *Pactum nudum de iure canonico non eget alio vestimento, quia per se valet.*

CAP. III.

1 DE illis. Qui iurauit † aliquam in vxorem ducere, si centum donauerit, non dantem recipere non tenetur, nisi pure cõsenserit, vel carnaliter eam cognouerit. h. d. & est pars Decre. de illis. de despon impub. & de si. illius Decr. hæc fuit decisa, vt patet in antiqua.

In prima ponit dictum.

In secunda excipit duos casus secunda ibi, nisi.

a No primo, q † sponsalia possunt contrahi sub conditione licita, secus si esset illicita. s. eo. c. j. & Inno ponit exemplum:

puta si dicatur[...] strum interuenero, [...] conditiones sun[...] enim conditionum, vnde rem[...] esse fornicarium, de quo etiam p[...] trimonium tenet, [...] Abb. Sic. tex. v[...] si tale q[...]

Secundo no. fin Abb. [...] honesta, accipio te in vxorem, [...]
3 nam si haberetur pro non honesta, non sun[...] falsa, sed haberetur pro non adiecta, vt in c. fi. j. eo. hoc vt tex ad literam in l. si ita stipulatus fuero te [...] tibi nupsero. ff. de verb. oblig. vbi tex dicit, q si mulier stipulatur a viro decem sibi dari, si sibi nupserit, non valet stipulatio tanquam inhonesta, & idem dicit in personam viri, si vir stipulatur a muliere, nisi stipuletur in dotem, hoc est, q illa decem conuertãtur in dotẽ, & ratio illius l. legis est, quia ille qui dat, vr dare, seu contrahere matrimonium pp libidinem. Abb. Sic. dicit, quod contrarium est difficile, & non tactum per Doct. & dicit, quod possent dari duæ solutiones.

Prima solutio est, q iste tex. intelligatur, quando vir fuit stipulatus aliquid sibi dari occasione dotis: nam tunc valet stipulatio, vt d. §. si tibi nupsero. Sed tu dic, q hæc solutio nõ congruit literę, quia in litera dicit, si tantum mihi donaueris. sed illud quod datur, vel promittitur occasione dotis, nõ dicitur donatio, quia datur propter onera matrimonij, vt in l. pro oneribus. C. de iure dot. & ideo vir non dicitur habere causam lucratiuam in dote, sed onerosam, vt in l. fi. ff. quæ in frau credit.

Secunda solutio est, q iste tex. intelligatur, q suberat causa honesta, nam tex. in d. § si tibi nupsero. indistincte annullat stipulationem, sed dicit, quod est annullanda causa cognita, vnde dicit ibi Bar. quod si nobilis contraheret matrimonium cum plebeio, non esset inhonestum, si aliquid promitteretur ipsi nobili in compensationem nobilitatis, nam tunc cessat vitium libidinis. & idem si subesset alia causa similis. & idem dicit Bar. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. & di
a xi in c. Gemma supra de spon. a

4 No. tertio, quod sponsalia conditionalia ante † euentum conditionis non obligant, sic etiam in aliis contractibus, vt in §. sed ex conditionali. Instit. de verbor. obliga. idem est quod in sententia ex eo, vt in c. præterea de appell. idem est in Decreto, vt in mandato, vt in c. si pro te, de rescrip. in 6. & in Decreto, vt in clem. j. de concess. præb. & in iuramento, vt hic.

Nota quarto, quod is per quem non stat, non tenetur de
5 † periurio. facit c. sicut. s. de spon. & c. peruenit. de iureiur. Mulier autem hic non parebat conditioni, & sic non stetit per virum, vt in regula, cum stat per eum, de reg. iur. in 6.

6 Nota vltimo duos casus, in quibus † conditio apposita in sponsalibus tollitur.

Primus est, quando contrahitur matrimonium de præsenti, & sic cõditio apposita in sponsalibus non intelligitur repetita in matrimonio de præsenti postea subsecuto. facit glo. pen. & vlt. & quod no. Bar. in l. si ita stipulatus. § Grisogonus ff. de verb. oblig. & in l. Titia § idem respondit. eod. tit.

Secundus casus est, quando interuenit carnalis copula, & no. bene hoc cap. iuncta glo. fi. quę extendit c. is qui, de spon.
7 nam copula † operatur duo.

Primo, quod purificat sponsalia conditionalia.

Secundo, q eodem momento transfert illa in matrimonium de præsenti, & sic fictio, de qua in d. ca. is qui. operabitur duo specialia. Sed hoc vr nõ procedere, quia circa idem duo
8 specialia non possunt concurrere, seu † duæ fictiones, vt glo. in l. j. C. de do. promiss. & in l. cum post. § gener. ff. de iu. do. & quod ibi no. per Guil. de Cun. & per eundem in l. ab emptione ff. de pact. sed dom. Iac. de Zoch. soluit, dicens, q contrarium procedit, nisi vnum speciale haberet necessariam consequentiam de futuro, nisi sint puta. non possunt per copulam transire in matrimonium de præsenti. si ergo copula fingit matrimonium de præsenti, ergo necessario fingit consensum esse purum. Regula est ergo, q nec duę fictiones, nec duo specialia concurrunt circa idem, vbi sunt ęque principalia, secus si vnum venit ad consequentiam alterius. Et de hac materia vide per Bar. qui plenissime declarauit materiã fictionum, in rep. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. vlt. car.

Sed quæro, quid si mulier libenter vellet dare illud, quod
9 promisit, sed non potest dare, nunquid erit † matrimonium. Damasus, & Gasp. Cald. dicunt quod non, per quemcunque casum superuenientem impediatur dare, allegat l. legatum. C. de cond. inser. constat enim virum non consentire contractui, nisi det.

Secundo

ADDITIO.

a ¶Sexta colum. in prin. Adde dom. Abb. in cap. j. in fi. de adult. & in c. super eo. ij. de testib.

Secundo quæro, quid si matrimonium est contractum
10 per verba de præsenti, hoc modo, contraho tecum † matrimonium, vt des mihi cẽtum, vel vt des fundum, non dat neque centum, neque fundum, an erit matrimonium Hostiẽ. dicit, quod statim erit matrimonium, etiam si mulier non det centum, vel fundum, ex quo consensus est de præsenti, nisi committatur alieno arbitrio, vt infra eod. super eo. Gaspar dicit, quod hoc vltimum videtur inepte dictum: nam si hoc intelligit, quod sit matrimonium, si contrahens dicit, contraho tecum matrimonium, vt patri meo placeat, non suspendatur matrimonium, nisi exponat vt, pro si. Sed domi. Cardin dicit, quod ex hoc dicto Host hoc non infertur: nam debes sic exemplificare, quod consensus sit collatus alieno arbitrio, quod fieri non potest exemplificando in modo, ꝙ
11 † modus non suspendit matrimonium, vt in capit. proxi in glo. 1. Exemplifica ergo in dicta conditione, vt puta si dicit, contraho tecum matrimonium, vt des mihi centum, si patri meo placuerit, nam tunc non est matrimonium, etiam si det centum nisi patri placuerit.

Tertio quæro, an si post sponsalia subsecuta est carnalis copula, vel consensus de præsenti, mulier tamen non dat cẽ
12 tum, † an vir sit periurus, si non vult eam accipere, nisi det centum. Gasp. Calder dicit, quod videtur quod sic, referendo dictionem, ni[illegible], ad præcedentia, sed ipse determinat contrarium, dicens quod iuramentum ad hunc casum se non extendit.

Et ex hoc dom. Iac. de Zoch. refert duo.

13 Primum, quod iuramentum † est stricti iuris, & non extenditur ad ea, de quibus non est actum, nec iuratum, de iureiurando, veniens. & cap. Quintavallis. facit capit. clericus, eodem titulo.

Secundum est, quod fictio non excedit determinatam dispositionem iuris, licet enim ius fingat hũc esse virum post copulam, vel post purũ consensum, non tamen fingit periurium. Et dicit Gasp. quod dictio, nisi, vnum verbum subaudiatur ad tex. ante verbum, nisi, scilicet nec est vxor. Iste intellectus Gasp. mihi non placet, quia est contra tex. & hic est casus contra opinionem eius, si recte inspiciatur tex. vnde aduertendum est, quod quando post sponsalia iurata, & conditionalia interuenit consensus de præsenti, vel carnalis copula, illa sponsalia sunt purificata. Item sunt translata in matrimonium de præsenti, vnde dato quod sit nunc matrimoniũ de præsenti, remanet tamen prima promissio cum iuramento, vt si tale iuramentum fuerit conditionale a principio, nunc est purum, quia partes intelliguntur recessisse a conditione, & sic no. si non accepit eam, facit contra iuramentum, ergo est periurus, & sic intelligo istum tex.

Quarto quæro, quid si post sponsalia conditionalia super
14 uenit † affinitas, an copula sequens transfundat ea in matrimonium de præsenti. Ioan. Andr. quem sequitur domi. Cardin in vlt quæst. & etiam But. qui dicit, quod non, quia per affinitatem superuenientem rupta sunt sponsalia, vt infra de eo qui cogn consan. vxo. suæ. veniens, el 1. & in cap. ex literis. & sic copula sequens non inuenit, quod transfundat arg infra eod. per tuas. in fi.

15 Vltimo † quæro, quare tex loquitur, quando fuerunt contracta sponsalia de futuro sub conditione, si mulier tantum donauerit, quid si fuerit contractum matrimonium sub tali conditione puta accipio te in vxorem, si dederis centum. Vincen. Pet. & Abb. dicunt, quod statim est matrimonium, dummodo non sit conditio, quæ faciat consensum pendere ex alieno arbitrio: puta accipio te in vxorẽ, si patri meo placuerit, vt in cap. super eo infra eo. & in eo quod dicit iste tex nisi consensus de præsenti &c. dicũt, quod oportet quod intelligatur de consensu de præsenti sub conditione: nam si intelligeretur de consensu de pręsenti, puro, istud cap. non contradiceret, cap. super. infra eod. & tamen contradicit, vt patet in litera, ibi, dicunt ergo, quod in cap. super eo, consensus erat collatus in alieno arbitrio, hic secus: nam primo casu conditio dicitur apposita cõtra substantialia contractus, idest circa consensum.

Secundo casu circa non substantialia, sed vel circa dotẽ, vel circa alia. & istam opin. tenuit Specul eod tit. in ptin vbi dicit, quod pauci hanc subtilem veritatem intelligunt, recitat tamen opi contrariam, quæ vult, quod eo ipso quod apponitur conditio, suspenditur consensus, nec refert an dicatur, si centum dederis, vel an dicatur, si patri meo placuerit, & glo pen. hic intelligit istum tex. in verbo, nisi de consensu de præsenti puro, vt sit cõsensus, quod si hæc mulier, de qua in cap. nostro non dat centum, non est vxor, nisi consensus de præsenti purus fuerit subsecutus, vel carnalis copula. & hoc expresse dicit Innoc. in c super eo. infra eod. vbi de contrarietate illius cap. & istius respõdit, quod cum hic dicatur, quod post sponsalia de futuro consensus de præsenti superueniens facit matrimonium, multo magis videbatur, quod si a principio consensus de præsenti, licet suspensus per conditionem contractum sit matrimonium. sed Innoc. respondit, & dicit, quod consensus cõditionalis non est consensus de præsenti, cum sit suspensus per conditionem, & hoc placet Io. And. qui pro hoc inducit c. si. ĩ. eo. a contrario sensu: nam ibi sunt verba de præsenti, & tamen conditio apposita facit contractum conditionalem, si non est turpis, & dicit Io. And. ꝙ contraria opi secundum quam non differt honesta conditio a turpi, non conuenit, nec menti, nec verbis iuris, ꝙ est contraria ęquitati, & discretorũ iudicio, vnde alius cõtractus per verba de præsenti initus, si sit sub conditione, non dr̃ perfectus, vt ĩ. c. prox. & hoc placet etiam Gasp Calder. & domi. Cardi. in pen. q qui hoc tamen limitat, quando conditio esset de præsenti, vel de præterito, quia tunc nõ su
16 spenderet: nam aut conditio est vera, & † statim est matrimonium, aut est falsa, & non valet matrimonium, vt si dicatur, contraho tecum matrimonium, si vocaris Ioanna, vel si pater tuus vocatus fuit Martinus, nam statim est matrimonium, si sic vocatur, vel si pater, sic est vocatus, alias nõ tenet matrimonium, & sic vbi conditio de præsenti, vel de præterito est vera, statim tenet matrimonium. & vbi est falsa, statim matrimonium est nullum, & idem in aliis cõtractibus, vt in l. cum ad præsens. ff. si cer per. vnde talis nõ dicitur proprie conditio, cum pendeat ex futuro euentu. & istam opin. sequitur etiam But. in c. super eo. ĩ. eo. & in c per tuas.

Et dicit Abb. Sic. ꝙ hæc est ipsa veritas. dicit tamen, quod est differentia, an dicam, accipiam te in vxorem, si centum dederis, vel an dicam, accipio te in vxorem, si centum dederis; nam primo casu existente conditione purificantur sponsalia, non tamen est matrimonium, sed in secundo casu erit matrimonium, quia conditio suspendit consensum de præsenti, & hoc etiam dicit Innoc. in c. j. s̃. eod. & ibi dixi. 2. col. versic. si vero.

Ex his conclude, tam in matrimonio, quam in alio con-
17 tractu, ꝙ vbi † conditio respicit futurum, & habet se ad esse, & non esse, quod dicitur contractus conditionalis, licet sit initus: vbi autem conditio non respicit futurum tempus, sed est de præsenti, vel de præterito, & tunc contractus non suspenditur, sed statim contractus valet, si conditio est vera, vel statim est nullus, si non est vera.

Glo. prima. dic, secundum Doct. quod aut sunt cõtracta sponsalia de futuro, & tunc non potest dici conditio de futuro ex interuallo altera parte inuita, vt d. l. perfecta. sed bene ea consentiente, sicut mutuo consensu possunt dissolui spõsalia, vt in cap. 2. de sponsa. Sed dicit But. quod ista conditio non suspendit sponsalia, ex quo fuerunt pure contracta, sed resoluit ea existente conditione, vbi conuentio est vestita, ff. de actio. & oblig. l. obligationum fere. §. placet. sed de iure
18 canonico nudum † pactum valet, nec eget alio vestimento, vt in c. 1. supra de pact. & sic si fuit apposita conditio ex nudo pacto, resoluit sponsalia, quia causa matrimonialis decidenda est per canones, & non per leges. Ego puto But. dicere verum, nisi appareret de intentione contrahentium, ꝙ voluissent illa sponsalia pura suspendere aduentum conditionis, verbigratia, si dicatur sic. Promitto quod te accipiam in vxorem, sicut promisi, si patri meo placuerit: nam ista, est conditio suspensiua non resolutiua, vt videbitis in cap. sequen. aut matrimonium de præsenti est contractum pure, & tunc non potest addi conditio ex interuallo etiam de consensu vtriusque partis, cum mutuo consensu non possint dissoluere matrimonium, vt in cap. super, infra de eo qui cogno. consang. vxo. suæ.

In glo. secunda. glos bene dicit, & ipsam nota pro declaratione capituli, aliæ etiam glos. bene dicunt, & hæc sufficiant. Sequitur capitulum, verum.

SVMMARIVM.

1 *Res donata ecclesiæ, sub modo, statim fit ecclesię.*
2 *Donans ecclesiæ potest apponere modum donationi.*
3 *Conditio est apponenda statim in ipso contractu.*
4 *Occupatio rei an possit fieri per laicum modo non seruato.*
5 *Dictio, qualibet, qualiter sumatur.*
6 *Conditio est duplex, nam est, aut suspensiua, aut resolutiua, & quales sint.*
7 *Conditio resolutiua in testamento, facit actum conditionalem.*
8 *Modus non suspendit actum, sed modificat.*
9 *Conditio aliquando accipitur pro pacto.*

10 Differentia inter modum, & conditionem.
11 Demonstratio est vltra conditionem, & modum tertia species.
12 Dictio, vt, & sic, quot modis accipiantur.
13 Ecclesia an amittat prædium, quod sibi traditum est, vt præstet alimenta, si ea semel non præstanit.
14 Dictio, dummodo, qualiter sumatur.
15 Donatio facta ecclesiæ sub modo, an modo non seruato donatio reuocari possit.
16 Donatio facta ecclesiæ pro alimentis alicuius, & is moriatur, qualiter sit procedendum.
17 Ecclesia non percipiens aliquid de donatis, an teneatur ad renditionem alimentorum.
18 Domus donata monasterio, vt præstaret alimenta, si casuale perijt, an monasterium teneatur ad alimenta illa præstanda.
19 Dominium plenum non transit in emphyteutam.
20 Donatio facta ecclesiæ ex pacto expresse apposito, an reuocari possit, defectu proficiscente ex facto prælati.
21 Factum prælati an præiudicet ecclesiæ, & quando eius negligentia transit in delictum.
22 Rector in sua ecclesia non collegiata tantum potest, quantum prælatus, & Canonicus.
23 Ecclesia an possit petere in integrum restitui, si fuerint prælatus, & capitulum negligentes.
24 Ecclesia contra ecclesiam potest petere restitutionem in integrum.
25 Res concessæ ecclesiæ ne alienentur pro causa etiam redemptionis captiuorum non alienantur.
26 Legatum factum sub hoc, vt non alienetur, qualiter procedat.
27 Alienatione prohibita a lege, iudice, vel arbitro, quid agendum.
28 Pactum de non alienando ex interuallo in contractu, vel donatione factum, an valeat.
29 Textus hic notatur, qui fertur abrasus a Baldo, vt Bartolum superaret, cum essent aduocati contrarij.
30 Dominium vtile tantum transfertur rei, vbi res prohibetur alienari.
31 Pactum quod alienans contra pactum possit conueniri ad interesse, an valeat.
32 Res donata quibus in casibus alienari possit.
33 Donatio facta ecclesiæ, vt si alienetur res sit reuocata donatio, an eo ipso quod fuit alienatio facta, ipso iure censeatur reuocata.
34 Dominium transfertur in ecclesiam ex solo contractu, quod in alijs non accidit, quia est speciale in ecclesia.

CAP. IIII.

VErum. Ista decre. est famosa, & quotidie allegatur, & secundum intellectum, quem ponit glo. 2. hoc dicit, † res donata eccle-
1 siæ sub modo statim est ecclesiæ, nec reuocatur, modo non seruato, nisi in contractu hoc sit expressum.

In prima ponitur dictum.

In secunda exceptio. secunda ibi, nisi forte.

Nota tantum vnum ex tex. scilicet quod donator potest
2 apponere † in donatione, quam facit ecclesiæ conditionem seu modum etiam contractus resolutiuum. ad hoc, cap. cum dilecti de donatio.

Res ergo semel effecta ecclesiæ potest ab ea reuocari modo non seruato, vel per existentiam conditionis resolutiuę.

Sed intellige istum tex. quando modus, seu conditio non est contra naturam contractus, alias non valeret, vt in c. 2. 10 quæst. 1.

3 Item intellige, quando modus, seu † conditio apponitur in continenti, vel in ipso contractu: nam postea non posset apponi, vt in l. vnica. § excedit. C. de rei vxor actio. & quod ibi notat glo. in verbo, fecerit. & ibi Cyn soluit quæstionem facti. Ecce quidam pro dote obtulit possessiones aliquas, deinde ex interuallo tradidit, & in traditione voluit apponere conditionem, vel modum, dicit Cyn. fuisse consultum, quod non possit apponere, & hoc etiam tenet dom. Card in princ. sui commen. facit l. quotiens. ff. sol. matr. & quod not. glo. in cap de illis supra eod.

Nunquid autem in casu huius Decre. modo non seruato
4 possit laicus propria auctoritate rem † occupare. dic vt per Doctores in capitulo, verum de foro competen. & per Bartolum in l clericorum. C. de pignorib. & in dictis locis vide, quid si quis pactus est cum aliquo debitore, vt ipso non soluente debitum possit rem capere propria auctoritate, an si debitor donat rem ecclesiæ, possit creditor dictam rem donatam ecclesiæ occupare auctoritate propria, debitore nõ soluente debitum, non me extendo, quia in dictis locis terminatur per Doct.

5 Glo. prima. Gaspar. Calder. dicit, quod † dictio, quælibet, non est vniuersalis, sed distributiua. ff. de legatis secundo, l. pluri[...] ita scriptu[...] rio, non quilib[...] quilibet, idest non[...] quidam. de electionib[...] rundum, & in §. circa re[...] dicantium, [...] bet. dominus Cardina in prin[...] ipsa vult dicere, quod dictio, quilibet[...] cut stat dictio, omnis. & sic non expedit[...] & hoc [...] fessio collectiue sit donata ecclesiæ, [...] collectiu glo. licet faciat diuersam expositionem. Et [...] ctione quilibet, & similibus, & quid importet, vide Bart. dicta lege, si pluribus. & plenius per eum in l. hoc articulo. ff. de hæredibus instituen. & cum hac opin. Gasp. transit hic dominus Cardin in prima opposit. & mihi placet, licet But. transeat cum glo.

Glo. secunda. pro expeditione istius glos. opponitur contra text. videtur enim, quod nullo modo possit procedere, aut enim extat conditio apposita in donatione, & non potest donatio amplius reuocari, ex quo euenit conditio, sub qua est facta donatio, aut conditio non extat, & frustra tractatur de reuocatione, quia conditio suspendit actum in euentum conditionis, vnde antea non potest dici donatio, quia est sola spes in obligatione, vt Instit. de verborum obligationibus. §. ex conditionali, vt infra capitulo proximo. ergo non potest reuocari, quod nondum tenet, cuius contrarij timore, glos. ponit duos intellectus, vt iste text. intelligatur in conditione resoluente, vt patet in ea, & sic ante euentum conditionis non potest reuocari donatio, & ita intelligatur prima pars capituli, sed post conditionem existentem potest reuocari, & sic intelligitur secunda pars capitu-
6 li. & vt intelligas glo. dic, quod duplex est † conditio, scilicet suspensiua, & resolutiua: conditio suspensiua est illa, in cuius euentum perficitur contractus, & stat suspensio, donec eueniat conditio, verbigratia, vendo tibi fundum pro decem, si alius meliorem conditionem non obtulerit infra mensem: nam hæc non est venditio pura, sed conditionalis, & non perficitur nisi in euentum conditionis, vnde talis emptor ante euentum conditionis non vsucapit rem, nec facit fructus suos. Conditio resolutiua, quando contractus est purus, sed resoluitur in euentum conditionis, verbigratia, vendo tibi fundum pro decem, & si alius meliorem conditionem attulerit, volo, quod sit inemptus: nam venditio contrahitur purè, sed rescinditur, si alius plus obtulerit, vnde si res traditur emptori, vsucapit rem, & facit fructus suos. & de his vide tex. in l. secunda, & tertia, in principio. l. quarta. ff. de in diem adiec. Dic tamen, quod licet lucretur fructus, tenetur eos restituere, si alius meliorem cõditionem attulerit, vt l. item quod dictum, eodem titulo. Item dic, quod prædicta distinctio procedit in contractibus, secus in
7 vltimis voluntatibus: nam † conditio resolutiua posita in testamento, facit actum conditionalem, verbi gratia, si testator sic dicat, lego Titio decem, deinde in eodem testamento subiungat, decem, quæ Titio legaui, ea hæres meus, si mater mea morietur, dato. nam legatum efficitur conditionale, nec remanet purum resoluendo sub conditione, vt in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditio. & demonstr. & in l. si legatum pure. ff. de adimen. lega. & de legatis tertio. l. fideicommissa. §. si fidei. Et hanc differentiam inter contractus, & vltimas voluntates, fecit glo de qua Legistæ faciunt magnum festum in l. secunda. ff. de in diem adiec. Sed istum intellectum, scilicet quod tex. intelligatur de conditione resolutiua, licet in se sit verus, tamen glos. ipsum non approbat, quia non congruit literæ: nam si tex. intelligeretur de conditione resoluente, dixisset, quod ea existente possit donatio reuocari, sed tex. dicit, ea cessante, & sic defectus conditionis est ille, qui facit donationem reuocare, sed si esset resolutiua, tunc euentus conditionis faceret donationem reuocari, vt patet in exemplo primæ glo. & in exemplo quod supra posui, ideo glo. transit ad secundum intellectum, scilicet quod iste tex. intelligatur in modo, & non in conditio-
8 ne: nam † modus non suspendit actum, sed modificat, vt puta si datur prædium ecclesiæ cum hoc, quod non alienetur, vel vt præstet alimenta singulis annis, nam tunc si cessat modus appositus, potest reuocari donatio, & hoc sic fuit dictũ in donatione, quasi velit dicere glo. quod non obseruantia modi non præstat facultatem reuocandi donationem, sed duntaxat agendi, & istud seruatur, nisi dictum sit, vt possit reuocari.

9 Nota bene ex glos. quod † conditio aliquando accipitur pro modo, vel pro pacto, & hoc bene probatur in lege Mæuia. ff. de manum. testam. & dic post dom. Card. But. & Abb. Sicul. tam in contractibus nominatis, quam innominatis, quod

quod ſi modus fuit cauſa finalis contractus, agitur ad reuocationem contractus, ſi modus non ſeruatur, vt eſt tex no tab. ſecundum Bart. in l. cum te fundum. C. de pactis inter empt. & vendit. & in l. prima. C. de donatio quæ ſub modo.

Si autem modus non fuit cauſa finalis contractus, tunc non agitur ad reuocationem, ſed agitur ad obſeruantiam modi, & ita debet intelligi tex. in dicta l. hac conditione. C. de reſcind. vendi. ſed reſpectu donationis factæ eccleſiæ, hic eſt caſus ſingularis, quem Abbas Sicul. dicit, ſe neſcire alibi, quod etiam ſi modus ſit finalis cauſa contractus, non tamen reuocatur donatio facta eccleſiæ, niſi hoc ſit expreſſum in donatione, & Abb. Sicu. dicit, quod putat hanc eſſe rationem, quia donans eccleſiæ ſub modo, videtur principaliter donaſſe propter Deum, & in remedium peccatorum, argum. in cap. requiſiſti. de teſta. vnde modus appoſitus non videtur cauſa finalis contractus, & ſic non poteſt agi ad reuocationem, ſed ſolum ad implementum niſi ſit dictum, vt poſſit, & dicit Abb. Sic. quod per hoc inducit ad concordiā ius ciuile, & canonicum, cum eadem ratio ſit in vtroque. & dicit hanc lecturam tenendam cęteris omiſſis, quæ dantur extra gloſ. quæ non ſunt bonæ, & ideo ipſas non refero, & dom. Cardin. ipſas impugnat.

In ead. glo. in fi. dic. quod triplex eſt differentia inter mo-
10 dum, † & conditionem.

Prima, quia modus non facit actum conditionalem, ſed actus eſt purus. Modus tamen eſt implendus poſtquā actus habuerit effectum. verbi gratia, lego tibi decem, vt præſtes alimenta tali ſingulis annis, nam legatum eſt purum, & conſequitur rem legatam, ſed poſtea tenetur implere modum, ſcilicet præſtare alimenta.

Secūda differentia eſt, quia defectus conditionis impedit purificationem actus, ſed defectus modi reſoluit actum purum, quando modus fuit cauſa finalis ipſius actus, vt ſupra dixi.

Tertia differentia, quia modus fit per vt: Conditio per, ſi. Et de materia conditionis, & quæ verba importent conditionem, dic vt per Bart. in l. 1. ff. de condit. & demonſtra. Et de materia modi dic vt per Bar. in l. quibus diebus §. Terminus, eodem tit. & dum glo. dicit, quod cauſa fit per quia. Pone exemplum, lego, vel dono tibi decem quia geſſiſti negocia mea: nam cauſa eſt de præterito, & ſi talis cauſa reperitur falſa, non vitiatur legatum, vt in l. 1. ff. de falſa cau. adie. legato. & in l. demonſtratio §. quod autem ff. de conditio. & demonſtrat. & Inſtit. de lega. ad finem tituli. §. longe magis. ſed Vincen. dicit, quod vltra conditionem, modum, & cau-
11 ſam reperitur demonſtratio: † puta relinquo decem quæ habui a Titio, vel relinquo equum, quem habeo in ſtabulo, & ſi talis demonſtratio reperitur falſa, verbi gratia, quia equus non ſit in ſtabulo, ſed alibi, vel quia decem habui ab alio, quam a Titio, non propter hoc vitiatur legatum, quia falſa demonſtratio non vitiat, ſi de corpore conſtat, vt in § huic proxima. Inſtitut. de legatis. & in l. demonſtratio. in princ. ff. de condit. & demonſt. & in l. quæ extrinſecus. ff. de verborum obligat. & quando falſa demonſtratio vitiat, & quando non. dic vt per Bart. in l. demonſtratio, in princ. De materia cauſæ, & quando cauſa vitiat, dic vt per Bar. in ea. lege. §. quod autem.

Subdit tamen Vincē. vnum alium verſum vltra verſum glo. ſcilicet. Quæ ſtichios habet, eſt demonſtratio relinquo, &
12 † quot modis accipiatur hęc dictio, vt: vel dictio, ſi, dic, vt hic plene per dom. Cardi. in 4 q. nam non videtur multum materia noſtra, & ideo non examino.

Sed antequam veniam ad glo ſequē. quæro de aliquibus. & primo, quia hæc glo exemplificat de prædio dato eccleſiæ, vt præſtet alimenta, ſemel ceſſauit in alimentis, an de-
13 beat ipſa eccleſia † perdere prædium. Vinc. dicit quod non, ſi vult ſupplere illud, in quo ceſſauit, ſed contra hoc facit l. rogo. ff. de fideicomm. liber. vbi ex quo ſemel extitit conditio, poteſt petere libertatē. ſed Vinc. dicit, quod illa l. procedit fauore libertatis, ibi enim dixit teſtator, rogo, ne Stichus alterius ſeruitutem experiatur. Intelligitur enim data fideicommiſſa. libertas, ſi fuerit alienatus, ſtatim petetur libertas, quia conditio ſemel extitit, etiam ſi hæres eum redimerit. item tenet Hoſt. & Domin. de Ro. concluſione 121. qui allegant cap. ſignificatum de præben. & glo in cap. i non poteſt. in verbo, retinere. de pręben. in 6. intentio eorum eſt per glo. quam allegant, quod ſi donatur aliquid de monaſterio, dum ſic faciat, ſi non facit illud, non reſoluitur donatio ipſo iure, ſed ſi agitur ad illud, bene diſſoluitur, quia vt dicit glo. præalleg. dictio dummodo, non ſapit conditionem, ſed monitionem, ſiue modum. Nec obſtat cap. vt prætereæ. de electio. & cap. fin. de translat. prælat. quia ſecundum Ioann. Andr. ibi, & in dicto cap. non poteſt. & ibi per dom. Paul. &
14 Dom. Dom. ſuper glo præalleg. Aut † dictio, dummodo, iungitur rei perfectæ, & tunc ſonat in monitionem, vt dicit gl. in dicto capitulo, non poteſt. § in verbo, retinere. aut iungitur rei non perfectæ, & tunc ſonat in conditionem, vt in d. cap. vt prætereæ. & in d. c. fi. de translat. prælat.

Nota ex prædictis, quod ſi donatur aliquid eccleſiæ, & ſub modo imponitur aliquod onus eccleſiæ. vt puta, dono talem poſſeſſionem eccleſiæ, vt in ea quotidie celebretur talis miſſa, vel vt præſtet alimenta duobus pauperibus. etiam
15 † modo non ſeruato ipſo iure, donatio remanet valida ſed an poſſit reuocari, Domini de Rota, vbi ſupra dicunt, quod ſic ſed dom. Iac. de Zoch. & bene dicit, quod ſunt ſaluandi, quia debent intelligi, vt dicit hæc littera in fine, ſcilicet vbi fuit expreſſe dictum, quod modo ceſſante donatio poſſit reuocari. ſed dominus Cardin. in prima quæſtione dicit, quod etiam extra caſum libertatis, ſi modus non ſeruetur, reuocatur contractus, ſeu legatum, vt ff. de ann. lega. l. liberto §. Lucius. vbi fuit legata pecunia ciuitatis, vt alternis annis ex vſuris pecuniæ celebrarentur certamina ſub nomine defuncti, & dicitur ibi, quod ſi reſpub. non paruit conditioni, id eſt modo competit hæredibus defuncti repetitio, & idem dicendum eſt in contractibus, vt in l. prima, & ſecunda § C. de donationibus, quæ ſub modo & hoc procedit, niſi diſponens ſub modo, etiam alias eſſet diſpoſiturus. ff. de condit. & demonſt. l. Titia in princ. & quod ſupra dixi.

Ex his dicit dominus Cardin. quod determinatio Vincē. non videtur procedere, ſed ipſe dicit, quod immo procedit in caſu, in quo loquitur, ſcilicet in eccleſia: nam eſt ſpeciale in eccleſia, quia ſi ei res datur ſub modo, non reuocatur etiam modo non ſeruato, niſi hoc fuerit expreſſum in contractu, quod modo non ſeruato reuocetur donatio, vt eſt hic caſus ſecundum ſecundam lectu. glo. quæ communiter tenetur.

Et ex his deciditur talis quæſtio, legatus donauit certas poſſeſſiones Abbati Secundi Proculi de Bononia, dummodo ſex monachos continue ſeruientes in diuinis pro anima illius defuncti, cuius fuerāt illæ poſſeſſiones, retineret in monaſterio, Abbas autem non tenebat ſex monachos, agebatur ad reuocatione per hæredes defuncti. dicit Gaſpar. Calder. ſuo tempore fuiſſe deciſum, quod ipſo iure non reuocentur, licet agi poſſit ad reuocationem modo non ſeruato, & ad retraditionem rei datæ ob cauſam, cauſa non ſecuta, allegant dictam glo in dicto capitulo, non poteſt. ſed dominus Iacob. de Zochis. pro hoc dicit, quod hoc debet intelligi ſecundum prædicta, ſcilicet vbi erat adiecta ſpecialiter conditio donationi, vt modo non ſeruato reuocetur donatio, & bene dicit, quia de hoc eſt caſus hic ſecundum ſecundam lect. glo quæ communiter tenetur.

16 Secundo quæro, retento præmiſſo themate, † quid ſi moriatur is cui debentur alimenta, dicit Vincen. quod non dabuntur hæredi, quia finiuntur cum vita. ff. de tranſactionibus. lege, cum hi. §. modus, & ff. de annuis legat. lege, in ſingulis.

17 Tertio quæro, retento eodem themate, quid ſi † eccleſia nihil percipere potuit de prædio. dicit Vincent. diſtinguendum, ſicut dicatur de conductore, vt in lege, ex conducto § primo, ff. locati. & in capitulo, propter ſterilitatem. ſupra de locato. Ioannes Andræas dicit, quod non congruit, quia aliud eſt dicere in conductore, in quem non tranſit dominium, neque poſſeſſio, ſed ſola commoditas vtendi, vt in l. non ſolet, cum glo. ff. locati. & aliud in donatario, in quem tranſit dominium, & poſſeſſio. Bart. Brixien. in tertia Dominicali quæſtione diſtinguit, an tota res pereat, & tunc non tenetur eccleſia præbere alimenta, an in parte, & tunc tenetur, vt in §. adeo. Inſtit. loca. & in l. prima. C. de iure emphyteu. & per glo. in capitulo, potuit de loc. ſed illa iura loquuntur in emphyteuta, in quem tranſit ſolum vtile dominium, & naturalis poſſeſſio, & penes dominum remanet directum dominium, & ciuilis poſſeſſio, in l. tertia. § ex contrario. ff. de acquis. poſſeſſio. vnde Ioan. And. dicit, quod plus ſibi placet, quod ſi actum fuit, quod donans alatur fructibus illius prędij, non teneatur alere fructibus non perceptis, ſed ſi ſimpliciter donauit, vt præſtentur alimenta, tunc tenetur alere, allegat l. Titia. ff. de annu. lega. & hoc approbat dominus Cardin. in tertia quæſtione, qui allegat l. ſi vno, in principio. ff. quando dies legati cedat, quæ bene facit. & idem tenet Butr. ſed vide omnino Ioann. Andr. qui clarius hoc explicat in quarta parte Speculat. § in titulo, de precar. in principio, in additione, quæ incipit, & ſic illud, & idem voluit Cynus in lege prima, in vltima quæſtione. C. de iure emphyt.
18 vbi ponit quæſtionem de eo, qui donauit domum † monaſterio cum hoc, vt alatur, quæ poſtea caſmate periit, & dicit Cynus, quod licet tota domus caſmate periit, tam n

tenetur monasterium ad alimentã, nec distat illud, quod
dicit de emphyteuta, quia dans in emphyteusim, non transf
19 fert plenum † dominium, immo retinet directum, vt supra
dixi. Et ideo emphyteuta non tenetur ad pensionem, si to-
ta res perit, sed in donatarium transit plenum dominium,
& ideo tenetur etiam re perempta totaliter seruare modũ
appositum in conditione, & hoc etiam tenuit Ioann. An-
dr. as Ianus disputando in prædicta additio. Inquantum di
cit Ioann. Andr. quod si est actum, quod donans allegatur
de fructibus fundi, quod tunc non tenetur donatarius eum
alere, si nihil percipitur. vide Ioan. Andr. in addi. Specul. in
tit. de fructibus, & interesse, & per Bar. in l. inter stipulantem.
§. sacram ff. de verbor oblig.
Quarto quæro, an vbi supra dixi, donationem posse re-
20 uocari † ex pacto expresse apposito in donatione, an si im-
pletuentum conditionis, vel modi deficiat facto prælati, in
hoc præiudicetur ecclesiæ. Vincen. dicit, quod ob hoc non
poterit reuocari donatio, quia delictum personæ non no
cet ecclesiæ, vt in regula, delictum, in 6. & 16 quæst. 6. si epi-
scopum. sed si tota ecclesia venit cõtra modum appositum
in donatione, potest donatio reuocari, quia tota ecclesia
potuit sibi facere præiudicium. ad hoc vide glo. notab. in ca
pit. 1. in glo. 3. de ordi. cognit. & cum hac opin. transit Ioan.
And. & dom. Cardin. in 6. quæst.
But. autem dicit, quod credit hanc opinionem veram in
quæsitis, sed non in quærendis: nam si esset conditio suspen
dens donationem, hoc est conditio suspensiua, secundum
quod supra declaraui in primo intellectu, quem ponit glo.
tunc factum prælati noceret ecclesiæ, quia non purificatur
conditio, nisi impleatur conditio: nam in talibus factum
prælati nocet ecclesiæ, vt notant Doct. in cap. verum de iu
reiuran. & hoc etiam tenuit glo. 16 quæst. 6. §. fina. & Innoc.
in cap. fraternitatis, de donatio. Et de ista materia, quando
delictum prælati nocet ecclesiæ. But. remittit ad capitulum
primum, de dolo, & contuma. vbi plene examinatur. sed di
cit Butr. quod dicta Doct. hic sunt notanda, ꝙ per ipsos de-
claratur, an factum, vel negligentia, quę non cadit in deli
ctum, noceat ecclesiæ, & dicit hoc tenendum menti. Et di-
cit, quod multotiens ecclesiis, & locis fiunt tales donatio-
nes, & legata sub aliquo modo, & imponitur cõditio, quod
21 si non fiat, reuocetur donatum, vel datum, an † factum præ
lati in hoc ecclesiæ præiudicet, & quando negligentia præ
lati transit in delictum, & quando non. vide Dom. Dom. in
cap. grandi. de suppl. neglig. prælat. in 6.
Abbas autem Sicu. sequitur hanc distinctionem, quam fa
cit But. scilicet vt distinguatur, an præiudicet inquisitis, vel
inquirendis, vt supra dixi. Sed inquantum Doct. dicũt, quod
requiritur, quod interueniat prælatus, & capitul. ad hoc, vt
præiudicetur ecclesiæ in quęsitis, vt dicit glo. 3. in cap. 1. de
ordi. cognit. intellige, vbi ecclesia est collegiata, secus vbi ec
22 clesia habet solum † rectorem, quia tunc sufficeret solius
factum rectoris, tantum enim potest solus rector in ecclesia
non collegiata, quantum potest prælatus, & canonicus in
ecclesia collegiata, vt dicit glo. notab. in cap. potuit. in glo.
penult. circa medium, supra de loca. quam glo. tene menti,
quia est singularis, secundum Doct. ibi.
Item limita, inquantum dicit, quod delictum prælati, &
capituli nocet ecclesiæ, nisi propter hoc veniret priuanda
omnibus bonis, vel maiori parte bonorum: nam tunc præ
latus, & clerici expelluntur de ecclesia, & alij in ipsorum lo
co subrogabuntur, & sic hoc casu tale delictum non præiu-
dicat ecclesiæ, de quo vide Ioan. de Imo. in cap. fin. in sexta,
seu septima colum. supra de do. & contuma. sed remanet du
bium satis vtile: ponamus, quod prelatus & capitulum sunt
23 negligentes in implendo conditionem, an † poterit ecclesia
petere restitutionem in integrum. Bal. declarauit hunc pas-
sum in l. pupillorum. C. de repud. hæredi. & ibi ponit talem
quæstionem, quidam testator reliquit hæreditatẽ certo mo
nasterio sub conditione cõstruendi hospitale infra annum,
& si non fuerit constructum, pertineat hæreditas monaste
rio Sancti Martini, an contra relapsum anni primum mo-
nasterium possit petere restitutionem in integrum. & post
multa Bal. cõcludit quod sic, sicut minor contra minorem,
vt in l. verum §. penult. ff. de minor. vnde eodem modo eccle
24 sia † contra ecclesiam potest petere restitutionem in inte-
grum, & hoc est expressum in cap. auditis. de restitut. in in-
tegr. & in cap. tum ex litteris, eodem tit. vbi ecclesia restitui-
tur contra ecclesiam. & hoc dicit Bal. esse verum, nisi primo
monasterium fuerit in dolo, vt quia sciuit conditionem, &
noluit parere cum possit, vt in l. iubemus. C. de sacrosan ec-
cles. & hoc etiam sequitur dom. Card. in c. nos quidem. de te
stam. in 6. & hæc notabis.
In glo. fin. hæc glo. diuiditur in duas partes.

In prima parte opponit, & soluit.
In secunda quærit, & respondet. secunda ibi, sed pone.
prima pars fuit declarata in præcedenti glo. & ideo circa ip-
sam nihil dico.
Venio ad secundam partem glos. & vt videtis, glos. refert
duas opiniones, & tenet secundam, sed primam tenuit Vgu.
10. quæst. 1. quidam. & Ioan. & Laur. 10. quæst. 3. hoc ius por-
rectum. idem tenet Dama. Goffr. & Inno. hic, & Bar. Bria. in
quarta Dominicali. Sed secundam opinionem glos. tenuit
etiam glo. iuris ciuilis in authen. hoc ius porrectum. C. de sa
crosanct. eccles. & idem tenet ibi Pet. & Cy. in quarta quæ-
stio. & hanc opinionem tenuit dom. Cardin. in 7 quæstio. di
cit enim, quod prima opi. quam ponit glo. esset æqua, si pos-
set sustineri, sed alia opi. quam tenet glo. scilicet quod nul-
lo modo possit alienari, est verior, & dicit expresse hoc pro-
bari in §. sancimus. in Auth. de alien. emphyt. vbi dicitur,
25 quod † res datæ ecclesiæ sub conditione, ne alienentur, non
possunt alienari etiam pro redemptione captiuorum
Butr. autem & Abb. Sic. tenent primam opi. glo. & vt ha-
beas mentem But. discurre per septem casus.
26 Primus est, quando res † legatur alicui cum hoc, vt non
alienetur. & de hoc dic, vt habetur in cap. Raynutius. de te
stamen. & plenius per Bart. in l. filiusfamilias. ff. de leg. j.
27 Secundus casus est, quando † alienatio prohibetur a le-
ge, vel a iudice, vel ab arbitro. & de hoc dic, vt in clemen.
Raynaldus. vbi per Innoc. & Doct. & per Bart. in l. si ita quis.
§ ea lege. ff. de verb. oblig. & in l. ea lege. vbi per Doct. C. de
condict. ob caus.
Tertius casus est, quando prohibetur alienatio a contra-
28 hente, puta donante, & tunc si hoc † pactum apponitur ex
interuallo non valet, vt in l. perfecta. C. de donatio. quæ sub
modo, & per glo. j. supra eod. de illis.
Quartus casus est, quando apponitur incontinenti, & si-
bi reseruat ius in re, & tunc alienatio facta contra prohibi-
tionem non valet, & de hoc est tex. in l. si creditor §. si ff. de
distract. pign. vbi est casus, quod si creditor cui res pignorata
fuit, paciscatur, ne debitor ipsam alienet, si debitor vendit
absque voluntate creditorum, non valet venditio, & sic nõ
29 transit dominium in emptorem, & iste † tex. est, qui dicitur
a fuisse abrasus a Baldo, * vt superaret Bart. in vna causa, in
qua erant aduocati contrarij, propter quod Bald. fuit con-
demnatus de falso, & per illum tex. insurrexit practica, nam
quando in instrumento prohibetur alienatio, obligantur
omnia bona etiam ipsa res quæ prohibetur alienari. nam si
prohibitus alienare postea alienat, non transfert dominiũ,
& hoc tene menti, quia sæpius est in practica. idem est, si re
tinet aliud ius, quam pignoris: puta si retineret directum do
30 minium, & trãsfert solum vtile † dominium in illum, quem
prohibet alienare, vt in capit. potuit. de loca. & in l. fin. C. de
iure emphyt. & idem si retineret aliud ius in re, & dicit But.
idem esse, si reseruat ius in re non sibi, sed alteri.
Quintus casus est, quando non reseruat aliquod ius in re,
nec res tradita prohibetur alienari, sed alia res, verbi gratia,
vendo tibi fundum pro decem, cum hoc, quod non vendas
domum tuam alteri, quam mihi. & hoc casu si vendit alte
ri, transfert dominium in illum cui vendit, ex quo vendens
non reseruauit sibi aliquod ius in re, vt in l. ea lege. C. de con
dict. ob caus. & in l. si quis. § ea lege. ff. de verb. oblig.
31 Vtrum autem pactum † valeat quantum ad hoc, vt paci-
scens possit contra eum agi ad interesse, si contra pactum
alienauit. dic quod aut interest paciscentis, quod non alie-
net, & tunc potest agi ad interesse, & hoc tenet glo. & Bart.
in l. pen. ff. de pact.
Sextus casus est, quando agitur de re, quæ traditur non
alienanda, & in hoc Butr. est sibi contrarius. sed dic, vt dixi
in casu præcedenti, quia aut interest paciscẽtis, & potest agi
ad interesse, aut non interest, & non potest agi ad interesse,
vt dicit glo. & Bart. in l. penult. ff. de pact. & per eundem Bar
to. in l. si ita quis. § ea lege. ff. de verbor. oblig. vbi plene exa-
minat hunc articulum. dic tamen, quod siue intersit paciscẽ
tis, siue non, impeditur translatio dominij, vt d. § ea lege &
in l. ea lege. C. de condict. ob cau.
Septimus casus est, quando loquimur in donatione facta
ecclesiæ, & hoc casu si apponitur pactum, ne alienetur, indi
stincte valet pactum, quia semper interest donantis, ne alie-
netur, quia fructus rei donatæ ad vtilitatem animæ donan-
tis perpetuo durant. Item hoc pactum consonat iuri com-
muni, quod disponit res ecclesiæ non posse alienari, & pro-
pter hoc impeditur translatio dominij.
Vtrum

ADDITIO.

a ¶ Hic est tex. allegatus, qui fuit abrasus a Baldo, de hoc per Præpositum Alex. in cap. in memoria. 3. col. 8. dist.

32 Vtrum autem poſſit † alienari in caſibus neceſſitatis, vel
pro cauſa pia & tunc dicit Butr.quod aut res prohibita alie
nari fuit donata eccleſiæ liberè, ut quia nõ erat aliquod o-
nus iniunctum,& tunc poterit alienari, vel in caſu neceſſi-
tatis,vel pro cauſa pia, puta,pro redemptione captiuorum,
alias conditio eſſet turpis, & tanquam turpis deberet reii-
ci,tamen But.dicit,quod debet ſeruari diſtinctio,an eccleſia
habeat alias res alienabiles, vel non, quia ſi habet alias res
alienabiles,non poteſt res donata cum tali pacto alienare,
alias poterit alienari.

Aut res eſt donata, vt ex ea detur aliquid alteri piæ cauſæ,
vel vt in piam cauſam retineatur,puta,vt alantur duo pau-
peres ſingulis annis, vel ut ex eius fructibus alatur unus ſa-
cerdos qui celebrat pro anima donantis, & tunc dicit But.
quod etiam ſi cauſa alienandi ſit magis pia,non poſſit fieri
alienatio. pro quo facit cle.quia contingit,de re dom. ſed in
caſu neceſſitatis,dicit quod indiſtincte poteſt fieri alienatio.
Idem dicit Abb.Sic.dicit,quod ex quo aliter non poteſt cõ-
ſuli neceſſitati,licite poteſt fieri alienatio,& dicit, ꝙ ſi do-
nator aliud ſenſit non videtur fuiſſe cõpos mentis,cum in-
ſtante tali neceſſitate obligatus fuiſſet hoc facere 47.diſt.ſi-
cut hi.& dato,quod eccleſia alienauerit in caſu non conceſ
ſo.dicit Butr.quod non poterit donans agere ad reſcinden-
dum donationem,nec etiam eius hæres,ex quo nõ eſt actũ,
poterit tamen implorare officium iudicis, vt compellat ſer
uare voluntatem donantis,ſeu teſtantis,vt in l.Mæuia.ff. de
manu teſta.& in l.hæreditas ff de peti.hæred. & allegat Fed.
de Sen. conſilio 74. & eſt caſus hic ſecundum communem
intellectum.

Vltimo quæro:pone,quod ſit appoſitum pactũ, quod ſi
33 res alienabitur reuocetur donatio, vel legatum, † an eo ip-
ſo,quod eſt alienatum ſit reuocata ipſo iure.Innocen. dicit
quod non,ſed eſt neceſſaria retraditio,ſm ipſum vnde ſicut
ex pactis non transfertur dominium,ſed eſt neceſſaria tradi
tio,vt in l.traditionibus.C.de pact.ita etiam non reuertitur
dominium ad illum qui tranſtulit ipſum ex ſolo pacto, ſed
eſt neceſſaria traditio, de quo tamen dic, ut latius habe-
tur in c.uerum,de foro compet. Eſt tamen ſpeciale in duob.
pactis,in quibus retransfertur ipſo iure dominium, ſ. in pa-
cto adiectionis in diem,& in pacto legis commiſſoriæ,ſecus
in aliis pactis,de quo omnino vide gloſ. & Barto.in l.j.ff.de
donat.& Pau. de Caſt. in l.ſi cum uenderet creditor,alias ſi
cum creditor venderet.ff.de pignor.actu.& hoc tene menti,
quia ſæpe non ſeruantur pacta,& ille in quem eſt facta tranſ
latio rei alienatę contra pactum,nam ſi retransfertur,domi
nium paciſcens poſſet vendicare rem contra quemcunque
poſſidentem,ſed ſi non retransfertur dominium,nõ poteſt
vendicare rem a poſſidente,ſed debet agere contra eum qui
non ſeruauit ea quæ promiſit aduertereſſe,& hoc nota,quia
ſæpe de facto uenit.eſt tamen ſpeciale in eccleſia, quia in eã
34 ex ſolo † contractu transfertur dominium,vt in l.ſi.C.de ſa-
croſan.eccle.& in cap.2.de conſuet.& ideo ſi eccleſia trade-
ret rem cum pacto ne alienetur, vel ut aliud fiat quo non
ſeruato res redeat ad eccleſiam non ſeruato pacto retranſi
ret dominium ad eccleſiam, quia qua ratione tranſit domi
nium in ipſam abſque traditione,eadem ratione poteſt re-
dire.Sequitur capitu.ſuper eo, &c.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere non cogitur, qui per verba de præſenti promi-
ſit ducere ſi pater conſentiret,ſi pater non conſentiat.*
2 *Coniuges,an poſſint compelli ad conſummandum matrimonium contra-
ctum per uerba de præſenti.*
3 *Mulier,an poſſit capi perſonaliter,& duci ad domum uiri,quæ contraxit
matrimonium per uerba de præſenti.*
4 *Matrimonium poteſt conferri in voluntatem alterius.*
5 *Teſtamentum ad pias cauſas collatum in alterius voluntatem, an va-
leat.*
6 *Conditio omnis a iure non improbata poteſt apponi in matrimonio.*
7 *Matrimonium de ſubſtantia requirit conſenſum purum cum qualitate li
bertatis.*
8 *Argumentum a contrario ſenſu,non ſumitur ex eo reſultante contrarie-
tate iuris expreſſi.*
9 *Verba de præſenti,conditione appoſita, non operantur ſuum effectum in
matrimonio contrahendo.*
10 *Matrimonium ſpirituale non recipit conditionem.*
11 *Matrimonium contractum ſi pater conſenſerit, cum patrem non haberet
an teneat.*
12 *Matrimonium non valet,vbi conſtat de ludo, vel quod non habet contra-
hendi intentionem.*
13 *Matrimonium contractum ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, an va-
leat.*
14 *Impoſſibilia dicuntur inconceſſibilia per ſolum principem.*
15 *Impoſſibile non poteſt deduci in conditionem.*
16 *Conditio non retrotrahitur extremis non exiſtentibus habilibus.*
17 *Conſenſus nouus,an requiratur in matrimonio contracto, ſi Papa diſpenſa
uerit,facta diſpenſatione.*
18 *Contractus proprie dicuntur,vbi hincinde oritur obligatio.*
19 *Stipulatio non eſt proprie contractus.*
20 *Sententia lata ſub conditione non uitiatur.*
21 *Actus legitimi,licet non recipiant conditionem expreſſam,modum tamẽ
expreſſum recipiunt.*
22 *Actus legitimi, de iure canonico conditionem non recipiunt, vel mo-
dum.*
23 *Matrimonium conditionale tollitur per purum ſequens.*
24 *Differentia eſt,& magna,inter matrimonium,& alios contractus.*
25 *Matrimonium,an ſit interueniente conditione, ſcilicet, quod pater con-
ſenſerit.*
26 *Tacens in fauorabilibus habetur pro conſentiente.*
27 *Matrimonium,an teneat, ſi pater primo diſſentit, deinde conſentit, ante-
quam mutent uoluntatem, qui contraxerunt ſub conditione, conſenſu
patris.*

C A P V.

SVper eo. Qui per verba de præſenti cũ mu
liere cõtraxit ſub conditione, ſi
1 pater conſentiret, niſi pater conſentiat,ad † ma-
trimonium cogendus non eſt. vel ſic ſecundum
Ab.Sic.& generalius:Contrahens ſub conditione non re.p-
bata,non compellitur matrimonium conſummare ante cõ
ditionis euentum.Communis diuiſio.Secunda ibi, reſpon-
demus.Secunda ſubdiuiditur,quia primo ſoluit,ſecũdo tol
lit obſtaculum.Secunda ibi,non licet.

Nota primo ibi,ad conſummãdum matrimonium,quod
matrimonio pure contracto per verba de præſenti poteſt
2 alter † coniugum ad petitionem alterius compelli ad con-
ſummandum matrimonium, & ſic ex iure quæſito per con
ſenſum de præſenti, poteſt agi ad conſummationem matri
monii.& dicit hoc Abb.Sicu.eſſe notandum.

3 Nunquid autem ad hoc † mulier poſſit compelli perſo-
naliter,i.capi violenter,& duci ad domum mariti.dom.Car.
tenuit,quod ſic in c.literas,de reſtit.ſpol. & ibi Abb Sic.hoc
ſequitur in vlt q.

4 Nota ſecundo, quod matrimonium poteſt † conferri in
arbitrium alterius,& non ſolum parentis,in cuius poteſtate
eſt,conditionem apponens,ſed etiam extranei,ut in ca. ſeq.
& ibi dicam,& ex hoc habes vnam differentiam inter ma-
trimonium,& teſtamentum, nam teſtamentum nõ poteſt
conferri in arbitrium alterius,ut in l.captatorias.C.de teſta.
a & in l.illa inſtitutio.ff de hæred inſti.[a] & hæc poteſt eſſe ra-
tio differentiæ.ſecundum Abb.Sicu quia matrimonium eſt
de iure diuino.ad hoc c. literæ,de frigi.& ca.j de uo. in ſexto.
vnde ſufficit ſolus conſenſus qualitercunque contrahatur,
ſed teſtamentum dependet a gratia, quia confertur in illud
tempus,quo teſtator non erat futurus dominus,ſ. poſt mor-
tem.vnde ſatis eſt,quod ſibi committatur libera facultas te-
ſtandi,& hoc ſenſit glo.nota.in d.l.illa inſtitutio.ff. de hære-
di.inſtit.

5 Nunquid autem ualeat † teſtamentum ad pias cauſas col
latum in alterius voluntatem,dic ut in capitu.tibi,ſupra de
b teſtamen.[b]

Tertio nota ibi,canonica non improbent inſtituta,regu-
6 lam, quod omnis conditio † a iure non improbata poteſt
apponi in matrimonio,& ſic omnis conditio cẽſetur in ma
trimonio approbata,niſi reperiatur improbata.facit capit.
cum apud,ſupra de teſta.

7 Quarto nota,quod ad ſubſtantiam † matrimonii requiri
tur conſenſus,cum qualitate libertatis, & purus, ita quod
ex alterius non pendeat arbitrio & dicit But. quod defectus
libertatis conſenſus ſurgens a uoluntate intrinſeca contra-
hentium non uitiat matrimonium.

Quinto nota ibi,nam licet Alexander Papa reſponderit,
iuncto cap.de illis,ſupra eodem,quia Papa hic inducit illud
ca.a contrario ſenſu,quod validum eſt,ſed uide omnino gl.
in c.1.

ADDITIONES.

a In hac materia habes unum conſilium plenum excellentiſsimi do. Alex.
de Neuo.
b Et habes de hoc conſilium elegans dom. Alexan. de Neuo.

8 in ca.j.de ætate,& qualitate,in sexto,quæ dicit,quod † arg a
contrario sensu non est sumendum, quando ex hoc resul-
taret sensus contra illud,quod est in iure expressum,ne sur-
gat correctio,& idem vbi sequeretur absurdum, quia etiam
tunc arguinẽ. a contrario sensu, non est sumendum, vt no-
tant Docto. in cap. cum apostolica,de his quæ fi.a præla. si-
ne consen capit.& in c.publicato, de elect. & per legistas in
l.conuenticulam.C.de episco.& cler.

9 Nota vltimo,quod licet consensus exprimatur per verba
† de præsenti: tamen,ex quo apponiẽ conditio,non habet ef
fectum de præsenti,sed suspenditur in euentum conditionis
& idem est in alia conditione,quæ non penderet ex arbitrio
tertij,puta,si dicerem,contraho tecum matrimonium,si de
deris mihi centum,de quo plene dixi infra capit. de illis, su-
pra eodem.

Sed opponimr contra tex.in ca ij de electio. in sexto. Ho.
10 soluit,quod illud c loquitur in matrimonio spirituali †, qđ
non recipit conditionem, quia in eo requiritur maturitas
consilij,nec debet contrahi pacto, uel pecunia mediantib.
prima, quæstione secunda,quam pio,sed coniunx potest e-
mi, secundum Hostiensem, quod intellige propter magni-
tudinem dotis,& multæ sunt differentiæ inter matrimoniũ
carnale,& spirituale,de quibus plene dixi supra,de sponsali-
bus.tua.

11 Sed quæro retento themate decr.quid si † patrem non ha
bebat tempore contractus matrimonij dicit Vincen. quod
non tenet matrimonium, quia non consensit. idem tenet
Spec eodem tit.ver.quid si aliquis.Ioan.And.dicit hoc pro-
cedere,si tunc ignoraret patrem mortuum.pro hoc de pœn.
dist.prima.§.hoc idem,versi.item a mortuo,alias est § secus.
dicit Ioan And.si sciebat patrem mortuum,quia tunc talis
conditio tanquam impossibilis habetur pro non adiecta,ut
infra eod.cap.fi.saluo,quod dicitur supra,de sponsa tua.vult
dicere Ioan.And.quod licet reputetur matrimonium in fo-
ro iudiciali,tamen secus est in foro pœnitentiæ, quia in eo
non iudicabitur matrimonium, si non habebat intentionẽ
contrahendi matrimonium,de quo plene dixi in dicto capi.
tua.Gaspar autem Calder.per illum uer.item a mortuo. di-
cit,quod utroque casu conditio est impossibilis,& sic etiam
in primo casu, quando ignorabat patrem mortuum tenet
matrimonium facit autem ille uer.item a mortuo.hoc mo
do,nam ibi dicitur,quod confessio mortui perit.glo.ibi ex-
ponit, perit,idest non est.uult dicere,secundum dom.Card.
quod mortui nulla est conditio,nec operatio,& sic cum nõ
possit consentire utroque casu conditio est impossibilis, ta
men domi. Cardi.in prima quæstione dicit, quod distinctio
Ioan And est uerior,quia quãdo ignorat patrem esse defun-
ctum non potest dici,quod uoluerit pure cõsentire, & hoc
maxime procedit secundum ipsum,quod conditio præmis-
sa præsupponit habitum actum positiuum,si pater consen-
serit,qui non potest impleri per defunctum, de rescriptis,si
gratiose,in sexto.

Sed si non præsupponeret actum positiuum, sed priuati-
uum,tunc dicit,quod videretur procedere dictum Gasp Cal
der.ut si dixit,contraho tecũ matrimonium, si pater meus
non contradixit,nam mortuus non potest contradicere, ut
in cap si delegatus,de officio delega.in sexto.

Sed dom Card.hoc non tenet,& dicit,quod etiam hoc ca
su ratione præmissa,ex quo ignorabat de morte patris. non
potest censeri pure consentire, nec quo ad ipsum potest dici
conditio impossibilis,ex quo putabat se habere patrem, ad
hoc quod notat glo.fina in capitu fi. de coniug. seruorum.
But autem hic simpliciter sequitur distinctionem Ioan.An.
Ego autem simpliciter teneo opi.Innoc.& Specu.s. quod in
vtroque casu non teneat matrimonium,& dico,quod in pri
mo casu, s. quando constat, quod ignorabat patrem mor-
tuum,quod non tenet matrimonium,quia non intendebat
pure consentire, sed sub conditione, si pater consenserit,in
hoc non discrepo ab opinio.Io.An.

In secundo uero casu,s.quando constat,quod sciebat pa-
trem mortuum esse:certe,si hoc constat præsumitur,quod
non habuerit intentionem contrahendi,sed deludendi mu
lierem,& sic non erat matrimonium, & ista fuit ratio, quæ
mouit Inn.nam quia talis non consentit,non tenet matri-
monium optime faciũt ea quæ dixi in cap.fi.de despon. im-
pube.vbi tenui,quod Docto.in uerbo, sed quæro, post no-
num casum, quod quando constat de ludo, vel quod alter
ex contrahentibus non habet intentionem contrahendi
12 † matrimonium, non ualet matrimonium,sed hoc casu nõ
potest esse aliter,quia si tũc pater erat mortuus alterum erat
necessarium,uel quod ignorauerit, vel sciuerit patrem mor
tuum,si ignorauit non est matrimonium, secundum Ioan.
And. quia non intendebat pure consentire, & si sciuit non
debet ualere matrimonium, quia non intendebat consenti
re,sed decipere,& ideo,quia de hoc est certa ecclesia non iu-
dicabit matrimonium tenere.non obstat capi.tua, quia lo-
quitur,quando nõ cõstat de intentione decipiẽtis, quia tũc
sibi non creditur in foro iudiciali,cum ecclesia non iudicet
de occultis,sed bene creditur ei in foro pœnitentiali,ut d.c.
tua.puto tamen,quod licet nõ sit matrimonium, tamen de
bet compelli ad contrahẽdum matrimonium,argum in ca.
quacunque,22.quæstione quinta,& quod dixi in dicto capi.
tua.alias lucraretur de dolo suo, cum debeat puniri dolus,
ut dicunt iura vulgaria,quod non curo allegare.

13 Quæro quid si quis contraxit matrimonium sub condi-
tione,† si Papa dispensauerit.quidam, ut refert Innoc. cre-
dunt,idem quod in casu huius cap.deinde dicit Innoc quod
alij,& melius dicunt, quod ex quo requirebatur dispẽsatio
non tenent sponsalia.quia ius canonicum perpetuo prohi-
bet,ne posset contrahi sub conditione præmissa ff. de uerb.
obl.l.inter stipulantem.§ sacrã.& in l continuus § pe co. ti.

Cald.dicit primam opi.quam refert Innoc.esse ueriorem
quia sub tali conditione potest contrahi matrimonium,&
Papa dispensante tenet matrimonium, cum sit purificata
conditio,& sublatum impedimentum, nisi ante dispensatio
nem sit recessum a tali uoluntate, de procurator. capitu.fi.
libro sexto.

Butr. idem tenet,quod Gaspar Calder.& dicit,quod licet
commercium sit prohibitum inter consanguineos,sinu ta-
men contractus qui confertur in euẽtum conditionis est
possibilis,ideo valet,allegat nota.in capitu.fi.de tenun & in
ca.in causis de elect.& dicit quod talis actus respectu poten-
tiæ dispensandi habet aliquod esse a sui princ. dom. Card.in
secunda quæstione,dicit,quod secunda opi.quam tenet In-
noc.est uerior, & dicit se ita consuluisse in facto occurrente
& pro hoc allegat,quia illud per unum solum potest expli-
cari dicitur impossibile,ut in l.apud Iul § fi.ff. de lega primo.
Et hoc etiam tenet ibi Bartol. nam dicit, quod illa quæ per
14 † solum principem sunt concessibilia,dicuntur impossibilia
ex quo ab uno solo depẽdent.& idem dixit Bart. in l.conti-
nuus.§ cum quis ff.de uerborum obligat. & fuit originaliter
dictum Dy.in regula,semel Deo,de reg iur.in sexto,quod te
ne menti.pro hoc etiam facit,quia illud,quod fit per officiũ
extraordinarium dicitur nõ posse fieri, ut singulariter dicit
Innoc.in cap pastoralis,in uerbo,reficiatum, de causa pos.
& proprieta.

Sed illa quæ nõ conceduntur,secundum regulas iuris cõ
munis,ut est beneficium restitutionis in integrum, de quo
loquitur Innoc in dicto capitu pastoralis, vel dispẽsatio di-
15 cuntur impossibilia,hoc ergo tanquam impossibile † nõ po
test deduci in cõditionem.de pac.ca. fi nec potest dici, quod
hoc casu conditio non habeatur pro nõ adiecta fauore ma
trimonii,ut infra eo.cap.fi.illud enim debet intelligi,quãdo
alias matrimonium ualet, sed si hæc habetur conditio pro
non adiecta,non tenet matrimonium tanquam contractũ
inter prohibitos.& dicit dom Card. hoc singulariter notan-
dum,quia multi decipiuntur. Abb. Sicu. sequitur hanc opi.
assignat tamen aliam rationem.dicit enim,quod ad hoc, ut
16 conditio † trahatur retro necesse est, quod actus potuerit in
teruenire a principio,quia oportet, quod extrema sint habi
lia,ut in l si is qui pro emptore,cum ibi nota.per Barto ff. de
usucap.sed matrimonium non poterat esse a principio tem
pore contractus obstante impedimento,& sic nõ potest cõ-
ditio retrotrahi.Item ex facto a iure improbato non potest
nasci aliqua obligatio ut in l.cum lex ff de fideiuss.Sed ex cõ
tractu conditionali sola spes est in obligatione,& propter il
lam spem contractus retrotrahitur.Sed in casu nostro nulla
est nata obligatio ratione prædicta,ergo opus est, quod ma-
trimonium de nouo contrahatur,& sic Abb.Sicu.uult infer
re,quod non tenet obligatio,quia si teneret obligatio,seu p
missio, conditio esset purificata, & sic esset matrimonium
de præsenti,sicut dicimus, quando contrahitur sub condi-
tione possibili, & hoc illa,quia ea purificata est matrimo-
nium de præsenti.& hoc mihi placet.

17 Sed quantum ad hoc,† an sit necessarius nouus cõsensus
Papa dispensante.vide ea quæ dixi in c.cum in apostolica,su
pra de spons.

Et ista tene menti,quia multi se obligant in instrumentis,
& apponunt pœnam conferentes euentum contractus in
dispensatione Papæ,nam cum nõ teneat obligatio quilibet
ex contrahentibus potest recedere a promissione, nec inci-
dit in pęnam, quia positio pęnæ non ualet,cum contractus
censeatur impossibilis, & præsertim hoc procedit in matri-
moniis,in quibus non potest apponi aliqua pęna, ut in cap.
Gemma,supra de spons.

In glo.prima,glo.uult dicere,quod matrimonium est con
tractus

tractus vitro citroque obligatorius, & ideo appositio conditionis non uitiat matri nonium. sed actus legitimi de quibus loquitur lex contraria, non sunt contractus, sed quasi contractus pro hoc facit l. Labeo. ff de uerborum significa-
18 tionio. vbi dicitur, quod illi proprie † sunt contractus,[a] ex
a quib. hincinde nascitur obligatio & hoc facit ad statutum disponens, quod nullus contractus possit fieri non seruata certa solennitate, an statutum habeat locum in contractu, ex quo non nascitur obligatio ex utraque parte, de quo vide Ioan. And. in addi Spec in titulo, de sententia, §. iusta, versicu. item nulla est ratione litigatoris. Contractus autem ex quibus nascitur vltrocitroque obligatio, sunt contractus emptionis, & uenditionis, locationis, & conductionis, & similes, quia venditor obligatur ad rem tradendam, & emptor ad soluendum pretium, item locator tenetur tradere rem vtendam, conductor uero tenetur soluere mercedem.

19 † Stipulatio vero non est proprie contractus, quia promissor obligatur, sed non stipulatur, & similiter in donatione solus donans obligatur, non autem donatarius, & idem in similibus. Host. uero dicit, quod illi actus, de quibus in dicta l. actus legitimi, perficiuntur iudiciali auctoritate, uel quasi, & ideo non recipiunt conditionem, matrimonium vero cõsensu contrahitur, & ideo recipit conditionem, & istam solutionem secuta fuit glo. in regula, actus legitimi, de reg. iur. in sexto, & dom. Card. & But. transeunt cum ea. sed mihi nõ
20 placet, quia † sententia quæ est mere actus iudicialis, non vitiatur, dato quod sit lata sub conditione, ut in l. prima. §. biduum. ff. quando appel sit, & secunda, quæstione sexta. §. biduum. ergo eadem ratione non deberent uitiari actus, quasi iudiciales. dic ergo, & melius, & placet do. Card. quod l. actus legitimi, non dicit quod nulli actus legitimi recipiãt conditionẽ, sed dicit quod sunt quidam actus legitimi, qui non recipiunt conditionem, vel diem, & sic regulariter recipiunt, exceptis quin que qui ibi numerantur.

Sed aduerte licet actus legitimi ibi numerati nõ recipiãt conditionem expressam, tamen recipiunt tacitam conditionem.

Exemplum in acceptilatione sub conditione, debebas mihi x. si nauis ex Asia uenerit liberaui te per acceptilationẽ, simpliciter dicens, acceptum habeo acceptumq; fero illud, quod mihi debes, secundum formam quæ habetur Insti. quibus mod. tollitur obligatio. § primo. certe subintelligitur in acceptilatione conditio, quę videtur facta in eũ casum, in quo euenerit conditio, sub qua debitum erat suspensum, & tamẽ talis conditio non uitiat acceptilationem, licet sit de illis actibus legitimis, qui non recipiunt conditionem, quia conditio non est expressa, sed subintellecta. & hoc dicit præd. l. actus legitimi. ff. de nouat.

21 Item dic, quod licet † actus legitimi non recipiant conditionem expressam, tamen recipiunt modum expressum, & de hoc est text. in l. si quis accepto tulerit. ff. de conditio. ob causam.

22 Item dic, quod de iure canonico sunt alii † actus legitimi qui non recipiunt conditionem, vel modum, de quibus dic, ut in ca. secundo, de elect. in sexto, & per gl. in regula, actus legitimi, de regu. iur. in sexto.

In glo. secunda, diuiditur in duas partes.

In prima tacite opponit, & soluit.

In secunda quærit, & respondet. secunda ibi, sed pone.

Pro declaratione primæ partis vide glo. in c. cum tibi, supra de testa. vbi per Doct.

In secunda parte gl. dom. Card & But. sequitur gl. sed Ab. Sicu. dicit, quod non dubitat quin teneat secundum matrimonium contractum ante euẽtum conditionis primi matrimonii, quia matrimonium conditionale habet uim spõsaliorum de futuro. vnde sicut tolluntur spõsalia per sequẽs
23 † matrimonium, ut in cap. j. de spon. duo. ita & matrimoniũ conditionale tollitur per sequens purum: sed si non contraxit aliud purum ante purificationem cõditionis, dicit quod dubitat de decisione glo quia ex quo se obligauit sub conditione, non poterit recedere ab illa obligatione, arg. in l potior, ff. qui po. in pig. ha. ergo per euentum conditionis, nisi forte aliud dicatur in matrimonio. sed dicit, quod non uidet rationem diuersitatis, sed tu tene gl. differentia inter matrimonium, & alios contractus est, quia requiritur, quod duret consensus verus, vel præsumptus eo puncto, quo contrahitur matrimonium de præsenti, nec sufficit, quod consensus interuenerit, nisi duret, ut in capitu. fina. de procurator. in sexto.

24 Item † magna differẽtia est inter matrimonium, & alios contractus, quia si constituitur procurator ad contrahendũ etiam si postea reuocetur ualet contractus, nisi procurator sit certificatus de reuocatione, ut in l. si mandassem. ff. mandati de quo vide glo. magistram in clem. vnica, in gl. magna de renunc.

Sed secus est in matrimonio, vt in c. fi. de procur. in sexto. Et ratio est, quia matrimoniũ magis fundatur in cõsensu, quam alii contractus, quia in aliis contractibus sufficit consensum præcedere etiam si non duret, ut in l. sicut de act. & oblig. & in dicta l. potior. ff qui po in pig. habe. sed in matrimonio requiritur, quod consensus amborum duret eo pũcto, in quo matrimonium efficitur de præsenti, ut in dicto ca fi. de procur. in sexto. Hinc est, quod uidemus sponsalia cõditionalia, etiam per uerba de præsenti nullius esse efficaciæ, quæ spõsalia pure contracta per uerba de futuro, quia talia inducũt publicam honestatem, ut est casus in c vnico, de despon im pub. in sexto. Et sic sunt minoris efficaciæ, quam sponsalia pure contracta, quia talia inducunt publicam honestatem, vt dicitur in dicto c. unico, non est ergo mirum si conditio retrotrahitur in aliis contractibus, & non in matrimonio de præsenti.

Extra glossa quæro, an posita conditione de qua in tex.
25 an postea interueniẽte consensu patris sit † matrimonium, Innoc. recitat opi sed tene, quod si est contractum matrimonium per uerba de præsenti si patri meo placuerit, interueniente consensu statim est matrimonium: consensus patris interueniens est signum consensus de præsenti, dummodo ibi contrahẽtes non contradicãt, quia si contradicerent tũc non esset matrimonium, sed si de contradictione non appareret præsumeretur consensus de præsenti, quia pro matrimonio est præsumendum, ut in cap. proximo, & hoc dicit Butr. bene notandum, & ratio est: nam talis non est consensus de præsenti purus, sed est de præsenti conditionaliter, & adueniente conditione ante conditionem est consensus purus, & sic est matrimonium & hoc etiam tenuit Innoc. in capit. primo, supra eodem, & Abb. Sicu in dicto c. de illis, supra eo. in quibus dixi, sed iste tex. aliquantulum facit in contrariũ ibi. nequaquam cogendus est, & ad matrimonium contrahendum, sed solue duobus modis.

Primo modo, quod hæc verba ad contrahendum matrimonium debent exponi. i. consummandum, & pro hoc facit litera in primo respon.

Secundo modo solue, & dic, quod iste tex. loquitur quando conditio pendet, nam tunc nõ est matrimonium, nec cõpellitur contrahere, ex quo non est verificata cõditio, cum non interuenerit consensus patris.

Secundo quæro, quid si de conditione non apparet. dicit Innoc. quod præsumitur consensus, quia pro matrimonio est præsumendum, ut j. ca. proximo, & loquitur Innoc. tam in conditione ipsorum contrahentium, quam in contradictione patris, & hoc tenet dom. Card in antepe. q. quia eo ipso, quod pater non contradicit cẽsetur consentire. pro hoc
26 quia in fauorabilibus † tacẽs habetur pro consentiente. ff. mand. l. si remunerãdi. & in l. qui patitur, & ibi glo. no. & ad hoc allegatur doctrina Innoc. in c. in Genesi, de elec. & in regula, qui tacet, de reg. iur. in sexto. vbi bo. gl.

27 Vltimo quæro retento eodem themate, quid si pater † dissentit postea cõsensit, antequam cõtrahentes mutarent uolũtatem pro matrimonio iudicabitur, arg. de procura. licet, & quod ibi notatur in gl. vlt. in sexto, & in ca. si tibi absenti, in fi. & quod ibi no gl. pe eo. libro, de præb. Et pro hoc quod notat Ioan. And. de rescriptis, si pro te in uersi. consensus, in sexto. Sequitur cap. per tuas.

ADDITIO.

a Qui dicantur proprie contractus, de hoc etiam per Bal. in l. j. in 4. col. ver. sed statim quęro. C. de sent. quę pro eo quod interest.

SVMMARIVM.

1 *Cognoscens desponsatam ante conditionis aduentum, uidetur a conditione recedere.*

2 *Practica libellandi in causa matrimoniali.*

3 *Fundans se super uero matrimonio probando præsumptum, præsumptione iuris, & de iure obtinet.*

4 *Confiteri censetur non negans.*

5 *Matrimonium non potest conferri in arbitrium illius, in cuius potestate est contrahens.*

6 *Copula carnalis probata post sponsalia dissoluta, non concludit necessario ante dissolutionem.*

7 *Sponsalia euanescunt deficiente conditione.*

8 *Allegans copulam creditur, quando aliquid facit pro matrimonio.*

9 *Sponsus non potest cognoscere sponsam quia sponsalia transeant in matrimonium, licet prosequatur.*

10 En-

10 *Emptor potest agere actione ex uendito ad restituendam venditionem, si erratur in qualitate rei uendita.*
11 *Conditio de inspicienda virgine per matronas suspendit matrimonium.*
12 *Matrimonium contractum medio tempore, scilicet ante conditionis aduentum non retractatur.*
13 *Sponsalia conditionalia ante aduentum conditionis non inducunt publicã honestatem.*
14 *Conditio apposita in matrimonio non retrotrahitur, nisi ob prolis legitimationem.*
15 *Conditio omnino extitura pro non adiecta habetur.*
16 *Sententia ferenda est pro intentione actoris fundata, licet dubitabilis reddita fuerit per reum, dummodo reus suam exceptionem non probauerit.*

CAP VI.

1 PEr tuas. Qui sub honesta conditione contrahit, & ante conditionis euentum desponsatum † cognoscit, videtur a conditione recedere, & pure consentire. vel sic, secundum Card. sponsalia conditionalia secuta copula, transeũt in matrimonium. Communis diuisio. Secunda ibi, consultationi.

2 Nota primo practicam † libellandi in causa matrimoniali, quia sufficit simpliciter dicere, peto talem in uirum, sed de forma libelli matrimonialis dicitur in Spec. de sponsa §. j. & nota, quod protestatio non vitiat, nam in libello debet præcedere narratio, & sequi conclusio, & tamen hic præcedit cõclusio, quia petit virum, & sequitur narratio, quia successiue narrat contractum matrimonii, & sic dato, quod præcedat conclusio, & sequatur narratio, non vitiatur libellus. ad hoc cap. literas, de restitu. spol. & quod not. Bart. in l. j. C. de execu. rei iudi.

3 Nota secundo, secundum Abb. Sic. quod † fundans se super vero matrimonio obtinet probando præsumptum præsumptione iuris, & de iure, nam hæc mulier fundauit super vero matrimonio, & probauit præsumptum, nihilominus obtinet, & dicit hoc notandum, quia facit ad multa. Tu dic quod iste tex. nihil facit, quia mulier hæc allegauit mutuum consensum de præsenti, & carnalem copulam, & sic allegauit matrimonium verum præsumptum, puto tamen dictũ Abb. Sicu. verum vbi præsumptio esset talis quæ præsumat actum uerum interuenisse. Secus si quis deduceret actum naturalem, & probaret actum fictum, vel ciuilem, uerbi gratia, peto a te decẽ quæ numeraui, & per testes probo, quod fuisti confessus te esse debitorem, nam non obtineo ex tali probatione, de quo in Spec. de teste § primo, versi. sed pone egi contra te, & per Bart. in l. certi condictio §. si nummos. ff. si certum petat. & in l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verborum obliga. licet aliud senserit Barto. in l. prædia ff. de acquir. poss. Me non extendo, sed vide do. Pau. de Castr. in d. §. si nummos.

4 Nota tertio, quod non negare habetur pro † confessione. vide tex. de postu. præla. in cap. primo, & de ordin. cogn. cum dilectus.

5 Nota quarto, quod † matrimonium potest conferri in arbitrium alterius, & non tantũ in arbitrium illius, in cuius potestate est contrahens, vt patris, vt supra c. proximo: sed etiã alterius, puta patrui, & patet hoc ibi, si pater & patruus consentirent. & idem dicit Vinc. de omnino extraneo etiam non consanguineo, & hoc sequuntur Docto. de quo etiam Spec. eo. tit. ver. quid si dixerit, & sequ.

6 Quinto nota, quod probata copula † post sponsalia dissoluta necessario non concluditur defectus copulæ ante eam dissolutam, cum copula sit iterabilis.

7 Vltimo nota, in fi. literæ, quod deficiente conditione spõsalia † ex toto euanescunt, adeo quod copula sequens nihil operatur.

In gl. j & ij pro ipsarum expeditione opponitur cõtra tex. de cap. cum tu. de testi. vbi sufficit probare excommunicationem fuisse secutam post appellationem. Et per hoc infertur eam esse nullam, nec est opus probare, quod excommunicatio non fuerit lata ante omnem appellationem, ita in proposito videtur dicendum: satis enim videtur probasse, quod eam cognouerit postquam defecit conditio maxime, quia actus non debet præsumi geminatus. metu huius contrarii glo. prima, & secunda, dicit, quod iuuenis pluries confessus fuit cognouisse illam mulierem, ideo non sufficit probare, quod eam cognouerit post contradictionem parẽtum. hęc solutio diuinat ad tex. quia in tex. dicitur, quod uir non negabat copulam, non autem dicitur, quod cõfessus fuerit copulam sępius intercessisse, mulier autem bene hoc allegabat vt patet in ver. verum.

Secundo modo soluit Host. quod vir simpliciter cõfessus fuerit copulam, & licet dixerit patrem & patruum contradixisse, non tamen dixit eos contradixisse ante copulam. vnde fauore matrimonii contra ipsum fit interpretatio, de spon. ex literis. j. & hoc etiam uidetur velle Inno. dum dicit, quod fauore matrimonii præsumitur copulam præcessisse contradictionem patris, & patrui.

Nota uerbum Host. qui dicit, quod uir simpliciter confessus fuit copulam. nam dicit Abb. Sicu. quod iuuenis iste fuit simpliciter confessus copulam, non restringendo se ad unicam copulam tantum, ideo probatio, quod post dissensum patris, vel patrui fuerit cognita, non probat copulam ante non intercessisse.

Tertio modo soluit But. & istud etiam tenet Innoc. in fi. vlt. suæ glo. videlicet, ꝙ licet constaret de dissensu ante omnem copulam, tamen hoc non sufficiebat, quia mulier non fuerat certificata de illo dissensu. Et sic nota, quod contradictio interueniens ante omnem copulam, non impedit ratificationem matrimonii per copulam subsequentem, nisi contrahens sit certificatus ante copulam de contradictione, ad hoc, quod not. de procur. mandato, & de rescriptis, ex parte decani.

Et hoc est verũ, secundũ Bu. nisi mulier latitasset, vel alias ipsius non potuisset haberi copia, de dolo, & contu. causam, & in ca. pastoralis, de offi. ordin. ad fi. & in clem. j. de renun. Sed in hoc aduerte, nam ista iura loquuntur in alia materia vnde in casu matrimoniali putarem, quod si reuocatio, seu contradictio non potuit peruenire ad notitiam huius mulieris, quod copula interueniens ante habitam notitiam de contradictione faciat sponsalia conditionalia trãsire in matrimonium, quia est imputandum ei, quare antequam perueniret ad actum copulæ, non denunciauerit contradictionem patris, vel patrui. & licet iste intellectus in se sit uerus, & notabilis, tamen non congruit literæ, nam litera in fi. fundat se in hoc, s. quod non fuit probatum, quod pater, & patruus contradixissent omnem copulam, & sic non fundat se in eo, quod contradictio non peruenerit ad notitiam mulieris.

Quarto modo soluit Butr. & dicit hoc plus sibi placere, quo ad tex. nam hæc copula allegabatur ante, & post contradictionem patris, & patrui. & pro hoc facit litera, in uer. verum. ibi, & ante tempus conditionis expressum a testibus & post dicebat inter se carnalem copulam accessisse ante, & post contradictionem patris, & patrui, quæ allegatio habet inducere præsumptionem pro copula, & sic pro matrimonio. statur ergo allegationi mulieris, vbi dubium est de copula, sicut statur assertioni viri, quando dubitatur de copula, ut in ca. continebatur, supra de despon. impub. & ideo cum hæc mulier allegaret, quod ante, & post dissensum patris, & patrui copula intercesserit, dicta uero testium concluserant copulam intercessisse post cõtradictionem patris, & patrui, necessario non infertur copulam non interuenisse ante cõtradictionẽ, & ideo iudicatur pro matrimonio. & dicit But. quod hæc est ueritas.

8 Et ex hoc intellectu nota, quod creditur alleganti † copulam, siue uir, siue mulier allegeт copulam, quando copula aliquid facit ad matrimoniũ. sed vide ea quæ dixi circa hoc in capito. duo pueri, super glos. in verbo, dicat, de desponsat. impuber.

Sed aduerte Papa hic non fundat se super assertione mulieris, sed tex. dicit, quod iudicatum est pro matrimonio, quia de copula constabat, ex quo non est probatum, quod contradictio patris, & patrui interuenerit ante omnem copulã carnalem, & ideo But. soluit quinto modo dicens, quod vbi actor fundat plene intentionem suam debet obtinere, nisi reus clare illum confundat, nec sufficit, quia reddiderit eam dubiam. Mulier enim probando sponsalia, & copulam fundauit clare intentionem suam. Exceptio vero viri non euacuauit penitus illam probationem, licet aliquatenus reddiderit illam obscuram, & pro hoc uidetur text. in cap. in præsentia, de probat. & pro hoc vide glo. penul. in clem. fi. de rescriptis, & bene facit glo. fi. hic, quæ uidetur sentire istum intellectum, & hoc procedit secundum Abb. Sic. in ciuilibus, secus in criminalibus, quia tunc, vt euitetur delictum, reus est absoluendus. de hoc habetur per Barto. in l. non solum. §. sed, ut probari. ff. de no. ope. nunciatio. & plene etiam Ioan. de Imo. post But. in dicta clem. fi. super glo. penult. de rescriptis, & per Doct. in cap. in præsentia, supra de prob. vbi etiam plene per Abb. Sic. & istum intellectum sequitur etiam Ab. Sic. hic, & dicit, quod multum conuenit literæ, & dicit quod Butr. hoc sensit, licet non sic declaret, sed stetit in præcedenti

intellectu,

intellectu, secundum ipsum, sed certe Bnt expresse tãgit istũ intellectum. & ponit eum ultimo loco, nec reprobat, & mihi placet. quia litera multum applaudit, & præsertim, quia glo. fi. hic hunc intellectum sensit.

In ea glo. secunda. ibi. supra de fi. instrum. cum Ioannes. dic quod ibi constitit vnicam esse venditionem, ideo reus obtinuit, hic autem non constitit vnicam esse copulam, ut supra dixi, Ad c. in præsentia. dic, quod ibi sufficienter probatum fuerat ex parte rei, quia reus clare probauit exceptionẽ suã, sed actor non plene probauit replicationem suam, & ideo ibi lata fuit sententia pro reo, licet actor replicando reddiderit dubiam exceptionem ipsius rei, hic autem secus; nam hic clare constabat de intentione mulieris quæ erat actrix, sed non constabat clare de exceptione viri qui erat reus, s. ꝙ contradictio patris, vel patrui præcesserit omnem carnalem copulam, & ideo fertur sententia pro muliere quæ erat actrix. Sed ad cap. cum tu, supra de testibus, quod allegatu supra pro contrario, quidam respondent, quod hic fit interpretatio, quod copula præcesserit contradictionem patris, & patrui, quia fit interpretatio pro matrimonio, & sic pro causa fauorabili, ibi uero fit interpretatio, quod appellatio præcesserit excommunicationem, quia est odiosum, ꝙ quis intelligitur excommunicatus. vel secũdum Host. sicut ibi præsumunt bis appellatum, s. ante, & post sententiam excommunicationis, sic præsumitur hic, mulier bis cognata, s. ante contradictionem patris. & patrui, & post contradictionem, & sic remanet intentio mulieris fundata. nisi probetur quod ante omnem copulam contradictum fuit.

In glo. 4 hæc glo. diuiditur in duas partes principales. In prima opponit, & soluit. In secunda quærit de quatuor quæstionibus, & respondet. Secunda ibi, sed quid si ante coitum. Secũda potest subdiuidi in quatuor partes, prout gl. format quatuor quæstiones.

In prima parte gl. bene loquitur. Sed aduerte inquantum glo. dicit, quod primus cõsensus intelligitur perdurare in eadem qualitate, est uerum, nisi intercedat actus concludens oppositum consensum, vt est hic copula. & dum glo. dicit, quod extrema indicant media, verum est, nisi intermedia appareat actus declarans aliam uoluntatem ab extremis.

Item dum gl. dicit, quod consensus conditionalis est nullus, hoc non est uerum, quia immo valet talis consensus, & inducit sponsalia de futuro respectu spei purificationis consensus, & ideo copula inducit matrimonium, vt hic, & supra eod. de illis.

In secunda parte gl. quæ incipit ibi, sed quid si ante coitum, dic quod ratio est, quia hic protestatio tanquam turpis debet haberi pro non adiecta fauore matrimonii, vt in cap. sequen. & nota bene hanc particulam glo. quia est mul-
9 tum nota. † sponsus ergo non potest cognoscere sponsam quin sponsalia non transeant in matrimonium quantumcunque protestetur in contrarium etiam si mulier consenserit protestationi. vnde est, nisi vnum remediũ, s. quod prius renunciet sponsalibus, nam tunc copula superueniens non potest inducere matrimonium, cum nõ reperiantur ibi spõsalia, & hæc notat Ioan. And. & Doct. in cap. veniens, ij. supra de sponsa. & dixi in cap. tua nos, eodem titu. & hoc tene mẽti, quia sæpe venit de facto, & vidi in practica.

In ead glo. in versic. item si dicat, dic quod talis conditio debet reiici, tanquam turpis, quia præsupponit primum coitum fornicarij. tanquam turpis reiicitur, & hæc etiam dicit Innoc. in cap. de illis, supra eodem, & dixi in capit. primo, supra eodem.

In ead. glo. ibi. ff. de contrahen. emptio l. alioquin. §. j. dic, quod licet teneat conditio, quando erratur in qualitate rei venditæ, puta, quia emptor putat se emere virginem, quæ est corrupta, tamen si uenditor sciebat emptorem errare in qualitate rei quæ vendebatur, puta, quia sciebat emptorem, puta virginem illam quæ erat corrupta. hoc casu, licet venditio
10 teneat, tamen † emptor poterit agere actione ex uendito ad rescindendam venditionem, & de hoc est text. in l. ex empto §. si quis virginem. ff de act. emp.

Host. autem dicit, quod hæc determinatio glo. & illa de qua proxime dixi, s. de protestatione procedit in foro iudiciali Sed quo ad Deum non erit matrimoniũ, si non intendebat consentire, ut supra de spon. tua nos, cum ibi nota. & mihi placet per ibi notata, & in ca. is qui, eod. titu. quicquid dicat Gasp. Calder. & dom. Card. posset tamen intelligi talis conditio, quod esset honesta, ut dicit Gasp. & dom. Card. puta, si dicatur contraho tecum matrimonium si te virginem
11 reperio, & appareat, quod intentio viri erat, quod † inspiceretur per matronas honestas, an esset virgo, nam tunc talis conditio suspendit matrimonium.

In ead glo. ibi, item si contraho, dic quod glos. bene dicit, & ratio potissima est, quia secundum matrimonium pure contractum præiudicat primo conditionali. vnde conditio postea existens non reperit extremum, ad quod possit trahi,
12 quia matrimonium † medio tempore contractum impedit retractationem ad hoc facit capit quamuis, de rescriptis. in sexto. Non obstat l. potior. ff qui pot. in pign. habe. allegata per glo pro contraria, quia ibi obligatus conditionaliter nõ potuit tollere obligationem conditionalem obligando se pure, ideo secunda obligatio intelligitur sine præiudicio primæ. sed contrahens matrimonium conditionaliter bene pt tollere obligationem conditionalẽ contrahendo cum alia pure, & ideo conditio trahitur retro, ad hoc vide omnino glo. 4. in capitu si pro te, de rescriptis, in sexto. Ad capit fraternitatis. dic quod non facit: ubi enim ex facto seque. declaratur, quod a principio tenuit matrimonium hic autem cõstat, quod primum non habuit efficaciam matrimonii. sed potius spõsaliorum de futuro, immo etiam minus, quia spõsalia pura inducunt publicam honestatis iustitiam. sed spon-
13 salia † conditionalia ante euentum cõditionis etiam si sint contracta per uerba de præsenti ante euentum conditionis non inducũt publicæ honestatis iustitiam, & de hoc est tex. in cap primo, de sponsa in sexto, & de intellectu dictæ l potior. vide per Doct. in ca. præterea, de app. & in dicto c. si pro te, de rescrip. in sexto, & in Spe. de obli. & solu. § primo ver. illud etiam quæritur, & per Barto. in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap.

14 Item nota glo. in ista particula, quod † conditio apposita in matrimonio non trahitur retro, præter quam quo ad legitimationem prolis. idem voluit gl. in c. super eo. In gl. magna, supra eo, & s. ea. dixi Secundo autem quare non trahitur retro est, quia a potestate apponentis conditionem pendet tollere conditionem contrahendo matrimonium cum alio pure, & ideo non trahitur retro, quia conditio casualis trahitur retro, sed non conditio potestatiua, vt dicit glo. 4. in cap. si pro te, de rescriptis, in sexto, & probatur in l. potior, & in l. qui balneum. ff. qui potio. in pignor. habe. & plene per Barto. in l. si is qui pro emptore. ff de vsucap. & per Docto. in cap. præterea, de app. & in dicto cap. si pro te.

Item intellige glo. dum dicit, quod quo ad legitimationẽ prolis matrimonium retrotrahitur, nam hoc procedit, quãdo nihil medio tempore interuenit, quod impediat matrimonium retro trahi. vnde in casu quem ponit gl. matrimonium non trahitur retro, quo ad legitimandos filios susceptos post secundum matrimonium purum ex uxore, cum qua contraxerat sub conditione

In ead glo. prope fi. in uer. item quid si contrahatur matrimonium sub conditione. pone exemplum, puta, si dicatur, contraho tecum matrimonium, si ante Christus nascetur, vel si dies clarescet, vel si sol orietur Host. autem tenet contra glo. & dicit, quod statim erit matrimonium, & hoc tenet in summa, eodem titu. § quia conditio. ver. quid si contraho sub conditione, quæ omnino extitura est, & hoc est uerius se-
15 cundum dom. Cardi. & Abb. Sicu. quia † conditio omnino extitura habetur pro non adiecta, ut si dicitur, si cœlum digito non tetigeris. ff. de condi. & appl. hæres meus, & ff. de condict. indeb. l. quid si. allegata per glo. vbi debitum sub conditione omnino extitura solutum non repetitur. talis enim conditio non habetur pro conditione, & sic non facit actũ conditionalem. facit l. in diem. ff. de condi. indeb.

In glo. penul. hæc glo bene dicit, & ipsam no. intellige tamen quod mulier fuit certificata de cõtradictione ante carnalem copulam, ut dixi super gl prima, & secunda, in tertia solutione, seu in tertio intellectu.

In glo. fi. nota bene istam glo. quod ubi intentio agentis est fundata, licet postea reddatur dubia propter exceptionẽ
16 rei, ferenda est † sententia pro actore, ex quo reus clare non probauit suam exceptionem dixi supra, super prima, & secũda glo. in quinta solu. seu in quinto intellectu.

Extra glo. opponitur, nam videtur difficile probari contradictionem interuenisse ante omnem copulam: hoc enim est probare negatiuam, s. quod nulla copula præcesserit contradictionem, quæ non est probabilis. de elect. bonæ. primo. Ioan. And. respondet, quod licet sit difficile, tamen est possibile, puta, quia testes interfuerunt sponsalibus, & uiderunt sponsam, & sponsum absq; eo, ꝙ copula intercederet, & statim patrem adire, & sibi facto narrato contradictionem patris, vel patrui accessisse: per hoc enim probatur negatiua coarctata, quæ est probabilis, vt d. c. bonæ, & in c. ex tenore. de testi. cum simili. Sed adde ad Io. And. nam testes debent deponere, ꝙ post contradictionem patris, vel patrui alius contrahens matrimonium fuit illico certificatus de contradictione per ea quæ dixi super gl. j. & ii in 3. solutione, seu in tertio intellectu. Sequitur c. si conditiones.

SVMMARIVM.

1 *Conditio turpis, vel impossibilis, habetur pro non adiecta matrimonio.*
2 *Protestatio tollens partem substantialem facti vitiat factum, & ipsa non uitiatur.*
3 *Substantialia matrimonij sunt tria, proles fides, & sacramentum.*
4 *Pactum de recedendo a matrimonio, si adulterium interueniat non valet.*
5 *Matrimonia non possunt pœna constringi.*
6 *Conditio turpis, & impossibilis, quæ non est contra substantiam matrimonij, illud non uitiat.*
7 *Conditio omnis contra substantiam actus, illum uitiat.*
8 *Differentia inter conditionem, & pactum.*
9 *Pactum, seu conditio contra substantiam matrimonij, tunc illud non uitiant, quando a iure, vel consuetudine inducta sunt.*
10 *Christianus an possit contrahere cum infideli per dispensationem Papæ.*
11 *Papa potest dispensare pro matrimonio contrahendo inter Christianum, & infidelem.*
12 *Hæreticus generaliter accipitur etiam pro Pagano, & non baptizato.*
13 *Pœna contrahentis matrimonium cum hæretico.*
14 *Matrimonium non est contra substantiam ordinis clericalis.*
15 *Continentia non est de originali substantia ordinis, sed de accidentali.*
16 *Protestatio tollitur per factum contrarium postea secutum.*
17 *Episcopus non debet venire contra factum permittendo ordinatum a se uiuere seculariter*
18 *Conditio contra naturam monachatus non vitiat monachatum.*
19 *Monachum habere proprium non est contra substantiam monachationis.*
20 *Professio tacita ordinum non mendicantium habet incertitudinem.*
21 *Culpa ministri non dissoluit obligationem quæ fit cum Deo.*
22 *Militem voluntarium eligit Christus, coactum Diabolus acquirit.*
23 *Modus non suspendit principium actus, sed dat qualitatem actui.*
24 *Causa venit ad consummandum, quod est, non ad suspendendum actum.*
25 *Ingressus religionis factus per modum conditionis resolutiuæ, an ualeat, vel uitietur.*
26 *Legistæ leges suas decidere debent, & canonistis dimittere canones, quia non sine culpa immittitur manus in messem alienam.*
27 *Turpis dicitur pars, quæ non congruit suo toti.*
28 *Actus remouetur remota parte substantiali eius.*
29 *Seruus præiudicat domino in acquirendis.*
30 *Prælatus in acquirendis ecclesiæ præiudicare potest.*
31 *Votum emissum per metum non ualet.*
32 *Contractus non ualet, nisi ambo consentiant.*
33 *Continentia hodie est de substantia ordinis.*
34 *Intentio cuiusque in dubio præsumitur esse bona.*
35 *Vltima uoluntas, siue testamentum, an uitietur conditione turpi, vel impossibili adiecta.*
36 *Miles potest esse procurator si ei non opponitur militia.*

CAP. VII.

SI conditiones. Hoc c. est notabile, & est multum allegabile
& hoc dicit Si in contractu matrimonij apponi
1 tur conditio † turpis, vel impossibilis, habetur pro
non adiecta, nisi sit contra substantiam matrimonij, quia
tunc vitiat matrimonium, & non vitiatur. duæ sunt partes.
In prima tractat de conditione turpi, vel impossibili, quæ
est contra substantiam matrimonij.
In secunda de alia conditione turpi, vel impossibili, quæ
non est contra substantiam matrimonij. Secunda ibi, licet.
Nota primo, quod conditio adiecta contra substantiam
2 eius, quod agitur vitiat, & non vitiatur, & sic † protestatio
contra factum tollens aliquam partem substantialem facti
vitiat factum, & non vitiatur protestatio, & hoc ideo, quia
factum est elisum in parte substantiali. vnde non potest capere vires contra ipsam protestationem, de quo But. remittit ad c cum M. de constit. in materia protestationis. de qua
per Bar in l. non solum, in §. morte. ff de no. oper. nun.
3 Nota secundo, quod sunt tria † substantialia in matrimonio, s. proles fides, & sacramentum, & quod omnis conditio
& protestatio in ipso contractu aliquod istorum trium tollens vitiat contractum matrimonij, & non vitiatur. & quamuis iste tex ponat tria exempla istarum conditionum, quæ
sunt contra substantiam matrimonij. tamen multa alia possunt reperiri, puta, quidam habens suspitionem de incontinentia uxoris contraxit secum matrimonium sub conditione, quod si committeret adulterium liceret recedere a matrimonio, & aliam in vxorem ducere. & dom. Card. hic in 3.
4 solu. dicit non valere † pactum, quia esset contra substantiam matrimonij secundo respectu indiuisibilitatis. Sed Ab.
Sic. dicit, quod non tenet matrimonium, & licet illa sit conditio resolutiua, tamen quo ad propositum idem operatur,
sicut conditio suspensiua, & dicit, quod hoc clare colligitur
hic ex secundo exemplo, dum contraxit, donec inueniret
aliam honore, & facultatibus digniorem: nam hæc conditio non erat suspensiua, sed resolutiua, sed tu tene opi. dom.
Cardin.
Nec obstat iste tex. qui loquitur, quando fuerit contractum
matrimonium ad tempus incertum, & uerisimiliter poterat
contingere, quod inueniret aliam honore, & facultatibus
digniorem sed in exemplo, quod supra posui illud, quod intendebat apponens conditionem euitari, est honestum, s. ut
vxor non committat adulterium, & ista conditio resolutiua, videtur apposita in pœnam committentis adulterium, &
5 ideo debet teneri, quia † matrimonia non possunt pœna cōstringi, ut in ca. Gemma, supra de sponsa. facit optime, quod
notat glo. ij. in ca. de illis, supra eodem, & latius dixi supra eo.
cap primo.
6 Vltimo nota, quod conditio † turpis, vel impossibilis quæ
non est contra substantiam matrimonii, nō uitiat matrimonium, sed habetur adiecta, & sic uitiatur, & nō vitiat, & no.
glos. dum dicit propter eius fauorem &c. nam est secus in
contractibus, quia turpis, vel impossibilis conditio vitiat cōtractum, ut in § si impossibilis. Institu. de inutili. stipu. sed in
ultimis voluntatibus, quia sunt fauorabiles, conditio impossibilis non uitiat, sed uitiatur, & sic habetur pro non adiecta
Insti. de hæred. insti. § impossibilis. de quo dicam infra super
glos. secunda.
7 Ex prædictis infert Abb. Sicu quod omnis conditio † contra substantiam actus uitiat ipsum actum, nam si vitiat matrimonium, tam fauorabile, fortius habet vitiare actum,
ita fauorabilem, & dicit, quod ratio huius dicti est, quia remota substantia nullus actus potest esse ualidus, quia nihil
potest subsistere absque substantia. ad hoc c. tua, de spons. &
dicit, quod ad cognoscendum substantiale alicuius actus debemus semper considerare vtrum actus sine illo possit consistere, & allegat nota. per Barto. in l. prolatam. C. de sent. &
interlocu. omnium iudicum Sed tu uide nota. in l. cum precario. ff. de preca. & pulchra uerba Barto. in l. ubi ita donatur. ff. de dona. causa mor. & per gl. magistram, in l. pacta cōuenta. ff. de contrahen. emp. & per Docto. maxime per Ioan.
a de Imo. in c. unico, supra de commo.[a]
Vlterius contra text. opponitur in eo, quod dicit, quod si
conditiones inseruntur contra substantiam matrimonii uitiatur matrimonium, quod immo conditio uitietur, de consti. cum M. Sol. protestatio ibi non habuit consensum aduersarii, hic secus. & dicit dom. Cardin. quod forte propter hoc
Innoc. in uerbo, conditiones, dicit quod melius diceret pa
8 cta: pro hoc, † quia conditio potest ab uno solo apponi. Pactum autem requirit duorum consensum, l. j. ff de pact. & quod
hic oporteat, quod consensus utriusque interueniat aperte
dicit Innoc. in uersi. dicat, vbi supplet altero consentiente dicens, quod nisi ambo consentiant, non impeditur matrimonium 32. quæst. ij. aliquando. si vnus dicat, contraho tecum
matrimonium, si generationem prolis euites, vel quousque
pulchriorem inueneris, si alius contradicit, itenet matrimonium, ut dicto c. aliquando.
Idem dicit Innoc. si alter taceat, quia præsumitur contra
dicere fauore matrimonii, vt supra cap. proximo. facit ca. in
Genesi, & ca. Cumana, cum ibi nota. supra de elec. & in regula, qui tacet, in sexto. Idem tenet Ho. dicens, quod hæc essent
satis practicanda, ut mulieres talibus efficerentur instructæ.
nam forte uir uolens decipere mulierem opponet unam de
istis conditionibus contra substantiam matrimonii, ut mulier permittat se cognosci, quæ si fuerit instructa, quod non
teneat matrimonium, vel tacebit, vel si consentiet tempore
contractus non permittet se cognosci, nisi remittatur conditio, nam si consentiret conditioni, ut pateretur se cognosci
non remissa conditione copula non faceret matrimoniū,
quia contractus præcedens est nullus propter accusationē
conditionis contra substantiam, & sic repentur copula sine aliquo contractu matrimonii facit. quod notat glo. pen.
in c. præcedenti, & hoc sequitur Ioan. And. dom. Car. But. &
Abb. Sic. & communiter Doct.
Ex prædictis habes unam notabilē limitationem ad istū
textum. nam iste tex. non procedit, quando ponitur conditio contra substantiam matrimonii altero contradicente,
uel tacente.

Aliam

ADDITIO.

a Adde dom. Alex. Neuo, in c. tuas ij. col. de spon. duo.

Aliam limitationem ponit Ioan. Andr. ut refert Iaco. de
9 Zo.videlicet,quando pactum,† uel conditio contra substan
tiam matrimonii est a iure communi, vel ex consuetudine
introductum,nam tunc non uitiat matrimonium, licet sit
contra substantiam matrimonii.facit c ex publico,de con-
uer.coniu.vt pura,si dicatur,contraho tecum matrimoniū,
cum hac conditione,vt possim me separare, & ingredi mo-
nasterium.principaliter enim hoc surgit a iure, & non a fa-
cto contrahentium,de quo dom.Iaco.de Zoc.allegat ca. de
infidelibus,infra de consangui.& affi vbi ponit aliam limi-
tationem,& ibi dicam.sed quātum ad limitationem, quam
ponit hic,quod nō uitietur matrimonium si apponitur pa
ctum,vel conditio,introductum a iure communi,sed de cō
suetudine dubito.Sed dicam in cap.super eo,infra de cogn.
spi.& dixi in c.j.de spons.

Glo.j ista glo.potest diuidi in quinque partes.

In prima glo.declarat.vnde sumpta est ista decr.

In secunda distinguendo declarat,quæ conditio possit in
matrimonio licite apponi,& quæ non.

In tertia parte glo. assignat rationem differentiæ, quare
conditio apposita contra substātiam matrimonii uitiet ma
trimonium,cum aliæ conditiones turpes, vel impossibiles
non uitient.

In quarta parte gl.opponit contra text.& non soluit.

In quinta quærit de vna quæstione.& respondet. Secun-
da ibi,nota ergo.Tertia ibi,sed hæc est ratio.Quarta ibi, sed
contra videtur.Quinta prope finem gl.ibi,item si dicat pro-
fiteor talem religionem.

In secunda parte glo.ibi,vt cum Christianus dicit Iudeæ,
vel hæreticæ.

Gasp.Cal dicit,quod ex dispensatione c.Papæ ob bonum
fidei posset Christianus,vel Christiana contrahere cum Infi
10 deli,† puta si speratur quod vir infidelis,qui potest esse vtilis
fidei per mulierem fidelem conuertatur ad fidē, & assignat
rationem,quia non videtur prohibitum de iure diuino, sed
de iure positiuo,s. quod infidelis contrahat matrimonium
cum fideli pro hoc, quia c.caue,& c.non oportet.28.quæst.
j.loquuntur promiscue de infidelibus,& de hæreticis, & ta-
men inter catholicum, & hæreticum non tenet matrimo-
nium,vt dicitur statim.sed dom Cardi dicit, quod de tradi-
tione antiquissima sanctorum patrum est,quod non sit ma
trimonium inter Christianum,& infidelem, nec legitur, q
aliquando fuerit dispensatum.vnde dicit potius dicendum,
quod Papa non possit dispensare Item dicit, quod hæc pro-
hibitio videtur habere ortum a iure diuino, allegat Exodi
24.& Deutero.7. & facit, quod nota. in capitu. ex publico,
de conuer.coniug.

11 Ego puto,quod ex magna causa Papa † possit dispensare,
ut contrahatur matrimonium inter Christianum, & Paga-
num.Et circa hoc uideca quæ dixi in cap. cum monast §.fi.
supra de sta mo vbi plene examinaui,in quibus Papa possit
dispensare,& in quibus non.Item in eo.quod dicit glo.de hę
retico glo in c.non oportet,allegato per glo.tenet,quod va
leat matrimonium inter hæreticum,& Christianum, & sic
licet non debeat contrahi,tamen si contrahitur, tenet ma
trimonium,& probatur in c.decreuit,de hęret.In sexto.Sed
Guil.in Spe.de diuor.post prin. dicit, quod tenet matrimo-
nium cum hęretico baptizato, sed cum non baptizato non
tenet.Do.Card. dicit,quod Spe. impropriè loquitur non est
enim hæreticus,nisi baptizatus, quia hæresis signat diuisio-
nem ab unitate fidei 7.quæstio.j.denique.18 quæstio.j. hære-
ticus,7.quæst.3.hæresis.deinde dicit dom. Card.quod potest
dici,quod Spe. fuerit locutus de non baptizato accipiendo
12 hæreticum † generaliter s pro Pagano pro hoc, quod nota.
de diuor.gaudemus,in prin.& sic in effectu ex prædictis con
clude,quod matrimonium non tenet inter Paganū,& Chri
stianum,sed bene inter Christianum,& hæreticum.

13 Quæ † autem sit pęna contrahentis cum hæretico, vide
in dicto cap.decreuit,de hæreti.in sexto.

In tertia parte gl ibi,saltem,quo ad propositum.do.Card.
exponit,idest, quod ab initio aliter non probant,quia tunc
vitiatur matrimonium,secus autem si ex post facto hoc cō
tingat,licet enim alter adulteretur,vel aliam recipiat de fa-
cto vxorem,vel proles non nascatur, non per hoc uitiatur
matrimonium.de adulterio probatur 32. quæstio. secunda.
dixit,& quæst.7 quasi per totum, de diuor.cap.2.& c. ex lite
ris,cum multis simili.

De secundo,s.quod si aliam accipiat,non soluatur primū
matrimonium probatur, de spon.duorum,c. primo. penul.
& fi.& de despon.impu.duo pueri.

De tertio,quod si proles non nascatur desinit esse matri-
monium,probatur 17.q j. nuptiarum, dummodo non sint
perpetuo impediti,de frig.cap.j.& per to.

In quarta parte glo ibi.to quę 1.1 c.a ibi est casus, quidam
donauit rem ecclesiæ,cum pacto, ut sit in administratione
donantis,& non in dispositione episcopi,& ibi dicitur,quod
tenet donatio,sed pactum habetur pro nō adiecto Sed dic
quod ibi conditio non fuerat contra substantiam consecra
tionis rei donatę ecclesiæ, sed contra consecutiuum respe-
ctu regiminis,vel administrationis, & ideo talis cō.itio nō
vitiat donationem,sed habetur pro non adiecta ad c. diaco
ni. ibi est casus, quod si in ordinatione apponitur conditio
de consensu ordinantis, quod liceat ordinato contrahere
matrimonium,& reiicitur conditio respondent Doct quod
14 † matrimonium non est contra substantiam ordinis clerica
lis,vt notatur in cap.cum olim,de cle coniug Sed illud pro
cessit ex ordinatione ecclesiæ,ut in capito.Nicena 31 distin.
sed dom.Iaco de Zoc clarius loquendo,dicit quod aut con-
ditio est contra aliquid non substantiale ex natura ipsius a-
ctus,uel eius primęua institutione,sed ex aliqua accidentali
s.determinatione iuris,vel ecclesię,quę disposuit,ut aliquid
accidentale ad substantiam actus annectitur, ut in ordine
sacro.& tunc conditio non uitiat actum ut in dicto c.diaco
ni. Secus si conditio est aliquid substantiale ex primęua nā
ipsius actus,quia tunc conditio uitiat,& non uitiatur, ut in
cap nostro.nam non est dę originali,sed de accidentali sub-
15 stantia ordinis ipsa † continentia, ut patet in capitu. Nice-
na,& in cap quoniam.31.dist.& in c cum olim,de cler. con-
iug & vide Innoc in ca placet,de conuer. coniug. ideo ualet
ordinario diaconi sub conditione si sibi liceat retinere uxorē
quia conditio reiicitur,& valet ordinatio,ut in dicto cap dia
coni,& istud est de mente domi.Card But.& Abb.Sicu Sed
But in capitu cum M supra de consti. in materia protestatio
nis aliter dicit,quam hic.dicit enim, quod vbi aliquis ordi-
natur in diaconum,& ordinatus protestetur episcopo ordi-
nanti,quod non intendit continere, & episcopus cum hac
protestatione procedit ad ordinationem,quod compellitur
ille continere vnde poterit cōtrahere,quia cōtinētia nō est
de substātia ordinis,sed est quid consecutiuum ad bene esse
vt notātet dicit Innoc.in capitu.placet, de conuers. coniug.
Dom Iac.de Zo dicit,quod But.melius loquitur hic, quam
in dicto capi cum M de cōsti & dicit,quod in capi. diaconi,
in ueritate nō tenet matrimonium,& hoc tenet ibi expres-
16 se Archidia.nam ibi dicit, quod protestatio † tollitur per fa
ctum cōtrarium postea secutum,& quod uidetur postea re-
cedere a priori uolūtate,ex quo postmodum permisit se or-
dinari, quia cōtinētia venit cōsecutiue ad ordinem ex iuris
dispositione,nec potest episcopus relaxare, seu tollere hoc
ius cōsecutiuum,ut dicto ca.illo.32 dist unde debet talis cle
ricus sic cum protestatione ordinatus remanere in officio
clericali,nō autem cum uxore,quam postea duxit de facto.
Ita ibi dicit Archid. & hoc probat dom Iaco de Zo.alia ra-
tione.dicit,quod ille qui ibi ordinabatur erat subdiaconus,
& hoc patet,quia illud ca diaconi, loquitur de ordinato ad
ordinem diaconatus, sed episcopus non poterat olim dare
licentiam subdiacono,vt contraheret matrimonium,ut est
tex.in cap.de illo.trigesimaprima dist.ergo licētia,de qua in
dicto cap.diaconi,nil potuit operari,ut matrimonium tene
ret Item dicit ibi tex. quod si cōuolauerit ad nuptias debet
remanere in ministerio ecclesiastico,ergo necessario non re
manebit cum uxore, quia licet clericus in maioribus licite
contrahat matrimonium, non tamen deinceps poterit tra
ctare de ministerio ecclesiastico, immo perdit beneficium
ipso iure,& omne priuilegium clericale,nisi in duobus casi-
bus, ut in cap.diuersis fallaciis, de cler.coniug & in capitu.
vnico,eodem titulo,In sexto.

Item si ibi teneret matrimonium,compelleretur adhęre
re vxori,sicut dicitur de cōiugato qui se fecit ordinari ad sa
cros ordines, ut dicit Innoc.in capitu.placet, de conuersio.
coniug.

Item si teneret matrimonium sequeretur absurdum ma-
ximum,s.quod episcopus posset tollere indirecto continen-
tiam annexam ordini,quia admitteret protestationem tem
pore ordinationis,& ad illum textum,in cap.diaconi,27.di.
qui pōderat dationem licētiæ episcopi respondet,quod pō-
deratur licētia,ut pareatur contrahenti matrimonium, ne
incurrat pœnam depositionis.nam non ita acriter debet pu
niri,quia uidetur excusari auctoritate episcopi:fuit enim se
cutus errorem eorum.nec deliquit ex dolo, sed ex simplici-
tate,ideo ei parcendum est,ut in capitu.inter corporalia, in
17 fi.de translat. prælato. nec † episcopus debet uenire contra
factum suum permittendo ordinatum a se uiuere seculari-
ter cum uxore,quinimmo debet puniri secundum modum
culpæ, nec textus in dicto capitu. diaconi, hoc negat, sed
tantum parcat ordinato, quo ad pœnam depositionis, &
hoc mihi placet, quia etiam Doctor.hic hoc tenent.

In

a In quinta [a] parte gl. tangit quæstionem antiquam, & di-
sputatam, tam per legistas, quam canonistas, & glo. idem te-
net, quod hic in c. 2. in verbo, administrationes, de statu mo
na. & idem tenuit Bartho. Brix. quæst. 5. & Rofre. in titu. de
regularibus, versic. quid dices. sed contra sentit glo. 3. in titu.
proximo, insinuante, & idem scilicet, contra hanc gl. tenuit
glo. 32 quæstio. secunda, solet. in fi. glo. mag. idem tenuit Gof.
Vinc. & Host. in dicto capitu insinuante, & idem Innoc. ibi,
licet alternatiue loquatur. sed clarius hoc tenet supra eodẽ,
18 capit. primo, vbi dicit, quod conditio † contra naturam mo
nachatus non uitiat monachatum, idem tenuit glo. in au-
then ingressi. C. de sacrosanct. eccles. & idem ibi sequitur Ia.
de Raue & Per aliter tamen loquitur glo. in l per seruum. §.
denique. ff. de vsu & habita. vbi distinguit, an pactum fiat in
continenti, & uitiatur ingressus, an ex interuallo, & uitia-
tur pactum, sed valet ingressus de hoc etiam in Spe de statu
mona. ver. quadragesimooctauo. vbi Specu. nihil approbat
& quia pro opi. gl. videtur casus hic comparando matrimo
nium carnale, & spirituale, ideo Phy in dicto capi. insinuan
te. respondet, quod matrimonium fuit institutum a Deo q
dixit, & erunt duo in carne una, idest ad vnam carnem pro
creandam. Cessante igitur causa cessat matrimonium, sed
quod monachi non habeant proprium, institutum est ab ec
clesia 12. quæstione prima. certe, & capit. nolo, ergo ecclesia
illud tollere potest, nec ratio in ultimo videtur velle, quod
teneat monachatus, & quod possit habere proprium, quod
non procedat, nisi ex dispensatione Papæ, secundum not. in
capit. cum ad monasterium, de statu mona. hanc etiam opi.
quod teneat monachatus. tenet Archid. 32. quæstio. secũda.
solet. dicens, quod non est contra substantiam monacha-
19 tionis, quod † monachus habeat proprium, sed est ex consti
tutione ecclesiæ. hanc etiam opinio. tenet Ioan. And. dicens,
quod in matrimonio carnali recipiens conditionem contra
substantiam matrimonii est in culpa. quæ non debet esse si-
bi lucrosa, vnde non est mirum si sibi non obligatur con-
trahens matrimonium, sed in professione in qua quis obli
gatur Deo ipse Deus, cui obligatur, non est in culpa etiam si
Abbas professionem recipiens consentiat. & idem dicit Io.
And. in ordinante, de quo ultimo dixi in præcedenti parte
glo. & declarando. dicit Ioan. Andr. quod matrimonium est
contractus vltro citroque obligatorius, quia hinc inde na-
scitur obligatio, quod est proprium contractus. ff. de uerbor.
significationibus l. Labeo, la seconda. vnde oportet, quod
vir obligetur vxori, & econuerso, nec matrimonium recipit
incertitudinem, immo nec sponsalia, de sponsa. capitu. uni-
co, in sexto.

Professio uero quandoque habet incertitudinem, ut pa-
20 tet in tacita † professione ordinum non mendicãtium, quæ
fit infra annum probationis. de regula, non solum, & capit.
constitutionem, libro sexto. Item licet professio non possit
dici contractus vltrocitroque obligatorius, ut in capitu. ad
ad apostolicam. de regula. non est tamen illius formæ, cuius
est matrimonium, nam in matrimonio est par uinculum v-
triusque. nam uterque matrimonium contrahit, sed in pro-
fessione non profitetur vterque, sed alter profitetur alter ve
ro recipit professionem, idem dicit in ordine. dicit etiam,
quod matrimonium est sacramentum ecclesiæ, non sic pro
fessio, & ideo sacramentum est illud, propter quod recipit
indissolubilitatem a Deo, de transla. prælat. per tot.

Item dicit Ioan. Andr. quod principalis intentio contra-
hentis matrimonium est obligari illi, cum quo contrahit
matrimoniũ, propter cuius etiam mortem dissoluitur ma-
trimonium, de secundis nupt. capitu. penultimo. & fi. princi
palis uero intentio profitentis, uel ordinem recipientis est
obligare se Deo, vnde propter mortem ordinantis, vel ad p-
fessionem recipientis non dissoluitur ordo, uel professio, &
sic ex prædictis concluditur prędicta diuersitas, scilicet, quia
21 culpa † ministri non dissoluat obligationem, quæ fit Deo,
sed Pau. in cle. eos, de regula. tenet cum glo. ista dicens, quod
sicut protestatio contra substãtiam rumpit matrimonium,
ut hic, ita & monachatum, quia similis ratio est in utroque.
unde si Abbas qui haberet incorporare religionem reci-
pit talem præstationem, protestatio tuetur profitentem.
Gaspar Calder. distinguit inter forum iudicialem, & princi-
palem, & dicit, quod in foro iudiciali procedit opinio, ut te
neat monachatus, in principali uero procedit opinio gl. sed
dom. Cardi. in quinta quæstio. dicit, quod indistincte opi. gl.
est uerior, si profitens stetit in præcisa sua protestatione di-
cendo, quod non aliter intendebat profiteri, nam non po-
test obligari ultra quam uelit, & ad id, quod dicit Archidia.
quod haberet proprium, non est contra substantiam mo-
nachatus. responde, quod immo est contra substãtiam mo-
nachatus ea institutione ecclesiæ, de statu mon. cum ad mo-
nasterium, in fi. & sic si Abbas recipit professionem cum hac
protestatione vitiatur professio, ex quo protestatio habet sua
substantialia a consensu utriusque, & dicit quod non pro-
cedit dictum Ioan. And. & dicit, quod professio quandoque
habet incertitudinem, nam saltem ab ipso initio requiritur,
quod certæ personæ fiat, & tali, quod possit religioni incor-
porare, de regula. porrectum.

Item inquantum dicit Ioan. And. quod culpa ministri nõ
debet dissoluere obligationem quæ fit Deo. dicit hoc non
procedere. hic enim non dissoluit, immo verius non oritur,
ex quo profitens non intendit se obligare ad ea quæ sunt de
substantia monachatus, sed potius contrarium constat.

Item dicit dom. Card. quod licet opi. quę habet, ut teneat
monachatus uideatur fouere æquitatem, tamen multis re-
spectibus fouet iniquitatem, ex quo enim iste omnino uolũ
tarie profitetur, non potest haberi spes, quod in monasterio
22 laudabiliter conuersetur: uoluntarium enim † militem eli-
git Christus, coactioni uero auctionatur Diabolus, idest e-
mit, vel acquirit, decimaquinta. quæstione prima. non est, &
notat glo. in capitu. Abbas, in fi. supra, quod metus causa. sed
But. altius repetendo istum articulum.

Primo dicit, quod Pau. non bene capit Ioan. And & dicit
quod in matrimonio contractus initiatur reciproce in uti-
litatem contrahentium. Sed secus est in monachatu, quia
ad nihilum se obligat Abbas monacho, vel saltem se non
obligat ad illud, ad quod se obligat monachus. Itẽ in utro-
que contractu est considerare duplex uinculum, sed in ma-
trimonio principium, & finis obligandi principaliter est par
tium, secundario in Deo, quo ad dissolubilitatem uinculi.
totum oppositum est in monachatu, quia principaliter uin
culum est in Deo, quia principaliter intendit placere Deo.
Secundario uero prælato, & sic dicit, quod debet attendi
persona. cum qua principale contractus inicitur, vnde quia
in matrimonio principaliter contrahitur cum homine po-
test homo sibi præiudicare consentiendo conditioni contra
substantiam matrimonii, sed in monachatu est ipse Deus,
cum ergo Deus non consentiat tali conditioni, consensus
ministri sibi non præiudicat in appellatione conditionis cõ
tra substantiam monachatus, & sic ualebit monachatus. de-
inde Butr. subiicit suam distinctionem, pro qua absoluenda
facias quatuor casus.

b Primus [b] casus est, quando ingressus religionis fit per mo
dum, verbi gratia, profiteor talem ordinem, quod mihi li-
ceat retinere bona, & hoc casu dicit planum esse, quod non
23 uitiatur ingressus, quia natura † modi est non suspendere
principium actus, sed dare qualitatem actui per perfectio-
nem eius, ut uidistis supra eod. cum sit, & ca. verum, & ideo
cum datur ingressus recipit esse, & uincit modum naturæ
suæ repugnantem, & ista fuit opinio Barto. in auth. ingressi.
C. de sacrosanctis eccl. quem But. non allegauit in hoc.

Secundus casus est, quando ingressus fit per causam, uer-
bi gratia Ingredior religionem, si mihi liceat retinere bona,
24 & dicit, quod adhuc non uitiatur ingressus, quia † cum ve-
nit ad confirmandum, quod est, & non suspẽdit actum, ideo
valet, quod agitur, & reiicitur causa, ut falsa.

Tertius casus est, quando fit per modum conditionis reso
lutiuę, puta ingrediar religionem, & nisi mihi liceat retinere
bona intendo, quod professio habebitur pro non facta, & a-
25 dhuc dicit But. quod ualet † ingressus, quia hæc resolutio
non annullat ingressum ualidum qui recepit esse, & poten-
tiam ad repellendam resolutionem ex conditione repugnã
te, & idem dicit in omnibus istis casibus in matrimonio, per
quæ dicit patere limitationem ad hanc decre. Sed vide quæ
dixi supra, in secundo notabili, & tangam infra cum Abba.
Sicu.

Quartus casus est, quando est conditio suspendens, & tũc
aut apponitur ex interuallo, & adhuc tam in matrimonio,
quam in professione reiicitur conditio, & ualet matrimo-
nium, seu ingressus, ut in l per seruum. §. primo, & quod no.
ibi gl.

ADDITIONES.

a In quinta parte gl. An monachus possit sibi aliquid reseruare in ingressu monasterii. vide Ang. Inst. de adopt. §. illud proprium, & infra in col. seq. in apostilla Arch. in c. solet 32. q. 4. vbi dicit, q reseruare proprium nõ est contra substantiam monachatus, & uidit bullas apostolicas cõcessas moniali canonistæ regulari, ut haberet proprium. vide Bald. in auth. ingressi 3. col. in prin. C. de sacros. eccle. qui dicit, quod pro bono pacis potest Papa permittere, vt monachus possideat, quod finem attulit, & ita obseruat generalis consuetudo.

b Primus casus. De hoc ẽt per do. Abb. in c. ij. 3. col. de sta. mo. a Deo Bal. cõs. 316. 3. uol. Ang. in cõs. 117. & 151. in Repertorio Brix. in verbo, monachus, pen. char. 4. vol.

ibi glo. ff. de vsu, & habi. & vide gl. primam, in capi. de illis, supra eodem, & ibi dixi.

Aut conditio suspendens apponitur ab ipso principio, ut ingrediar religionem, si mihi liceat retinere bona mea, & tunc dicit But. esse aduertendum ad unam coloratam considerationem, quam habuit Barto. in dicta authent. ingressi. C. de sacrosanctis eccles. dicit enim Barto. quod aut constat, quod ille vult retinere bona, quo ad administrationem, & dicit, quod valet ingressus, quia non repugnat substantiæ monachatus, quod habeat bona, quo ad administrationē de stat. mo. c. ij. Aut cōstat, quod voluit retinere bona, quo ad proprietatem, & tunc dicit, quod vitiatur ingressus, quia hæc est cōtra substantiam monachatus. aut est dubium: & tunc Bart. intelligit conditionem, quod non sit contra substantiam monachatus, & sic valebit ingressus, quia illa uerba, si mihi liceat retinere bona mea, in dubio debent intelligi respectu administrationis. & Butr. dicit, quod ista fuerunt verba glo. in capitu. insinuante, infra titulo proximo.

Sed dicit Butr. quod illud dictum Bart. nunquam sibi placuit, quia quod habeat administrationem, vt sibi debitam ex pacto, est contra substantiam monachatus, quia saltem habet illud proprium administrationis. Sed omnis appropriatio est contra substantiam monachatus, & dicit, quod bene licitum est monacho habere administrationem, non ex iure proprio, sed ex nutu Abbatis impetrantis, quod non est hic.

Et si dicatur, quod immo potest habere administrationem perpetuam, vt patet in confirmato a Papa ex certa sciētia. respondet, quod illud non procedit ex suo contractu, sicut hic, nec habet propriam, quo ad Papam, quia Papa est loco Abbatis, qui ad nutum potest remouere. vnde concludit But. quod omni casu conditio reiiciatur, & ualet ingressus, vt dicit Ioann. Andreas, & dicit, quod legistæ
26 decidāt † leges suas, & dimittant canones canonistis, quia non est sine culpa ponere falcem in messem alienam.

Dicit tamen But. quod posset esse casus, in quo conditio valeret tanquam honesta, & possibilis, scilicet, quando uouens obligatur suo voto obedientiæ, vel castitatis, sed non paupertatis, nam non est impossibile, quod unum vouatur sine aliis, vt videbimus infra titulo sequenti. Sed si uellet in congregatione, hoc est in monasterio viuere cum aliis, hæc
27 conditio, vt turpis reiicitur, quia † turpis est pars quæ non congruit suo toti, ut in capitu. finali, supra titulo proximo. & hanc partem sequitur Ioann. de Imo. in dicta clemen. & per hanc rationem, quia in matrimonio carnali principaliter quis obligatur homini, secundario Deo.

In spirituali autem matrimonio totum est contra: inspici autem debet illud, quod est principalius, vt in l. si quis, nec causam. §. res pignori ff. si certum petatur. ista fuit ratio Ioā. Andreæ, vt supra dixi, sed Ioann. de Ligna. sequitur opinio. Pau. scilicet, quod non valeat ingressus, quę est etiam opinio huius glo. & istam opinionem etiam sequitur Abb. Sic. hac:
28 mouetur, quia remota † parte substantiali actus, remouetur actus, vt in capitu. tua, supra de sponsa. sed retentio proprii est contra substantiam religionis, vt in capi. cum ad monasterium, in fi. supra de statu mona. ergo talis conditio nō habet vitiare actum, siue sit conditio, siue modus, siue sit conditio resolutiua, siue suspensiua, per istum textum, & sic reprobat istum primum, secundum, tertium, & quartum casum, quos feci supra, secundum Butr. Sed ibi omnes casus.

Nec obstat si dicatur, quod Abbas, seu alius prælatus professionem recipiēs, non potest præiudicare Deo, nam illud procedit in obligatione quæsita, sed nos sumus in quærenda
29 nam & seruus † præiudicat domino in acquirendis, vt in l.
30 finali. C. de acquirenda poss. sic & prælatus † non potest pręiudicare ecclesiæ in quæsitis, sed bene in quærendis, vt notat glo. decimasexta, quæstione sexta §. finali. & Innocent. in capitu. fraternitatem, de donat. de quo plene in capitu. tua, de his quæ fi. a prælato. Item Deus non recipit obligationem, nisi a voluntario, decimaquinta, quæstione prima, non est, & decimaoctaua, quæstione quinta, si quid inuenisti. hinc est
31 quod votum † emissum per metum non obligat, vt in capi. primo, quod metus causa, not. in cap. Abbas, eodem titulo. sed iste noluit aliter obligari, nisi possit retinere proprium ergo non est præsumendum, quod Deus voluerit ipsum vinculare contra suam voluntatem, cum non indigeat Deus religione nostra, sed quisque recipiat mercedem suam, secundum opera sua. idem etiam videmus inter homines contra-
32 hentes, vt nisi ambo consentiant non valet † contractus, ut in l. prima ff. de verborum obligationib. & l. in omnibus ff. de action. & obligation. & dicit hanc opinionem esse verissimam, & pro hac opinio. videtur facere text. in capit. dudum, verū insuper, de conuersio. coniug. licet Abbas Sicu. illum textum non alleget: ibi enim dicitur, quod licet ante ingressum fuerit facta prouisio, quod uolens ingredi monasterium possit retinere proprium, quia tamen tempore ingressus fecit professionem pure, & simpliciter, ualet ingressus, ergo si tempore ingressus posuisset illam conditionem, non valeret ingressus.

In contrarium pro communi opinio. allego tex. in capitu. diaconi vigesimaoctaua distinct. vbi patet, quod pactum seu protestatio contra substantiam ordinis non vitiat ordinem, sed reiicitur.

Nec obstat, quod in primitiua ecclesia ordines non habe
33 tent annexam continentiam, quia satis est, quod † hodie cōtinentia sit de substantia sacri ordinis. nec video rationem differentiæ, an aliquid a principio sit de substātia alicuius actus, an uero ex post facto ex constitutione ecclesiæ, nam quo ad actus futuros idem est, quod sit nunc de substantia quantum si fuisset a principio in constitutione talis statuti, & pro hoc facit, quod dicit Ioann. Andreas, & Doctor. dicit enim Ioan. Andr. quod quemadmodum culpa ministri nō præiudicat Deo in professione, seu in receptione ad professionem, ita non præiudicat Deo culpa ordinantis in collatione ordinis.

Non obstat capitu. dudum, de conuersio. coniuga. quia sunt uerba partis, & Papę.

Ego sic dicerem in ista materia, quod aut constat, ingredientem nullo modo uelle se aliter obligare, nisi retineat proprium, & hoc casu non valet ingressus, quia Deus nullum inuitum petit militem, vt supra dixi, & hoc modo procedit opinio istius glo. Pau. Ioann. de Ligna. domi. Cardina. & Abb. Sicu.

Aut sumus in dubio, & tunc semper valet ingressus reiecta conditione turpi fauore religionis, nam in dubio debemus præsumere, quod habuerit intentionem esse religiosus & quod apposuerit illam conditionem contra substantiam religionis, quia credebat ingressum ita posse modificari, & debemus credere, quod si talis cogitasset, se non posse saluare regulam, seu religionem cum illa conditione, quod nō apposuisset illam conditionem, & quod fuisset simpliciter, & pure professus, nam in dubio quilibet debet præsumi ha-
34 bere bonam † intentionem, non autem corruptam, ut in l. merito, ff. pro socio, & in capitu. secundo, de regulis iuris, & hoc modo procedit opinio Ioan. Andreæ, & sequa. & hoc procedit in foro iudiciali.

In pœnitentiali autem puto, quod debet stari eius declarationi, ut in capi. significasti, de homic. & hoc dixit Gaspar Calder. vt supra retuli, & ideo si dicit, quod tunc habuerit propositum non ingrediendi si sciuisset, quod non potuisset retinere proprium, in foro pęnitentiali iudicabitur ingressus non teneri sed in iudiciali putabitur ingressum tenere. ad hoc facit, quod vidistis in capitulo, tua nos, supra de sponsa. istam distinctionem not. quia per eam concordantur opiniones omnium.

In glos. sequenti. Aduerte, dum hæc glos. allegat simile, quod illa iura potius faciunt in contrarium. sed intellige gl. secundum Doctor. quod hæc est similitudo per contrarium quia sicut hic conditio turpis, vel impossibilis habetur pro non adiecta: ita ibi actus non valet, & ista est similitudo per contrarium, & quæ sit ratio diuersitatis videlicet quare cōtractus non valeat, vt apponitur conditio turpis, uel impossibilis, & tamen ualet matrimonium, dum tamen talis conditio non sit contra substantiam matrim. respondent Doctores, quod ratio est, quia est speciale in matrimonio propter suum fauorem.

Item inquantum glo. dicit, quod turpis, vel impossibilis
35 conditio non vitiat testamentum, seu ultimas † voluntates. videtur tex. in contrarium in l. unica C. de his qui pęnæ nomine, & Institu. de obligat. §. finali.

Vincen. dicit, quod prædicta procedunt, quando apponitur conditio in personam honorati, hoc est illius, cui relinquitur, secus si apponeretur in personam grauati. & hoc modo soluuntur contraria, & istam differentiam ponit glos. in dicto §. finali Institut. & in l. obtinuit. ff. de conditiun. & demonstratio. vnde si testator dicit hæredi, præcipio tibi ne cęlum digito tangas, alias decem, non valet legatum: quamquam enim hæres non adimpleat onus probrosum, uel impossibile, non propterea est locus pœnæ, vt in dicta l. prima, C. de his qui pę. no. & ratio, quia hoc casu conditio reprobata a iure apponitur hæredi grauato, idest in ipso grauamine. si autem testator dicit, lego hęredi, uel hæredem instituo si cęlum digito tangas, conditio habetur pro non adiecta, & ualet legatum, ut Institut. de hæredi. instit. § fina.

Et istam opin sequitur hic dom. Abb. Cardi. in quinta op.
& etiam But sed Vltramontani in dicta l prima, C de his qui
pœnę no tepra hendunt istam opinio. scilicet, vt distingua-
tur, au turpis adiciatur honorato, an vero grauato, quia lex
obtinuit ff de condi. & demonstratio. simpliciter dicit tur-
pes conditiones esse remouendas. vnde ipsi non distinguen
do, an turpis, vel impossibilis conditio adiiciatur honorato,
an nero grauato dicunt, quod aut præcedit conditio turpis,
vel impossibilis. puta, si testator dicit, iubeo hæredi meo, vt
patrem suum occidat, istud enim est turpe, & impossibile a
iure ut in l. filius ff. de conditio. institu & deinde dicit testa-
tor, & si non occides, des Titio centum ista cōditio, & si nō
occides, est necessaria, quia contraria est impossibilis, vt in l.
in nulla ff de verborum obliga. circa fi. & sic aut apponitur
conditio impossibilis, vel turpis, & ista reiicitur, & valet lega
tum, siue adiciatur grauato, siue honorato, nā apponitur
præceptum tempore, vel impossibile, & in eius defectum im
ponitur aliquod onus, & tuncnon debet onus appositum,
seu legatum. & illam opinio. secutus fuit Bartol. in l. prima.
C. de his qui pœ no. & dicit, quod fuit opin. glo in l. prima. ff.
de conditio. insti. vbi plene per Barto idem inquantum dicit
glo ista quod in contractibus turpis conditio vitiat contra-
ctum, quia contractus non sunt ita fauorabiles, sicut matri-
monium, & vltimæ voluntates Doctor. allegant in contra-
rium l. si militem. ff de condi. ob causam, vbi est casus, quod
si do pecuniam militi, vt sit procurator meus si non procu-
rat causam meam competit repetitio, & tamē miles nō po-
test esse procurator Docto. soluunt, quod ibi conditio non
16 erat impossibilis, nam miles † potest esse procurator si non
opponitur, vt in l. ita demum. C. de procura. & hoc est uerū
in milite terrenæ militiæ, sed quid in milite cęlestis militiæ.
dic ut in clemen. religiosus, de procur. Sequitur, qui cleri. vel
vouentes matrim.

Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Conditio apposita aliquando impedit matrimonium.*
2 *Clerici in minoribus, non in sacris ordinibus contrahunt matrimonium.*
3 *Votum quid sit.*
4 *Votum quotuplex.*
5 *Vouere quis possit continentiam, & quis prohibeatur.*
6 *Malitia, nunquid suppleat ætatem, quo ad uotum.*
7 *Doli capax quilibet præsumitur post septimum annum.*

¶Viso de sponsalibus, & matrimoniis, de ipsorum impe-
dimentis est uidendum, & quia ordo, & votum impediunt
matrimonium, ideo merito post præcedentes subiicitur ista
Rubrica, vel ad proxima secundum Hostiē. quia non solum
1 † conditio apposita aliquando impedit matrimonium, ut
in cap. fin. supra titu. j. sed etiam ordo, & votum, ideo, &c.

De prima parte Rubricæ habetur 28. dist. per totum. de se
cunda, 22. quæst. j & ij. & 28 q. j per totum.

Et aduerte, quia hæc Rubrica nihil ponit dispositiuè, sed
procedit interrogatiue, scilicet, qui clerici, vel vouentes ma
trimonium contrahere possunt, & respondendo ad primā
2 partem Rubricæ dic, quod clerici † in minoribus licite con
trahunt matrimonium, sed si sunt in sacris non possunt cō-
trahere, & si contrahunt non valet matrimonium, vt in ca.
vnico, de voto, in sexto. & licet omnes ordines largo modo
dicantur sacri, & in omnibus ordinibus cōferatur gratia spi-
ritus Sancti, vt dicit glo. nota 32. distin in summa tamen per
excellentiam, & quo ad propositum nostrum sacri ordines
dicuntur subdiaconatus presbyteratus, & ordo episcopalis,
ut in capi proximo.

3 Quo ad secūdam partem rubricæ quæro, quid sit † uotū.
Innoc. dicit, quod uotum est conceptio boni propositi in de
liberatione firmata, qua quis ad aliquid faciendum, vel non
faciendum se obligat, supple intuitu venię.

4 Secundo quæro, quotuplex sit votum. † Inno. dicit, quod
multa sunt uota, secundum diuersitatem rerum quæ vouē-
tur. sed dicit, quod solum votum continentiæ est illud, quod
impedit, & dirimit matrimonium, quod intellige, dum ta-
men sit solenne, de quo vide opt. text. in cap. j. de vo in sexto.

5 Tertio quæro, quis possit † vouere continentiam. Innoc.
dicit, quod quilibet potest uouere, nisi prohibeatur: pro-
hibentur autem coniuges, nisi pari consensu uoueant, de
qua dic, ut dixi in cap primo, & in capitulo, dudum, de con
uer coniug.

Item prohibetur seruus furiosus, & alius non sanę mentis.
Item prohibetur pupillus. & dicit Inno. quod sumitur impu
bes pro minore 14. annis si est masculus. & pro minore 12. si
est fęmina, sicut in matrimonio, ut in capitu. primo, de de
spon. impub puberes, & c. continebatur. immo plus uidetur
dicendum secundum eum, quod nō teneat uotum simplex
nisi potens sit coire etiam si sit maior 14. ann. quia qui non
est expertus stimulos carnis non potest continentiam uoue
re, sed hoc non placet Innoc nec etiam Hostien. pro hoc fa-
cit, quia etiam pubes etiam nondum aptus copulæ contra-
hit matrimonium, ut dixi in dicto c. puberes.

6 Nunquid autem quo ad votum continētiæ † malitia sup
pleat ætatem Host. & Docto. tangunt in dicto capitu. pube
res, ego dixi plene in ca. postulasti. de regula.

Quæro ultimo, quid de aliis uotis continentiæ. dicit Inn.
quod quilibet postquā est discretus potest uouere, quia po-
test obligari se diabolo per peccatum, ergo etiam Deo per
uotum.

Sed aduerte post septimum annum quilibet præsumitur
7 doli † capax ad obligandum se Deo, & Diabolo, in capit. pri
mo, de delictis puc. & de con secra distin. 4 paruuli, iuncta pri
ma glo. ibi. Et quod impubes possit obligari alio uoto, quam
continentiæ. uide Innoc. in capi. scripturæ, supra de uo. & est
bo tex. in ca. secundo, eodem titu ubi dicitur, quod puer po-
test emittere uotum, sed puer dicitur post septimum annū,
usque ad 12. uel 14. ut dicit glo. in proęmio sexti, & hoc etiā
tenet Abb Sicu. in dicto ca. secundo, de uoto, & ibi dixi. Mul
ta alia hic tractat Gaspar Calder. quæ ad literam refert hic
dom. Iaco. de Zocchis. sed quia sunt modicę utilitatis, ideo
me non extendo. Sequitur capi. de diacono.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus, & subdiaconus matrimonium contrahere non possunt.*
2 *Delictum augetur propter excellentiam diei, in quo committitur.*
3 *Delinquens carnaliter cum moniali committit incestum stuprum adulterium, & sacrilegium.*
4 *Irregularis efficitur qui constitutus in sacris contrahit matrimonium.*
5 *Dispensatio fit ex sola contritione peccatoris, quamuis tribus de causis fieri soleat, s. necessitate, utilitate, vel meritorum prærogatiua.*
6 *Dispensatio non debet fieri, nisi post peractam pœnitentiam.*
7 *Papa, an possit facere constitutionem, quod constituti in sacris licite contrahant matrimonium.*
8 *Iniuria atrox quæ dicatur.*
9 *Legatus, an possit absoluere ab excommunicatione, quando est læsio enormis.*
10 *Legatus de latere non est, nisi Cardinalis.*
11 *Inferior a Papa non potest dispensare cum irregulari.*
12 *Irregularis, an fiat debilitans membrum alicui.*
13 *Condemnatus ad amputationem manus, si unam habet aridam, quo pacto procedetur in amputatione.*
14 *Manus arida dicitur esse membrum.*
15 *Digitus dicitur pars membri, non autem membrum.*
16 *Mamilla mulierum non hominum dicuntur membrum, necnon & genitalia hominis.*
17 *Clericus, in quibus casibus sit degradandus.*
18 *Depositio appellatur degradatio.*

CAP. PRIMVM.

1 DE diacono. Diaconus, † & sub-
diaconus matrimo
nium contrahere non possunt, & si con-
traxerint etiam si sint facti irregulares de
bent separari. Duo sunt dicta. Secunda ibi
subdiaconus.

2 Nota primo, quod argumentatur † de-
lictum propter excellentiam diei in quo fuit commissum.
unde toleratur hic, quod in sabbato sancto uulnerauit dia-
conum, de quo uide bo. tex. cum glo. 40. dist. homo Christia-
nus, & in capitu. cum quidam, & quod ibi notatur, supra de
iureiuran. & infra de homi in cap. sicut dignum, & de pę. di
stin prima. §. consideret. Nunquid autem augeatur ita deli-
ctum, ut censeantur duo delicta. dic quod non, nisi surgant
plures species delicti, puta quis habuit rem cum moniali

talis

3 talis intelligitur committere † incestum, stuprum, adulteriũ & sacrilegium, & pro omnibus istis delictis potest accusari, tamen quo ad Deum semper censetur vnum delictum, & in foro pęnitentiali debet imponi pena pro vno delicto, licet maior pęnitentia debet imponi, quam imponeretur si delictum esset simplex non augmentatum, de quo vide glo. singularem, vigesimaseptima, quæstione prima, virginibus.

Secundo nota, quod constitutus in sacris contrahens ma
4 trimonium efficitur † irregularis, adeo quod nec in susceptis ordinibus ministrare potest, nec ad superiores ordines recipiendos admitti sine dispensatione. clarius hoc probatur infra capitu proximo, & 27. quæstione prima, quicquid. potest tamen cum tali dispensari, vt hic, ego dicam latius infra capitu proximo.

Tertio nota, secundum Abb. Sicu. casum hic notabilem
5 in quo dispensatur † ex sola contritione, & vtilitate peccatoris, licet non sit causa necessitatis, uel vtilitatis, vel prerogatiua meritorum; nam propter hæc tria, vel alterum trium dispensatio indulgetur, vt in ca. tali, prima, quæstione septima, & vide bo. glo. ead. causa, & quæstione, in § nisi rigor, & dicit Abb. Sicu. hunc tex. notandum, quia facit ad materiã ca. atsi clerici, de iudi.

6 Nota vltimo, quod † dispensatio non debet fieri, nisi post peractam pœnitentiam: subaudi, vel eius partẽ, ut in c. ex te note, de temp. ord.

Sed quæro, an Papa potuerit dispensare, quod diaconus iste teneat eam, quam duxit in vxorem. Gaspar Calder post multa dicit, quod sic, quia continentia nõ est annexa sacris ordinibus, nisi ex constitutione ecclesiæ, & hoc tenet dom. Card in tertia quæstione. dicens, quod hoc tenent omnes. Tu vide glo. xxv. quæstione prima, quæ ad perpetuam, quæ dicit, quod Papa potest dispensare super continentia sacerdotum.

7 Nunquid autem Papa † possit facere constitutionem, ꝙ omnes existentes in sacris licite contrahant matrimoniũ. Abbas Sicu dicit, quod sic in capi. cum olim. de cler. coniug. dixi in capit. cum ad monasterium, de statu mo.

In glo in verbo, absolutus.

Aduerte, hic fuerũt duo delicta. primum in eo, quod onerauit alium diaconum, secundum in eo, quod de facto contraxit matrimonium. Dicebant autem Vinc. Tan. & Goff. ꝙ iste diaconus erat clericus in ecclesia orientali, vnde potuit episcopus eum absoluere, de vita & hon. cler quoniam, vel forte erat impotens eundi ad curiam, de senten. excommu. quamuis, quæ solutiones diuinant. Item ad illud de legato dicit Host. quod legatus non absoluit de atroci iniuria sine speciali mandato, de sent. excom. ad eminentiam. Item quo ad illud de orientali ecclesia excipitur atrocitas iniuriæ, qa quando est atrox iniuria etiam in orientali iniuria episcopus non absoluit, vt est tex. in dicto c quoniam, de vita & honesta. clericor.

8 Et quæ dicatur atrox † iniuria habetur in cap. peruenit, & in cap. cum illorum vbi bona gl in verbo, effusione, de sen. excomm & ideo quia hic erat iniuria atrox, quia interuenerat vulnus non potuisset episcopus etiam in ecclesia orientali absoluere.

9 Sed inquantum dicit Host. quod † legatus non potest absoluere ab excommunicatione, quando læsio est enormis, non procederet in legato de latere, quia ipse potest absoluere etiam pro atroci iniuria & hoc dicit Archid. 17. quæstio. 4. si quis suadente diabolo, & per ca. ca noscitur, versi. alios, de sent. excommun. & per cap. quamuis, versi non tamen, & in ca. ad eminentiam, in fi. eodem tit. & de officio leg quod translationem. si autem non est de latere non potest absoluere talem excommunicatum, ut in capit. excommunicatis, de officio lega. Ita erat hic, quia iste erat Archiepiscopus,
10 & sic non poterat esse † legatus de latere, ex quo non erat Cardinalis, ut in cap primo, de officio lega in sexto. sed si intelligimus, quod Archiepiscopus absoluit, debet intelligi, ꝙ fuit casus permissus, vel quod fecit de licentia Papæ, vt dicit glo Sed opponitur, & uidetur, quod etiam Papa non debuisset cum isto dispensare, vt in cap. miror. 5 t. distin vbi dicitur, quod ecclesia non dispensat cum irregulari.

Aduerte: certum est, quod Papa potest dispensare cum ir
11 regulari ex causa, sed † inferior a Papa hoc non potest, vt in capitu. j. de re iudi. in sexto. vbi de hoc, & de cler. ex. min. ca. 3. vnde dic, quod irregularitas non causatur ex sola effusione sanguinis, sed necessariũ est, quod interueniat mors, vel mẽbri detruncatio, vt in capitu. ex literis, de rapt. & in cle. si furiosus, de homi. vbi tex. requirit mutilationem membri. Sed dubium est, quid de debilitante membrum, ita quod est peni
12 tus inutile, an talis sic † irregularis. Gaspar Cald. videtur inclinare, quod sit irregularis, quia ꝓprie mutilare est obtrũcare. Itẽ non est tãtus horror, nec in visu, nec in actu, ut ei amputetur manus, in debilitatione. sicut in mutilatione, & ꝓ hoc
13 facit qđ dominicalis de condemnato, † ut ei amputetur manus. quid si habet alteram aridam? in qua q. dicitur, ꝙ debet amputari manus arida. de quo no. in regula, in pęnis, in 6. & Ioan. And. in additio. Specu. super rubrica, de pęn. in fi Cyn. tamen in authen. sed nouo iure. C. de seru. fugiti. dicit quod manus arida non habetur pro manu, & quod punietur in bona. ff de ędili edi. l. qui clauum, & C. ut infra certum tempus criminis quæstio terminetur, & l. secunda sed aliter videtur dicere Bald. in dicta authen sed nouo iure. domin. Card. hic in prima quæstione dicit, quod quia manus arida non habetur omnino pro nulla, quia saltem est ad decorem, & quod in illa debet puniri, vt in pœnis fiat mitior interpretatio.

Sed circa hoc dic, vt latius per Bald. in authen. sed nouo iure, vbi etiam tangit de eo qui nullam habet manum, vel vnicam tantum sed quo ad præmissam quæstionem domi. Cardi. dicit, quod hæc pars est æquiuoca, scilicet, quod debilitans membrum alterius non sit irregularis, quia omnino non habetur pro mutilante dicit tamen, quod tutius est, ut petatur dispensatio, ac si esset irregularis. hanc eandem opi. scilicet, quod debilitans membrum alterius non sit irregularis, tenet Abb. Sicu. per capi. vrgeri, prima, quæstione prima.
14 vbi plene probatur iudicio meo. Ibi enim dicitur, quod ꝯ manus arida est membrum, quamuis sit sine sanguine, & inefficax, & mortuum.

Quid autem appelletur membrum. vide Barto. in l. secunda, ff. de pub. iudic. vbi concludit illud appellari membrum, quod habet officium separatum ab alijs, vt oculus, vel manus, vel pes, vt dicta authen. sed nouo iure. Digitus † autem
15 non est membrum, sed pars membri, & pro hoc allegat Ab. Sicu. bon. tex. 89. distinct. singula. vbi appellatur memorum, quod habet effectum distinctum.

Ex quo infert Abbas Sicu. quod incidens alicui digitum non sit irregularis, secus si incideret totam manum, vel pedem. Et de ista materia, quæ dicantur membra, vide omnino Ange. in authen. vt nulli iudicum. § penulti. & Bald. in l. reos. C. de accusat. & in capit. primo, de no. for. fidelitatis, & in l. data opera. C. qui accus. non poss. vbi dicit, quod mamil
16 lę † mulieris dicuntur membrum, sed non mamillę hominis. Item dicit, quod genitalia hominis, sunt membrum.

In glo. in verbo, dispensatiue. dicut dicam in cap. sequen. vbi dicam quis possit dispensare.

In glo. penult. ibi, degradari debeat. Doct. dicunt, quod gl. melius dixisset deponi, quia pro homicidio clericus non degradatur, sed deponitur, vt in capitu. primo, de homi. Sunt
17 etiam certi casus, in † quibus clericus est degradandus, qui enumerantur in capitu cum non ab homine. de iudi. & capit. ad abolendam, de hæreti. inter quos non numeratur homicidium. Abb. Sicu. quod glo. debet intelligi de degradatione
18 uerbali, quæ appellatur depositio. Et quod depositio † appelletur degradatio, est tex. in capitu. tuæ, de pęni. Item dicunt Docto. quod si clericus est degradatus actualiter, secundum quod dicit capitu. degradatio. de pęnis, in sexto, nihilominus remanet clericus, licet perdat omne priuilegium clericale, & ideo ratione caracteris qui non potest deleri, non potest contrahere, & talis si de facto celebraret conficeret verum corpus Christi vbi dicit Ioan. And. in nouel. in dicto capitu. degradatio, de pę in sexto, licet glo. sentiat contra. Sed Doct. Theologi communiter tenent, quod ratione caracteris remanẽtis, qui etiam auferri non potest, conficiat verum corpus Christi. de quo etiam habetur secunda, quæstio. prima, in summa.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens matrimonium cum subdiacono si religionem ingreditur dispensat episcopus in ordine suscepto, & suscipiendo.*
2 *Gesta bene sunt commendanda in domino.*
3 *Religio dicitur ordo.*
4 *Ordinatus in sacris si matrimonium contrahat amittit exercitationem omnium ordinum.*
5 *Irregularitas proueniens ex delicto, non tollitur per religionis ingressum.*
6 *Iuramentum deferens in iudicio, an peccet.*
7 *Iudex qualiter deferat iuramentum sine peccato.*
8 *Iuramentum non est deferendum illi, quem putamus periuraturum.*
9 *Rigor in duobus casibus est seruandus, scilicet in casu scandali, & exempli.*
10 *Clericus qualiter incidat in bigamiam, a qua non dispensatur per episcopum.*

CAP. II.

1 EX literarum. Cum subdiacono qui † contrahit matrimonium dispensat episcopus si religionem ingreditur in ordine suscepto, & suscipiendo, sed si in seculo remanet solū in minoribus permittitur ministrari. hoc dicit.

In prima commendatur iuste factum.

In secunda prouidet, circa futurum.

2 Nota primo, quod bene gesta † sunt commendanda in domino nam bonorum operum causam Deo, malorum vero nobis ipsis attribuere debemus.

Secundo nota ibi, ad monasticum ordinem, quod religio
3 † dicitur ordo, quod est ideo, quia omnis religio debet esse ordinata, & approbata, vt in capitu. fina. de religio domi. & in capit. vnico, de uo. in sexto.

4 Nota tertio, quod existens in † sacris, & contrahens matrimonium, perdit executionem omnium ordinum, nec de facili dispensatur, vt ministrat in sacris ordinibus.

5 Vltimo nota, quod huiusmodi † irregularitas proueniēs ex delicto non tollatur per religionis ingressum, ex eo tamen inducitur facilior potestas dispensandi, secus si proueniret ex defectu natalium, vt in capit. primo, de fi. presbyt. & de hoc dic. ut infra capitu. secundo, de app vbi bona glo. & ibi per Doctor. glo. 4. Gaspar Calder. distinguit pro qua distinctione colligenda facias quatuor casus.

Primus est, quando iuramētum defertur in iudicio a par-
6 te, & hoc casu dicit Gaspar, quod deferens † iuramentū non peccat, quia uerisimiliter potest putari, quod non sit immemor suæ salutis, prima quæstio. vlti sancimus. cum etiam si sit immemor potest timere penam falsi, & licet contrarium eueniat non debet imputari deferenti iuramentum 23 quęstione octaua, occidit. Non obstat 22. quæstio 5. ille, qui hominē. nam dicit Gaspar, quod illud c. debet intelligi de prouocante iniuste: ille enim qui in iudicio prouocat iuste prouocat, quia facit causa tuendi ius suum, vel causa recipiendi suum, & hoc procedit, quando non putat verisimile partem periuraturam.

Secundus casus est, quādo putat partem verisimiliter periuraturam, & ille qui defert iuramentum est prælatus, & sic qui ius ecclesiæ salua conscientia relaxare non potest, nec debe, ide iudi. cum deputati. & de rescriptis, edoceri. & tunc dicit Gaspar, quod non peccat deferendo tale iuramentum immo agere debet, & iuramentum de non agendo præstitū non obligaret, de iureiuran. peruenit, el primo, & capit. sicut cum similibus Non ergo prælatus, vel clericus deferens tale iuramentum peccat: potius enim debet eligere, quod aduersarius peccet, quam ipse deferens, & hoc maxime, quando res ecclesiæ aliter recuperari non potest.

Tertius casus est, quando est priuatus agens de propria re priuati. & tunc dicit Gaspar, quod debet potius damna rerū pati, quam ad periurium partem prouocare, vt in capit. nisi bella, 23. quæstione prima, & quæstione quarta, inter querelas, & capitu. fiis qui facit infra de homi. suscepimus.

7 Quartus casus est, † quando iudex vult deferre iuramentū & hoc casu Gaspar distinguit dicens, quod aut iudex procedit ex officio sine partis instantia, & tunc non peccat, quia facit, vt iuris minister, vigesimatertia, quæstione quarta, ipsa pietas, & quod ibi nota in glo in verbo, quasi dicat, & in uerbo, licet enim, & capitu quando vult, & capitu. qui peccat. & dicit, quod hoc tenet Archid in dicto cap. ille, qui hominem. Aut iudex procedit ad instantiam partis. & tunc dicit Gasp quod est in eius potestate, cui vult deferre iuramentum, vt in capitu si de iureiuran.

Potius tamen debet illi deferre iuramentum, quem putat non peieraturum, & prædicta intelligit Gaspar, quando iudex inquirit ad ueritatem inueniendam, nec adhuc constat de aliquo crimine præcedente, sed si constaret de crimine, & criminosus aliter corrigere, vel punire posset, non debet iudex illi præstare iuramentum ex quo suspectus est, vt in cap. clerico, de cohabita. cleric. & mul.

Ego puto, quod siue loquamur in iudice, siue in parte, siue in prælato ecclesiæ, siue in priuato, siue in iudicio, siue ex
8 tra iudicium, † iuramentum non est deferendum illi quem putamus periuraturum, & contrafaciens aliter peccat.

Quid iuramentum non sit deferendum illi quem deferēs putat verisimiliter periuraturum, & hoc probatur in dicto capitu. ille qui hominem, vigesimasecunda quæstione quinta, qui tex. loquitur indistincte, & solum se fundat in ratione quia deferens grauiter peccat deferendo iuramentum illi quem putat periuraturum, cum per hoc occidit animam illius. vnde ratio illius tex est generalis in quocunque casu. ad idem facit capitu. clericos, de cohabita. clericorum, & mul. nam ratio illius tex. est, vt euitetur periurium in eo, qui putatur verisimile periurare, & per illum tex. dicit Abb. Sicu. quod statuta sunt iusta disponentia, quod non obediens rectori sit periurus: nam per talia statuta scholares frequenter incidunt in periurium. Nec obstat, quod iudex est minister legis, quia non bene ministrat iustitiam, si defert iuramentum illi, quem verisimiliter putat periurare. non etiam illud, quod dicitur de prælato ecclesiæ, quia prælatus ecclesiæ debet præponere animum proximi rebus ecclesiæ, vt in cap præcipimus 12. quæst 1.

Item si putat aduersarium periuraturum, per hoc non recuperat res ecclesiæ: nam illud iuramentum nihil proficiet ecclesiæ, sicut iuramento aduersarius est negaturus rem esse ecclesię, immo magis nocet iuramentum ecclesiæ, quam si non iurasset, quia facilius retractatur sententia, quando iuramentum non est delatum aduersario, quam quando est delatum, nec iurauit, vt nota. in cap. vlt. de iureiuran. & in l. admonendi. ff. eod.

Ex quibus conclude, quod nullo casu est licitum secundum Deum deferre iuramentum illi, qui verisimiliter est periuraturus, & faciens contrarium, aliter peccat, vt in dicto capitulo, ille qui hominem. vigesimasecunda, quæstione quinta, & vigesimatertia, quæstione prima, nisi bellum. & in dicto capitulo, clericos. de cohabitatione clericorum, & mulierum.

In glo penultima Hostien. dicit, quod in capitulo præcedenti Papa ostendit episcopis potestatem concessam eis ad
9 rigorem iuris temperādum, hic vero loquitur de rigore † qui seruandus est in duobus casibus.

Primus est, si populus scandalizatur. Cessat autem scandalum ipso volente intrare religionem.

Secundus est, quando multis crassantibus opus est exemplo. ff. de poen. l. aut facta § finali, & l. capitalium. § famosos. eodem titulo, & in capitulo primo, de postulat. prælato. vel secundum Goffr. in capitulo præcedenti, erat pœnitens, & contritus, hic autem secus: nam ille expectauit compulsionem episcopi. vnde sponte non dimisit vxorem, & vtraque solutio est bona. Dic ergo concludendo, quod aut iste cle-
10 ricus † de iure, vel de facto incidit in bigamiam, vt quia de iure, vel de facto contraxit cum duabus, vel cum vna corrupta, & cum tali non dispensat episcopus, vt in capitulo, nuper, & in capitulo tertio, de bigamis. Aut contraxit cum vnica virgine, & tunc si est contritus, & pœnitens, episcopus potest dispensare, vt in capitulo præcedenti, & clarius in capitulo, sane. de cleri. coniug. Inferior autem episcopo non potest dispensare, & per hoc conclusiue habes latam distinctionem, quam facit hic Gaspar, & dominus Cardinalis. Et de ista materia habetur in capitulo, sane. de cleri. coniug. Sequitur capitulum, meminimus.

SVMMARIVM.

1 *Votum solenne impedit, & matrimonium dirimit post contractum.*
2 *Votum simplex impedit matrimonium contrahendum.*
3 *Voti appellatione, intelligitur in dubio de simplici.*
4 *Votum simplex, & votum solenne, qualiter inter se differunt.*
5 *Vouens, & proponens seruare religionem, an dicatur solemnizasse votum, ita quod non teneat matrimonium*
6 *Votum solemnizasse intelligitur, qui suscepit habitum nouitiorum.*
7 *Propositum intrandi religionem, an obliget, & ibi tres casus.*
8 *Professionem quando habitus inducat.*

CAP. III.

1 MEminimus. Votum † solenne impedit, & dirimit matrimonium post contractum, sed votum simplex impedit cōtrahendū, sed non dirimit contractum, hoc dicit.

In prima decisa consultatio.

In secunda distinguens responsio. secunda ibi, respondemus secunda subdiuiditur, quia continet duo dicta. secundum ibi, verum.

2 Primo nota, quod † votum simplex impediat matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum, & sic facit idem, quod sponsalia de futuro hinc est, quod vouens simpliciter, compelli debet intrare religionem, iuxta nota. in capitulo, porrectum, de regularibus. & in capitulo, ex parte, de censibus. vbi omnino vide Ioann. Andræam post Innocent. sed si contrahit matrimonium, antequam

quam ingrediatur, non debet compelli ad dimittendum vxo
rem, quia fortius vinculum superueniens tollit votum præ-
cedens, vt in capitu. primo, de voto, in 6. & in ca. post votum,
de regula. eod libro.
Secundo nota ibi, sed votum solummodo fecit, quod ap-
3 pellatione † voti, intelligitur in dubio de simplici. & dicit
Hostien quod votum de sui natura impedit matrimonium
per illud Psalmistæ. vouete, & reddite. de voto, magnæ. non
tamen de sui natura dirimit, sed constitutio ecclesiæ hoc fa
cit, scilicet, vt votum simplex non dirimat matrimonium,
sed solenne dirimat, & hoc dixit glo. infra eodem, rursus. &
dicit Host quod ecclesia constituit voti solennitatem non
ad voti augmentum, sed ad discernendum, quando propter
votum dirimatur matrimonium, de quo dicam cum glo. in-
fra eod. rursus.
4 Nota vltimo ibi, trāsiturum promisit, quod † votum sim-
plex dicitur illud. quod obligat de futuro. Votum vero solē
ne, quod obligat de præsenti, ex quo instruitur notarius quo
modo debeat conficere instrumentum super voto simplici.
& solenni: sed dic, quod etiam votum per verba de præsenti
potest esse simplex, seu habere vim simplicis voti, & dicam
infra eod. rursus, in glo. vnica.
5 Quæro, an † vouens, & proponens seruare religionem di
catur solennizasse votum, ita quod non teneat matrimo-
nium. Innocent. dicit, quod sic, si votum, vel propositum so
lennizat per susceptionem habitus professorum, siue nouitii
siue nouitiorum, ut hic, vt supra de regula. consulti. & infra
eodem, insinuante, si vero alias votum emittat, siue de intrā
do religionem, siue de continentia impedit matrimonium
contrahendum, & non dirimit iam contractum, vt hic, & in-
fra eodem, rursus. Idem dicit Innoc. si suscipiat habitum si-
ne emissione voti, vt infra cap. proximo, & supra de conuer.
coniug. ex parte.
Sed inquantum dicit Innocen quod si proponens, & vo-
uens intrare religionem suscipiat habitum nouitiorū, quod
6 intelligitur † votum solennizatum. domin. Cardi. cum hoc
transit, & Hostien. hoc tenet infra eodem, capitu. fi. Sed But.
infra eodem, consuluit, & in dicto capi. fina. dicit, quod hoc
sibi durum videtur, sed de hoc dic, vt in capi. consulti, supra
de regula.
Item quantum loquitur Innoc. de eo qui emittit votum
de intrando religionem. domi. Cardi. In fi. commenti. dicit,
quod talis satisfacit voto eo ipso, quod ingreditur, dum ta-
men hoc faciat ex causa, puta, quia videt se non sufficere. p
hoc allegat septima, quæstio. prima, aduersitas. Gaspar Cal-
der. latius examinat. Et primo examinat, an quis obligetur
7 ex proposito † intrandi religionem, & de hoc dic, vt plene
habetur in capitu. literaturam, de uoto. vbi dixi. Aut uotum
interuenit, & hoc casu, licet Calder. effundat multa uerba
breuiter conclude tres casus.
Primus est, quando quis vouit se intraturum religionem
cum proposito exeundi, si sibi non placeret, & talis potest
secure exire sine omni peccato. dicit tamen Calderin. quod
si esset scandalum de eius exitu, non propter votum, sed
propter scandalum, ibi deberet remanere de renū. nisi cum
pridem § pro grauique scandalo.
Secundus casus, quando talis emisit simpliciter votum de
intrando religionem, & tunc dicit Gaspar Calder. & domi.
Iac. de Zocchis, quod talis non est obligatus ad profitendū
ex ui voti, sicut nec ad alia quæ sunt extra votum, vnde ille
qui se uoto obligat ad obediendum alicui prælato, secundū
instituta regulæ, talis obligatur obedire in omnibus, sed non
ex ui voti, & ideo non obediens in his quæ sunt extra statu-
ta regulæ non frangit votum, ideo qui vouet se intraturum
religionem debet intrare, et in ea habet stare, & ordinis
asperitatem experiri, deinde opportuno tempore professio
nem facere, licet prædicta non cadant sub voto de intran-
do, sed si talis exeat non facta professione ex causa, puta, q a
videt se non sufficere, non peccat, secundum domi. Cardin.
quod intelligo, nisi absolute intellexisset vitā mutare, quia
tunc non posset ad seculum transire, sed bene ad largiorem
religionem, vt in capitu. consulti, & in capitu. statuimus, de
regula.
Tertius casus est, quando emisit votum de intrando, & de
experiendo asperitatem regulę, & de profitendo ipsam regu
lam, & istum casum non bene explicat Gaspar Calder. nec
dom. Iaco. de Zocchis.
Ego puto, quod in tali voto subintelligatur cōditio, dum
tamen sit sufficiens ad standum in religione, quia non est ue
risimile, quod voluerit se obligare ad impossibile. vnde puto
quod ex causa, puta, quia uidet se non posse sufficere, possit
absque peccato exire religionem, debet tamē votum suum
commutari in aliud pium opus, vt in capitu. primo, de voto.

In glo. penultima, quando portare habitum per annum
8 inducat † professionem. & quando non, dic vt per glo. ma-
gistram, in clemen. eos, de regula. in glo. magna. Sequitur ca-
pitulum, consuluit.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium contractum, non dirimitur per habitus susceptionem.*
2 *Vestibus preciosis vti, licitum est.*
3 *Cibus qualis sit non refert, dummodo gulose non comedatur.*
4 *Professio facta super altari valet, licet non in manibus superioris.*
5 *Abbas solus, an possit absque monachis ad professionem aliquem reci-
pere.*
6 *Assumptio habitus extra congregationem impedit matrimonium contra
hendum, non dirimit contractum.*
7 *Votum solennizatur receptione habitus certę religionis, cum promissione
alicuius de substantialibus regulæ.*
8 *Promissio sola obedientia non solemnizat votum.*
9 *Habitus probationis non impedit matrimonium.*
10 *Assumptio habitus professorum distinguitur, ut aut fiat in ecclesia, aut ex
tra congregationem.*
11 *Velum professionis, quod datur monialibus, quotuplex sit.*
12 *Habitus religiosi susceptio per sex casus consideratur, quos uide.*
13 *Habitus nouitiorum, quando patenter distinctus est, quamuis longissimo
tempore deferatur, non inducit professionem.*
14 *Habitus indistinctissimus per minorem assumptus etiam per longissimum
tempus delatus, non inducit professionem.*

C A P. IIII.


1 COnsuluit. Susceptio habitus sine profes-
sione non dirimit † matrimo-
nium contractum, sed contrahendum impedit.
hoc dicit, & cōmuniter ita summatur. Sed Abb.
Sicu. dicit, quod hæc summatio est nimis generalis. vnde ipse
sic sumat, secūdum intellectum quem tenet: Susceptio habi
tus professorum extra religionem a non habente potestatē
incorporandi in religione impedit matrimonium contra-
hendum, sed non dirimit contractum. Communis diuisio.
Consultatio, & responsio. Secunda ibi, consultationi.
2 Nota primo, quod licitum est uti preciosis † uestibus. qđ
procedit secundum domin. Cardin. in laicis, non in clericis,
vigesimaprima, quæstione quarta, capitu. primo, & per to-
tum. dicit tamen, quod etiam clerici debent vestiri non in-
decenter, eadem quæst. nullus. immo debent ornari suis ue-
stibus, idest sibi conuenientibus, eadem quæst. sine ornatu.
Quod autem dicit domi. Cardin. de laicis, beatus Grego-
rius videtur dicere contrarium, ut refert gl. summæ, in loco
præall. dicit enim, quod si cultus pretiosarum vestium non es-
set in culpa, sermo Dei nō tam manifeste exprimeret, quod
diues uestitus purpura, & bisso descendit ad inferos.
Sed Gaspar Calder. respondet, quod laicis non est prohi-
bitus vsus, sed abusus preciosarū vestium, hoc est si fiat cau-
sa iactantiæ, & uoluptatis: sicut enim in victu non refert qs
3 † quid comedat, an perdices, vel uiles cibos, dummodo
non gulosè comedat, quadragesimaprima distinc. quisquis,
& ca. deliciæ. sic est in uestibus, quadragesimaprima dist. per
simoniam, & vigesimaprima quæstione quarta. capit. j. dic
ergo tam de clericis, quam de laicis non esse prohibitum vti
ornatis vestibus, dummodo non tam voluptuose, vel causa
iactantiæ vtantur. & uide glo. in capitu secundo, de custo. eu
char. & de hoc est bo. tex. in dicto capit. per simoniam. dum
tamen secum conforment moribus, inter quos viuunt secū
dum morem regionis, & de hoc vide bo glo. vigesimaprima
quæstione quarta, in summa, quæ multum bene loquitur.
Item adde glos. nota. in clem. prima, in glo. penultima, ad fi.
de elect. quę dicit, quod clerici seculares non habent certum
habitum, sed solum eis certi habitus sunt interdicti, & ipsi
possunt uti quolibet habitu qui non reperiatur expresse pro
hibitus, quod intellige, dum tamen se conforment aliis cle-
ricis, secundum morem regionis, ut dicit glo. summæ, in lo-
co præallega. vigesimaprima, quæstione quarta. Intellige er
go prædicta, quod quilibet potest uti pretiosis vestibus abs-
que voluptate, dum tamen conueniant conditioni deferen-
tis, secundum modum regionis: nō enim esset licitum, ut ru
sticus vtatur vestibus preciosis, quæ conueniunt personis no
bilibus. quadragesimaprima distinc. non cogantur. vigesi-
maquinta distinctio. § alias, ad fi. versicu pauperibus esurien
tibus.

4 Secundo nota ibi, super altaré, quod valet † professio fa-
cta super altari etiam non in manibus superioris, sed hoc in
telligunt Doctor. quando fit sciente superiore, & permit-
tente, nam de more quarundam religionum est, vt pro-
fessurus, scribat professionem suis manibus propriis, & sic
scriptum ponat super altare præsente patrono aliquo, &
acceptante, nam non potest seipsum incorporare religio-
ni, sed oportet, quod interueniat consensus recipiẽtium ad
professionem, vt in capitu ad apostolicam, de regula. & vi-
5 de, quod ibi dixi, nam ibi examinant, an solus † Abbas abs-
que monachis possit ad professionem recipere.
6 Tertio nota, quod assumptio † habitus extra congrega-
tionem comparatur uoto simplici, seu in se habet votũ sim
plex, & sic impedit matrimonium contrahendum, & non
dirimit contractum, de quo infra dicam.
Quarto nota, quod assumptio habitus certæ religionis cũ
promissione alicuius ex substantialibus regulæ solennizat
7 † votum. idem est si in congregatione assumitur habitus e-
tiam absque alia certa prouisione, de quo vide tex. in capitu.
ad nostram. de regula. & in capit. constitutionem, de regula.
in sexto.
Et ex hoc dicit But. quod si assumit habitum alicuius cer-
tę religionis etiam extra claustrum religionis promittendo
castitatem paupertatem, vel obedientiam, votum solẽniza
tur. hoc probatur hic a contrario sensu, & clarius infra eo-
dem capitu. si.
Sed opponitur contra tex in capitu. ad apostolicam, de
regula. vbi dicitur, quod requiritur consensus conuentus ad
hoc, vt valeat professio, & dicunt Docto. ibi quod obligatio
professionalis hinc inde contrahitur, sicut cæteri cõtractus
vltrocitroque obligatorii. vnde videtur, quod monachi de-
beant consentire professioni quemadmodum in contracti-
bus requiritur, quod vterque ex contrahentibus cõsentiat.
Solue secundum Innoc. & Doctor. quod susceptio habitus,
vel professio obediens solennizat votum consentientibus
monachis, alias non præiudicat, vt dicto capitu. ad apostoli-
cam, & notatur in dicto capitu. porrectum, de regula. & hoc
habet locum etiam si professio fiat super altari: operatur ta
men aliquid talis professio, quia si postea susciperet habitũ
sine protestatione receptio habitus solennizat votum, ut in
d. c. consulti. & in c. statuimus.
8 Secundo opponitur, quod sola † promissio obedientiæ
non solennizat votum, quia etiam clerici seculares promit
tunt obedientiam, ut in cap. secundo, & tertio, de maior. &
obedientia, cuius timore Innoc. & Host. dicunt, quod text.
debet intelligi de promissione obedientiæ monachalis, pu-
ta, quia suæ voluntati omnino renunciat, & omnia dimittit
in uoluntate Abbatis, nam tunc talis obedientia sufficit pro
prouisione, vt in capitu. non dicatis, & in cap nullo, duode-
cima, quæstione prima. Idem dicit Specu. in titu. de sta. regu-
la. versi. 37. But. autem dicit, quod hæc opi procedit, quando
promittitur obedientia absque habitu, secus si suscipit habi
tum certæ regulæ, quia tunc promissio obedientiæ in dubio
deberet intelligi secundum qualitatem habitus assumpti,
& sic induceretur professio, & hoc vult ista decret.
Vlterius pro declaratione glo. & materiæ huius capitu.
opponitur, quod susceptio habitus habeat impedire, & diri-
mere matrimonium post contractum, vt in capi. super eo.
& in cap. vidua, & in capit. ad nostram, de regula. cuius timo
re gl. secunda. intelligit istum textum, quod iste fuit habitus
9 nouitiorum, sed ista Solu non est bona, quia † habitus pro-
bationis non impedit matrimonium, immo libere absque
peccato potest redire ad priorem vitam, ut in capitu. super
eodem. & in capitu. consului. de regula. & maxime, quia
hic cessabant signa penitus mutandi seculum: non enim re-
nunciauit propriis, nec intrauit claustrum, vt dicitur in lite-
ra. vnde glo. secundo modo intelligit text. quod hic consta-
bat, quod talis non habebat animum absolute mutandi vi
tam, sed contraria loquuntur, quando habuit intentionem
absolute vitam mutandi, sed iste intellectus etiam nõ verus,
quia si constitisset, quod noluisset vitam mutare assumendo
habitum non induceret votum simplex, & sic licite potuis-
set matrimonium contrahere, cuius contrarium dicitur in
litera.
10 . Doc. tertio modo intelligunt, videlicet, ꝙ aut † assumitur
habitus professorum in ecclesia, & tunc solennizat uotum,
vt in cap. ad nostram, de regula. & in capit. constitutionem,
eodem titu. in sexto. Aut assumitur extra congregationem,
& tunc inducit votum simplex, & ita loquitur hic. sed Ab.
Sicu dicit, quod tex. debet intelligi, quando sumit habitum
professorum extra congregationem a non habente potesta-
tem incorporandi religioni, nam iste presbyter non habe-
bat potestatem recipiendi ad professionem, seu incorporan
di religioni, allegat plene no. in c. votum, de regula. & sic ex
susceptione illius actus non potest iudicari professa, sed ex
quo simpliciter mutauit habitum videtur quantumcunque
in se erat voluisse vitam mutare, & obseruare continentiam
& ideo ex hoc signo impedimit matrimonium contrahen-
dum, sicut in simili dicimus in coniugato intrante religio-
nem.
Quid si reuocatur ad petitionem uxoris, debet quantum
in se est seruare continentiam, quia ad illam seruandam po
tuit se obligare. vnde iste tex appellat istum habitum religio
nis, & non probationis, & æquiparat hanc susceptionem ha
bitus voto simplici, quia videtur tacite uoluisse continentiã
secus dicit Abb. Sicu. si recepisset habitum professionis ab
habente potestatem etiam extra monasterium, allegat cap.
porrectum, & capit. sicut, de regula. & bo glo. vigesimasepti
ma, quæstione prima. de viduis, el primo, & idem uoluit hic
dom. Card. in 5. opp. licet Abb Sicu. ipsum non alleget, sed il
la glo. potius facit contra intellectum, quem tenet Abb. Sic.
quam pro. dicit enim illa glo. quod recipiens habitum pro-
fessorum, & nulli monasterio se tradens non dicitur mona
cha, & sic votum non est solẽnizatum, & sic intelligit istum
textum, sed si suscipit habitum, & religioni se deuouet intel
ligitur tunc professa, & meo iudicio intellectus, quem tenet
Abb. Sicu. est contra istum textum, nam iste tex. non curat,
an tradens habitum habeat, vel non habeat potestatem in-
corporandi religioni, sed ponderat, an susceperit solum ha
bitum, an uero vltra habitum promiserit aliquid substãtia-
le religionis, puta obedientiam, vel aliud ex substantialibus
religionis. Non obstat cap porrectum, de regula. quia illud
cap. loquitur, quando interuenit expressa professio. Non ob
stat cap. sicut, eodem titulo, quia vltra habitum illud capitu.
requirit professionem, & sic illa iura non faciunt contra in-
tellectum communem, immo faciunt pro ipso, & ideo te-
ne communem intellectum, & ad istum textum potes dice
re, quod iste presbyter, de quo in tex. dedit velum professio-
nis, quod interdum traditur a presbytero, ut notatur in cap.
11 vidua, de regula. Et quotuplex sit † velum, quod datur mo-
nialibus habetur in dicto cap. vidua, & per glo. 20. quæst. j. ve-
lamen. habetur etiam per Gaspar Calder. hic. sed quia non
est nostra materia sufficit remissio. But. autem in hac mate-
12 ria distinguit. sed tu plenius distingue, & cõsidera † sex casus.
Primus est, quando habitus suscipitur ab illo qui non ha-
bet potestatem incorporandi religioni, vt in ca. porrectum,
cum ibi nota. de regula.
Secundus casus est, quando habitus nouitiorum recipitur
ab illo qui habet potestatem dandi vtrunque habitum, sci-
licet professorum, & nouitiorum, & sumus in casu in quo
13 † habitus nouitiorum est patenter distinctus, s. in scissura, vel
in colore, vel in forma, & hoc casu quantumcunque longis
simo tempore talis habitus sit delatus, non inducitur pro-
fessio, vt in clem. eos, de regula. & quod ibi not. glo. magna.
Sed hoc limita, nisi talis immiscuisset se actibus professo-
rum, vt in capitu. vidua, cum ibi notat. per Doctor. supra de
regula.
Secundo limita, nisi præcederet votum simplex, quia tũc
solennizaret votum assumptio habitus nouitiorum, vt di-
xit Innocen. in capitu. præcedenti, & ibi dixi. hoc tamen vi-
detur esse durum Butrio, sed dic, vt in capitu. consului. de re-
gula.
Tertius casus est, quando assumitur habitus professorum
extra claustrum monasterii, & hoc casu si recipitur ab illo
qui habet potestatem incorporandi in religione, cum pro-
missione alicuius ex substantialibus regulæ, tunc votum so-
lennizatur, ita quod impedit, & dirimit matrimonium post
contractum.
Aut assumit habitum, nec promittit aliquod ex substan-
tialibus regulæ, & hoc casu inducit votũ simplex. Et de hoc
est tex. hic, & ita intelligit Hostien. Ioan. Andr Gofr. Butr. &
communiter Doctor. licet Abb. Sicu aliud dixerit, vt supra
dixi, sed tene communem opinionem ad hoc facit etiam gl.
in clemen eos, in verbo, in aliqua, de regula. quæ dicit, quod
delatio habitus professorum extra monasterium non indu-
cit tacitam professionem quantocũque tempore deferatur.
idem nota. in cap. vt clerici, supra de regula.
Quartus casus est, quando sumitur habitus professorum
infra annum probationis, & defertur in claustro monaste-
rii in congregatione aliorum monachorum, & tunc induci
tur tacita professio, per quam obligatur religioni in genere,
non autem illi religioni, cuius habitum portauit, ut est tex.
in cap. constitutionem, de regula. in sexto, quod intellige, ni-
si portaret per annum, quia tunc esset obligatus illi religio-
ni, cuius habitum detulit, & sic esset professus, quo ad illam
religionem, vt in cle. eos, de regula.

Secundo

Secundo limita, nisi prius assumpsisset habitum noui-
tiorum, & deinde illo dimisso assumpsisset habitum profes-
sorum, nam tunc illa tacita professio obligaret illi religioni
cuius habitum assumpsit, ut nota. in c. ad nostram, de regu.
& in c. constitutionem, eod. tit. in 6.

Tertio limita, nisi habitus professorum assumatur post
annum probationis, vt patet in cap. j de regula. in sexto. vbi
dicitur, quod si assumitur habitus professorum post 14. an-
num præcedente probatione infra 14. inducitur tacita pro-
fessio: eodem modo, & fortius debet inducere tacitam pro
fessionem, quando talis habitus est assumptus post annum
probationis ab illo qui erat maior tempore probationis.

Quintus casus, quando sumitur talis habitus a minore 14.
annis, & in hoc dic, vt in cap primo, de regula in 6.

Sextus casus est, quando habitus indistinctus fuit assum-
ptus a maiori 14. annis, & tunc non inducitur statim tacita
professio, sed ita demum si fuerit per annum delatus talis ha
bitus, vt in capit. primo. §. qui vero. de regula in 6.

14 Septimus casus est, quando habitus † indistinctissimus est
assumptus, & tunc aut est assumptus infra minorem ætatem
& tunc per delationem talis habitus, nunquam inducitur
tacita professio, sicut nec inducitur per delationem habitus
nouitiorum patenter distincti, ut in dicta clem eos. & supra
dixi, & hoc uult glo. ibi, in verbo, portauerit, & in gl. magna
quæ æquiparat habitum nouitiorum distinctum patenter,
& habitum indistinctissimum assumptum infra minorem
ætatem, & vult, quod per delationem talis habitus quanto-
cunque tempore factum nõ inducatur tacita professio. Aut
talis habitus est assumptus a maiore 14. & tunc elapso anno
inducitur tacita professio, sed non ante, ut in capitu. primo.
§. qui vero. de regula in sexto, & patet in clem. eos, eodem ti.
Et ex his habes materiaaa huius capitu declaratam. Sequi-
tur capitulum, Veniens.

SVMMARIVM.

1 *Habitus susceptio matrimonium non dirimit, sed sola sponsalia de fu-*
turo.
2 *Timor sæuitiæ sponsi non habet sponsalia dirimere.*
3 *Dispensat ecclesia circa votum continentiæ.*
4 *Votum continentiæ non determinatum ad certam regulam non solenniza*
votum.
5 *Sponsalia, & matrimonium, an possint contrahi inter absentes.*
6 *Sponsalia de futuro, an tollantur per sequens votum simplex.*
7 *Gaspar Calderinus Doctor, fuit filius Ioannis Calderini Doctoris iuris.*
8 *Votum continentiæ consideratur per tres casus, vt ibi.*
9 *Ecclesia non potest dare licentiam faciendi illud, quod fieri non potest sine*
peccato, etiam ut euitetur maius malum.
10 *Episcopus potest dispensare circa votum simplex, & quando.*
11 *Papa, an possit dispensare in voto continentiæ.*
12 *Pœnitentia etiam imponitur propter opinionem hominum, & ne malum*
exinde sumatur exemplum.
13 *Mens bona culpam agnoscit, vbi culpa non est.*

CAP. V.

1 VEniens. Per solam † habitus susceptionẽ
non dirimitur matrimonium, sed
sola sponsalia de futuro, sic. Vel aliter, & magis p
prie ad literã. Votum castitatis de præsenti impe-
dit matrimonium contrahendum, ecclesia tamen ex causa
quandoque matrimonium contrahi permittit. hoc dicit. In
prima narrat casum, circa quem expediẽdum Papa duo mã
dat. Secunda ibi, nos itaque.

2 Nota primo, quod † timor sæuitiæ sponsi non habet spõ-
salia dirimere. videtur enim merus vanus. & dicit dom. Car.
in secunda quæstione, quod ideo talis metus fuit uanus, quia
de sæuitia viri non constitit mulieri, nisi de auditu, alias si de
ipso constitisset metus fuisset iustus de re. spo. literas, in fi. nec
cogeretur mulier cõtrahere cum eo, quia si propter sæuitiã
viri non fit ei restitutio uxoris, ut d. c. literas. fortius non de-
bet cogi ad contrahendum cum ea. de iureiur. quemadmo-
dum, de preb præterea ij.

Secundo nota, quod eremita nomine ecclesiæ uniuersa-
lis potest votum continentiæ recipere, de quo dixi post Inn.
& Doct. in c. dudum, de conuer. coniug.

Tertio no. casum mirabilem quem Abb. Sic. dicit nescire
3 alibi, in quo ecclesia † dispensat circa votum continentiæ,
seu castitatis, de quo latius dicam cum glo. fi.

4 Nota vltimo, secundum But. quod solum † uotum conti
nentiæ de præsenti non determinatum ad certam regulam
de approbatis maxime non mutando habitum, non solenni-
zat votum, secus dicit But. si fieret alicui de regulis approba
tis. quia tunc etiam absque mutatione loci, uel habitus solẽ
nizat votum, ut in capitu. præcedenti, de quo dicam in capi.
sequen.

Sed quæro de intellectu literæ, in uers. nos igitur, ibi post
fidem dic, quod loquitur de fide desponsationis violata. p
hoc facit litera, in princ. ibi, fide data, & in uer. mandamus,
quatenus. ibi, de fide mentita.

Secundo quæro, in uersi. mandamus, quatenus ibi, si plus
nõ processit, de intellectu horum uerborum intellige, quod
non processit ad professionem tacitam, vel expressam, quia
tunc matrimonium non ualeret in capitu primo, de uoto,
in sexto.

In glo. j. dic, quod bene dicit, sed Ala. dicebat, quod licet
5 † sponsalia de futuro possint contrahi inter absentes, tamen
secus est in matrimonio. Host. uero dicit, quod vtrunque, sci
licet sponsalia, & matrimonium possunt contrahi inter ab
sentes, allegat Lucæ 1. ibi, Spiritus sanctus superueniet in te
&c. & ibi, ecce ancilla Domini &c. quia ibi per nuntium, i. p
Angelum contractum fuit matrimoniũ, & remittit ad sum
ma, de spon. §. qualiter contrahatur, sub §. responso, & uer. se
quen. & de hoc est tex. in ca. ex parte, in prin de conuer. con
iug. vbi matrimonium de præsenti fuit contractum per in-
ter nuncios viri, & mulieris. idem probatur in ca. fi. de procu
rat. in sexto.

In fi. glo. ibi. ff. de spons. l. 4. & quinta quidam libri non ha
bent has concordantias quæ bene faciunt, quia in his dicitur
absentẽ absenti spondere posse Si sponsalia fiant ipsis scien
tibus, aut postea ratum habentibus.

In glo. ij. nota istam glo. singulariter quam Abb. Sic. dicit
6 se nescire alibi, vult enim aperte, quod sponsalia † de futuro
non tollantur per votum simplex postea sequens. & ideo ali
qui, ut refert hic Inno. dicebant, quod votum illius mulieris
non tenuerat, ex quo prius contraxerat spõsalia, unde sicut
votum solenne non ualet contra matrimoniũ consumma-
tum, ita nec votum simplex contra spõsalia de futuro, & idẽ
tenet Ioan. Cald dicens, quod si post tale votum simplex in
tercessit copula inter sponsos sponsalia transeunt in matri-
monium. pro hoc, supra de spon. commissum, in fi. & c sicut
ex literis hoc etiam tenet Ioan. And. in ca. sequen. † Gaspar
Calde. filius Io. tenet contra patrem suum. dicens, quod per
votum simplex soluuntur sponsalia de futuro præcedentia
maxime si de uoluntate alterius tacite, vel expresse votum
sit emissum, quia tunc videntur recedere a sponsalibus, quod
possunt facere, ut in cap. ij & in capitu. de illis, supra de spon
sa. ad iura allegata per Io Cald respondet, quam responsio-
nem non curo referre, & istam opinio Gaspar. uidetur sequi
Bu dicit enim, quod uotum castitatis, dato quod sit simplex
est fortius, quam sponsalia de futuro præcedentia, & sic tol
lit sponsalia.

Sed contrarium aperte hic tenet Host. & Ioan And. in ca.
seq & illud ibi sequitur But. dicit enim ibi Host. quod si uo-
tum præcedit sponsalia, non ualent sponsalia, vt ibi dicitur:
si autem sponsalia præcedunt votum, tũc compellitur vo-
uens, aut solennizare votum, idest intrare monasterium, aut
perficere sponsalia, scilicet contrahendo monasterium, &
hanc opinio. Abb. Sicu. dicit esse ueriorem, quia cum sit or-
ta obligatio sponso non videtur, quod in eius præiudicium
possit vouere castitatem non intrando claustrum religionis
ut in c. ex parte tua, de conuer. coniug & dicit Ab. Sic. quod
pro hoc facit iste tex.

Nec obstat secundum eum si dicatur, quod hic pondere
tur votum post sponsalia emissa, nam dicit, quod votum ob
ligabit mulierem, quo ad se, vt solutis sponsalib. per sequẽs
matrimonium contractum per virum votum simplex emis
sum per mulierem remaneat in suo robore Domin autem
Card. in quarta quæstione idem tenet, scilicet, quod votum
simplex non soluat sponsalia de futuro præcedentia, & dicit
hæc sine scrupulo procedere, quando alter sponsus vouit si-
ne alterius conscientia, ut hic sicut enim alter non potest re
cedere a sponsalibus sine altero, de spon præterea, el primo.
ita nec tacite potest recedere vouẽdo, votum, tamen tenet,
sicut tenet votum solenne post sponsalia consummata, de
conuers coniug. quidam. sed est differentia secundum eum,
quia uotum solenne soluit sponsalia de præsenti non con-
summato, de conuer. coniug ex publico. non sic votum sim
plex soluit sponsalia de futuro præcedentia, quia non repe-
ritur in iure expressum, sed vouẽs obligatur ex uoto, alter ve
ro sponsus posset petere vouentem cogi ad matrimonium
contrahendum, cum non sint sponsalia dissoluta, & non

Alex. de Neuo in quartum Decret. L 4 dicit

dicit, quod si intercessit copula sponsalia transeunt in matrimonium & dicit hoc procedere, quando alter vouit altero ignorante, sed non consentiente, secus dicit si vterque sponsus, vel alter de consensu alterius votum emitteret, quia tunc intelliguntur a sponsalibus recessisse, quod possunt facere, vt in d. c. præterea, de spons. vnde copula non induceret matrimonium, ex quo reperit sponsalia dissoluta, vt dixi in cap. per tuas, de conditio. appo. Et ista distinctio dom. Cardi. videtur verissima.

8 In glo. in uerbo, continentiæ † votum dic secundum But. & facias tres casus.

Primus est, quando emanat uotum continentiæ cum professione, & tunc votum solennizatur, vt infra eodem, insinuante.

Secundus casus est, quando emittitur votum cōtinentiæ cum susceptione habitus, & idem in capi. præcedenti, quod procedit, secundum Butr. si illa regula est de approbatis, ut in capitu. primo. de voto, in 6.

Tertius casus est, quando simpliciter emittit votum non astringendo se alicui religioni. & tunc dicit Butr quod uotū non est solenne, licet sit de præsenti, & ita loquitur hic.

In glo penult. iunge duas vltimas solutiones, & dic, quod aut quæritur, quando debet imponi pęnitentia de uoluntate, seu de proposito mutato, & ista debet statim imponi, cū mutauit propositum, nec ista pęnitentia dicitur imponi pro peccato futuro, sed pro iam facto: peccauit enim mutando voluntatem. aut quæris, quando debet imponi pœnitentia pro reali violatione, & ista non debet imponi, nisi realiter violauerit votum, s. contrahendo matrimonium, uel incontinenter uiuendo. & sibi imponitur pœnitentia, an debeat imponi sub conditione, scilicet si contraxerit, vel postquam contraxit matrimonium.

In glo fi. ibi, comparatiua promissio. vult dicere, quod cōtrahendo non euitat peccatum, sed ecclesia hoc permittit, vt euitetur maius malum, & hanc opin. tenuit etiam glo. 17. quæstio. prima in fi. summæ, & idem tenuit Inno. hic qui exponit non postponas, idest non prohibeas, quasi velit dicere, quod ecclesia non dabit licentiam contrahendi, sed non prohibebit hoc contractum, & ne deterius inde contingat. Nota bene, quod vbi aliquid non potest committi absque
9 peccato non potest ecclesia † dare licentiam illud faciendi etiam, vt euitetur maius malum, licet possit tolerare sub dissimulatione causa maioris mali euitādi, & de hoc vide bo. glo quæ ponit de multiplici promissione in dicto capit. fi. & 4. dist. denique, in glo. in uerbo, ueniam. latius dixi in cap. inter opera, supra de spon. ubi examinaui, an possit dari Iudęis licentia fœnerandi, ut euitetur maius malum, sed Host. uide tur uelle, quod ea dispensatione ecclesiæ hæc mulier contrahit matrimonium, & sic ecclesia dat licentiam contrahendi, & non peccat contrahendo, quia propter dispensationem non dicitur uenire contra uotum, & tria fuerūt quę induxerunt Papam ad dispensandum.

Primo conturbatio mentis, quia votum emisit non inspirata, sed in fraudem sponsi. & hoc satis colligitur ex tex. quicquid dicat dom. Card in fi. sextæ op. nam cum timore sequitiæ sponsi emiserit votum satis constat, quod in fraudē sponsi vouit, ne cogeretur illa nubere, & hoc aperte dicit tex. quod sequitur But. & Abb Sicu.

Secundo fuit Papa motus ad dispensandum propter maius periculum euitandum, quia mulier videbatur incontinens.

Tertio, quia erat iuuenis, & suspecta. vnde Papa accepit a non idoneo debitore, quod poterat, ut sic saltem in matrimonio uiuat caste, & saluetur 31. quæst. 3. & dixit But. quod Doc communiter tenent, quod non est danda licētia, quod veniat contra votum, sed ex dispensatione causa subsistente Papa potest dispensare. & causæ motiuæ dispensandi fuerūt illæ de quibus dixi, & istam opi. etiam tenet Specu. in titu. secundo. §. nunc de episcoporum, uersic. 133. vbi Specu dicit,
10 quod † episcopus potest dispensare circa uotum simplex, & volens allegare hoc cap. allegat cap proximum, & 22. quęst. 4. § fi. & hoc tenet Ioan. Andr. in capitu. proximo. ubi dicit quod episcopus potest dispensare commutādo in aliud votum, de uo. capitu. primo, hoc etiam tenet dom. Card. hic in vltima quæstio. & in cap. sequen. in ultima quæstione, & dicit, quod ista opinio est uerior, scilicet, quod episcopus potest dispensare, quia hæc potius videtur licentia iure permittente, quæ dispensatio, & sic sufficit, quod episcopis hoc nō prohibetur, de sententia ex. nuper. Bu. autem dicit, quod aut est uotum simplex de præsenti, & tunc solus Papa dispensat. Aut est de futuro, & tunc episcopus potest dispensare, & quod dicatur simplex votum de præsenti, & quod de futuro. vide glo. in capitu sequen. in glo. magna prope fi. sed ista differentia, quam facit But. mihi non placet, quia si votum remanet simplex non est differentia, quo ad validitatē uinculi ipsius voti, an sit de præsenti, an de futuro. Host. autem in capi. sequen. sentit, quod solus Papa dispensat ex causa. sed uide gl.
11 in cap. primo. supra de uoto, quæ dicit, quod † Papa non potest dispensare in uoto continentiæ, cum non reperiatur æque bonum, sicut continentia, sed Doc communiter tenēt contrarium in cap cum ad monasterium, de statu monach. ubi dixi in §. fi. Abb. autem Sicu. dicit, quod in hac materia sic concluderet, nam aut quæritur, an Papa possit dispensare. & dicit quod sic ex magna causa, secundum plene notata in dicto cap. cum ad monasterium.

Aut quæritur de episcopo, & dicit, quod in terminis huius capitu. putat, quod episcopus possit dispensare, ex quo se perimus casum ab ecclesia concessum, nec reperitur dispensatio prohibita episcopo, allegat Innoc in capitu dilectus, de tempo. ordi. ubi uide in glo sua, quæ incipit, nota non licere episcopo dispensare. sed extra casum huius capituli, seu consimiles terminos putat, quod episcopus non potest dispensare, quia iste est casus ualde arduus adeo, quod multi dicunt Papam non posse dispēsare. ut supra. vndē casus iste tanquam arduus debet referri Papæ, & dicit, quod attentis causis quæ induxerunt hæc Papam ad dispensandum, hæc mulier sine peccato potuit contrahere matrimonium, cum debeat agere pęnitētiam pro satisfactione culpæ, si qua fuit a principio, & dicit quod hoc videtur velle iste tex. in uerbo licentia, non cauillando ipsum, nec supplendo literam, & hæc vera sunt quo ad ecclesiam, nam quo ad Deum si hæc mulier votum emittendo non intendebat alligari nulla exigitur dispensatio secundum Ioan. And. Host. & dom. Card. in secunda opp. & But. nam sicut sine consensu matrimonium carnale est nullum ipso iure quantum ad eum quantumcūque uerba proferantur, ut plene dixi in capit. tua nos, supra de sponsa. ita nec spirituale tenet, ut supra de regula. sicut tenor, & hoc, scilicet, quod non consenserit ei est credendum in foro animæ, & danda licentia contrahendi: imponitur ta-
12 men † pœnitentia propter opinionem hominum, & ne exinde malum sumatur exemplum, sic supra de despons. impube. duo pueri. quod intelligunt Docto. si uotum fuit publicatum, alias si uotum fuisset secrete emissum imponere-
13 tur pœnitentia ad cautelam, quia bonarum † mentium est ibi culpam agnoscere, ubi culpa non est 5. dist. ad eius concubitum. sed ego puto, quod ubi publice constaret de uoto, dato, quod uouens non habuisset intentionem se obligandi, nihilominus etiam quo ad Deum teneretur implere votum, quia ubi forus pęnitentialis potest absque peccato parere foro iudiciali tenetur parere, ut plene dixi supra de spō sa. tua nos, & ideo cum vouens ante contractum matrimonium possit absque peccato parere uoto, tenetur etiam in foro conscientiæ uotum implere, licet non habuerit intentionem uouentis. fateor tamen, quod propter istam causam facilius debet concedi dispensatio voti.

Quæro ultimo, an hæc mulier, cum qua dispensatum est possit exigere debitum a secundo viro. Docto. dicunt, quod si non intendebat obligari uoto, planum est, quod sic. idem dicunt si intendebat se obligare, quia nō bene prouideretur contra stimulos carnis si non posset debitum exigere, cum continere non posset.

Nunquid autem episcopus possit dispensare, vt ille qui cōtraxit contra votum simplex nulla interueniente dispensatione debitum exigere possit, dicam in capitu sequen. Sequitur capitulum, rursus.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro dirimuntur per uotum simplex.*
2 *Votum castitatis seruanda alio non interueniente dicitur uotum simplex.*
3 *Sponsalia etiam iurata, non ualent contra uotum simplex.*
4 *Iuramentum non est fortius vinculum uoto.*
5 *Vouens simpliciter compellitur ad obseruantiam uoti.*
6 *Indubitatum dicitur communis opinio Doctorum, ideo sequenda est.*
7 *Voti simplicis, & solennis consideratio hic habetur.*
8 *Crimen grauius illud dicitur, pro quo grauior imponitur pęnitentia.*
9 *Pęna maior aliquando imponitur delicto propter auferendam prauitatem delinquendi.*
10 *Votum omne in sua puritate naturali consideratum est unum, & unicum habet vinculum.*
11 *Matrimonium contractum a monacho, vel presbytero considerata lege diuina, lege canonica exclusa tenet.*
12 *Papa, an possit sine magna causa statuere, quod matrimonium teneat post uotum solenne.*

13 *Pro-*

13 *Professio cuius in manibus possit fieri.*
14 *Scriptura publica an debeat fieri de professione.*
15 *Votum simplex dicitur duobus modis, secundum Bu.*
16 *Votum solenne dicitur pluribus modis, & quomodo solemnizatur.*
17 *Vouens in genere aliquam religionem indistincte, an obligetur.*
18 *Professio expressa non potest fieri, nisi in manibus auctoritatem habentis incorporandi religionem.*
19 *Votum castitate solemnizatum, quare dirimat matrimonium.*
20 *Fratres Gaudentes de Bononia, an sint persona ecclesiastica.*
21 *Voti solemnizatio ad matrimonium dirimendum requirit, vt fiat professio alicui de religionibus approbatis.*
22 *Votum simplex ante matrimonium contractum, an postea impediat debitum matrimonij exigere, ita quod opus sit dispensatione.*
23 *Dispensare quis possit super exactione debiti matrimonialis, propter votum omissum.*

C A P. VI.

RVrsus. Votum simplex impedit, & dirimit
1 † sponsalia de futuro, sed non dirimit matrimonium sequens, secus in voto solenni.

2 Nota primo, quod votum † castitatis seruandæ alio non interueniente, dicitur simplex.

3 Secundo nota, quod sponsalia † etiam iurata non valent contra votum simplex.

Ex quo infert Abb. Sic. quod contractus etiam iuratus cō
4 tra votum nō tenet, & sic iuramentum † non est potius vinculum, quam votum, immo non valet iuramentum cōtra votum, sed est temerarium, & dicit hoc esse multum notandum.

Nota tertio ibi, studeat obseruare, quod quis potest com
5 pelli ad obseruantiam simplicis † voti, de quo vide Innoc. & Ioan. And. in cap. ex parte. de censib. idem est in alio voto, quam religionis, vt in capitulo, licet. & in capitulo, per tuas. de voto.

Nota vltimo, quod quæstioni non dubiæ quandoque respondetur, vt satisfiat quærenti. Sed videtur, quod tex. non dicat verum, inquantum dicit, quod nulla erat ambiguitas, nam immo erat multum ambiguitatis, quia secundum opinio. Innoc. & Vgut. de qua in glo. 2. votum continentiæ impedit, & dirimit matrimonium. dom. Card. respondet, quod Papa se retulit ad opinionem communem, quæ est contraria opin. Innoc & Vgut. vt dicam in d. glo.

Nota bene, & tene menti illud, quod illud super quo re-
6 peritur communis opio. Doctorum, dicitur indubitatū, † & sic iudex debet iudicare secundum communem opinionē, tanquam sit indubitatum illud, quod tenet communis opinio. sed vide Ioan. And. in cap. 1. de constit. vbi notabiliter dicit, quod communis opinio sequenda est, nisi notorie male dicat, vel nisi probabiliter possit conuinci, quod bonus iudex acutissimi ingenij existimet, ad hoc. facit c. capellanus. de fer. vbi omnino vide Abb. Sic. circa hoc.

In glo secunda. hæc glo potest diuidi in sex partes.

In prima opponit, & soluit.

In secunda adducit simile.

In tertia colligit.

In quarta opponit, quod sit votum simplex, & quod solenne.

In quinta, & vltima quærit, an solum votum continentiæ solennizetur ad inueniendum, & dirimendum matrimonium post contractum. secunda ibi, & est simile. tertia ibi, & collige. quarta ibi, quia hic fit mentio de voto simplici, & solenni. quinta, & vltima ibi, aliter autem votum continentiæ.

7 In prima parte glo. dic, quod † votum simplex, & solenne quinque respectibus potest considerari.

Primo modo respectu finis, & obligationis, & obseruandi vtrunque & hoc casu vtrunque pariter obligat, quia altero non accedēte quilibet est pariter obligatus ad obseruandum vtrunque votum.

Secundo modo potest considerari respectu reatus, qui incurritur ex non obseruatione voti, & adhuc sunt paris potentiæ, quia sicut violans votum solenne, incurrit peccatum mortale, eodem modo violans votum simplex, peccat mortaliter.

Tertio modo potest cōsiderari respectu quantitatis temporis obligationis. i. diuturnitatis ipsius obligationis, & adhuc altero extrinsecus non accedente sunt pares, quia non minori tempore obligat votum simplex, quā solenne, quia vtrunque in perpetuum obligat.

Quarto modo potest considerari respectu quantitatis pœnæ propter transgressionem voti, & dicit Butr. quod adhuc sunt paris potentiæ, quia eadem pœna imponitur pro trāsgressione voti, licet quandoque ratione adiuncti minor pœna imponatur in vno, quam in alio, vt patet 27. distinc. si vir. 27. quæst. 1. virginibus. nam contrahenti matrimonium cōtra votum simplex, imponitur pœnitentia triennis, vt in dicto cap. si vir. sed contrahenti contra votum solenne imponitur publica pœnitentia, vt in dicto cap. virginibus. & per hoc puto, quod grauius peccet violans votum simplex, licet vterque peccet mortaliter: nam illud regulariter dicitur gra
8 uius † crimen, pro quo grauior imponitur pœnitentia, vel pœna, de quo vide tex. 24. quæst. 1. non auferamus, & hoc regulare, vt dixi, quia aliquando pro minori delicto imponitur
9 maior † pœna propter auferendam pronitatem delinquendi, vt multis crassantibus locus sit exemplo, vt in l. aut facta §. fin. & in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. hinc est, quod maior pœna imponitur occidenti vxorem, quam occidēti patrem, aut matrem, vt in capitu. admonere. 33. quæstio. 2. iuncto cap. laborem. ead. quæst. nam facilius homines inducuntur ad occidendum vxores, quam patrem, aut matrem & de hoc vide glo. in dicto c. admonere in verbo, existimes, quæ incipit, videtur ergo. hinc est, quod maior pœna imponitur pro furto, quam pro homicidio, secundum communem consuetudinem Italiæ, quia fures furca suspenduntur, sed homicidę decapitantur, licet homicidium sit maius crimen, quam furtum, & hoc est, vt homines furari timeant cum homines sint magis proni ad furandum, quàm ad committendum homicidium.

Quinto modo potest considerari virtus vinculi vtriusque voti, prout comparantur vires ad aliquod extrinsecum, &
10 tunc si consideretur vinculum in sua puritate † naturali vnum non est maius altero, dum tamen quo ad vouentem sint ęqualia, quia si ambo sint de præsenti solenne, & nō solenne pariter obligant. idem dicit Butr. si votum de futuro concurrat cum voto solenni, quia in vtroque datur voluntas obligandi, quam solam Deus ponderat, sed si consideretur vinculum attenta accidentali dispositione ecclesiæ non est dubium, quod maioris potentiæ est votum solēne, quia simplex votum impedit matrimonium contrahi, sed non dirimit votum. Votum autem solenne facit vtrunque, quia impedit, & dirimit.

Sed aduerte, inquantum dicit hæc glo. quod contrahens matrimonium post votum simplex, peccat mortaliter. Gaspar Calder. hic limitat, nisi contra heret consentiendo in coniugē societatis, scilicet intendendo continere, quia tunc talis licite cōtrahit, & sine peccato, alias dicit, quod peccat mortaliter, etiam si contraheret matrimonium propter generationem prolis, allegat 27. quæst. 1. per totum. & maxime in cap. j. Sed ego puto hoc procedere, vbi simpliciter voueret continentiam, nec subesset periculum, quod manendo cum illo, cum quo contraxit, frangat cōtinentiam, alias peccaret subiiciendo se periculo frangendi votum, ad hoc de pœnit. dist. 5. consideret. ad finem capit. vbi autem vouisset intrare religionem: clarum est, quod veniret contra votum contrahendo matrimonium, etiam si intenderet continere, quia ratione voti non solum obligabatur continere, sed etiam intrare monasterium, & seruare alia substantialia regulæ, quæ nō potest alias seruare propter matrimonium. ad hoc facit c. ex parte tua de conuer. coniug.

In secunda parte glo. in qua glo adducit simile de iuramēto, & de simplici loquela. vide glo. & Doctor. in cap penult. de iureiuran.

In tertia parte glo. dic, quod aliqui dicebant contrariū, dicentes, quod vtroque voto est data potestas a Deo, scilicet vt impediat, & dirimat matrimonium postea contractum, sed in voto simplici ablata est hæc potestas ab ecclesia, & hoc tenuit Dama. & Phil. Nec obstat, si diceres, quod ecclesia non potuit statuere contrarium, quia ipsi respondent, & dicunt, ideo ecclesia potuit hoc statuere, quia licet ius diuinum dicat votum seruandum, non tamen dicit matrimonium non tenere in ecclesia constitutionem diuinam interpretatur. de testi. licet. 28. quæst. 1. idolatria. & cap. iam nunc & cap. placuit.

Prima opinio communior est, & ideo tene opinionem huius gl. & quod sit vera patet, quia per legem diuinam certæ personę prohibentur contrahere matrimonium, quę numerantur in cap. gaudemus. de diuor. & in cap. litteras. de restit. spoli inter quas vouens non connumeratur, & edictum de matrimonio est prohibitorium, supra de sponsalib. cum apud. vnde qui non reperitur expresse prohibitus, potest cōtrahere matrimonium, vt ibi dicitur.

Ex hoc infertur, quod cōsiderata lege diuina, & exclusa

11 lege canonica, † matrimonium contractum a monacho, vel presbytero tenet, vnde sacerdotes veteris testamenti cõtrahebant matrimonium.31.distin.tenere.& Græci contrahunt, quia lege canonica ad hæc non astringuntur. 32.dist. Nicena.& 84.dist.cum in præterito.vnde dicit Hostië. vnum de duobus oportere consistere s.quod aut erret ecclesia seruando matrimonium contra votum a simpliciter vouente, quod non est longe ab hæresi. 22.dist omnes. 24 quæst.1. hæc est fides & cap Romanus.& cap alienus.& de excessib. præla.tanta. Aut quod sicut in simplici voto, ita etiam in solenni possit Papa statuere, quod teneat matrimonium. pro hoc allegat, quia in opinionibus, quarum altera detrahit, altera fauet potestati clauium, standum est illi quæ fauet, secundum no.de concessio.præben. proposuit. & remittit ad summam, eod.tit.§.quis vouens.

12 Sed ego dubito, † vtrum Papa possit hoc statuere sine magna causa, scilicet quod matrimonium teneat post votum solenne, quia videretur statuere contra vniuersalem statum ecclesiæ, & sic non esset permittendus hoc facere, nisi hoc faceret ex magna causa, vt dicit notabiliter Inno.in c.quanto.prope fin.in versicu.tamen si Papa talia faceret, supra de consuetud.& ibi Doctor. sequuntur hoc dictum Innoc.vnde videtur, quod debeat esse magna causa ad hoc, vt Papa possit tollere impedimentum inductum ab ecclesia.

In quarta parte glo.dic, hodie habetur tex.clarus in c.vnico.de voto, in 6.vbi dicitur, quod votum non solennizatur nisi per susceptionem sacri ordinis, vel per professionem tacitã, vel expressam alicui de regulis approbatis. Sed potes dicere, inquantum glo.loquitur de susceptione sacræ vestis, quod debet intelligi de professione tacita, quæ inducitur per susceptionem habitus professorum, vt in ca ad nostram.supra de regula.& in c.constitutionem.eod tit.in 6.

Vtrum autẽ obligetur simpliciter illi religioni, cuius habitum suscepit, an vero religioni in genere, dixi supra eo cõsuluit. inducitur etiam professio tacita alıis modis, de quo per Host.in cap.sequen.

Item inquantum dicit glo. in tertio casu solennizationis
13 voti, quod † professio potest fieri in manu Abbatis, vel Abbatissæ, vel monachi, dic quod ad hoc, vt teneat professio, requiritur, quod fiat in manibus illius, qui habet auctoritatem incorporandi religionem, vnde dic, quod est necessarium, quod monachus habeat mandatum ab Abbate, vel quod Abbas postea ratum habeat, vt no.in cap.porrectum. de regularibus.& per dom.Cardin.in capitulo sequen.in prima oppositio.

Item inquantum glo.dicit, quod debet fieri publica scri-
14 ptura † de professione, dic hoc non esse de substantia, sed fit ad faciliorem probationem, & etiam sine scriptura, tenet professio.20.quæst.j. cap.fin.& hoc tenet glo.& sic intellige 27.quæst.1. omnes fœminæ. & quod notat glo magistra.in cap.1.de censibus.in 6.in glo.magna, quæ incipit, no.casum, quæ ponit omnes casus, in quibus requiritur scriptura, & inter illos casus enumerat professionem, tanquam in ea requiratur scriptura. Sed dic, quod illa glo.enumerat aliquos casus, in quibus scriptura non est de substantia, sed est ad bene esse, & in quibus pro maiori parte consueuit fieri scriptura, & iste est talis casus, quia professio cõmuniter fit in scriptis, vt facilius possit probari, si negaretur, si tamen non fieret scriptura, nihilominus tenet professio, vt dicit glo in d.c fi. 20.quæst.1.& hoc sequuntur Doct hic de quo vide dom.Cardin.in 4.q.& vide glo.similem huic glo.a 7.q.1. in c.1.in 3. & 27.dist.quædam

In quinta parte glo.distingue secundum But.& dic, quod
15 dupliciter dicitur votum † simplex.

Primo modo, quia est de futuro, & hoc modo votum de futuro dicitur simplex. Votum vero de præsenti hoc respectu non est simplex, & maior pars huius tituli loquitur de voto simplici, quod est de futuro. facit capitu.meminimus. supra eodem.

Secundo modo dicitur simplex ad differentiam solennis, est tamen de præsenti, & hoc modo omne votum dicitur simplex, quod habet in se promissionem alicuius ex substantialibus, sed non determinatum ad certam regulam de approbatis, nec ad ordinem sacrum, vt patet in cap.vnico. de voto.in 6.

16 Solenne autem † votum dicitur multis modis, secundum But.

Primo modo per susceptionem sacri ordinis, vt in ca.vnico.de vo.in 6.& hoc votum habet in se castitatem, & obedientiam, sed non paupertatem.

Secundo modo solennizatur votum per professionem tacitam, vel expressam omnium substantialium regulæ, & emittitur de præsenti semper respectu certæ, & determinatæ regulę de approbatis.& dicit But. quod putat, quod sit solenne, dummodo tempore contractus determinetur ad certam, & approbatam regulam, licet remaneat votum in genere tantum, secundum illud, quod habetur de regula non solum.& cap.constitutionem.in 6 & sic transiuit But legendo. sed dicit, quod audiuit nouiter Bononiæ fuisse consultum contrarium, quia cap.j de vo. in 6 exigit uotum esse factum alicui determinatæ religioni, sed per votum, in regula mendicantium non obligatur quis ad determinatam religionem, ergo votum non est solenne, sed But.tenet cõtrarium, quia si in casu cap non solum. & cap.constitutionem. de regul. in vj. votum non esset solenne post professionem, posset ad sæculum redire, & vxorem accipere, vt est casus in cap.præcede. vbi votum castitatis de præsenti non dirimit matrimonium, quod expresse negat.ca non solum.& dicto cap.constitutionem.vbi tex dicit, quod non potest ad sæculum redire, & quod potest prohiberi, ne redeat, ex quo se deuouit alicui religioni de approbatis, & astrictus est voto, & pro hoc adducit, quia quælibet substantialia possunt solennizari, licet non astringat se religioni, non tamen fiant respectu certæ religionis, vt in cap.consuluit, supra eod.

Item dicit But. quod cap.j. de voto, in vj.non exigit, quod astringatur religioni in specie, sed quod votum emittatur respectu alicuius religionis de approbatis, ita quod restringat votum ad certam regulam approbatam. sed hoc votum, de
17 † quo supra, astringit ad religionem saltem in genere, vt in dicto cap.non solum.& in dicto capit.constitutionem ergo necessario erit astrictus ad aliquam religionem de approbatis, & cogetur eligere, quam velit de approbatis.

Fatetur tamen Butr.hanc partem esse dubiam, sed dicit, quod hæc pars est tutior, & quod Ioan.And. & Archidia.tenent hanc opinionem in dicto cap.constitutionem & in capit j.de voto.in vj.& Hostien in summa huius titu.in fine.& Dom.Dom.in dicto ca.constitutionem. latissime examinat istum articulum referendo opin. diuersas, & post multa sequitur opin.Lappi Abb.videlicet, quod aut tempore emissi voti, vel factæ professionis expressit de certo loco, & ordine. & hoc casu dicit, quod si in eo loco esse non poterit, non erit nec in specie, nec in genere illi ordini obligatus, & poterit contrahere matrimonium, & contractum tenebit. Aut illud non expressit, vel si expressit non probatur, & tũc stabitur dicto suo in foro animæ, non autem in foro contentioso, nisi forte hoc iuret delato sibi iuramento, cum aliter non possit probari professio, vnde tunc nec contrahere matrimonium poterit, & si contraxerit, nõ tenebit, allegat ad hoc, de homi.significasti, el primo, & el secondo, & quod ibi not.& quod no.de senten.excomm.si vero, el secondo.& de iureiuran.mulieri.& quod ibi notat Ioan.And. post Hostien & ita dicit debere intelligi cap.non solum. de regul.in vj.& cap.j de uoto.& de relig.domib.capit.1.eod.lib.& quod utrobique notatur, & quod notatur per Archid.12.quæst.j. sancimus.& per Ioan.And in cap.porrectum, de regula.

Sed ego sequor opin quam tenet But. scilicet quod obligetur indistincte religioni in genere, & pro hoc allego tex. in dicto cap.non solum, quod ca.loquitur, quando quis professus fuit certum locum, & certam religionem, scilicet prędicatorum, vel minorum, & in uersi.quod si forte, in eo.cap. dicitur, quod non est obligatus religioni, seu ordini recipiẽtium ad professionem, ergo a cõtrario sensu erit obligatus religioni in genere, & hoc tenet ibi glo.super uerbo, ordini. sed professio tacita ante annum probationis non obligat, nisi religioni in genere, vt in dicto cap.constitutionem §.1. unde glo.ibi, in uerbo, obligat, dicit, quod non est differentia inter mendicantes quo ad professionem tacitam, quia in utrusque professio tacita obligat religioni in genere, sed bene est differentia quo ad professionem expressam, quia expressio facta in ordinibus mẽdicãtibus ante annum probationis obligat religioni in genere, sed in ordine non mendicanti obligat illi religioni, quam est professus. si ergo tacita professio solennizat votum quo ad matrimonium impediendum, & dirimendum sicut expressa, ut in capit.1.de uoto, in vj.& tamen tacita professio non obligat, nisi religioni in genere, quando fit ante annum probationis, vt supra dixi, ergo sicut tacita professio dirimit matrimonium, ita etiã expressa quæ non ualet, ut expressa professio, sed ut tacita. Nec obstat, si diceres, quod non ualet aliquo modo professio quæ fit in manibus illius, qui non habet ius incorporandi religioni: nam aut loqueris in tacita professione.& in ista non requiritur, quod fiat in manibus illius, qui habet potestatem incorporandi religioni, ut hoc tenuit Dom. Dom.in
18 dicto cap.constitutionem. Aut tu loqueris in expressa † professione. & hoc casu requiritur, quod ille qui recipit professionem, habeat auctoritatem incorporandi religioni, vt

no.

no. in dicto cap. porrectum. de regula. & si talis habet auctoritatem incorporandi, sed tamen recipit ad professionem contra prohibitionem iuris, ut quia recipit ante annũ probationis in ordine mendicantium. & hoc casu quia talis recipit contra prohibitionem non ualet ut professio expressa, sed ut professio tacita, & sic obligat religioni in genere, ut dicto cap non solum. uersiculo, quid si forte. de regul. in 6. & per hoc concluditur, quod matrimonium contractum a tali non ualet.

Tertio modo solennizatur uotum per promissionem alicuius ex substantialibus regulæ tantum, ut quia promittit obedientiam tantum respectu certæ, & determinatæ regulę approbatæ, uel promittit castitatem, uel paupertatem tantum, & in omnibus his tribus casibus dicit Butr. quod uotum est solenne, sed inquantum agitur de effectu dirimendi matrimonij post contractum, de quo oportet quod determinetur ad castitatẽ, alias non dicetur votum solenne quo ad effectum, vt dirimat matrimonium, quia substantialia s. obedientia, & paupertas non repugnant substantiæ matrimonij, licet in aliquo exercitio possint matrimonium impugnare, vnde pro hoc declarando dicit But. quod quandoque quis promittit omnia substantialia, nõ tamen respectu certæ regulæ, & hoc casu votum non est solenne, vt in c. 1. de vo. in 6. multominus si promitteret solam castitatem, vt in c. præceden.

Quandoque & secundo promittit alterum ex substantialibus tantum respectu certæ regulæ, & constat, quod intendit ad alia substantialia se obligare, & hoc casu sine dubio votum est solenne.

Quandoque & tertio constat, quod vult solum ad illud obligari, & non ad alia, & tunc solum ad illud obligatur, vt in cap. sequen. & in capitulo, ex parte tua, in fine. de conuer. coniug.

Quandoque & quarto est dubium de intentione, tunc dicit But. quod si in emissione voti assumit habitum religionis, solennizatur votum, vt supra eod. consuluit. Idem si sine habitu emittat votum tale in congregatione, & idem dicit, si promitteret solam obedientiam, vel paupertatem, quia si in emissione recepit habitum, vel emisit votum in congregatione solennizatur votum quo ad omnia substantialia regulæ, sed si nec recepit habitum, nec emisit votum in congregatione, tunc dicit But. quod solennizatur votum solum quo ad expressa, sed est differentia, an solennizetur quo ad paupertatem, & obedientiam tantũ quia tunc non dirimit matrimonium, an vero solennizetur quo ad casti-
19 tatem, quia tunc non dirimit matrimonium. † Et ratio est, quia alia substantialia non ita repugnãt matrimonio, sicut votum castitatis, vt supra dixi. Et dicit But. quod ex his patet, quod opin. de quibus in glo. possunt reduci ad concordiam, nam opin. Vgu. quæ dicit, quod votum solius continentię solennizat procedit, quando est determinatum ad aliquam regulam de approbat. opin. autem glo. & aliorum habet locum, quando non determinatur ad aliquam religionem de approbatis, & dicit, quod ita loquitur cap. præcedens, quia ibi in manu eremitæ fuit omissum, quando continentiæ.

20 Et per hoc dicit But. quod fratres † Gaudentes de Bononia, qui promittunt obedientiam Prædicatoribus, & Minoribus, sunt personæ ecclesiasticæ, quia solennizant votum suum ad certam regulam, licet Fede. de Sen. consuluerit contrarium, sed vide glo. in clem. 1. de relig. domib. & in clemẽ. cum ex eo. de sent. excomm. & vtrobique per scribentes, & per Hostien. in summa, de regularibus. versi. quid de rusticis. & in Specul. de statu monach. versic. vigesimosecundo quæritur. & ibi per Ioan. And. in additio. possemus circa hoc ad multas remittere. sed vide Abb. Sic. qui plenissime examinat in cap. 2. de foro compet. vbi declarat quæ sint personæ ecclesiasticæ, vel quæ gaudeant priuilegio ecclesiastico. Item Butr. dicit, quod ea quæ supradicta sunt, procedunt quando quis profitetur regulam de approbatis sui sexus, sed si masculus profitetur respectu alicuius regulæ monialium non astringitur voto, vt dicit Matth. in clem. 1. de relig. domib. & allegat 18. quæst. 1. diffinimus. & Lappum allegatio. sua 130. sed inquantum dicit But. quod votum potest solennizari ad solam castitatem, ita quod matrimonium post cõtractum dirimatur. Abb. Sic. dicit, quod hæc opin. nunquam sibi placuit, & mouetur per cap. vnicum. de vo. in vj. vbi requiritur
21 ad hoc, vt votum † solennizetur ad matrimonium dirimendum, quod fiat professio alicui de religionibus approbatis, & sic quod quis profiteatur religionem approbatam, sed profitens castitatem tantum, non profitetur regulam approbatam, ergo votum non dicitur solenne, & dicit se putare, quod oporteat, quod quis profiteatur aliquam de religionibus approbatis, ita vt sit verus religiosus illius. Et dic, quod hoc videtur velle littera illius cap. vnici. de voto, in 6. si bene consideretur. sed ego in cap. ex parte tua. de conuer. coniug. secutus fui opin. But. & illam opin. tenet glo. ibi. in verbo, propositum. & ibi idem tenet Inno. in cap. fraternitatis, de frigid. & pro hoc facit optime tex. in cap. sequen. vbi illa mulier assumpsit habitum religionis, remisit votum castitatis cum conditione, vt remaneret in domo propria cum omni substantia, & tamẽ ibi dicit, quod si post tale votum contrahit matrimonium, quod non valet matrimonium, idẽ probatur 27. quæst. 1. de viduis. & est ibi bonus text. ergo tale votum est solenne. Non obstat cap. 1. de voto, in 6. Nam ille tex. non est intelligendus, vt corrigat iura antiqua, cum correctio sit euitanda, vt in cap. cum expediat. de elect. in 6. præsertim cum constitutiones Bonifacij non corrigant iura antiqua, nisi faciant mentionem expressam de ipsis, vt dicit glo. notab. in cap. fin. in glo. 2. de senten. excommun. in 6. vnde pro solutione illius tex. dic, quod quando votum castitatis solennizatur, vt supra dixi, inducit professionem quo ad illud substantiale expressum in voto, licet ab his non efficiatur vere religiosus quantum ad hoc, vt possit compelli ingredi claustrum monasterij, uel quãtum ad hoc, ut teneatur ad obseruandum alia substantialia regulæ, quia non tenetur ad alia, ex quo ad alia noluit se obligare. Et quod hoc possit fieri, probat tex. in cap. de uiduis, el primo. 27. quæst. 1. & in cap. ex parte tua, in fi. de conuer. coniug. & hoc tene, licet aliud videatur innuere Ioann. And. in cap. sequen. & dominus Card. in secunda quæst. sed ibi dicam super glo. 3.

Sed aduerte, quia licet votũ castitatis solennizetur quantum ad dirimendum matrimonium post contractũ, tamen non ualet matrimonium pręcedens etiam non consummatum, quia ad tollendum matrimonium præcedens requiritur, quod uotum solennizetur quo ad omnia substantialia, ita ut possit compelli ad ingrediendum claustrum religionis. & de hoc est tex. in cap ex parte tua, in fi. & sic debet intelligi c. ex publico. de conuer. coniug.

In glo. penult. hæc glo. dum allegat capit. commissum. de spon. uidetur consentire, quod uotum simplex emissum per sponsalia, non dissoluat sponsalia, sed dic vt dixi in c. pręced. super glo. 2.

22 Extra glo. quæro, quid si contrahit matrimonium † post votum simplex, an uouens possit debitum exigere. Hostien. dicit, quod non debet exigere, sed tenetur reddere, argum. de conuer. coniug. quidam. & cap. placet. & dic, quod debet agere pœnitẽtiam, & cum graui dolore cordis debitum reddere, de eo qui cognou. consang. vxo. suæ. transmisso. & capi. penult. in fi. nisi contraxerit cum licentia Sedis Apostolicæ super hoc ex certa scientia dispensantis, vt in cap. pręceden. vbi dixi super glo. si. quis possit dispensare in voto continentiæ. idem tenet Archid. in cap. 1. de voto, in 6. facit quod no. glo. 27. quæst. 1. nuptiarum. in glo. quæ incipit, hic dux. & ca. de viduis. el secondo, & 27. quæst. 1. Agathosa. Ioan. Andr. dicit, ęquius uideri, quod etiam possit exigere, quia uotum est solutum, ergo perinde est, ac si non uouisset. item quia minus onerosum, & periculosum esset tale matrimonium, si peccaret mortaliter exigẽdo, quia hoc esset incidere in laqueum, contra cap. de uiduis. sicut ergo in uouendo ingressum religionis, quod postea profitetur laxiorem, nulla remanet obligatio ex voto priori, licet de trãsactione debeat pœnitere, vt in cap. qui post uotum. de regular. in 6. sic & in casu isto post contractum, & consummatum matrimoniũ cessaret obligatio uoti, sed de fractione debet pœnitere, sed refert Ioan. Andr. quod solennis opinio habet contrarium, quam tenet Butr. in quarto sentent. distinct. 38. articu. 3. & uult hæc opin. dispensationem esse necessariam super debito exigendo, cuius motiua non refero, sed uide hic per domin. Cardin. in ix. quæst.

But. autem dicit, quod aut uotum est simplex de futuro, & tunc si a tali uouente contrahitur matrimonium, nõ exigitur dispensatio, vt in exactione debiti, sed si uotum est de præsenti, licet sit simplex, exigitur dispensatio ad hoc, ut debitum possit exigi. ista distinctio But. mihi non placet, quia matrimonium post consummationem tollit eodem modo uotum simplex de præsenti, sicut tollit uotum simplex de futuro, ut patet in cap. 4. de uoto, in vj. facit cap. præcedens. & ideo dicendum est, quod aut in utroque casu requiratur dispensatio, aut quod in neutro exigatur dispensatio, sed tutius est tenere opi. quod exigatur dispensatio, licet forte alia opin. sit uerior. & præsupposita opi. quod requiratur dispen-
23 satio, quomodo quis possit dispensare † super exactione debiti. Hostien. dicit, quod solus Papa dispensat. Ioan. Andr. dicit, quod etiam episcopus hoc poterit, cõmutando in aliud bonum, ut in cap. 3. de voto. & dicit, quod opin. Host. procedit

dit

dit respectu contrahendi, quia solus Papa dispensat, vt contrahat matrimonium a simpliciter uouente, ut plene scripsi in capit cum ad monasterium.§ fin. de statu monach.& idem est respectu matrimonij cõsummandi, sed votum simplex, quia usque ad cõsummationem matrimonij ligat uotum, ut in cap.commissum.de sponsal.sed post consummationem matrimonij solutum est uotum. Nam etiam episcopus dispensat cum incestuoso, & licite contraiht matrimonium. 33. quęst. 2. si quis cum duabus. ubi de hoc. & capitu. in adolescentia. & infra de eo qui cogno. consang. uxo. suæ. ex litteris. & hoc etiam tenet dom. Cardin. in ultima quæst. & But. hic. Nam licet episcopus non potest dispensare, ut uouens contrahat matrimonium, uel postquam contraxit, ut consummet, tamen postquam est consummatum, potest dispensare, ut exigat debitum commutando in aliud bonum, ut in cap. 1. de uoto, dom. Ant. Iac. de Zoch. plenissime hic examinat quot modis solennizetur uotum quantum ad dirimendum matrimonium per viam tractatus, colligendo materias alibi examinatas, uide hic per eum.

SVMMARIVM.

2 *Votum solenne dirimit matrimonium post contractum.*
3 *Promissio facta castitatis, seu continentiæ respectu certæ regulæ, solennizat votum.*
3 *Protestatio in voto de proprio retinendo iuuat protestantem se non ad omnia regulę adstringentem.*
4 *Imperium Regis, vel parentis non causat iustum metum.*
5 *Habitus delatio purgat metum adhibitum tempore voti emissi.*
6 *Fœmina potest profiteri religionem masculorum in manibus eorum.*
7 *Votum non valet, si masculus profiteatur religionem monialium.*
8 *Conditio contra substantiam monachatus, monachatum non uitiat, sed conditio reijcitur.*
9 *Monacha an possit stare extra monasterium.*
10 *Abbas non potest perpetuare monachum in certo loco, quominus possit eum ad libitum reuocare.*
11 *Abbas potest se per iuramentum obligare dare decem singulis annis monacho pro vestimentis, & tenetur obseruare, licet monachis non competat aliqua actio aduersus eum.*
12 *Verba, nec aliter, nec alio modo profiteri intendo, habent vim pacti.*
13 *Pactum contra naturam contractus non tenet.*
14 *Donatio inter viuos non potest reuocari, sed donatio causa mortis.*
15 *Depositum non contrahitur, nisi res interueniat.*
16 *Transiens ad ecclesiam regularem, intelligitur renunciasse proprijs.*
17 *Monachus cui concessum est stare in domo sua quondam, si malitiose reuocetur supplicare superiori potest.*
18 *Votum solenne an dici possit, nisi mulier fuerit monialis.*
19 *Bona uouentium religionem ad quem pertineant.*
20 *Verberans illum qui se deuouit alicui religioni, an sit excommunicatus.*
21 *Dignitas aduersarij non sufficit ad probandum metum.*
22 *Imperium principis quando inducit iustum metum.*
23 *Matrimonium num teneat, si mulier contraxit precibus, vel imperio principis.*
24 *Consuetudo quod bona inter fratres eremitas recipiantur etiã sine licentia superioris, & libere conuertantur in suas commoditates, an ualeat.*

CAP. VII.

1 INsinuante. Votum † solenne impedit & dirimit matrimoniũ post contractum. hoc dicit.

In prima ponit factum.

In secunda diffiniendum committit. secunda ibi, nos igitur.

2 Nota primo, quod sola † promissione castitatis, seu continentiæ, & sic alterius ex substantialibus solennizatur votum, dummodo fiat respectu certæ regulæ approbatæ.

Ex quo infertur, quod etiam respectu certę regulę quę habet tria substantialia, quis possit votum solẽnizare, promittendo alterum de substantialibus tantum.

3 Secundo nota, quod † protestatio de proprio retinendo iuuat protestantem, quando se non astringit ad omnia substantialia regulæ, sed alteram tantum, etiam si habitum assumat extra regulam.

Tertio nota, quod singulares fratres possunt recipere ad professionem. sed intellige, quando habet mandatũ ab Abbate, vel etiam sine mandato, dummodo Abbas postea ratum habeat, ita dicit dom. Cardin. in prima opposit. ad hoc vide not. in cap. porrectum de regularib. Quis autem possit ad professionem recipere, dixi in cap. ad Apostolicam, eodem titulo.

4 Nota quarto, quod metus † Imperij Regis, vel parentis, si aliud non interuenit, non causat iustum metum. Ex hunc tex. no. pro his quæ dixi in capit. veniens el primo, supra de sponsalib. vbi dixi, quod solum imperium parentis non vitiat actum, qui pendet a libero consensu, si aliud non interuenit, quicquid dixerit But. in cap virum. de regularib.

Ex hoc infertur, quod modica coactio non vitiat matrimonium. vide bonum textum in capit. consultationem. de sponsalibus.

5 Nota vltimo, quod delatio † habitus purgat metum adhibitum tempore voti emissi, & ratificat ipsum votum, sic etiam dicimus in matrimonio carnali, vt in capitulo, ad id quod. supra de sponsalibus. & in capitulo, ex litteris. de despon. impub.

Glo. prima dic, quod licet vxor non sit petenda a principe, tamen solum mandatum, vel rescriptum principis non causat iustum metum, nisi aliud interueniat, & hoc latius declarabo super glo. in verbo. metu regio.

In glo. secunda, in fine. Abb. Sic. colligit ex hac glo. iuncto
6 tex. quod fœmina † potest profiteri religionem masculorũ in manibus eorum, & quod erit vera religiosa, licet non intret monasterium, sed moretur in domo olim sua, & dicit quod idem esset, si non suscepisset habitum, dummodo fecerit professionem expressam, vt in cap. porrectum, de regu. & dicit, quod in hoc ponderatur susceptio habitus ad inducẽdam tacitam professionem, vt in capit. vnico, de voto, in vj. Sed de hoc, an sit vera religiosa, dicam in glo. seq.

Sed aduerte. In quãtum dicit Abb. Sic. quod susceptio habitus inducit tacitam professionem, mihi non placet in casu huius ca. quia quis inducit expressam professionem, cum promiserit alterum ex substantialibus regulæ. Item in quantum dicit Abb. Sic. quod fœmina potest profiteri religionẽ masculorum, non puto, quod iste fuerit intellectus glo. nam religio sancti Augustini reperitur tam in monasterijs monialium, quam in monasterijs masculorum, quia reperiuntur moniales ordinis sancti Augustini, quemadmodum reperiuntur fratres illius ordinis, ista enim mulier recepit habitum sancti Augustini congruentem sexui ipsius mulieris in manu monachi, & iste monachus, vel habuit mandatum ab Abbatissa, vel erat consuetudo, quod moniales reciperẽtur ad professionem per monachos illius ordinis, & ita fuit hic tantum habitus conueniens sexui monialis, aliter vo-
7 tum non esset solennizatum, sicut non valet votum, si † masculus profitetur religionem monialium, vt dixi post But. in cap. præcedenti.

In glo. tertia. ista glo. tribus modis intelligit tex.

Primo modo, quod cõditio de qua in tex. est contra substantiam monachatus, & sic non reijcitur talis conditio, sed vitiat monachatum, sed iste intellectus non est verus ad tex. quia si hoc esset matrimonium tenuisset, ex quo uotum nõ tenuit, nisi velis intelligere, quod uitiat monachatum, tamẽ valuit vt valere potest. s. tãquam votum castitatis, & sic quo ad illud tñ fuit solennizatum votum, & sic non erit monacha, quia conditio ꝯ substantiam religionis, alias monachatus, sed tamen votum remanebit solennizatum ad castitatem, & istum intellectum etiam tenuit Innoc. quod ista non sit monacha, tamen votum sit solenne quo ad castitatem, de quo dicam infra.

Secundo modo intelligit glo. quod conditio reijcitur, & tenet monachatus. & hoc modo ista intelligitur monacha & compellitur seruare omnia alia ad quæ tenentur illę quę sunt vere professæ, & sic tenebitur intrare claustrum monasterij, cum conditio reijciatur.

8 Nota glo ex isto intellectu, quod † conditio contra substãtiam monachatus, non vitiat monachatum, sed conditio reijcitur, sed de hoc plene dixi in cap. fin. de condit. apposit. sed iste intellectus non est verum, quia talis conditio admittitur, vt patet in tex. vt 27. q. 1. de viduis. el primo, & in cap. ex parte tua, in fi. de conuer. coniug.

Vnde glo. tertio modo intelligit, quod conditio fuit lici-
9 ta, & sic erit † monacha, poterit tamen stare extra monasterium, & stabit cũ omni substantia. i. cum vsufructu suæ substantiæ: sed iste magis est nudus vsus, quia retinet bona quo ad alimenta. s. victum & vestitum, & si quid superest, tenetur dare monasterio, & si quid deficit, monasterium tenetur supplere, & sic magis comparatur vsui, quam vsufructui, & dic, quod est nudus vsus, siue iuris, quia non habet aliquod ius, sed solam administrationem ex permissu superioris.

Nota ex hac glo. differentiam, an ingressus protestetur de reti-

retinendo proprietatem bonorum suorum,quia tunc repu
gnat substantiæ monachatus. aut protestatur de retinendis
bonis, & tunc protestatio est intelligenda in casu licito, sci
licet quod teneat quo ad alimenta,& quod habeat solam
administrationem,& hoc non repugnat substantiæ mona-
chatus. Butr.autem dicit, quod hic depræhenditur furtum
opi.Bart.qui ad litteram. idem dicit,quod ma glo nec de ea
facit mentionem in auth.ingressi. de sacrosan.eccles.nec est
credendum,quod non viderit hanc glo.

Aduerte,Innoc.intelligit primo modo, secundum quod
intelligit hæc glo.in fine,scilicet in tertio,& vltimo intelle-
ctu, videlicet,quod hæc mulier intelligatur monialis, & sic
ista erit monacha,& remanebit. & dicit,quod bona eius per
tinebunt ad proprietatem episcopi , vel monasterij, cui se
dedit,vt C.de episc.& cler l.nulli & in 18.quæst.vlt. § vlt. sed
de hoc infra dicam,cui pertineant alia bona ad episcopum,
vel ad monasterium,& dicit vlterius Innoc quod potest epi
scopus, vel Abbas statuere certum locũ monacho vbi mo-
retur, & dare sibi bona sua in administratione , nec est hoc
contra substantiam monachatus , cum sit sine proprio in
obedientia superioris,argum.de elect.cum inter R de præbe.
nisi. dicit tamen, quod nullus citra Papam potest perpetuo
se obligare, vt relinquat monachum in certo loco. de statu
monach.cum ad monasterium.

Fatetur tamen, si hoc adducitur in factum. non est con-
tra substantiam monachatus, hoc dictum etiam notãdum
10 est singulariter,secundum Abb.Sicu quod † Abbas non po-
test perpetuare monachũ in prioratu manuali , vel in alio
loco,quominus possit eum reuocare ad libitum , de quo se
remittit ad dictum capitu. cum ad mon. vbi dixi. sed circa
hoc an valeat tale pactum. But.tenuit quod non,in cap fi.
de condit.appos. sed hic dicit,quod opin huius glo.& Inno.
& Bart.potest substineri,& est communis, vt dicit Abb Sic.
videlicet quod valeat pactum nõ quantum ad hoc, vt mo
nachus quærat aliquod ius respectu huius pacti , sed ex tali
pollicitatione obligatur Abb.ad probandum illud.quod est
promissum,arg.eorum quę no. Ioan. And.in regula,non est
obligatorium,in 6.in mercur.vbi dicit Ioan. Andr quod Ab
11 bas † potest se per iuramentum obligare, dare decem singu
lis annis monacho pro vestimentis, & debet Abbas seruare
tale iuramentum,cum possit seruare illud sine interitu salu
tis ęternę,vt in cap.debitores & in cap.si vero.de iureiuran.
& licet tale iuramentum teneat,non tamen per hoc ius ali
quod acquiritur monachis, vt ibi dicit Ioan. And. in fine il
lius mercurialis: nam si hoc Abbas denegat monachi non
habent aduersus eum aliquam actionem ad hoc petẽdum ,
immo voluntati Abbatis obedire tenentur.33.quæst.5.ma-
nifestum.sed an possint appellare ad superiorem,dicam in-
fra. sed Abb.Sic.dicit, quod in hac materia sic distingueret,
videlicet quod aut quis simpliciter profitetur cum protesta
tione de suis bonis retinendis,& in dubio videtur,quod illa
bona sibi reseruauerit , vt obedientiarius monasterij , quia
illa verba apposita in contractu debent intelligi secundum
naturam contractus,vt in l.si vno.ff.loca.& in l sed si posses
sori §.si rerum ff.de iureiuran maxime,vt res potius valeat,
quam pereat,vt in l quotiens ff.de verbor.oblig & in capit.
Abbate. de verbor.signif.& etiam impropriando verba , vt
est hic tex secundum vltimum intellectum,quem ponit hic
glo.quem dicit bene notandum.aut constat quod voluit re
seruare proprium,ita quod non est locus interpretationi,&
tunc dicit,quod si fit reseruatio per viam conditionis suspẽ
siuæ,vel resolutiuę vitiatur actus,idem dicit,si fiat per viam
pacti,si fuit dictum,nec aliter,nec alio modo profiteri inten
12 do. Nam hæc † verba habẽt vim conditionis, vt sentit Bal.
in auth ingressi.C.de sacrosanct eccles qui tenuit,ꝙ vitiatur
13 pactum,& non professio, quia vbi pactum † est contra sub-
stantiam contractus non tenet , vt in l cum precario. ff. de
precar sed Abb Sic.dicit se putare oppositum. & dicit, quod
illud pactum facit transire professionem in aliam speciem,
quia vbi pactum est contra naturam contractus,& impro-
prians aliquatenus verbis, potest transire in alium contra-
ctum, allegat tex.notab.in l.vbi ita donatur. ff.de dona.cau.
mor.vbi dicitur,quod si dono alicui rem causa mortis cum
hoc,vt donatio non possit reuocari, intelligitur esse dona-
tio inter viuos,& verbum,causa mortis,exponitur,idest oc-
casione mortis futuræ dono tibi inter viuos, & si illa inter-
pretatio ad hoc , vt donatio valeat : nam donatio inter ui-
14 uos † non potest reuocari , sed donatio causa mortis , bene
potest reuocari, de quo vide tex.cum glo.Institut.de dona-
tio in prin.& §.1.ad idem allegat l.cum manu fata ff de con
trahen.empt.& dicit,quod iste erit quasi oblatus monaste-
rio, licet non in totum, sed obligabitur ad omnia , præter-
quam ad seruata non patitur, vt fiat transitus ad alium con
tractum ,& tunc dicit Abb.Sic. quod pactum vitiat contra-
ctum,vt in l per seruum.§.j.iuncta glo. ff.de vsu & habita.&
ad l cum precario. ff.de precar. dicit, quod ideo ibi pactum
reiicitur, quia ibi precarium cõtractum fuit re ipsa, & ideo
cum pactũ interueniat rei traditæ,non potest facere ꝙ non
sit facta, cum facta promiscens haberi non possint , vt in l.
in bello.§ factę.ff.de captiuis.& 32.quæst.5.si Paulus secus si
ad rei traditionem non est deuentum,quia tunc pactum vi
tiat contractum , vt dicta l.per seruum. & idem dicit in de-
posito . scilicet ꝙ pactum contra substantiam depositi reii-
15 ciatur, quia † depositum non contrahitur, nisi res interue-
nerit, scilicet nisi res deponatur,vt dicit glo & Docto.in l si
pecuniam.ff.de cond ob caus Sed inquantum dicit Abb Si-
cu.quod si in professione dicitur,vt mihi liceat retinere pro
prietatem bonorum meorum, quod pactum istud facit, vt
iste intelligatur quasi obligatus monasterio , quod est con-
tra communem sententiam. Nam aut tenes opin.illorum,
qui dicũt,quod pactum reiicitur,& quod professio tenet re-
iecto illo pacto: Et clarum est , quod non est vera opi.Abb.
Sic aut tenes opin.illorum,qui dicunt,quod vitiatur profes-
sio,& adhuc non est vera opin.Abb.Sic quia si vitiatur pro
fessio,ergo non potest fieri transitus ad alium contractum.
Nec obstat l vbi ita donatur.ff de donat.cau.mor.quia dona
tio causa mortis, & donatio inter viuos in aliquibus assimi
latur,& præsertim in nomine, quia vtraque appellatur do
natio, licet altera dicatur donatio causa mortis, altera do-
natio inter viuos , & ideo si appellatur pactum contra sub-
stantiam vnius transit ad alium,& ita loquitur l vbi ita do-
natur ff de donatio cau.mor.sed non est sic in casu nostro,
quia alii dicuntur oblati, & alij professi,& nomina sunt om
nino dissimilia,vnde de vno ad aliud non potest inferri.Præ
16 terea si quis † transit ad ecclesiam regularem, certe intelli-
gitur renunciasse proprijs,vt dicit glo 17.quęst. 1.vt lex con
tinentiæ.& sic videtur tale pactum etiam illicitum in obla-
tis de quo tamen dic,vt ibi per Archi.& Ioan.de Fan & per
Guil de Cun.& per Ioan de Imo.in clem 1.de decim. & pro
declaratione vide quæ dixi in cap.fin de condit.apposi. cui
hæc addes,quia tunc de his quæ habentur hic non memini.

17 Quæro quid si Abbas concessit † monacho,vt stet in do-
mo quõdam sua,quod eum suis bonis,vel in alio loco,seu in
ecclesia reuocat eum ex malitia. Innocẽ dicit,quod poterit
supplicare superiori , & superior audire debet eum ad simi-
litudinem serui supplicantis contra dominum,vt in l.1.C.de
precib imper offer. & Instit.de his qui sunt sui , vel alie. iur.
§ hoc tempore.& sequen & l possessionum. C.com. vtriuſ-
que iudic pro quo no de rescrip cum dilecta.in glo fi. & per
glo.in clem.ne in agro § ad ampliationem in versicu.legiti-
ma de statu monach.

Et hoc nota , quia isti priores annales reuocantur per su-
periorem, sed illi qui reuocantur,appellant, vel supplicant
allegantes , quod superior eos reuocat per odium , vel per
malitiam,vel sine causa.

Quæritur an admittatur appellatio , vel supplicatio . di-
cta Innoc.faciunt quod sic.sed vide per Ioan And. & domi.
Dominicum in cap cum singula.de præben.in 6.& Ioan de
Imo.in clementi.prima. de supplen negligen prælato. Ego
plene dixi in capitulo,cum ad monasterium.§.tales.de statu
monach.

Secundus intellectus quem ponit Inno.est,quod ista non
fuit monacha,& dicit,quod bene potuit habere proprium,
& tamen nubere non potuit propter votum solenne, quod
emiserat,quod qualiter fieri possit, remittit ad no de regul.
porrectum.& de conuer coniug ex parte, el secondo. & de
frigid.fraternitaris Et dicit hunc intellectum plus sibi place
re,quã præcedens,sed intellectus sunt de mente huius glo.3.
declarando primum intellectum quem ponit glo. vt supra
declaraui.

Host.autem dicit,quod quicquid dicatur,multum opera
tur claustrum,congregatio,& loci stabilitas.sed Io.de Imo.
dicit tenendum esse illud,quod habetur in cap.vnico de vo
to,in 6.vult dicere secundum dom Cardin in 2.quęst.quod
18 non potest dici † votum solenne,nisi ista fuerit monialis, &
istam partem videtur sequi domin.Cardin in dicta secunda
quęstio. Et sic no quod Ioan. And.& dom.Cardin.videntur
sentire opin quam tenet Abb.Sicu.in cap præcedenti : licet
Abb Sicul.non fuerit recordatus , scilicet quod votum non
possit solennizari quo ad castitatem tantum , quantum ad
hoc, vt dirimatur matrimonium post contractum. sed But.
ibi tenet contrarium, & illa opin est tenenda,quia glo.& In
noc illam tenent,& ibi dixi , & meo iudicio bene probatur
per istum tex.in fi. in quo dicitur,quod hæc mulier est mo-
nenda,& compellenda ad reassumendum habitum male di
missum,& ad seruandum illud,quod vouit.& sic iste tex.in-
nuit,

nuit, quod vouit, quod non erat monacha, quia si esset monacha teneretur ingredi monasterium, & seruare omnia alia quæ continentur in regula: sed ille tex. nõ arctat ipsam, nisi ad sumendum habitum, & ad seruandum castitatem, secundum quod vouit, ergo non erat monialis, & sic votũ erat solennizatum solum quo ad expressa. Vnde But. dicit hic, quod quando mulier emittit votum castitatis, & assumit habitum certæ regulæ animo profitendi omnia substantialia, & tunc valet ingressus, & votum est solennizatum quo ad omnia. Et hoc est planum. Aliquando & secundo mulier emittit votum castitatis, & constat de mẽte, quod non vult ad alia vota obligari, vt quia protestatur & nunc dicit But. quod si intendit esse de congregatione non valet protestatio, sed tenet ingressus, vt in cap. fin. de condi. appos. vel iuuabit protestatio quantum ad hoc, vt retineat bona quo ad alimenta nõ ex obligatione sibi acquisita, sed ex promissione, ſm Abbatem vt hic. & per Ioan. And. in dicta regula, non est obligatorium, de regu. iur. in 6. sed si non intendebat esse de congregatione, sed seorsum habitare, & tunc astringitur voto castitatis, & tunc retinet bona quo ad proprietatem, & non solennizatur respectu illius voti, adeo quod dirimit matrimonium post contractum, vt hic, secundum intellectum quem tenet Innocent. qui ad literam est verior.

Quandoque & tertio mulier emittit votum castitatis tã tum, & dubium est de mente respectu aliorum substantialium, quia non protestatur, & tunc dicit But. quod si emittit votum in claustro, vel post emissionem voti, assumit habitum illius regulæ in ipso claustro, & tunc votum quo ad omnia intelligitur solennizatum, secus si emittit votum continentiæ extra claustrum, & extra religionem respectu regulę habentis sua substantialia: nam tunc solum obligatur quo ad votum continentiæ, vt hic, & supra eodem, consuluit.

Concluditur ergo, quod siue teneamus hanc mulierem quo ad omnia substantialia regulæ obligatam esse, ex quo votum est determinatum ad certam regulam de approbatis, siue teneamus ipsam esse tantum obligatam quo ad votum castitatis respectu certæ regulæ, ex hoc solennizatum est votum castitatis in tantum, quod dirimit matrimoniũ post contractum, vt probat tex. noster, & hoc dixi latius in cap. præcedenti.

19 Ex his infertur, ad quem pertineant † bona talium. Innoc. refert tres opiniones.

Prima est, quod hæc bona erunt ipsius mulieris, & sic pertinent ad succedentes ab intestato, vt in l. si quis presbyter. C. de epis. & cler.

Secunda opinio est, quod quantum ad vsum erunt mulieris, sed quo ad proprietatem erunt monasterij.

Tertia opinio est, quod hæc bona sunt in pendenti ff de iudiciis l. non quemadmodum. & pro hoc de singi. fraternitaris. Sed distinguo secũdum But. quod aut sunt ex toto professi, vel professæ quo ad omnia substantialia, & bona spectant ad monasterium, quod tamen intellige, quando monasterium est capax, vt quia possidet bona in communi. Sin autem est incapax, vt est monasterium minorum, quod non potest possidere bona, neque in communi, neq; in particulari, dic vt habetur in cap in præsentia, de probatio. & in clem. exiui de paradiso. §. si vero. & §. cum vero. & § proinde. & §. cumque annuum redditus, de verbor. significa. & ibi per domi Cardin aut non sunt professi, vel professæ ex toto quo ad omnia substantialia, sed solum vouerunt continentiam. & tunc dicit Butr. quod bona spectant ad succedentes ab intestato, nec videt rationem, quare bona non debeant ad ipsos deuolui, cum tales possint habere proprium, vt supra dictum est, quicquid dicat glo. 27. quæstio. 1. de viduis, el primo. quam Butr. dicit non esse veram, sed si non habent succedentes ab intestato, & tunc aut vouerunt castitatem non respectu certæ, & determinatæ regulæ, & tunc bona spectant ad episcopum, velut bona ecclesiasticæ personæ, aut se deuouit alicui certæ religioni, & tunc bona spectabunt ad illam religionem, si est capax saltem in communi, alias dicit Butr quod bona spectant ad episcopum, & tunc dicit posse concordari opin. de quibus in dicto ca. de viduis. sed de hoc vltimo, scilicet quando religio non est capax, vide ea quæ supra dixi. Sed an † verberans talem sit excommunicatus. Glo tamen & Innoc. tenet, quod verberans sit excommunicatus, si hoc scit, vel etiam si ignoret, dũmodo portet habitum, vt in cap. non dubium, de senten. excomm. vbi habetur de hoc, & hoc sequuntur Ioan. And. dom. Cardin & But.

20 (at "de ea quæ supra dixi. Sed an † verberans")

21 In glo. in verbo, metu regio. Ioan. And dicit, quod † dignitas aduersarij non sufficit ad probandum metum. & pro hoc est tex. in l. ad inuidiam. C. quod metus causa, allegata in glo.

22 Fatetur tamen Ioan. And. quod † imperium principis qui alias consueuit tyrannice tractare illos, qui precibus, vel pręceptis suis non parent, inducit iustum metum, pro quo no. in cap fin. supra de appell. Et idem sentit Bar. in tractatu de tyranno. & in l. de pupillo §. si quis ipsi. ff de oper. no. nuncia. facit quod no. Bart. in dicta l. ad inuidiam. vbi dicit, quod sola reuerentia mariti non causat iustum metum in vxorem, nisi præcesserũt minę, vel uerbera & idem dicit in l. 1. §. quæ onerandæ. ff quar. rer. actio non detur. & idem voluit Innocen in cap. causam matrimonii, de offic. deleg. vbi omnino vide But & Abb. Sicu. & bene facit cap. accedens. de conuer. coniug.

Et ex his habes quæstionem quotidianam, scilicet nun-
23 quid teneat † matrimonium, si mulier contraxit precibus, vel imperio principis. Et dicit Hostiẽ in eo, quod mulier ista asserebat se fecisse professionem per metum non fuit sibi credendum, quia contra ipsam erat præsumptio iuris, & de iure, vult dicere, ꝙ ista præsumptio si vixit ex delatione habitus: sed Dom. Cardin in quarta oppositione dicit, quod non est præsumptio iuris, & de iure, sed est præsumptio iuris tantum, quia si probaretur, quod durasset metus, excusaretur mulier: sufficit enim, quod contradixit, quam primum potuit, allegat no in cap. 1. quod met. cau. & in cap. ad id quod. supra de spon & in cap ex litteris, de despon. impub. & vide quod in eis dixi. Et hoc procedit, præsupponendo quod interuenisset iustus metus, qui tamen non interuenit, quia solum Imperium Regis non fuit iusta causa metus.

In eadem glo. ff de ritu nuptiarum. l. si patre. ibi est casus, iuncta glos. quod si puella non audet contradicere patri, ne incurrat eius odium propter hoc non vitiatur matrimonium, & ista glos. & illum tex. nota contra Butr. in capitulo, cum virum. de regularibus. vbi dixi, quod solum imperium parentum causat iustum metum, & vitiat contractum, qui pendet a libero consensu: nam hæc est contra istam glo. & contra istum tex. & contra d. l. si patre. dixi in cap. veniens, el primo supra de sponsa.

Cæteræ glo bene dicunt, nec indigent suppletione.

24 Extra glo. quæro de quæstione facti, consuetudo † dicitur esse inter fratres eremitas, quod bona delata fratribus intuitu personarum recipiantur per fratres etiam sine licentia superioris, & libere conuertantur in suas commoditates, an valeat talis consuetudo. Ioan. Calder. consuluit quod non, quia caret ratione, & est contra canones ponentes tria substantialia in professis, inter quæ est abdicatio proprij. 12. q. 1. nolo. & cap. non dicatis. sed domi. Cardin. in vlt. quæst. dicit, quod talis consuetudo, dummodo non recipiant animo occultandi prelatos, sed parati sint facere, quod prelatus iusserit, & remittit ad no. supra de sta. monac. cum ad monasterium. §. prohibemus. vbi dixi. & adde Ioan. Andr. in regula, non est obligatorium, de regular. in 6. in mercur.

De eo qui duxit in matrimonium, quam polluit. Rubrica.

¶ Dicto de impedimento voti, & ordinis, videndum est de impedimento enormitatis criminis, vel econuerso, & hæc est continuatio Damasi, & Goffre. de materia habetur 31. quæst. 1. per totum. Dominus autem Cardin. facit octo regulas pro intellectu totius tituli. sed dicam infra cap. 1.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum secunda vxore viuente prima, mortua prima non separabitur a secunda ad sui petitionem.*
2 *Matrimonium quando prohibetur inter adulteros.*
3 *Adulterij delictum non cadit in ignorantem ex suggestione alterius.*
4 *Dolus requiritur, vt committatur adulterium.*
5 *Veniens scienter contra legem, non potest lege allegare ad contractum rescindendum.*
6 *Dictio, maxime, quid importet.*
7 *Machinatio sola an sufficiat ad impediendum matrimonium, examinatur per casus plures.*
8 *Matrimonium qui contraxit, nec consummauit, deinde cum alia, quam polluit adulterio contraxit, an religionem ingressa prima, uel mortua secundam ducere possit.*
9 *Occidens uxorem ad hoc, vt contrahat cum alia, an possit cum ea contrahere.*

10 *Ma-*

10 *Mulier qua permittit se cognosci ab habente aliam vxorem, non poterit cum eo contrahere.*
11 *Mulier ignorans uirum aliam habere uxorem si contraxit post mortem primæ, an ualeat.*
12 *Consensus de nouo præstitus, qualiter cognoscatur.*
13 *Cohabitatio sola sine copula, an inducat tacitum consensum.*
14 *Matrimonium contractum cum super inducta, statim post mortem legitimæ vxoris non valet, nisi nouus consensus per nouum signum appareat.*
15 *Matrimonium a principio nullum, nedum expresso consensu, sed etiam tacito confirmatur.*
16 *Consensus vbi a principio requiritur, non sufficit tacitus consensus superueniens.*
17 *Matrimonium cum superinducta viuente vxore, qualiter confirmetur.*
18 *Contractus matrimonij quando claudicare dicatur.*
19 *Dubia sunt in meliori parte interpretanda.*
20 *Matrimonium contractum cum inscijs de viuente prima vxore, mortua ea, qualiter procedat.*
21 *Canonici an possint facere statutum absque consensu episcopi.*

C A P. VII.

1 PErlatum. Si quis vluente vxore contrahit † cum secunda hoc ignorante mortua prima ad sui petitionem non separabitur a secunda, hoc dicit. secunda ibi, licet autem.

Nota primo duos casus, in quibus propter delictum adul
2 terij prohibetur † matrimonium inter adulterum, & adulteram.

Primus est, quando dat fidem adultero de contrahendo matrimonium secum mortua legitima vxore. Idem dicas si contrahit secum matrimonium de facto vxore legitima viuente, vt infra eod cum haberet. & cap fin. requiritur tamen, quod scilicet cum electione fidei, vel cum contractu matrimonij interueniat copula viuente legitima vxore, vt infra eod. cap. fin. Quæ autem fides requiratur, & quid si dicit, quod licet dederit fidem non habuit intentionem secum contrahendi matrimonium, dicam infra eodem, significasti.

Secundus casus, in quo impeditur matrimonium est, quando interuenit machinatio, qualis autem machinatio requiratur, dicam infra.

3 Nota secundo, quod delictũ † adulterij non cadit in ignorantem, & maxime quando talis ignorantia succedit ex suggestione, seu persuasione alterius, & quod ignorans non cõmittit adulterium, probat in l. penult. ff. de adult. vbi tex. dicit ad litteram ad idem 34. dist. in lectum. sed dom. Cardi. dicit, quod hoc procedit, quando ignorantia est probabilis, vt in cap. ab excommunicato. de reidric. vbi de hoc. & de ordinans ab episcopo, qui renunciauit episcopatui. capitu. 2. de cler. excomm. minist. capitu. ad Apostolicæ. vbi de hoc ego puto, quod etiam crassa, & supina ignorantia prosit quantum ad hoc, vt committatur adulterium, requiritur dolus,
4 † vt in dicta l. penult. ff. de adult. sed vbi lex expresse dolum requirit lata culpa non æquiparatur dolo, vt dixit glo. no. in l. magna negligentia. ff. de verbor. significa. & Bart. in l. quod Nerua. ff depositi. & in l. 1. §. non autem. ff. si quis testamento liber esse iussus fuerit. Et hoc procedit præsupponẽdo, quod constet de ignorantia: nam in dubio præsumitur quis scire illud, quod omnes sciunt, & vide quæ dicam in cap. litterarum uarum. j. eo. tit. vbi etiam tangam de ignorantia leuis.

Item intelliguntur prædicta, nisi ignorantia esset cum affectu: nam talis ignorantia æquiparatur dolo, etiam vbi ius dolum, vel scientiam, de quo vide tex cum glo in clem. 1. in verbo, scienter. de consanguin & affin & in cap. eos. iuncta glo. in verbo, affecta. de tempor. ordin. in sexto, & hoc tene menti.

5 Nota vltimo, quod † veniens scienter contra legem, nõ potest ad sui fauorem. l. allegare ad contractum rescindendum. pro hoc cap. inter dilectos. de donat. & C. de transact. l. transactionem.

Sed opponitur contra tex. inquantum in tex ponitur ver
6 bum, maxime. Nam dictio, † maxime, infert idem in casu contrario, vt in cap. 1. versic. in nullo, de summa Trinit. & fide catho. & dixi in cap sponsam, supra de sponsa. Et sic tex. videtur inferre, quod quis non possit ducere in vxorem illam, quam polluit adulterio, etiam si non dedit fidem adulteræ, & etiam si non fuit machinata in mortem vxoris. Sed hoc videtur contra tex. in cap significasti infra eod. vbi dicitur, quod quis potest contrahere matrimonium cum illa, quam polluit adulterio, si non dedit ei fidem, & non interuenit machinatio in mortem vxoris. Ioan. Andr. & domin. Cardin. in quinta opposit. fatentur contrarium. & ad tex. respondent, quod dictio, maxime, hic ponitur pro tãtum. sed Abb. Sic. dicit, quod tex. potest intelligi proprie, & obijcit quod iste tex. ponit duos casus.

Primus, quando præcessit adulterium cum contractu matrimonij.

Secundus casus, quando præcessit fides de ducendo illam in vxorem post mortem primæ vxoris. & inde secutum fuit adulterium. Nam isti duo casus parificantur, vt infra eod. capit. fin. sed prima solutio magis placet, quia etiam si tex. intelligitur, vt ponat duos casus, necessariũ est exponere maxime pro tantum, nisi velis dicere, quod dicit maxime, propter primum casum, scilicet quando interuenit contractus matrimonij. quia ille sufficit cum adulterio, dato quod nõ interueniat datio fidei, vt infra eod cum haberet, cap. fin. & sic erit sensus, quod post contractum matrimonium cum adultera, si interuenit copula carnalis, prohibetur contrahi matrimonium inter eos mortua legitima vxore, maxime si post contractum matrimonium dedit fidem de cõtrahẽdo, vel interuenit machinatio in mortem vxoris: nam idem est si non dedisset fidem de cõtrahendo, & etiam si non interuenerit machinatio, vt patet infra eod. cum haberes. & capit. finali.

Et hoc modo procedit text. & potes dicere, quod ponat vnum casum tantum. s. quando matrimonium est contractum per verba de præsenti, tamen pro declaratione, quia concurrit totum fit.

7 Aduerte: nam aut quæris, an † machinatio sola sufficiat quo ad primum, considera tres casus.

Primus est, quando interuenit solum adulterium. & hoc casu non impeditur contrahere cum adultera mortua vxore legitima, vt in capit. a. 31. quæstio. prima. & infra eodem, significasti.

Secundus casus est, quando quis prima vxore viuente cõtrahit matrimonium cum alia, vel dat ei fidem de contrahendo matrimonium copula carnalis non interuenit cum ea viuente uxore. & hoc casu mortua vxore potest cum ea contrahi matrimonium, vt infra eod cap. fin.

Tertius casus est, quando cum contractu matrimonij, vel cum datione fidei adest adulterium, & tũc aut scit illum habere vxorem, & non potest inter eos esse matrimonium, & si contrahitur matrimonium, non valet, vt infra eo. cum haberet. & cap. fi. Aut ignorauit illum habere vxorem & hoc casu dic, quod potest remanere cum ea mortua vxore, ut hic, & infra eod. veniens.

Hoc tamen intelligunt Doct. quando nunquam fuit certiorata, quod ille haberet aliam vxorem. Nam si certiorata de vita primæ coniugis promisit se cognosci non potest illum amplius habere in maritum, vt infra eod cap fin & de secun nup. dominus. & 34. quæst. 2. cum per bellicam. & capitulo, si virgo. & hoc sequitur domin. Cardina. 2. q. & Butr. & Abbas Sic.

8 Quid autem, si quis cõtrahit † matrimonium cum aliqua post matrimonium contractum cum alia, nondum tamen consummatum, an mortua prima, vel professa ad religionẽ ante professionẽ matrimonij possit contrahere cum secunda, si eam polluit adulterio. dic quod non, vt videbis in cap. sequen. & per Doct. infra eod. cap. fin.

Item quid si fuit separatus thorus propter adulteriũ vxoris, maritus postea tenet concubinam, cui dat fidem de contrahendo matrimonium mortua prima uxore, an possit secum contrahere illa mortua. dicam infra eodem. ex litterarum. & ibi tangam, an error iuris excuset, & ibi etiam dicam quid de errore facti inexcusabili: puta quia est error supinus cum ignoret, quod omnes sciunt.

Venio ad secũdum, scilicet ad machinationem, & in hoc varie sentiunt Doct. nam Innoc. in cap. super hoc. infra eod. videtur dicere, quod sufficiat alterius machinatio, vnde si
9 vir † occidit uxorem ad hoc, vt contrahat cum ipsa muliere, quod non potest cum ipsa contrahere post mortem vxoris. & hanc opinionem tenuit Hostien in cap. j. de conuer. infidelium & videtur istam opinionem tenere glo. 2. in fi in dicto ca. super hoc infra eod. sed tu tene opi. Ioan Andr. in dicto c. 1. de conuer. infid Nam Ioan. And ibi distinguit, quod aut machinatio interuenit ab vtroque, seu vterque est in culpa, & tũc sufficit machinatio, sine adulterio, puta coiũctus machinatur mortẽ mariti cum extraneo ad hoc, vt possit eum habere in maritum. & hoc casu secuta morte non potest esse matrimonium inter eos. & iste est casus in cap. 1. in princ. de conuer infidelium. vbi Saraceni positi in captiuitate quorundam Christianorum ipsos interfecerunt insidijs, & machinat. vxor. &c. ibi dicitur, quod etiam si sint conuersi

uersi

gerfi ad fidem per illas mulieres, nõ tamen potest inter eos esse matrimonium, aut interuenit machinatio ab altero istorum: puta maritus occidit vxorem, vt acciperet filiam Petri in vxorem, vel Berta occidit maritum, vt possit contrahere cum Titio, & tunc aut machinatio est cum adulterio, vt qa illa quam intendebat ducere in vxorem, erat cõcubina, vel ille cum quo mulier occidens maritum, intendebat cõtrahere matrimonium, erat eius concubinarius, & tunc post mortem marin, vel vxoris non potest illum accipere in maritum, vel in vxorem. Aut non interuenit adulterium cum ipso, vel cum ipsa, & tunc post mortem coniugis non prohibetur inter eos esse matrimonium ad hoc 31. quæst. 1. si quis viuente. & sic intellige illum tex. & dictum capit. super hoc. & illud tenet dominus Pet. & Butr. & domi. Cardina. & Abb. Sic in dicto cap j de conuer. infid. Et hoc idem tenet domi. Cardi in Rubrica huius tit & in cap. super hoc. & in cap. significasti. infra eod. & hoc teneas, quia est communis opi. Et pro hoc habes fundamentum huius tituli declaratũ longe melius, quam faciat dom. Cardi in octo regulis, quas posuit super Rubrica Nam in præmissis compræhenduntur illę octo regulæ, & aliqua addidit.

Nunquid autem sufficiat machinatio, si non habuit effectum, quia non est secuta mors, infra eod super hoc. vbi etiã alia videbitis circa machinationem.

Glo. tertia potest diuidi in quatuor partes.

In prima parte gl. quærit, ad quid prosuit ignorantia mulieri. de qua in tex.

In secunda, an filij nati ex tali matrimonio sint censendi legitimi.

In tertia parte glo. tractat, an sit matrimonium post mortem primæ vxoris, si illa secunda est ignorans, quod habuit aliam vxorem.

In quarta parte glo opponit, & soluit secunda ibi, immo plus procedit tertia ibi, & tamen non fuit matrimonium inter eos. quarta ibi, arg. contra. prima pars glo. est declarata in secundo notab.

In eadem glo ibi, alioquin si sciuisset. dic, quod dato, ꝙ a principio fuisset ignorans, tamen si ex postfacto habuit notitiam, quod habuit aliam vxorem, non debet permittere
10 se † cognosci illa uiuente, alias in perpetuum non poterit esse vxor, vt in cap. fin. & in cap. dominus. de secun nup. & 34. quæst. 1. cum bellicam & cap. si virgo. & dixi supra in distinctione, quam feci pro euidentia totius tituli.

Qualis autem certioratio requiratur, uidebitis infra eod. veniens.

In secunda parte glo ibi, legitimi sunt censendi Ioan Andræas dicit, quod dictum glo. procedit seruata solennitate dicti cap cum inhibitio de clandest. despon. & hoc sequitur Dom Cardin. & But. dicit hoc dictum Ioan. And. esse notandum, scilicet quod capit. cum inhibitio, habet locum etiam vbi est aliud impedimentum, quam consanguinitatis, & sic si matrimonium esset contractum clandestinè filij non essent legitimi, dato quod ignorasset illum habere aliam vxorem, hoc plene examino in d. c. cum inhibitio.

In tertia parte glo dum dicit glo in cap fio in glo fio Infra de coniug seruu & cum glo. concordat Alanus, & multi alij. Innoce vero instat dicens, quod non facit vim, an uir sciat primam mortuam, nec ne: sed sufficit, quod consentiat eo tempore, quo potest hanc habere in vxorem, quia solus consensus facit matrimonium. 28. quæst. 2. sufficit. sed
11 solum facit vim an † secunda bona fide contraxit, ignorans eam habere aliam vxorem, & ex hoc dicit, quod post mortem prioris uxoris, si remaneant coniuncti, siue sciuerit de morte prioris uxoris, siue non, separari non poterunt, cum semel consenserint in matrimonium eo tempore quo erãt soluti. Et dicit Innoc. quod isti qui hoc tenent, dicunt idẽ, si liber contrahit cum ancilla, ignorans eam ancillam, quia si postea fiat libera, si vir hoc etiam nesciẽs cognoscat eam tenet matrimonium, sed hoc est contra illam glo. & contra glo. in dicto cap. fin. de coniug seruo postea dicit Innocẽ. quod alij contradicunt, & dicit ipsos bene dicere, ut supra uidetur nam ex consequentia prioris consensus isti coniunguntur, ut C. ad Velleia l quamuis & l. si mulier. & ff. de minorib. l. 3 § Scio. quæ iura etiam ad hoc allegantur, vt in capit fin de coniug. seruo. per glo fin. ibi, vult dicere Innocen. quod ille consensus non sufficit. quia a principio fuit nullus, & sic tandem Innoc sequitur cum glo. & hoc communiter tenetur. & hæc præsumptio. prout est verum, quod matrimonium non confirmetur cap cum super. inducta ex antiquo consensu, sed ex nouo.

12 Quæro qualiter constabit de nouo † consensu dicit, secũdum Ho. hen & Doct quod constabit verbo, ut si dicant uerba consueta ad matrimonium, de spo: cap penult. cum si facto si muliere certificata, quod ille habuit aliam vxorem, quæ est mortua, & subsequitur copula, vt infra eodem, veniens & de coniug. seruo proposuit.

Nota verba Host. quia videtur sentire, quod quando interuenit consensus per uerba, quod sufficiat, etiã si mulier non sit certificata: nam saltem, ut ex nũc tenet matrimoniũ contractum tempore habili, & sic est facienda differentia, an interueniant verba, & tunc nõ requiratur aliqua certificatio: an uero interueniat tacitus cõsensus, & tunc requiritur certificatio & hoc sequitur dom. Card in 5. q.

13 Sed dubium est, an sola † cohabitatio sine copula inducat tacitum consensum, si interuenit certificatio, ut prædixi. Innoc. & Doct. tenent quod sic pro quo facit cap. 1. de despon sat. impub. in 6. & cap accessit & cap litteras. de despon. impub. cum ibi no per glo.

Sed pone, quod legitima uxor uiuente secunda, cum qua cõtraxit, sciuit primam uiuere, propter quod illico recessit, deinde post mortem legitimæ vxoris redit, & cohabitauit cum uiro, & cognita fuit, nunquid erit matrimonium. Innoc. dicit, ꝙ non eo quod primus consensus viuente prima non fecit matrimonium, nec potuit facere illa uiuente, nec post mortem potest esse uxor, sine nouo consensu, quẽ cõstat non adesse, ex quo ab eo separata est, licet non iuste, qa iudicium ecclesiæ debuit expectare, de diuort. porro. Nam ex illo dissensu appareret id matrimonium sic de facto contractum non habere ratum 34. quæst. 1. cum per bellicam. infra de secun nup dominus Et dicit Innoc. hoc procedere, etiam si secunda quæ discessit, credebat se legitimã esse vxorem, & contra conscientiam fecerit recedẽdo: nam quia dissensu sublatus est ille contractus, qui erat nullus ad omnem effectum, quam ad mentem cõtrahentium: copul aergo superueniens non potuit validare id quod fuit dissolutum facit quod not. Doct. in capito. veniens. el secondo, supra de spon & dixi in cap per tuas. de condit. appos. & hoc sequitur Gasp Calder dom. Cardin & But. quod mihi placet, nisi appareret ipsas simul cohabitare, vel copulã interueniẽte, vt quia uellent consentire in matrimonium: nam per solũ consensum contrahitur matrimoniũ, dummodo de ipso constet, vt plene dixi in cap tua supra de spon.

In quarta parte glo ibi, in l obseruate § vlt dic, quod ille §. non ob illis, quæ dicta sunt in præcedenti parte glo. nam in illo §. dicit, quod proconsul dedit iurisdictionem legato, antequam intraret prouinciam, & sic anteqnã haberet exercitium iurisdictionis, & dicitur, quod si remanet in eadem voluntate, postquam intrauit prouinciam, tenet delegatio, vt ex nunc, non ut ex tunc, unde illi in superuenientia potestatis non dabat ignorantia, sed consensus illius, a quo depẽdebat potestas delegandi, non deficiebat a principio, nec ex postfacto, sed solum exercitiũ potestatis cessat a principio, quod reintegratur ex post facto, hic autem a principio, & ex post facto deficiebat uoluntas, licet cessaret impedimentum matrimonij.

In eadem glo. ibi ff de iure dotium. l. Proculus ibi dicitur, quod si ancilla dedit pecuniã in dotem causa pecunię non mutatur, licet ancilla fiat libera. & incipiat tenere matrimonium viro certiorato. & ratio est, quia ibi dederat in dotem pecuniam alienam, vnde mansit illius, cuius fuit etiam ancilla libera facta, nisi pecunia sit præscripta, vt ibi dicitur.

Et ex prædictis facit tres conclusiones, quæ sunt de mente Doct.

Prima conclusio, non statim post mortem legitimæ uxo
14 ris, tenet † matrimonium cum superinducta nisi uerbo, vel signo nouus consensus appareat. & si dicatur omne impedimentum est sublatum, ergo firmum debet esse matrimonium cum superinducta, quia cessante causa cessat effectus, de appell cum cessante. nam illud est verum, quando cessat causa impediens, & superuenit causa confirmans, ut notat glo in regula, non firmatur, de regulis iur. in sexto. & dicam in capitulo, tanta. qui fil sint legitimi. si ergo nouus consensus verus, uel præsumptus non superuenit, non erat matrimonium.

15 Secunda conclusio: † matrimonium, quod a principio est nullum, nedum expresso consensu, sed etiam tacito confirmatur, supra de despon impub. duo pueri. & c. accessit. & capit. litteras & in cap. primo, eodem titu. in 6. & dicit Innocẽ. hoc esse speciale in matrimonio, sed hæc specialitas ob bene probatur iure. & dicit dom Cardin postea dicit Innocen. quod quando aliquid pendet ex consensu alicuius, sufficit, si eius consensus accidat tacitus, uel expressus, dum tamẽ tale quid, quod pendet a consensu iuris non improbetur, & quamquam a principio nõ ualeat, incipit ualere, ut ex nũc non ut ex tunc. facit cap 1 de despon impub. in 6 & l. obseruate. § si. ff. de offi procons & leg & ff. de do. inter vir & vxo.

Leum

Leum hic status §. si mal·us. & pcedens cousensus trahit ad
vltimū, vt in l. per fundū ff de ser rusp æd. de quo se remittit
Io. An. ad teg nō firmat, in 6 dicit tñ Gasp. Cald. q̄ vbi cōsen
16 sus† a principio requirit, nō sufficit tacitus cōsensus superue
niēs, sicut in alien. rei eccle vt in c 3 de his q̄ fi. a pl. sine ɔsen.
ca. & ibi vide, qñ ɔsensus ex postfacto possit actū validare, &
qñ nō. tāgit ēt in c. cura, de iu pa. & in c. ɔsuetudinis, de ɔsue.
17 Tertia conclusio ad hoc, vt includat† matrimoniū, requirit
certificatio de morte prioris vxoris. Itē requirit, q̄ ea viuente
superinducta ignorauerit illū, cū quo ɔxit hre vxo & sic re-
quit certificatio demū secuta morte vxoris, nā si ante certifi
cata permisisset se cognosci prima viuente, in perpetuū nō
pōt esse vxor illius. ¶ In glo fi. hæc glo. potest diuidi in duas
partes. In prima declarat tex. & assignat eius rōnē. In secūda
colligit arg ex tex. secūda ibi, & ita ē hic arg. ¶ In prima par
te gl dic, q̄ intētio gl. est, q̄ si vir vult ɔhere cū alia, dēt phib
ri si hæc mulier petit, q̄ remaneat cū ea, sed si mulier postq̄
sciuit illū habuisse aliā vxorē, licet nūc mortua illico ɔdixit,
nō cōpellit remanere cū eo, & poterit petere diuortium. &
hoc est pp dolū viri. In secūda parte glo. inquātū dicit, q̄ ɔ-
ctus claudicat, nō intelligas quo ad matrimoniū. nā ēt respe
ctu viri nō est matrimoniū, q̄a nō est possibile, q̄ sit matrim.
18 sine ɔsensu viri, & vxoris, de spō du. d c. sed iō di† ɔctus clau
dicare, q̄a mulier pōt petere virū cogi, vt eā ducat. nō ecōner
so, vt dixi in pc. pat gl. pro hoc vide bō gl in c. si q̄s ingenuus.
29. q 2. & in c. de illis, el j. in gl. fi s. de desp ō impub. ¶ In ea glo.
in fi. no. gl q̄ cōiter sequunt Doc s. q̄ si vir post morte primæ
vxo. anteq̄ ɔhat cū superinducta tacite, vel expresse, ducit aliā
in vxo. tenet matrimoniū cū ista tertia, q̄a cū secūda nō fuit
matrimoniū obstāte impedimēto primi matrimonij. & cir-
ca hoc vide c. si q̄s ingenuus & d c de illis. nā vt dīt ille gl. ma
trimoniū nō pōt claudicare, vt teneat p parte vnius tm̄, sed
rōne pmissionis vir cōpellit ad ɔhēdū. Mulier aūt q̄ fuit de-
cepta nō cōpellit. vnde ad tex. dū dicit, q̄ nō sunt separādi ad
petitionē viri, supple de facto. nā non est hæc separatio iuris
cū matrimoniū nunq̄ valuerit, & ad iura alleg p ɔriis, dicit
Abb. Sic. q̄ ibi actus tenet ex nouo ɔsensu saltē tacito. dicit
tñ do. Card in 4 q q̄ pro viro imponet pnīa de contēptu. de
spō. cū in Apostolica. ¶ Sed pone, q̄ vir dicit, q̄ vult eā reti-
nere, sed de nouo nō vult ɔhere matrimoniū, dicit Gas. Cal.
q̄ tūc erit ɔcubina, & nō vxor. in dubio aūt, si de hoc nō cō
stat, ecclesia iudicabit matrimoniū, p ea q̄ s. dixi de cohab &
19 de copula. q̄a† dubia in meliorē partē sunt interpretanda, vt
in c. 2. de reg. iur vnde si ptestaret, q̄ nō animo maritali face-
ret ipsam cohabitationē, vel copulā, dēt p ecclesiā cōpelli ad
illā tractādā affectione ɔiugali, q̄a alias sine peccato nō pōt
ei cōmisceri, si tñ cōpulsione pēdēte ɔhat cū alia matrimo-
niū, tenebit matrimonium, vt s. dictū est ¶ Extra glo. q̄ro de
20 duobus. ¶ Primo, q̄d si q̄s ɔhit matrimoniū† sua vxore viuē
te, cum inscijs de prima vxore legitima. dicit Host. Io. An. &
But. q̄ mortua vxore durāte ignorātia vir pōt gratificari cui
voluerit, & illā quā postea ectificatā cognouerit, vel in quā
primo ɔsensit erit vxor. vt patet ex præmissis ¶ Sed do Card.
in 8. q dicit, q̄ erit vxor ex nouo cōsensu, postea vero distin-
xit, q̄ aut ɔxit cū illis decē separatim, & tūc est vera opi Hos.
& Io. And. aut ɔxit simul cū x. & tunc ɔctus nullo mō valet
ēt quo ad ipsas pp incertitudinē, vt dixi s. de spō ex literis. el
a. & sic nulla illarū hēt ius. Primo aūt casu, qñ separatim ɔ-
xit, tunc illa cū qua primo ɔxit hēt ius, & sic ēt secunda sine
pīudicio primę, & tertia sine pīudicio secūdæ & sic de singu.
faci q̄ dr̄ in simili, de .... dato ad optionem beneficiorū
vacantū, vt in c fi. hr̄ de ɔsuet. in 6. si tñ ɔheret cū alia, q̄ nō
esset de illis x tenet matrimoniū, vt s dixi. ¶ Vltimo q̄ro de
q̄one facti, q̄ fuit originaliter Io. Cald. quē refert hic do Car.
in vlt. q. Canonici ecclesię Cathed fecerūt statutū creādo de
canū de nouo in ecclesia, & statuendo aliqua circa eius offi-
ciū pcipue, q̄ puisio decanat' spectaret ad cap & iuxta statu-
tū creauerunt decanū, cū quo eps plura fecit admittendo eū
tanq̄ decanū, deinde vacante decanatu eps volebat cōferre.
Canonici vero nolebant puidere. iuxta statutum, dicebatur
statutū nō valuisse, q̄a sine ɔsensu epi fuit factū. Io. Cald. late
21 examinat, an† canonici potuerint facere tale statutum absq;
ɔsensu epi, cuius verba ad litterā refert hic do. Iac. de Zoc. sed
circa hoc vide gl. no. in a. c. de verb. signi. in 6. q̄ declarat, an &
qñ capitulū possit facere statuta absq; cōsensu epi, & p Doc.
in c. cū omnes, de constit. Item examinat Io. Cald. an saltem
valeat statutū, tanq̄ eps videat approbasse ex tacito ɔsensu. &
dicit Io. Cald. q̄ est standū statuto pp tacitū ɔsensum epi, si
sciuit de statuto, aliter videretur secus: tñ hoc casu vr̄ præsu-
mendum epm sciuisse, quia ad ipsum spectat talia perquire-
re, arg de postul prælat. c. j. item pp magnam conuersatio-
nem, quam habet cum cap. arg. de elect. postquam, de præ-
sump. quosdam. & c. quāto. sufficit autem consensus epi post
superueniens, fm ea, quę no. in c. cum consuetudinis, de con
suet. & hoc sequitur Gasp. Cald. & dom. Card. in vlt. q.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens cum secunda, si eam cognoscit, viuente prima legitima, ad-*
huc non cognita, etiam mortua prima, non erit matrimonium.
2 *Metus ipso iure vitiat matrimonium.*
3 *Copula carnalis subsequens contractum matrimonium meticulosum, va*
lidat illud.
4 *Matrimonium quod est nullum, non impedit aliud contrahi.*
5 *Matrimonij sola essentia ante carnalem copulam, causat impedimentum*
perpetuum.
6 *Matrimonium contrahitur libero consensu.*

CAP. II.

1 Significauit. Si viuente prima legitima vxo-
re ēt non cognita, quis† ɔhit
cum secunda scienter, & eam cognoscit ēt mor-
tua prima, secundam hre non potest, secus si pri-
ma non erat vxor legitima. In prima ponitur decisa consul-
tatio. In secunda distinguens commissio. secunda ibi, manda
mus, secundum membrum distinctionis ibi, alioquin.
2 No primo tex expressum, fm Abb. Sic q̄† metus ipso iure
vitiat matr. Nā vt hic patet, ɔctus est ipso iure nullus, nec est
opus, q̄ petat rescissio ɔctus p actio. q̄ me ca. nā vt hic vides
post ɔctū primū matr. ɔxit aliud nulla rescissione prius fcā,
& iudicat fm matr legitimū, si pbat metus in primo, q̄ non es
set, si fuisset opus petere rescissionē, at. de elec ɔsideranimus.
& plene dixi in c cū locū, de spō. Sed tu dic, q̄ iste tex. hoc nō
pbat, nā licet matri. ɔctū metu mero iure valeret, nihilomi-
nus valeret fm nō recisso primo matrim nā passus metū hēt
act. & excep. ɔ inferentē metū, vt in l metū. §. sed q̄ ptor. ff q̄
met cau Si ergo hēt exceptionē ɔ primum matrim. dēt vale
3 re fm, licet primū mero iure teneat ¶ No scdo, q̄† carnalis
copula subsequēs ɔctū meticulosū, validat illud ɔ vitiū me-
tus, quasi purgās metū, & liberū ɔcludēs ɔsensum & hoc in-
tellige, dūmodo violētia nō interuenerit, siue violētia fuerit
pcisa, siue ɔdōnalis, vt dixi in c. ɔtinebat, de spō. i prin ¶ No.
4 tertio. q̄† matrim. nullū nō impedit aliud ɔhi, secus in elect.
vt in c. ɔsiderauimus de elec & in c. audiris, e ti. & ibi hr̄, an &
qñ secūda electio teneat, vel nō teneat prima nō cassata. sed
dic, q̄ sunt multæ dfiæ inter matrimoniū carnale, & spiritua
le. & dixi in c. mæ. s de spō ¶ No. vltimo, & tene mēti, q̄ sola
5 essentia† matrim. ortū ēt ante carnalē copulā causat impedi
mentū ppetuū, vt q̄s nō possit hre illā in vxorē, cū qua ɔxit
matrimoniū, & ɔsumauit viuēte prima, & nō cognita, & sic
ad creādū hoc impedimētū, nō requirit, q̄ sit carnali copula ɔsu
matū, imo sufficit solus ɔctus matri. ēt absq; carnali copula
ad creādū hoc impedimētū, q̄ no ¶ In gl j no. sing glo. iūcto
tex. nā Doc intelligūt illū, q̄ matrimoniū ipso iure sit nullū,
& tñ iurm interuenit in matrimonio meticuloso. & dicit ista
glo. ex quo no q̄ metus q̄ caderet incōstantē virum, impedit
matrim. ɔhi, ēt si interuenit iurm. & sic hēs, q̄ iurm metu p-
stitū nō est obligatoriū, & forte, iō q̄a est ɔ bonos mores. itē
q̄a est ɔ substantialia matrimonij, nā iurm metu extortū nō
tribuit libert. ɔsen. non minus ergo ɔsensus est coactus inter
6 veniēte iurō, nā† matrimoniū ɔhit libero ɔsensu. vt in d. c.
cū locum, de spon & dic, q̄ iurm interpositū super ɔctu red
dit ɔctum magis suspectum, tex est no. in c super hoc. de re-
nunc. ¶ Glo. 2 dic, q̄ cū matrim. metu ɔctum sit nullum, vt
in iuribus alleg. in glo & in c. tuum locū. de spō & in c. Abb.
q̄ me cau non potuit seruari iurm præstitum, super quo ma
trimonio ex quo. n non erat vxor, non posset ei cohabitare
sine peccato, nec cogi dēt de nouo in eū cōsentire. Qūaliter
aūt, an iurm pstitū p metū obliget, dic vt i c. verū, de iureiu.
In gl fi ibi, arg. ɔ. Ista q̄ sequunt non sunt ɔria, vt dicit Io.
And & Doct. sed potius ponūt casum ecōuerso. s. q̄ legitime fa
ctum nō retractabit, licet perueniat ad eū casum, a quo nō
potuit hre initium de vtroq; Brocardo dic, vt legit. & not. in
regula, non firmatur. & in regula, factum legitime. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non contrahit vir cum ea, qua machinata fuit in mortem*
vxoris, quam viuente vxore cognouit.
2 *Adulterium solum commissum cum muliere, non creat perpetuum impe*
dimentum matrimonij.
3 *Impedimentum matrimonij cū superinducta, creatur ex quatuor, vt ibi.*
4 *Machinatio impedit matrimonium, si fuerit cum effectu.*
5 *Interficiens vxorem non animo aliam, qua cum adulterium ea viuente*
commiserat ducendi, an contrahendo matrimonium cum illa teneat.
6 *Occidens virum mulieris nomine, an illam ducere possit in vxorem.*

CAP. III.

1 SVper hoc. Non potest quis cum illa ꝯhere, † q vxore viuente cognouit, si machinata fuit in mortem vxoris. h. d. præmittit q. In secunda respondet. secunda ibi, taliter.

2 No primo ibi, si adulter. ꝙ solum adulterium † cōmissum cum muliere non creat perpetuum impedimẽtum, quoniam mortua coniuge possit adultera in vxorem duci: nam vt hic vides, hæc mulier pręsupponitur fuisse cognita ab isto viro, & tamen non impedit matrimonium, nisi fuerit machinata in mortem illius coniugis, vel nisi data fuit fides de ea ducenda. & de hoc est casus j. eod. significasti. de quo dic, vt latius dixi s. eod. c. j.

No vltimo ꝙ prohibitio, de quo in isto ti est perpetua, quia nedum impedit matrimoniū ꝯhendū, sed dirimit iam ꝯctū.

In gl. j. dic. ꝙ 4 requirūtur ad creandū hoc impedimentū.

3 Primo, quod matrimonium primum teneat.

Secundo exigitur, quod viuat prima vxor.

Tertio, quod contrahat cum secunda scienter, vel datur ei fides de contrahendo, vt supra eod. c. j.

Quarto, quod interueniat copula, siue adulterium prima vxore viuente, vt j. eo c. fi.

In glo. fi. hęc glo. potest diuidi in duas partes, prout de duobus quærit. secunda ibi, quid si aliquis.

In prima Doct. cōiter tenent, ꝙ non sufficit conatus, nisi
4 sequatur mors, & sic requiritur machinatio † cum effectu. nā c. si quis viuente, alleg. in glo. loqtur de occiso. & ꝓ hoc facit iste tex quia ꝓsupponit vxorem mortuam pręterea istud impedimentum est inuentum a iure positiuo, vnde nō dēt ita laxari, vt restringatr facultas ꝯhendi matrimonium ꝯ dispo. iuris diuini, arg. c. licet ex quadam. s. de testi. Sed vr, ꝙ ēt si machinatio habuit effectum non impediat matrimonium. Nā Dauid contraxit cum Bersabe, quam tamen polluerat adulterio viuente Vria eius marito, quem fecit occidi. 2. Reg. 11. cap. & de offi. deleg. c. cum olim.

In glo. 4. sol. vt hī. 31. q. j §. sed obiicitur. vbi Gratianus dicit ꝙ multa permittebantur in testō veteri, q̄ in nouo fuerunt prohibita, soluitur etiam alibi ibi, sed præcedens solutio sufficit, quia hæc prohibitio est de iure positiuo, & sic ante ista iura licebat.

In secunda parte glo. ibi, non eo proposito. ista glo. sentit a ꝯrio sensu, secus, ꝙ si fecisset eo proposito, vt illam hrēt in vxorem, ꝙ nō valeret matrimonium, & hoc ēt tenet Inn. sic ēt sola machinatio ex animo præmissa facta etiam sine copula, & sine fide data dirimit matrimonium. & hoc etiam tenet Host. remittens ad summam, eod titu. Sed tu dic, ꝙ non sufficit machinatio sine adulterio, vt dixi s. eo. c. j.

Sed pone, hñs vxorem, committit adulterium cum Berta & dicit, ꝙ si non hrēt vxorē, eam duceret in vxorē, deinde in
5 terfecit † vxorem non eo proposito, vt duceret Bertam. dicit Gasp. Cald. ꝙ potest accipere Bertam, quia non potest dici, ꝙ dederit fidem de ꝯhendo per verba pręmissa, nec homicidio sufficit cum prædicta machinatione. sed do. Card. in vlt. q. tenet ꝯrium. p c. signāsti. nec hic quo proposito sic, vt in c. j. de conuer. infid. & sic nec adulterium sufficit cum prædicta machinatione sed do. Cardi. in vlt. q tenet ꝯrium, per c. signāsti. j. eo. sufficit enim adulterium cum machinatione, vt ibi, nec distinguitur ſm cum in d. c. signāsti, nec hic, quo proposito sit facta machinatio. Sed do. Iac. de Zoc. tenet opi. Gal. Cald. per c. j. de conuer. infid. & dicit, ꝙ faciunt ad hoc ea, quæ no. Io. And. ibi, super verbo, machinationibus. & sic dicit esse distinguendum, quo proposito fiat machinatio. sed tñ ille tex. nihil probat iudicio meo in illo c. ponuntur duo casus.

Primus est, quando interuenit machinatio vtriusque.

Secundus casus est, qñ interuenit homicidium ab altero tm̄, non tñ eo proposito, vt ꝯheret matrimonium cum eius vxore, vt ibi clare patet, quia ponit de Saracenis interfectis in bello p Christianos, vel econuerso, vnde non potuerunt hrē propositum accipiendi cōiuges interfectorum in vxores, cū verisi͞r hoc nesciuerint, an habuerint vxores, vel quas habuerint. sed pro concordia potes dicere, ꝙ aut interuenit machinatio cum adulterio, verbi gratia, adulter occidit vxorē, vel econuerso, adultera occidit maritū. hoc casu indistincte non potest esse matrimonium inter eos, ēt si non eo proposito occiderit, vt adulteram hrēt in vxorem, ita loquitur c. signāsti. & hoc c. aut nō interuenit adulteriū, verbi gratia, vir occidit vxorem, vt ꝯheret matrimonium cum Berta, quæ tñ nō erat ꝯcubina. & hoc casu nō sufficit machinatio, ex quo nō est sequutū adulteriū, vt s. dixi in vlt. par. gl. & plenius s e. c. j.

6 Quæro vltimo, pone, quis interfecit † virum nomine eius vxoris, deinde vxor habuit ratum, ꝙ vir fuit occisus, an inter eos possit esse matrimoniū dubium facit, quia qñ interueniat machinatio ab vtroq; non potest inter eos esse matrimonium, vt in c. j in prin. de conuer. infid. & dixi s. eod. c. j sed ratihabitio retrotrahitur, & mādato cōparatur etiam in delictis, & ēt quo ad incurrēdam sñiam excōis, vt in c. cū quis, de sent. exc. in 6. So. glo. fi in d. c. j. de conuer. infid. & in c. si qs viuente. 31. q. j ꝯcludunt ꝙ nō prohibetur matrimonium ex hoc, quia non reperitur cautum, de spō. cum apud. & hoc tenet Io. An. in cle. j quia exigitur machinatio, quæ denotat ꝓcedentem mortem, per ꝙ patet, ꝙ nō est standum distinctioni illius c. cum quis, de sent. excom. in 6. s. an fecerit nomine proprio, an vero nomine alieno, & hoc sequitur But. hic. no. bene, & tene mēti, ꝙ vbi reqrīt ab initio interuenire nō sufficit ratihabitio post actū celebratū, ēt si actus sit gestus noīe illius, q ratū hēt, ꝙ no. ꝓ limit. d. c. cum qs, de sent. excō. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum secūda consc.ia, quod separauerit thorum a prima, etiam prima mortua separatur.*
2 *Vir de licentia iudicis potest expellere vxorem adulterij causa, non autem propria auctoritate.*
3 *Vinculum matrimoniale durat etiam separato ob adulterium thoro.*
4 *Crimen adulterij oritur non ex persistentia thori, sed ex iniuria, quæ infertur substantia vinculi matrimonij.*
5 *Adulterium impedit tantum matrimonium inter adulteros.*
6 *Mulieres an excusentur propter iuris ignorantiam.*
7 *Ignorantia iuris naturalis non excusat.*
8 *Mulier post separationem thori, an possit religionem ingredi, vel mortuo viro matrimonium contrahere.*
9 *Verbum deprahensum, idem importat, quod conuictum.*
10 *Castitas maior exigitur in fœminis, quam in viris secundum mores.*
11 *Deprahensio in adulterio, an sufficiat ad sententiam diuortij.*

CAP. IIII.

EX literarum. Qui viuēte vxore, etiā ab eo separata quo ad tho-
1 rum. † secundam consciam ducit vxorem etiam prima mortua separabitur a secunda. h. d. consultatio, & responsio. secunda ibi, fraternitati.

2 No primo, ꝙ † vir de licentia iudicis ecclesiastici debet expellere vxorem ꝑꝑ adulterium, & sic propria auctoritate nō potest eam de domo expellere. dic tñ, ꝙ poterit debitū denegare propria auctoritate, vt no glo in c. fi. de adult. & p Host. in summa de adult. § quæ pęna. vers sed nunquid potest fieri. & seq. & hoc qñ esset certum de adulterio. ¶ Quid autem si adulterium esset publicum, & notorium, videbitis in c. porro, & in c. significasti. j. de diuort.

No. secundo, ꝙ etiam separato matrimonio quo ad tho-
3 rum ꝑꝑ adulterium remanet vinculum † matrimoniale, ēt si adultera intrauit monasterium, nam matrimoniū semel cōsummatum nō dissoluitur nisi morte naturali. xxxj. q. j. c. j. de translat. prælat. c. 2. ideo iste vir ꝯhendo cum secunda prima viuente, & eam cognoscendo commisit adulterium.

4 Ex hoc infertur, ꝙ † crimen adulterij non oritur ex persistētia thori, sed ex illa iniuria, quæ infertur substantiæ vinculi ipsius matrimonij etiam separato matrimonio.

5 No. vltimo, ꝙ adulterium † cum ꝯctu matrimonij nō simpliciter inhabilitat adulterū ad matrimoniū, sed respectiue tm̄. s. vt nō sit matrimoniū inter adulterū, & adulterā, vnde quo ad alios nō est prohibitio, quia pōt adulter cum alia, q̄ cum adultera ꝯhere matrimonium, & ecōuerso, videbitis latius in c. seq. Sed ꝯ tex. opp. & vr, ꝙ hęc mulier excusetur ab adulterio, & per ꝯñs pōt esse vxor post mortem līmæ vxo. nā cum illa superinducta sciuerit sñiam diuortij latā p ecclesiā ꝯhendo postea matrimonium cū viro vr hoc fecisse bona fide, nam videtur extimasse matrimonium posse contrahi post separationem thori, & mulieribus in dubio pręsumitur iuris ignorantia ff. de proba. l. cum de indebito. §. j. sed
6 dic, ꝙ † mulieres non excusantur ꝑꝑ iuris ignorantiam, nisi in criminibus a iure expressis, vt in l fi. C. de iu. & fac. igno. & ibi gl. enumerat casus, in quibus est expressum mulierē excusari ꝑꝑ iuris ignorantiam, ꝙ est diligenter not. ſm do. Cardi. Sed tu vide omnino glo. j. q. 4. §. notandum quę dicit, ꝙ licet mulieribus nō subueniatur ꝑꝑ iuris ignorantiam, nisi vbi reperitur expressum, ꝙ nō sit subueniendū, ꝙ ꝑpetuo notabis. Præterea est alia ratio hic ſm Host. quia etiam si mulier excusaretur ab ignorantia iuris, tamen ei non licet ignorare Euangelicam veritatem s. quos Deus coniunxit, homo non separet. 33. q. 3. quos Deus. & de translat. prælat. c 2. non enim est probabilis ignorantia iuris naturalis, vt in l. 2. C. de in ius
7 vocan. ¶ Nota bene, quod † ignorantia iuris naturalis non excusat, & ideo si quis faceret furtum, vel homicidium, vel aliud delictum prohibitum a lege diuina credens sibi licere

cere non excusatur ꝑ hoc a pœna delicti. hoc etiam tenuit glo. in §. matrimonium j. q. 4. & hĩ in regula, iuris ignorãtia. de reg. iur. in 6 maxime per Dyn. Quid autem de ignorantia facti, quæ cadit in latam culpam, dixi in glo. 2.

8 Secundo quæro, an † mulier separata quo ad thorum propter fornicationem possit ingredi religionem, habetur in c. gaudemus. de conuer. coniug. & vide glo. fi. in c. ex literis, de diuort. & ibi dicam.

Tertio quæro, quid si mortuus est vir, an adultera possit cum alio ꝯhere. dic ꝙ sic, cum sit vinculum matrimonij, & hoc tenet Gasp. Cald. facit c. post vltimam, de secun. nup.

9 Glo. prima, no. primo ex ipsa, quod verbum † depręhensum idem importat quod coniunctum pro hoc, de iud. cum non ab homine.

No. secundo ex glo. ꝙ sola depræhensio in adulterio sufficit ad infamiam introducẽdam, licet non sufficiat ad sñiam diuortij. & dic, ꝙ durat infamia, si mulier sit depræhensa in adultẽrio, etiam si postea absoluta fuerit ab adulterio, quia lex notat factum, & non sñiam. de hoc est casus in d. §. fi. vet. ego puto plus dicit glo in d. § fi. in vers. si depræhẽsa. ꝙ etiam si non fuit depræhensa, commisit tñ adulterium, ꝙ est infamis, quia lex notat factum, etiam si probari nõ possit, quod non habet locum viro depręhenso in adulterio, quia maior

10 castitas ſm mores hominum † exigitur in fœminis, quam in viris, vt dicit glo. in verbo, quæ in adulterio, & in d. l. fi. de ri. nup. & l. palam quæstũ. & bene dicit illa glo secundum mores hominum, quia de iure non minor, immo maior castitas deberet esse in viris, quam in vxoribus, vt in c. indignantur, & in c. non mœcaberis, 32. q. 6.

11 Sed inquantum hæc glo. dicit, ꝙ † depræhensio nõ sufficit ad sñiam diuortij. Goff. hoc dicit esse verum, nisi per depræhẽsionem res efficiatur notoria, & sic intelligit c. presbyter. 81. dist. ꝙ non placet Host. dummodo mulier neget, quia iudici est facienda fides, ut probat. ex litteris. nisi hoc confiteretur mulier tanquam criminosa. de diuor. ex literis. vel nisi męchus publicè adhæret męchę. j. c. prox. qui fil. sint leg. causam. sed dicit, ꝙ Goff. dicit verum, vbi esset factum ita notorium, ꝙ nulla tergiuersatione põt allegari. de quo vide glo. in c. si quis diaconus. 50. dist. & 81. dist. si presbyter. sed si factũ non esset notum iudici, tunc debet probari, & potest notorium probari per duos testes, & dicit gl. 2 q. 1. §. quando. & de hoc dic, vt in c. cum non ab homine. s̃. de iudic.

In glo. 2. quid si omnis de populo, vel tota vicinia sciebãt vxorem istius viuere, qui ducit secũdam, mulier autem ignorabat. Gasp. Cald. soluit, & dicit, ꝙ licet ignorantia non probabilis non excuset a pęna iuris: tñ, quia matrimonia potius iure poli, quam iure fori reguntur, vt j. de secun. nup. c. pen. & fi. & in c. tua, de sponsalib. & in ecclesia non ligat ad culpam, vbi culpa non est, licet factum vitare possit. & dicit glo. not. in cle. volentes, in verbo, ex nunc, de hæret. quare dicendum est, quod quo ad Deum illud sit verum matrimonium, si in veritate ignorauit, licet ecclesia quę non iudicat de occultis, illud matrimonium dirimit, vt hic in fi. literæ. Sed intellige, si consentiunt simul manere post mortem primæ vxoris. Nam tunc quo ad Deum est matrimonium. Sed dic, si constaret de ignorãtia etiam crassa & supina, dummodo sit ignorantia facti, habet excusare ab adulterio, & sic non impedit matrimonium, vt s̃. eod. c. s. in primo notabili.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens matrimonium cum sua adultera, viuente legitima vxore, etiam prima mortua non tenet.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest se impedire de adulterio, non solum circa separationem, sed etiam vt reintegretur.*
3 *Matrimonium quæ impediunt cum adultera.*
4 *Differentia inter matrimonium, & connubium.*
5 *Contrahens matrimonium legitima vxore viuente, puniendus est.*
6 *Filij nati ex damnato coitu sunt alendi, quamuis de iure ciuili non.*
7 *Iuramentum solum non sufficit ad impediendum iuramentum.*
8 *Dispensatio inducitur inter coniuges, diu simul bona fide contrahentes, ob temporis lapsum, & prolis susceptionem.*
9 *Temporis diuturnitas, an delictum minuat.*
10 *Peccatum quo ad Deum ex diuturnitate fit grauius.*
11 *Continuatio non inducit nouam speciem delicti.*
12 *Impetrans literas, per quas possit absolui, nedum poterit absolui per executorem de delicto commisso ante datam literarum, sed etiam de commisso post.*
13 *Filij legitimi non tantum, sed etiam spurij sunt alendi a patre, & sic nati ex coitu damnato.*
14 *Filius minor triennio, apud quem sit alendus.*
15 *Filij spurij non habita distinctione status debent ali a parentibus secundum facultates.*
16. *Filia, an teneatur soluere debita patris egentis, sicut tenetur eum alere.*
17 *Filius an teneatur alere patrem bannitum, vel exulem.*
18 *Pater in quibus casibus non tenetur alere filium.*
19 *Pater quando teneatur alere filium habentem artem.*
20 *Nati de damnato coitu non debent ali a patre de iure ciuili, secus est de iure canonico.*
21 *Pater an possit legare aliquid filio spurio pro alimentis.*
22 *Filius spurius an succedat parentibus.*
23 *Spurius ex soluto, & soluta, an succedat ab intestato agnatis, vel cognatis patris.*
24 *Nati ex damnato coitu qui dicantur.*
25 *Spurius a matre præteritus, potest agere querela inofficiosi.*
26 *Pater & mater an excludantur a successione spurij ex coitu dãnato nati.*
27 *Agnati, vel cognati parentis non succedunt spurio, sicut ipse non succedit illis.*
28 *Natus ex coitu contra publicam honestatem contracto, an succedat patri, vel matri.*
29 *Filius natus ex muliere stuprata, & sic ex stupro, an succedat matri.*
30 *Natorum ex illicito coitu genera connumerantur.*
31. *Spurij licet a parentibus institui non possint, ab extraneis tamen possunt.*

C A P. V.

1 CVm haberet. Qui viuente vxore legitima cum sua ꝯhit † adultera etiam prima mortua separabitur a secunda, etiam si longo tempore cum ea habitauerit, vel filios ex ea susceperit, hoc dicit.

In prima consultatio.

In secunda responsio. secunda ibi, tale igitur.

Nota primo ibi, abiurauit adulteram, & quod ad coniugem redeat, & dic abiuret, i. dest eam dimittat cum iuramento, de ea vlterius non admittenda.

2 Ex quo infertur, ꝙ † iudex ecclesiasticus potest se impedire de adulterio non solum, cum agitur ad separationem matrimonij, sed etiam vt reintẽgretur matrimoniũ, & desistatur a peccato adulterij, ꝙ no. Nam Io. And. in c. fi. de fo. compe. in 6. dicit iudicem ecclesiasticum non se posse impedire de adulterio, nisi cum agitur ad separationẽ thori forte motus per c. rex debet. 23. q. 5. vbi dr̃, ꝙ iudex sæcularis debet adulteria punire, sed in ꝯrium facit iste tex. & c. 1. de offic. ord. vnde Abb. Sic. dicit, ꝙ sibi vr̃. ꝙ sit mixti fori saltem vbi agitur, vt desistat a peccato. facit c. j. j̃. ti. j & ibi per Abb. Sic. & plenius per ipsum in c. cum sit generale, de fo. compet.

3 Nota secundo duo, quæ impediunt † matrimonium cum adultera.

Primum est, si cum ea contrahit per verba de præsenti.

Secundum, si dedit ei fidẽ de ꝯhendo mortua vxore. Hoc tñ intellige, nisi primo matrimonium fuisset ꝯctum in infidelitate, quia reuersus ad fidem mortua prima remaneret cum secunda, vt dicam in c. gaudemus, de diuort.

4 Nota tertio differentiam, † secundum But. inter matrimonium, & connubium, quia connubium dicitur propriè coniunctio absque vera essentia matrimonij, tamen connubiũ accipitur pro matrim. hũmo, vt in c. Martinus. de cogn. spirit.

5 No. quarto, ꝙ † ꝯhens matrimoniũ viuẽte vxore prima, potest cõpelli per ecclesiã ad agendã pñiam de delicto. & dicit Abb. Sic. ꝙ credit, ꝙ ẽt in foro ꝯtentioso põt ecclesia talem punire, & vide mirabilẽ pęnã 32. q. j. de Benedicto. vbi abscindunt pãni ante & retro, ẽt si sit mulier crinibus incisis ad maiorẽ ignominiã vnde dicit Ab. Sic. ꝙ iudex ecclesiasticus põt istũ hñtẽ duas vxores publice dehonestare modo prædicto, vel alio, vnde in quibusdã locis mitriunt, vel aliã ignominiã patiuntur. dicit Abb. Sic. ꝙ ille tex. cũ glo est tenẽdus menti, alleg. tex. in simili. 26. q. 5. epi, vel ecclesia irrogat publicã infamiã istis diuinatoribus. Vtrũ aũt ecclesia põt pęnã imponere infidelib. ꝯhẽtib. bina matrimonia, videbim⁹ in c. gaudemus.

6 No. vltimo, ꝙ de iure cano. filij † nati ex dãnato coitu sunt alẽdi ſm facultates, secus de iu. ciui. q̃a nõ sunt alẽdi, vt in c. licet. C. de na. lib. ¶ In gl. j bene dicit. & no. ipsam ꝑ declaratio. c. ꝑce. in fi. vbi di, ꝙ ille q̃ polluit aliq̃ adulterio, ꝓhibetᷣ cũ ea ꝯhere post mortẽ vxoris, sed nõ ꝓhibetᷣ ꝯhere cũ alia: nã ille tex dẽt intelligi, ſm ꝙ dicit ista glo. ¶ Glo. 3. bene dicit. sed Host. dicit, ꝙ alio respectu est pleue dare fidẽ, q̃ de facto matrim. ꝯhere, q̃a in primo casu nõ põt ꝑtẽdi ignorãtia. in secũdo sic, vt j̃. c. veniẽs. & s̃. c. c. ꝙ ꝓcedit ſm do. Card. & ẽt est de mẽte Host. qñ dedit fidẽ de ꝯhẽdo post mortẽ vxoris suæ, secus si dedit fidẽ de ꝯhẽdo post certũ tp̃s, q̃a tũc posset allegare ignorãtiã. itẽ dicit Ho. ꝙ illa verba plus ꝓcesũ & c. pñi intelligi alio mõ, videlicet, vt sit sensũ, ꝙ maius impedimẽtũ ẽ ꝯhere matr. & cognoscere, q̃ solã fide dare. & iste intelłs magis ꝯsonat lrę, q̃a ꝯhere, & cognoscere, dirimit matr. sed fidẽ dare, vel ẽt ꝯhere sine copula, nõ dirimit matrim. vt j̃. e. c. fi.

Glo.in verbo,religio iuramenti.dum dicit,ꝙ solutum ma
7 trimonium†nõ sufficit ad impediendum matrimoniũ, hoc
placet Io.And.& dom Cardin.quia illud iuramentum intel
ligitur de illicito coitu.1 t.q.3 ꝙ prætessor.3 t.q.1.illud.35.q.
9.ꝙ quis.& ff.de iure patro.l.adigere §.fin ibi,ille qui iurauit,
nõ nubere,potest ꝯhere licitas nuptias, & remittitũ ei iuſm,
& hæc glo.facit ad q.Dñicalem Bar.Bri x.quæ est 27.in ordi-
ne Martinus dispensauit virginem quandam in presentia pa
tris sui, quæ cum postea negasset ꝯtum matrimonii pater
Martini adductus in testem deposuit, ꝙ Martinus eius filius
ꝯxerit matrimonium cũ illa muliere,& quia Martinus non
habuit alium testem,quam patrem suum,mulier fuit absolu
ta per iudicem.deinde pater Martini qui fuerat testis de ma-
trimonio, ꝯxit matrimonium cum eadem muliere, an dẽat
dirimi tale matrimonium. Illa quæstio pẽdet ex no.in c.mu
lieri,de iureiurã. vnde dic, ꝙ iste pater Martini potuit venire
contra suum testimonium, ex quo iudex iudicauit contra il
lud , & ideo ecclesia debet eum relinquere suę conscientiæ,
vt dicitur in d.c.mulieri.

Glo.in verbo,multiplicitas. solue ꝯria alleg.in glo. & dic,
8 ꝙ lapsus tpis, & prolis susceptio inducunt† dispensationem,
vbi coniuges in iure positiuo, vel in facto probabili errantes
bona fide simul diu steterunt, & sic loquuntur iura alleg in
glo.præsumptuosos vero,& ex certa scientia delinquẽtes nõ
excusat diuturnitas, sed accusat vnde hic dr̃, prolis ita susce
ptæ q d. tam præsumptuosè, nam scienter ꝯ Deum, & iura
iudicem,& vicinos.ex quo innuitur,secus esse,si aliqua pro-
babilis ignorantia posset excusare, vel attenuare delictum,ꝓ
hoc ꝙ no de iureiur.cum quidam. Et pro hoc habes,an diu
turnitas tpis,vel susceptio prolis inducat dispositionem,vn-
9 de ex hoc potest inferri , an diuturnitas † temporis minuat
delictum, & in hoc duo sunt videnda.

Primo,an diuturnitas temporis minuat peccatum.

Secundo,an minuat pœnam,seu pœnitentiam peccati.

Quo ad primum dic, ꝙ diuturnitas tpis non minuit pec-
catum quo ad forum animæ, immo augetur, quia vr̃ pecca-
tor ex diuturnitate incidere in alterum duorũ , vel in despe-
rationem,vel in pręsumptionem,& vtrunque est peccatum
in Spiritum sanctum,de pœnit distin 3 inter hæc hircum.&
in c.proxi in glo.fi & vide omnino glo 25.dist.qualiter. quæ
declarat,ꝙ dicatur peccatum in patrem,ꝙ in filium,& ꝙ in
10 Spiritum sanctum,& istud.ff.ꝙ†peccatum efficiatur grauius
ex diuturnitate quo ad Deum procedit,sm Abb.Sic.etiam si
peccatum non sit reiteratum , quia non pœnitendo vr̃ con-
templisse diuinum iudicium,& præceptum ecclesiæ,de pœ-
nit & remiss.omnis vtriusque,& c.fi.

Circa secundum. s.quo ad pœnam,vel pęnitentiam. Ad-
uerte,nam aut loquens in foro pęnitentiali. & hoc casu dic,
ꝙ si est timor de eius salute. s.ne desperetur pp eius debilita-
tem s.quia longo tpe mansit in delicto, debet imponi leuior
pœnitentia,quia leuiter debet trahi ad ecclesiam, & suppor
tare,de pęnit & remiss. Deus qui.licet de rigore deberet ei im
poni durior pœnitentia,de pęnit.dist.3.productior.& de pę-
nit.dist.1.mensuram.

Ex quo infertur , ꝙ si cessaret timor desperationis, debe-
ret imponi grauior pęnitentia diuturnitatis peccati, vt in di-
ctis iuribus . Aut loqueris in foro contentioso , & in hoc di-
stingue Nam aut est delictum reiteratum, seu successiuum.
& hoc casu ex diuturnitate temporis imponitur maior pœ-
nitentia , vt ff de adulter. l.meretrici. § sex mensium. & ff.de
pœn.l.aut facta.§ tempus.& nor.glo.in l.si diuturno,eod.tit.
11 Dicit tamen dom.Cardin quod ex † continuatione non in-
ducitur noua spes delicti.ff.de adulter l.quod ait.& hoc facit
ad quæstionem,vt statim dicam.aut est delictum momenta-
neum, non reiterabile,vt homicidium & hoc casu dicit do.
Cardin.quod si fuit incontinenti cognitum de crimine licet
differatur executio,diuturnitas nihil prodest.aut nõ fuit co
gnitum incontinenti.& tunc diuturnitas alleuiat pęnam,vt
in d l si diuturno. C.de adult. l.adulterium. Et dic, ꝙ de iure
ciuili rr̃ non potest quis accusari de crimine post viginti
annos, vt in l querela. C.de fals. Fallit tñ in quibusdam cri-
minibus ibi per glo.numeratis. Nam quædam sunt crimina,
quæ tolluntur longiori tpe quo ad accusationem, & quædã
minori tpe, & hoc est verum de iure ciuili , nam de iure ca-
nonico non currit pręscriptio in peccatis,quominus saltem
in foro animæ imponatur pœnitentia pro delicto , vt dicit
glo nor.33.q 2.admonere.

In glo qua incipit argumentum,ꝙ post peractam pęnitẽ
tiam,& per Docto in c.licet,de probat & inquantum dixi s.
ꝙ continuatio delicti non inducit nouam speciem delicti.
dom Cardin. induxit ad quæst. facti summus pęnitentiarius
Papæ,qñq. concedit literas, per quas committitur alicui exe
cutori , vt impetrantem absoluat ab excommunicatione,
quam incurrisset tenendo concubinam, nam qñq; per con-
stit.sinod.talis excommunicatur. Quæritur,an executor pos
sit absoluere pro toto tpe vsq; ad diem,in qua absoluit.dom.
Cardin.dicit se consuluisse ꝙ sic,quia pp continuationem fa
ctam post impetrationem, non est inducta noua species de-
licti, vt supra dixi. Et pro hoc facit,quia in literis consueuit
apponi, vt accipiatur satisdatio,ꝙ de cætero non tenebit cõ
cubinam,ꝙ debet intelligi post absolutionem. Et sic no.ꝙ
12 † impetrans literas , per quas possit absolui , nedum potest
absolui per executorem datum in literis de delicto commis
so ante datam literam , sed etiam de delicto commisso po-
stea, quod no.

Glo.fi.diuiditur in octo partes.

In prima parte colligit quod filij sunt alendi secundum fa
cultatem,& adducit simile.

In secunda parte declarat apud quem filius minor trien-
nio sit alendus.

In tertia parte.an filius teneatur alere patrem.

In quarta parte, an pater ex iusta causa possit recusare fi-
lium alere .

In quinta parte, quid si pater,& filius egeant,an mater te
neatur alere filium,& maritum.

In sexta parte,an si mater alit filium, cum maritus abun-
det,possit repetere expensas a marito.

In septima parte glos. dicit , quod dicta per eum intelli-
guntur de filiis legitimis , & quod iste text. loquatur de filiis
spuriis.

In octaua parte opponit contra istum tex.& soluit. secun-
da ibi, & no.quod filius. tertia ibi,aliud scias. quarta ibi, ta-
men recusare potest alere filium quinta ibi,si autem pater,
& filius egeant.sexta ibi.sin autem mater alit filium.septima
ibi,sed hęc quæ dicta sunt.Octaua,& vltima ibi,vnde signan
tur contraria .

13 In prima parte glos. dic , quod non solum † filij legitimi
sunt alendi secundum facultates parentum , sed etiam filij
spurij nati ex damnato coitu , & est casus notabilis in fine
huius capituli.

14 In secunda parte glo.dicit,quod glo.procedit, † nisi sit in-
decens , quod mater lactet filium , vt quia forte sit magna
Principissa, vel post diuortium est professa , nam tunc non
tenetur lactare filium , etiam si sit minor triennio , vt dicit
Alanus, quem Doctores sequuntur. Idem dicit Gaspar Cal-
der.si consuetudo habet,quod filij non lactentur in domo,
quia tunc non tenetur mater eum lactare . idem si subest a-
lia causa , vt quia est infirma , vel aliter impedita, nam tunc
lactabitur expensis patris, argumen.ff.de liber.agnoscen. l.si
quis a liberis. sed his cessantibus mater debet lactare filium
propriis vberibus,quinta distinctio. ad eius. vnde dicit Abb.
Siculus,quod si mater nolit lactare filium,& cessat causa le-
gitima, ipsa debet facere expensas ablactationis, & ista sunt
de mente Doctorum.

Sed Abb.Sic.dicit,quod est aduertendum,quia glo ista,&
Doct.scribentes videntur velle deducere istum tex.ad distin-
ctionem glo. s. vt minor triennio alatur apud matrem , ma-
ior vero apud patrem , sed ipse dicit , quod non putat hoc
procedere quo ad textum nostrum , nam iura allegata in
glo.loquuntur in filiis legitimis,qui cum sint in potestate pa
tris, & non matris , & sequantur familiam , & agnationem
patris, & non matris, vt in dicto capitulo secundo, de con-
uersio infidel.merito debent ali a patre, & non a matre, nisi
in tempore ablactationis, quia tunc indigent auxilio mater
15 no, vt dicto capitulo secundo. sed vbi filij † sunt spurij, dicit,
quod parentes non habita distinctione ætatis tenentur ale-
re filios secundum facultates . & dic hic , quod propriè vo-
luit ista litera,& ratio diuersitatis potest esse secundum eum,
quia filij spurij non sunt in potestate patris,nec matris. Insti
tu.de nuptiis §.alioquin. & in l vulgo. ff.de statu hominum.
Item ista alimenta debentur filiis ex instinctu naturæ, secun
dum quem filius non magis obligatur patri , quam matri,
vt notat Innocentius in capitulo secundo , de regularibus.
& ideo pater , & mater debent contribuere necessariis filio-
rum secundum eorum facultates , & dicit hunc esse verum
intellectum huius capituli.Ego credo quo ad filios minores
triennio,hoc cap.nihil innouare quo ad spurios. Et pro hoc
puto, quod mater teneatur lactare filium spurium, nam si
tenetur lactare filium qui est in potestate patris, multo ma-
gis lactare illum , qui non est in potestate patris , cum mi-
nus teneatur pater filio spurio , quam legitimo . Præterea
ratio , quare mater teneatur alere filium minorem trien-
nio est, quia tunc indiget magis auxilio materno, quam
paterno , vnde eadem ratione tenetur alere filium spurium
minorem triennio .

Non ob.iste tex.in fi. qa loquit̃ de filiis minoribus triẽnio,
& pater

& patet, quia vt dr in tex. iste habuerat ex illa muliere decẽ filios. Vnde concludo, quod aut filij spurij sunt minores triẽnio, & debent ali apud matrem expensis matris, aut sunt maiores triennio, & tunc debent ali expensis patris, & matris, secundum facultatem vtriusque patrimonij, & sic intelligo istum tex in fi.

16 In tertia parte glo quæro, an sicut † filius tenetur alere patrem egentem, eodem modo teneatur soluere debita ipsius
a patris? [a] dic quod non, vt in l patris C ne filius pro patre. Idem dicit Innoc. econuerso: quia licet pater teneatur alere filium, non tamen tenetur soluere debita filij, vel ei subuenire in aliis necessitatibus, vt in l si quis a liberis § parens. ff. de lib agnosc. ille tamen tex. dicit solum de filio, qui licet tenetur alere patrem egentem, non tamen tenetur soluere debita patris, vt dixi. Sed aduerte tam in patre, quam in filio, pater tenetur alere filium, & vxorẽ filij, & filios filij, & emere vestimenta, & dare habitationem, sed alia onera non tenetur subire, vt dicit Barto. in d. l. si quis a liberis § non tantum. ff. de lib. agnosc. & idem econuerso, quia tenetur filius alere patrem, & vxorem, & filios patris, & emere vestimenta, & dare habitationem, sed alia onera non tenetur subire.

Aduerte tamen, quia licet pater teneatur alere filios de iure naturali, quia hoc est commune omnibus animalibus, scilicet quod nutriant filios suos, vt Instit. de iure natu gen. & ciuil. in princ. tamen filius non tenetur alere patrem de iure naturali, sed bene ratione naturali, quæ dicta, vt benefaciẽtibus bene faciamus, ita dicit Bart in d l. si quis a liberis § parens sed inquantum dixi, quod pater nõ tenetur subire onera filij, procedit in filio emancipato, vt in l. j. C. ne filius pro patre. idem dic de filio in potestate, nisi contraxerit iussu patris, vt ibi dicitur, & in l. r. ti. quod iussu. Quæ autem onera teneatur pater pro filio subire, no. Io. And. in Specu qui fil. sint legit. super Rubrica.

17 Sed quæro, an filius † teneatur alere patrem bãnitum, vel exulem. Angel. dicit quod sic, in Auth. de incest nup. in prin.

De patre autem hæretico, vel alio infideli, an filius teneatur ipsum alere, vel econuerso, & an debeat in alimentis ipsum præferre extraneo fideli, dic vt per glo. & Archidiac. & Ioan. de Fantu. 30. distin. cap. 2. 42. distin. quiescamus. & 81. distin. non satis.

In quarta parte glo. dic, quod sex sunt casus, de quibus nõ
18 tenetur pater † alere filium, quorum primi quatuor colliguntur ex glo.

Primus est, si filius reperitur minor triennio, quod tamen intellige, vt supra dixi.

Secundus casus est, si pater eget, & pater abundat.

Tertius est, si patrem accusauerit.

Quartus est, si filius est spurius. & hoc de iure ciuili, secus de iure canonico, vt infra dicitur in glo.

Quintus est, si filius commisit ingratitudinem contra patrem, vt C. de alen. liber. l. si patrem. j. respon. & de episc. & cler. auth si captiui. Causæ autem ingratitudinis numerantur per glo. in c. Quintauallis, de iureiuran & in §. aliud quoque capitulum, in Auth. vt cum de appell. cognos vnde dicit Abb. Sic. quod omnes causæ quæ sunt sufficientes ad exhæredationem, sunt etiam sufficientes ad denegandum alimẽta.

Sextus casus est, si filius habet artem, vel aliter vnde viuat, vt d. l. si quis a liberis § sed si filius. & §. alimenta. ff de lib. agn. hoc tamen vltimum limitat Barto. in tract. de alimentis, nisi filius sit nobilis, ita quod non deceat ipsum artem exercere,
19 tunc enim † pater tenetur alere filium egentem, & hoc sequitur Abb. Sic. hic.

In quinta parte glo. dic, quod glo. bene dicit, & non eget suppletione.

In sexta parte glo. dic, quod quando onus alimentandi spectat ad matrem, protestatio nihil prodest, ex quo de necessitate ipsa tenetur alere, vbi autem onus alimentandi spectat ad patrem, protestatio prodest matri ad hoc, vt possit expensas repetere, vt dicit glo. in l alimenta C. de neg gest.

Ex quo no quod protestatio declaratoria voluntatis nihil prodest in his, quæ ex voluntate nostra dependent, sed sunt decisa, & determinata per legem. & de hoc an protestatio prosit matri, dic vt per glo. & Bart in d. l. alimenta. C. de neg. gest. & in l. Nesennius. ff. eod ti & in dictis locis vide ad quem spectet onus alimentandi filium, an ad patrem, an ad matrẽ tangitur etiam per glo. & Doct. in c. 2. ẽ. de conuer. Infid. & in Spec. qui fil. sint legit.

In vltima parte glo. dic, quod de iure ciuili filij qui non sunt nati ex damnato coitu, non tamen legitimi debent ali, & succedunt patri in duabus vnciis ab intestato non extantibus filiis legitimis. de quo dic, vt in auth. licet. C. de nat. lib. nati au
20 tem † ex damnato coitu nullo modo succedere, nec etiã sunt alendi, vt in d. auth. licet. & in Auth. qui mod. na. effi. sui. § fi. De iure autem canonico sunt alendi, & istud ius canonicũ est seruandum etiam in foro iudiciali. & dicit But quod hoc est semper peccatum, ideo vbi est materia peccati, ius canonicum intromittit se de. . . . . vt in cap. nouit, de iudic. & in cap fin. de præscrip anima autem peccati est in hoc, quia pater, & mater propter instinctum naturæ tenetur alere filium, & ideo ius ciuile disponens contrarium, est contra naturalem instinctum naturæ; & per consequens non tenet ius ciuile, secundum But. qui etiam dicit quod ius canonicũ supplet defectum fori sæcularis, qui non audit in talibus, cum equum sit audire, ita dicit Abb. Sicu. nõ. bene, & tene menti istum tex cum gl iunctis his, quæ dicit But. & Abb. Sic. quod vbi ius ciuile fundatur in rigore, ius vero canonicum in equitate naturali, seu instinctu naturali, quod ius canonicum est seruandum etiam inter laicos, tanquã concernat materiam peccati. quod no pro his quæ habentur in cap. j. de oper. noui nunc. & hoc præsupposito. quod quis teneatur alimentare filium spurium etiam natum ex damnato coitu.

21 Quæro, an † pater possit legare aliquid filio pro alimen-
b tis? [b] dic vt per Bar. in l fin. ff. de his quib vt indig. & in auth. ex complexu. C de incest nupt. in quibus dicit Bart. quod pater potest legare vsque ad quantitatem sufficientem pro alimentis, potest etiam legare hoc modo, quod legatum sit filij spurij in vita sua pro alimentis, & quod post eius mortem legatum perueniat ad filios ipsius spurij, nam de iure potest legari filio filij spurij, etiam si non relinquatur pro alimentis, vt in l. fin. C. de nat. lib. vnde multo magis potest relinqui pro alimentis. Idem dicit Bart. de dote, quia pater poterit legare filiæ spuriæ pro dote sua eadem ratione, arg ff. solu matrim. l. 1 & ff de iure dotium. l cum post §. gener. intelligit tamen Bart nisi legatum excederet magnam qñtitatem, quia tunc præsumeretur fraus, vt in l. j. C de natura libert. & hoc sequitur Bald. in l j. C. de sacrosanct. eccles. & domi Cardin. in 3 quæst. dicens, hoc singulariter notandum, & idem sequi
c tur Abb Sic [c]

In ead glo in fi. no glo. quod etiam de iure canonico filij spurij non succedunt parentibus. & dum glo. alleg. c. cum inhibitio, de clandest. despon. dic, quod illud cap facit hoc modo, quia ibi dicitur, quod proles nata ex nuptiis non legitimè contractis censetur illegitima, vnde debet intelligi quo ad successionem. Et pro hoc facit, quia non corrigitur ius ciuile nisi quo ad alimenta, & quod spurius non succedat in hæreditate patris etiam de iure canonico; vide optimum
22 tex 32. quæst 4 dicat aliquis. † Tamen pro maiori declaratione distingue, & dic, aut quæris, an spurius succedat patri, an vero matri.

In primo casu dic, quod aut spurius non est natus ex coitu damnato, & tunc succedit ab intestato patri, non extantibus filiis legitimis, nec coniuge in duabus vnciis hæreditatis, vt in authen. licet. C. de natu liber de quo dic vt ibi, & in l. 1. eo. tit. & dicitur natus ex coitu non damnato, quando inter eos potest esse matrimonium, vt puta si nasceretur ex soluto, & soluta.

23 Nunquid † autem talis succedat ab intestato agnatis, vel cognatis patris. dic quod non, vt in l. fin. C. de natu. libe. & in l hac parte. & in l ll spurius §. vnde cognati. aut filius est natus ex damnato coitu, & tunc non succedat in hæreditate, nec etiam in alimentis de iure ciuili, vt in authenti. quibus modis natura. efficiuntur sui. §. finali, & in authentica licet. C. de natu. libe. de iure autem, nisi innitatur quo ad successionem, quia ille qui non est legitimus, non succedit, trigesima secunda quæstio septima, dicat aliquis. & in capit. tanta, qui filij sint legit. sed quo ad alimenta corrigitur ius ciuile, quia etiam natus ex damnato coitu est alimentãdus, vt hic. non obst. cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. in fi. quia ille tex loquitur secundum ius ciuile. Qui autem dicatur natus
24 † ex damnato coitu dic, quod vbicunq; parentes possunt accusari de adulterio, vel de stupro, vel de incestu, talis dicitur natus ex coitu damnato, vt dicit glo. in l. si qua illustris. C. ad

ADDITIONES.

a ¶ An filius teneatur soluere debita patris? Vide dom. Abb in c. 2. secundo not de delic. puer.

b ¶ An pater possit legare aliquid filio pro alimentis. Adde Bart. in l. vlt. §. si a socero. ff. de his quæ in frau. credit. & Io de Ana. in c. cum tu. 11. col. in fi. de vsuris.

c ¶ Vtrum spurius possit institui in re certa. Bald. consil. 380. versic. quartò quæritur. 3. vol. Quid si est dubium, vtrum sit naturalis, vel spurius, an possit institui. Bald. consil. versic. tertiò quæritur. An autem filio spurio possint aliqui ex consanguineis succedere. Ioan. de Ana. consil. 9. Item vtrum valeat statutum, quod spurius possit institui. Vide dom Abb. in c. in præsentia. 6. col. versic. no. tamen, de probat consil. . . . . fo. 68. 4. col.

C.ad Orphi.[1]& ibi latius per Bal.& per gl.in §.nouissime.Instit.ad Orphi & hoc quo ad patrem,quo ad matrem autem dic, ꝙ aut est illustris, & filius spurius, & succedit extantibus legitimis, vt in d.l.si qua illustris. C.ad Orphi aut non est illustris, & tunc aut filius non est natus ex coitu damnato, & tunc succedit matri simul cum filiis legitimis, vt in §. nouissime. Instit ad Orphi.& Instit.de succes.cogn. § vulgo.
25 & in d.l.si qua illustris.& si a matre esset † præteritus,vel exheredatus posset agere querela inofficiosi testamenti,vt in l.si suspecta.§.1 ff de inoff.testa. & sic si succedit matri,ita etiam succedit in bonis coniunctorum per lineam maternam, vt in l.hac parte.& in l.si spurius.& in l.Modestinus.ff.vnde cogna. sed dubium est, an spurius non natus ex damnato coitu succedat coniunctis per lineam maternam extantibus filiis legitimis, quando mater est illustris,dicit,quod admittitur ad successionem in bonis coniunctorum per lineam maternã extantibus legitimis simul cum ipsis legitimis, etiam si mater fuerit illustris,& mouetur per ll.superius alleg. Et hoc sequitur Cyn.[1]in d.l.si qua illustris, aut filius est natus ex damnato coitu,ita tali,qui de iure potest accusari,& tunc nõ succedit matri,nec coniunctis per lineam materna, vt in §.nouissime iuncta glo. Insti.ad Orphi. & bene facit l.hac parte. & l.si spurius.ff.vnde cogna. vbi sicut spurius succedit matri, succedit etiam coniunctis ex latere materno. sicut ergo vbi excluditur a successione matris, excluditur etiam a successione coniunctorum per lineam maternam & ad hoc bene facit l.fi. C.de nat.libe. vbi quando filius repellit̃ a successione patris, repellitur etiam a successione coniunctorum per patrem,& ꝙ idem sit in matre,sentit Cyn.post Odofr. in d l.fi. nam sentiunt,ꝙ sicut ex damnato coitu nõ succedit matri, ita etiam non succedit auiæ, vel aliis cognatis per matrem. & circa hoc vide Cyn in d.l fi.in vlt.q.

Et ex hoc infertur,ꝙ natus ex presbytero non succedit patri,nec matri,nec cognatis patris, vel matris, quia iste coitus est damnatus,& hoc dixit glo.in auth.quib.mod.nat.effi sui. §.fi.& in d.§.nouissime.Inst.ad Orph.& per hoc dicit hic do. Card.se consuluisse,ꝙ filia sacerdotis non succedat etiã matri, cum iste coitus sit damnatus. & dic, ꝙ sicut non succedit, ita etiam non valet donatio inter viuos facta tali spurio per patrem,vel matrem, sed bene valeret, si fieret ab alio,vt in d.§.fi.in auth.quib.mod.nat.effic.sui.quam glo.dom.Cardin.dicit esse singularem,quam glo.intellige, nisi donaretur
a pro alimentis,vt supra dixi in vltima parte glo.[a]

Sed dubium est,an sicut spurius non succedit patri,vel matri, quando natus est ex damnato coitu, ita etiam ecõuerso
26 non succedit sibi i.si spurius decedit,†an pater, & mater excludatur ab eius successione.Azo.dixit ꝙ sic,in summa,de legitimis hæredibus,in fi.& idem dixit Bart.in l.fi. ff.de his quibus vt indig.& in l.si quis sub conditione.ff.de test.tut.& pro hoc est bo.tex in auth qui mo.nat.effic.sui.§ filium. vbi tex. ponit ius succedendi correlatiuum,videlicet ꝙ qui non succedit alteri, nec ille alter sibi succedat. & dicit ille tex. quod legitimatus per oblationem curiæ, solum est legitimus quo ad patrem,non autem quo ad coniunctos per lineam pater
27 nam,& facit ille tex regulã,ꝙ sicut ipse non succedit † agnatis,vel cognatis patris, ita ipsi non succedunt sibi, & sic vis succedendi est correlatiuum, vt sicut quis excluditur a successione alterius.ita ille alter intelligit̃ exclusus a successione sua. & pro hoc anno præterito consului in tali casu. Quædam mulier habens filiũ legitimum ex marito mortuo,fornicata fuit cum quodam presbytero, ex quo genuit filium filius legitimus decessit relictis filiis, similiter legitimus spurius decessit relicto vno filio natus ex legitimo matrimonio, & sic legitimo, qui deinde decessit ab intestato absque filiis. consului, ꝙ filii nati ex legitimo filio non succedãt ab instituto filio nato ex spurio, quia cum coitus sit damnatus ex neutro latere,cadit successio ab intestato per supradicta.

Præterea cum filius non possit ostendere matrem,nec mater filium, per consequens non potest ostendere coniunctis per matrem, nec econuerso, quia deficiente stipite omnia corruunt. & circa hoc vide no per Cyn.& Doct. in l fi. C.de nat.libe.& ita consuluerunt, quasi oẽs Doct.legentes huius.

Ex prædictis deciditur, ꝙ aliquis cognouit carnaliter con
28 sanguineam sponsæ de futuro † contra publicam honestatem,de qua in c.j.de spon.in 6.& in c iuuenis.& in ca.ad audientiam.& in cap.sponsam.s̃.de spon.an filius natus ex tali coitu succedat.But.in c deficiente,qui fi.sint legi.dicit,quod talis non succedit nec patri, nec matri, & ibi latius dicam, quam ad hoc.

Secundo quæro, quid si mulier per vim fuerit stuprata, an
29 †filius ei succedat. Bal.in d.l.si qua illustris C.ad Orph.dicit, quod cum mater non possit accusari de stupro,talis filius ei succedet Instit de success.cogn.§.vulgo.nã quæ vim passa est, non notatur infamia,vt ff.de postul.l.j § remouet.

Tertio deciditur,pone quod statuto limitatur tẽpus accusandi coitum illicitũ,ꝙ tp̃s est elapsum, & sic nõ potest amplius accusari de tali coitu,an filius natus ex tali coitu succedat.dom.Cardin in vlt.q.dicit,ꝙ non,quia ponderatur complexus,& sic initium,vt in auth quib.mod.nat.effic.sui.§ fin. & in auth.ex complexu. C.de incest.nupt.nam macula contracta in filiis ex tali coitu non abstergitur, dato quod desinat potestas accusandi.
30 Vltimo quæro, quot sint genera filiorum natorum † ex coitu illicito.dic vt per glo.& Doc.in c.nisi.§.personæ quoq; regularitas.& in c.tanta,qui fil.sint legi.vbi etiam de ista materia.& illud no. ꝙ licet parentes non possint instituere spu
31 rios, †extraneos tñ potest,quia nõ prohibentur nisi parentes, vt dicit glo.in auth.quib.mod.nat effi.sui.§ fi. & probatur in l.fi. C.de nat.lib.& ista sufficiãt,quę tene mẽti, qa sunt vtilia.

ADDITIO.

a ¶ An parentes succedant filio spurio? Vide consil.Calder.95.Ang.Instit.de Tertulliano.§.præferuntur.vlt.col.versic.sciendum tamen est,in prin.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum cum ea, quam quis viuente vxore cognouit, valet.*
2 *Coniugatus persistens in adulterio, potest excommunicari, nisi ad vxorem redeat.*
3 *Excommunicatus potest contrahere matrimonium.*
4 *Professio facta per excommunicatum valet.*
5 *Machinatio alterius coniugum dirimit matrimoniũ adulterio contractũ.*
6 *Matrimonium potest contrahi cum adulterio polluta, vbi non interuenerit nec fides, nec machinatio respectu præcedentis matrimonij.*
7 *Absolutio ab excommunicatione debet fieri secũdum formam ecclesiæ.*
8 *Machinatio quæ non est sortita effectum, an matrimonium impediat.*
9 *Fides præstita sine iuramento viuente prima vxore, an impediat matrimonium.*
10 *Diaconi officium est referre episcopo eos, quos videt vicinos præcipitio, vt ab eo corrigantur.*
11 *Excommunicatus an possit absolui inuitus.*
12 *Absolui an debeat inuitus ab excommunicatione.*
13 *Excommunicatus an possit compelli ad petendam absolutionem.*

CAP. VI.

Significasti. Si quis mortua vxore ↄhit cũ ea,quam viuẽte vxore sua co
1 gnouit, valet † matrimonium, dummodo in mortem defuncti neuter fuerit machinatus.h.d. Communis diuisio.secunda ibi,taliter respondemus.
2 Primo no.ꝙ†coniugatus persistens in adulterio,& nõ desistens,potest excommunicari nisi ad vxorem redeat:nã sub illa dictione infra,de qua in tex.decidit verum intellectum, quod ille fuit excommunicatus, quia adhærebat meretrici. & sic habes casum,in quo iudex ecclesiasticus exercet iurisdictionem contra laicum,dixi s̃.eo.cum haberet.
3 Secundo no.ꝙ†matrimonium ↄctũ ab excõicato valet, nam tpe ↄctus matrimonij ẽm verum,& cõem intellectum, iste erat excõicatus,& hoc tene mẽtem,q̃a quotidie ad hoc allegatur iste tex. & probatur in c.decreuit.de hęret in 6.vbi patet,ꝙ matrimoniũ ↄctum ab hæretico valet,& tñ hæreticus ipso iure est excõicatus,vt in c.excõicamus. ĩ.de hæret sed ↄ hoc facit, quia excõicatus est separatus a sacris ecclesiæ. 93. dist.illud. & ibi dr̃, ꝙ cui vnum genus sacri interdicitur alia sacra etiam vñr prohibita.Sol.vt dicit glo.in d.c illud.in glo. quæ incipit,argm̃ ꝙ, quæ dicit,ꝙ cui denegatur vnũ sacrm, denegantur oĩa eiusdem gñis cũ aliis sacris,vt est,Pęnitẽtia, Eucaristia,Baptismus,Confirmatio,Extrema vnctio,q̃ denegant̃ excõicato,nã matrimoniũ est ↄctus,sed excõicatus põt ↄhere,vt no.in c.si vero,de sen.excõ.& in c.veritatis.s̃.de do. & cõtu.& de hoc ẽt in Spec.de spon.§.j.vers.sed nunquid.& per Arch.in d.c illud.28.q.2.nõ oportet,de hęret.c.decreuit. in 6.& per Laud in clem.j.de priui.in prin.vbi se remittit do. Card.hic ad illud,ꝙ ibi dicit in 13.q.1.& dicit hic in 2.opp. ꝙ matrimoniũ nõ est eiusdẽ gñis cũ aliis sacris,nã q̃a nõ fit sub hoc gñe sacrorũ,sed q̃a matrimoniũ est ẽt aliud,q̃ sacrm,cũ matrimoniũ sit ↄctus,vt dixi. ¶Et ex p̃dictis infertur,ꝙ si ex
4 cõicatus†facit ꝓfessionẽ,valet professio,& obligatur illi religioni, q̃ profitetur, & sic imprimitur caracter.& idem dicas in ordine.de quo dic,vt in c.cum illorum,de sent.excõ. in 6.
5 Tertio no.ꝙ machinatio† alterius coniugum dirimit matrimonium,qñ est adulterio coniuncta.Et aduerte,quia tex. loquitur indistincte,& sic habet locum,etiam si alter machinetur mortem vxoris simpliciter, etiam si non machinetur animo ↄhendi matrimonium cum concubina.& hoc tenet

hic

hic Host. Inno. Io. And & Doct. & Abb. Sic. de quo dixi in c. super hoc s. eo. secus si machinatio non esset coniuncta adulterio, vt plene dixi in c. j. s. eod.

Quarto no. q̃ qui potest ducere illam in vxorem, quam
6 polluit† adulterio, dūmodo nō interueniat fides, aut machinatio in mortem coniugis, & sic solum adulterium alio nō interueniente non impedit, quo minus adulter mortua vxore possit ɔ̄here matrimonium cum adultera post mortem vxoris & hoc est de iure canonico, secus de iure ciuili, quia adulter nō potest ɔ̄here matrimonium cum adultera mortua vxore, etiam si aliud non interueniat, quam adulterium, vt est casus singul. in l. Claudius. ff. de his quib. vt indig. sed do. Card. in j not. dicit, & bene, q̃ in hoc est standum iuri canonico, ad quod spectat disponere super matrimonijs, vt in c. pen. & fi. de secun. nup. & dixi in c. j. supra despon.
7 No. vltimo, q̃ † absolutio ab excommunicatione debet fieri sm formam ecclesiæ, de qua de sent excom. a nobis, el a. & colligit hic Iono. q̃ etiam si quis iniuste est excommunicatus, nihilominus debet absolui sm formā ecclesiæ. sed Host. & melius dicit, q̃ hoc non colligitur hic, nam iste iuste fuit excommunicatus, nam fuit excommunicatus pp adult. Itē dictum Inno. non est verum in se, quia iniuste excommunicatus absolui sine difficultate, quia nec satisfacit, nec cauet, de sent. excom. sacro. §. j. absolutio tñ requiritur, si excōmunicatio tenet, & seruanda est forma, de qua de sent. excō. cum desideres & forte de hac forma sensit Innoc. sed tamen intellectus eius quocunq; modo acceptatur, nullo modo ɔ̄uenit literæ, quia vt patet in litera, fuit iste iuste excommunicatus, sed pro declaratione literæ.

Quæro de aliquibus. Et primo, quid si vir est machinatus
8 in mortem vxoris, tñ ex † machinatione non surrexit mors, sed alio casu mortua est vxor in qua vir machinatus est mortem, an habebit locum impedimentum. Gasp. Cald. dicit q̃ non, quia tunc potest dici, machinationem non habuisse effectum, & qñ machinatio non habuit effectum, nō impeditur pp ipsum matrimonium cum adultera, vt plene dixi cum gl. in c super hoc s. eo sed do. la. de Zoch. hoc intelligit & bene, nisi machinatio dedisset directe causam morti argu eorum, quæ no. in c fi. de iniur. & in l nihil interest. ff. ad l. Corn de sicar. & 50 dist. studeo. & no glo in c. de cætero. de homic.
9 Secūdo quæro, quid si ded it fidem sine iure, an talis datio fidei impediat matrimoniū. Vin d. c. ir q̃ sic, per c. iuſ. 2 a. q. 5. idē tenet Spe. eo. ti. versi quid si nec. & idē sequuntur Doc. hic.

Tertio quæro, quid si ille qui dedit fidem, dicit, q̃ licet dederit fidem, non tñ habuit animum eam ducendi. Io de Deo lib. 10 quæstionum q 8 dicit, q̃ nō creditur sibi. Item hoc casu canon ponderat non animum, sed actū, vt hic, & s̄ c proxi. & s̄. e fi. & hoc tenet Io. An. Card. But. & cōmuniter Doct.

Glo. prima ponit verum intellectum cinquantum loquitur de excommunicatione. & de hoc dixi s̄ in j not.

Glo. tertia bene dicit, vidistis in cap. j supra eod.

Glo. fi. potest diuidi in tres partes.

In prima opponit.

In secunda, antequam soluat, implicat aliud contrarium.

In tertia soluit duobus modis. secunda ibi, sed qualiter tertia ibi, alij dicunt.

In prima parte ibi 27. q. 1. prædicandū dic, q̃ ibi dī, q̃ periuros compellit confiteri, & agere pnīam de periurio. Item
10 ibi. 93. dist. diacon. ibi dī, q̃ officium† diaconi est referre epo eos, quos videt vicinos præcipitio, vt ab epo corrigantur.

In secunda parte gl. dicit, q̃ istud ɔ̄rium destruit primum ɔ̄rium, tendit, q̃ nullo modo sint compellendi, quia ecclesia non debet se impedire de his quę foris sunt & sic dicit totum contrarium illius, quod dicitur in primo contrario.

In tertia parte glo. hæc glo ponit duas sol. & vltima est vera. & de ista mā dic, vt plene in c. excōcato, de rescrip. & p lo. An post B. Iñ in c j de sent exc dic bī ɔ̄siderando tres casus.

Primus est, an inuitus possit absolui.

Secundus, an debeat.

Tertius, an excommunicatus possit compelli ad petendum absolutionem.
11 Circa primum dic, q̃ a culpa, pro qua fuit† excommunicatus, non potest absolui nullus, vt in c. legatur 24. q. 2. nā sicut volunt. præced. ɔ̄xit culpam, ita volūtate præcedente absoluitur a culpa, & aliaa non potest absolui quia, nisi ipsum pœniteat, & velit corrigi, vt d c. legatur. ab excommunicatione vero bene potest absolui inuitus, quia excommunicatio est pœna, & sicut inuitus excommunicatur, ita inuitus potest absolui, remanet tñ culpa, vt dixi. & hoc tenet Io. And. post beatum Thomam in d. c. j. de sent. excom. in 6. & Doct. hic. & in d c. ab excommnnicato, de rescrip.
12 Quo ad secundum, an inuitus debeat† absolui, dic q̃ licet possit absolui, tñ non debet absolui inuitus ab excommunicatione nisi petat, fallit in duobus casibus.

Primus est, qñ excommunicatio est iniusta, nam iudex debet reuocare errorem, vt in c. sacro, de sent excom. & sic hoc casu inuitus excommunicatus potest absolui.

Secundus est, qñ excommunicatus efficeretur deterior, vel qñ nulla esset spes correctionis, nam cum excommunicatio sit medicina, vt in c. j. de sent. excō in 6. non debet durare, nisi quatenus durat malitia. & sic in istis duobus casibus, licet potest absolui inuitus ab excommunicatione. Extra duos istos casus, licet valeat absolui, tñ iudex nō absoluit sine causa excommunicatum non petentem absolut. ab excommunicatione male facit & hoc posset puniri.
13 Quo ad tertium casum principalem dic, q̃ † excōmunicatus potest compelli saltem indirecte ad petendam absolutionem. ab excōmunicatione, vt dicit glo. illa in fine sui. & dicit Hos. q̃ si expedit, inuocabitur brachium sæculare, & per illud poterit compelli ad satisfaciendum pro causa. pro qua fuit excommunicatus, vt in c. 2. per temporalem, de maled.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium licite contrahitur cum eo, qui viuente uxore promiserat, dummodo nouus sequatur consensus.*
2 *Capitulum potest cognoscere de causa matrimoniali.*
3 *Consensus viuente prima uxore præstitus, non inducit post mortem uxoris matrimonium.*
4 *Matrimonium quod ab initio non valuit reconualescere per consensum tacitum.*
5 *Consensus expressus & tacitus regulariter operantur.*
6 *Bonum & non malum in dubio præsumi debet.*
7 *Mulier quando dicatur inscia primæ uxoris in contrahēdo matrimonium.*
8 *Credere quando quis teneatur referenti.*
9 *Vxore prima petente virum, quem secunda, quæ bona fide contraxit, defendit, quid iuris quæritur.*
10 *Viro confitenti, seu reuelanti inter duas uxores, unam esse legitimam, an quæ repellitur, tenetur credere.*
11 *Dubio in casu illud tenendum est, quod tutius est respectu animæ.*

CAP. VII.

VEniens. Si quis viuente prima cōiuge, secundam inscium huius rei duxit vxorē
1 † mortua prima licite remanet cum secunda nouo consensu interueniēte. h. d. & ponit casum, quem secundo decidendum committit secunda ibi, licet autem.

No. primo, iuncta suprascriptione, quę dirigitur c. Messa-
2 ne, q̃ † cap cognoscit de causa matrimoniali & hæc est ratio, sm dom. Card. quia sedes vacabat, & sede vacante cap. succedit in iurisdictione episcopi, de maior & obed cum olim.
4 No. secundo, q̃ ibi de nouo potuit consentire, † q̃ consensus præstitus secundę, viuente prima non inducit matrimonium quo ad consecutionem, licet prima post modum moriatur, & sic non cōualescit secundum matrimonium extincto primo, nisi nouus consensus interueniat, vnde ille tex. optime probat opin. glo in c j. s. eod.
4 No. vltimo, q̃ † matrimon. ū, q̃ ab initio non valuit, potest conualescere extincto primo matrimonio ex tacito ɔ̄sensu, ex quo. n. scienter post mortem primæ coniugis simul cohabitant, confirmatur sm matrimoniū, vt hic dixi, & in c j. s. e. ex quo no q̃ actus nullus, nedū efficitur validus cōsensu ex-
5 presso, sed et ex tacito, quia † consensus expressus, & tacitus sēt equiparantur, vt in l. cum quid si ff. cer. pet facit c. j de despon. impub in 6. & c. ad id q̃ s̄ de spon & per glo in c fi. ī de coniug. ser. Sed opp. ɔ̄ tex in eo, q̃ dicit, q̃ iste mortua prima vxore cohabitauit secundę tanquam legitimę vxori. no enim potuit esse vxor legitima ex primo cōsensu, sed nisi ex nouo, vt hic probatur. Inno soluit dicens, q̃ interuenit copula cum secunda, siue secunda ignoret de prima, siue nō, ratificantur sponsalia, q̃ sed quia iste recessit a secūda, timore peccati psumitur. q̃ cū postea redit ad eā, voluit sine peccato ei cohabitare, q̃ si dicere Inn. quia secunda vxor potuit comprehendere q̃ vir timore peccati ab ea recessit, ex quo per suum confessorem ad illud fuerat impulsus, vnde debuit credere. q̃ cessaret causa peccati, postq̃ vir ad eam postea reuersus fuit, q̃ a
6 in dubio dēt psumi† bonū, & nō malum, vt in c. a de reg iur. & But. vī sequi opi. Inn. sed Host. tenet ɔ̄rium, & dicit, q̃ tūc demum ratificatur matrimonium, cū mulier certificata de morte primæ cōsensit in copulam, & hoc est verius sm do. Card. io j opp mihi magis placet opi. Inn. intelligēdo, vt s̄ dixi, q̃ secūda mulier sciuerit, q̃ ab ea recesserit, eo q̃ a suus cōfessor ipsum ad illud astrinxerat pp peccatum euitādum, & ideo cum reuertitur, & cum ea habitat, putare debet, q̃ cessat causa peccandi, & sic videtur certificata saltem in genere.

Sed quæro de aliquib.& primo in eo, quod dicitur, quod
7 secunda mulier † fuit inscia.quando dicatur inscia.ª Hostiē.
a dicit, quod illa,quæ nihil scit, dicitur inscia.de rescrip. cum
contingat. secus si aliquo modo audiuisset, vel per famam,
vel per vnum testem. de sponsa. præterea,|el secondo. tunc
enim; debet mittere ad eum, |de quo militauerat maritus,
despon.in præsentia & ille sub quo militauit, hoc casu dici
tur episcopus . . . . siue eius literis iste nō debuit
matrimonium contrahere,& optat Hostiē.quod super hoc
fieret constitutio,quod matrimoniū sine talibus literis con
tractum non valeat. Dicit tamē,quod contrarium seruatur,
& quod valet matrimonium,quādiu hoc seruatur, & quod
ipse non potest dicere contra matrimonia legitime contra-
cta. Dicit tamen, quod qui allegat scientiam eam probare
debet.ff.de probat.l.verius.& in regula,præsumitur.in 6. Itē
non præsumitur velle peccare,cum quilibet præsumatur bo
nus,vt in cap. 1.de scrutinio.& in c.fi.de presump.cum si.
Sed quantum ad quæstionem præmissam ;dom.Cardin.in
prima quæst.dicit,quod mulier excusatur, si non fuit certifi-
cata de prima, non enim tenetur credere cuilibet leui insi-
nuationi vt in ca inquisitioni, de sent excomm |& quando
8 teneatur quis † credere referenti, dic vt per glo.& Docto.in
cap.cum contingat,in glo. 1 supra de rescrip.
Secundo quæro,quid si secunda contraxit matrimonium
9 bona fide, † & prima petit virum,sed secunda illum defen-
dit.dicit Hostiē,quod quicquid sit de iudicio animæ quo ad
forum contentiosum secunda excusatur, quamdiu est du-
bium,vt in cap.laudabilem,vt lite penden.de frigid fraterni-
tatis. vel donec fuerit plene certificata per literas ordinarij,
vel per probationes legitime factas,argu.de resc.cū contin-
gat, de cohabit cleric. & mulier.vestra. sed postquam habe-
bit conscientiam super hoc caueat, alias in perpetuum non
poterit esse vxor,infra eo.super hoc,& ipse vir qui habet cō-
scientiam primi matrimonij non debet exigere,aut reddere
debitum, sed potius debet excommunicationem pati, vt in
c literas.de restit.spoliat.& in cap.inquisitioni,de senten.ex-
communicatio.
10 Tertio quæro, quid si vir † reuelat secundæ, quod habet
primam, & in iudicio confitetur,quod prima est legitima v-
xor. Host.dicit. quod secunda non tenetur ei credere, de eo
qui cogno.consang vxo.suæ, super eo. Sed quid si vir confi-
tetur sacerdoti, & super hoc per sacerdotem facit monere
vxorem secundam. dicit Hostien.quod adhuc secunda non
tenetur credere, nam talia possent in fraudem procurari,vn
de ipsa poterit nō obstante hoc debitum exigere, vir autem
si veritatem dicit,non exigat,nec reddat debitum,sed potius
excommunicationem sustineat,de senten excomm. inqui
sitioni.sed quantum ad secundam vxorem ad hoc, vt teneа-
tur credere debet fieri fides in iudicio, vel alio modo,ita qđ
ipse certificetur.de secund.nupt dominus. Dicit autem Ho-
stien.quod quo ad præmissas quæst. consulendum est mulie
ri, quod in dubio ex quo audit probabiliter de prima absti-
11 neat ab exigendo debitum, quia † in dubiis tenendum est il
lud,quod tutius est respectu animæ.cap iuuenis.de sponsa.de
homic ad audientiam. quādo secundum matrimonium fuit
contractum in facie ecclesiæ, secus si sit clandestine contra
ctum,nec per ecclesiam postea approbatur,quia quam cito
audit,inde aliquid, dēt a carnalibus amplexibus abstinere,
qui nimi legi perlatum,de clandest.despon.cum inhibitio.
§.si quis vero & dicit But.quod secundum hoc est intelligen
dum,quod no.Hostien in summa,eod.tit.& de hoc etiam su
pra vt lite pen laudabilem glo.bene dicunt, & sunt notabiles,
& declaratæ fuerunt in cap.j.supra eod.

ADDITIO.

a ¶ Quando mulier dicatur inscia. Quomodo probetur mors absentis. Vi-
de Alex.Imo.consil.4.4.colum.versic.plus dicit. secundo volum. Quan-
do autem quis dicatur certioratus. Vide gl.in c.cum contingat,in prin.
de rescrip.& ibi apostillam meam.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahi potest cum ea licite, cui licet viuente prima con-*
sensus præstitus fuerit, non tamen carnaliter fuit cognita.
2 *Fidei datio viuente prima vxore, non creat impedimentum matrimo-*
nij.
3 *Fidem dare de matrimonio contrahendo viuente prima vxore, est gra-*
ue peccatum.
4 *Promissio beneficij vacaturi non valet.*
5 *Ecclesia imponit pænitentiam non pænitenti.*
6 *Contractus matrimonij de substantia requirit cum datione fidei copu-*
lam, ita vt alterum non sufficiat.
7 *Peccatum sola cogitatione perficitur.*
8 *Fides data mulieri viuente vxore prima, an impediat matrimonium post*
mortem primæ cum alia postea contractum, data quod pendente secun-
do matrimonio illam secundam, cui fidem dederit, cognouerit.
9 *Conatus cognoscendi eam, cui fidem viuente prima vxore dedit, an sit im*
pedimento matrimonio prima mortua.
10 *Fidei datio cum copula, an semper impediat matrimonium de facto con-*
tractum cum copula, & quæ requirantur ad impediendum.
11 *Adulterium commissum inter coniuges, an credendum, si ipsi coniuges*
dicant, seu fateantur.
12 *Matrimonij separatio qualiter fieri debeat, si constat de impedimento de*
adulterio, & fidei datione viuente prima vxore.

CAP. VIII.

SI quis. Contrahens cum secunda viuēte pri-
ma,quā tñ non cognouit,nec ante ꝯ-
1 ctum.nec post mortua prima ꝯhere † potest cum
secunda h.d duo sunt membra. ſm ibi,cæterum.
2 Nota primo,ꝙ solus ꝯctus matrimonij,vel datio † fidei de
ꝯhendo cum secunda viuente prima,non creat impedimen
tum matrimonij,sed ita demū si sequatur copula,& sic hoc
impedimentum causatur ex adulterio iuncta ratione fidei,
vel ꝯctu matrimonij,& per hoc habes qualiter debent intel
ligi omnia iura,quæ dñt,ꝙ nullus ducat in vxorem eam,cui
fidē dedit, vel cū qua ꝯxit matrimoniū viuēte prima vxore.
3 Secundo no ꝙ est graue peccatum † dare fidem de matri-
monio ꝯhendo,vel ꝯhere matrimonium prima vxore viuē-
te,& ꝙ sit graue peccatum. patet quia tales sunt infames,vt
in l.fi.ff.de his qui no.infa & ratio est,quia talis promissio,vel
ꝯctus matrimonij inducit votum captandæ mortis,vnde si-
4 cut non valet † promissio beneficij vacaturi,vt in c.2.de con-
cess.preb. ita nec promissio futuri matrimonij cardinalis stā
te primo,& de promissione beneficij vacaturi,dic vt in c.de
testanda.vbi bona glo de concess præben.in 6.
Tertio no.ꝙ ex adulterio surgit hoc impedimentum,siue
adulterium præcedat, siue sequatur datio fidei, vel contra-
ctus secundi matrimonij.
5 Quarto no ꝙ † ecclesia imponit pœnitentiam non pœnitē-
ti,& forte non ꝯcta,ſm Gasp.Cald ꝯ illud,ꝙ hr̄ 24.q.2.lega
tur.& in c.significasti,in glo.fi.s.eo.& j.de rapt.c.2.& in regu
la,peccatum.de reg iu. in 6.dic ſm Gasp.Cal.ꝙ hic loquitur
de pœnitentia fori iudicialis, ꝯria loquuntur de pœnitentia
fori pœnitentialis.facit c.sicut nobis,de iureiur. & c.cum qui
dam.& c.sicut vestris,eod.tit.
Nota vltimo, quod ecclesia non debet male coniunctos
tolerare,immo ex officio separare,de clan.despon.c.fi.
In glo.potest diuidi in tres partes.
In prima colligit notabile ex tex. & dicit, quod per istum
tex.limitantur alia iura.
In secunda quærunt argu.ex tex.& arguit contra illud, &
non soluit.
In tertia parte extēdit dicta per ipsum ad machinationē.
secunda ibi,& ita est argumentum.tertia ibi, & idē intellige.
Primam partem glo.declaraui in tex.in j.notab.
In secunda parte glo.dic ſm Bu.& Abb.Sic.ꝙ non sufficit
voluntas, vbi effectus,sicut consideratur pro causa,sicut hic
copula,nam duo requiruntur ad actus substantiam. s.ꝯctus
6 † matrimonij,vel datio fidei,& copula,ideo alterum nō suffi
cit,vt in c ex parte.s.de rescrip.& dicit Abb.Sic.ꝙ potuit esse
ratio,quia vbi matrimonium non est consummatū,non sic
inducuntur ad machinandum mortem alterius,sicut qñ ma
trimonium est machinatum cum secunda.& ex hoc tex.pa-
ter damnatam opin.Vgut. qui dixit,|ꝙ sola datio fidei absq;
alio adulterio creabat hoc impedimentum quasi de re non
vacante factum,de concess.præben.c.1.& 2.sed ista opin.re-
probatur per istum tex.& ad iura alleg per Vgu.dic,ꝙ loquū
tur in matrimonio spirituali,ꝙ in pluribus differt a matrimo
nio carnali,vt dixi in c.tua.s.de spon.
In ead glo.ibi,arg.ꝯ.32.q 5 qui viderit.dic, ꝙ illud c.loqui
7 tur quo ad Deum,quia quātū ad ipsum † peccatum sola cogi
tatione perficitur,& ad c.nuper.de biga cum aliis iuribus al-
leg.in gl. longum esset declarare, quam despiciatur conatus
in effectu, vel qñ requiratur effectus.sed dic, vt plene hr̄ per
Doc.in c.4 de eo qui mit.in poss.cau.rei ser.& per glo.& Bar.
in l.qui ea mente.ff.de fur.& per Cy.in l.si quis non dicam ra
pere.C.de episc.& cler.quo ad tertiam partem glo.dic, vt di
xi in c.super hoc,& in c 1.& in c.significasti.s.eod.
Extra glo.quæro de aliquibus pro declaratione tex.
Et primo,si quis viuente prima coniuge,ꝯxit cum secūda,
vel ei dedit fidem de ꝯhendo,deinde mortua prima ꝯxit ma
trimonium cum alia muliere,& pendente secūdo matrimo
nio cognouit illa:cui dedit fidem,vel cum qua ꝯxerit viuen-
te prima. Nunquid mortua secunda vxore poterit illam hr̄e
in

in vxorem Io. And. vſ dicere, ꝙ non, quia verum eſt, ꝙ ſtante matrimonio legitimo, dedit ei fidem, & eam cognouit, vnde matrimonium ſecundum non habet remouere impedimentum. facit 8 q. 1. in ſcripturis. & l. ſingularia ff. ſi cer. pet. cum multis aliis ſimilib. alleg. per Io. An. quæ iura vñr velle, quod illud quod ſtatuitur in duabus perſonis habent locũ in eadem perſona, ſi plura iura concurrant in ea. & idẽ econuerſo, & ſic ſicut nõ poteſt eam ducere in vxorem ſi cognouiſſet eam viuente prima: ita idem eſt dicendum ſi viuente ſecunda eam cognouit. ponit etiam Ioan. exemplum in muliere quæ viuente primo marito dedit alteri fidem, & mortuo primo, cum alio contraxit, & pendente hoc ſecũdo matrimonio fuit cognita ab illo, cui dedit fidem, nam non poterit ſecundum eum illum habere in maritum mortuo ſecundo marito, & remittit ad nota. per ſe in mercu in reg. ſine culpa, in 6. in prima parte quæſtionis in ſecũdo articulo. vbi dicit, quod ſi quis habuit filium ex concubina, & poſt ea contraxit matrimonium cum alia qua qui mortua contraxit matrimonium cum concubina legitimantur filius prius ſuſceptus ex concubina, & ſic matrimonium, quod contraxit cum alia habet pro non exiſtente. & ſic videtur quod ẽt in caſu iſto, licet interceſſerit aliud matrimonium nõ tamẽ ceſſet prohibitio, de qua hic Gaſp. Cald. tenet contrarium. dicens, quod per ſecundum matrimonium, videtur recedi a datione fidei, vel a matrimonio contracto inuenta prima vxore vel primo marito, & ſic adulterium cum ipſo, vel cũ ipſa reperitur ſolum, id eſt ſine datione fidei, vel matrimonii & ſic non ſufficit ad dirimendum matrimonium, vt ſupra eo ſignificaſti. Item quia ſufficit, quod non reperitur expreſſum, quod ex hoc dirimatur matrimoniũ hoc caſu ad hoc de ſpon. cum apud. dom. Cardi. in quarta quæſtione dicit, ꝙ quæſtio eſt dubia, & quod ſi caſus accideret conſulendus eſſet Papa. dicit tamen, quod opin. Ioan. Andr. videtur ſibi verior ex quo concurrunt duo, ſ. adulterium, & fidei datio, & id autem, quod dicit Gaſp. ꝙ contrahendo cum alia videtur receſſum a datione fidei, vel a matrimonio de facto contracto reſpondet quod attenditur fidei datio, vel matrimonium quatenus de facto proceduñt: conſtat enim, quod ex quo tẽpore quo contraxit, vel fidem dedit habebat aliam vxorem vnde illa fidei datio, vel matrimonium de iure, non tenuerunt, habentur tamen pro validis, quo ad dirimendum matrimonium cum adultera, vel adultero, & hoc in odium adulterorum ſimul cõtrahentium. & dicit, quod per hoc ſoluitur alia ratio Gaſp. dum dicit, quod hoc non reperitur expreſſum: nam ex quo concurrit fidei datio, & adulterium ſatis reperitur expreſſum. idem videtur tenere Butr. qui dicit, quod idem tenet Spec. eodem ti. ad fi. ſed Ab. Sic. tenet opi. Gaſp. & mouetur per rationes Gaſp. addens, quod iura induxerunt hoc impedimentum ne propter ſpem inducatur machinatio in mortem alterius. quæ ratio ceſſat, ex quo mortua prima uoluit contrahere cum illa, cui fidem dederat, & iſta opi. mihi placet, quia matrimonium non eſt dirimendũ niſi in caſibus a iure ſpecialiter expreſſis, vt in ca. cum apud, de ſpon. Iſte autem caſus non reperitur expreſſus, quia iura impedientia matrimonia loquuntur, quando quis dedit fidem, vel contraxit matrimonium viuente coniuge, & eandẽ cognouit vxore eadem viuente, & dic hic eſt caſus in iſto c. nam requirit, quod vxore viuente detur fides, vel contrahatur matrimonium de facto, vel quod cognoſcatur carnaliter eadem vxore viuente. vnde non debet fieri extẽſio ſi cognoſceret mortua vxore poſt contractum aliud matrimonium, quia matrimonium non eſt prohibendum, niſi quando reperitur expreſſum. Et puto, quod ſi caſus accideret non eſſet conſulendus Papa, ſed quod pro matrimonio iudicandũ eſſet. pro hoc allego no. doctrinam Hoſt. in capi. ij. de cogna. ſpi. quem ibi ſequuntur Doctor. nam Hoſt. ibi dat regulam, quod Doct. vbi Docto. & magiſtri per ſuas gl. matrimonium ſeparant, nec aſſignant caſum in iure expreſſum ſi reperitur vnus Doctor, vel magiſter matrimonium ſuſtinens illa opi. eſt tenenda in iudicando. Et iſte eſt caſus in quo opi. ſingularis vnius Doctoris præfertur communi opin. latius dicam in d. c. a. de cog. ſpir.

Secundo quæro, quid ſi is qui dedit fidem ſecunda viuen-
9 te prima, non cognouit eam, ſed conatus† fuit eam cognoſcere, prima viuente. dicit Vinc. hoc non ſufficere, alleg. de ſpon. c. fin. 35. q. 3. extraordinaria, & l. j. in fi. ff. quod quiſque iure. Dicit etiam Vin. quod licet iſte fuiſſet nudus cum nuda ſi tamen non cognouit eam, hoc non ſufficit Hoſt. autem tenet contrarium, & ad capi. fi. de ſpon. reſpondet, quod ibi delinquebat, hic non ad c. extraordinaria, dicit quod ibi non fiebat tentatio maritali affectu. Ioann. Andr. dicit, quod melius diceret Hoſtien. quod ibi fiebat tentatio extra naturalia, & ad dictam l. j. reſpondet Ho. ꝙ ibi loquitur in ſententiis in quibus verba ſunt accipienda cum effectu, de verborum ſignificat. in his. ſecus in delictis, in quibus punitur affectus ſine effectu. dicit tamen Hoſtien. quod terminare non audet quia etiam in delictis plerunque non obeſt conatus, ſed requiritur affectum cum opera, de bigamis, nuper, & c. fin. pro hoc quod not. ſ. eo. c. 2. in glo. 2. ſed Spe. eodem ti. ad fi. tenet opi. Vin. & idem tenet Gaſp. Calder. hic, & dicit domi. Cardi. in 5. quæſt. hoc eſſe verius, quia hic non agitur de pœna delinquentis, ſed de matrimonio dirimendo: ita quod requiritur, quod duo interueniant, ſcilicet fidei datio cum adulterio, & hic non ſufficit, ergo conatus. idem videtur tenere Butri. & hoc teneas.

Tertio quæro, quid ſi habens vxorem de præſenti non cognitam contrahit cum ſecunda, & eam cognouit, an mortua legitima vxore, vel religionem intrante, poterit remanere cum ſecunda. dic, vt dixi in ca. 2. ſ. eo.

10 Quarto quæro, an eo caſu, quod interceſſit † fidei datio cũ copula, vel matrimonium de facto contractum cum copula, ſemper dirimat matrimonium Hoſt. tenet quod non, ſed requiritur, quod inter primos coniuges non ſubſit canonicum impedimentum, quia ſi ſubeſſet valeret matrimoniũ cum ſecunda, de ſpon. cum in apoſtolica. requiritur, etiã mala fides, alias teneret matrimonium ſ. eo. c. j. remittit tñ Hoſtien. ad ſummam, eo. ti. & ſic requiruntur quatuor.

Primo, quod interueniat datio fidei, vel matrimonium.

Secundo, quod copula interueniat viuente coniuge.

Tertio, quod matrimonium primo contractum valeat & quod ille, vel illa cum quo, vel cum qua, ſecundo contraxit ſit malæ fidei, & hoc impedimentum eſt perpetuum adeo, quod etiam ſi mortua prima recederet ab antiquo conſenſu & de nouo conſentirent, non eſſet matrimonium, ſupra eo. ſuper hoc.

Quarto quæro, an credatur coniugibus dicentibus, quod
11 inter eos commiſſum fuit adulterium, † & quod præceſſit fidei datio. Hoſtien. Ioan. And. & communiter Docto. dicunt, quod non creditur in foro iudiciali, de eo qui cog. conſang. vxoris ſuę, ſ. eo.

In principali autem bene creditur præcipietur ergo eccleſia quod ſimul cohabitet, ſed ipſi ſi ſciunt eſſe verum, quod dicunt non debent parere præcepto eccleſiæ, vt in c. inquiſitioni, de ſent. excom. Ex his deſcendit, an filii geniti ex tali coniugio cenſeantur legitimi, quantum ad hoc, vt ſuccedant in bonis paternis Doct. hic examinant, ſed dic, vt latius habeť in cap. officii. de pœnit. & rem. vbi Doctor latius examinatur quod conſilium adhibere debet pater, vel mater, qñ filius eſt ſpurius, & reputatur legitimus, id eſt natus ex marito, & vxore, dic vt ibi.

Quæro vltimo, quia tex. dicit, quod non debet tolerari, ꝙ iſti ſimul maneant ſi cum fidei datione, vel matrimonio interceſſit adulterium, quomodo procedetur ad hanc ſeparationem. dic quod procedetur ad inſtantiam ſerui prouocantis, & petentis diuortium idem ſecundum Io. And. & communiter Doct. dicendum eſt de ipſis contrahentibus, quia alter contrahentium poteſt propter periculum animæ petere diuortium, & ſic impugnare, quod approbauit, de re iud. lator, & ibi de hoc. in gl. vnica, & in ca. conſanguinei, eo. tit. & de præſump. tertio loco, vbi de hoc, in glo. 2. & hoc tene quicquid dixerit Goffr. in libellis ſuis. dicit etiam, quod quilibet de populo poterit libellum offerre, in quo nominãdo factũ poterit petere diuortium, & in hoc vltimo Goffr. bene dicit, de quo vide bonum tex. in ca. tua, de cog. ſpi. & de ſpon. cum in tua, & uide glo. in capit. cum in hibitio, in ver. qui noluerit, qui incipit, quaſi publicum, ſupra de clande. deſpon. Et hæc ſufficiant de illo.

De coniugio leproſorum. Rubrica.

¶Viſo de quibuſdam impedimentis matrimonii, quia lepra diſſoluit ſpon. de iureiur. quemadmodum, & ſ. eo. c. fi. & poſſet dubitari, nunquid dirimat matrimonium contrahendum, vel iam contractum: ideo competẽti ordine ſubiicitur iſta rubrica. facit 32. q. 5. ſi vxorem, & 33. q. 2. hoc ipſum, & de quatuor generibus lepræ, habetur in tex. & gl. de pœ. di. j. § ex his ver. modum quoque. Omitto aliqua quæ tangit do. Car. in iſta Rubr. quia non ſunt utilia.

SVMMARIVM.

1 *Lepra ſuperueniens non diſſoluit matrimonium, nec matrimonij effectum.*

2 *Conſuetudo de ſeparandis infectis morbo ab aliis valet.*

3 Con·

3 *Consu[etudo] de separandis matrimonio coniunctis non valet.*
4 *Consuetudo, quod vxor non teneatur sequi virum, non valet.*
5 *Coniuges inuicem tenentur ad mutua obsequia.*
6 *Concubina nullo modo a uiro est admittenda, licet eius uxor sit leprosa.*
7 *Vir non tenetur sequi vxorem, nisi ex iusta causa recedat.*
8 *Pactum factum ab uxore in contrahendo matrimonio, de non recedendo de tali ciuitate, an ualeat.*
9 *Seruitutis species quadam est, quod quis teneatur habitare certo loco.*
10 *Pœna promissa per pactum de non transferendo domicilium, an debeatur si translatum fuerit.*
11 *Sanus ex coniugibus, an teneatur habitare in eadem domo, & in eodem lecto continue.*

CAP. PRIMVM.

1 PERuenit. † Lepra superueniens nõ dissoluit matrimonium, nec matrimonii effectu, adeo adinuicem se maritali affectione tractare debent, aut ad perpetuam continentiam induci. hoc dicit. In prima nominat factum. In secunda diffinit cum commutit. Secunda ibi, quoniam.

2 Nota, quod ex causa valet † consuetudo per quam inducitur, vt propter infectionem infirmitatis infirmi ab aliis separentur, & hæc consuetudo ligat laicos, nisi quatenus obuiant iuri diuino.

3 Nota, quod † consuetudo per quam inducitur separatio matrimonii tanquam contraria iuri diuino non valet, nec est ab ecclesia toleranda etiam inter plures laicos.

Tertio nota in verbo, diutius, secundum Butr. quod non valet statutum, vel cõsuetudo disponens virum stare diutius separatum ab vxore, vel econuerso, quod est notandum, secundum Butr.

Quarto no. ꝙ vxor de necessitate tenet̃ sequi virum, & ad id per ecclesiam potest compelli, & sic ad ecclesiam spectat disponere de executione, sed nota, iuncta glo prima, quod
4 non valet † consuetudo, quod vxor non teneatur sequi virum.

Quinto nota, quod maritus, & vxor vltra debitum carnis
5 tenentur inuicem vnus alteri ad mutua † obsequia, vt pater ibi coniugali affectione ministrent, & sic tenetur maritus administrare vxori ęgrotanti, & sic non solum tenetur reddere debitum, sed etiam ad mutua seruitia.

6 No. vltimo, ꝙ habens vxorem leprosam nullo mõ potest † concubinam, vel aliam mulierem admittere, quod si fecerit poterit excommunicari per ecclesiam. & dicit Abb. Sic. quod hic est casus aptus, quod iudex ecclesiasticus cõtra laicum adulterum puniet, nam ex actu rationali prætenditur iurisdictio in foro contentioso, de quo se remittit ad c. cum sit generale, de foro compe. & hoc etiam tangit in c. cum habet, supra tit. pro. vbi dixi.

In glo. j. in fi. nota ex ipsa, quod non valet consuetudo, ꝙ vir non teneatur sequi vxorem absentem, vel econuerso, dixi supra in quarto notabili.

In glo. in uerbo, diutius. Host. dicit, quod hoc verbum diutius est intelligendum quousque querela perueniat ad iudicem, vel sibi notorie liqueat, quod uiuant continenter, nã si simul uiuit continenter, nec vnus impedit alterum ecclesia sustinebit 33. q. 5. quod Deo pari. idem si separatim uiuit, vt hic. sed adulterio patente iudex ex officio præfigit edictu, ꝙ quem simul maneant, de offic. ord. ca. j. & cum hoc transit Ioan. And. & But. in secunda quæst. sed Abb. Sic. dicit hoc demũ esse uerum in casu huius ca. quia si leprosa non petit virum sanum iudex tolerabit, sed cessante hac causa dicit, ꝙ iudex non debet pati, vt coniuges iuuenes stent seorsum ꝓpter periculum adulterii, & remittit ad nota. per Inn. in cap. dudum de conuer. coniug. & per seipsum in cap. veniens, de reg. Et dicit, quod op. glo. sibi placet, vt uerbum diutius, referatur ad arbitrium boni viri, sed pro hoc, vide glo. in c. cum nullus, in ver. temou, de temp. ord. in sexto, & in cle. causam, in ver. remot. de elect. & in c. cum ex literis, in glo. pen. de rest. in integrum.

In glo. in verbo, sequantur, nota bene istam glo. quia facit
7 differentiam inter virum, & vxorem, nam vir † non tenetur sequi vxorẽ, nisi ex iusta causa recedat, vt hic, sed uxor tenetur sequi virum ex quacunque causa recedat, nisi in duobus casibus.

Primus, quando vult trahere uxorem ad infidelitatem.

Secundus, quando efficitur vagabundus. & glo. alleg. iura in quibus hoc probatur, sed in quantum dicit de vagabundo intellige, nisi tempore contracti matrimonii sciuisset eum vagabundum, quia tunc censeretur approbasse mores eius, & sic teneretur eum sequi, de quo vide glo. in ca. vnaquæq. 13. quæst. 2. & c. si quis ineuitabili, 34. q. 2. Ex his infert Host. quod uno trãsferente domicilium vxor tenetur eum sequi. de paroch. c. fi. de ista materia plene dixi in cap. de illis, 2. de spon. vbi videas.

8 Sed quæro, an valeat pactum, † quod facit vxor cum uiro in contractu matrimonii, quod vir de certa ciuitate non recedat, puta mulier ciuis contrahit matrimonium cum forense, & paciscitur, quod vir debeat habitare in ciuitate in qua mulier est oriunda, & uir postea non obstante pacto nõ vult ibi habitare, vult redire ad patriam. Host. in summa hoc eo. ti. § an consensus, dicit pactum seruandum, nisi necessitas superueniat, puta, quia maritus non potest ibi esse commode propter inimicitias, vel infirmitatem, uel aliam causam iustam. sed Gaspar Cald. in c. seq. dicit, quod si vir nullatenus vult ibi moram trahere debet sequi virum, quia fortior est lex Dei quam pactum, ij. dist. per totum. matrimonium enim per l. Dei est indiuiduum plus dicit Gasp. Cal. ꝙ etiam si mulier a principio protestaretur, quod non vellet eum sequi si mutaret domicilium, nihilominus tenetur eũ sequi, & censetur habere domicilium in loco, in quo maritus transtulit domicilium, vt ibi poterit conueniri, ut in l. ciuẽ figere. ff. de iudiciis.

Sed ego puto, quod pactum non ualeat, & de hoc uidetur tex. in l. Titio § Titio c. relicta. ff. de condi. & demonst. ubi dicitur, ꝙ si testator legat cẽtum Titio, vt in tali ciuitate domicilium habeat, ꝙ illo casu condõ reiicitur, & sic nõ tenetur
9 habitare, quia est quędam † species seruitutis, ꝙ quis teneat̃ habitare in certo loco. ad idem l. pe. C. de ope. lib. sed Bart. in d. § Titio centum relicta, & in l. qui concubinam § uxori. ff. de le. 3. dicit, ꝙ per pactum non potest quis astringi ad habitandum in certo loco, vel ad morandum cum aliquo, quia continet quãdam speciem seruitutis, ut in dictis iuribus, sed bene potest inuitari propter aliquod commodum, puta lego tibi decem singulis annis, donec habitaueris cum filiis meis, uel habitaueris in hac ciuitate, unde aduerte, est longa differentia, an dicatur lego tibi x. ut moreris in hac ciuitate nam hoc est licitum & reiicitur talis modus, ut d. l. Titio §. Titio centum relicta. ff. de condit. & demon. an dicatur tibi centum si in tali loco habitaueris, uel donec in tali loco habitaueris, nam tunc est licitum, quia uenit in condit. & non in obligatione, de quo dic, ut per Bart. qui ita concludit in d. § Titio, & in d. l. qui concubinam, § uxori ff. de leg. 3.

10 Ex his infertur, quod si quis promittit † pęnam in casu, in quo transferat domicilium ad aliam ciuitatem contra pactum promissio pęnæ non ualet, quia quis non potest obligari ad habitandum in certa ciuitate, & metu pœnæ obligaretur, quia non auderet trãsferre domicilium propter timorem pęnæ. ad hoc facit c. Gemma, supra de spon.

In gl. fin. diuide ipsam in duas partes. In prima quærit, & respondet: in secunda opponit, & soluit. secũda ibi, sed quia quod glo. sentit, quod tenetur stare in domo, nam glo. quæ-
11 rit, an sanus † teneatur morari in eadem domo, & lecto, & respondet, quod non tenetur continue morari in eodem lecto, ergo continue tenetur morari in eadem domo, ut in ca. nonne, de præsum. & in l. cum prætor. ff. de iudi. sed Vincen. tenet, quod non teneatur cõtinue habitare in eadem domo quemadmodum etiam non tenetur continue morari in eodem lecto. sed dom. Card. in 3. quæst. dicit, quod opi. glo. est uerior, quia si habitaret separate non esset promptius ad obsequia maritalia. & hoc dicit procedere, nisi ex cohabitatione timeatur periculum infirmitatis iudicio medicorum, ar. 22. q. 2. faciat, & uide glo. 32. quæstio. 5. si uxorem quæ dicit, quod sanus nõ tenetur assidue morari cum leproso propter periculum infectionis.

In secunda parte gl. Abb. Sic. dicit, quod glo. dicit uerum, sed non bene cõcordat illud c. cum seq. ideo ipse dicit, quod leproso non petente iudex debet esse contentus sola exhortatione. Ita loquitur iste tex. sed si leprosus instaret petendo, ut coniux teneatur sequi, & debitum reddere, tunc debet fieri compulsio, ut in c. seq. & hoc uoluit glo. nota. 32. q. 5. si uxorem. Et hæc opi. mihi placet.

SVMMARIVM.

1 *Leprosi possunt contrahere matrimonium.*
2 *Maritus excepta causa fornicationis uxorem non dimittit, quamuis debitum negare possit.*
3 *Infirmitas nulla quantumcunque grauis pręstat facultatem dissoluendi matrimonium.*
4 *Leprosus, quando matrimonium contrahere possit.*
5 *Infirmitas non impedit matrimonium, imo in articulo mortis potest contrahi matrimonium.*

6 *Vir ethicus an teneatur reddere debitum uxore petente, quod si credat imminet periculum mortis.*
7 *Dictum generaliter, quando generaliter debet intelligi.*
8 *Indefinita, an aequipolleat uniuersali.*

CAP II.



Voniam. Propter lepram, seu etiam aliã grauem infirmitatem coniuges non separantur, nec se dimittunt. hoc primo, &
1 † leprosi si nolunt continere matrimonium contrahere possunt. hoc secundo, & coniugi leproso exigenti debitum alter reddere tenetur. hoc tertio, & ultimo tria sunt dicta secundum ibi, leprosis. tertium ibi, quod si.

Nota primo ibi, excepta causa fornicationis, exceptio firmat regulam in contrarium ad hoc 32 q. 7. dominus. Ita arguit Papa eum enim Christus solam causam fornicationis
2 exceperit, non videtur, quod in alijs casibus maritus † possit dimittere vxorem, vel econuerso. sed dic, quod licet maritus nõ possit expellere uxorem excepta causa fornicationis de domo sua, & a cura eius se remouere, tamen in multis alijs casibus potest debitum negare, vt dicit glo. not. in ca. nosce, 30. quaestio. j. sed quantum ad notabile collectum, an exceptio firmet regulam, dic vt per glo. Rubricae. & per Doct. ibi de regu. iuris, in sexto, & vide Bart. in l. generali, §. vxori. ff. de vsufruc. lega. vbi dicit, quod licet exceptio firmet regulam, non tamen eam dilatat, & faciat ea comprehẽdi in regula, quae de sua natura non comprehenditur, & hoc tene mẽti.

3 Nota secundo ibi, graui infirmitate, quod nulla † infirmitas quantumcunque grauis praestat facultatem dissoluendi matrimonia, etiam quo ad thorum, siue mutuam seruitutem siue ergo superueniat f rot, siue dementia, siue uxor amittat oculos, vel nasum, vel efficiatur paralitica, non propter hoc debet separari thorus, de quo vide bo. tex. 32. quęst. 8. ille qui, & 32. q. 5 si vxorem.

4 Nota tertio ibi, † leprosis, quod non indistincte permittitur leprosis contrahere matrimonium, sed tunc tantum cũ continere nolunt, ex quo infertur persuadendum est eis, vt cõtineant, nam difficulter inueniunt, cũ quibus contrahant propterea dicitur in litera, & aliquam quae sibi nubere velit inuenerit &c. dicit tamen Vinc. quod Deus non facit aliquã cui non prouideat. Host. vero dicit se uidisse de facto, quod tales inueniunt vxores, quia vix est aliquis infelix qui suam inueniat infelicem.

5 No. quarto, quod † infirmitas non impedit matrimoniũ contrahi, immo in articulo mortis potest contrahere matrimonium, adeo quod filii legitimantur, vt no. in c. tanta, qui. fil. sint leg. & per Ioan. And. in regula, sine culpa, de regu. iur. in sexto, in mercu.

Sed quaero de duobus antequam veniam ad glo. primo quid si mulier propter errorem non potest reddere debitũ, vel alia de causa. dicit Host. quamuis ecclesia debeat distringere non reddentem, tamen excommunicatio non ligabit quo ad Deum, & si de hoc constaret ecclesiae, non debet cõtra eum sententiam dare, sed potius datam relaxare, quia nõ debet ligare ad impossibile, ff. de reg. iu. impossibilium, & de solu. Odoardus, & hoc tenent Doct. & hoc sentiunt, quod sanus potest compelli praecise ad reddendum debitum leproso, & bene probatur in isto tex.

6 Secundo quaero, quid si † vir est ethicus, vel alia aegritudine detẽtus, & vxor petit debitum, & si reddat imminet ei periculum mortis, nunquid sit obligatus ad reddendum debitum. Vinc. dicit, quod nõ, quia ordinata charitas est, vt prius sibi consulat 86. dist. non satis, de vsu pallii. nisi. & hoc sequũtur Doct. dicit tamen Gasp. quod petens debitum debet certificari de periculo imminẽte ei qui redderet debitum, quae si non immineret periculum mortis, sed aliqua laesio apparẽter ex iudicio medicorum immineret, & petens non vult acquiescere, sed instat in petitione debiti, tunc debet reddi debitum in hac occas. exigens debitum incidat in adulterium 27. quaest. 2. si tu abstines, & 33. quaestio. 5. si dicat. Ex his inferunt Doct. an si petatur debitum in ecclesia debeat reddi, de quo uide glo. in c. vnico, de consecr. eccl. vel alta. in 6.

Item tractant, an uxor teneatur reddere debitum in dieb. ieiunii, vel tempore menstrui, vel tempore purificationis, sed istam materiam plene examinaui in rubrica, de spon.

In glo. ij. ibi, arg. contra, de elect. aegro. tua, de hoc etiam 7. quaest. j. in summa. Host. autem dicit, quod aliud est in carnali matrimonio aliud in spirituali, quia primum est de iure diuino, secundum de iure canonico, arg. de consue. cap. fi. & de spon. duorum, c. fi. Item in carnali matrimonio non imminet periculum, nisi vni personae, quae ab initio voluntarie se obligauit, & quando contraxit debuit suspicari hoc posse euenire: in spirituali autem imminet periculum plurib. qui nec fuerunt necessario requirendi. de elect. Ofius. Io. And. dicit, quod nec spirituale matrimoniũ dissoluitur quo ad vinculum, ut patet in dicto cap. tua, qui propter lepram solum priuatur administratione, vt ibi dicitur & Butr. hic sequitur opi. Ioan. And. sed dom. Card. in principio huius ca. in secunda oppo. dicit, quod etiam praecedentes solut. sunt verę quo ad bonum sensum, quia per eas redditur ratio quare in spirituali remouetur ab administratione. Carnale autem matrimonium non dissoluitur, quo ad administr. seu quo ad exercitium thori, quia coniunx nullo modo potest dimittere cõiugem, vt in c. praecedenti.

In glo. pen. haec glos. ponit duas regulas brocardicas, prima est, an generaliter dictum, generaliter debeat intelligi. secunda, an indefinita ęquipolleat vniuersali. circa primũ, dic breuiter, secundum Butr. & est etiam de mente glo. quod ge-
7 neraliter dictum, generaliter † debeat intelligi, nisi per l. aut per rationem aliquis casus veniat excipiendus, aut distinguẽdus, de quo in l. de pretio. ff. de publi. & sic dicit debere intelligi de liquido, de consecr. dist. 2. & ideo potes dicere clarius per verbum generale, generaliter debet intelligi, quando est eadem ratio omnium contentorum sub genere, secus si vis vel ratio restringit dictum generale.

8 Circa secundam regulam, an † indefinita aequipolleat vniuersali, dic ut per glo. l. ij. & per Dom. Dominicum in ca. 2. in cap. ut circa, de elect. in 6 & per Dy. in rubrica, de reg. iu. & per Bar. in l. si pluribus, ff. de leg. ij.

Sed vltra ibi nota. Gaspar Cald. refert vnum dictum satis notabile Old. dicentis, quod aut dispositio accipitur per nomina collectiua, & tunc indiffinita aequipollet uniuersali, ut si dicitur, capitulum talis ecclesiae sic fecit, nam intelligitur omnis cum maior, arg. de elect. quia propter, de rescrip. c. capitulum. aut accipitur per nomina singularia, vt si dicitur, canonici talis ecclesiae sic fecerunt, nam tunc non infertur. ꝙ omnis, vel maior pars hoc fecerint, immo si dico tantum hoc fecerint, uerificatur propositio, vt in regula, pluralis, de reg. iur. in 6. & 4. q. 3. vbi numerus, & hoc facit secundum ipsum ad instrumenta procuratoria, nam si dicitur, canonici talis ecclesiae fecerunt talem procuratorem, tale instrumentum non probat, quod canonici hoc fecerint. debet ergo dici, ꝙ causa talis ecclesiae hoc fecit, vel debent exprimi nomina singulorum, ut in cap. fin. de procu. vbi per Inn. & cum hoc transit dom. Card. in secunda oppo. & dom. Abb. Sic. qui remittit ad nota. per se in c. vnico, de sindico, & ad l. fina. ff. de albo. scri.

In glo. fi. ibi, arg. contra, de conse. di. 2. liquido. Sol. ut dicit glo. 3 1. q. j. quod si dormierit. Vel sol. quod ideo ibi fit restrictio, quia per inspirationẽ diuinam apostoli impulsi statuerunt, quod corpus Christi debeat recipi ante prandium ob reuerentiam tanti sacramenti, ideo ipse Deus censetur hoc statuisse &c. Sequitur capitulum, literas.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia de futuro superueniente lepra non compellunt contrahere matrimonium.*
2 *Lepra superueniens praestat occasionem sponsalia soluendi.*
3 *Matrimonium confirmatur ex traductione.*
4 *Ignorans leprosam esse cum qua contraxit, an uitiet matrimonium.*
5 *Lepra superueniens matrimonio contracto ante carnalem copulam, an uitiet matrimonium.*
6 *Verbum consummatum, qualiter sumatur.*
7 *Sponsalia cum leproso contracta inducunt honestatem publicam.*

CAP. III.



1 Iteras. † Sponsalia de futuro praecise nõ cõpellunt ad contrahendum matrimonium cum leproso lepra post sponsalia superueniente hoc dicit. Communis diuisio. Secũda ibi, respondemus.

2 Nota primo, quod † initium leprae superueniens post sponsalia det facultatem dissoluendi sponsalia, & idẽ in quacunque alia deformitate superueniente, vt in c. quemadmodum, 5. de iureiur.

Nota secundo ibi, ꝙ traducatur, quod ex traductione fir-
3 matur matrimonium, † ut hic, & de restitu. spolia. ex parte, & de spon. c. fi. sed debet intelligi secundum do. Car. de traductione cum effectu, ut quia matrimonium est consummatũ uel si de hoc dubitatur contrarium non potest probari per

inspectionem

inspectionē mulieris. vt quia est corrupta. Et vit dicit, quod
eam cognouit, de despō. impub. continebatur. idem si impu-
bes apud maritum est facta pubes. ff. de ritu nuptia. l. mino-
rem. vbi dicitur, quod facta pubes, apud maritum incipit es-
se legitima vxor. & dicit dom Card. quod hoc debet intelli-
gi, quando ante pubertatem fuerint contracta sponsalia de
p̄senti, licet iuris interpretatione fuerint de futuro, nam ę-
tate superueniente, & consensu durante, valent tanquam
de præsenti, vt in c. vnico, de despon impub in 6 sed si copu-
la allegaretur, nec posset probari contra per aspectum mu-
lieris etiam si fuissent sponsalia de futuro iudicaretur tran-
sisse in matrimonium de præsenti, vt d. cap. continebatur, de
despon. impu. vbi dixi.

4 Sed quæro, quid si † ignorans aliquam esse leprosam con-
traxit matrimonium cum ea, nec fuisset contracturus si sci-
uisset. Gasp. Cald. dicit, quod non vitiatur matrimonium, q̄a
iste est error qualitatis qui non uitiat matrimonium, vt ī. tit.
j. proposuit, & hoc in foro iudiciali, in pœnitētiali dicit, secus.
ʒ. de spon. tua nos.

Secundo quæro quid si matrimonium est contractum, &
5 ante carnalem copulam superuenit † lepra. iste text. quo ad
corticem videtur innuere, quod dissoluatur matrimonium
per illud verbum consummatum, sed tene contrarium per
dictū c. quemadmodum, de iureiur. Item matrimonium nō
consummatum non dissoluitur, nisi per ingressum religio-
nis, nec reperitur alius casus in iure, ni in capit ex publico, &
in cap. ex parte, de conuer. coniug. & ad istum text. responde,
secundum Host. & Doct. exponendo literam consummandum,
6 dum, idest contrahendum, & sim. † verbum consumma-
tum positum in litera exponas, idest contractum per uerba
de præsenti, & sic verbum consummatum capitur large,
quia ratione consensus dicitur matrimonium, quando est ꝯ-
tractum per verba de præsenti, quo ad sui essentiam, vt no. in d.
cap ex publico, hic est vnica, glo. s. in quantum dicit, quod le-
pra dissoluit sponsalia de futuro, non est verum, nec litera
hoc dicit, sed dicit, quod sanus non tenetur perficere matri-
monium, & sic est in op. sani, an dissoluantur sponsalia, an
non. & dicit Gasp. Cald. & dom. Cardin. quod si sanus vult p
ficere matrimonium ille qui post sponsalia est factus lepro-
sus non poterit contradicere. Et ex hoc inferunt, quod cum
7 talia † sponsalia non sint nulla inducunt publicam honesta-
tem, de spon. ad audientiam. Tu dic, quod etiam si essent nul-
la, inducunt publicam honestatem cum non sint nulla ratio
ne defectus consensus, vt in cap. j. de spon. in sexto. Ex hoc ēt
infertur, quod si sanus cognoscat mulierē factam leprosam
post sponsalia, quod illa sponsalia transeant in matrimoniū
præsumptum etiam si ignoraret illam factam leprosam, ex
quo sponsalia non sunt nulla, & hoc tenet dom. Card. in pri
mo notabili. Sed quid si mulier erat leprosa tempore, quo
fuerunt contracta sponsalia Host & Doctor. dicunt, quod si
scienter contraxit sponsalia cum leprosa compellitur con-
summare matrimonium, de spon. ex literis, & c requisiuit, &
de actio. & obligat. l. sicut.

De coniugio seruorum. Rubrica.

¶ Visum est in titulo præcedenti de impedimento lepræ, q̄
matrimonium non dissoluit, nunc videndum est de impedi
mento erroris respectu conditionis seruilis, quod impedit
& dirimit matrimonium, nisi ex certa scientia fuerit ratifi-
catum verbo, vel facto, ut in c. si & per totum, & de materia
habetur 29. quæstione 2. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Seruus contradicente domino matrimonium contrahere potest, sed non mi nus seruire tenetur.*
2 *Differentia nulla est, quo ad sacramenta inter liberum, & seruum.*
3 *Seruitus est de iure canonico approbata, adeo quod quandoque inducat.*
4 *Seruo, an debeat imponi pęnitentia, & ieiunium.*
5 *Clerici, an possint horas suas canonicas dicere ambulando, vel equitando per viam.*
6 *Seruus eleemosinam facere non potest.*
7 *Matrimonium, an sit inter seruos.*
8 *Filius sequitur matrem, quo ad conditionem.*
9 *Filius quo ad familiam patrem sequatur, & potestatem.*
10 *Seruus contracto matrimonio, uxori, an domino obedientiam prestare debeat.*
11 *Seruus qui matrimonium contraxit, an & quando a domino vendi possit.*
12 *Seruitia debita, & quæ consueta dicantur.*
13 *Verbum consuetum quid importet.*

CAP. PRIMVM.

1 DIgnum. † Seruus contradicente do
mino matrimonium con-
trahere potest, sed non minus per hoc do
mino seruire tenetur. diuidit̄ in duas par-
tes. In prima ponit vnum dictum, & eius
rationem. Secundo quandam dubitatio-
nem sol. Secunda ibi, debita tamen.
2 Nota primo, quod quantum ad sacramenta non est † dif-
ferentia inter liberum, & seruum cōcor. 29. quæst. j. §. j. vnde
Caio. Quos famulos dicis homines tamen esse memento.
Et beatus Hieronymus ad Ruffinum, apud Deum puritate
morum abluitur macula seruitutis

Et ex hoc infert Abb. Sicut quod seruus pagani potest pe-
tere se baptizari domino contradicente, non tamen depo-
nit seruitutem per assumptionem baptismi, de quo dic, ut in
cap. si de Iudæis.
3 Nota secundo, quod de iure canonico † seruitus est appro
bata, immo quandoque ius canonicum inducit seruitutem
vt infra de Iudæis, quorundam.

Nota vltimo, quod seruus inuito domino potest cōtrahe
re matrimonium, sed per hoc non minus tenetur seruire do
mino.

In glo j. ibi, quæ sint sacramenta necessitatis, & quæ uolū
tatis, seu voluntaria. dic, vt j quæst. j. §. si ergo, vbi bona gl. &
per Doct. in Rubrica, de sacramentis non iterandis, & in quā
tum dicit, quod seruo potest conferri baptismus. dicunt Pet.
& Abb. quod per hoc non præiudicatur domino, quod pro-
cedit, secundum Ioan. And. si dominus est Christianus, alias
secus, de Iudæis, cap. si. de quo dic, vt ibi, & eodem tit. cap. j.
Item in eo, quod dicit glo. quod seruo conferatur pęnitentia.
4 Dicit Host. † quod seruo non debet imponi pœnitentia, cap.
eleemosinæ, quia nihil habet, ut in §. item nobis, & seq. Insti.
per quas per. no. acq. nec ieiuniorū, nec vigiliarum, nec alte-
rius macerationis, nec alia per quam reddatur inutilis do-
mino suo ad operandum, quia dominus nō debet priuari iu
re suo sine culpa, ut in cap. 2. de consti. iniūgatur ergo, quod
vadat ad ecclesiam bono modo, & huiusmodi leuia faciat
considerata qualitate criminis de personæ, uel iniungantur
orationes quas potest dicere laborando, vel etiam per uiam
eundo, argum. ff. de ope libe. l. antepenult. Quid de clericis,
5 † possint dicere horas canonicas operando, vel equitando,
uel per uiam eundo dic, vt in c. j. & in c. dolentes, de celebr.
missar.

Vlterius dicit Host. quod potest imponi seruo pęnitentia
vt aliquid faciat laborando domino, vel quod ei bona fide
seruiat, vel quod domino aliquid subtrahat. Item potest im-
poni pęnitentia, vt habeat patientiam seruitutis. & q̄ causa
ferat æquo animo, sed Io. An dicit, quod possint iniungi ser
uo ieiunia, & uigiliæ, & alia præmissa excepta eleemosina,
6 quam † seruus non potest facere, cum nihil habeat etiam si
per hoc fiat aliquod præiudicium domino, dummodo non
grauet, ut in c. relatum, de sent excomm. & dicit Ioan And.
quod hoc forte voluit Host. dum dicit, quod non debet im-
poni tale, quod reddatur inutilis domino, secus ergo, si
non redditur inutilis domino ex toto, vel non minimū. Nū
quid seruus percutiēs clericum teneatur pro absolutione ire
ad curiam Romanam. dic, vt in ca. relatum, de sententia ex-
communicat.

In glo iij. glo. bene dicit, sed de iure ciuili non dicitur ma-
7 trimonium † inter seruos, sed appellat̄ contubernium, ut in
l. cum ancillis, de incest nupt sed Ioan. Andr. dicit, quod illa
l. est correcta per ius canonicum, & standum est canoni, vt
in cap. j. & si de secundis nup. Cy autem in d. l. dicit, quod in
ordinibus statur canoni, sed in hæreditate, dicit standum es-
se illi legi. sed dic quod indistincte standum est canoni, quia
leges non possunt disponere circa matrim. vt dixi in c. j. de
spon. & dicit Host. quod iste tex. facit contra multos princi-
pes qui etiam liberos homines non permittunt sine sui licē-
tia matrimonialiter copulari contra id c. si nuptiæ ex rescri-
pto petantur l. j. & per glo j. in ca. insinuante, qui cler. vel vo.
dicit etiam Host. quod iste tex. facit contra consuetudinem
illorum qui non permittunt viduas contrahere matrimo-
nium, nisi prius redimantur.

In glo. in verbo, dissoluenda.
8 Nota glo. quod filius † sequitur matrem, quo ad libertatē
& ideo si mater est serua filius est seruus, vt Insti. de inge. in
principio, & hoc procedit etiam si liber homo scienter con-
traxerit matrimonium cum ancilla, nam licet sit natus ex

legitimo

legitimo matrimonio sequitur conditionem matris, quo ad seruitutem, vt sentit ista glo quam Doct. communiter sequuntur, & vide glo pleniorem, & clariorem, in c.fi. de seruis nõ ordi. sed quo ad pœnitentiam patriam potestatem filius sequitur condit. patris, & non matris, vt Insti. de pa po § j. hinc est quod fœminę non possunt adoptare, quia non possunt habere filios in potestate, vt Instit. de adopt. § fęminæ.

9 Item quo ad familiam, quia † filius sequitur familiam patris, & non matris, ut in l. cum legitime. ff. de sta. homi. & Insti. de legit agna. tute. § primo.

Item quantum ad honores, & quantum ad omnia alia filius sequitur conditionem patris, excepto casu libertatis, vel seruitutis, de quo vide bonam glos in dicta l. cum legitime. ff. de statu hom & per Doct. in capi fina. de ser. non ordi. Inquantum autem dixi, quod quo ad libertatem, vel seruitutẽ filius sequitur conditionem matris limita, nisi esset consuetudo, quod filius sequitur conditionem patris etiam quoad libertatem, vt infra eod. licet. Ex his sequitur, quod natus ex seruo, & libera præcedẽte matrimonio est liber, & legitimus & sic potest promoueri ad omnes ordines etiã si matrimonium non tenet, vt quia mater contraxit ignoranter cum seruo, ex quo surgit mirabile, quod error qui inficit matrimonium, ille idem error legitimabit partum, secus si esset natus ex ancilla, & libero, nam tunc non posset ordinari absque licentia domini, quia licet sit legitimus propter contractũ matrimonii præcedentem, tamen est seruus, ex quo mater est serua, de quo vide Butr. in cap. ex tenore. ad si qui fil. sint legitimi.

In glo fi. hanc glo. diuide in duas partes, prout de duabus quæstionibus quærit. Secūda ibi, quid si dominus. In prima

10 parte Ray. distinguit, quod aut † seruus contraxit matrimonium domino sciente, & permittente, & tunc obediet uxori, quia dominus permittendo principale, videtur permittere accessorium, de offi dele. prudentiam. §. sexta aut contraxit domino contradicente, uel ignorante, & tunc obediens erit domino, nisi ex dilatione timeatur adulterium, & si secus diceremus posset omni dominio suo priuari. cum hac distinctione transit Ioan. Andr. & dom. Cardi & dicit, quod est æqua distinctio. Sed Butr. aliter distinxit ex casibus dictis facias tres casus.

Primus, quando seruus potest utrique eodem instanti, & tunc debet seruire vtrique.

Secundus, quando non potest vtrique seruire, & tunc seruiat illi qui est in maiori necessitate, & ex cuius omissione maius sit præiudicium est secuturum.

Tertius casus est, quando omnia sunt paria, & tunc eligat dominum, vbi eo ignorante, & contradicente contraxit matrimonium, alias eligat uxorem, & sic hoc ultimo casu succedit distinctio Ray. & hanc distinc. But sequitur Abb. Sicu. In secunda parte glo vide glo. 29. quæst ij. c. si & distingue secundum Host. & Doct. & facias tres casus.

Primus est, quando seruus cõtraxit cum serua, & sunt ser-

11 ui diuersorum dominorum, & hoc casu † uenditio prohibetur, sed Innocen. hoc melius declarat: dicit enim, quod quando sunt serui diuersorum dominorum non debent sic diuidi quin possint aliquando inuicem reddere debitum, & sic permittitur venditio, dummodo ita separẽtur, ut debitum reddere non possint.

Secundus casus est, quando sunt serui eiusdem domini, & tunc Host. quod aut dominus ambos vendat, aut ambos retineat. sed Abb. Sicu dicit, quod dominus debet, aut ambos, aut alterum ita distrahere, quod matrimonium non careat effectu, ar in l. possessionum. C. communia vtriusq. iudi. & sic dominus poterit, vel vtrunque, vel alterum uendere, dum tamen matrimonium per hoc non careat effectu, ut dixi in pcedenti casu, & hoc mihi placet.

Tertius casus est, quando seruus contraxit cum libera, & tunc aut ignorauit ipsum esse seruum. & matrimonium nõ tenet, & sic frustra tractatur, an teneatur virũ sequi, cũ matrimonium non ualeat, aut contraxit scienter, & tunc ualet matrimonium, & tenetur sequi virum, vt in c. j supra tit. proximo. vnde hoc casu dominus potest libere uendere seruum etiam si emptor uellet ipsum ducere ad remotas partes, cũ uxor teneatur ipsum sequi, nec impeditur, cum sit libera.

12 Extra glo. quæro pro intellectu gl. quæ dicantur † seruitia debita, & quæ consueta, quia in illis seruus nõ debet obedire domino 11. quæst. 3. qui resistit, & c. Iulianus. nec in his, quæ constat esse iniusta, de temp ordi. dilectus. secus si esset dubium, an præceptum esset iniustum, quia in dubio tenetur obedire 23 q 1 qui culpatur in fi. & nota glo. in dicto ca. dilectus obtemperare. alia autem temporalia quæ habet seruus sunt domini, quia quicquid acquirit seruus acquirit domino, vt in § item nobis. Insti. per quas perso. nobis acqui. & olim potestas uitę, & necis erat penes dominum. quia dominus poterat interficere seruum, hodie hoc non licet, immo non permittitur domino supra modum sæuire in seruũ, alioquin punitur, vt Instit. de his qui sunt sui, uel alieni iur. §. sed hodie, & in l. j. ff. de his qui sunt sui uel alieni iur. ideo autem tex. dicit consueta, quia si esset consuetudo in ciuitate, vel regione, quod ad certa tantum seruitia seruiaste ingãtur, ecclesia deberet talem consuetudinem defendere. j. titu. j. c. j. & C. de præscrip. quæ pro liber. l. j ij. & 3. & nota j. de Iudæis. multorum, & hoc deinde sequitur But. sed dominus Card in 2. q. dicit, quod hoc deinde habet æquitatem, sed dicit, quod nõ colligitur hic, vnde ipse dicit, quod sensus literę est, quod isti tenentur ad seruitia debita, & consueta, quia si dominus mãdaret aliqua indebita, puta crimina, vel incõsueta. i. quę de consuetudine domini non solẽt mandare seruis, puta, quia oneraret seruum onere grauissimo, & vltra communem cõsuetudinem, nam tunc seruus non tenetur parere domino, vt in l. si dominus. de his qui sunt sui vel alie. iur. & quod no. de temp. ord. ad aures. sed certe quicquid dicat dominus Car.

13 mihi magis placet opi. Host. nam istud † verbum, consuetũ proprie respicit consuetudinem, & ideo recte potest tex. intelligi, dũ dicit consueta, s. de consuetudine patrię, seu regionis: tamen intellectus domini Card. non multum discrepat ab intellectu Host. Sequitur c. Proposuit.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatur, si liber contraxit cum ancilla ignoranter.*
2 *Error conditionis seruilis matrimonium uitiat.*
3 *Matrimonium potest consistere inter liberum, & seruum, & quando.*
4 *Longa cohabitatio, quando validet matrimonium.*
5 *Iudex ecclesiasticus super dote inter laicos potest iudicare.*
6 *Error quotuplex, & dicitur esse quadruplex.*
7 *Error conditionis seruilis, an, & quando matrimonium uitiet.*
8 *Error qualitatis, an uitiet matrimonium.*
9 *Papa, an possit statuere, quod quilibet error uitiet matrimonium, uel econuerso.*
10 *Ecclesia informatur ex his quæ sunt verisimilia, & plerunque fieri consueuerunt.*
11 *Denominatio, quando inducat malam fidem.*
12 *Vir, an teneatur uxorem alere pendente lite de eius conditione.*
13 *Vxori pendente adulterij causa, an uir teneatur reddere debitum.*

CAP. II.

1 PRoposuit. Separatur † matrimonium, q liber ignoranter cum ancilla contraxit, nisi postea hoc sciens illam cognouerit. In prima ponitur factum. In secunda diffinitionis commissio Secunda ibi, mandamus.

2 Nota primo, quod † error conditionis seruilis uitiat matrimonium. quid autem de aliis erroribus, dicam cum gl. j.

Nota secundo, quod inter liberum, & seruum potest esse

3 † matrimonium, & inter scientes, & hoc de iure canonico, secus de iure ciuili, vt in l. cum ancillis. C. de incestu. nupt. sed standum est iuri canonico in hac materia spirituali, ut in cap pen. & fi. infra de secundis nupt. & dic supra eod. capitu. j.

4 Nota tertio. quod longa † cohabitatio non ualidat matrimonium, nisi post datam certificationem sequatur ratificatio tacita, vel expressa, vt hic, & j. c. c. fi. & licet iste text loquatur de ratificat. per copulam, tamen idem est si alio modo fiat ratificatio, vt d. c. fi. & quod dixi in c. j s. de eo, qui dux. in matri. quam polluit.

5 Nota vltimo, quod super dote restituenda potest † iudex ecclesiasticus inter laicos iudicare, quando venit accessorie ad matrimonium, de quo iudex cognouit, & de hoc est tex. in cap. prudentia j. de dot. post diuor. restituta, & ibi de hoc

6 gl. j. dic, q quadruplex est error: † quidã enim est error personæ. Quidam est error conditionis: Quidã est error fortunæ, & quidam est error qualitatis. Error personę est, si credo contrahere cum Berta, & contraho cum Sempronia, & talis error vitiat matrimonium, vt 29. q. j. § is ita.

Vtrum autem sit necessarium ad inducendum errorem in persona, quod ille uel illa, cum quo, vel cum qua quis intendebat contrahere matrimonium, sit cognitus, uel cognita per famam, uel alio modo. dic, vt per glo. 29. quæstio. j. in summa.

7 Secundo est error † cõditionis seruilis, & iste error etiam vitiat matrimonium, vt hic, & in dicto §. si ita, 29 q j. & q. ij. si quis ingenuus, & infra eo. c. fi. Sed in hoc dic, quod liber contrahit

trahit cum serua, quam putabat liberam, & tunc non tenet matrimonium, nisi sequatur ratihabitio tacita, vel expressa, vt in ca. fi. infra eo aut contrahit cum libera, quam putabat esse ancillam & tunc dicit, quod talis error non vitiat matrimonium, quia hic impedimentum erroris est inductum in fauorem libertatis. Idem dicit Innoc. hic dicens, quod iste tex. debet intelligi de errore deterioris cōditionis, sed hic sit melior conditio. idem tenet Host. infra eod capi fi. vbi dicit, quod cum hoc casu fiat melior conditio illius qui contraxit, quod coetiam inuito possumus iudicare. ff. de neg. gest. l. soluendo. & ff. de libera causa l iij. & 3. & hoc tenent communiter Doct. quicquid dixerit glo 29. q. 2. in summa aut seruus contrahit cum ancilla, quam credebat liberam, & non vitiatur matrimonium, secundum Docto. quia non est error deterioris conditionis, sed paris conditionis cum ipso contrahente, vnde non habet quid sibi objiciat 32. quæst. 6. per totum, & argu. ẽ. de diuor. significasti. Aut quis contrahit cū ascriptitia, quam credebat liberam, & hoc Vin. & Doc. dicūt quod valet matrimonium, quia ascriptitij sunt liberi, & possunt remanere in sua possessione præter voluntatem domini, vt C. de epi. & cler l puberem, & in auth. ascriptitios. nec obstat l. ne diutius. C. de agri & censi. lib. 1. vbi videtur probari, quod non sit differentia inter seruos, & ascriptitios. sed responde, quod non est differentia, quo ad illud de quo quæritur in illa l nam sicut seruus venditus cum peculio est liber, vt in c. ij. ẽ. de Iudæis, & ibi per gl. & per glo. Insti. de iure personarum § fi.

Aut quis erat in qualitate conditionis, vt quia credit cōtrahere matrimonium cum seruo, vel serua ecclesiæ, & reperitur seruus, vel serua priuati, & talis error non uitiat matrimonium, vt dicunt Doc. in d. c. fi. ẽ eo.

Tertius casus est error fortunæ, vt puta quis credit cōtrahere cum diuite, qui est pauper, & talis error non uitiat matrimonium 29. q. j § 15 ita.

8 Quartus est error † qualitatis, puta contraho cum una, quam puto virginem, & est corrupta, & talis ratio vitiat matrimonium, vt dicto § is ita.

Ex hoc infertur, quod si contraho matrimonium cum uiro quem credo legitimum, & in ueritate est spurius, quod talis error non uitiat matrimonium, quia talis est error qualitatis, & est speciale in errore cōditionis seruilis, vt uitiat matrimonium. vnde debet extendi ad alium errorem. Et hoc tenet But. infra eodem. licet. Limita tamen vbi error qualitatis concerneret diuersitatem fidei, verbi gratia, credo cōtrahere matrimonium cum Christiana, & est Iudæa, vel gentilis, nam talis error vitiat matrimonium, immo non teneret matrimonium etiam si cōtraheret scienter, vt 28. q. j per totum, & dixi in cap. fi. de condi. appo circa prin. magnæ glo. & ibi etiam dixi, an teneat matrimonium inter hæreticum, & Christianum, habetur in ca. decreuit, de hæreti. in sexto.

9 Sed dubium est, an † Papa possit statuere, quod quilibet error vitiet matrimonium gl. 29. q. j. in summa, dicit quod nullus error dirimit matrimonium ex sui natura, sed ex constitutione ecclesiæ, & per hoc dicit, quod Papa posset statuere, quod nullus error vitiet matrimonium, & similiter, quod error qualitatis impediat matrimonium. Aduerte, in errore conditionis personæ adest consensus in personam, licet sit error in eius conditione, nam si contraho matrimonium cum seruo, quem credo liberum, consentio in eius personā, licet errem in eius conditione, unde talis error non videtur sui natura uitiare matrimonium, sed solum constitutio ecclesiæ uitiat matrimonium Quantum autem ad errorem personæ Gaspar Cald. in Rubrica huius tituli. dicit, quod Papa non posset statuere nullum errorem vitiare, & dicit, quod error personæ sui natura uitiat matrimonium, & hoc videtur placere beato Thomæ in 4 sent. articu. primo, di. 3. nam nihil est tam contrarium consensui quam error, ut in l si per errorem ff. de iurisdict. omnium iudicum, sed sine consensu non est matrimonium, ut in cap. dilectus, de spon. vnde Papa non potest statuere. quod sit matrimonium, vbi non est cōsensus verus, vel præsumptus, & ideo dic, quod nullus error tollit totalem consensum, nisi ubi est error personę, & ideo error ille de sui natura uitiat matrimonium, & ista est ratio quod Papa non possit statuere, quod non teneat matrimonium, secus in errore conditionis seruilis, quia ille dependet ex constitutione. sed dic, quod Papa non potest absque magna causa tollere constitutionem ecclesiæ, cum tales constitutiones concernant vniuersalem statum ecclesię, ideo absque magna causa non posset statuere contrarium, & si vellet statuere, non esset permittendus, vt nor. Doct. in c. quanto, supra de consue.

In glo ij hæc glo potest diuidi in duas partes. In prima oppo. & soluit distinguendo: In secunda quęrit, & respondet referendo opin. Secunda ibi, sed pone.

In prima parte glo. Host. dicit, quod si agitur de contrahēdo matrimonium, vel sumus in spiritualib. de futuro, & tūc debet faciliter credere referenti. sed de hoc dic, ut dixi in ca. præterea, el secondo, & in capit. cum in tua de spon. aut sumus in matrimonio contracto per verba de præsenti. & tūc dicit Host. quod procedit opin. glos. hæc gl. propriè loquitur in matrimonio de præsenti. Gaspar autem Calde. distinguit inter forum pœnitentialem, & iudicialem, & dicit, quod in foro pęnitentiali sic credidit referenti, & postea eam carnaliter cognouerit, vel aliter in causa consenserit tacite, vel expresse erit vxor, & sacerdos ei dicet, quod illi adhærebat illi sicut uxori, ex quo credidit referenti, siue debuerit credere, siue non, sed si non credidit etiā si debuisset uerisimiliter credere non erit vxor etiam si postea eam cognoscat carnaliter, vel alium actum faciat, ex quo inducitur tacitus consensus, vel expressus, quia videtur hoc facere ex priori consensu. in foro uero iudiciali dicit Gaspar Calde quod similiter esset iudicandum, si de sua opin. constare posset, sed quia ecclesia non potest iudicare de occultis, vt in c. a nobis, el secondo, de senten. excommun. iudicabit cum credidisse, si debuit credere referenti, puta, quia erat talis, cui debuit credi, & dicebat uerisimilia, & econuerso iudicabit cum non credidisse

10 si non debuit credere, nam † ecclesia se informat ex his quę sunt verisimilia, & plerunque fieri consueuerunt, de testi. in nostra, & in regula, inspicimus, de reg. iuris, in sexto. & dicit Gasp. quod hoc ex circūstātiis cognosci melius, quam doctrina apparere potest, de dona. apostolicę, & arbitrium iudicis multum in hoc operabitur, quia ex diuersitate casuum rē. ..... & quando sit credendum referenti. vide glo. & ibi per Innocent. & Docto. in cap. cum contingat, de rescript. & in cap. veniens, de fil. presby. & in c. illud, de cleri. excommu. administrante, & de sent. excommun. inquisitioni, & quando

11 † denominatio inducat malam fidem. dic ut per Barto. in l. si fundus, C. de rei vend. & in l. alienam, ff. pro empt. & per Docto. in l. illud, & in c. fi. de præscrip.

In secunda parte glo. ibi. Tancr. dixit. hanc opi. Tan. Vin. tenuit, Philippus Goff. Ioan. And. & dom. Card. in 4. q. & multi alii Doct. sed Host. & Bntr. sequuntur vltimam opinio. gl. qui non cognoscit eam tanquam seruam, sed tanquam illā, quæ est in possessione libertatis etiam si non sit libera, nam etiam si non sit tamen pro vxore habenda est li. pendente, nec est ei sua possessio turbanda. Et dicit Host. hoc esse satis expressum, ut in c. fraternitatis, versi. nā si, ẽ. de frigidis. ad idē ẽ. qui fil. sint legit. cum inter, & remittit Host. ad no. per se in summa, eodem tit. quia si. uersiculo, quid si lit. Et Ioan. And. dicit hanc opin. esse tenendam de æquitate, & hanc opin. & tenuit glo. quam vide 29 quæst. j. in ca. cuius rei.

12 Nunquid autem lite pend. tenebitur vir † ipsam alere. Docto. dicunt, quod sic, arg. l. si neget, ff. de libe agno. & quod no. Innocen. in c. per uestras, ẽ. de dona. inter virum & vxorem, & hoc tenuit gl. in d. c. cuius rei.

13 Quid autem de muliere accusata de adulterio, an teneatur † vir pendente accusatione reddere debitum. dic, vt per glo. 34. dist. si cuius, & in capitu. fi. de adulte. vbi est bona glo. vbi uide.

Glo. fin. voluit oppo. contra tex. quod pecunia non sit restituenda mulieri, quia dos non potest esse sine matrimonio vt in l. mulier. § fin ff. de iure do. Glo. timore huius contrarii exponit pro dote, i. loco dotis. sed ista solu. non videtur vera, tum quia est contra tex. tum quia seruus nihil potest habere, & quicquid acquirit, acquirit domino, vt in l. siue mihi ff. de stip. seruo. & in l placet, ff. de acqui. hære. & instit. per quas perso. nobis acqui. §. item nobis, & 13. q. 2. illud. cuius timore Innoc. exponit mulieri, i. domino mulieris, sed ista expositio mulieris vnde Inno. alio modo soluit. & dicit, quod iste text. loquitur de æquitate canonica pro domino Card. in 4. opp. dicit, quod Innoc. non exemplificat quid uelit sibi in hac solut. sed dicit, quod forte noluit se referre ad factum, & sit sensus, quod pecunia restituitur sibi de facto sine præiudicio domini. simile nota per gl. j. 13. q. ij illud, & uide in Spe. de donatio. inter uirum & vxorem, § fina. ver. sed qua actione. vel forte secundum dom. Card. Innocen. intelligit, quod de ęquitate canonica pecunia redditur mulieri, & cum ea alteri nubere possit, quod tamen dicit dom. Card. non procedere de iure, nisi eo casu, quo non bene cōstat, an sit serua. sed tu dic secundum Abb. Sicu. aut concurrit dominus cum ancilla ad petendum pecuniam, & tunc præfertur dominus, ut in l bona fidei, ff. deposit. aut dominus non concurrit, & tunc litera debet intelligi proprie, nam potest detinere seruus loco domini, vel cōniuentibus oculis domini, ut in l. 4. ff. de manumiss. immo si ancilla spoliaretur illa pecunia posset absente domino agere ad recuperat. illius pecuniæ, ut in l. 4.

C.si per uim, vel alio modo,& in capi cum dilecta, de rescri. & ibi nota. Sequitur capitulum, Licet.

SVMMARIVM.

1 *Partus sequitur conditionem patris, si talis in loco consuetudo fuerit.*
2 *Consuetudo, vt partus sequatur patris conditionem valet.*
3 *Libertatis, seu prelatura quasi possessio, qualiter probari debet.*
4 *Praescriptio concluditur quieta, & pacifica possessione.*
5 *Consultor respondendo per uerbum videtur, censetur de iure respondere.*
6 *Iudicandum est pro causa magis fauorabili.*
7 *Praescriptio longi temporis currit aliquando sine titulo.*

CAP III.

1 Licet. Et si consuetudo est in loco, quod partus † conditionem patris sequatur, natus ex ancilla, & libera, liber erit, & ut liber matrimonium contrahit. h.d. In prima ponitur factum, in secunda determinatio. Secunda ibi, videtur.

No. primo, quod licet de iure communi sit, quod partus sequatur conditionem matris, quo ad libertatem, & quo ad seruitutem valet, vt si mater sit libera, vel serua, filius censeatur liber, vel seruus, ut in ca si de seruis non ordin. & Insti. de
2 ingen. in principio, tamen valet statutũ, vel † consuetudo, vt sequatur condit. patris, & hæc consuetudo in multis locis uiget, & ideo tene menti istum text. sed But. intelligit istu textum, quod iste erat natus absque nuptiis, alias dicit, quod de iure sequeretur cõdit. patris, vt in l. cum legitimi. ff. de statu hom. & per hoc dicit esse casum notabilem hic, quod error illegitimitatis illius, cum quo quis contrahit, non uitiat matrimonium. sed de hoc, an error vitiet, dixi in capit. proposuit.

In prima glo. supra eo. & ibi dixi de errore illegitimitatis illius cum quo quis contrahit non vitiat matrimonium. sed quantum ad illud, de quo dicit Butr. quod iste de quo in tex. non erat natus ex legitimo matrimonio non bene probatur hic, quia immo debemus intelligere, quod erat natus ex legitimo matrimonio, alias non potest ostendere patrem, q̃a illegitimus non censetur habere patrem, nec sequitur conditionem patris, vt dixi in c. cum haberet, cum glo. magna, supra de eo, qui dux. in ma. quam po. per adulter. Item non est uerum, quod ille qui natus est sequatur condit. patris, quo ad libertatem, vel seruitutem, quia immo sequtur cõdit. matris, vt dicit glo. in cap. fi. de seruis non ordi. & dixi in ca. j. in glo. in uerbo, non soluenda, alias dissoluenda s̃. eo.

Nota secundo argumentum, secundum Butr. quod ad ꝓ
3 bandum quasi possessionem † libertatis ille qui debet probare articulare debet, quod se gessit pro libero, & idem dicit in quasi possessione prælaturæ, quia sufficit ꝓbare, quod gessit se pro prælato, vt concludatur prælatus, de quo remittit ad nota. ad c. nihil. de elect. & ad repetitionem quam fecit in ca. consultationibus, de iurepatro.

Nota tertio ibi, nec status controuersiç passum &c. quo
4 ad concludendam † præscriptionem requiritur, quod possessio sit quieta, & pacifica.

Nota quarto ibi, videtur, quod per hoc, verbum respondetur de iure, vide quod nota. de appellat. secundo requiris.
5 & sic nota, quod vbi † cõsultor dicit, videtur mihi &c. quod censetur de iure respondere. idem dicas in iudice, vel arbitro quia si dicit, videtur reum nihil debere, cẽsetur ipsum absoluere, & si dicit videtur reum esse debitorem in x. cẽsetur cõdemnare, vt in l. quid tamen. § si arbiter. ff. de arbi. cõcordat cap. præterea. de app. de sent. excommu. cum uniuersitatis. de spon. cum apud. j̃. qui matr. accu. pos. videtur, idem est in verbo, credimus, vt j̃. de delictis puerorum cap. j. de priuile quoniam, & capi. pastoralis. j̃. de sent. excommu. nuper. idem in ver. non dubitamus, de sent. excommu. significauit.
6 Nota vltimo in dubio esse † iudicandum pro causa magis fauorabili, vide tex in c. fi. s̃. de re iudi.

In gl. j. dic, quod leges allegatę, in glo. probant, quod si pater gessit se pro libero tempore mortis, & quinquennium postea sit elapsum, ita quod nec ex persona propria, nec patris filius est passus controuersiam status, censendus est liber & sic est casus notabilis in quo per quinquennium pręscribitur contra seruitutem: forte enim si pater uiueret haberet ꝓbationes libertatis. vnde tum in fauorem defuncti, tum in fauorem libertatis hoc statutum est, sed si quis hoc vendicaret sibi libertatem ex persona propria tantum, tunc requiritur tempus 20. annorum, & bona fides, nec requiritur alius titulus fauore libertatis, vt in l. secunda. C. de præscript. lon. tempo. quæ pro libertate, & iste est casus notabi. in quo cur-
7 rit † præscript. lon. tempor. sine titulo, omnino iunge cum ista glo glossam 12. quæstione secunda. longinquitate, ubi etiam per Archid. Sequitur capitulum, Ad nostram.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ignoranter contractum cum ancilla separatur.*
2 *Legatus apostolica sedis potest in sua prouincia audire causas matrimoniales, & concurrit cum episcopo.*
3 *Copula carnalis non firmat matrimonium contra errorem.*
4 *Consensus prastatur uerbo, & facto.*
5 *Ignorantia qualiter, & a quo sit probanda.*
6 *Scientia præsumitur de his qua communiter nota sunt aliis.*

CAP. IIII.

1 Ad nostram. Si liber ignorãs † matrimonium contrahit cum ancilla, nec postea sciens uerbo, vel facto in causa cõsenserit separabitur matrimonium, & cum alia contrahere poterit. hoc dicit. Communis diuisio. Secunda ibi, ideoque.
2 Nota primo, quod legatus † apostolicæ sedis potest in ꝓuincia sibi decreta audire causas matrimoniales, & etiam separare matrimonium in casib. a iure permissis. & dicit Ab. Sicu. quod hoc facit ad limitationem c. accedentibus. de excess. præla. vbi dicitur, quod audire causas matrimoniales est dignitatis. ad idem c. j. de consan. & affin.

Et ex hoc infert Abb. Sicu. quod legatus in prouincia concurrit cum episcopo etiam in his quæ pertinet ad dignitatẽ temporalem. pro hoc capi j. de offic. lega. & capitu. secundo, eod. titu in sexto.
3 Nota secundo, † quod copula carnalis non firmat matrimonium contra errorem conditionis seruilis; imputandum est enim mulieri quare non detexit suam cõditionem, & ita tum personæ suæ. facti, quod habetur in l. 2. C. si seruus ad decurionatum, libro decimo. punitur enim ingerendo se actui quem exercere non potuisset si conditionem suę personæ detexisset ad hoc, quod no. in c. suscitatus, de rescrip.
4 Nota tertio, quod † uerbo, & facto quis consentit. facit c. dilecti, cum glo. de app.
5 Nota ultimo ibi, si constiterit, quod dicens se † ignorasse conditionem mulieris debet hoc probare, sed cõtra. quia in dubio præsumitur ignorantia, ut in regula, præsumitur, de regu. iur. in sexto, & in l. verius, ff. de proba Sol. Host. fatendo contrarium, & dicit, quod probatur ignorãtia eo ipso, quod non probatur scientia, sic supra de his quæ fi. a præla. c. ea no scitur, ubi de hoc. sed But. dicit, quod tenetur probare ignorantiam secundum formam quæ habetur per gl. in c. innotuit, in verbo, ignorantia, & in cap ad falsariorum, in glo. 2. de crimine fal. & in regula, præsumitur, de reg iur. in vj. & in c. ut circa, in glo. in uer. per proprium, de elect. in 6. 1. quod fecit indagationem de conditione mulieris, quia debebat inquirere conditionem eius cum qua contrahebat matrimonium. Idem dicit Abb. Sicu quod præsumitur ignorantia, ni si conditio mulieris fuisset communiter nota, nam quis præ
6 sumitur † scire illud, quod communiter est notum aliis, & in cap. j. de postu. præla & 16. dist quod dicitis, & in ca. fi. qui ma. accu. pos. Dicit etiam Host. quod deficiente probatione scientiæ, vel cessante præsumptione ignorantiæ stabitur iuramento, arg cap attestationes, de despon impu. & hoc sequitur Bu. Domi. Card. in secunda oppo. dicit, quod hic est casus diuersus ab illo, & quod non uidetur vir onerandus iuramento, sed absoluendus, nisi probetur de eius consensu, supra eo. cap. ij. sed tu tene opin Host cum qua transit Io. And. & But. vel dic, ꝙ subest aliqualis præsumptio, quod uir habuerit notam conditionem mulieris propter maximam conuersationem quæ est inter ipsos, argum. l. octaui. unde cognati, & in l. de tutela. C. de in integrum restitutio. minorum & ideo ne dissoluatur matrimonium, quod forte de iure est validum, licet probari non potest, defertur iuramentum ad purgandum ipsum uirum.

Glo ij. diuiditur in quatuor partes.

In prima exemplificat tex. & colligit arg. ex eo, & arguit pro & contra.

In secunda quærit, & respondet.

In tertia iterum quærit, & respondet.

In quarta iterum quærit, & respondet. Secunda ibi, sed pone, quod aliquis. Tertia ibi, si dominus. Quarta ibi, sed pone libera contraxit.

In prima parte gl. ibi, dicas, quod de facto tantum contrahitur

hitor matrimonium,no.ex gl & tene menti, quod quando
præcedunt spon.vel alia uerba, quæ non habuerunt effectũ
postea ipso facto,sine verbis contrahitur matrimonium. &
dicit Host.& Ioan.And.& dom.Cardin.in 3.oppositione, ꝙ
vbi nullus tractatus præcessisset, copula carnalis nunquam
probaret consensum.ff.de regu.iur.l.nuptias,de hoc plene di
xi in c tuæ de spon.

In secunda parte gl dic,quod bene dicit,& idem dicit glo.
29 q.2. si quis ingenuis,& hoc etiam tenent Doct.hic.

In tertia parte gl.bene dicit.nec obst si dicatur,quod cum
matrimonium non teneat propter errorem conditionis nõ
debet tenere libertatis datio,q̃ competit ob matrimonium,
quia quod nullum est,& c.vi in regula,non præstat, de regu.
iur.in sexto.Nam Goff.sol.& dicit, quod cum incipit matri-
monium,dominus amittit dominium ancillę & sic reperit
matrimonium contractum cum libera.pro hoc,quod no j.
quæstio.prima,detrahe. in glo prima,& de app.prætetea, el
secondo,& idem tenet glo. in dicto capit. quis ingenuis.29.
quæstio.ij.& Doctor.hic.

In vltima parte gl.dic,quod béne dicit.& idem dicit gl.in
dicto ca.si quis ingenuis,& Docto.ipsum sequuntur.

De natis ex libero ventre. Rubrica.

¶Quia error conditionis seruilia impedit matrimonium
& ex hoc sæpe dubitari contingit, utrum natus ex libero vẽ
tre sit Indicandus seruus,vel liber, ideo post Rubricam præ-
cedentem congruo ordine subijcitur ista rubrica. ad mate-
riam facit 24.quæst.4 liberi.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex libera,seu liberta,liber est.*
2 *Verbum deceat,refertur proprie ad honestatem.*
3 *Seruitus paterna non impedit libertatem nascentis ex matre libera.*
4 *Libertus quomodo apud iuristas, & quomodo apud grammaticos acci-
piatur.*
5 *Instrumentum potest per aliud instrumentum reprobari.*
6 *Fieri non debet,quod aliis prohibetur.*
7 *Aduocatus,seu procurator,qui fuit in causa principali unius, an possit es-
se alterius in causa appellationis,scilicet aduersarij.*
8 *Liber homo,quando redigatur in seruitutem.*

CAP. PRIMVM.

1 INdecens. † Natus ex libera,uel li
berta liber est. h. d. In
prima dictum generale, ex quo casum dif
finiri mandat.Secunda ibi,propterea.
2 Nota primo,ꝙ inspiciẽdum est quid † de-
ceat, & ꝙ verbum proprie refertur ad ho-
nestatem,vt c.magnæ, de uoto,& in ca.cũ
non deceat,de elect.in sexto.

Nota secundo,ꝙ natus ex libera matre liber est, nec cura
3 mus de seruitute † paterna, quia respectu libertatis,seu serui
tutis inspicimus conditionem matris,ut in c fi. de seruis nõ
ord.& diu in c.j & in c.licet,s.titu.proximo.

Nota tertio,ꝙ filij libertę sunt liberi,nec possunt per do-
minum reuocari in seruitutem, & est differentia inter iuri-
4 stas,& grammaticos in hoc,quia grammatici appellant † li
bertum,vel libertam illum,vel illã, cui data fuit libertas: fi-
lium vero eius libertinum, & deinde natum ex libertina in
genuum,sed iuristę non faciunt differentiam inter libertũ,
& libertinu,quia manumissus appellatur libertus,uel liber-
tinus,& natus ex liberta,uel libertina appellatur ingenuus.
& quod uide Insti.de liber. in princ.

Nota quarto, quod instrumentum potest reprobari per
aliud instrumentum, nam sicut testes reprobãtur per testes
5 digniores, ita † instrumentum potest reprobari per instru-
mentum dignius facit c.cum Ioannes.de fide instru.& ca.li-
cet causam,de proba.de quo vide in c.imputari,de fide instr.
& in l scripturæ.C eod.tit.

6 Vltimo nota, quod quis non debet † facere illud a quo
debet alios prohibere,& hoc facit ad q nunquid ille qui fuit
procurator vnius in causa principali possit contra ipsum es-
se procurator in causa appellationis, de quo vide Domi.de
Ro.coucl.u 412.& uide Ioan.Andr.in regula, contractus, in
mer.in vj.ubi tractat de aduocato videlicet, an ille qui fuit
7 † aduocatus vnius in causa principali possit esse contra ip-
sum in causa appellationis. facit etiam ad q an ꝯsultor pos-
sit esse aduocatus contra suum consilium,de quo dic ut per
Inn.& Doct in c.j de consti ¶.Glo j.dum allegat c cum mul-
tę 15 q.vltima,vbi dicitur quod natus ex matrimonio con-
tracto cum illo qui est in sacris est seruus ecclesiæ,in qua pa
ter ministrauit sed gl.ibi dicit, quod ecclesia nunquam fuit
vsa illo iure,& sic perdidit illud ius: alius qui ponitur in gl est
clarus.

Sed Doct.extra gl.addunt alios duos casus.
8 Primus est,† quando maior xx.annis permisit se uendi ad
pretium participãdum,vel si erat minor 20.annis factus ma
ior pretium participauit, nam talis efficitur seruus concur-
rentibus illis quæ habentur in tex.& glo Insti de iure perso.
§ pen.de hoc etiam per Io.And.in Spe.de resti.in integrum.
§ ij post prin.

Secundus casus est,quando libertus est ingratus, quia pro
pter ingratitudinem reuocatur in seruitutem 12.q ij liberti.
idem dicas de ingratitudine filiorum libertę,secundum Ho
stien quia etiam ipsi reuocãtur in seruitutem,de quo remit-
tit in c.3 de reb.eccl non alie.Nec obstat iste tex.quia eccle-
sia non habet causam rationabilem, secus si habuisset cau-
sam rationalem.alia sunt clara.

De cognatione spirituali. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio est triplex,spiritualis,legalis,& carnalis.*
2 *Cognatio spiritualis catechismi impedit matrimonium contrahendũ, non
autem contractum dirimit.*
3 *Catechismus quid sit.*
4 *Cognatio spiritualis ex quibus sacramentis oritur.*
5 *Cognatio spiritualis, an solo tactu uestium, & capillorum in baptismo,
uel crismate contrahatur.*
6 *Cognatio spiritualis qualiter diuidatur.*
7 *Filius,an debeat præferre patrem carnalem,uel spiritualem.*
8 *Cognatio spiritualis,an transeat ad nepotes.*
9 *Filia spiritualis filii carnalis,uel soror filij spiritualis, an possit in matri-
monium duci.*
10 *Filia spiritualis,an possit cum filio meo illegitimo coniungi matrimonio.*

¶Continuatur hæc Rubrica cũ præcedentibus hoc mo-
do. Visum est de quibusdam impedimẽtis matrimonii,nunc
subiicit de triplici cognatione quæ etiam impedimentũ ob
1 uertit, nam triplex est † cognatio.s.spiritualis,legalis,& car
nalis,sed quia spiritualis est dignior cęteris,ideo de illa præ-
mittit.de materia habetur 30.q.j.& 30 q 3.& 4.facit 33. quæst.
ij.si quis cum matre.repetit in sexto, & scias,quod cognatio
spiritualis proprie oritur,quo ad impediendum, & dirimen-
dum matrimonium ex duobus sacramentis tantum,s.ex ba
ptismo,& confirmatione,vt est tex.in c.j.& si eodem titulo,
in sexto. Ex catechismo autem qui fit ante baptismum orit
2 † cognatio spiritualis ad impediendum matrimonium, sed
non ad dirimendũ, & de hoc est casus in c. per catechismũ,
eod.tit.in sexto,& sic debet intelligi,de cons dist 4. in cathe
3 chismo.& proprie † catechismus est secundum Abb. Sic. il-
la exhortatio,seu instructio, quæ fit ante baptismũ,nã olim
instruebantur uenientes ad fidem antequam baptizarẽtur,
de quo vide tex de consecr.dist.4.ante 20. dies.hodie vero p-
prie appellatur catechismus ille actus qui fit ante portam p
sacerdotem antequam puer admittatur ad ecclesiam ad su-
sceptionem baptismi.pro quo vide tex.in c. ex hinc,de cons
dist.4.& dicit Abb.Sicu ꝙ multi erant credentes se esse com
patres ex detentione infantis ante ostium ecclesiæ, nam il-
la detentio non sufficit ad dirimẽdum matrimonium post
contractum,sed oportet,quod leuet puerum de baptismo.
vnde illa cognatio spiritualis proprie est quoddam vinculũ
proueniens ex eo,quod aliquis aliquem baptizauit, uel con
firmauit,seu confirmatum, vel baptizatum tenuerit in ba-
ptismo,vel confirmatione,seu crismatione, & ideo orit hęc
4 cognatio † ex istis duobus sacramentis tantum,non ex aliis,
quia hęc cognatio imitatur naturalem cognationem quan
tum potest. vnde sicut carnalis cognatio oritur per natiuita
tem quæ consistit in carne, ita & spiritualis cognatio oritur
per natiuitatem quæ consistit in spiritu,nam in sacramento
baptismi dicitur quis renasci,i.iterum nasci,quia primo fuit
natus carnaliter,nunc autem spiritualiter. vnde in euange-
lio,nisi quis renatus fuerit ex aqua,& spiritu sancto,& ibi ap
pparet nos nasci denuo: crismatio vero,uel ꝯfirmatio cõfir
mat sacramentum baptismatis,de conse.dist.5.cap j.& ij.hoc
non contingit in aliis sacramentis. ut dicit Abb.Sicu. sed tu
dic,quod etiam per catechismum contrahitur cognatio spi
ritualis quæ impedit matrimonium, sed non dirimit, ut est
tex.in c.per cathecismum,eod.tit.in sexto,sed alia sacramen
ta, licet quandoque inducant cognationem spiritualem
non

non impedit, nec dirimit matrimonium, vt ca. i. eodem ti. in sexto ꝭ eod. contracto, & in c. si quia dixi, quod contrahitur compaternitas ex eo, quod quis tenet, aut leuat aliquem in baptismo, vel confirmatione.

5 Quæro, an † sufficiat, quod tangat capillos, vel carnem pueri in aliqua parte corporis, vel linteum, in quo puer tenetur. dic, quod sic, vt dicit Archid. Ioan. And. & dom. Dominicus. in ca. si eo. tit. in 6. & dicam. ꝭ eo. veniens.

6 Secundo quæro, qualiter diuiditur ista † cognatio spiritualis. Inn. dicit, quod diuiditur inter paternitatem, filiationem, & sororitatem, sed Ioan. And. addit compaternitatem. paternitas contrahitur inter baptizantem, & baptizatum leuantem, & leuatum: filiatio vero econuerso: fraternitas, seu sororitas contrahitur inter ipsos baptizatos, seu leuatos, vel alterum eorum cum filiis baptizantis, seu leuantis, vt in cap. j. eodem titu. in vj & ꝭ. eod. super eo. compaternitas autem cõtrahitur inter baptizantem, & leuantem, & parentes baptizati, seu leuati. nam vnus est pater spiritualis, alius carnalis.

7 Vtrum autem † filius debeat præferre patrem spiritualem vel carnalem. dic, vt per gl. 30. quæst. 3 pietatum, & 2. q. 7. sacerdotes, alias est capitulum, qualis.

8 Quæro tertio, an hæc † cognatio transeat ad nepotes ulteriores. Innocen. dicit, quod non: filia enim mea spiritualis potest contrahere matrimonium cum filio filii mei carnalis, argumen. 30. quæstione tertia, capitu primo. sufficit enim, quod inter tales non reperitur prohibitum matrimonium. de spon. cum apud.

9 Sed nunquid possit quis accipere in vxorem † filiam spiritualem filii carnalis, vel sororem carnalem filii spiritualis. dic, quod sic, de quo vide tex. & glo. 30 quæstio. 3. capit. fina. & in capit primo, eodem, in sexto. quot aũt personæ impediantur contrahere matrimonium propter istam cognationem spiritualem. Ioan. Andr. ponit in sua summula, & dominus Dominicus refert eodem titu. in sexto, dicam infra eo. Martinus.

10 Quarto quæro, an † filia mea spiritualis possit copulari matrimonio, cum filio meo illegitimo. Innoc. dicit, ꝙ non, sed bene cum filio adoptiuo. vide glo. quæ idem dicit 30. q. 3. in summa, & per gl. ꝭ. tit. j. c. vnico.

Quæro vltimo, an hæc cognatio contrahatur per Iudæũ, vel Paganum baptizantem, seu leuantem. vide Ioan. Andr. in regula, ex eo, quod. de reg. iur. in vj. vbi concludit, quod nõ cum careant baptismo, quia est ianua omnium sacramentorum, de presby. non bap. ca. j. 2. & 3 & probatur de consec. dist. 4. in baptismate, secus in hæretico cum sit baptizatus. latius dicam ꝭ. eodem, contracto.

S V M M A R I V M.

1 Filij duorum compatrum matrimonium licite contrahunt si propter neutrum eorum deuentum est ad compaternitatem.

2 Consuetudo si concurrat cum iure communi, tollitur, si ius fuerit sublatum.

3 Consuetudo potest inhabilitare habiles ad contrahendum matrimonium.

4 Persona quæ fuit causa compaternitatis non potest contrahere matrimonium cum aliquo de filijs baptizantis.

5 Consuetudo ciuitatis a quibus seruanda.

6 Argumentum ab ordine scripturæ, cur non est bonum.

C A P. PRIMVM.

1 VIrum. † Filij duorum compatrũ propter quorum neutrũ est deuentum ad compaternitatem licite cõtrahũt matrimonium, nisi cõsuetudo obuiet. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur dubitatio. In secunda dictorum canonum contrariorum inductio. In tertia posterioris approbatio. In quarta exceptio. Secunda ibi, & licet. Tertia ibi. Vnde. Quarta ibi. nisi.

2 Nota secundum Abb. Sicu. arg. optimum, ꝙ ubi † consuetudo concurrit cum iure communi, si tollitur ius commune. p contrariam consuetudinem tollitur per consequentiã consuetudo, nisi sit talis consuetudo ex cuius præteritione generetur scandalum, & dicit, quod hoc nota. probatur hic, & sensit glo. magna, infra eod. super eo & dicit, quod hoc facit ad q. agitatam in c. de constit. in 6. ubi glo. & Doct. disputant, an sublato iure communi intelligatur sublata consuetudo fundata in iure communi.

3 Nota secundo, quod † consuetudo potest inhabilitare personas habiles ad contrahendum matrimonium, quando est talis, quod ex eius prætermissione scãdalum generetur, de quo plene dicetur, ꝭ. eo. super eo.

4 Nota vltimo, quod illa † persona, per quam est deuentum ad compaternitatem, non potest contrahere cum aliquo de filiis baptizantis, seu leuantis, siue sint generati ante compaternitatem, siue post. ratio est, quia isti ad inuicem efficiũtur fratres spirituales, & quod dicitur de persona per quam est deuentum ad compaternitatem intellige, secundum Io. And. & Doct. de persona baptizata, seu leuata secus in baptizante, seu leuante. Nam leuans, seu baptizans laicus potest contrahere matrimonium cum sorore leuati, seu baptizati. item cum filia spirituali filii carnalis, & dixi in Rubrica, & habetur per tex & gl. 30. q. 3 c. fi.

Item no. ibi, nisi consuetudo ecclesiæ, quod ad hoc, vt cõsuetudo valeat in spectantib. ad forum ecclesiæ, & quod consuetudo sit introducta ab ecclesia. glo. tamen in l. ex ea, in gl. fi. ff. de postu. dicit, quod castra subiecta ciuitati, & etiam epi-
5 scopus tenetur seruare † consuetudinem ciuitatis, & de hoc dic per Doctor. in capitulo, ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & per Bart. in l. cunctos populos C. de summa Trinita. & fide cathol.

In glo. j ibi, & debet esse Pascalis primus. aduerte c. post susceptum, fuit editum a Paschali Pontifice. si intelligitur, de primo Paschali. tunc procedit, quod c. post susceptum, est antiquius, quam capitu super quibus, quod fuit editum ab Vrbano secundo. Nam Vrbanus secundus fuit post Paschalem primum, sed si intelligeretur de Paschali secundo, tunc malediceret, quod esset antiquior canon, quia Vrbanus secundus fuit ante paschalem ij. & propter hoc glo. dicit, quod suprascriptio illius ca. post susceptum, debet dicere Paschalis primus. sed aduerte, quia Gratianus ante descripsit c. super quibus, quam c. post susceptum.

6 Ex quo nota, quod non est bonum argumentum † ab ordine scripturæ, quia multotiens canon antiquior scriptus est posterius & posterior est scriptus ante.

In ea glo. sed ibi canon. de hoc uide glo. in d. c. post susceptum, quam ita exponit, vt non contradicat alteri canoni posteriori.

In glo. magna. dic, ut ꝭ. dicam, in c. super eo.

S V M M A R I V M.

1 Compaternitas superueniens scienter inter coniuges non dissoluit matrimonium.

2 Parentes carnales non debent leuare filios a fonte baptismi, vel de crismate.

3 Opinio humanior est sequenda inter opiniones discordantes.

4 Opinio singularis, an sit præferenda communi.

5 Compaternitas præcedens non subsequens matrimonium, illud tollit.

6 Compaternitas contrahitur animo, & scientia interuenientibus.

7 Medium datur inter scientiam, & ignorantiam.

8 Debitum matrimoniale, an possit exigi si coniuges fuerint in dolo respectu cognationis spiritualis.

C A P. II.

1 SI vir. † Compaternitas scienter inter coniuges superueniens coniugium non dissoluit. Communis diuisio. Secunda ibi, consultus.

2 Nota primo, quod † parentes carnales non debent filios proprios de sacro fonte, vel de crismatione leuare: alius enim debet esse pater carnalis, & alius pater spiritualis, instante tamen necessitate parentes licite baptizant filios, nec inter eos oritur impedimentum aliquod, qui instante necessitate hoc fecerunt, ut in capitu. ad limina. 30. quæstione prima.

Sed circa hoc vide Hostien. in summa, de baptismo. §. quis possit. ver. hoc tamen effectum, & Ioan. An. in regula, quod non est licitum. de reg. iur. in vj. & dicit Host. quod iste puer in necessitate baptizatus debet portari ad sacerdotem qui quæret, an forma sit seruata, & quæ forma. & secũdum quod audiet, vel esse seruatam formam ecclesiæ, uel non esse seruatam, vel iteru baptizabit, vel supplebit id, quod omissum est, & sic intelligit c. in necessitate, & cap. Romanus, & c. seq. de consec. dist. 4.

Secundo nota ibi, humanius, quod ubi Doct. in aliquo ar-
3 ticulo sunt varii, sequenda est † opi. humanior, idest rationabilior, & ęquior. Si uero vtraque opin. est ęquè rationabilis sequendum est plurimorum iudicium, secundum Hostiẽ & Doct. & allegat Host. bonum tex. in simili 19. dist. in canonicis, sed de hoc dic, ut 20. dist. de tribus.

Sed dicit Hostiensis, quod si ambiguitas est ardua, est consulendum principi, vt in capitu. maiores, de baptis. & in capi. per venerabilem, § rationibus, qui filii sint legitimi. sed quo ad matrimonium dicit, quod ubi magistri per suas glo.

soluunt matrimonium, nec oſtēdunt caſum in iure expreſ-
ſum. Si inuenitur, quod aliquis ſentiat contrarium, illi adhæ
rendum c.l. de tet. i. licet ex quadam, & hoc ſequitur Io. And.
Butr. & Abb Sicu ſed dominus Car. in fi. tit. notabiliter dicit
quod hoc procedit, dum tamen ille qui tenet contrariū poſ-
ſit probabili ratione adiuuari. Abb. Sicu. dicit ex dicto Hoſt.
ſingulariter eſſe notandū, φ vbi agitur de matrimonio ſub-
ſtinendu, opi. ſing eſt præferenda communi opi. niſi cōis opi.
4 habeat tex pro ſe. Vtrum autem alias † opi ſingularis ſit præ
ferenda cōi vide Io And. quem Doct. ſequuntur in c. j, de cō
ſtit. & per Abb. Sic. in c. Capellanus, de feriis.

5 Nota tertio, φ † compaternitas ſequens nō diſſoluit ma
trimonium præcedens. & dicit dom. Card. in primo notabi-
li, quod licet text. loquatur de hac compaternitate, tn̄ idem
eſt de qualibet cognatione vt ſi pater vxoris tuæ te ſuſcepit
de baptiſmo, vel de confirmatione, ſeu criſmatione, vel ſi tu
tenes coniugem, vel quid ſimile: ſubeſt enim eadem ratio. ſed
dubium eſt, an compaternitas ſuperueniens diſſoluat ſpon.
de futuro præcedentia Hoſt. tenet, φ ſic j̄. e veniens. ſicut er
go per affinitatem diſſoluuntur ſpon. de futuro, vt j̄. tit. ij ex
literis. & c. ſeq. & idem dicit de adoptione. vt j̄. tit. j. c. j. & Io.
And. & dom Card. & Butr. ſequuntur ibi Hoſt.

Nota vltimo, ſecundum Abb. Sic. in ver. ignorantia, argu.
6 optimum, quod ad † compaternitatem contrahendam re-
quiritur animus, & ſcientia.

Et ex hoc infert, quod ſi quis credens tenere filiam vnius
tenet filium alterius, non efficitur pater ſpiritualis baptizati
ſaltem ad dirimendum matrimonium poſt contractum. &
Io. And tenet contrarium in regula, poteſt quis, in vj. dicā j̄.
eod. veniens.

Sed quæro pro intellectu literæ, quomodo poteſt prætēn
di ignorantia ſi quis ſuſcepit filium proprium ad baptiſmū.
Hoſt. exemplificat, puta, dum multitudo in ſabbatho inſta-
ret, vt baptizarentur, credidit leuare filium Martini, & leua-
uit filium proprium, φ tamen hodie difficulter poteſt con-
tingere, quia non baptizatur ſit tanta multitudo nunc ſicut
olim dicit etiam Hoſt. quod inter ſcientiam, & ignorantiā
7 eſt dare † medium, ſ. ſcientia non malitioſa, ut puta, ſi pater
inſtante neceſſitate baptizauit filium in articulo mortis cō
ſtitutum, vt in c. ad limina. 30 q. j. & propter hoc iſte tex. cau-
te locutus eſt de ignorantia, & de malitia, & tn̄ dixit de ſciē-
tia quia eſt dare ſcientiam non malitioſam, vt in d. exēplo.

In glo. iij. Goff. & Hoſt. dicunt, quod ſi alter tantum fuit in
dolo, quod ille qui fuit non poſſit debitum exigere, ſed ille q
fuit ignorans, ſed ſi ambo fuerunt in dolo, dicit, quod neuter
debet exigere. & neutrū ſubtrahere, & quod hoc ſonat lite-
ra hic. & j̄. eod contracto, in fi. ſed melius facerent continen
do. Idem ſequitur But ſed dom. Card in ultima q dicit, quod
cap. quanto. loquitur in alio caſu, quia ibi fuit tantum con-
tracta compaternitas per catechiſmum. & dicit etiam, quod
in catechiſmo, & confirmatione ſi coniuges fiant cōpatres
ſcienter, licet bene faciant continendo, tamen exigendo nō
peccant, quia non prohibentur, nec contrahendo compa-
ternitatem videntur vouere caſtitatem, quo caſu non poſſet
exigere debitum ſine peccato, de conuer. coniu. placet. & ſic
concor. cum glo Sed Abb. Sic dicit, quod Goff. & Hoſt dicūt
quod quando ambo ſunt in dolo fit hinc inde compenſatio
per l ſi ambo. ff de compen. & in capi. ſignificaſti. j̄. de diuor.
& de adulte intelleximus ſed hoc non placet ſibi, quia com
penſatio fit ubi agitur de utilitate, & commodo delinquen-
tium, & hoc modo loquuntur iura allegata per Hoſt. ſed in
caſu noſtro, ut s̄ fit ad utilitatem alterius, ſed ad reuerentiā
cognationis ſpir & ſic vnius delictum alium non excuſat. po
ſtea dicit, quod Goffre. & Hoſt. finaliter tenent, quod neuter
8 poterit exigere † debitum, nec ſubtrahere, quaſi dicat, nec
poteſt aliquis ipſorum exigere, ſi tamen exigat alter reddere
debet debitum. & Butr. etiam ſic refert Hoſtien. ſed Abb. Sic.
remittit ad glo. magiſtram, 30 quæſt. j noſce. quæ dicit, quod
ſcienter hoc attentās eſt priuatus facultate exigēdi debitum
& dicit, quod ſibi ſatis placet illa opinio per tex. in c. Deo. 30.
q. i. vbi dicitur, quod talis mortua coniuge debet remanere
ſine ſpe. coniugii, & per illum tex. dicit, φ quantum in ſe eſt
priuatur exercitio matrimoniali. Item adducit rationem hu
ius tex. nam ſubſtinetur hic coniugum, ne fraus doloſo pa-
trocinetur, ſed quo ad priuandum iure ſuo fraus iſti non pa-
trocinatur, ſed potius obeſt. Et dicit, quod litera in hac ratio
ne ſolum habuit reſpectum, ut coniugium non ſepararetur
ex toto. dicit tamen, quod litera præcedēs ſonuit contra-
rium, dum dicit, vel alter alteri debitum ſubtrahere &c.

Sed ipſe intelligit, quod ſciens non debet ignoranti debi-
tum ſubtrahere, uel intelligitur indiſtincte reſpectu ignoran
tiam. Nec obſtat ſi dicatur Chriſtum excepiſſe ſolā cauſam
fornicationis, & in cap. ſecundo, ſupra de coniug ſeruo. alias
lepro. Nam glo. nota. in dicto §. noſce, 30 quæſtio prima. di-
cit illud eſſe verum, quo ad repellendum vxorem a domo
propria, & a cura. ſed quo ad debitum denegandum multi
caſus reperiuntur vltra fornicationem, & uide Hoſt. in ſum
ma, de cognat. ſpiri. § ſi. uerſi. quid ergo. & in ſumma de ma
trimonio, verſi. qualiter impediatur, ver. ſuſceptus propriæ
ſobolis. Et hæc ſufficiant in iſto capit. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conſuetudo loci eſt ſeruanda in contrahendis matrimonijs reſpectu cogna*
tionis ſpiritualis.
2 *Compaternitas poteſt duplicari, ut ſi ego tuum, tu meum filium a fonte*
baptiſmi leues.
3 *Matrimonium non poteſt conſiſtere inter leuatum a fonte baptiſmi, & fi*
lios leuantis.
4 *Vniuerſale negatiuum tollit conſuetudinem contrariam.*
5 *Ius, quod ſimpliciter tollit conſuetudinem, intelligitur tollere futuram,*
uel præcedentem.
6 *Conſuetudo generalis, quo ad ſacramenta extenditur ad omnes particu-*
lares.
7 *Eccleſia Mediolanenſis lauat pedes baptizandorum.*
8 *Iure antiquo ſublata non tollitur conſuetudo.*
9 *Matrimonium non poteſt contrahi, nec valet ſi conſuetudo loci reſi-*
ſtat.
10 *Scandalum ſolum ſuperueniens alio non exiſtente impedimento non diſ-*
ſoluit matrimonium.
11 *Relatio eſt facienda ad proxima, quando non poteſt referri ad omnia.*
12 *Epiſcopus diſſimulare potius quàm approbare debet conſuetudinem, quæ*
locorum vicinorum conſuetudini aduerſatur.
13 *Filij duorum compatrum, an poſſint inuicem matrimonium contrahere*
per quatuor caſus examinatur.
14 *Conſuetudo ſi eſt talis, quod eius præteritione generetur ſcandalum circa*
matrimonium eſt ſeruanda.
15 *Conſuetudo circa facultatem habilitandi, vel inhabilitandi ad matrimo-*
nium, an ualeat. ubi declaratur per ſeptem caſus.
16 *Conſuetudo quæ eſt contra communem honeſtatem non eſt rationabilis.*
17 *Conſuetudo approbata per Papam ſaltem tacite valet, licet impediat, ut*
dirimat matrimonium in perpetuum.
18 *Papa poteſt ius diuinum interpretari, & addere, & diminuere.*
19 *Conſuetudo non habens concurſum alicuius iuris, nec approbationem Pa*
pæ, ſed tamen generat ſcandalum, an ſit approbanda.
20 *Conſuetudo in ſacramentalib. ſeu dependentibus non tenet, niſi a Papa*
fuerit approbata, & ſic in reſeruatis Papa.
21 *Conſuetudo, an ualeat contra conſtitutionem inferentis cenſuras eccleſia*
ſticas, vel aliam pœnam.

C A P. III.



VPER EO. Summatū eſt in c. j. ſed ſpecialius
ſummari poteſt attingendo men
tem c. Et h. d. filii duorum. per quorum neutrum
eſt deuentum ad compaternitatem, licite inuicē
contrahunt matrimonium. ſi non eſt conſuetudo impediēs
1 & dirimens talia matrimonia, ſeruanda eſt loci † conſuetu-
do In i. quæſt. In ſecunda diſtinguens reſponſio Secunda ibi,
reſpondemus.

2 Nota primo ibi alterum, vel utrunq; , φ † compaternitas
poteſt eſſe dupliciter inter aliquos, puta, quia quilibet filiū
alterius de facto fonte leuauit. Ex quo nota, φ ſi ego tenui fi
lium tuum ad ſacrū fontem potes tenere ſimiliter filium
meum, & tunc per utrunq; filiorum compaternitas eſt ꝯcta.
& dicit Abb. Sic. φ fuit de hoc interrogatus, & φ quidam pa
rum intelligentes reſponderunt oppoſitum.

Nota ſecundo ibi, nulla ratione ſubſtineas, φ inter filios
3 leuantis, & baptizatum nulla ratione poteſt conſiſtere ma
trimonium. Ex quo infertur, ſecundum Hoſt. & bene, φ cuiꝰ
conſuetudo non valeat, vel ꝯrium diſponens. pro hoc facit
tex. in c. φ ſuper his, de conſan. & affi & hoc tenent Doc. No
4 ta bene ex hoc dicto Hoſt φ vniuerſale † negatiuum tollit
conſuetudinem ꝯriam, & ſic ius vl̄e negatiuum niſi repro-
bare conſuetudinem tanquā non rationabilem, & per hoc
non poteſt induci conſuetudo: ſic ēt ul̄e negatiuum intelli-
gitur denegare quamlibet diſpenſationem inferioris a Papa,
vt dicit gl. notabilis, in cle. ne ſi. in verſi. nullo modo. de æta.
5 & quali. Nunquid autem ſi † ius ſimpliciter tollit conſuetu-
dinem intelligatur tollere futuram cōſuetudinem. uide om
nino glo. & Ioan de Imo ſuper ea, in clem. ſtatutum, in uer.
conſuetudine, de elec. ſed nunquid, quando ius tollit cōſue-
tudinem, intelligatur etiam tollere conſuetudinem præcedē
tem. vide gl̄ pe. in cle. ſi una, de reb. eccl. non alie.

Nota

Nota tertio, quod quo ad sacramenta consuetudo eccle
siæ interpellat, & ligat omnes suffraganeos, & quod genera
6 lis consuetudo † extenditur ad omnes particulares. Et sic ad
concludendum consuetudinem in loco sufficit probare vni
uersalem, de quo de offic. Archid. c. fi. & in c. de consuet. & in
c. cum ecclesia Vulterana de elec. & tex. 12. di. de his. qui di-
cit, ꝙ quantum ad gubernandum diuinum officium, & quo
ad modum cauendi ecclesię suffraganeorum tenentur sequi
consuetudinem ecclesiæ Metropolitanæ, & omnes ecclesiæ
dioceś debent sequi consuetudinem ecclesiæ cathedralis.
Nota vltimo, ꝙ consuetudo potest creare impedimentū
ad dirimēdum matrimonium, ꝙ qualiter intelligatur. dicā
j. ¶ In gl. iij. no. istam gl. quia quondie allegatur, & iunge glo.
in c. j. in verbo, docuit, & in c. de summa Trin. & fi. catho. in
vj. dicit tamen Ala. ꝙ etiam in forma sacramētorum sit ser-
uata forma, quam seruat ecclesia Romana, aliqua ecclesia
7 si vltra formā aliquid faceret non peccat, sicut † ecclesia Me
diolanen. quę lauat pedes baptizandorum, de quo per tex. &
gl. j. q. j. emendari, & opi. Ala. sequitur Io. And. & do. Car.
In ea gl. in fi dic, vt per gl. j. de consue.
In gl. in verbo, eiusdem ecclesiæ, pro expeditione istius gl.
opp. ꝯ tex. uidetur enim implicare ꝯdictionem, & absurdita
tem in multis. Nam primo præsupponit, ꝙ propter consue-
tudinem possit separari matrimonium inter habiles ad con
trahendum, ꝙ est ꝯ ca. fi. de consue. vbi patet, ꝙ consuetudo
non præiudicat legi diuinę, quę cauet, ꝙ cōiuncti matrimo
nialiter per hominē separari nō possunt. 33. q. 2. quos Deus.
Item inter filios duorum compatrum, per quorum neutrū
est deuentum ad compaternitatem, licite matrimonia ꝯhū-
tur, vt s. eo. c. j. & ibi tex. ver. verum. dicit, ꝙ eṗs non debet ap-
probare talia matrimonia etiā si cōsuetudo habet, ꝙ permit-
tant talia matrimonia, nā si citra consuetudinem pōt inter
eos consistere matrimonium, ergo fortius consuetudine ꝯ-
currente. propter hoc illa gl. & Doc. multū variant in intelle
ctu istius tex. sed ex glo. eliciuntur tres intellectus, & extra gl.
duo intellectus, & sic sunt quinque intellectus.
Primus intellectus durat vsq; ad verbum, quidam volunt
intelligere.
Secundus durat ab illo versiculo vsq; ad verbum, tamen
si consuetudo.
Tertius deinde vsque ad fi. glos. & vt melius intelligas iste
text. ponit quatuor dicta. Primum durat vsq; capitulum ad
versiculum, & P. secūdum ad illum ver. vsq; ad ver. ita ꝙ. Ter
tium ab inde, vsq; ad ver. uerum. Quartum ab illo, vsq; ad fi.
Item aduerte, quia nec prin. nec ver. cęterum vari. sed ver. ita
ꝙ, & versi verum, recipiunt diuersitatem intellectuum.
Primus intellectus est, ꝙ versiculus, ita ꝙ, intelligatur de
filiis per quorum neutrum deuentum ad compaternitatem
prout etiam loquitur versiculus, cęterū, qui immediate prę-
cedit, & secundum hoc, hic est casus, ꝙ si consuetudo dispo
nit, ꝙ filii duorum compatrum non possint inuicem ꝯhere
matrimonium, & ꝙ si fuerit ꝯctum non valeat etiam si per
neutrū ipsorum deuentum sit ad compaternitatem, ꝙ talis
consuetudo est seruanda, & impedit, & dirimit matrimoniū
si ex præteritione talis consuetudinis oritur scandalum. &
ex ista gl. no. tria.
8 Primo, ꝙ sublato antiquo † iure non tollitur consuetu-
do secum concurrens, qñ ex præteritione talis consuetudi-
nis oritur scandalum. pro hoc etiam tex. s. eo. c. j. in fi. & ibi di
xi. Et hoc no. pro his quæ habentur per glo. & Doct. in c. j. de
constit. in sexto.
Nota secundo, in glo. ibi, similiter non potest dici, ꝙ si in
aliquo loco esset consuetudo, vt in hoc gradu non possit ꝯ-
9 hi † matrimonium, & ex ꝯctu matrimonii generatur scanda
lum, ꝙ non valet matrimonium, in c. non dēt, j. de consan.
& affi. hoc permittat. & pōt esse ratio, quia hęc consuetudo
concurrit cum iure antiquo, nec cēsetur sublata per ius no
uum ex quo non reprobatur per illud ius, & concurrit secū
scandalum. & dicit Abb. Sicu. se nescire alibi hoc dictum, &
hoc tenent Doct. licet Host. teneat ꝯrium. dicens, ꝙ non est
curandū de scandalo, ex quo consuetudo non est approba-
ta per Papā, sicut est approbata hic, sed Doc. sequuntur glo.
vt dixi. ¶ Tertio no. ibi, sed si nulla prohibitio, ꝙ si non est
10 impedimentum, solum † scandalū superueniens non pōt dis
soluere matrimoniū, ante legitime ꝯctum. & dicit Abb. Sic.
ꝙ ista gl. est notanda, & iō potest esse sm eum, quia propter
scandalum non est recedendum a veritate iuris diuini, vt in
c. 2. de ope. no. nū. & in regula, qui scandalizauerit, de reg. iu.
habes ergo primum intellectum in ver. itaq;, sed ver. verum
intelligitur de similitudine quæ est approbatio, & sic reperi
tur pro approbatione & ita intelligit glo seq. sed iste intelle-
ctus est contra tex. vt patet in versic. verum, & expresse dici-
tur, ꝙ non debet, nec ꝯdicere, nec consentire. Secundus in-
tellectus est, vt ver. ita ꝙ, non referatur ad proximum dictū,
sed ad primū, videlicet, ꝙ si est consuetudo, ꝙ filii duorū cō-
patrum, per quorum alterum, vel vtrunq; deuentum est ad
compaternitatem, non possint ꝯhere matrimonium, ꝙ ta-
lis consuetudo valet, & impedit, & dirimit matrimoniū, &
sm ipsos vers. verū, loquit de eisdē, & sup. disponit, ꝙ si ꝯsue-
tudo habet, ꝙ possint coniūgi debet eṗs dissimulare non au
tem præbere consensum, ne detur materia aliis sic ꝯhendi,
& istum intellectū recitat gl. in vers. quidam tñ, sed gl. repræ-
hendit istum intellectum, & ēt Doc. nam ver. cęterum, venit
aduersatiue ad princ. cap. & versic. ita, ꝙ. venit continuatiuè
ad verbum, cęterum. vnde debet referri ad ipsum ver. cæte-
11 rum, quia † relatio est facienda ad proxi. qñ non potest refer
ri ad omnia, ut in l. j. § perinde, ff. depositi, & per Barto. in l. si
idem, §. fi. ff. de iurisd. omn. iud. Item secundum istum intelle
ctum sequeretur, ꝙ valeret consuetudo, vt fratres spirituales
inter se ꝯhant matrimonium, ꝙ est ꝯ prin. c. vbi dicitur, nul-
la ratione sustineas. Tertium intellectum sensit gl. in fi. & ip-
sum Bu clarius explicat, videlicet, ꝙ prin. c. loquat de filiis, ꝑ
quorum alterum, vel vtrunq; deuentum est ad compaterni
tatem. ver. cęterum, loquitur, quando ꝑ neutrū ipsorum de-
uentum est ad compaternitatem. ver. ita, ꝙ. loquitur de eis-
dem, & dicit, ꝙ non tenet matrimonium ꝯctum ꝯ consue-
tudinem si consuetudo impedit, & dirimit matrimonium,
& hoc sensit ista glo. in prin. sui. Sed vers. verum, intelligitur
de eisdem s. quando per neutrum ipsorum deuentum est ad
compaternitatem, & consuetudo disponit, ꝙ inter eos non
debet contrahi matrimonium, tñ si fuerit contractum, ꝙ te-
neat, & hoc casu eṗs dissimulare debet, non autem approba-
re vel reprobare matrimonium, quia si reprobaret faceret ꝯ
consuetudinem quę disponit, matrimonium valere si appro
baret, daret aliis materiam contrahendi matrimonia cōtra
consuetudinem quæ prohibet matrimonium ꝯhi, licet non
dirimat, & istum intellectum sensit gl. in fi. & Butr. ipsum te-
net, & etiam Abb. Sic. quia per ipsum minus violatur litera
quam per alios intellectus. Quartum intellectum posuit In-
no. vltra gl. & non variat a tertio intellectu, nisi ꝙ intelligit
versic. ita, ꝙ. debeat fieri separatio ad tempus, non autem in
perpetuum, quasi valeat consuetudo impediens, & dirimēs
matrimonium ad tṗs, non autem in perpetuum, ex quo per
neutrum fuit deuentum ad compaternitatem. nam tantum
debet posse consuetudo ꝙ potest inhibitio iudicis, sed matri
monium ꝯctum ꝯ prohibit. iudicis separatur ad tṗs, vt pa-
tet j. de matrimonio ꝯcto ꝯ interdictum ecclesiæ, per totū,
ergo idem est dicendum si est ꝯctum ꝯ consuetudinē, & istū
intellectum etiam posuit Pe. Hispanus, Lau. Tan. Vin. & Gof.
& placet Arch. 32. dist. placuit, & est verus in se, sed est vna di
uinatio ad literam, ꝙ intelligatur de separatione ad tempus.
Quintum intellectum posuit Host. qui intelligit, ꝙ ver. ita ꝙ.
referatur ad ver. cæterum, & etiam dixi s. in 3. intellectu, &
sic, ꝙ loquatur de filiis duorū compatrū, per quorū neutrū
est deuentū ad compaternitatē, vt si consuetudo habet inter
eos non posse esse matrimonium, seruari debeat talis con-
suetudo, ex quo est per Papam approbata. Nam sicut Papa
per suam constitutionem posset inducere impedimentum
matrimonii sufficiens ad impediendū, & dirimendum ma-
trimonium, ita etiam cōsuetudo per Papā approbata debet
hoc posse inducere, ex quo hēt Papæ consensum. & dicit, ꝙ
talis consuetudo hēt vim cōstitutionis, ex quo est in corpus
iuris redacta. de clan. despon. c. fi. de spon. cū in tua. & idē di-
cit Pe pro hoc, ꝙ no. j. de consan. & affi. ꝙ super his. & dicit
Host. se mirari de his qui dicunt, ꝙ hæc consuetudo nō pōt
dirimere matrimonium, cū ꝑꝑ approbationē Papæ habeat
vim constitutionis. dicit tamen Host. hanc consuetudinem
non trahendā ad ꝯñam, & per hoc dicit, ꝙ illud, ꝙ dicit glo.
de matrimonio ꝯcto in hoc gradu vigore consuetudinis, nō
est verum, sed tu tene glo. in hoc, quia & Doc ipsam tenent,
vt dixi s. Item Host. intelligit ver. verum, qñ consuetudo vici
narū ecclesiarum habet, vt matrim. permittantur inter istos
per quorum matrimoniū deuentū est ad compaternitatem,
sed consuetudo proprii loci hēt ꝯrium: tunc enim eṗs non
debet expresse reprobare matrimonium, ne scandalizet ui-
cinos, nec expresse approbare, ne violet propriam consue-
tudinem, & ideo tex dicit, ꝙ debet dissimulare, & per hoc tol
lit ꝯriū dicti c. j. s. eo. quia illud c. loquitur, qū nulla subest cō-
suetudo in ꝯriū. Abb. Sic dicit, ꝙ hæc lec. Host. est satis bona
quo ad ver. verū, dicit tñ, ꝙ sibi magis placet tertius intelle-
ctus quem s. posui, quia per ipsum minus violatur litera. No
ta ex isto intellectu Hostien. quod vbi consuetudo proprii lo
ci est contraria consuetudini locorum vicinorū, vt quia cō-
suetudo propria reputat aliquid illicitū, & ꝯsuetudo locorū
vicinorum reputat licitum, vel econuerso, non debet episco
pus approbare actum qui fieret secundum alteram ex illis

12 consuetudinibus, sed debet † dissimulare, quod nota. quantum autem ad intellectum vet. ita, quod Hostien. non bene dicit, inquantum dicit, quod ideo consuetudo potuit creare impedimentum ad dirimendum matrimonium, quia fuit approbata per Papam, nam ideo Papa approbauit consuetudinem, quia de iure fuit seruanda, & per scandalum, & qa concurrebat cum iure antiquo. & facit supra eodem. ca. j. in fi. Dom. autem Card. posuit alium intellectum ad ver. verũ, de quo dicam in sequenti glo. & ibi ponit practicam, quam debet seruare episcopus in dissimulando: ibi etiam distinguã matrimonium colligendo per casus effectum huius materiæ. In glo in verbo, dissimulare. ista expositio, quod hic accipitur dissimulatio pro approbatione, debet intelligi, secundum primum intellectum, quem ponit glo præcedens. & tamen hæc expositio, vt supra dixi, est contra tex. quia dicit, ꝙ nec debet contradicere, nec suum præstare assensum, secundum alios intellectus ver. dissimulare, stat proprie, sed videtur, quod hæc dissimulatio non possit hodie habere locũ quia hodie permittuntur banna, vt in c. si de cland. despons. Hostien. dicit, quod soluere non leue, & dicit, quod episcopus potent dicere, uidetis, quod viciní talia matrimonia nõ sustinent, & quilibet quantum potest, debet cauere a scandalo proximi, tamẽ auctoritate apostolica mihi in hac parte concessa vobiscum dispenso, vel melius, secundum dom. Card in quinta oppo. potest sic dicere, ex quo nemo se opposuit auth. iuris potest is contrahere. sed dom. Cardina. dicit, quod hæc litera in ver. uerum, se retulit ad tempus illud, quãdo emanauit hoc capitu. quia fuit opi. nata ante tempus ca. j. supra eodem, quod non erat sublata de mentibus aliquorum, non debebat episcopus expresse approbare, sed dissimulare. hodie autẽ debet expresse approbare. & dicit, quod hodie est dissimulatio. sed tu tene illud, quod dixi supra, s. quod vbi esset consuetudo impediens, & non dirimens matrimonium, quod tunc episcopus debet dissimulare, ne uideatur dare licentiam contrahendi contra cõsuetudinem, vt est casus hic, nec est recedendum a communi sentẽtia præsertim quia si esset vera opin. Do. Card. ista decretalis hodie in ver. verum, nihil operaretur, quod non est dicendum, tamen ut habeas conclusionem huius articuli, facias quatuor casus.

13 Primus casus est, quando per alterum, vel utrunque † ex filiis duorum compatrum fuit deuentum ad compaternitatem, & tunc non tenet matrimonium etiam si consuetudo disponeret contrariũ, quia consuetudo nihil potest inducere quo ad hoc, & hoc probatur in principio capit. usque ad. uer. cæterum.

Secundus casus est, quando per neutrum ipsorum deuentum est ad compaternitatem, & nulla subest consuetudo, & tunc libere possunt inuicem contrahere matrimonium, vt supra eodem capi. j. &. hic, in uer. cæterum.

Tertius casus est, quando cõsuetudo est, ꝙ talia matrimonia possint contrahi, & tunc fortius possunt contrahere, qa consuetudo concurrit cum iure communi.

Quartus casus est, quando consuetudo disponit oppositũ. & in hoc aduerte, quia aut consuetudo habet, vt matrimonium inter istas personas penitus non contrahatur, & quod

14 de facto præsumptum separetur, & tunc seruanda est † consuetudo si est talis, quod ex eius prætermissione generetur scãdalum, ut in ca. j. in fi. supra eodem, & sic intellige ver. ita, ꝙ. Nec obstat capi. quos Deus 33. quæst. 2. quia ubi subest consuetudo inhabilitans non potest dici, quod isti contrauenientes sint adeo coniuncti, & sic cessat illud arg. quos Deus coniunxit &c. aut consuetudo habet, quod inter istos per quorum neutrũ deuentum est ad compaternitatem impediatur sed non dirimatur matrimonium, & tunc iudex debet dissimulare, ut dr̃ in uer. verum. Ex his dicitur alius articulus, vi

15 delicet, an valeat † consuetudo circa facultatem habilitandi, vel inhabilitandi aliquos ad matrimonium, & facias septem casus.

Primus est, quando consuetudo habilitat alias inhabiles per ius canonicum. puto, quod in tertio gradu possit contrahi matrimonium, vel vt frater spiritualis possit contrahere matrimonium cum sorore spirituali, & non valet consuetudo, ut est hic textus in principio huius capitu. inducendo, vt supra induxi, iuncto capitu. quod super his, infra de consan.

16 & affin. & utrobique tenet Host. quasi † consuetudo non sit rationabilis, cum sit contra omnem honestatem. ex quo infert Abb. Sicu. quod consuetudo non approbata a Papa non posset tollere publicę honestatis iustitiam, quia non ualet consuetudo contra honestatem ecclesiæ, ut in ca. cum decorem, s̃ de vita & honest. cleri.

Secundus casus est, quando consuetudo inhabilitat alias habiles, vt in filiis duorum compatrum, per quorũ neutrũ deuentum est ad compaternitatem, & consuetudo habet, quod non solum impediatur matrimonium, sed non dirimatur, & valet consuetudo, vt hic, in vet. verum. facit c. cum olim, de cleri. coniuga.

Tertius casus est, quando consuetudo habet, ut impediat, & dirimat ad tempus, & ualet consuetudo secundum intellectum Innoc. qui ita intellexit uer. ita quod, & multi Doc. sequuntur, vt supra dixi, nam tales peccauerunt contrahendo contra consuetudinem patrię. 39. q. 5. aliter. facit etiam, quia tantum debet operari prohibitio consuetudinis, quam prohibitio hominis, sed matrimonium contractum contra prohibitionem hominis separatur ad tempus, ut in toto ti. de matrimonio contracto cõtra interdictum ecclesiæ. ergo pari ratione si est contractum contra prohibitionem consuetudinis.

Quartus casus est, quando cõsuetudo habet, ut impediat

17 & dirimat in perpetuum, & sumus in casu, in quo † consuetudo est approbata per Papam saltem tacite, & valet consuetudo, vt hic, secundum lecturam Host.

Quintus casus, quando non apparet de aliqua approbat. & Hostien. dicit consuetudinem non ualere. dicit enim casum huius ca. non extendendum, sed Doct. determinant cõtrarium, vt supra dixi. & Abb. Sicu. etiam tenet contrariam opi. Host. dicit enim, quod ipse teneret contrarium, vbi cum

18 consuetudine concurrit scandalum, quia sicut † Papa potest ius diuinum interpretari, & addere, & diminuere, vt dicit Innoc. in cap. quæ in ecclesiarum, de consti. ita & consuetudo, vt dicit idem Inno. in capi. fi. de consue. & hoc intellige quando consuetudo generat scandalum, & habet concursum iuris antiqui, vt supra dixi. idem dicit Butri. quando haberet concursum iuris noui contra antiquum, & ipse dicit in c. ꝙ dilectio, j̃. de consan. & affin.

Sextus casus est, quando consuetudo inhabilitat contra priuilegium, & habet concursum iuris, & idem est, quod valet consuetudo indistincte etiam si ex ea non generetur scandalum, vt in d. c. ꝙ dilectio, & ibi Butri. j̃. de consang. & affi. facit ca. accedentibus, & c. si de tua. de priui. & quod no. in c. cum accessissent. de priuil.

19 Septimus casus, quando consuetudo † non habet concursum alicuius iuris, nec est approbata per Papam, generat tñ scandalum. & hoc casu dicit Butr. quod non tenet consuetudo. sed Abb. Sic. tenet contrarium, quia consuetudo potest interpretari. & addere, & diminuere ad ius diuinum sicut & Papa potest, vt in ca. fi. de consue. Item quia etiam consuetudo inhabilitat quem ad matrimonium spirituale, vt in cap. cum olim, de cleric. coniug. ergo pari ratione debet posse inhabilitare ad matrimoniũ carnale. sed ego puto opi. But. veriorẽ, quã Doc. cõiter tenent. Nã Doc. vñr requirere duo s. ꝙ consuetudo habeat concursum iuris, & ꝙ generet scandalũ vnde alterum non sufficit. facit c. j. in fi. s̃. eo. & pro hoc allego. gl. notabilẽ in c. 3. j̃. de secũ. nup. quam Doct. ibi sequunt. quæ dicit, ꝙ in sacr̃alib. ad hoc, vt consuetudo teneat requiritur consensus Papę, saltẽ tacitus, ꝙ tñ procedit in consuetudine particulari, secus in consuetudine gñali, quia illa potest habilitare inhabiles, & habiles inhabilitare ẽt si p Papã nõ sit approbata, vt dicit But. & Io. de Imo. in cle. generalem. in j. notabili, de æta. & qual. & ista est magna limitatio ad illam gl. in c. 3. de secun. nup. quia illa procedit in cõsuetudine particulari, non aũt in consuetudine vl̃i, sed tamen tex. in d. cle. generalem. facit ꝯrium, quia ibi est verbũ decernimus, ꝙ inducit nouum ius, non ãt declarationem antiqui, vt dicit ibi gl. in ver. decernimus. Item quia ibi est verbũ in hac parte, & si non vr̃ habere locum in alia consuetudine excepta illa, de qua ibi dr̃ ẽt si sit generalis, & hoc tene in cõsuetudine circa sacr̃alia, sed quo ad non sacr̃alia, valet consuetudo ẽt si Papa ignoret, de quo vide gl. 4. di. leges. no. reducendo ad ꝓpositũ, cum ista ꝯsuetudo sit particularis, & sic circa sacr̃a, qa matrimoniũ est vnũ de septẽ sacr̃is, non ualet ꝯsuetudo non h̃ns concursum alicuius iuris si non est approbata p Papã saltẽ tacite. Non ob. c. cum olim. de cler. coniu. quia ibi consuetudo h̃et ꝯcursum iuris editi in cõsilio Niceno, ut patet 31. dis. Nicena. Non obst. dictũ Inn. in c. fi. de ꝯsue. quia non tñ põt

20 ꝯsuetudo ꝗtũ Papa, nã non valet † ꝯsuetudo in sacr̃alib. seu in dependentib. a sacr̃is, nisi per Papã sit approbata tacite, vel expresse, ut d. c. 3. de secun. nup. & per hoc habes hunc articulũ declaratũ & adde q̃ dixi in c. j. de spon. Et nunqd aũt ualeat ꝯsuetudo, quo ad ea q̃ sunt reseruata Papę. dic vt in c. super quibusdã. de uer. sig. & per Cy. in l. j. C. de eman. libe. & per Bar. in l. si publicanus § j. ff. de publ. Item nunqd ꝯsuetu-

21 do † ualeat ꝯ ꝑsonã inferentem censuras ecclesiasticas, uel aliã penã. dic ut in c. j. de treu. & pa. In gl. pen. dic ꝙ tacere est mediũ inter ꝯsentire, & ꝯdicere, sed aliqñ taciturnitas ascribitur ꝯsensui, aliqñ ꝯdictioni, de quo dic, ut in regula, is qui tacet, in uer. & c. plene per Bar. in l. quæ dotis, ff. sol. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas contrahitur inter patrem baptizati, & uxorem leuantis prius ab eo cognitam.*
2 *Patrinus dicitur suscipere baptizatum de sacro fonte, aliquando tenere.*
3 *Compaternitas, an possit contrahi per procuratorem.*
4 *Coniux communicat cum coniuge actus spirituales.*
5 *Connubij appellatione quandoque comprehenditur matrimonium.*
6 *Compatres, an efficiantur inuicem omnes, qui tenent aliquem in baptismo.*
7 *Maritus, & uxor prohibentur una leuare aliquem de sacro fonte.*
8 *Mulier una qualiter potest esse uxor duor. compatrum, & eodem modo quis potest habere duas commatres.*
9 *Concubina, an efficiatur mater spiritualis, & commater parentum, si concubinarius aliquem de sacro fonte leuabit.*
10 *Cognatio spiritualis, inter quas personas contrahatur.*
11 *Matrimonium, an possit consistere inter filium mulieris quem per secunda uota suscepit, & inter illum quem primus uir a fonte leuauit.*

C A P. IIII.

1 MArtinus. Inter patrem baptizati, & vxor. leuantis prius ab eo cognitã cõtrahitur † compaternitas efficax ad dirimendũ matrimonium hoc dicit.

In prima ponitur quæstio.

In secunda eius solutio. Secunda ibi, nos autem.

2 Nota ibi suscepit, † quod patrinus dicitur suscipere baptizatum de sacro fonte, aliquando tenere, vt in capitu. sequenti aliquando leuare, ut infra eodem, veniens. Quando dicitur eum tenere, vel substinere, vt in cap. ad limina 30. quæst.
3 prima. Et hæc faciunt ad quæst. an † compaternitas possit cõtrahi per procuratorem, nam ista verba videntur denotare actum personale. vnde non videtur posse contrahi hæc cognatio per alium quam per pertinentem. de hoc dicam, infra eodem, veniens.

4 Nota secundo, quod coniunx † communicat cum coniuge actus spirituales, nam vt hic uides, si maritus cõtrahit cõpaternitatem, hæc cognatio extenditur ad vxorem, quæ est effecta vna caro cum marito tempore compaternitatis, & sic non potest compater uiri habere vxorem illam quæ fuit vxor compatris, & cognita, ante compaternitatem, concor. capi j. eod. titu. in sexto.

5 Nota ultimo ibi, connubium, quod appellatione † connubii, quandoque comprehenditur matrimonium carnali copula consummatum quandoque autem illicitus coitus appellatur connubium, ut in cap. cum haberet, supra de eo, qui dux in ma. quam polluit.

Sed quæro illud, si duo, vel tres tenent aliquam in ba-
6 ptismo, nunquid isti inter se efficiantur † compatres. Inn. dicit, quod non, & dicit, quod inter se bene possunt contrahere matrimonium, sed Host. in summa eod. titu § quot enim species, ver. & est ratio, tenet contrarium sed postea Host. infra eodem, veniens, correxit illud, quod dicit in summa, & tenet cum Innoc & opin. Innocen tenet etiam Ioan. Andr. & dominus Cardinalis, in tertia quæst. & Butr. & Abb. Sicu. nam sicut duo patres carnales i. concubinarius, & concubinaria non prohibentur contrahere matrimonium, vt in capitu. tanta, qui fil. sint legitimi, ita nec duo patres spirituales respectu baptizati debent prohiberi cõtrahere inuicem matrimonium. est ergo prohibitio in duobus qui sunt patres diuersę speciei. simile, quod nota. infra titu. j. capi. primo, circa fin. glo. pro hoc etiam, quia tantum certę personę sunt prohibitæ, ut infra dicam, inter quas isti non numerantur. pro hoc etiam facit tex. & ibi glo. 30. quæstio. quarta, quod autẽ.
7 vbi dicitur, quod † maritus, & vxor non debent aliquem leuare de sacro fonte, ne infametur de facto matrimonium, nam vulgares æstimant istos esse compatres.

In glo. fi. glo. in effectu vult, quod cognatio spiritualis cõtracta per maritum extendatur ad vxorem prius cognitam. Secus si non erat prius cognita, & hoc est approbatum hodie in cap. primo. eodem titu. in sexto.

In ead. gl. ibi per vnionem carnis subsequentem non transitur ad unionem spiritus præcedentem subaudi, sed bene p vnionem carnis præcedentem transitur ad vnionem spiritus sequentis.

In eadem glo. ibi, nota. in clem. uetabor habere. Host. dat versum hũc, scilicet: Ambos compatres facit actio passio nõ hoc. Est dicere, quod si quis suscipit filiũ vxoris meæ ex altero marito, vel meum ex altera uxore, ego non efficior compater illius qui suscipit filium uxoris, nec uxor efficitur commater illius qui suscipit filium meum, & hoc etiam tenuit glo 30. quæst. 4. qui spiritualem, & in c j. in glo. 3. eodem titu. in sexto nam si maritus, vel uxor leuant aliquem ad sacrum fontem, vel ad cõfirmar. agere dicuntur, & ideo istam actionem communicat vnus alteri. sed quando leuatur filius alterius ex coniugibus ab alio, ille cuius filius non agit, sed patitur, quod alius leuet, & istam passiuum unum non communicat vnus alteri, & quæ sit ratio differentiæ, quod communicat Innicem actiones, & non passiones, vide glo. in dicto cap. qui spiritualem. & Hostien. in summa, eodem ti §. quot eius species.

8 Item nota glo. quod † una successiue potest esse uxor duorum compatrum, quod est, quando fuit contracta compaternitas antequam fuit uxor cognita, uel quando filius eius ex altera coniuge fuit leuatus per aliquem. Idem dicas, quod quis potest successiue habere duas commatres, quando cõmaternitas fuit eodem modo contracta.

Sed quæro extra glo. nunquid dispositio huius tex. habeat locum in concubina, videlicet, an si concubinarius leuauit
9 aliquem de sacro fonte, † concubina efficiatur mater spiritualis illius leuati, & commater parentum infantis, & idem econuerso in concubina leuante. glo. posuit hanc quæst. 30. q. 4 in ca. si quis ex viro, & sic non firmat. similiter Innoc. hic recitat opin & neutram approbat, sed Vgu. tenuit, quod cõpaternitas non sit contracta, quia compaternitas est vinculum spirituale. vnde absurdum esset dicere, quod contrahatur per coitum fornicatium. hanc sententiam tenet Archid. in d. c. si quis ex viro, & in cap. j. eod tit. in vj. quia de concubina non inuenitur expressum. vnde non debemus extendere prohibitionem matrimonii, quia omnes possunt inuicẽ cõtrahere matrimonium, qui non reperiuntur prohibiti, ut in cap. cum apud. de spon. Idem tenet Ioan. And. in nouella, in dicto cap j. eodem tit. in vj. & dom. Card. hic in secunda quęstio. & Butri. Non obstat, quod ex coitu fornicario oritur affinitas, ut ĩ. ti. 2. discretionem, quia affinitas est vinculum carnale. unde sufficit, quod interueniat actus carnalis, sed compaternitas est cognatio spiritualis quæ non acquiritur ex vinculo illicito. Idem etiam tenet dominus Dominicus in ca. j. eodem tit. in 6. & Abb. Sicu. hic, qui dicit, quod hæc est communis sententia. sed intellexi, quod beatus Thom. tenet cõtrarium in quarto sententiarum dist. 42. sed possunt concordari opin hoc modo, nam aut quæris, an si quis tenet filium natum ex concubina, & efficiatur compater concubinarii, & concubinę, & dic, quod sic, ut est tex. in capit. seq. Ibi enim non fuit contracta compaternitas cum muliere quæ tenuit filium concubinę, quia tenuerat ad catechismum, ergo a cõtrario sensu si tenuisset ad baptismum fuisset contracta compaternitas, & hoc casu procedit opi. beati Tho. pro hoc facit, quia si quis leuat aliquem a sacro fonte, leuatus efficitur frater spiritualis filiorum leuantis etiam si sint illegitimi, ut dixi post Innoc in rubrica huius titu. & not. glo. ĩ. titu. j ca. j. Aut quæris, an si concubina leuat aliquem a sacro fonte cõcubinarius efficiatur pater spiritualis illius leuati, & compater parentum eius, vel econuerso, si concubinarius leuat efficiatur concubina mater spiritualis leuati, & commater parentum infantis. & dic, quod nõ. & hoc modo procedit opi. Archidia. & Ioan. Andr quam tenent communiter Doctor. & vt habeas hanc materiam huius cognationis spiritualis scias, quod duæ personæ sunt quæ prohibentur contrahere per hanc cognationem spiritualem: quinque prohibentur ex persona baptizantis, & quinque ex persona leuantis in baptismo. Item quinque ex persona affirmantis, & aliæ quinque ex persona leuantis in confirmatione. Et si habueris notos quinque casus ex prædictis, habeus alios casus notos qui sunt omnino similes.

10 Nam † primo contrahitur hæc cognatio inter leuantem, & baptizatum.

Secundo inter leuantem, & parentes baptizati.

Tertio inter leuatum, & filios leuantis.

Quarto inter leuatum, & uxorẽ leuantis prius cognitam hæc inter parentes baptizati, & uxorem leuantis prius cognitas, & eosdem casus repetas respectu baptizantis. & respectu confirmantis, & respectu tenentis, & in confirmatione, & hæc probantur in capi. primo, eodem titu. in 6 & per totum istum ti. & modo ex hoc potes colligere 20. personas contrahere per hanc cognationem prohibitam quas Doct. hic enumerant, & enumerat etiam dom. Dominicus in c j. eo. tit. in 6. Sed restat vnum dubium non paruum: pone maritus post cognationem carnalem uxoris leuauit puerũ de sacro fonte, ita quod uxor est effecta mater spiritualis illius leuati, ut patet hic, & in cap. j. eodem titu. in sexto, deinde moritur maritus, & illa transit ad secunda uota, & ex secũdo marito ha-
11 bet filiam: quæritur, an illa possit contrahere † matrimoniũ cum illo puero. D. Dominicus in c. j §. j in ultima q eo. ti. in 6.

dicit, quod But. in quæst. pendente in episcopatu Bononien. consultus nõ per viam consilii deliberati dicebat, quod dubium faciebat. quod non posset contrahere, quia ille erat vnus de filiis per quem deuentum erat ad compaternitatem, & maritus communicauit vxori hanc compaternitatem, vt patet hic. & in capitu. primo, eod. titu. in sexto. Vnde negari non potest ipsam esse matrem spiritualem leuati, sed tamen contrarium determinauit, quia hæc prohibitio est exorbitãs & solum reperitur prohibitio expressa in coniugem leuantis inquantum contrahere vellet cum patre leuati, vel cum ipso leuato. vnde non debet addi iste casus, licet sit eadem ratio, quia sufficit, quod non reperitur expressum 30. quæst. 3. capitu. 1. de spon. cum apud nec iste casus reperitur expressus per scribentes, nec per summillas. & est ratio secundum Butr. quia hæc non est directa compaternitas, sed indirecta, & media, quia mediante marito est cõtracta. debet ergo hic cognatio extendi ad alterum ex coniugibus. s. quantum ad compaternitatem. & filiationem, sed non quantum ad fraternitatem. vult dicere Butr. quod compaternitas extendit ad uxorem, ut ipsa efficiatur mater spiritualis leuati, & ille efficiatur filius ipsius, & efficiatur commater parentum leuati. sed ista compaternitas nõ descendit ad filios vxoris, quia maritus non uidetur communicare hanc compaternitatẽ, nisi vxori. vnde non videtur egredi personam, & idem dicendum est, quum ad maritum, & filiũ eius, si vxor leuaret, & miror, quod dominus Dominicus non fuerit recordatus, quod Butr. hoc expresse firmat in hoc c. dicens se ita consuluisse. Sed dominus Dominicus tenet contrarium, quia satis est in iure expressum saltem sub regula generali, quod filii duorum compatrum, per quorum alterum est deuentum ad compaternitatem, nõn possint inuicem cõtrahere matrimonium, ut in cap. j. & in capit. super eo, supra eodem. sed negari non potest quin illa nõ fuerit filia carnalia matris spiritualis medio marito, & sufficit, quod casus reperiatur expressus in genere, licet non in specie. vt dicit glo. infra eod. cap. fi. & dicit quod de hoc videtur tex. ĩ. eod. tua nobis, secundum lect. Io. And. Nam secundum ueram lect. Ioan. And. hic est casus, ꝙ quis non potest contrahere matrimonium cum filia compatris, vel commatris patris sui, idest cum sorore sua spirituali, & sic patet per alternatiuam ibi positam, quod prohibitio habeat locum etiam si sit natus filius carnalis ex altero ipsorum leuantium, cum ille text. dicat compatris, vel commatris, & sic præsupponit sufficere, quod sit natus ex altero compatris, vel commatris tantum.

Ego autem tenerem opi. Butr. quia communis snĩa ipsam tenet. nam vt dixi supra numerando personas, quæ prohibẽtur contrahere matrimonium propter hanc cognationem spiritualem dixi, quod ista cognatio spiritualis communicatur vxori leuantis, quia ipsa efficitur mater spiritualis baptizati, & commater parentibus baptizati, nec Doctor. dicunt, quod extendatur ista compaternitas ad filios uxoris leuantis, & maxime Doct. enumerant xo. personas, & dicũt, quod vltra numeratas non extenditur hæc cognatio spiritualis, sed si illa cognatio extẽderetur ad filios uxoris, essent 24. personæ, quia extenderetur primo ad filios vxoris leuantis ad baptismum. Secundo ad filios vxoris baptizantis. Tertio ad filios vxoris ꝯfirmantis. Quarto ad filios suscipientis ad confirmationem, & de hoc videtur casus in ca. primo, in 6. nam ibi dicit contrahi compaternitatem inter leuatum, & uxorem leuantis, & parentes leuati non autem dicit de filiis ipsius uxoris, & idem dicit de baptizante, & confirmante, & leuante ad confirmationem, & ille tex. exprimit omnes personas inter quas contrahitur hæc cognatio spiritualis. Nec dicat aliquid de filiis vxoris ipsius leuantis satis videbitur dicere, quod ista cognatio nõ communicabitur filiis uxoris, sed solum ipsi uxori. & ratio est satis patens. Ratio enim quare ista cognatio communicatur uxori est, quia est vna caro, cũ filii uxoris ex altero marito, nõ sunt una caro cum leuante, vel baptizante, uel confirmante, ergo non debet extendi ad ipsos. & si opi. domini Dominici esset uera, necessarium esset dicere, quod similiter habens filios ex alio marito accipit alium in uirum, & secundus uir suscipit filium alicuius de sacro fonte, quod non solum cognatio spiritualis communicetur uxori, sed etiam filiis uxoris ex alio marito, quod est contra tex. in c. j. eodem tit. in sexto, qui solum extendit istã cognationem ad vxorem ante cognitam, non autem ad filios uxoris. Non obstat c. tua, ĩ. eodem, quia etiam secundũ intellectum Ioan. And. non facit in contrarium. ibi enim dicitur, quis non potest ducere in uxorem filiam compatris patris sui, uel filiam commatris patris, vel matris suæ. Si enim pater meus leuauit filiam alicuius mulieris, illa est commater patris mei. vnde illam filiam non possum habere in uxorem, & ita loquitur capi. tua. & hoc modo intelligendo non facit ad illum tex. contra opi. But. vnde concludo quod compaternitas contracta per coniugem communicatur alteri cõiugi, sed nõ eius filiis natis ex alio matrimonio, siue aliud matrimonium præcedat, siue sequatur, hoc est, siue filii sint nati ex marito præmortuo, siue post mortem mariti, qui aliquem leuauit, mulier cum alio contraxit, & habuit filios, nam compaternitas non extenditur ad istos filios, licet mater sit una caro cum leuante, non tamen eius filii ex altero marito nati, & quod dico de marito leuante, idem dicas de uxore leuante. Nam ista agnatio communicatur marito, sed non eius filiis ex altera coniuge, & hoc probatur in c. j. eod. titulo, in sexto, & est hæc communis opin. Doct. & tractant quotuplex est spiritualis proximitas, & an ista cognatio extendatur ad filium leuantis illegitimum.

Item an possint plures leuare, & an cum omnibus contrahatur compaternitas. de isto ultimo dicam in cap. sequenti, cętera examinaui in Rubrica. dic ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas per catechismum impedit matrimonium contrahendum, non contractum.*
2 *Consanguinei etiam possunt impedire matrimonium.*
3 *Probatum non releuans, non debet admitti ad probandum.*
4 *Fieri uix dicitur, quod fieri potest, licet cum difficultate, & sic de uerbo vix, habetur.*
5 *Impropriet ates non sunt sequenda, sed excusanda.*
6 *Verbum difficile, quid importet.*
7 *Verbum fere, quid significet.*
8 *Catechismus impedit matrimonium contrahendum, sed iam contractum non dirimit.*
9 *Pœnitentia imponitur intentioni delinquendi, licet delictum non fuerit sequutum.*
10 *Compaternitas, an contrahatur si unus coniugum tenuit Iudæi filium in circumcisione.*
11 *Iudæus uel Paganus, an contrahat compaternitatem leuando filium Christiani a sacro fonte.*
12 *Confirmatus qui non est, non potest tenere ad confirmationem, seu crisma.*
13 *Iudæa conuersa ad fidem, an possit duci in matrimonium ab eo qui eius filium a fonte leuauit.*
14 *Dona Spiritus sancti quot, & quid significent.*
15 *Patrini singuli, non unus tantum requiruntur in catechismo, baptismo, et confirmatione sacramentis conferendis.*
16 *Episcopus, an possit dispensare, quod sint plures tenentes, uel leuantes a sacro fonte.*
17 *Consuetudo, quod plures leuent de sacro fonte, an ualeat.*
18 *Compaternitas, an contrahatur si leuans a sacro fonte non respondeat.*

CAP V.

1 COntractio. † Compaternitas per catechismum contracta impe-
dit matrimonium contrahendum, sed contra-
ctum non dirimit. hoc dicit. Prima ponit capitu-
lum. In secunda diffiniendum committit. Secũda ibi, verum
& in commissionem. Primus exprimit diffinitionis causam
vsque, ideoque.
2 Nota primo, quod etiam † consanguinei possunt impe-
tere matrimonium, & dicit Hostiens. quod consanguinei
præcętens admittuntur, ut in capitu. uidetur, infra qui ma.
accusare poss. de quo uide in ca. cum inhibitio, in gl. magna,
in principio ŝ. de cland. despon.
3 Nota secundo, quod non admittitur quis ad † probandum
quod probatum non releuat. concor. l. ad probationem. C.
de probat. & de officio delegan. capitu. cum contingat. vnde
Butri. in capit. de illo, infra de eo qui cogno. consangu. uxo.
suæ. dicit, quod iudex debet interrogare partem quid uolũt
probare, & si uiderit aliquam ex partibus uelle probare ali-
quid, quod non pertineat ad causam, uel non releuet probã-
tem, debet illas probationes repellere, nec permittere, quod
probet.
4 Tertio nota, quod illud dicitur † uix fieri, quod fieri po-
test, licet cum difficultate. hoc clarius probatur in capit. per
catechismum, eodem titulo, in sexto. & uide glo. 93. distinct.
miratus. quæ etiam dicit, quod verbum vix, aliquando signi-
ficat impossibilitatem, puta uix potest facere hoc, idest nul-
lo modo potest facere. Sed ista ultima significatio est impro
5 pria, & † in proprietates non sunt sequendæ, sed excusandę,
vt nota. in capitu. intelligentia, de uerborum significat.

De

6 †De verbo, difficile, vide glo. magnam, in ca. præsentium, supra de testi. de verbo, pene. dic ut in c. vestra, de cohab. cle. & mulierum.

7 De uerbo, † fere, dic vt in c. ex parte, de decimis, & ibi per Ioan. Andr.

Nota quarto a contrario sensu, quod si hæc mulier suscepisset filium concubinæ ad baptismum fuisset contracta cõpaternitas. nedum inter ipsam & concubinam, sed etiam inter ipsam, & P. qui erat concubinarius, ex quo erat filius vtriusque. & hoc tenet glo. in verbo, matrem, in cap. j. eodem titu. in sexto. & dixi in c. præcedenti, in prima quæst. extra gl.

Nota quinto, quod compaternitas cõtracta per catechis-
8 mum impedit † matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum concor. c. per catechismum, eodem titu. in sexto. & pondera text. ibi, & carnale debitum ab ea liceter exigat, & persoluat, quod licet catechismus impediat matrimonium contrahi, tamen contrafaciens non impeditur debitum exigere, nec reddere. quod nota.

9 Nota vltimo, quod † pœnitentia imponitur pro sola intentione delinquendi, dato quod delictum non habuerit effectum. vide tex. de pœn. dist. j. si cui, & in ca. propterea.

Sed quæro de aliquib. & primo quid si maritus, vel vxor
10 tenuit filium Iudæi in circuncisione. an contrahatur compaternitas. de hoc uide Archidia. & Ioan. And. & dominum Dominicum in capi. primo, eodem ti. in sexto. & conuerso est, quod non: nam non contrahitur cognatio spiritualis, nisi per baptismum, & consumationẽ ad impediendum, & dirimendum matrimonium, & per catechismum ad impediẽdum, sed non dirimendum: per alia autem sacramenta non impeditur matrimonium contrahi, ut patet in capi. primo, & in ca. per catechismum, & in capit. si. eodem titu. in 6.

Item circuncisio non est sacramentum ecclesiæ, sed illud sacramentum est extra ecclesiam, vnde nihil ad nos de his quæ foris sunt.

11 Quæro secũdo, quid si † Iudæus, vel paganus leuat aliquẽ de sacro fonte, an contrahatur cognatio spiritualis. vide Io. Andr. in regula, ex eo, quod. de reg. iur. libro sexto. qui distinguit, an Iudæus, vel paganus leuet, & tunc non contrahitur compaternitas, cum non sint baptizati, quia baptismus est ianua omnium sacramentorum, vt in capitu. primo, secundo, & tertio, de presbytero non bapt. & uidetur tex. in ca. in baptismate, de consecr. distin. 4. qui text. dicit, quod quis non potest suscipere aliquem ad baptisma, uel ad confirmat. nisi nisi sit baptizatus, uel confirmatus, & pondera illum text. quod
12 non † confirmatus non potest tenere ad confirmationem, quia non potest præbere ministerium ad sacramentum, quod ipse non habet. facit, quod nota. in c. quanto, de consuet. aut hæreticus leuat ad baptisma & hoc casu dicit Ioann. Andr. quod hoc casu contrahitur compaternitas, quia ipse est baptizatus. sed aduerte glo. in dicto capi. baptismate, de conse. distin. 4. videtur sentire, quod dato, quod Iudæus, vel paganus non contrahat cognationem spiritualem in leuando aliquem de sacro fonte, tamen si baptizat, quod contrahatur compaternitas. & ratio est, quia patrinus tenet instruere baptizatũ in simbolo, & in oratione dominica, & in moribus, ut in capitu. nos ante omnia, de consecra. distin. 4. sed Iudæus, vel paganus non potest instruere, cum ipse non sit instructus, non sic in baptizante. s. vt dicam, in c. sequen. etiam baptizans teneretur si ad hoc uacare posset, vnde mihi non placet opi. illius glos. nam licet Iudæus conferat uerum baptismum, si baptizat in forma ecclesiæ, tamen nõ est capax huius cognationis spiritualis cum sit extra ecclesiam, nec posset hæc cognatio spiritualis communicari in non baptizato, & istud tenet Io. And. in dicta regula, ex eo quod item aduerte, licet non contrahatur cognatio spiritualis, quando Iudæus, vel paganus leuet aliquem de sacro fonte, tamen propter hoc non vitiatur baptismus, quia de substantia baptismi requiritur tantum baptizans, & baptizatus, ut in ca. debitum, & ibi hoc tenet Abb. Sic. & dixi ibi.

Tertio quæro, quid si ego Christianus leuo filium Iudeæ
13 de sacro fonte, an possim habere in uxorem † conuersam ad fidem. glo. hoc tangit 30. quæstio. j. peruenit, & uidetur tenere quod non contrahatur compaternitas, quia nihil ad nos de his quæ foris sunt. si ergo nihil est non reuiuiscit. sed Barth. Brixiensis, & Vguc. tenuerunt contrarium, quia respectu mei qui sum Christianus est contracta compaternitas, licet non ex altera parte. sed prima opi. mihi videtur verior, quia non potest esse cognatio spiritualis ex altera parte tantum, sicut etiam cognatio carnalis, vel matrimonium non potest esse ex altera parte tantum, ut dixi in ca. j. s. de eo qui dux. in ma. quam polluit. & ideo ille qui leuat filium Iudeæ poterit contrahere matrimonium cum Iudæa conuersa ad fidẽ, quia cognatio contrahitur solum cum baptizato, non autem cum patentibus, ex quo non sunt baptizati, cum ante factum cõsulerem, quod matrimonium non deberet cõtrahi, sed matrimonium post factum non dissoluerem.

Glo. magna refert tres opi. sed dic, quod per tria sacramẽta contrahitur cognatio spiritualis habens impedire matrimonium, sed tantum ex illis habent dirimere, nam per baptismum, & confirmat. & catechismum cõtrahitur cognatio spiritualis, ut in c. in catechismo, de conse. distin. 4. sed baptismus, & confirmatio inducit cognationem spiritualem quæ impedit, & dirimit matrimonium, vt in cap. j. eodem titu. in sexto sed cognatio spiritualis inducta per catechismum impedit matrimonium contrahi, sed non dirimit, ut hic, & in capit. per catechismum, eodem titu. in sexto. per dationem autem aliorum sacramentorum, licet contrahatur quandoque cognatio spiritualis, non tamen impedit, nec dirimit matrimonium, ut in capitu. fi. eodem tit. in sexto, & per gl. magnã, infra eod. c. fi. in fi. Item inquantum dicit, quod septem sunt
14 dona spiritus sancti, ita sunt † septem dona baptismi, uide gl. in dicto cap. peruenit, 30. quæstio. j. & quid significet vnumquodque ex istis donis baptismi, & quid conferatur per singulum ex ipsis, uide iura allegat in glo. quæ hoc declarant. Item in eadem gl. prope fi. ibi, in quo vnus debet esse patri-
15 nus. quod cessante necessitate honestum est, † quod in catechismo, & baptismo, & confirmatione interueniant singuli patrini, non autem unus, & idem in his omnibus debet puerum tenere, tametsi de facto fieret contrarium actus tenet. de quo vide bon. tex. in cap. in catechismo, de consecra. distin. 4. Item dicit, quod licet non debeat vnus, & idem patrinus interuenire in omnibus his sacramentis, tamẽ in eodem sacramento non debent interuenire plures, nam duo non debẽt tenere ad baptismum, nec duo ad catechismum, nec duo ad confirmationem, ut in c. non plures, de consecr. distin. 4. tamen si contrarium euenerit, ut quia plures leuauerint ad idem sacramentum, cõtrahitur compaternitas cum omnibus. hic est casus in c. fi. eod. tit. in vj.

16 Sed dubitatur, an † episcopus possit dispensare, ut plures possint leuare puerum de sacro fonte. dominus Dominicus in d. c. fin. dicit, quod sic, quia episcopi dispensant contra ius. alleg. nota. in ca. at si clerici, de iudic. sed tu dic contrarium, quia immo episcopus non potest dispensare. quia episcopus non dispensat contra ius, nisi reperitur permissa dispensatio vt est tex. in cap. dilectus, de temp. ordi. & ista est communis opin. in dicto capit. at si clerici, & ideo cum a canone sit prohibitum, quod interueniant plures leuantes, nec reperiatur permissa dispensatio, debemus concludere, quod episcopus non possit dispensare.

Sed resultat aliud dubium, nunquid saltem valeat consue-
17 tudo: † puta, quia in sacramentalibus, uel ab ipsis dependẽtibus non ualet consuetudo, nisi Papa sciat, & toleret, ut dicit glo. in cap. 3. de secundis nup. & dixi s. eod. c.

18 Quæro, nunquid contrahatur † compaternitas, si leuans non respondet. in hoc articulo fuit contrarietas inter Arch. & Hostien. quorum opin. refert dominus Dominicus in c. j. In principio, eodem titu. in sexto. & ibi concludit concord. opi. quod aut leuans respondet signis, licet nõ uerbo, & tũc contrahitur compaternitas, ut in cap. cum apud, de spon. & hoc modo procedit opi. Archid. qui dixit verba non esse necessaria: aut non respondet, nec uerbo, nec signis, & tunc procedit opin. Host. qui dixit verba esse necessaria, quam opi. videtur tenere Ioan. And. pro hac distinctione allego tex. cum glo. de consecr. distinct. quarta. ægrotantes.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis contrahitur inter patrem baptizati, & leuantem, seu tenentem, quæ impedit matrimonium.*
2 *Matrimonium non potest consistere inter compatrem, & commatrem.*
3 *Mulier potest fieri mater spiritualis.*
4 *Ratio quare mulier potest acquirere filium spiritualem, cum tamen non possit adoptare.*
5 *Compaternitas, an per procuratorem contrahi possit.*
6 *Statutum si requirat actum proprium, an per procuratorem exequi possit.*
7 *Factum procuratori prohibitum aliquando tenet.*
8 *Baptizans, an teneatur semper monere baptizantes, ut bene uiuant, & docere orationem dominicam, & simbolum.*
9 *Leuans a sacro fonte alterius nomine, an efficiatur compater.*
10 *Obligatio non nascitur, ubi non est consensus.*
11 *Sindicus leuans a sacro fonte nomine uniuersitatis, an uniuersitas commater efficiatur.*
12 *Dispositio concepta in uniuersitate resoluitur, ut concernat singulares de uniuersitate, si actus non cadat in uniuersitate, ne careat effectu.*

13 *Adultus si uult baptizari, uel crismari, an debeat ab alio leuari, seu te-*
nere.
4 *Compaternitas interueniens post sponsalia de futuro, an illa dissol-*
uat.

C A P VI.

1 VEniens. Inter patrem baptizati, & leuan-
tem, seu tenētem baptizatum, cō-
trahitur † cognatio spiritualis valida ad impediē
dum, & dirimendum matrimonium post contra
ctum.

In prima ponitur decisum factum.

In secunda mandatum. Secunda ibi, mandamus qua-
tenus.

2 Nota primo, q † matrimonium non potest consistere in-
ter compatrem, & commatrem, & si de facto contractum
fuerit est separandum, & sic hæc cognatio spiritualis non
solum impedit matrimonium, sed etiam dirimit post con-
tractum.

3 Nota secundo, quod † mulier potest fieri mater spiritua-
lis, concor ca. fi. eo. tit. in sexto.

Ex hoc nota unam differentiam inter cognationem lega
lem, & spiritualem, nam mulier non potest adoptare, vt in
§ fœminæ Insti. de adopt. & tamen potest tenere puerum in
4 baptismo, & acquirere sibi filium spiritualem. & ratio diuer
sitatis est, secundum Abb. Sic. quia per istam cognationem
spiritualem filius non transit in potestatem patris spiritua-
lis, sed per adoptionem trāsit in potestatem adoptantis. sed
fœmina non potest habere filium in potestate, ideo adopta
re non potest, quæ ratio cessat in casu præcedenti, & quia
iste tex. utitur uerbo leuasse, insurrexit dubitatio, an compa-
5 ternitas † possit contrahi per procuratorem, de quo tetigi §.
eodem Martinus. Ioan. And. tenet, quod non, est regula, po-
test quis, de regu. iu. in sexto. Similiter in cognatione legali,
ut in l. neque. & in adoptionibus, & in l. post mortem § pri-
mo. ff. de adoptio. refert tamen Ioan. And. quod Mart. Silim.
qui fuit Doctor Ioan. Andr. in iure ciuili disputando tenuit
contrarium, & ad illas leges, quæ loquuntur de adoptio. re-
spondet, quod non est bona argumentatio de adoptione ad
cognationem spiritualem, quia mulier adoptare nō potest,
ut in §. fœminæ. Insti. de adopt. & nota. per glo. 56. dis. Ismael.
& tamen potest fieri cōmater, vt hic, & in capi. fi. eodem tit.
in sexto. Item vinculū cognationis spiritualis perpetuum est
adoptionis vero est temporale. Ioan. And. ut dixi tenet con
trarium, s. quod per procuratorem non possit contrahi hæc
cognatio per c. de his, & per capit. ad limina, 30. quæstio. j. in
quibus uidetur requiri actus personalis idem tenet Archid.
in cap. primo, eodem titu in sexto, per ca. omnes, 30. quæst. j.
Idem tenet Bar. in l. Gallus. § forsitan. in fi. ff. de libe. & posth.
secus tamen dicit in legitimat. quæ secundum Bar. potest fie
ri p procurator. & idē de legitimat. dixit Butr. in ca. per vene-
rabilem, in 9. char. in 3. colum in principio. J. qui fil. sint legi.
& quantum ad cognationē spiritualem Bar. in d. §. forsitan,
dicit canonistas tenere, quod non possit contrahi per pro-
curatorem, & cum ista opi. transit Butr. hic, & istam opi. vi-
detur tenere Io. de Imo. & Dom. Dominicus in c. j. in prin. eo
dem titu in sexto.

Sed dom. Cardin. hic in j. q. dicit, quod sibi uerior uidetur
opi. Mar. Silimani, quia edictum de procurat. est prohibito-
rium sufficit ergo, quod non reperitur hic expresse prohibi-
tum. ff. de procur. l. mutus. & dicit ita seruari. Ad iura alleg.
per Ioan. Andr. respondet, quod illa iura ponderant actum
corporeū respectu illius qui per seipsum leuat, de sacro fon-
te: uidetur enim sufficere, quod esset præsens, & consentiret
leuationi, nisi per seipsum adiuuet. sufficit tamen, quod tan
gat pannos, vel capillos leuati, vel similia faciat, de quo dicā
infra.

Sed quando aliquis leuatur per procurator. dicit do. Car.
sufficit quod ipse procurator manum apponat, & ex hoc ip
se constituens dicitur apponere manum, ut in regula, quod
6 per alium, de regu. iuris, in sexto. Quid autem si † statutum
requirit actum proprium uel aliquid fieri propriis manibus
vide omnino dominum Dominicum, in c. ut circa, in glo. in
verbo. proprium, de elect. in sexto Abb. Sicu. hic dicit, quod
ante factum esset seruanda opinio Ioan. And ut non admit
tatur quis per procurator. sed post factum dicit, quod sibi
placet opinio. Mar. Sil. & dom. Cardi. quia iura solum requi-
runt a leuante, vt respondeat pro puero, & se obliget apud
Deum. Vnde constituitur fideiussor apud Deum, ut in c. nos
ante omnia, de consec. distinct. 4. de quo statim dicam. talis
autem obligatio debet posse contrahi per procuratorem, cū
hic non eligatur industria personæ, nec agitur de magno p-
iudicio. Item quia multa prohibentur fieri per procurato-
7 rem, quæ † facta tenent, vt sentit glo. in l. uniuersis. C. de pre
cibus impera offe. & in cap. j. in uer. criminali, de iudicus, in
sexto. facit, quod not. Barto. in l. post mortem § j ff. de adop
ubi dicit, quod illa quę prohibentur fieri p procuratorem si
fiunt valent, licet Bart. tenuerit opi. Ioan. And. in dicta l. Gal
lus §. forsitan ff. de libe. & posthu. mihi placet hæc opi. quia
in spiritualibus potest interuenire procurator, ut in cap. fin.
de procur. in sexto, & in cap. accedens, de prębendis, & in cle
men. prima, de renun. immo etiam laicus potest esse procu-
rator in causis spiritualibus, ut in cap. primo. de procurat. in
sexto. & quia dixi supra, secundum dom. Card. quod sufficit
tangere puerum, uel capillos eius, uel pannos, vel simil. dic,
quod idem tenet Archi. Ioan. And. & dominus Dominicus,
in c. fi. eodem titu in sexto. Idem dicunt, si tangitur linteum
dum tamē puer teneatur linteo. dum baptizatur. Item quia
dixi supra, quod leuans censetur fideiussor apud Deum, quę
ro qs sit fideiussor, dic q tenetur puerum docere simbolum
& orationem dominicam, & ut castitatem custodiat, iusti-
tiam diligat, charitatem teneat, ut dicit tex. in cap. nos ante
omnia, de consecr. dist. 4. Et ex hoc uidetur esse periculosum
leuare aliquem de sacro fonte, quia errās in fide leuans tene
tur si est fideiussor apud Deum prout dicit ille text. secundū
Archid. de consecr. dist. quarta, ante baptismum. dicit, quod
quantum ad modernum tempus, non est ita periculosum,
quia ex quo parētes pueri sunt Christiani satis probabiliter
potest extimare, quod in fide erudient, & quod etiam ab illis
cum quibus viuit fidem addiscet. Secus autem erat in primi-
tiua ecclesia, ubi pueri cum infidelibus conuersabantur, &
ideo diligentior cura adhibenda erat a patrino, & similiter
etiam nunc si parentes pueri essent suspecti de infidelitate,
uel pueri inter infideles conuersantur, quia diligentior cura
adhibēda est a patrino, ut ibi ex hoc nota maius periculum
suscipere infidelem ad baptismum, quam Christianum, uel
natum ex Christianis. & hoc nota pro his qui suscipiunt Iu-
dæos qui baptizantur ab baptismum, nam magis sunt obli
gati, quam si suscepissent filium Christiani, sed tamen dictū
Archid. mihi non placet, licet dominus Dominicus ipsum
sequatur in cap. primo, eodem titu. in sexto.

Nam licet hodie non sit periculum, quod efficiatur quis
infidelis si est natus ex parentibus Christianis, & conuersa-
tur inter Christianos: tamen parentes, vt communiter vide
mus, sunt negligentes in instruendis filiis in moribus, & ra-
ri reperiuntur qui semper moneant filios ad bene uiuendū,
& communiter rustici ignorāt simbolum, & orationem do
minicam. Item illud ca. nos ante omnia, est text. sancti Au-
gustini, quo tempore Christiani conuersabantur cum hære.
8 Nunquid autem † baptizans teneatur semper monere ba
ptizatos, ut bene viuant, & an teneatur eos docere simbolū,
& orationem dominicam. Archid. in d. ca. nos ante omnia,
de consec. dist. 4. dicit, quod baptizans teneatur semper om-
nes baptizatos per se instruere, sed quia impeditur in multis
non posset committere curam patrinis, & hoc sequitur do-
minus Dominicus in ca. fi. eodem titu in sexto.

Ex quo nota, quod vbi baptizans posset instruere tenere-
tur quemadmodum patrinus. sed reuertendo ad id, q prin-
cipaliter hic tractant Doctor.

Quæro secundo præsupposita opi. Ioan. Andr. quod com-
paternitas non possit contrahi per procuratorem, an ipse le
9 uans † alterius nomine efficiatur compater. Ioan. An. in re-
gula, potest quis, determinat, quod sic, quia iura in ista mate
ria ponderant actum leuationis, & leuantis.

Nec obstat si dicatur, quod hoc non intendebat, quia re-
spondet per c. j. 30 quæstio prima, & per cap. ij. supra eodem.
Ex quibus patet, quod si intendens effici compater meus cre-
dens filium meum leuare leuat tuum, non meus, sed tuus
compater est, nā uidemus, quod sæpe producitur effectus ex
tra id, quod agitur, vt de arbitris, per tuas, & quod ibi nota. &
ff. commo. l. his qui. Sed Federicus de Senis, consilio 15. te-
net contrarium, quia ad hoc non intendebat obligari, & a-
nimus requiritur, vnde si Christianus leuat tanquam procu-
rator Iudæi, nec ipse, nec Iudæus efficiuntur compatres, &
hanc partem tenet do. Cardi. prope fi. com. uenit, quia quali
tas spiritualis non inducitur in non consentientem, vt in c.
maiores, de bap. dominus Dominicus in cap. ij. eodem tit.
in sexto. recitat rationes Federici de Senis, & postea dicit,
quod opin. Fede. sibi placet, & sic concordat, cum opi. domi.
Cardi. qui etiam sequitur Feder. & mouetur, quia quando
quis facit actum, ex quo inducitur obligatio, constat ta-
men quod ipse non habet animum obligandi non induci-
tur obligatio, ut no. glo. fi. in clemen. ex eo. de reg. quæ dicit,
q si quis assumat habitum professorum, & dicit, q per hoc
non

non haber animum profitend. & se obligandi, non induceretur professio. Item dicit, quod iura allegata per Ioã And non bene probant, quia illa loquuntur, quando quis habet animum se obligandi, & sic non deficit animus, licet fuerit error in materia. Item quia in huiusmodi sacramẽtis ad hoc, vt inducant obligationem, requiritur animus, & intentio volentis se obligare, vnde si baptizaretur quis, qui non intenderet baptizari, non esset baptizatus. 1. q. 1. ecce. de consecr. dist. 4 solet, ad fin. & quod ibi no. & in c si de baptis. & ibi per Ioann. Andr. & Doctores. Deus enim cor interrogat, & non manum. hanc etiam opinionem sequitur Abb. Sicul. quia
10 vbi non est consensus, non nascitur obligatio, † vt in l omnibus & in l. cõsensu. ff. de actio. & obligatio. & per hoc ego credo, quod si susciperet filiũ Martini de sacro fonte credens esse filium Petri, quod cum neutro contrahitur compaternitas. Nec obstat 30 quæst. 1. cap. 1. & cap. 2. supra eod. quia illa iura potius probant contrarium, si recte inspiciantur. ita & in d c. 2. supra eod.

11 Tertia quæstio, an si † sindicus nomine vniuersitatis leuat aliquem de baptismo, an per hoc vniuersitas efficiatur cõmater. Feder de Senis in d. c. 15 tenet quod non, quia vniuersitas nõ est capax talis qualitatis, argu de sent. excomm. in 6. cap. Romana. § fin. & cap si sententia. versic fin. Item vniuersitas, vt vniuersitas non est capax baptismi, ergo nõ est capax huius cognationis spiritualis, de consecr. dist. 4. in baptizato & illã opinionem sequitur hic dom. Card. in fine commen. & do. Dominicus in cap. j eo. tit in 6 sed Abb. Sic. dicit. posse attentari, quod constituentes sindicum efficiantur cõpatres, quia dispõ
12 † concepta in vniuersitate resoluitur, vt concernat singulares de vniuersitate, si actus non cadat in vniuersitate, ne res careat effectu, dicit de hoc esse casum in d c. sententia. §. fin. de sent. excomm. in 6. & dicit, quod facit, quod no. glo. in capit. Romana. § vniuersitatem, eod. ti. & lib. & l. stipulatio ista. §. hi qui, versic sed si servus. ff. de verb. oblig. & cap nouerint. & cap grauem, de sent. excomm. nam excommunicantur singuli statuentes contra libertatem ecclesiasticã, licet statuant nomine vniuersitatis. ego vero tenerem opin. Feder. de Sen. Nec obstãt iura alleg per Abb. Sicu. quia loquuntur in delictis, vnde ne delictum remaneat impunitum, fit interpretatio, ne sententia careat effectu, ad hoc l. 2. § exercitum. ff. de his qui not infam. & ibi per Bart nam Bar. ibi dicit per illum tex. quod licet regulariter in pœnalibus sit facienda stricta interpretatio, tamen vbi delictum remaneret impunitum, fit lata interpretatio, ne delinquens transeat omnino impunitus facit cap. vt famæ, de sent. excomm. Præterea ego non video quomodo possit contrahi cognatio spiritualis cum singulis de vniuersitate, cum sint incerti. Pone exemplum. Sindicus ciuitatis leuauit aliquem de sacro fonte nomine ciuitatis, si oriretur compaternitas, non posset leuatus contrahere matrimonium cum aliqua de illa ciuitate, quod esset nimium restringere facultatem contrahendi matrimonium, præsertim quia esset incertum, cum quibus contrahatur hæc cognatio, vnde sicut in contrahenda cognatione carnali requiritur certitudo illorum, cum quibus principaliter contrahitur, vt in cap. ex literis, el secondo, in glo. 2. s. de sponsalib. & ibi dixi, ita etiam requiritur certitudo illorum, cum quibus contrahitur principaliter cognatio spiritualis: nam cognatio spiritualis imitatur naturam, vt dicit glo. 2. in cap. fin. eodem tit in 6.

13 Vltimo possem quærere, an si † adultus vult baptizari, vel crismari, an debeat ab alio leuari, seu teneri. vide Archidiac. in cap spiritus, de consecr dist 5. & Ioan And. & domi. Dominicus in cap. 1. & fin eod. titu. lib. 6. & tene, quod sic, ne videatur per se stare. tamen dic, quod debet per se responde re, vt in cap. paruuli, de consecr dist. 4. ex quo est adultus. immo si compleuisset septimum annum tantum, deberet per se respondere, vt in c. paruuli, de consec dist. 4. & ibi in glo. 1. quæ alleg epistolam August. ad Renatum Episcopum.

14 In glo. fi. Doct quærunt, an si compaternitas † interueniat post sponsalia de futuro, dissoluat illa sponsalia. & dicunt quod sic, sicut dicimus de affinitate superueniente, vt in c. capit veniens, & in cap. litteris. j. de eo qui cognou. consang vxo. suæ. dixi latius supra eod cap. 2.

S V M M A R I V M.

1 Filij duorum compatrum, si contraxerint matrimonium, per quorum alterum deuentum est ad compaternitatem separatur.
2 Impedimentum matrimonij quilibet sciens debet denunciare.
3 Peccato proximi quilibet obuiare tenetur.
4 Compater effici quis non potest, antequam sit natus.
5 Denominatio criminis circa impedimentum matrimonij, ad quem spectet.
6 Denominatio an fiat criminose.
7 Pater, vel mater, an possit de sacro fonte in necessitatem leuare.

C A P. VII.

1 TVa nos. Si † filij duorum compatrum, per quorum alterũ deuẽtum est ad compaternitatem, contrahat matrimonium separatur, & tempore contractus scientes impedimẽtum illud denunciare tenentur.

In prima ponitur bimembris quæstio.

In secunda, ad quamlibet responsio. secunda ibi, super quo.

2 Nota ex tex. quod quilibet scientes † impedimentum matrimonij, illud denunciare tenentur, siue sciuerint ante contractũm matrimonij, siue post. ex quo infertur, quod qlibet de populo tenetur ad opponendũ, seu ad .... impedimentũ existens inter volentes contrahere matrimonium, de quo vide in c. cum inhibitio in glo magna, & de clandest. despõ.
3 & ratio est, quia quilibet tenetur obuiare † peccato proximi sui. 2. quæst. 1. si peccauerit, & in cap. dilecto, de sentẽ. excom. in 6. sed contra tex. opponitur. & per istam oppo. declarabitur glo. nam tex. videtur præsupponere, quod non possit habere in vxorem filiam sui compatris, quod est falsum, dummodo non sit illa prima, per quam est deuentum ad compaternitatem. & de hoc est tex. cum glo 30. quæst 4. qui spiritualem. vbi glo. dicit, quod quis potest accipere in vxorem sororem filiæ spiritualis, & sic filiam compatris sui, dummodo non sit illa. quæ fuit causa compaternitatis. cuius timore dicit Ioã. And. quod testes debent intelligi de filia spirituali patris sui, & sic loquitur hæc litera ibi, filiam compatris patris sui. & dicit, quod hæc est vera litera, licet aliqui habeant filiam compatris sui. sed illa litera est corrupta. secundum Io. And. quia tunc non dixisset de nato ante compaternitatem prout dicit litera: nam certum est, quod quis non potest effi
4 ci compater, † antequam sit natus, arg de consti cum accessissent, cum simil. & dicit Ioan. And quod ideo fit quæstio de prius nato, quia facilius prohiberi solent qui nati sunt postea, vt s. eo c. j & per hoc dicit Ioan. And. quod expositio glo. in quantum intelligit filiam de spirituali non procedit, siue litera dicat, compatris sui, siue compatris patris sui. & dicit. quod litera debet intelligi de filia carnali compatris. vel cõmatris patris sui, sed erat filia spiritualis patris sui. & sic erat solus spiritualis istius, qui dicitur natus ante compaternitatẽ. sed Ioan. Cald. dicit, quod vera litera dicit, filiam patris, vel matris suæ, & si stat sic litera, glo. bene dicit, quod intelligitur, quod non potest habere in vxorem filiam spiritualem patris, vel matris suæ, idest quam pater, vel mater leuauit de sacro fonte, vel ad confirmationem. & dicit Ioan. Cald quod putat, quod glossator sic habuit, & per hoc dicit cessare repræhensionem, quam facit Ioan. And. tu dic, quod vtraque expositio tendit ad eundem effectum, sed si litera dicit compatris, melior est expositio Io. An. sed si dicit patris. tunc melior est expositio glo ad tex.

In glo. in verbo, nunciare. potest diuidi in tres partes.

In prima colligit arg. ex tex.

In secunda opponit, & soluit.

In tertia colligit aliud argumentum ex tex. & contra illud oppo. sed non soluit. secunda ibi, item personæ illæ. tertia ibi, prope fin.

5 In prima parte glos ad quem spectet † denominatio criminis. dic vt in cap. nouit, de iudic. & secunda quæst. prima, si peccauerit.

In secunda parte hæc glos. non assignat rationẽ diuersitatis, quare post terminum admittatur ad denominationem, & non ad accusationem. sed Host. intelligit ipsi denominatio fit ad pœnitentiam peragendam, in qua non debet peccator de apicibus iuris litigare, nec libellum petere, nec correctionem differre, quod si faceret, audiendus non esset, arg. ff. de lib. caus. l. ij. & iij. & ff. de neg gest. l. soluendo. & s. de except. c. exceptionem. & quod no. de iureiur quemadmodum. & de despon. impub. attestationes. nam non potest talis pœnitere, nisi mulierem abiiciat, de sponsal veniens, el primo, in fi. & cap. ex parte. & cum opin. Host. transit Ioan And. domi. Cardin & But. & Abb. Sicu. dicit, quod glo. tenet contrarium, in dicto cap. cum in tua, qui matri. accus poss vbi glo. dicit, quod post terminum non admittitur quis, nec per viã accusationis, nec per viam denunciationis, & hanc partem tenet Abb. Sic quia præsumptio est contra denunciantem, ex quo tacuit, quo edicta emanarunt sed si edicta non emanassent, dicit, quod satis posset procedere dictum huius glo. ad hoc, quod no in cap fin de clandest. despon. vnde dicit, quod istæ duæ glo. contrariæ possent concordari, videlicet, vt hæc

glo.

glo.intelligatur edicta non emanarunt, glo.autem contraria, quando edicta emanarunt.

Nec obstat ille tex.quia non dicit, quod debeant admitti post terminum elapsum, nec apparet ex hoc tex. quod aliquis terminus fuerit statutus, sed Doct. in dicto cap.cum in tua, qui matrim.accus.non poss. dicunt, quod aut sit denominatio iudicialis ad dissolutionem matrimonij, & talis nõ potest fieri post terminum, & hoc modo procedit glo. ibi, aut sit denominatio euangelica ad pœnitentiam peragendã, & tunc admittitur post terminum. & hoc casu loquitur ista glo.de quo dicam ibi latius.

6 Nunquid autem † criminosi admittantur ad nominationem Doct. hic tangunt in c.præsentia,& in c.tua s̄.de spons. & habetur in c.nouit,de iudic.

In tertia parte glo dic, vt in regula,cum quid. de reg.iur in 6.sed quantum ad cõtrarium dic,quod aut est prohibita via, & non finis,& tunc exclusus vna via admittitur alia via, vt hic concor.aut est prohibitus finis, & tunc exclusus vna via non admittatur alia, vt in dicto cap.tua,de procur. ita soluit But.hic.

7 Vlterius hic aliqui tractant, an † pater, vel mater possint de sacro fonte in necessitate leuare filium,de quo dixi supra eod.cap 2. Item an si puer non est perfecte natus, an si baptizetur, contrahatur compaternitas. Ista quæstio pendet ab hoc, scilicet an talis possit baptizari,de quo vide Hostien.in summa de baptismo,& quæ sit eius forma,versi.licet autem puer. & versic.si qua mulier. item tractant alias quæst. quas tetigi in cap.præceden.ideo non repeto.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium contractum inter baptizatum, & filium baptizantis,est de facto separandum.*
2 *Sacerdos baptizans efficitur pater spiritualis baptizati.*
3 *Monachus factus episcopus, vel absolutus ab obedientia Abbatis, an possit sibi compatres facere.*
4 *Cognatio spiritualis extenditur etiam ad illegitimos.*
5 *Vicarius Episcopi ex generali officio Vicariatus potest cognoscere de causa matrimoniali.*
6 *Exceptio peremptoria potest opponi, & probari post publicatas attestationes.*
7 *Appellatio potest interponi a sententia, qua non transit in rem iudicatam.*
8 *Baptismi ad substantiam non requiritur leuans, seu tenens.*
9 *Adulterium graue est, quod sacerdos cognoscat filiam spiritualem, scilicet eam, cuius peccatum audit, & ponitur, vt ibi.*

C A P. VIII.

1 EX literis. Separari debet † matrimonium de facto contractum inter baptizatum, & filium baptizantis,hoc dicit.

In prima ponitur factum.

I secunda mandatum. secunda ibi,mãdamus quatenus.

2 Nota primo, quod † sacerdos baptizans, licet hoc faciat ex necessitate officium, nihilominus efficitur pater spiritualis baptizati in omnibus,& per omnia, quemadmodum si leuasset de sacro fonte, vt patet in cap.primo,eodem tit.in 6. & .... baptizante,vt not.glo.in cap.peruenit. 18.quæstio.2. & in capitu.omnes de 30.quæstio.1.& aduerte glo.not.in dicto cap.peruenit.assignat rationem,quare religiosus non debet habere commatres leuando, & tamen liceat habere baptizando, si habet curam: nam illa glo.dicit, quod maior familiaritas contrahitur leuando, quam baptizando,quod no.

3 Nunquid autem † monachus factus episcopus, vel aliter absolutus ab obedientia Abbatis possit sibi facere commatres. glo.dicit quod sic,in cap.1.18.quæst.1. in versic.absoluit. & ponit exemplum de Gregorio, qui cum prius esset monachus,& postea factus diaconus, Cardinalis effectus est compater Mauritij Imperatoris.

4 Nota secundo, quod† cognatio spiritualis extendit̃ etiam ad illegitimos: nam Doct intelligunt, quod ista mulier erat filia spuria sacerdotis, qui baptizauerat iuuenem,& nihilominus inter eam, & iuuenem fuit orta cognatio spiritualis, quæ potest appellari fraternitas,& sororitas, erant enim frater,& soror spiritualis, & hoc tenet glo.30.quæstio 3.in summa,& j.tit.prox.cap j.prope fin.glo.& Innoc.in Rubr huius tit. vbi dixi. posset etiam intelligi de filia legitima nata ante sacerdotium, sed Abb.Sic.dicit,quod communiter intelligitur de filia illegitima.

5 Nota tertio, quod Vicarius † Episcopi ex generali officio Vicariatus potest cognoscere de causa matrimoniali, quod no.pro limitatione c.accedentibus,de excess.prælat. & eorum quæ not.j.de consang.& affin.c.j.

6 Nota quarto, quod† exceptio peremptoria potest opponi,& probari post publicatas attestationes, concordat capi. finem litibus & c.prout, de do.& contu.licet glo.dixerit contrarium,vt l.a.C.sentent rescin.non poss.sed communiter reprobatur per Doct.de quo vide in cap.de testibus.supra de testibus.sed Abbas Siculus se remittit ad capit.primum, de ordi cognit.

7 Nota vltimo,quod potest interponi† appellatio a sententia, quæ non transit in rem iudicatam, immo dic, quod si non appellatur a tali sententia infra decem dies non audietur per viam appellationis,licet audiatur per viam querelæ, ex quo sententia non transiuit in rem iudicatam, vt dixit gl. notab in cap.ad reprimendum,in verbo,suspendatur, de offic.ordin.

Glo.ista potest diuidi in tres partes.

In prima colligit ex tex.

In secunda quærit de ratione dubitando.

In tertia quærit de vna quæstione, & respondet. secunda ibi, sed quid mouit. tertia ibi, sed nunquid filius sacerdotis.

In secunda parte glo.dic, quod ratio dubitandi fuit, quia sacerdos videbatur hoc facere ex necessitate officij, & ideo non videbatur ex hoc contracta compaternitas. sed hoc non obstat,ex quo fecit eum Christianum,est factus eius pater spiritualis, velit, vel nolit, sicut dicimus de patre carnali, nam in hoc consideratur factum, & non voluntas, seu propositum. facit capitu.omnes. 30.quæstio 1.& idem dicit Abb.Sic.de laico baptizante in necessitate,quia iura loquuntur indistincte,nam si laicus leuans,seu tenens in baptismate contrahit istam cognationem spiritualem, fortius dicendum est;si baptizat tempore necessitatis,quia magis confert baptizans,quam tenens quia sine baptizante non est bapti-
8 zatus,sed bene,sine tenente,quia ad substantiam † baptizati non requiritur leuans,seu tenens,vt probatur in c.debitum. s̄.de baptis.& ibi hoc tenet Abb.Sic.& dicit Abb.Sic.si mulier baptizaret tẽpore necessitatis, quia nõ est dña inter masculum,& fœminam quo ad istam cognationem spirituale, vt in c.veniens.s̄.eo.& in c.si eod.ti.in 6.Doct.ponunt aliam rationẽ dubitandi,sed quia nõ est vtile referre, ideo prætermitto.sed no ex gl.in ista parte,ꝙ sufficit aliquid esse expressum in gñe,seu verbis gñalibus.& in materia,in qua est faciẽda restrictio,patet, quia non debemus extendere iura prohibentia matrimoniũ,immo restringere,quia est odiosum restringere facultatem contrahendi matrimonium, & ampliare est fauorabile,vt dixi s̄.eod.c.2.& tamen prohibendo matrimonium, sufficit aliquid esse expressum in genere, vt dicit hæc glo.quam tenebis menti.

In vltima parte glo. Glo.bene dicit,quia per dationẽ aliasacramentorum,quam Catechismi,Baptismi, & Confirmationis,non oritur cognatio,quæ impediat,vel dirimat matrimonium,vt est casus in c.si eo.tit.in 6. & cum ista glo.cõcor. glos. 30.q.j. omnis. quam omnino vide. quæ etiam quærit, nunquid si laicus in necessitate audit peccatum alicuius mulieris, an possit cum ea contrahere matrimonium. & tenet quod sic,quia tantum prohibetur sacerdoti, cuius officium est audire peccata confitentium.

9 Et aduerte,quia est graue† adulterium,ꝙ sacerdos cognoscat filiam spiritualem. i eam, cuius peccatum audit in confessione,nam si peccatum est publicum,& de peccato constat, si mulier est laica, tenetur bona sua distribuere pauperibus, & stare in monasterio vsq; ad mortem, sacerdos vero debet deponi ab omni officio,& pœnitentiam agere duodecim annis peregrinando,& post peregrinationem finitam,debet ingredi monasterium, & ibi cunctis diebus vitæ suæ debet Deo seruire:sed si est epũs, eadem pœna imponitur, exceptoꝙ debeat peregrinari quindecim annis. & de his vide tex.in c.pe. & fi.30.q.j & ex his patet, ꝙ magis peccat clericus cognoscẽdo filiam spiritualem ꝙ̃ vxorem alterius.quia pro illo adulterio imponitur ei minor pœnitẽtia,vt patet 8.dis.presbyter. & no glo.in d.c.fi. 30.q.j.& vide Host.in sum eo.ti.§.fi.versi.

De cognatione legali. *Rubrica.*

S V M M A R I V M.

1 *Cognatio legalis quid sit.*

¶Viso de cognatione spirituali videndum est de legali. de
1 hoc.30.quæst.4 c.1.& Goff.hic diffi.ut,cognatio † legalis est

actus

actus legitimus, per quem qui filius non est, pro filio habetur vel pro nepote, vel vlteriore secundum voluntatem adoptantis. sed Host dicit, quod cognatio legalis est ciuilis propinquitas, per quam quis reputatur filius, vel nepos, vel deinceps, vel frater, vel affinis, licet naturaliter non sit, penè naturam imitans. ff de adopt. l. adoptio. & l. nec ei § eorum. & § præterea. & l. si quis nepotem & Instit. de adop. § licet. Doc. tractant aliqua super hac Rubrica, quæ videbimus ĩ. c. j.

SVMMARIVM.

1 *Filius adoptatus non potest contrahere matrimonium cum filio adoptantis durante adoptione.*
2 *Cognatio oritur per adoptionem legitimè factam.*
3 *Causa limitata, limitatum parit effectum.*
4 *Cognatio quotuplex sit.*
5 *Adoptio sumitur in genere, & in specie, & differentia.*
6 *Adoptio potest fieri coram quolibet competenti iudice.*
7 *Arrogatus transit in potestatem arrogatoris, quod non euenit adoptato.*
8 *Adoptionis dissolutio, an requirat solemnitatem.*
9 *Pater quibus casibus cogitur filium emancipare.*
10 *Canon approbans ius ciuile in certo casu, intelligitur approbare in omnibus casibus pertinentibus ad illam materiam.*
11 *Filius naturalis & legitimus, an possit contrahere matrimonium cum sorore adoptiua, quæ non transiuit in potestatem adoptantis.*
12 *Filius spiritualis, an possit contrahere matrimonium cum filia illegitima patris spiritualis.*
13 *Filius adoptiuus, an possit contrahere matrimonium cum filia illegitima adoptantis.*
14 *Filius spurius est coniunctus sanguine omnibus agnatis, & cognatis patris, quamuis non succedat eis, vnde a patre alendus est.*
15 *Cognatio spiritualis est fortior legali.*
16 *Filij duorum fratrum adoptiuorum possunt coniungi matrimonio.*
17 *Perpetuum indicatur quod potest esse temporale, & perpetuum.*
18 *Verbum, potest, vbi præcedit negatiuum, importat necessitatem.*
19 *Verbum, consistere, significat permanentiam.*
20 *Adoptare qui possunt.*
21 *Sacerdos potest adoptare quo ad patrimonialia.*

CAP. PRIMVM.

1 SI qua. Inter † adoptatum, & filium adoptantis non potest contrahi matrimonium durante adoptione, hoc dicit. Et non diuiditur.

Nota primo, quod per adoptionem legitimè factam oritur propinquitas, seu co
2 gnatio, † nedum inter patrem adoptantem, & illum qui est adoptatus in filium, sed etiam inter adoptatum, & filium adoptantis. hæc tamen cognatio respectu filiorum non durat nisi durãte adoptione. Si quis ergo vult filium suum in virum tradere filiæ suæ adoptiuæ, remedium est, vt emancipet filiam adoptiuam. facit tex. in c. post susceptum. 30. quæst. 3.

3 Ex quo nota, quod † causa limitata limitatum parit effectum, concordat de senten excomm. de cætero. & capit. ex tenore.

Glo. prima diuiditur in duas partes principales.

In prima colligit arg. ex tex.

In secunda parte glo. narrat materiam cognationis legalis. secunda ibi, no. ad intellectum. & similem glo. habes 30. q. 3. in summa.

Secunda pars subdiuiditur in septem partes.

In prima parte gl. declarat quotuplex est cognatio, & quid sit adoptio, & arrogatio.

In secunda declarat quid sequitur ex ipsa.

In tertia, nunquid teneat matrimonium inter fratres adoptiuos, naturales, & legitimos.

In quarta, quid de ascendentibus, & descendentibus.

In quinta, nunquid filius adoptiuus, qui nõ transit in potestatem adoptantis, possit copulari matrimonio filiæ adoptantis, & interserit, nunquid filius adoptiuus possit copulari matrimonio filiæ illegitimæ adoptantis, & quid de filio spirituali, an possit copulari matrimonio filiæ illegitimæ patris spiritualis.

In sexta parte tractat, an filij adoptiui inter se possint contrahere matrimonium.

In septima, & vltima, quid si adoptiuus durante adoptione contrahat cum legitima, & naturali filia adoptantis, an teneat matrimonium. secunda pars ibi. tam adoptiui, quam arrogati. tertia ibi, inter fratres adoptiuos. quarta ibi, sed inter ascendentes. quinta ibi, item posset dici. sexta ibi, sed nunquid. septima, & vltima ibi, item quid si adoptiuus

In prima parte secũdæ partis. dum glo dicit, quod duplex
4 est † cognatio, melius dixisset, quod est triplex nam quędam est spiritualis, de qua vidistis in tit. præced. quædam legalis, de qua hic: quædam carnalis, de qua in duobus titulis sequẽ. vnde glo. 30. quæst. 3 in summa dixit, quod est triplex, vt dixi.
5 & pro declaratione huius partis dic, quod † adoptio sumitur duobus modis. Vno modo in genere. & tunc compræhendit sub se adopt. & arrogat. Alio modo sumitur in specie, & tũc est species diuersa ab arrogatione & hoc habetur Institu de adopt in princ. & in l. 1. ff. de adopt. vnde vt species differt ab arrogatione, quia arrogatur ille, qui est sui iuris, sed adoptatur ille qui est in aliena potestate, quia pater tradit filium, vel nepotem in adop & hoc probatur in l. 2. ff de adop. & Instit de adop. in princ. & § j.

Secunda differentia est, quia arrogatio fit per rescriptum principis, sed adoptio potest fieri coram magistratu, vt in d l. & Instit. eod. in princ. & § j & erit forma adoptionis, quia pater naturalis veniat coram iudice, & ipso approbante, &
6 auctorizante fiet adoptio. & Hostien. dicit, quod † adoptio potest fieri coram quolibet competenti iudice, & ita intelligit l. 2. ff. de adop. & l. 2. ff. de officio proconsu. & lega. & dicit Hostien. quod si fieret adoptio coram vicinis, & honestis viris, quod talis qui adoptatur, non acquirit iura filij adoptiui, & sic non impediretur matrimonium contrahi inter ipsum, & filiam adoptantis, & hoc sequuntur dnmi. Cardin & But. & Abb Sic. qui dicit hoc esse bene notandum, quod si nõ est seruata forma, corruit actus ex toto: forma enim dat esse rei, & eam in esse conseruat, vt in cap tuæ supra de spons. & in cap quia propter, de elect. pro hoc facit l. non nudis & l. non epistolis. C. de probat.

Tertio, quia adoptatus non transit in potestatem adop-
7 tantis, vt dicit hæc glo. sed † arrogatus bene transit in potestatem arrogatoris, vt in l. cum in adoptiuis. in fi. C. de adoptio. intellige tamen, quod non transit adoptatus in potestatem adoptantis, nisi detur in adoptionem alicui ascendenti per lineam paternam non maternam, vt in § sed hodie. Instit. de adop. & sic in effectu arrogatus transit in potestatẽ arrogatoris, siue detur in arroga extraneo, siue ascendenti per lineam paternam, vel maternam. in d l. cum in adoptiuis, in fi. C. de adop sed adoptatus non transit in potestatem adoptantis, nisi detur in adop. alicui ascendenti, vt supra, & sic intellige istos versus.

Arrogo qui suus est, sed habet meus esse necesse,
Patris adoptio suum, nec suus desinit esse.

Nam intelligitur, quod non desinit esse suus, idest in potestate patris naturalis, nisi detur in adoptionẽ alicui ascendenti per lineam paternam, vel maternam. quia tunc desineret esse in potestate patris naturalis, & transiret in potestatem adoptantis

Quarta differentia, quia infans potest adoptari, sed non arrogari, vt est text & glos. in l. 2. & in l etiam infantes. ff de adoptio.

Quinta differentia, quia in arrogatione requiritur satisdatio, de qua in l si pater. §. vlt & l seq. & l. non aliter. & in l. his verbis. & in l hæc autem verba ff. de adop. & in §. cum autem. Instit. eo. tit quæ non requiritur in adop. possunt aliæ differentiæ assignari, sed non multum me extendam, quia hęc materia potius est legalis, quam canonica.

In secunda parte glo. no. ex ipsa, quod tam adoptati, quã arrogati appellantur fratres adoptiui.

In tertia parte glo. dum dicit, quod impeditur matrimonium inter fratres naturales, legitimos, & adoptiuos, quandiu durat adoptio.

8 Quæro. an ad dissoluendam † adoptionem debeat solemnitas interuenire. Host dicit quod sic, quia debet fieri coram iudice competenti, & ipso auctorizante, vt in l. j. C de eman. libe. & sicut sine auctoritate iudicis contrahi non potest, vt supra dictum est, ita nec potest dissolui, de reg. iur. omnia res vnde si non seruata forma fit emancipatio, durat adoptio, & sic prohibetur matrimonium contrahi. Et aduerte, quia sicut in adoptione, vel in arrogatione requiritur voluntas vtriusque partis, ita in emancipatione. vnde si quis vult filiũ emancipare debet filius consentire, præsentia interuenire, & si quis filium absentem emancipare velit, & infantem qui consensu caret, debet hoc facere auctoritate rescripti a principe impetrati. Si autem consensum haberet filius emancipandus, sufficit eius consensus præcedens, vel subsequens, & dicit in summa, eod tit. §. qualiter. versicu quid si quis filium absentem. dicit tamen Hostien. quod princeps non concedit

rescri-

rescriptum in præiudicium alicuius, vt in l. nec auus. C. de emancip. libe & in cap super eo, de offic. deleg. vnde non cogitur filius inuitus emancipari, sicut etiam pater non cogitur
9 emancipare. Sunt tamen aliqui casus, in † quibus cogitur emancipare filium, de quibus etiam vide glo. Instit. qui. mod. ius pat potest sol. §. fin. Item Host ibidem enumerat aliquos casus, per quos soluitur adoptio, vel arrogatio, & inter cætera dicit, quia sicut in adoptione requiritur scriptura, ita etiam in emancipatione.

In quarta parte dic, nedum inter adoptantem, & adoptatum impeditur matrimonium dissoluta adoptione per emancipationem sed dic. q filius adoptiuus non potest ducere in vxorem illam, quæ fuit vxor filij adoptiui etiam post dissolutam adoptionem, vt in l adoptiuus in princ ff de ritu nup & est ratio, quia respectu filij adoptiui illa, quæ fuit vxor patris adoptiui, fuit aliquando nouerca, & illa quæ fuit vxor filij adoptiui, fuit aliquando nurus patris adoptiui, vnde ista reuerentia durat etiam dissoluta adopt. per emancipationem, & sic non potest contrahi matrimonium inter eos, vt in l adoptiuus ff de ritu nup. Idem tenet Gosfr. Innocē & Host. & communiter Doct. Host. tamen refert quosdam dicere, q non separatur matrimonium, nisi quando filia, vel soror adoptiua ducta est in vxorē, quia de pluribus speciebus non ponitur in hoc capit sed ipse Hostien dicit sibi verius videri, pro qua ratione exprimitur de sororē adoptiua ea ratione intelligēdum est de aliis personis arg. de constit. translato, & quod ibi no. Item quia hæc Rubrica generaliter loquitur de cognatione legali optat tamen Hostien. quod hæc prohibitio reuocetur, & idem optat de impedimento publicæ honestatis. no. bene ex dictis Hostien quæ sequuntur Doct. quod
10 vbi † canon approbat ius ciuile in certo casu, intelligitur approbare in omnibus casibus pertinentibus ad illam materiam, qui habent eandem rationem, quod tenebis menti, hoc dico. quia ius ciuile non potest aliquid disponere circa personas habilitandas, vel inhabilitandas ad contrahēdum matrimonium: nam ius ciuile prohibet matrimonium inter pupillam, & tutorem, & inter rectorem prouinciæ, & subditum, & tamen de iure canonico valet matrimonium inter ipsos, quia ius canonicum nō approbauit illas ll vt dicit glo notabilis 30. quæst. 3 cap j & per Inno. cap penult. & vlt. de secun nup & dixi in cap. 1. supra de spon. vnde teneret matrimonium inter fratrem, & sororem adoptiuam, nisi ista decretalis approbasset ius ciuile, modo cum ius canonicum approbet ius ciuile quantum ad matrimonium prohibendum inter fratrem, & sororē adoptiuam intelligitur approbare in omnibus aliis casibus pertinentibus ad illam materiam, & habentibus eandem rationem.

In quinta parte glo tangit in hac parte tria.

11 Primo, an † filius naturalis, & legitimus possit contrahere matrimonium cum sorore adoptiua, quæ non transiuit in potestatem adoptantis. & in hoc glo. refert duas opiniones, vt vidistis.

Sed primam opinionem, scilicet quod possit contrahere matrimonium cum sorore adoptiua, tenuit Vgutio, & Innocent hic.

Secundam vero opinionem, scilicet quod omnino possit contrahere tenuit Damasus, Laur. Tan. Vincen Goff. Philip. & Host & Spec. eod. tit. in princ. idem tenet Ioan. And dom. Cardin. & Butr. Nam pro adop. filius adoptiuus succedit ab intestato adoptanti, licet non transeat in eius potestatem, vt dicto § sed hod. e. Institu. de adop & requirit quædam iuris, quæ olim dissoluuntur per emancipationem. & pro hoc facit iste tex. qui indistincte loquitur, nec distinguit, an adoptiuus transeat, vel non transeat in potestatem adoptantis, vnde indistincte debet intelligi. dicit tamen dom. Cardin quod propter diuersitatem opinio. si qua consuetudo esset, ei standum esset in hoc.

12 Secundum, quod tangit glo. est, an † filius spiritualis possit cōtrahere matrimonium cum filia illegitima patris spiritualis, & dixit quod non, hoc dixi in Rubr. tit. præced. & tetigi in cap fin eod tit.

13 Tertium, quod tangit glo. est, an filius † adoptiuus possit contrahere matrimonium cum filia illegitima adoptantis. & dicit, quod sic, quia filius bastardus, seu illegitimus non est in potestate patris, & ideo non est coniunctus adoptiuo al quo vinculo naturali, vel ciuili, & sic poterit cōtrahi matrimonium inter ipsos. istud etiam recitat Vincen & Innoc. sed alij Doct. tenent contrarium, scilicet quod sicut filius illegitimus non potest contrahere matrimonium cum sorore carnali, & legitima, vel cum alia cōsanguinea ex latere patris, vt in cap. per tuas, de probat. ita nec cum sorore adoptiua & istam opinionem tenet domin. Cardin. in 2. quæstio & Abb. Sicut ego tenerem opin. glo. Nec videtur bonum argumentum dicere, filius illegitimus non potest contrahere cum agnatis patris. ergo nec filius adoptiuus, quia ibi est ius
14 sanguinis: nam † filius spurius est coniunctus sanguine omnibus agnatis, & cognatis patris, licet eis non possit succedere, vt in l. fin C de nat. libe. hinc est, quod debet ali a patre, in cap cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam pol. quod non esset, si non censeretur esse de eius sanguine, modo si censetur esse de sanguine patris, censeatur de sanguine cōiunctis illis, quibus pater est coniunctus. pro hoc, quia ex coitu fornicario oritur affinitas, vt in cap. discretione. ff. tit prox. si oritur affinitas, ergo filius est affinis, quemadmodum pater, & mater, sed filius illegitimus non est cōiunctus filio adoptiuo aliquo vinculo naturali: nam per adoptionem non oritur nisi vinculum ciuile: ciuili non, quia filius illegitimus non est in potestate patris, & sic cum eo non est vinculum ciuile.

Item non obstat, quod filius illegitimus non potest contrahere matrimonium cum filia spirituali patris, seu quia co
15 gnatio † spiritualis est fortior, quam legalis. & pro hoc vide tex optimum in cap. j. 30. quæstio. 1. & quod sit fortior, patet quia legalis cognatio est temporalis, & potest dissolui emancipatione, sed cognatio spiritualis est indissolubilis. ¶ Item quod non teneat matrimonium inter filium illegitimum, & filiam spiritualem, est tex in cap fin supra tit præceden. quia ille tex. loquitur indistincte de filia presbyteri nec distinguit, an sit genita ex matrimonio legitimo, antequam esset in sacris, vel ex matrimonio non legitimo, quando pater ordinatus fuit in sacris, & communiter ille tex intelligitur de filia illegitima, vt ibi dixi. ¶ Non obst. iste tex. quia vt patet, loquitur de filio legitimo, alias non efficeretur eius soror per adoptionem. & hæc opin est tenēda, quia vbi glo magistrorum, idest dicta Doct dicunt matrimonium non valere, nec dant causam expressam, si reperitur vnus Doctor, qui matrimonium sustineat, illius opi. est tenenda in iudicando, vt dicit Hostien. in cap. 2. supra tit. prox & ibi dixi.

In sexta parte glo Doct sequuntur ipsam pro qua facit c.
16 cum apud, de sponsal. & dicas, quod † filij duorum fratrum adoptiuorum possunt inuicem contrahere matrimonium cum nec naturali, nec ciuili vinculo sint coniuncti. l. ff. de nup. § fratres autem & §. duorum. C de nup l in celebrandis. & vide per Hostien. in summa, eodem titu § fina versic. collateralium.

In vltima parte glos primam opinionem tenet Specul eodem tit. in princ. & idem videtur sentire ibi Ioā. And dicens, quod si separarentur, separatio videretur frustratoria cum facta dissolutione adoptionis per emancipationem, statim possit contrahi matrimonium. & dicit Ioā. And per hanc literam ibi, consistere nō possunt, potest dici, quod facta emācipatione sine nouo contractu statim est matrimonium. & facit iste tex. secūdum eum a contrario sensu ibi, quando diu durat, &c. & cum hoc transit But sed Ioā de Lign tenet secundam opinionem glo. scilicet quod matrimonium non teneat, nihil tamen inducit, sed dom. Card pro hoc allegat, quod impedimentum adoptiotis est perpetuum, nō autem temporale: potest enim esse, quod non soluatur adoptio nisi per mortem adoptantis, vel adoptati, & quando aliquid po
17 test esse temporale, & perpetuum, iudicatur † perpetuum. ff in l. sufficit. ff de cond. indeb & vide glo. notabilem in clem. si principalis, in verbo, electio de rescrip. & dicit dom. Card. quod quæstio ex his redditur dubia, sed quia edictum de matrimonio est prohibitorium, vt in cap cum apud. de spon dicit, quod æquior est prima opi. scilicet quod matrimonium non dissoluatur. sed Abb. Sic. dicit, quod opi. Io And sibi non placet, quia satis est impedimentum desistere ante emancipationem, item satisfaciēdum est iuri, vt in simili est bonus tex. cum glo. in clem. j de suppl neglig prælat. adducit etiam rationem, quam facit dom. Cardi. l quod impedimentum in dubio intelligatur perpetuum, vt in dicta cle. si principalis, de rescrip. ista opi. mihi placet propter verbum, nō possunt
18 nam † verbum potest, vbi præcedit negatiua, importat necessitatem, vt dixit glo. notabilis in cap j. in verbo, non potest de reg. iur. in 6. & sic vbi ius dicit, non potest tale quid fieri, si actus fit, non tenet, vt est ibi tex. cum glo.

19 Item no. † verbum, consistere, quod significat permanentiam: nam tantum est dicere, consistere non possunt, quantum dicere, permanere non possunt.

Quantum autem ad illud, quod dicit Ioan And. si matrimonium est cōtractum durante adoptione, & postea dissoluatur adoptio, an non facto validetur matrimonium, puto quod non, nisi de nouo tacite, vel expresse consentiant, secundum ea quæ vidistis in cap. j supra de eo qui duxit in matrim quam poll & in c. fi. de coniug seruo.

20 Extra glo. quæro, qui possunt † adoptare. dic quod quilibet dummodo possit generare, sed requiritur, quod excedat

cedat

cedat illum, quem vult adoptare in 18. annis, vel adoptio non valeret, vt in §. minorem. Instit. de adopt.

Ex quo infertur, quod castratus non potest adoptare, quia generaliter non est aptus ad generandum, sed spado bene potest adoptare, quia naturaliter erat aptus ad generandum, licet ex accidenti sit factus postea impotens. & de hoc est tex. in §. illud. Instit. de adop. & in l. 2. §. illud. ff. eod. tit.

4 Ex his infertur, quod † sacerdos potest adoptare quo ad patrimonialia. & hoc tenet Hostien. super Rubr. huius tit. & Io. And. & dom. Card. & Butr. ibi, & Abb. Sic. hic. nam sacerdos naturaliter, & de facto generare potest. & pro hoc vide bo. tex. in l. si pater. §. fi. ff. de adoptio. qui dicit, quod potestas adoptandi est concedenda illi, qui non potest studere generationi filiorum, vt est maior sexaginta annis, vel infirmus, vel aliam iustam causam habens: fœmina autem non potest arrogare, vel adoptare, quia non potest habere filios in potestate nisi ex causa per rescriptum Principis hoc fuerit impetratum, vt ff. de adopt. l. si arrogator. §. fi. cum l. sequen. & Instit. eo. tit. §. fœminæ. multa alia possent tractari, sed hæc sufficiant. & de hac materia recurre ad Legistas, & ad Host. in summa, eod. tit. vbi plene tractat.

De eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Rubrica.

¶ Viso de cognatione spirituali, & legali, videndum est de carnali, quia ex copula habita cum consanguinea vxoris oritur affinitatis cognatio, de qua dubitari posset, vtrum impediret, vel dirimeret matrimonium, ideo subiicitur hæc Rubrica. de materia habetur 32. quæst. 7. quædam. cum duobus capitulis sequen. & cap. concubuisti & cap. si quis eum. & 30. quæst. 2. in quatuor vltimis capitulis. & dicit Hostien. quod virtus huius cap. consistit in hoc, quia si cognoscitur consanguinea vxoris, committitur incestus, propter hoc tamen nõ dissoluitur matrimonium præcedẽs. j. eod. tit. discretionem. & cap transmissæ. & cap. Iordanæ. sed si cognoscatur consanguinea sponsæ soluuntur sponsalia de futuro. j. eo. veniens. el primo, & secundo, & cap. fraternitati, & c. seq. Item copula cum cõsanguinea vxoris, vel sponsæ priuat potestate contrahendi cum alia, & quo ad vxorem priuat exactione debiti, vt j. c. j. & 2. & c. transmissæ. & c. ex literis. & ipsis videbitis, an possit dispensare, vt incestuosus contrahat matrimoniũ, & quis possit dispensare, & quid si contrahit non obtenta dispensatione, an matrimonium valeat.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens non soluit matrimonium, sed debiti exactionem impedit.*
2 *Pœna duplex infligitur incestum committenti.*
3 *Stuprum qualiter propriè committatur.*
4 *Crimen incestus non cadit in ignorantem.*

CAP. PRIMVM.

1 SI quis. † Affinitas superueniens post matrimonium contractũ nõ soluit matrimonium, sed exactionem debiti impedit, & crimen incestus inhabilitat quem ad contrahendum matrimonium, hoc dicit.

In prima ponitur thema, ex quo triplex elicitur quæstio.

In secunda sol. secunda ibi, nec a matre.

2 Nota primo duas † pœnas committentis incestum, quia priuatur facultate exigendi debitum a propria vxore. Secunda est, quia priuatur facultate contrahendi matrimonium mortua vxore, & incestus propriè cõmittitur cum consanguineis vxoris, vel propriis, vt in §. cum ergo. 36. quæst. j.

3 Stuprum † vero propriè committitur cum virgine, vidua, vel puero, vt in l. stuprum. ff. de adult.

4 Nota secundo in verbo, scienter. quod † crimen incestus non cadit in ignorantem, concordat 34. q. 2. in lectum. de quo videbitis in glo. j.

Glo. in verbo, scienter. Hostiẽ. dicit, quod licet ignorantia excuset ab incestu, tamen affinitas ex hoc surgit j. eod discretionem. idem si fuit inuita in d. ca. discretionem. & sic in effectu copula habita cum ignorante, vel inuita inducit affinitatem, tamen talis copula non est punibilis respectu ignorantis, vnde non priuatur ignorans, vel inuitus facultate exigẽdi debitum, nec inhabilitaretur ad cõtrahendum matrimonium, de quo vide bo. tex. 33. quęst. 2. in lectum. & 15. quęst. j. inebriauerunt.

In glo. fin. hæc glo. bene dicit, quis autem possit dispensare cum incestuoso, vt possit contrahere matrimonium, dicam in sequenti capitulo.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens etiam per illicitum coitum sponsalia de futuro impedit.*
2 *Affinitas ex coitu fornicario est maioris potentia, quam sint sponsalia de futuro.*
3 *Cognoscens consanguineam, inhabilitatur ad matrimonium cõtrahendum sine dispensatione.*
4 *Crimen incestus maius reputatur, quam adulterij.*
5 *Dispensatio est necessaria, quoties aliquid fit contra ius.*
6 *Dispensare non censetur, qui beneficium confert.*
7 *Incestus crimen, est multiplex.*
8 *Copula superueniens cum sponsa, post copulam cum consanguinea fortificat crimen incestus præcedentis.*
9 *Incestum verum committit, & indispensabilem, qui duas consanguineas cognoscit.*
10 *Matrimonium an dissoluatur, si primo sponsus cognouit sponsam, quam matrem.*

CAP. II.

1 VEniens. Affinitas † superueniens etiam per illicitum coitum sponsalia de futuro impedit, sed non matrimonium, & incestuosus matrimonium contrahere non potest. h. d.

In prima decisa consultatio.

In secunda distinguens responsio. secunda ibi, inquisitioni. secundum distinctionis ibi, cæterum.

2 Nota primo, quod † affinitas superueniens etiam ex coitu fornicario est maioris potentiæ, quam sponsalia de futuro. Nam propter affinitatem dissoluũtur sponsalia & ratio est, secundum Abb. Sic. quia sponsalia de futuro nihil aliud sunt, quam promissio futurarum nuptiarum, vt in cap. nostrates. 30. quæst. 5. & in l. 1. ff. de sponsal. sed propter affinitatem superuenientem non potest adimpleri illa promissio, cum inter affines non possit consistere matrimonium, vt infra titu. sequen. in cap. non debet. quę ratio cessat in matrimonio contracto etiam carnali copula non consummato, ideo illud non dissoluitur per affinitatem superuenientem.

3 Nota secundo, quod † cognoscens consanguineam sponsæ, inhabilitatur ad contrahendum matrimonium etiam cum alia, sed cum eo potest de facili dispensari, & cum hoc cap. non reseruet Papæ dispensationem, tacitè videtur concedere episcopo potestatem dispensandi, iuxta doctr. Innoc. in c. dilectus, de temp. ord.

4 Tertio nota, quod maius reputatur † crimen incestus, quã adulterij, etiam si cognoscatur consanguinea sponsæ.

Ex quo infertur, quod impedimentum publicæ honestatis creat crimen incestus, & sic habetur loco affinitatis, & copulæ, vt copula iniuriosa inducat crimen incestus.

Nota quarto in verbo, dispensatio, secundum Innoc. quod vbi agitur aliquid contra ius, siue sint clerici, siue laici est ne
5 cessaria † dispensatio, quod est diligenter notandum, secundum dom. Cardin. & de hac dispensatione remittit Io. And. ad no. in cap cum ad monasterium, in fi. de sta. mo.

Ex quo etiam infert idem Io. And. quod si episcopus iniuste confert beneficium, quod potest dispensando iterum iuste conferre, quia prima collatio non habet vim dispensatio
6 nis: nam ille qui confert, non censetur † dispensare, de quo dic, vt habetur in cap. veniens, de fil. presby. & in cap. 2. infra de scismaticis.

7 No. quinto, quod quoddam est crimen † incestus propriè, vt puta cũ consanguinea vxoris, vel propria, vt 36 quæst. 1. §. cum ergo. & hoc est indispẽsabile. quoddam est crimen incestus impropriè, seu largo modo, & istud committitur cũ consanguinea sponsæ, cum qua erant contracta sponsalia p verba de futuro, & istud est dispensabile. & dic pro declaratione, quod aut nos loquimur in Papa, & ipse potest dispensare, quia est ipse supra ius positiuum, vt in cap propositũ, de concess. præben. Aut loquimur in episcopo, & tunc si est incestus improprius, vt quia commissum est cum consanguinea sponsæ, & in hoc potest episcopus dispensare, vt hic: aut est incestus proprius, videlicet, quia cognouit consanguineã vxoris, vel propriam, & tunc nisi ratione iuuentutis potest episcopus dispensare, vt in cap. adolescentia. 33. q. 2. & 35. q. 6. si duo.

si duo. & ita dicit Abb Sicul in cap præcedenti.

8 Nota vltimo, quod † copula superueniens cum spōsa post copulam cum consanguinea fortificat crimen incestus præcedens, & ibi imprimit maiorem effectum, nam vt patet hic, si cognouit sponsam, postquam cognouit matrem, incestus, qui erat primo dispensabilis, efficitur indispensabilis.

Glo in verbo, adhæsit. hæc glo. subaudit, postquam cognouit matrem, & vult dicere, quod in principio capit. cognouit solam matrem sponsæ, & non sponsam, & sic incestus erat dispensabilis, secus si post cognitionem matris cognosceret sponsam, quia tunc incestus efficeretur dispensabilis, vt patet in versic. cæterum.

Ex quo nota, quod cognoscens coitu fornicario duas consanguineas, committit verum † incestum, & indispensabilē. facit infra eod. veniens.

Glo. in verbo, paulo maior. Doct. communiter transeunt cum glo. sed Abb. Sic. & bene iudicio meo, dicit, quod glo. deprimat. Item si esset verum illud, quod dicit glo. scilicet quod commisisset incestum cognoscendo matrem sponsæ non esset supplere, quod mater habebat maritum, quia crimen incestus est grauius, quam adulterium, vt in cap. adulterij. 39. quæst. 7. vnde dicit, quod melius est dicendum, quod in primo responso huius cap. non intercessit proprie crimen incestus, ex quo sponsa non fuerat cognita, vt supra dixi, sed omisit, quasi crimen incestus, qui violauit publicæ honestatis iustitiam ortam inter se, & matrem sponsæ. pro hoc facit cap. duo pueri, de despon impub. & quod ibi dixi. & ideo imponitur pœnitentia paulo maior, quam pro adulterio, quia si cognouisset consanguineam vxoris, tunc imponeretur maior pœnitentia, & multo maior quam pro adulterio. & hoc patet ex alio, quia adulterium non inhabilitat ad matrimoniū contrahendum, & in cap. significasti supra eod. qui duxit in maritum. quam pol. sed crimen incest. etiam si largo modo dicatur incestus, inhabilitat ad matrimonium, nisi interueniat dispensatio, vt hic.

In glo. in verbo, eam. vt clarius intelligas glo. & tex. opponitur, si iste cognouit sponsam antequam matrem, ergo fuit
10 † matrimonium, vt in cap. is qui s̄. de sponsal. quod non debet dissolui propter affinitatem superuenientem, vt supra eodem, transmissæ. & capitulo, discretionem. cuius contrarium innuit tex. glos. metu contrarij, intelligit §. cæterum dupliciter.

Primo, vt verbum, eā, exponatur, scilicet matrem, sed spōsam, quam prius cognouit, bene habebit. sed Abb. Sic. dicit, quod hæc lectura nō est bona, quia etiam si vnquam cognouisset sponsam, non potest adhuc habere matrem obstante publicæ honestatis iustitia, vt in cap. sponsam s̄. de sponsalib. Frustra ergo Papa hic ponderaret, quod hic sponsam cognouerat.

Secunda lectura est, vt exponatur eam, scilicet sponsam, & tunc glo. dicit, quod hodie iste tex non procederet per illud, quod dixi in contrario, sed euitanda est iurium correctio, præsertim in hac compilatione, vt habetur in proœmio huius libri Host. exponit extorquendo aliqualiter literam. sed Abb. Sicu. dicit hanc esse veram conclusionem, quod si sponsa cognouit, antequam matrem sponsæ tenebit in vxorem, sed quo ad facultatem cogendi debitum censetur eam non habere, tenebitur tamen sibi reddere debitum, vt infra eod. transmissæ. videtur enim in reddendo debitum potius pati, quam agere. 6. dist. testamento. 7. quæst. 1. scias. & sic non habet vxorem, & si vxorem habet ipsum, vt dicit Goff. & Docto. in dicto cap. transmissæ. & hoc modo debet intelligi iste tex. Si vero cognouisset sponsam, postquam cognouit matrem, non potest vnquam habere sponsam, vel matrem propter affinitatem superuenientem. & dicit, ꝙ illa dictio eam, referendo ad sponsam, potest proprie, & improprie intelligi propter hoc non vitiatur intellectus iuris, & hoc quod dicit Abb. Sicu. est de mente Doctor.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium non dissoluitur ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse.*
2 *Affinitas ex coitu fornicario dirimit matrimonium.*
3 *Publicum, vel notorium habet vim probationis.*
4 *Copula potest esse notoria.*
5 *Notorium non dicitur testibus probatum.*
6 *Index potest ferre sententiam super sibi notorio, tanquam super notorio.*

C A P. III.

1 DE illo. Non separatur † matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges præcessisse, hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, respondemus.

Nota primo, quod ex coitu fornicario contrahitur affini
2 tas † impediens, & dirimens matrimonium, & hoc clarius probatur 33. q. 4. j. eod. & j eod. discretionem. & sic oritur affinitas ex illicita coniunctione, sicut ex coniugio.

3 Secundo no quod † publicum, vel notorium habent vim probationis de quo dic, vt in cap. vestra, de cohab. cler. & mulier. & hic ponuntur pro eodem, licet Innoc. hic velit, quod publicum dicatur illud, ꝙ indiget probatione, & notorium illud, quod non requirit probat. & hoc sentit Innoc. dum ad verbum, publicum, subaudit, ita tamen quod probari possit, sed tene primum, quia opin. Innoc. est contra tex. ibi, aut testibus. & hoc tenet dom. Card.

4 Tertio nota, quod † copula potest esse notoria, & Hostiē. ponit exemplum, puta quia publicè eam tenebat in domo. C. de nup. si vicinis. & parentela erat notoria, de diuor. porro. & ob hoc dictum, huia facit, vt dicatur fornicatio notoria, si clericus tenet mulierem suspectam in domo, etiam si alia monitio non interueniat, & hoc tenet glo. notab. quam tenebis menti, in c. tua, in verbo, euidentia. supra de vi. & honest. cleric.

5 Quarto nota, quod probatum testibus non dicitur † notorium, & hoc probatur hic, quia inter publicum, & notorium, & probatum testibus, ponitur alternatiua, aut quæ debet poni inter diuersa, & sic probatum testibus non dicitur esse publicum, nec notorium. sed sol. quod non dicitur notorium facti, sed bene est notorium iuris, vt in d. c. vestra, de coha. cle. & mul. & 2. q. 1. de manifesta.

6 Vltimo nota, quod de eo, quod est notorium iudici, † potest iudex ferre sententiam tanquam super notorio, sine aliqua probatione, etiam si sit notorium facti transeuntis, de quo vide glo. & Bart. in l. j. C. qui & aduersus quos. facit quod habetur in l. ciues. C. de appell. & vlterius Inno hic, in versi. impetere. dicit, ꝙ quis non auditur, si probare non potest, ꝙ intellige cum effectu, de concess. præben. cum super. & dicit Innoc. quod isti melius est carere, cum deficiat in probatione. 2. quæst. 7. plerique. ad idem. 6. quæst. 1. si tantum. & cap placuit. pro hoc, quia regulariter dictum vnius non iustificat nec condemnat. 33. quæst. 2. admonere. de testib. licet. el primo. & dicit But. quod potest iudex in principio iudicij partē interrogare, quas probationes intelligit producere, & si appareat, quod velit producere tales, quæ appareat iudici insufficientes, potest ab agendo repelli.

S V M M A R I V M.

1 *Incestuosus non debet contrahere matrimonium, si tamen contraxit, tenet.*
2 *Maritus qui priuatur facultate exigendi debitum ab vxore, non liberatur tamen onere ei ministrandi.*
3 *Peccator rediens ad vomitum æquiparatur cani.*
4 *Delicti duæ species, quandoque ex eodem facto oriuntur.*
5 *Coniugatus dicitur committere adulterium cognoscendo solutam, secus de iure ciuili.*
6 *Mulier non accusat virum de thoro violato.*
7 *Episcopus qualiter dispensare possit, si incestuosus contrahit matrimoniū nulla dispensatione petita.*
8 *Vxor incestuosi, an viro debitum exigenti teneatur reddere.*
9 *Matrimonium potest corroborari per nouum consensum tacitum, vel expressum.*
10 *Maritus qui est priuatus executione debiti, tenetur reddere debitum vxori, siue verbo, siue signis.*

C A P. IIII.

1 TRansmissæ. † Incestuosus matrimonium contrahere non debet, sed si contrahit, tenet, & tunc tenetur vxori reddere debitum, sed non potest exigere, & nihilominus tenetur vxori necessaria administrare. h. d.

2 Nota primo, quod licet maritus † priuetur facultate exigendi debitum, non tamen per hoc releuatur ab onere ministrandi necessaria vxori, & propter hoc lucratur fructus dotis, vt in l. dotis fructus. & in l. si is. § vbi dos. ff. de iu. dot. & in c. salubriter, de vsur.

3 Nota secundo, quod † peccator rediens ad vomitum, comparatur cani de pœnit. dist. 3 si autem dicam.

Nota

Nota tertio, quod incestus non dissoluit matrimonium contractum, licet priuet facultatem exigendi debitum.

Nota vltimo, quod ex eodem facto quandoque oriuntur 4 duæ species delicti † ambæ punibiles: nam ista ex copula cũ priuigna post contractum matrimonium cum alia commisit incestum, & adulterium. Incestum, quia cognouit affinem: adulterium, quia erat vxoratus, & de quolibet potest accusari, de quo vide per Bart. in l. Senatus. ff. de accusat. 27. quæst. 3 virginibus quæ dicit, quod quando ex vno facto resultant plura delicta, licet quo ad forum contentiosum puniatur quandoque, ac si commisisset plura crimina quod tamen quo ad Deum censetur esse vnum, tamen magis aggrauatum, & pro hoc debet maior imponi pœnitentia, quam si esset crimen simplex, & sic intelligi debet tex. dum dicit, quod imponi debet pœnitentia pro incestu, & adulterio, quod imponetur vnica pœnitentia habito respectu, quod ex illa fornicatione resultauerũt duo crimina, scilicet incestus, & adulterium, & sic propter hoc erit fornicatio grauior, tamen imponitur pęnitentia pro vnico delicto tantum. Vel dic, quod ista pœnitentia imponetur in foro contentioso, non in foro pœnitentiali, quia de hoc delicto constabat, & hæc satis patent post tex. nam si de hoc delicto non constitisset, episcopus non consuluisset Papã quid deberet facere de hoc casu.

5 Item pondera istum tex. quod † coniugatus dicitur committere adulterium cognoscendo solutam, concordat 32. q. 4. nemo & cap. dicat aliquis. licet aliud videatur de iure ciuili, de quo vide tex. & glo. in l. j. C. de adult. quæ dicit, non dicitur vir committere adulterium, si immiscuit se cũ soluta, quia non violat thorum alicuius: nam dicitur thorus viri, nõ mulieris, quia vir habet thorum in muliere, sed non mulier in virum, sed si immisceret se cum vxore alterius committeret adulterium respectu viri illius mulieris, quam cognoscit, & ille vir posset agere de adulterio, sed vxor illius committen- 6 tis non posset accusare ipsum, quia † mulier non accusat virum de thoro violato, vt dicit glo in d. l. j. C de adult.

Sed opponitur contra, nam tex dicit, quod si incestuosus contrahit matrimonium, quod matrimonium tenet, & tamen prohibetur exigere debitum, sed si permittitur, quod est maius, ergo quod est minus, de deci. ex parte. S. dicit Hostien. quod iste tex. intelligitur, quando potest cõtinere, quo casu non debet exigere, sed tenetur reddere, & hoc cum dolore, vt in litera dicitur vt sic, secundum Goff. videatur magis pati, quam agere 6. distinct. testamentum, & 7. quæstio. 1. scias. & sic ipse non habet vxorem, sed vxor habet ipsum, & hoc etiam dixi supra eod. veniens.

Si autem continere non posset, tunc secundum Host. poterit debitum exigere de licentia ecclesię, sicut etiam permittitur contrahere, & hęc licentia concedetur, vt peius euitetur, & hoc sequuntur Doct. sed Abb. Sic. intelligit hoc subsistente causa, puta iuuentutis.

Sed aduerte, aut tu quæris, quis dispensat, vt incestuosus contrahat matrimonium, & de hoc dixi in cap. veniens, supra eodem. Aut quæris, quid si contrahit, nulla petita dispẽsatione, & tunc puto, quod subsistente causa legitima etiam 7 alia quam iuuentutis, potest episcopus † dispensare super debito exigendo pro hoc facit, quia solus Papa dispensat super voto continentiæ, tamen si matrimonium est contractum contra votum simplex matrimonium tenet, vt in cap meminimus & in cap. rursus, qui cler. vel vouen. & talis prohibetur debitum exigere, tamen episcopus, ex quo repent matrimonium cõtractum potest dispensare cum tali vouente, vt vtatur matrimonio, & quod possit debitum petere, vt dixi in dicto cap. rursus, & glo. mag hic comparat simpliciter vouentem, & incestuosum respectu matrimonij prohibenti.

Secundo oppono, quia tex dicit, quod deberet reddere debitum cum graui dolore cordis: nam vr iste tex. obstringere incestuosum ad impossibile cõtra regulam, nemo potest, de reg. iur. in 6. & supra de pact. cap fin & l impossibilium. ff. de reg iur. Hostien. & Doct. concludunt, quod si non potest dolere ipso accessu ad copulam, debeat saltẽ ante, vel post, no. de solutio debiti, quia in hoc facit, quod debet. sed de peccato commisso, & quod reddidit se indignum tali copula, de pœnit. dist. 3. est pœnitentia.

8 Quæro vltimo, quid si † incestuosus exigit debitum, an teneaẽ vxor reddere Hostien. dicit quod non, sed potest auctoritate Domini se denegare. 32. quæst. 1. dixit nisi etiam ipsa ab ipso debitum exegerit, quia postea tacite videtur facta reconciliatio, vnde de cætero non habet qd possit obiicere, de cõiug. seruo. proposuit & c. fi. de eo qui duxit in mat. quam pol. c. 1. & c veniens, & j. de adult. si vir. & dicit sic intelligi, quod no s. eo. c. veniens.

Sed domi. Cardin. hoc impugnat, quia esset frustratorium hoc, quod hic dicitur, scilicet quod teneaẽ reddere, & quod non possit exigere. si per primam exactionem factam ab vxore fieret, & ipse habilis ad exigendum. vnde dicit, quod mulier quæ exigit, non tenetur reddere. Exigit enim, vt vtens iure suo, idem tenet But. & Abb. Sic. quia isto casu non priuatur exactione debiti cõtemplatione vxoris, sed propter grauitatem criminis, ideo vxor non potest sibi hanc pœnam remittere, nec etiam exigendo videtur velle remittere, idem tenuit Vinc. infra eod. cap. fin. & ibi etiam per Doct. Non ob. iura alleg. per Doct. quia illa iura loquuntur, vbi ius dimittẽdi respicit fauorem alterius coniugis, puta si vir contraxit matrimonium cum ignorãte, illum habere aliam vxorem, quæ postea est mortua, nam fauore vxoris superinductæ nõ tenet matrimonium post mortem primæ vxoris, quia illa fuit decepta, vnde non est mirum, si per nouum consensum tacitum, vel expressum potest ratificare matrimonium, hoc modo loquitur cap. j. & cap. veniens. supra de eo qui duxit in matrim. quam poll.

Similiter si quis contraxit ignoranter cum serua fauore ignorantis, non tenet matrimonium, vnde non est mirum, 9 si † matrimonium potest roborari per nouum consensum tacitum, vel expressum, sic loquitur cap propofuit. & cap fi. de coniug. seruor.

Similiter si committit adulterium, est priuatus exactione debiti contemplatione vxoris duntaxat, vnde vxor exigendo debitum, videtur eum sibi reconciliare, & remittere iniuriam sibi illatam propter adulterium; vt in dicto cap. si vir, de adulter. & istam opinionem tene, quia ista est communis sententia.

10 Item dicit, quod † maritus qui est priuatus exactione debiti tenetur reddere debitum vxori, siue exigat verbo, vel signis, quia de signis loquimur, de spõ. cum apud. ita dicit Vincen. quem sequuntur Doct. infra eod. cap. fi. & vide omnino quæ ibi dicam, nam quod hic omitto, ibi supplebo, quia etiã Doct ibi tractant. glo. tangit materiam, quam examinaui in cap. j supra de eo qui duxit in matr quam poll. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium non separatur ex causa affinitatis confessa per coniuges, etiam si rumor viciniæ consentiat.*
2 *Confessio coniugum contra matrimonium non attenditur.*
3 *Rumor viciniæ proprie dicitur cum aliqua pars viciniæ aliquid asserit, & differt a fama.*
4 *Verbum, aliqua, restringit.*
5 *Amoris affectus, licet de se non probet, est tamen ad probationem roborandam habilis.*
6 *Collusio coniugum est inuicem obuianda.*
7 *Matrimonium separatur per propinquitatem præcedentem etiam per illicitum coitum.*
8 *Confessio coniugum sola contra matrimonium, an valeat, & examinatur per septem casus.*
9 *Credendum an sit soli rumori, vel famæ circa impedimentum matrimonij.*
10 *Matrimonium contrahere possunt omnes, qui non reperiuntur prohibiti.*
11 *Fama non facit plenam probationem, vbi agitur de alterius præiudicio.*
12 *Credendum an sit rumori, vel famæ concurrenti cum confessione coniugum circa matrimonium, & per quatuor casus consideratur.*
13 *Famæ soli creditur in matrimonio impediendo.*
14 *Confessio sola sufficit & rumor, vel fama cum confessione ad includendam probationem arbitrariam ad arbitrium iudicantis.*
15 *Allegans turpitudinem suam non est integer testis, & non plene probat.*

CAP. V.

1 SVper eo. Non separatur † matrimonium ad confessionem coniugum, qui dicunt affinitatem præcessisse, etiam si minor ann. viginti consentiat, vt est casus multum allegabilis, & notabilis.

In prima ponit quæstio.

In secunda solutio secunda ibi, tuæ fraternitati.

2 Nota primo regulam, quod ad † confessionem coniugum contra matrimonium non debet fieri separatio matrimonij. & ratio huius dicti est, quia matrimonium non habet dependentiam ab homine, sed ab ipso Deo recipit indissolubilitatem. 32. quæstio. secunda, quos Deus coniunxit. & 29. quæst. 10. cap. j. ideo confessio non nocet, quia vbi consensus

non

non præiudicat, nec confessio, de quo tamen infra dicam latius.

Nota secundo ibi, aliqua pars viciniæ, iuncto versi. rumor
3 autem quod † rumor viciniæ proprie dicitur cũ aliqua pars viciniæ aliquid asserit, & in hoc differt rumor a fama. Nam fama dicitur, quando tota ciuitas, seu vicinia, vel maior pars clamat de quo vide glo. in l. 3 ff. de testib. & in cap. inquisitioni, in glo pen. de accusat.

Et aduerte. quia dixi aliquando requiri maiorem partem populi, aliquando maiorem partem viciniæ, hoc intellige sane nam fama debet esse apud illos, ad quos pertinet scire, vt est tex cum glo in l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acq. Si ergo factum est arduum, puta quod dominus ciuitatis sit mortuus, vel aliquis potens ciuis, debet esse fama penes totam ciuitatem, vel maiorem partem, sed si non est factum ita arduum, puta quod clericus teneat concubinam, vel quod persona mediocris conditionis sit mortua, sufficiat famam esse in vicinia, vel in maiori parte viciniæ, ita dicit Barto. in l. de minore. §. tormenta. ff de quæstio. vbi tractauit materiam famæ, de quo etiam per Doct. in cap. vestra, de cohab cler. & mulier. Rumor autem dicitur quando tota vicinia, nec maior pars, sed aliqua pars aliquod asserit, puta tertia, vel quarta pars viciniæ. Nam licet appellatione partis comprehendatur media pars, vt in l nomen. filiatum §. portionis. ff. de verbor. signif. tamen vbi adiicitur verbum aliqua, verificatur in
4 qualibet minima parte, quia verbum † aliqua, restringit, de quo vide bo glo. in clem j. in verbo, aut earum parte, de foro compet quam tenebis menti, & sic intellige glo. hic, dum dicit, quod aliud est rumor, aliud fama, quia rumor se habet minus, quam fama. Similem glo. habes 35. q. 6 si duo.

5 Tertio nota effectum † rumoris, quia de se non probat, est tamen habilis ad probationem roborandum, vel confirmandum, vbi probatio habet ex se aliquas vires, hoc probat text prope fin. & ideo quia confessio coniugum contra matrimonium de se non subsistebat, rumor non fuit sufficiens probatio.

6 Quarto nota, quod est obuiandum, ne coniuges † colludant inuicem, vt hic, & de diuor quanto & arg de iureiurā. tua, el secondo. Nam & alias prohibetur collusio, de postul. prælat. bonæ, el secondo, versic. nec nocebit. & de alie. iudic. mut. cau. fac. c j & 2. de collu. per totum.

7 Nota vltimo, quod † matrimonium separatur propter propinquitatem præcedẽtem etiam per illicitum coitum, quod est verum, quando propinquitas præcedit matrimonium, secus si sequatur, vt infra eod. discretionem.

In glo prima no istam glo. & expediendo hanc materiam
8 cum glo. fina dic, quod aut quærimus, nunquid † confessio coniugum sola contra matrimonium valeat, aut est sola fama, vel rumor, aut confessio cum rumore, vel fama.

Ad primum dic, quod aut loquimur in foro pœnitentiali, & confessio valet, licet confitens stet contra matrimoniũ, quia in foro pœnitentiali est sibi credendum, vt in cap. significasti, de homic. & vidisti in cap. tua nos. supra de sponsa. vnde sacerdos ei iniũget in foro pœnitentiali, quod inuicẽ non commisceantur, vt infra eod. veniens, & de sent. excomm. inquisitionis. & in cap literas, de restit spoli. & de hoc vide Hostien in summa. eod tit §. fin. versic. illud notandum. aut quæris in foro iudiciali, seu contentioso, & in hoc discurre per septem casus.

Primus est, quando loquimur de matrimonio contrahẽdo, hoc est de sponsa de futuro, & tunc aut ambo sponsi confitentur impedimentum matrimonij, & valet ipsorum confessio ad impediendum matrimonium, etiam si sponsalia essent iurata, quia tunc possunt mutuo consensu sibi remittere illam obligationem iuratam, vt in capi. 2. præsumptio est, quod non confiteantur fallum.

Nec obstat iste tex. quia loquitur de matrimonio contracto per verba de præsenti. Aut alter confitetur impedimentum, & tunc aut est ille qui stat pro sponsa, & valet confessio pro se, vt in l. de ætate. § j. ff. de interr. act. & 14. q. 2. in princ. & hoc tenet But. & Abb. Sic.

Secundus casus est, quando agitur de matrimonio contracto per verba de præsenti, separando quo ad thorum, & valet confessio contra confitentem, vnde si vxor confitetur adulterium, sibi præiudicaret, quia per istam confessionem potest fieri separatio thori, vt dicit hæc glos & probatur in cap. ex litteris, infra de diuor. nam per hoc non separatur vinculum matrimonij.

Tertius casus est, quando agitur de dissoluendo matrimonio non consummato propter ingressum religionis. & hoc casu valet confessio contra matrimonium in fauorem religionis. quia potest ingredi religionem, cum matrimonium non sit consummatum, vt in cap. virum, j & in ca. ex publico, de conuer. coniug vnde pari ratione potest confiteri contra ipsum matrimonium.

Quartus casus est, quando agitur de matrimonio contracto, de quo non cõstat, confessio fit pro matrimonio. & hoc casu valet talis confessio, vt dicit hæc glo. quod intellige tamen non veniat in præiudicium alterius matrimonij, de quo constat, vt probatur in c. 3. de clan. despon.

Quintus casus est, quando agitur de matrimonio contracto dissoluendo quo ad vinculũ alio respectu, quam religionis, & confitentes stant contra matrimonium. & hoc casu non valet confessio, vt hic.

Sextus casus est, quando confitentes stant pro matrimonio, sed iudex inquirit ex officio contra ipsos. & hoc casu dicit Butr. quod creditur eorum confessioni cum iuramento, vt in c. si duo. 35. q. 6 sed Host. dicit hoc esse arbitrarium in attestationes, de despon. impuber. & hoc placet But quod sit arbitrarium, & etiam Abb. Sic. & dixi plenius in dicto capi. attestationes.

Septimus casus est, quando alter stat pro matrimonio, alter contra matrimonium. & hoc casu dic, quod aut confitetur ille qui stat contra matrimonium, & non valet cõfessio, quia nemini creditur cõfitenti pro se: aut confitetur ille qui stat pro matrimonio, & tunc dic, aut allegat turpitudinem suam, & tunc secundum Butr. ei non creditur, de quo dicam infra in articulo, quando concurrit confessio cum fama: aut non allegat turpitudinem suam & tunc creditur tali confessioni Est tamen arbitrarium, vt dicit Host. in d. c. attestationes, de despon impub. Et hoc de primo casu.

9 Circa secundum, an † credatur soli rumori, vel soli famæ. & hoc casu videtur But. dicere, quod aut agitur de matrimonio contracto dissoluendo, & non creditur, & hoc est clarũ: aut agitur de matrimonio impediendo, & tunc sentit, quod credatur per cap super eo, infra tit. prox. Ego credo, quod fama impediat matrimonium contrahendum, vt dicit tex in dicto capi super eo. de rumore autem puto quod non sufficiat, quia est minor probatio rumoris, quam sit fama, vt hic, & sic minus probat, quam vnus testis præsertim, quia non reperitur expressum, quod rumor impediat matrimonium contrahendum, & stat regula, quod omnes possunt contra-
10 here † matrimonium, qui non reperiuntur prohibiti, vt in c. cum apud, de spon.

Vtrum autem credatur vni testi super impedimento, quando sponsalia sunt iurata, dicam in capit super eo. infra tit. prox. aut agitur de matrimonio dissoluendo quo ad separationem thori, & tunc soli rumori, vel famæ non creditur,
11 quia † fama non facit plenam probationem, vbi agitur de alterius præiudicio, nisi aliis probationibus adiuuetur, vt dicit glo. in capit. j. de appellationibus. & habetur in capitu. veniens, de testibus. sed est magnum præiudicium, quod præsumatur adulterium, & quod quis priuetur thoro matrimoniali, & aliis obsequiis.

12 Circa tertium, quando concurrit † fama, vel rumor cum confessione, & tunc considera quatuor casus.

Primus est, quando agitur de matrimonio impediendo,
13 & dic vt supra dixi, quia soli † famæ creditur, vt in cap. super eo infra tit. prox multo magis si fama est iuncta cum confessione, sed rumori cum confessione non puto quod credatur, nisi confitens stet pro matrimonio. quia confessio nihil prodest, si confitens stet contra sponsalia, cum confiteatur pro se, rumor autem de se non est sufficiens ad dissoluenda sponsalia. vt supra dixi.

Secundus casus est, quando agitur de matrimonio contracto dissoluendo quo ad thorum, & tunc aut confitens stat contra matrimonium, & sibi nõ creditur, quia confessio nõ valet, cũ sit pro se, & fama, & rumor per se non est sufficiens ad thorum separandum, quia de se non probant plene, vt in cap. j. de appell & ibi per glos & in cap. veniens, de testib aut ille qui confitetur, stat pro matrimonio, & tunc confessio cum rumore, vel fama, facit plenam probationem ad thorũ separandum, quia etiam sola confessio sufficeret, vt in ca. ex literis, de diuort.

Tertius casus est, quando agitur de matrimonio dissoluendo quo ad vinculum, & tunc aut ille qui confitetur, stat contra matrimonium, & tali confessioni nõ creditur etiam cum fama, vel rumore: nam confessio de se non tenet, quia non potest confiteri per se, vt hic, & fama, vel rumor nõ probat plene, vt dicto cap. j de appell & cap veniens supra de test. Idem dicas, quando vterque staret contra matrimonium eadem ratione.

Quartus casus, quando confitetur ille qui stat pro matrimonio, & tunc distinguit But. aut confitens non allegat turpitudinem suam, sed allegat impedimentum consangu. hoc casu dicit Abb. antiquus, quod licet olim fama cum confessione

suffice-

sufficeret, vt in cap. si duo. 35. quæst. 6. quia prohibitio coniugii tantum extendebatur, quod vera probatio haberi non poterat, quæ ratio cessat hodie, & propter hoc dicit hodie standum c. licet ex quadam. de testib. secundum But. quod quantum ad necessitandum iudicem vera est opinio Abb. sed quo ad includendam probationem arbitrariam ad arbitrium iu-
14 dicantis sufficit sola † confessio, & fama, vel rumor cum confessione, vt nota. in dicto cap. attestationes de despon. impub. Sed Abb. Sic. indistincte tenet, quod etiam si allegetur impedimentum consanguinitatis, sufficiat fama cum confessione, quia capitu. licet ex quadam. loquitur, quando non adest confessio coniugum stantium pro matrimonio: nam si staretur confessioni, vt supra dictum est, multo fortius debet valere confessio, quando habet contumaciam famæ, quia non est præsumptio collusionis, ex quo confitens stat pro matrimonio, nam non est præsumptio, quod quis efficiatur falsus contra se, vt in l. fin. C. arbit. tute. aut non agitur de probando impedimento consanguinitatis, sed agitur de probando alio impedimento, puta copula, & tunc But. videtur facere differentiam, an confessio sit sola, vel sit iuncta cum rumore, & tunc nō sufficit ad necessitandum iudicem, sed solum ad probationem arbitrariam, vt in dicto ca. attestationes. de despō. impub. an verò confessio sit cum fama, & tunc dicit But. quod talis probatio est necessitatis, quia iudex tenetur sequi talem probationem, si probaretur secundum formam cap. præterea, de testibus. vt quia sit fama, & confessio, & alia adminicula, hoc quando confitens non allegat turpitudinem suam, sed si allegaret turpitudinem suam, dicit But. quod ei non creditur, etiam si esset iuncta cum fama, & sic intelligit illud, quod scribit Archid. in dicto capitulo. si duo. 35. quæstio. 6. & idem tenuit Tan. & Innocen. in capit. tertio loco, de præsump. Sed Abb. Sic. impugnat istam opinionem & dicit, quod Archidia. in dicto capitulo, si duo. etiam refert opinionem contrariam. sed quod credatur alleganti turpitudinem suam. & dicit, quod illa opin. est verior, quia vbi agitur de periculo animæ auditur allegans turpitudinem suam, vt dicit glo. in capitulo, inter dilectos. de donatio. & in capitulo, cum super. vbi plene per Docto. supra de concess. præben. & in capitulo, præterea. el secondo, supra de sponsal. Item ex quo ille qui stat pro matrimonio, confitetur contra se, vnde non est præsumptio, quod dicat falsum, vt no. in dicto capit. attestationes. maxime cum fama adiuuet suam assertionem. ego tenerem opin. But. nam licet vbi vertitur periculum animæ quis admittatur ad allegandum turpitudinem suam, tamen
15 † allegans turpitudinem suam non est integer testis, vt in capit. testimonium, cum ibi no. de testibus. & ideo non facit plenam probationem, etiam si sit iuncta cum fama, quia fama de se non plene probat, vt cap. veniens. de testib. & in capit. 1. de appellatio. & dicit hic Abb. antiquus, quem videtur sequi Ioan. And. & dom. Cardin. in secunda opposit. quod ad hoc, vt fama probet, necessarium est, quod præcesserit litem motam, vt in capitulo, licet ex quadam. de testibus. alias dicit, quod non debet separari matrimonium propter solum dictum coniugum, & famam. Ego puto, quod aut agitur de probatione arbitraria & hoc casu non procedit dictum Abbatis, quia sola confessio coniugum faceret probationem arbitrariam, quando stant pro matrimonio, vt supra dixi, multo magis debet facere probationem arbitrariam, quando stat pro matrimonio confessio quæ habet concomitiuam famæ, dato quod fama habuit originem post litem motam, quia fama non dicitur habere probationem famæ, ex quo post litem motam orta est, vt in dicto capitulo, licet ex quadam, de testib. & modo habes hunc articulum declaratum, scilicet quo ad matrimonium carnale, sed quo ad spirituale, idest quo ad ingressum religionis, an credatur confitenti contra religionem, vide per Docto. in capit. veniens. de conuer. coniug. & ibi dixi. & in cap. penul. de raptorib. vbi est bon. tex. & vide Hostien. in summa, eod. tit. §. fin. versic. vnde videtur. & versic. sed hoc non placet & de clandest. despon. §. quare & §. argumentum. Item an in causa beneficiali stetur confitenti contra se. dic vt per glo. & Doct. in cap. j. & in cap. post electionem. & ibi per glo. in verbo, confiteris. de concessio. præben. & per Ioan. And. & dom. Dominicum in capit. j. infra de eo qui mitt. in possess. cau. rei seruan. in 6.

SVMMARIVM.

1 Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti.
2 Solennitas matrimonij dicitur eius consummatio.
3 Coniugum alter potest petere restitutionem alterius.
4 Affinitas surgit ex copula cum inuita.
5 Vxor potest relinquere virum propter adulterium, sicut maritus potest dimittere vxorem de iure canonico.
6 Copula etiam illicita inducit affinitatem.
7 Papa non arctatur ad sequendam diffinitionem suorum prædecessorum, nec debet eam sequi, si non putat iuridicam.
8 Vir potest esse causa mediata, vel immediata adulterij vxoris, & quo modo.
9 Vxor quæ ex iussu mariti adulterium commisit, an possit dimitti causa adulterij.
10 Copula nihil addit ad vinculum matrimonij.
11 Adulterium etiam committitur cum sponsa de futuro.
12 Dictio, præsertim, quandoque stat pro tantum.
13 Affinitas esse non potest, nisi præcedant nuptiæ.
14 Affinitas ex coitu fornicario etiam de iure ciuili oritur.

CAP. VI.

1 DIscretionem. † Affinitas superueniens non dissoluit sponsalia de præsenti, hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, super quo.

2 Nota primo ibi, solennia celebrauit, quod † solennitas matrimonij dicitur eius consummatio, nam vt patet hic in ver. nos igitur. matrimonium fuit consummatum, nam consummatum consueuit fieri post solennitatem nuptiarum, & consummatio operatur multos effectus, vt patet in ca. is qui. de spon. & de conuer. coniug. ex publico. hic autem nihil potuit consummatio operari de iure, quia præcesserunt sponsalia de præsenti cum alio, vt patet in litera, & patet in c. licet. & in c. si de spon. duorum.

Nota secundo ibi, restitui postulauit, quod etiam ante cō-
3 summationem matrimonij potest alter † cōiugum petere restitutionē alterius, si habuit illius quasi possessionē. & Abb. Sic. dicit hoc tenendum menti, quia facit ad no. per Doct. in c. ex parte, de restit. spol. & per glo. in c. ex transmissa, eod. tit.

Nota tertio ibi, inuitam, quod ex copula cum inuita sur-
4 git † affinitas. idem si cum ignorante, vel cum dormiente, vt s. eo. tit. c. j. & vide Host. in summa. §. & qualiter. versic. huius doctrinam & hoc dicit dom. Cardin. in 5. notabili.

Quarto no. quod sicut maritus potest dimittere vxorem
5 propter adulterium, ita † vxor virum: nō enim iudicantur ad imparia, & hoc probatur in c. Apostolus. 32. q. 7. & in c. j. vt lit. non contest. Quid autem de iure ciuili dic, vt per glo. in l. j. C. de adult. & vide glo. in l. palam. ff. de ri. nup. quæ dicit, quod secūdum mores hominum requiritur castitas maior in fœmina, quam in viris. secus de iure diuino, quia immo magis peccat vir, quia debet esse caput mulieris, & quando melius monet mulier, quam vir, dicitur domus capite pendere deorsum, de quo vide 32. q. 6 per totum, præsertim in c. fi.

6 Quinto no. tex magis apertum, quam alium, quod † copula etiam illicita inducit affinitatem, sed non dissoluit matrimoniū. & habes hic casum, in quo maritus, & vxor sunt affines, & nihilominus hic exercetur matrimonium quo ad petitionem alterius, qui non fuit in culpa.

7 Vltimo nota, quod † Papa non arctatur ad sequendam diffinitionem suorum prædecessorum, nec debet eam sequi, si non putat iuridicam. etiam ex hoc aliqui hic examinant, an Papa possit dissoluere matrimonium, de quo dic, vt dixi in c. si. de spon. duorum.

8 In gl. j. dic, quod aut † vir fuit causa mediata adulterij, quia vxore deserta a viro, vel quia vir seruat continentiam, nec vult reddere debitum vxori, & tunc potest repellere mulierem excep. adulterij. ex quo non fuit causa mediata. & de hoc vide gl. in c. si tu abstines. 27. q. 2. aut fuit causa immediata adulterij vxor, vt quia eam tradidit adulterandam, vel commisit lenocinium, & tunc non potest repellere eam excep. adulterij, quia quo ad maritum nō censetur adultera, sed bene quo ad Deum, si consensit, sed si inuita excusatur quo ad Deum & quo ad maritum, quia nullo modo committit adulterium, ex quo fuit inuita, & tene istam distinctionē, quia est demente Io. And. But. & Abb. Sic. quod simul collegi, & ita debet intelligi § quia vero plurimus, in fi. in Authē. vt lic. matri & auiæ. vbi dicitur, quod si vir expulit mulierem non habentem parentes de domo non potest eam repellere propter adulteriū. nam ista videtur causa immediata, ex quo expulit eam non
9 habentem parentes. Et ex his deciditur quęstio, pone, † vxor marito ęgrotante concubuit cū medico propter preces mariti, quia medicus aliter nolebat ipsum curare, nisi concuberet cum eius vxore, an maritus sanatus possit eam dimittere propter adulterium. istam quæstionem fingit glo. 32. q. 7. concubuisti & fuit quæst. Dominicalis. 32. Bartho. Brix. vt refert Ioan. Calder. vbi tenet, quod licet mulier male fecerit, tamen si vir petierit ob hoc diuortium fieri, obstat exceptio contra illum, quia licet peccauerit in Deum, non tamen peccauit in virum, et idem sequitur hic do. Car. in pe. q. & Abb. Sic.

In glo secūda. pro declaratione huius glo. opponitur hic in tex. quod hæc mulier quæ contraxit matrimonium cum consanguineo primi viri est monenda, vt non repetat primum maritum propter publicam honestatem, sed hoc videtur falsum, quia publica honestas oritur ex sponsalibus ex sumpto cap vnico, de sponsalibus, in 6. huius timore contra tu glo. exponit publicam honestatem, idest affinitatem. & illam expositionem sequitur Butri. eandem expositionem facit glo. in capitulo, tuæ. in prima glo. infra eod. per tuæ. sed domi. Cardin. in tertia oppos. dicit, quod expositio glo. procedit quatenus prohibetur mulier, ne redeat ad primū matrimonium, sed quatenus ei prohibetur, ne cohabitet cum eo, stat propric sed mihi nō placet, quia per matrimonium omnes consanguinei vxoris sunt affines marito, & econuerso, vt infra tim prox. quod super his. & solum vinculum matrimo-
10 nij hoc inducit, quia † copula nihil addit ad vinculum matrimonij l. nuptias. ff. de regul. iur. & ideo propter affinitatem non potest hæc mulier cohabitare cum consanguineo primi viri, & etiam quia committeret adulterium, si viuente primo viro vellet stare cum alio. prohibetur ergo esse cum consanguineo viri propter affinitatem, & propter adulteriū, quod committeretur, si consentiret esse cum illo, est præadmonenda, propterea quod non redeat ad primum virum, quia propter illam copulam fornicariam cum consanguineo viri sui orta affinitas inter ipsum & virum, sed tex. potest intelligi propter alia ratione, quam dicat dom. Cardina. Nam est duplex publica honestas, vna de qua loquitur infra de sponsali. in 6. scilicet quæ oritur ex sponsa de futuro, alia est quæ oritur ex affinitate: honestū enim est, quod illa, quæ cognita est ab aliquo etiam fornicario non coniūgatur modo alicui de sanguine illius, qui illam cognouit, & propter publicam honestatem vxor illius, quæ est cognita a consanguineo est monenda, quod non redeat ad virum, licet illa affinitas non dissoluat matrimonium præcedens. & istud est de mente Abb. Sic.

In glo tertia. cum hac glo. concordat glo. infra de sent. excommunicat. si vero in glo quę incipit, idem est. Sed dubium est, quid de sponsa de futuro, an cum ea committatur adul-
11 terium. † dominus Cardin dicit, quod sic, in secundo notabili & hoc vigesimasecunda quęstione secunda, quidam & ita dicit debere intelligi. l. si vxor. §. diuus ff. de adulte. & sic vult, quod ille §. intelligitur de sponsa de præsenti & idem videtur intelligere glo præallegata in dicto cap. si vero, de senten ex communicatio. sed contrarium tenet glo. in capitulo, quemadmodum, de iureiurando. in verbo, non admittere, quæ dicit, quod etiam sponsa de futuro potest de adulterio accusari & illam glo. sequitur Abbas Sicu & dicit ipsam esse veriorem. & pro hoc dicit esse casum in l. si vxor § diuus ff. de adulteris. vbi dicit, quod non licet violare matrimonium, nec spem matrimonij, & sponsalia de futuro sunt spes matrimonij. Non obstat l. miles. § quærebatur. ff de adulter. quia aut sponsa de futuro contrahit matrimonium de præsenti cum alio. & hoc casu sponsus non potest ipsam, nec illum, cum quo contraxit matrimonium accusare de adulterio, vt dicto §. quærebatur. aut cognoscitur ab alio fornicario, & tunc potest sponsus de adulterio ipsam accusare, vt dicto §. diuus. pro hoc facit, quia sponsus potest agere actione iniuriarum pro iniuria facta sponsæ, vt ff. de iniur. l. item apud Labeonem. § mereiuisse. versic. sponsum quoque.

12 In glo. in verbo, præsertim. nota ex glo quod † dictio, præsertim, quandoque stat pro tantum, quod singulariter est notandum, secundum domin. Cardin. regulariter autem, & secūdum significationem propriam exponitur pro maxime. & dicit glo. in capitulo, per tuas. el primo, in verbo, præsertim. infra de simo. de dictione, maxime, plene dixi in capitulo, sponsam. supra de sponsal. sed iste tex. debet intelligi proprie, scilicet quod excusetur mulier, scilicet quo ad maritum præsertim, si fuit in vita, quia idem si non fuisset in vita: dictio enim pręsertim, secundum significationem propriā includit idem in casu contrario, vt dixi: nam ex quo maritus tradidit eam consanguineo fuit particeps adulterij, & sic nō potest eum repellere exceptione adulterij, & sic adulterium excusat mulierem quo ad maritum, sed non quo ad Deum si consensit. & proprie iste tex. loquitur de marito. & ita dicit hic Abb. antiquus. & domin. Cardin. in quarta oppos. & clarius Abb. Sic.

In glo. in verbo, exceptione dic, quod aut vir agit de adulterio, & tunc mulieri competit exceptio contra maritum de lenocinio; aut mulier repetit virum, sed vir excipit de adulterio, & tunc mulieri competit replicatio de lenocinio. & ita debet intelligi tex. ibi, cum possit exceptio. vel replicatio. legitima impediri. & ita dicit domi. Cardin. in fine huius capituli. & multos alios casus, in quibus non potest vir repellere mulierem, dato quod commiserit adulterium, vide per glo in cap penult in glo. penult infra de adult.

In glo. in verbo, nec affinitas ibi, argum. contra ff. de gradibus. l. non facile § sciendum. & § affines in § sciendum. dici-
13 tur, quod non potest esse † affinitas, nisi præcedant nuptiæ, sed in §. affines dicitur, quod affinitas est proximitas ex nuptiis perueniens, & glo. non aliter soluit, nisi q̄ illæ leges nō obstant. & dicit Butr. quod hæc glo. facit sicut pueri, qui consueuerunt respondere sine ratione.

Primo dicit. quod illa lex non negat, quin oriatur affinitas ex coitu fornicario. vult dicere, quod illa lex loquitur affirmatiue non negatiue, quasi dicat, quod licet contrahatur affinitas ex iustis nuptiis, non etiam negatur, quin etiam non contrahatur ex coitu fornicario. & sic intelligit illam l. sed Abbas Siculus. & bene iudicio meo in hoc reprehendit, quia §. sciendum. supra allega. loquitur negatiuè. Nam dicit, quod nō potest esse affinitas, nisi præcedant nuptiæ. sed postea Butr. dicit, quod aliud de iure ciuili, aliud de iure canonico, quia de iure ciuili non oritur affinitas ex copula fornicaria, sed bene de iure canonico, vt hic. & per hoc dicit, quod quantum ad pœnam ciuilem non sit incestus, si quis cognoscat duas sorores fornicario affectu, sed glo in dicta l. non facile. §. affines ff. de gradibus. dicit, quod ius ciuile non discordat a iure canonico, nam quo ad prohibendas nup-
14 tias oritur † affinitas ex coitu fornicario etiam de iure ciuili, vt in lege, nihil & in lege, adoptiuus. §. seruiles. ff. de ritu nuptiarum. sed quo ad alios effectus, præterquam ad matrimonia impedienda non oritur affinitas ex coitu fornicario, vt dicto § affines. & dicto §. sciendum & idem tenet Ioā. Andr. in arbore affinitatis. & idem ibi dominus Cardina. in prima quæstione. vnde quo ad deferendas hæreditates, & tutelas secundum gradum, & ne quis cogatur aduersus affines dicere testimonium. ff. de gradibus. l. iurisconsultus. in principio. & ff. de testibus l. quarta, & quarta quæstione tertia §. item in criminali versic. . . . . . l. Iulianus. non contrahitur affinitas sine nuptiis, vt dicto §. sciendum. & dicto §. affines. pro hoc quod no. Hostien. in summa, de affinita. in principio & dicit dominus Cardinalis in loco pręallegato. quod quantum ad omnem alium effectum, præterquam quoad probationem matrimonij requiruntur nuptię, cum lex hoc dicat, nec canon contradicat, nisi respectu matrimonij. & propter hoc, quod si dicit statutum, quod affines cogantur compromittere, vel quid simile, debet intelligi de affinibus mediantibus nuptiis. & istud etiam est de mente iuris ciuilis, & tenet glo. in dicto §. affines. & Ioan. Andr. in arbore affinitatis. & Abb. Sic. hic.

In glossa in verbo, efficere. In fine ibi, argumentum contra ff de iudiciis. l. si auiæ. ibi dicitur, quod si post litem contestatam actor fuerit arrogatus a reo iudicium extinguitur. Sed solue, quod ibi iudicium fuerat inchoatum, non autem perfectum, ideo irritatur, si deuenit ad casum, a quo incipere non potest: hic vero matrimonium erat perfectum ex consensu de præsenti, & ideo non irritatur ex affinitate superueniente. & de ista materia, scilicet an, & quando actus vitietur, si peruenit ad casum, a quo non incipere potest. dic vt in regula, factum legitime. de regulis iuris, in 6. & per Bartolum in l. pluribus, §. & si placet. ff. de verborum obligatio. Sequitur capitulum, fraternitati.

SVMMARIVM.

1 *Publica honestas oritur ex sponsalibus contractis cum minore septennio interueniente attentata copula.*
2 *Copula cum puella septenni habita affinitatem inducit.*
3 *Honestas publica non oritur ex solis sponsalibus cum minore septenni, vel ex solo conatu copulæ.*
4 *Affinitas oritur ex copula cum septenni.*
5 *Affinitas quando verè contrahatur.*
6 *Pollutio facta extra claustra pudoris non inducit affinitatem, sed an inducat publicam honestatem, dubitatur.*
7 *Viripotens censetur, cuius claustra pudoris aperta reperiuntur.*
8 *Virgo quo ad Deum, tamen quo ad ecclesiam corrupta non potest ingredi religionem.*
9 *Matrimonium vt dicatur consummatum, an requirat amborum coniugum seminis emissionem.*
10 *Semen mulieris necessario non requiritur, vt concurrat cum semine viri ad generationem ex opinione communi Medicorum.*
11 *Matrimonium an præsumatur consummatum, si sparsum non sit semen intra vasa, sed in ostio serarum.*

CAP.

CAP. VII.

FRaternitati. Legitur duobus modis, & ſecundum vnum intellectũ hoc dicit. Ex ſponſalibus contractis cum puella, quæ nondum compleuit ſeptennium interueniẽ
1 te copula attentata oritur † publica honeſtas, impediens, & dirimens matrimonium contractum cũ conſanguinea ſpon
2 ſæ ſecundum alium intellectum, hoc dicit. † Copula carnalis habita cum puella ſeptem annorum, inducit affinitatem quæ impedit, & dirimit matrimonium poſtea contractum cum conſanguinea ſponſæ. Communis diuiſio. ſecunda ibi, diuortij.

Nota ſecũdum primum intellectum cum illa, quæ eſt minor ſeptennio, cum non compleuit ſeptennium, inducit publicam honeſtatem, ſi cum tentatu concurrãt ſponſalia, ergo a contrario ſenſu ſola ſponſalia abſque tentatu, & ſolus
3 tentatus abſque ſponſalibus non inducet publicam † honeſtatem, & hoc tenet Butr & ex hoc videtur inferri, quod in ſponſalibus malitia non ſuppleat ætatem; quod plene examinaui in capitulo, iuuenis. ſupra de ſponſalibus.

Nota ſecundum alium intellectum, quod ſi puella ſeptennis apparet cognita, præſumitur quod potuerit cogno-
4 ſci, & ex illa copula oritur † affinitas ad dirimendum, & impediendum matrimonium poſt contractum cum conſanguinea illius puellæ. ſed pro declaratione literæ opponitur contra tex. & videtur, quod nullo modo poſſit tex procedere, aut enim propter publicam honeſtatem fuit ſeparatum matrimonium contractum cum ſorore, & hoc videtur contra capitulum, acceſſit. de deſponſat. impube. nam publica honeſtas ſolum oritur ex ſponſalibus contractis poſt decimumſeptimum annum: ante enim etiam cum matre puellæ poteſt contrahi matrimonium, vt ibi. aut fuit ſeparatum et affinitate orta ex libidine extraordinaria, & hoc etiam ſta
5 re non poteſt, quia † affinitas non contrahitur, niſi perfecte mulier cognoſcatur, ita quod interueniat vtriuſque ſanguinis, ſiue ſeminis commixtio, vt in capitulo, lex diuinæ vigeſimaſeptima quæſtione ſecunda. & trigeſimaquinta quæſtione tertia, extraordinaria & quæſtione decima, fraternitatis. & in dicto capitulo, extraordinaria. dicitur, quod licet quis cognouerit puellam circa naturalia, ex quo tamen copula non fuerit habita intra clauſtra pudoris, non oritur affinitas cum conſanguineis puellæ, vnde non obſtante iſta ſolut. ordinaria poteſt conducere conſanguineã puellæ in vxorem. & dicit Abb. Sicul. quod quidam Hiſpanus poſuit hic tales verſus.

Super ripam Acherontis vitulus depaſtus eſt,
Sed nec antrum ſubintrauit, quæritur quid iuris eſt.

Solutio meru iſtorum duorum contrariorum legitur duobus modis, vt præmiſi.

Primo, quod matrimonium fuit ſeparatum, non propter affinitatem, ſed propter publicam honeſtatem, quæ fuit exit ex ſponſalibus contractis cum ſorore, & tunc ſecundum Io. Andr. hoc capitulum non facit ad titulum.

Sed dicit Abbas Siculus eſſe aduertendum: nam aut ſponſa compleuerat ſeptennium, & tunc intellectus eſt indubitabilis, vt in capitulo, ad audientiam. & in capitulo, ſponſam, de ſponſalibus. & in capitulo, vnico. eodem titulo, in 6. nec tunc eſt neceſſe ponderare extraordinariam libidinem, quia ſola publica honeſtas fuiſſet ſufficiens, vt in dictis iuribus. Et ideo intellige tex. quod nondum compleuerat ſeptennium tempore ſponſaliorum, ſed erat infra ſeptennium. & ad contraria dic, quod concurrentibus iſtis duobus, ſcilicet ſponſalibus contractis cum proxima ſeptennio, & extraordinaria libidine oritur publica honeſtas, non enim eſt honeſtum, vt quis ducat in vxorem conſanguineam puellæ, cum qua contraxit ſponſalia, & extraordinaria libidine polluit. & facit ad titulum, infra eodem. quod ſponſalia de ſe non ſufficiſſent ad dirimendum matrimonium, ſed ponderatur etiam extraordinaria libido. & iſte tex. extendit capitulum literas. & capitulum, acceſſit. & eſt conformis capitulo, iuuenis, de ſponſalibus. Sed intellectum, quem ibi tenui tunc, multum differt a capitulo, iuuenis Nam ibi puella fuerat tradita in vxorem in domo viri, nec conſtabat de tentatu, hic autem fuerunt contracta ſponſalia, & præſumebatur copula propter tentatum, de quo conſtabat, & ſic ponit caſum diuerſum ab illo, hæc ſunt verba Abbat. Sicul. quę tamen ſunt de mente Ioannis Andreæ, & domini Cardina. & Butri. Dicunt tamen, quod ſecundum hunc intellectum hæc Decretalis non facit ad titulum, quia iſtud eſt magis impedimentum publicæ honeſtatis, quam affinitatis, ſed in hoc titulo agitur de impedimento affinitatis, vnde loquitur ſecundo modo, ſcilicet quod affinitas fuit cauſa dirimendi hoc matrimonium. & ad contrarium reſpondetur, quod ex quo puella apparet cognita, præſumitur, quod potuerit cognoſci, niſi contrarium doceatur, & tunc oportet tex intelligere, quod fuit extraordinaria libido, & in extraordinarium, & inſolitum tempus, ſcilicet ante pubertatem, fuit tamen intra clauſtra pudoris, & ad contraria poteſt reſponde
6 ri pro vtroque intellectu, quod aut † pollutio eſt extraordinaria, quod propriè dicitur, quando fit circa naturalia, & non intrat clauſtra pudoris, ſed in circuitu palpitat, vt dicit glo. in dicto capitulo, extraordinaria. trigeſimaquinta quæſtione tertia. & hoc caſu dic, quod talis pollutio non inducit aliquo modo affinitatem. vtrum autem inducat publicam honeſtatem: dic, quod aut nulla præcedunt ſponſalia, & tunc non inducunt publicam honeſtatem, vt in dicto capitulo, extraordinaria. aut præcedunt ſponſalia, & tunc præſumitur fieri maritali affectu, & ſic inducit publicam honeſtatem, vt dicit glo hic, & clarius in dicto capitulo, extraordinaria & idem dicit dominus Cardinal. & pro hoc etiam, quod not. Hoſtien. infra eodem, capitulo finali. aut apparẽt clauſtra pudoris aperta, & tunc puella præſumitur cognita, vt hic, ſecundum ſecundum intellectum, & inducit affinitatem.

Ex quo nota, quod ſi puella minor ſeptennio, quæ tamen eſt proxima ſeptennio, habet clauſtra pudoris aperta, præſu-
7 mitur † viripotens, de quo dixi in capitulo, continebatur. de deſponſat. impube. ſed glo. in dicto capitulo, extraordinaria. trigeſimaquinta quæſtione tertia. dicit, quod ſi quis reſeraret illas ſeras, ſi tamen non proceſſit ad conſummationem operis, non oritur affinitas, & ſic poterit contrahere matrimonium cum conſanguinea illius puellæ, ſi non præceſſerint ſponſalia, quia ibi nõ eſt ſanguinis commiſtio, nec carnis vnitas. & illa gloſ. dicit verum, ſi de hoc poſſet conſtare, quod non interueniſſet ſanguinis commiſtio, tamen eſt difficillimum hoc perſcrutari, ſtabitur ergo teſtimonio matronarum, quæ ſi eam inuenerunt apertam, indicabunt apertam, ſed ſi conſtaret viri copulam non interueniſſe, non orietur affinitas. & ita dicit Gaſpar Calder. & dominus Cardinalis in capitulo finali, de ſponſalib. & tenet Archidiac & Ioan de Fantu in dicto capitulo, extraordinaria. vigeſimaquinta quæſtione tertia. & pro hoc facit textus in dicto capitulo finali, de ſponſalibus. vbi ad conſummationem matrimonij, quod copula habuit effectum, non ſufficit conatus.

Et ex hoc infertur, quod licet talis mulier remaneat vir-
8 go † quo ad Deum, tamen quia quantum ad eccleſiam cenſetur corrupta, non poteſt ingredi religionem, quaſi intelligatur matrimonium conſummatum, licet vere non ſit conſummatum, nam eccleſia non iudicat de occultis, vt capitulo, a nobis de ſentent. excommunicatio & hoc etiam tenet Archidia. & Ioan. de Fant. in dicto capitulo, extraordinaria. trigeſimaquinta quæſtio. tertia & hoc non pro intellectu cap. ex publico, de conuer. coniug.

Ex prædictis oritur dubium, nunquid requiratur, quod vterque tam vir, quam vxor emittat ſemen ad hoc, vt dicatur
9 † matrimonium conſummatum Innocen. tenet quod ſic. & dicit, quod non ſufficeret, quod vnum tantum emitteret ſemen, etiam ſi pollutio fieret intra clauſtra. & dicit quod talis pollutio non facit affinitatem, nec conſummat matrimonium, niſi fiat affectu matrimoniali, vt in capitulo, fraternitatis, 35 quæſt 10 & dicit, quod licet mulier ſemen emittat, ſi vir non emittit, non contrahitur affinitas. & dicit Innoc. quod eſt argum. de frigido, qui palpitando prouocat mulierem ad ſeminis effuſionem, & tamen non eſt ibi matrimonium, nec commiſtio ſeminis & ideo nec affinitas, ſed ſi vir emittit ſemen in membrum mulieris, & non mulier, dubitari poteſt, virum ſuum tantum emittat, vel non. dicit tamen Innocen. quod ſiue emittat, ſiue non, & etiam neutro emittẽte, quod ſponſalia prius facta ratificantur propter conſenſum matrimonialem, qui ibi eſt, vel eſſe præſumitur, dummodo ſint matrimonio proximi, de deſponſat. impub. continebatur. & quod ibi vidiſtis.

Ex hoc vltimo videtur velle Innoc. ſi non ſunt matrimonio apti. & ſic videtur velle Innoc quod hic non fuerit affinitas & ita intelligit Innoc. & dom Cardin. hæc opin non placet Hoſtien. quia de commiſtione vtriuſque ſeminis non poteſt fieri fides iudici de facili. & dicit dom. Cardin. quod ideo Hoſtien. dicit de facili, quia fieri poteſt aliquando, puta ſi appareret prolem inde ortã, quia ſine commiſtione ſeminum non generatur proles Vincent. dicit aliter, cuius opin. refert dom Cardi. ſed non curo referre. vnde dic, quod communis
10 opin. Medicorum eſt in contrarium, ſcilicet vt † ſemen mulieris neceſſario non debeat concurrere cum ſemine viri ad generationem prolis & hoc tenet Fed. de Sen ſuo conſi. 29. nam

ad causandam affinitatem, seu matrimonium consummandum, non requiritur, quod mulier emittat, nam satis est, quod semen viri sit commissum in matrice mulieris, & ex contrario sequere ut magna absurditas: nam pone, quod per annũ mulier non emiserit semen, tamen conceperit ex semine viri, & peperit, absurdum esset dicere, quod matrimonium non sit consummatum, vel quod affinitas non sit contracta. & dicit Abbas Sicul quod hæc opinio sibi placet, data habilitate vtriusque ad contractum matrimonij, & hoc etiam tenet dom Cardin.in fine commenti.& remittit se ad clementi 1.de consanguin & affinit.in quæstio decimaquarta.& allegat Auicennam libro tertio sen. 20. sed tu dic, quod istud est verum quantum ad veritatem, an dicatur matrimonium consummatum, vel non, vel an dicatur orta affinitas, vel non, sed quantum ad ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, si apparent claustra pudoris aperta, iudicabitur matrimonium consummatum, vel affinitatem esse ortã, etiam si puella nondum compleuerat septennium, vt hic, & supra dixi.

Quæro vlterius, quid si vterque semen effundat in o-
11 stio serarum, an diceretur † matrimonium præsumptum. Vincent dicit, quod non, ex quo cognita non sit intra vasum mulieris, & dicit, quod admitti potest probatio in contrariũ per ipsorum iuramenta, vt dicto cap extraordinaria.35.quæstio.3 sed in cap.fin.supra de sponsalib dicit, quod si vir seminat in vas mulieris, dato quod, membrum non ingrediatur, nihilominus consummatur matrimonium, sed concorda, ne videatur contrarius. Nam Vincen hic loquitur, quando seminauit in ostio serarum, sed semen non fuit ingressum in vas mulieris, & sic non cõsummatur matrimonium, sed in cap.fin.de sponsa.loquitur, quando semen fuit ingressum in vas mulieris, dato quod membrum nõ fuerit ingressum, & dictum Vincent.procedit quoad Deum, sed quantum ad ecclesiam, quæ non iudicat de occultis, per aspectum iudicaret ipsam esse virginem, nisi de conceptione constaret, ita dicit Abb.Sic.in cap.is qui, de spon. & sequitur dom. Cardin.in cap fin in vlt.quæst.supra de spon. quod intellige, nisi vterque confiteretur de copula, quia tunc staretur confessioni ipsorum, ex quo consentiunt pro matrimonio, vt vidutis in capitulo, super eo.supra eodem. Et per hoc est expedita ista Decretalis, quæ continet materiam satis turpem, sed sæpe practicatur.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas contracta ex copula illicita, rumpit sponsalia.*
2 *Copula interueniens cum consanguinea sponsæ, soluit sponsalia.*
3 *Crimen incestus priuat facultate contrahendi matrimonium.*
4 *Affinitas qualisqualis contrahitur ex contractu sponsaliorum.*
5 *Crimen incestus, quando vere contrahatur.*
6 *Affinitas superueniens matrimonio etiam nondum consummato, illud non dissoluit.*

CAP. VIII.

1 EX literis. † Affinitas contracta ex copula illicita rumpit sponsalia de futuro præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium, hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, nos autem.

2 Nota primo, quod carnalis copula † superueniens cum consanguinea sponsæ soluit sponsalia de futuro, & impedit matrimonium cum ea, concordat capitulum secundum, supra eodem.

3 Secundo nota, secundum Butri.quod † crimen incestus priuat facultate contrahendi matrimonium, dato quod de incontinentia timeatur, nisi dispensetur, sed litera in fine facit in contrarium. sed dic, quod dictio, præsertim, stat pro tantum. simile, supra eodem, discretionem. nam episcopus potest dispensare, vt incestuosus contrahat matrimonium, quando timetur de lapsu carnis, vt in capitulo, in adolescentia, trigesima tertia quæstio.secunda. Et dic, quod dictio, præsertim, stat proprie. & idem includit in casu contrario, vt dixi in dicto capitulo, discretionem.in glo in verbo, præsertim. & tunc dic, quod iste tex.loquitur secũdum ius commune, non autem de dispensatione, & ita intellexit But.

Nota vltimo secundum eundem Butr.quod ex contractu
4 sponsaliorum contrahitur qualisqualis † affinitas, ex qua interueniente copula cum consanguinea sponsæ contrahitur crimen quasi incestus sed tu dic, quod immo fuit cõtractũ
5 verum † crimen incestus, quia cognouit matrem, & postea filiam, quam desponsauerat, & propter hoc crimen quasi incestus, quod ante fuerat commissum, aggrauatur, vt in capitulo secundo, in fine, supra eodem. notabile tamen Butr. est in se verum, & probatur in dicto capitulo secundo.& cũ dixit, quod oritur verum crimen incestus, intelligitur quantum ad reddendum incestuosum inhabilem, & quantum ad tollendam facultatem dispensandi, nisi sicut dispensaret in vero incestu, vt est tex in dicto cap 2.in fi.

Vtrum autem ad pœnam ciuilem committatur incestus crimen ex tali coitu fornicario, dic vt in capi.discretionem. in glo.in verbo, nec affinitas.

In glo.prima, pro eius declaratione opponitur contra tex. ex quo enim desponsauerat filiam in vxorem, vt dicitur in tex. non potuit eam amplius dimittere propter affinitatem
6 superuenientem ex persona matris. quia † affinitas superueniens non dissoluit matrimonium etiam nondum consummatum, vt in cap. discretionem, supra eod.Sol.dic, quod tex. potest intelligi dupliciter.

Vno modo, quod fuerint contracta sponsalia per verba de futuro, & tunc ad tex. ibi, desponsauerat in vxorem, subaudi, scilicet futuram, & ita intelligit glo.

Secundo modo intellige, quod desponsauit puellam in vxorem, idest contraxit matrimonium per verba de præsenti, & tunc ad contrarium dic, quod ex quo ista puella nondum erat nubilis, non potuit esse matrimonium inter eos, sed iuris interpretatione fuerunt sponsalia de futuro, vt in capitulo primo, de sponsalibus, in sexto. & antequam puella perueniret ad ætatem legitimam cognouit matrem puellæ, & sponsalia fuerunt dissoluta per affinitatem superuenientem, quia promissio matrimonij non potest adimpleri, vt in capitulo secundo, supra eodem.& dicit Abbas Sicu quod ex his patet decisio ad totum tex.nam mater, & vir nõ possunt amplius contrahere matrimonium propter crimẽ incestus, quod commiserunt, si tamen de facto contraherent cum extraneis, teneret matrimonium, vt in capitulo, transmissa, supra eodem, nam inter se non tenet matrimonium, nam cum matre non potest contrahere propter publicam honestatem, quæ fuit orta ex sponsalibus, & etiam propter affinitatem contractam ex copula habita cum puella, non potest etiam contrahere cum puella propter affinitatem contractam cum ea ex copula habita cum matre, puella autem potest cum alio contrahere matrimonium, si non fuit particeps iniquitatis, vt quia admisit istum virũ ad copulam carnalem ignorando, quod prius cognouisset matrem, secus autem si fuisset, vt dicitur in litera. Idem dicit Ioan.Andr. mater autem non videtur posse allegare ignorantiam, tamẽ si habuisset ignorantiam probabilem, excusaretur ab incestu, vt dicit Hostien.& Ioan And.,vidẽdis in capitulo primo, supra eodem, cætera sunt clara.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia possunt firmari obligatione.*
2 *Habitare inter mulieres non est tutum, etiam si sint affines.*
3 *Oportunitas facit latronem.*
4 *Abstinere a malo, & facere bonum propter timorem inferni, vtrum sit vtile.*
5 *Forus pœnitentialis non habet se præcisè, sed monitum.*
6 *Reuelans dicta in pœnitentia, an puniatur, sicut punitur sacerdos reuelans quæ audiuit in confessione.*
7 *Copulatus carnaliter cum duabus sororibus, ab vtraque abstinere debet.*
8 *Infantia sumitur pro pueritia, & quantum duret.*
9 *Promissio facti alieni tenet in matrimonio*

CAP. IX.

VEniens. Idem dicit, quod præcedens. In prima narrat factum. In secunda respondet.
1 Nota primo, quod † sponsalia possunt firmari obligatione, an autem possint pignorari in spon.dixi in cap. Gemma supra de spon.

Secundo nota ibi, ex conuersatione, quod non est tutum
2 † habitare inter mulieres, etiam si sint affines.ad hoc capitulo, mulieres. cum glo.de iudicijs, in sexto.& in capitulo primo, & in capitulo, monasteria.de cohabitatione clerico. & mulierum. Adulterium enim incipitur cohabitatione, & dicit tex. decimaoctaua quæstione secunda, diffinimus. Fugienda est igitur præsentia, & præcipue tactus. Vnde versus.

Ni fugeris tactus, vix euitabitur actus,
Hos igitur vita, ne inueniaris ita.

& istos versus ponit Hostien.in summa,eodem titu in princip. vnde Apostolus ad Roman. 6. Stipendia peccati mors est. & Hieronymus contra Iouinianum primo, quem per ignem retigerit, statim aduritur, ita viri tactus, & fœminæ sentit naturam suam, & diuersitatem sensus intelligit.

3 Nota tertio ibi,oportunitas. quod † oportunitas facit latronem. ad hoc iste text. quotidie allegatur. vnde dicit Hostien.quod quidam abstinent. quia non habent oportunitatem: alij quia impotentes:alij quia vt euitent infamiam,alij quia Deum timent, alij quia peccatum abhorrent,alij & filij, & imitatores Dei,& hoc perfectum est,ad Ephesios quinto, estote imitatores Dei, sicut filij charissimi. quod isti tres
4 modi vltimi satis possunt coniungi.& nunquid sit vtile † abstinere a malo, & facere bonum propter timorem inferni, vel propter spem paradisi, dic vt de pœniten. distin.2.sicut secta.& distin.7.nullus.

5 Nota quarto, quod † forus pœnitentialis non habet se præcise, sed monitiuè. Nam iste fuit confessus crimen Papæ in foro pœnitentiali, vnde Papa non mandauit eum puniri, sed Papa mandauit Episcopo, vt ei imponeret pœnitentiam in foro pœnitentiali, & quod ei consuleret, & etiam moneret eum, vt de cætero abstineat ab vtraque sorore, & hoc nota contra aliquos iudices ecclesiasticos,qui formant inquisitionem super criminibus confessis eis in pœnitentiali foro.

Quid autem si alicui dicatur,dico tibi in pœnitentia, aut
6 in confessione, an talis, si talis † reuelat, puniatur,sicut punitur sacerdos, qui audiuit confessionem alicuius, & postea reuelauit, dic vt in capitulo,omnis vtriusque sexus,de pœniten.& remiss.

7 Nota vltimo, quod habens copulam † cum duabus sororibus debet abstinere ab vtraque.

Sed quæro, cum qua iste plus deliquit. Vincentius dicit, quod quantum ad Deum magis deliquit, vbi magis contempsit, sed quo ad ecclesiam censetur plus peccasse cum illa, quæ non habetur loco vxoris, idest cum illa, cum qua non contraxit sponsalia, & cum hoc dicto transeunt Doctores.

Sed Abbas Siculus dicit, quod primum dictum Vicent. est notandum, quod in discernenda quantitate reatus quo ad Deum attenditur principaliter contemptus peccatoris, & non qualitas peccati, vt voluit glos.in capitulo, cum quidam,de iureiurando,vbi per Doctores,& in capitulo, homo Christianus, quadragesima distinct. & ex hoc deciditur quis magis peccet, an magis peccetur cum pulchra, vel cum desormi muliere, de qua vide glos.decimaquarta,quæstio.fina. capit.finali.

8 In glo prima nota glo.quod † infantia aliquando accipitur pro pueritia, sed proprie infantia durat vsque ad septimum annum. pueritia vero incipit post septennium,& durat vsq; ad duodecimum, vel quartumdecimum annum. de qua vide glo.in procemio sexti. Sed dicit Abbas Sicu.& bene iudicio meo, quod iste text potest intelligi proprie, scilicet sponsalia fuerunt contracta tempore infantiæ, & ante septennium. & tunc dic, quod licet a principio non tenuerint tamen tractu temporis, scilicet ex superuenientia maioris ætatis fuerunt ratificata,cum iste habitaret in domo spósæ,vt in cap literas. iuncta glo.de despon.impub.& in capi.j. eodem tit.in 6.

In glo.secunda. nota ipsam,quod est speciale in matrimo
9 nio,quod si quis † promittit factum alienum, tenet promissio, & intelligitur promisisse se facturum, & curaturum. & istam glo. tene menti,dixi in cap.sicut ex literis.& in capit.ex literis,el secondo.de spon.

In glos.finali.nota bene istam glo.quia ponit intellectum huius capituli. & dicit, quod loquitur in foro animæ, & non in foro iudiciali. & iste est verus intellectus huius tex.

In eadem glos. ibi, sed iudicio ecclesiæ præcipietur ei, vt debitum reddat, dicunt Vincent.& Ioann.quod prælatus in primo puncto dicet, reddas debitum, in secreto dicet, non reddas, concordat de sponsalibus,tua nos. & de officio ordi. si sacerdos. & multas uarietates, vel diuersitates inter forum pœnitentialem, & contentiosum vide per Innocent. & Doctor.in capitulo, quia plerique. de immunita.eccles. Sequitur capitulum, tuæ fraternitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium.*
2 *Affinitas superueniens inter virum & vxorem priuat solum culpabilem iure exigendi debitum.*
3 *Vir quando teneatur reddere debitum vxori.*
4 *Honestas quæ contrahitur per sponsalia,non præcedit sponsalia quæ contrahuntur, sed sequentia soluit.*

C A P. X.

1  Væ fraternitatis. Affinitas † superueniens non dissoluit matrimonium, hoc dicit. Communis diuisio. secunda ibi, nos igitur.

2 Nota primo,quod † affinitas superueniens inter virum,& vxorem, priuat solum culpabilem iure exigendi debitum: consilium tamen est, vt de cætero vterque abstineat,& contineat, vt hic,& in capit.transmissæ,& in cap.discretionem, supra eodem.

Sed contra tex. opponitur, dum dicit, quod si timetur de lapsu ipsius,&c. Nam videtur innuere,quod si de lapsu non
3 timeatur,non tenetur † reddere debitum. sed contra, quod immo indistincte tenetur reddere, siue timeatur de lapsu viri. siue non, ex quo mulier non vult continere, vt supra eodem.discretionem & capitulo,transmissæ. Solut. Vincent.fatetur contrarium. & ad literam ibi, de lapsu carnis quo ad virum poterit secum dispensari, vt supra eodem, transmissæ. potest etiam intelligi tex.quod timeatur incontinentia mulieris,& eodem modo debet subaudiri, maxime.Hostien vero dicit, quod si timetur de lapsu carnis viri, ex quo mulier semel exigit debitum, poterit viro dari licentia exigendi, & mulier compellitur ad reddendum debitum, sed contrarium dixi supra eodem, transmissæ. & ideo tene opinio. Vincent. quam etiam Butr tenet. sed dominus Cardin.videtur transire cum ea.

Secundo opponitur, nam in fine dicit, quod affinitas inique contracta post matrimonium non debet nocere alteri coniugi, qui non fuit in culpa,& sic videtur secus, si contraheretur non inique, vnde ob.34.quæst.2. lectum. Sol Vincē. in verbo. inique subaudi,maxime quia idem si per ignorantiam,vt dicto cap in lectum.sed dom.Cardin.dicit,quod hęc litera habuit respectum ad incestum: nam incestuosi prohibentur debitum exigere. Sed tu dic, quod in dicto capi.lectum,fuit contracta affinitas inique ex parte alterius: nam ibi dicitur, quod soror vxoris absente vxore ingressa fuit lectum eius, & vir eius credens eam esse vxorem suam, cognouit eam carnaliter, & dicitur, quod ipse potest vti coniugio cum vxore,ex quo non fuit in dolo,sed illa quæ fuit in dolo, priuatur in æternum coniugio, vt ibi dicitur, & ideo iste tex. potest proprie intelligi sine aliqua subauditione.

In glo. prima. idem dicit glo in capitulo, discretionem.in verbo,honestatem supra eod.& in repet.quę ibi dixi.vlterius
4 dicit hic Hostiē quod † honestas quæ contrahitur per sponsalia,non præcedit sponsalia quę contrahūtur,quia hoc esse non posset, argum.l quidam referunt.ff de iure codicil. & sic propter præcedentia sponsalia non soluit, sed sequentia impedit, & dirimit,quod si quis contraheret sponsalia de futuro cum duabus sororibus. vel mulier cum duobus fratribus secunda sponsalia inducunt publicam honestatem contra prima sponsalia, quia publica honestas quæ oritur ex secundis sponsalibus non potest præcedere prima sponsalia,& sic non potest inducere prohibitionem contra ipsas.& hoc hodie est expressum in cap j.de sponsal.in 6.

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas superueniens non dissoluit matrimonium præsumptum.*
2 *Aetas multum potest praeueniri in matrimonijs.*
3 *Puer nouem annorum impregnauit matrem, secundum glo.*
4 *Contractus matrimonij non potest claudicare, sed effectus.*
5 *Vir quando dicatur exactus, vt teneatur debitum vxori reddere.*
6 *Peccatum mortalissimum est, vxorem contra naturam cognoscere.*

C A P. XI.

 Ordanæ. Summatum est in capitulo præcedenti.
In prima mulieris petitio.
In secunda causæ commissio. secunda ibi, ea propter.

1 Nota quod † affinitas superueniens non dissoluit matrimonium præsumptum, sicut nec verum, nā cum ista puella erat matrimonium præsumptum, quia contraxit sponsalia de futuro,& post mortem fuit carnaliter cognita, & ex hoc

ortum fuit matrimonium præsumptum, vt lo capitu.ls qui, de sponsalibus. vnde sicut affinitas superueniens non dissoluit matrimonium verum, ita nec præsumptum, quia & hoc operatur istud cap. vltra præcedentia cap.

2 Nota secũdo, quod † ętas multum potest præueniri: nam hæc puella nondum compleuerat decimum annum, & tamen potuit cognosci, quod patet ex eo, quia puella induxit matrimonium.

Ex quo infertur, quod copula habita cum minore, facit præsumi potentiam coeundi cum ipsa minore, licet aliter non probetur, quod tenet Vincen. supra eodem, fraternitati. dic tamen, quod per aspectum corporis poterit probari contrarium, quod placet Abb. Sic. per capitulum, fraternitatis, infra de frigid dixi In capitulo, fraternitatis. supra eodem, & in capitulo, continebatur, de despon. impub.

Quid autem in masculo, quod in eo non ita de facili præuenitur, quia non habet vas paratum, sicut fœmina. Narrat
3 tamen beatus Gregorius In dialogo de puero † nouem annorum, qui imprægnauit matrem suam, & hoc refert glos. vigesima quæstione prima, in summa. & beatus Hieronymus ad Vitalem idem dicit de puero decennij. & Hostien. dicit, quod idem reperit de puero vndecim, vel duodecim annorum. dicitur etiam de Salomone, quod in duodecimo anno genuit filium, & sic etiam in viro potest ętas pręueniri, ex quo tempore potest mulierem cognoscere, & hæc sunt dicta Goffre Hostien quæ refert dom. Cardin. hic in prima oppositio. & dixi in dicto cap. continebatur, de despon. impub.

No. vltimo casum, in quo matrimonium claudicat, quia alteri tollitur facultas exigendi debitum, alteri non. sed dic,
4 quod † contractus matrimonij non potest claudicare, quia non potest esse matrimonium ex vna parte, quin sit ex alia, dixi in glo in cap. de illis, de despon. impub & in cap. primo, supra de eo qui duxit in matrim. quam polluit per adult.

In glo fina. sed claudicat effectus matrimonij. quia alteri tollitur facultas exigendi debitum, alteri non sim. trigesima quæst. prima, de eo. quandoque suspenditur, vt in capitulo, dominus. de secun. nupt.

Sed opponitur contra text. in eo, quod mandat, Iordanam, & virum simul permitti, si nequiuerunt ad continentiam induci, non enim in hoc consideratur ipse vir, qui non potest exigere tanquam incestuosus, supra eodem, transmissa. Hostien. Pet. & Abb antiquus sol. exponendo ibi, nequiuerint, idest nequiuerit mulier, & sic plurale resoluitur in singulari, de priuile. vt priuilegia. sed ista expositio mihi non placet, quia destruit tex. Vnde intellige tex. proprie. & dic, quod ambo debent induci ad vouendam castitatem, & si non possunt induci, tunc debet imponi pœnitentia viro pro incestu commisso, & compelli quod cohabitet cum vxore, & debitum reddat ex actus, sed non potest exigere, & iste est intellectus literæ.

5 Secundo quæro, quando dicatur † vir exact. vt teneatur reddere debitum, dicit Vincen. quod sufficit, quod exigatur verbo, vel signo, quia signo loquitur, de sponsalibus. cum apud. nam sæpe mulieres verentur verbo petere debitum. dicit etiam Vinc. quod si vir præintelligit futurum lapsum forte ex mulieris complexione, melius est præuenire. C. quando liceat vnicuique, sine iudice vindicare. l. prima. secus dicit, si timeret lapsum forte, quia ipse vir longe recessurus est, quia ista non est iusta causa credendi. quod mulier cadat in lapsum. & dicit Vincen. quod mulier peccat exigendo, vel prouocando vxorem, vt exigat, & sic est casus, in quo vir peccat mortaliter cognoscendo vxorem naturaliter, alias non peccaret mortaliter, vt decimatertia distin. nerui. & ego dixi post But. in Rubrica de sponsal. & ibi declaraui. quando copula cum vxore sit peccatum veniale, vel mortale. Et nota quod dicit naturaliter: nam cognoscere vxorem contra
6 naturam, est † peccatum mortalissimum, vt in cap. adulterij. trigesimasecunda quæstio. septima. dicit vlterius Vincen. quod licet mulier intelligat virum lapsurum, non propterea debet eum vitare, ne committeret minus malum, vt euitet ille maius, decimaquarta distinct. quod ait, & vigesimasecunda quæstione secunda, ne quis. & sic licet vir, qui est priuatus exactione debiti, potest debitum exigere, quando præintelligit futurum lapsum ex complexione mulieris, non tamen debet mulier virum inuitare ad copulam, etiam si intelligat futurum lapsum viri, & intelligit Vincen. & domin. Cardin. & But. quando Inuitat quo ad hoc, vt vir exigat debitũ, sed dicunt, quod ipsa carnaliter facit exigendo, tunc enim vir inuitatus vtetur eo quo per se petere non potest. C. de tempor. in integr. restit. peten. l. petenda. sed Abb. Sicu. dicit, quod ecclesia poterit secum dispensare, si timetur de incontinentia. sed an si vxor inuitat virum, & petit debitum, an per hoc vir efficiatur habilis ad petendum debitum. Docto. hic tangunt, dixi supra eodem, transmissæ. dic vt ibi dm. Glo. sunt claræ.

De consanguin. & affin. Rubrica.

¶ Viso de spirituali, & legali, & de proximitate quadam, quæ contrahitur ex copula cum consanguinea vxoris, merito restat videre de cognatione carnali, quæ consistit in consanguinitate, & affinitate, vnde post pręcedentes Rubricas subiicitur ista, & quid sit proprie consanguinitas & affinitas. dic vt habetur in glo. super arbore, quid sit affinitas, dicam in cap quod super his, infra eod. de materia habetur 35. causa, & repetitur in clem. & in arbore, de consang. & affin.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum inter affines primi generis, & quarti gradus separatur.*
2 *Impedimentum matrimonij non probatur per vnicum testem de auditu, & alterum sine iuramento.*
3 *Testis deponens de veritate, impedit matrimonium contrahendum.*
4 *Matrimonium sæpius accusari potest.*
5 *Iudex debet citare partes super causa matrimoniali, etiam quod ex officio procedat.*
6 *Accusatores possunt esse testes in causa dirimendi, vel impediendi matrimonium.*
7 *Iudex qui vult causam matrimonialem definire, debet primo habere potestatem iudicandi, secundo non ignorare statuta canonica.*
8 *Credendum cui sit magis in casu dubio, Theologis, an Canonistis.*
9 *Scientia canonica ad quid principaliter tendit.*
10 *Theologia ad quid pertineat.*
11 *Ecclesia in regimine quem præferre debeat Theologum, an Canonistam.*
12 *Canonista purus, vulgò dicitur purus Asinista.*
13 *Testis vnus impedire, matrimonium est sufficiens.*
14 *Processus inchoatus prius expediri debet, antequam alius inchoetur.*
15 *Abbas si habet plenariam iurisdictionem in locis monasterij, per consequens videtur habere potestatem cognoscendi de causis matrimonialibus.*
16 *Inferior episcopo potest præscribere potestatem cognoscendi causas matrimoniales.*
17 *Inferior præscribere potest ea, quæ sunt iurisdictionis episcopalis.*
18 *Iurisdictionem habens cognoscendi de causis matrimonialibus potest subdelegare inferiori episcopo.*
19 *Episcopus in causis matrimonialibus potest dare delegatum simplicem clericum.*
20 *Testibus publicatis super impedimento matrimonij non possunt alij testes produci.*
21 *Accusator, & testis quis non admittitur, nisi vbi tangitur materia peccati.*
22 *Sententia a non suo iudice lata, est nulla.*
23 *Episcopus vt sit aptus ad episcopatum, debet scire canones.*

CAP. PRIMVM.

1 EX literis. Separatur matrimonium † cõtractum inter affinem primi generis, & quarti gradus h. d.
In prima ponit factum.
In secunda responsio.
In tertia inducitur instructio. secunda ibi, quo circa tertia ibi, cæterum.

Nota primo ibi, iuncta glo. 5. secundum Abb Sic. quod per vnum testem de auditu, & per alium sine iuramento, nõ pro
2 batur sufficienter † impedimentum etiam ad impediẽdum matrimonium contrahendum, quod est bene notandum, secundum eum pro intellectu, & limitatione c. præterea, el 2. s. de spon. Et ex hoc infert, quod meliorẽ fidem facit fama, vel vnus testis cum iuramento, quam duo testes, quorum vnus deponit de auditu, alius sine iuramento: nam sola fama de se sufficit ad impediendum matrimonium, vt in c. proxi. Item vnus
3 † testis deponendo de veritate impedit matrimonium contrahendum, vt in d. c. præterea. & in c. super eo. s. de testib. hic autem duo nõ sufficiunt ratione prædicta. dicit etiam Abb. Sic. ex hoc tex. probari, quod testes deponentes in causa matrimoniali debent esse iurati, etiam si agatur ad matrimonium impediendum, & dicit, quod illud c. præterea debet intelligi, quod ille iuratus asserebat impedimentum, & hoc melius intelliges ex prima oppositio. & hoc omnino adde ad ea quæ dixi in d. c. præterea. vel facias apostillam in princ. illius cap. in margine, & remittas ad istud cap. in primo notabili.

Nota secundo in versic. reuixit, secundum Innocen quod
potest sæpius procedi ad accusationem, vel inquisitionem
4 super † matrimonio, & dicit hoc speciale in matrimonio, de
hoc de purg. can cum dilectus. & supra de spon. licut. vbi de
hoc in glo. si & ibi dixi.
5 Nota tertio ibi; conuoces. quod etiam si † iudex procedit
ex officio in causa matrimoniali, debet citare partes coram
se, & facere testes iurare, & præfigere terminum volentibus
accusare, vel denunciare. supra de clandest. desponsat. cum
inhibitio, & infra qui matrim. accusare possunt, cum in tua.
& legitimas exceptiones admittere, de offic. delega. ex parte,
el tertio, qui fil. sint legit. perlatum. & si non seruatur hic or-
do tractatur quod agitur, & hæc sunt verba Hostien. an au-
tem exigatur, quod sententia in causa matrimoniali feratur
in scriptis, vide in cap. Albericus. supra de testibus. vbi dici-
tur, quod sic. & ad hoc etiam vide glo in capit. fina. de re iu-
dic. in 6. dicit etiam Hostien. quod alij ordines, qui plus in ri-
gore, quã in æquitate naturali consistunt, seruandi non sunt,
& quæ dicãtur de æquitate naturali, ad quæ iudex restringa-
tur, etiam si causa non requirit ordinem iudiciarium, dic vt
per Barto. in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, & fi-
gura iudicij, & in clem. sæpe, de verb. signif.
Nota quarto, quod quando agitur ad impediendum, vel
6 dirimendum matrimonium, ijdem possunt esse † accusato-
res, & testes, & hoc ratione peccati, & quia non agitur de
commodo, vel incommodo ipsorum. pro hoc tex in cap. in
omni, de testib.
7 Nota vltimo duo requisita in eo, qui vult † diffinire cau-
sam matrimonialem.
Primo, vt habeat iudicandi potestatem.
Secundo, quod statuta canonica non ignoret, & ex hoc
arguit Hostien. cõtra quosdam Theologos, qui dicunt. quod
ecclesia Dei posset regi per solam Theologiam. Hostien di-
cit, quod non sufficiunt Theologia ciuilis, & canonica sapiẽ
tia, immo quotidie nouis emergentibus noua iura condi o-
portet. sed illi Theologi dicunt. quod sufficit Theologia, si
ad plenum sciretur. ad quod respondet Hostien quod alius
quam Deus non potest ad plenum scire, alias quælibet scien
tia istarum trium sufficeret, si ad plenum sciretur, cum con
sistat in præceptis, de quibus supra in proœmio. & dicit do-
minus Cardinalis, quod quælibet illarum posset sufficere,
quia nõ potest vna plene sciri, quin sciatur etiam alia. Nam
illæ tres scientiæ habent magnam permixtionem eo respe-
ctu, quo concernunt regnum animarum in foro pœnitentia
li, vel contentioso. vide Host. in summa, de pœnit. & remiss.
quibus confitendum, versic. 30.
8 Ex hoc potest decidi quæstio, † quid, si est punctus, siue ar
ticulus, in quo Canonistæ & Theologi sunt contrarij, qui-
bus magis est credendum, an Theologis, vel Canonistis. do-
minus Petr. de Anchar. in quandam disputatione, quam fe-
cit in Ciuitate Bononiæ, dum regeret Cathedram Sexti, &
Clementinarum, quæ incipit, viri Catholici, & conscientiæ
timorati, attigit istud dubium & post multa cõcludit, quod
9 † scientia canonica principaliter tendit ad hoc, scilicet inter
pretari ius diuinum in casibus dubiis pertinentibus ad mo-
ralem Philosophiam, vt patet supra in proœmio Gregoria-
10 no. Scientia vero † Theologica pertinet ad interpretatio-
nem iuris diuini quo ad operam Domini Nostri Iesu Chri-
sti. & hoc dicit bene probari in libris Moralium Beati Gre-
gorij super Iob super illa duplici dispositione noui, & veteris
testamenti. Videmus enim in iure canonico decisionẽ Sum
morum Pontificum super dubiis iuris naturalis, & iuris di-
uini, & patet in isto volumine, in quo habemus de decim.
de celebratio missarum, de baptismo, de voto, de matrimo-
nio, de simonia, de homicidio, de furtis, de vsuris, de iuramẽ-
to, & similibus titulis, quorum proprium est dubia diluci-
dare, quæ oriuntur in prædictis materiis originem tra-
hentibus a iure naturali, & diuino. & de ista multiplici in-
terpretatione iuris naturalis, & diuini per constitutiones
canonicas, & decreta sanctorum patrum, & iura ciuilia, ad
nota per Ioan. Andr. & per se in regula, fidei possessor, de re
gulis iuris, in sexto. & sic concludit, quod interpretatio iuris
naturalis, & diuini, quatenus spectat ad moralitatem, quæ
dirigit actus nostros in Deũ, pertinent ad Doctores, qui ex
constitutionibus canonicis, & decretis sanctorum debet ius
diuinum adiuuare, corrigere, & supplere. facit quod not. In
nocent. Ioan. And. & Doctor. in cap quæ in ecclesiarum, de
constit. & in cap fin. de consuet. & Legistæ in l. fi. C. si contra
ius, vel vtil. publ. & in l. fin. ff. de constit. princ. quatenus vero
ius diuinum tendit ad spiritualitatem, & arguitionem fidei
contra Hereticos, Iudæos, & alios infideles spectat ad Theo
logos & subdit dom. Pet. quod vidit Magistros in sacra pagi-
na respondentes super decimis, testamentis, vsuris, & simil.
sæpe errare, & ideo est eis periculosum aliquid affirmare, vel
negare, & hoc dictum refert, & sequitur dom Ioan. de Ana.
Doct Bono in c. in ciuitate in fi. 4. car. & in prin. 5. de vsur. &
hoc tenebis menti.
11 Ex præmissis descendit dubium, quid si ad † regnum Ec-
clesiæ Cathedralis duo eliguntur, quorum alter est purus
Theologus, & alter est purus Canonista, quis sit præferen-
dus. Hostien. dicit considerandam esse ecclesiæ qualitatẽ, &
si pro maiori parte consistit in iurisdictione causarum ven-
tilatione, & decisione præfertur Canonista, maxime quia
ex solis canonibus prædicationem, vel sermonem formare
poterit: si vero consistit in spiritualitate, vt quia ecclesia vi-
cina est hæreticis, præfertur Theologus, de electionibus. in
causis in fi. de hæret. excommunicamus §. si quis dicit autem
mixtum, idest illum, qui sit vtrumque præferendum simpli-
ci, idest illi, qui sit alterum solum, vt de electionibus, offi. ij.
& quod no de summa Trinit. firmiter ecclesia sancta, & do-
min. Cardin. quod non potest esse bonus Canonista, si omni
no est purus, nam & multa Theologia, & multa legalia tra-
ctantur per glo. & per scribentes hinc est, quod vulgariter di
12 citur, † purus Canonista, purus Asinista.
Sed opponitur contra tex. hic enim dicitur, quod isti ma-
trimonium contraxerunt, sed ad impediẽdum matrimoniũ
13 sufficit vnus † testis, infra cap proxi. & supra de sponsal præ-
terea, el secundo, & supra de testibus, super eo. Hostien. sol-
uit, quod ad dictum vnius nõ debet separari matrimonium,
cum iam esset contractum de præsenti, supra tit. primo, de il
lo. & de testibus, supra eodem. Ioan. And dicit melius videri,
quod vnus solus testis impediuisset contractum matrimonij.
de quo quæritur in litera: nam actus matrimonij factus se-
creto nihil proderat, de clandest. despon. capitulo secundo.
dicit ergo Ioan. Andræ. quod hic non impeditur matrimo-
nium, quia iste simpliciter testificabatur de auditu, & sic nõ
valuit matrimonium, quia non concurrebant illa, de qui-
bus in capitulo, licet ex quadam, de testibus. de alio autem
teste qui non iurauit, non curatur, nec sibi creditur. & hoc
sequitur dominus Cardin in prima oppositio. & dixi in pri-
mo notabili. & ex his potes intelligere primum notabile,
quod supra fecit.
14 Secundo opponitur, nam debuisset † processus factus co-
ram Archipresbytero Bombatolo prius expediri, antequam
alius inchoetur, argum. de iudic. exhibita. Innocent. & Ho-
stien. respondẽt, quod hic processus factus coram Archipre-
sbytero non tenuit, & propter hoc Papa mandauit alium in
choari, secus si tenuisset, vt in contrario. sed dom. Cardi. in
secunda oppositione dicit, quod hic non mandatur proces-
sus, sed tantum testes recipi, quod potest fieri etiam post pu
blicationem, vt hic. In glo. in verbo, coram te iurare. quæ in
cipit, sed quare, sed qualiter intelligatur iste tex. videbitis sta
tim super glo quinta.
In glo quinta, quia aliæ sunt literales pro expeditio. eius
oppositio. & videtur, quod processus Archipresbyteri nullo
modo potuerit valere, quia de causis matrimonialibus co-
gnoscit tantum episcopus. c. accedentibus, de excess. prælat.
Glo. soluit duobus modis.
Primo modo, quod iste Archipresbyter erat delegatus
episcopi.
Secundo, quod hoc erat de consuetudine.
Tertio modo soluit Gost. quod hic ius. scognoscẽdi de cau
sis matrimonialibus competebat ex generali, vel speciali cõ
missione Abbatis Casinensis, de quo in suprascriptione: nam
habet plenam iurisdictionem in loco, & per hoc colligit con
trarium sco modo, iste Abb potuit cognoscere de hac cau-
sa matrimoniali, vel cõmittere cognitionẽ illi Archipbro.
Quarto modo intelligitur, quod processus Archipresbyte
ri non tenuit, & tunc cessat contrarium. Ex his no. tria.
15 Primo, si † Abbas habet plenariam iurisdictionem in locis
monasterij, per consequens videtur habere potestatẽ cogno
scendi de causis matrimonialibus, & ideo quia dicitur habe
re iurisdictionem, quasi epistolam, & competunt ei cap quæ
sunt iurisdictionis episcopalis, vt dicit Innoc. in cap statuen-
tes. de transact. & glo. in clem. 1. in verbo, proprij. de rebus ec-
cles. non alien.
16 Nota secundo, quod † inferior episcopo potest præscribe
re potestatem cognoscendi de causis matrimonialibus, &
sic licet cognoscere de causis matrimonialibus spectet de iu
re communi ad episcopum, vt est tex in capitulo, acceden-
tibus, infra de excess. prælat. tamen inferior episcopo potest
hoc præscribere, & hoc tenet hic glo. fin. in dicto capit. acce-
dentibus. idem tenet glo in dicto cap. accedentibus. literas, in
prima glo. de restit. spoliat. & probatur in ca. auditis, de præ
scrip. nam illa quæ sunt iurisdictionis epalis possunt præscri
17 bi per † inferiores, vt ibi probatur. hinc est, quod potestas

vniendi beneficia, potest præscribi per inferiorem episcopo, de quo in clement. ne in agro. § ad hoc. de statu monach. in verbo, ordinarios quæ dicit, quod illa quæ sunt dignitatis, vel iurisdictionis episcopalis, possunt præscribi per inferiorem. & per hoc dicit, quod ius vniendi beneficia potest præscribi dicit tamen, quod quia ista præscriptio est contra ius commune, quia episcopus fundat intentionem suam de iure communi, vt in præalleg. cap. accedentibus, de excessibus prælat. requiritur titulus, vel tantum tempus, cuius initij memoria non existat, vt in cap. j. de præscrip. in 6.

Quæ autem sint ordinis, vel dignitatis episcopalis, dic vt per glo. in cap. transmissam, supra de electionib. & ibi etiam per Do.

18 Tertio nota ex glo. quod habens † iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus, vel de iure ciuili, vel de iure speciali potest subdelegare illã potestatẽ inferiori episcopo, & hoc notabis pro limitatione comm, quæ dicunt Doct. in cap. causam matrimonij, de offic. deleg. vbi dicunt, de consuetudine curiæ esse non committere causas matrimoniales nisi episcopus, vnde etiam si appellatur ad sedem apostolicam a sententia lata in causa matrimoniali nõ debebit committi etiam in diœcesi illius episcopi dato quod actor & reus sint eiusdem diœcef. & hoc est, quia stilus curiæ habet, quod non committatur causa matrimonialis inferiori episcopo. & hoc dicit Archid. & domi. Dominicus in cap. statutum. §. cum vero, in quarta colum. dominus Domin. versic. vlti qui incidit vltra casus exceptos, de rescrip. in 6. & hoc nota, quia si reperiretur causa matrimonialis commiti in rescripto inferiori episcopo, præsumeretur rescriptum falsum, vt in cap. quam graui, de crimi fal. & in capit. pacta, de confirmatio. vti. vel inuti. secus si commissio fit non a sede Apostol. ca. sed per episcopum, vel alium habentem iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus, quia ipse potest alteri delegare, etiam si sit inferior episcopo, hoc patet hic, quia iste Abbas Casinensis delegauit illum Archipresbyterum. hinc est, quod Vicarius episcopi potest cognoscere de causis matrimonialibus, & est tex. cum glo. in cap. 1. & in cap. fraternitatis, infra de frigid. & malef. Simile videmus, si Papa non delegat causas nisi habẽtibus dignitatem, vel personatum, vel saltem Canonicis ecclesiarum Cathedralium, vt in cap. statutum, de rescript. in 6. Sed episcopus potest dare delegatum simplicem clericum, vt dicit glo. ibi, in verbo, Sedis Apostolicæ. & per hoc tene menti quod Epi
19 scopus, † vel alius habens iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus potest dare delegatum simplicem clericum, & hoc etiam est de mente Doctor. hic, præsertim Abb. Sicu.

In glo. in verbo, coram te. But. dicit, quod si sunt publicata dicta illorum, qui non sunt nudi testes, vt puta sunt accusatores, & testes simul, secundum cap. in omni. supra de testib. & tunc post dicta talium publicata possunt produci testes, & ita erat hic, quia illi accusauerunt matrimonium, & etiam ipsi idem testificati sunt de impedimento matrimonij: aut sunt nudi testes, & tunc regulariter post dicta ipso-
20 rum publicata non possunt produci † testes, vel super eisdem articulis, vel directo contrarijs, vt in capit. fraternitati, supra de testibus, & in clem. 2. eod. tit.

Fallit in causa matrimoniali, vt respiciens materiam peccati tractatur secundum regulas naturales, non autem secundum regulas iuris positiui.

Abbas autem Sicul. dicit, quod sibi plus placet illa solutio istius glo. quæ dicit hoc esse speciale in causa matrimoniali: nam sententia lata in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam, vt cap. lator. & in cap. tenor. de re iudica. fortius post publicationem solam possunt produci testes, vt in cap. cum in tua, & in capit. series, de testibus. & remittit se ad capitulum iurauit. de probatio. & ibi per But. & in capit. fraternitatis. de testibus. mihi placet opinio Abb. Sicu. nam
21 regulariter quis non potest esse † accusator & testis, nisi vbi tangitur materia peccati, vt in capitulo, in omni. de testib. & secunda quæstio prima, si peccauerit. & supra de iudic. nouit & ideo nisi in causis tangentibus materiam peccati possunt produci testes post publicatas attestationes.

Fateor tamen, quod si accusatores, vel denunciatores essent examinati ad informationem iudicis, qui nec aliter possunt examinari excepta materia peccati, in qua possunt esse accusatores, & testes, vt supra dictum est, & quod possent testes produci, quia non dicuntur acta testium publicata, quia ipsi non fuerunt testes. sed denunciatores, vel accusatores, & nunquid credatur denunciatoribus denunciantibus maleficia, dic vt per Bart. in l. diuus ff. de cust. reo.

In glo. in verbo, maiores hæc glo. est singularis, secundum dominum Cardin. quod illi dicuntur testes omni exceptione maiores, qui nulla exceptione legitima possunt repelli. vide etiam glo. not. Instit. de verborum obliga. § item verborum obligatio, qui dicit illum testem esse idoneum, qui nulla exceptione repelli potest, & hoc not. pro statutis sæpe requirentibus istas qualitates.

In glo. in verbo, quarto gradu. ibi, dispensatione. hæc solutio diuinat, ideo dicẽdum est, & melius, quod in antiqua Decretali dicebatur de quinto, sexto, & septimo gradu, sed mẽtio aliorum graduum fuit decisa per capit. non debet, infra eod. vbi prohibitio fuit restricta ad quartum gradum, & hoc etiam tenet Abb. Sic.

In glo. fin. concludo post Hostien. & Doctor. quod aut deficit potestas, & indubitanter non valet sententia, quantum
22 cunque detur peritia, quia † sententia a non suo iudice lata est nulla ipso iure, vt in cap. at si clerici, de iudi. & in cap. si a non competenti iudice, per totum. Si vero adest potestas, & deficit peritia, tunc tenet sententia, sed peccat iudex iudicando, sed debet iudex peritiori delegare, aut peritiores consulere. facit secunda quæst. secunda, c. fin. & de pœni. distinct. septima, capit. primo, & de iudic. l. certi dicit Hostiens. quod si commiserit causam idiotæ, quod sententia lata valebit, dummodo alias rite sit lata, sed si scienter commiserit, puniendus est. ff. de custo. reor. l. fin.

Vtrum autem valeat sententia iudicis criminosi, vide Innocentium & Doctores in capitulo, sciscitatus. de rescriptis.

23 Et ex prædictis infertur, quod † episcopus tenetur scire canones, alias non censetur idoneus ad episcopatum, & hoc probatur hic in fine huius tit. & tex. in capitulo, omnes psallentes, trigesimaoctaua distinctio. vbi tex. ponit omnia, quæ tenetur scire episcopus, & de quibus debet interrogari, quando examinatur ante consecrationem. vide tex. 23 distin. qui episcopus. quę autem teneatur scire sacerdos. vide 38. distin. quæ ipsis, supra eod. Sequitur capitulum, super eo.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas superueniens de qua constet saltem per famam, soluit sponsalia de futuro.*
2 *Sponsa de futuro potest impedire sponsum, & ipsum compellere ad contrahendum matrimonium.*
3 *Allegans turpitudinem suam, ex quo vertitur periculum animæ, auditur.*
4 *Fama sola probat impedimentum matrimonij.*
5 *Fama quando faciat plenam probationem, remittitur.*
6 *Iuramentum addit matrimonio fortius vinculum.*
7 *Fides dato an ęquipolleat iuramento, remittitur.*
8 *Manifestum plus in se habet, quam fama.*
9 *Fama an operatur plus, quam dictum vnius testis.*

CAP. II.

1 Super eo. Affinitas † superueniens, de qua saltem constat per famam, soluit sponsalia de futuro. Communis diuisio, secunda ibi, inquisitioni.

2 Nota primo, quod † sponsa de futuro potest impedire spõsum, & ipsum compellere ad contrahẽdum matrimonium iuxta suam promissionem: nam sponsalia sunt promissio futurarum nuptiarum, vt in l. j. ff. de sponsal. & 33. quæst. 1. nostrates Quod autem sit necesse promissionem adimplere, patet in ca. j 2. & 3 supra de pact. & idem dicendum est de sponso. facit cap. præterea, de spon.

3 Nota secundo, quod † allegans turpitudinem suam auditur, ex quo vertitur periculum animæ. ad idem c. præterea, el secondo, supra de spon. & ibi dixi.

4 Nota vltimo, quod sola † fama probat impedimentum matrimonij, & licet iste tex. loquatur in affinitate, idem dicendum est in omni impedimento, secundum Abb. quia vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio, vt in capitulo, cum dilecta de confirmatione vtili, vel inutili, & in l. illud. ff. ad legem Aquiliam, & in l. a Titio ff. de verborum obligatio. & sic habes casum, in quo fama facit plenam probationem. & est ratio, quia hic agitur de modico præiudicio, & vt euitetur periculum animarum.

Et ex hoc infert Abbas Sicul. quod in causis modici præiudicij, fama facit plenam probationem, maxime si ex hoc euitatur periculum animarum, & hoc tenet glo. in l. vbi adhuc. C. de iure dot. secus dicit Abb. Sicul. vbi ageretur de magno præiu-

præiudicio. vnde si matrimonium fuisset hic contractum so
la fama, de impedimento non sufficisset ad dirimendum ma
trimonium, vt in c. si duo 35 quæst. 6 & in c. super eo, ꝫ. de te
sti. & dixi ꝫ. de eo qui cogno consan vxo. in c. super eo, & quã
5 † fama faciat plenam probationem, & quando non Abb.
Sic. se remittit, in c. veniens, ꝫ. de test. sed vide Bar. in l. si con-
stante. ff. soluto matrimonio, & in l. de minore, §. tormenta.
ff. de quæstio. & vtrum fama probet, quando est longi tem-
poris. vide in c. illud. de præsump.
6 In gl. ij. nota ex hac gl. quod licet † iuramentum non sit
de substan. matrimonij, vel sponsaliorum, tñ addit fortius
vinculum, quod hoc optime facit c. fin. de foro competenti,
in sexto & vide notã in c. pen. de iure iuran. præsertim per Ab.
Sicu. & Host. intelligit quod non interuenerit iuramentũ ꝫ.
de arbitris, peruenit, & expressius, quod metus causa, ad au-
7 res, & de hoc, an † fidei datio in oĩbus æquipolleat iuramẽ-
to, dic, vt in c. querelam, & in ca. pen. de iu. & iste intellectus
Host. magis consonat literæ & idem videtur sentire Inn. dũ
dicit, quod fides interposita est causa, quare nõ sufficit dictũ
solius sponsi, quod alias sufficeret, vt in c. præterea, de spon.
sed inquantum dicit Inn. quod crederetur dicto solius spon-
si si sponsalia non fuissent firmata datione fidei, mihi non
placet, quia non statur dicto sponsi, vel sponsæ qui stat con-
tra sponsalia, vt plene dixi in c. super eo, supra titu. proximo.
Nec obstat c. præterea, de spons. alleg. per Innocent. quia ibi
non sponsus, sed consanguineus sponsi assimiabat impedi-
mentum.
In glo. in verbo, manifestum, aduerte quia gl. sentit, quod
manifestum hic capiatur pro notorio, quasi non sufficiat im
pedimentum esse manifestum sed Butr. & Abb. Sicu. & bene
iudicio meo dicunt, quod hæc glo. non bene loquitur, quia
8 † manifestum in se habet plusquam fama, vt probatur in ca.
pi. nostra, de cohab. cleri. & mulierum, maxime per Io. And.
& Ioan. Cald. sed fama per se sufficit, vt hic ergo & manife-
stum & dicunt, quod non impropriando literam hic tex. p-
bat, quod plus in se habet manifestum quam fama.
In glo. fi. dom. Card. dicit, quod est singulariter notandũ,
9 quod plus operetur † fama quam dictum vnius testis alibi e-
nim æquiparantur, vt in c. fin. de app. & remittit ad no. in
c. veniens, ꝫ. de test. & dicit, quod iste non potuit habere vim
vnius testis, cum esset pars, quarta, quæst. 4. c. 1 & 2 & de testi.
insuper. & secundum hoc dicit, quod non colligitur hic,
quod fama plus operetur quam dictum vnius testis, & in fi.
glo. dicit, quod Tan. Vin. & Philippus dicunt, quod in supple
mentum probationis exigi debet iuramentũ ab isto, de quo
in tex. C. de reb. cre. l. in bonæ fidei, & de prob. sicut, de procu.
ex insinuatione sed ipse dominus Card. dicit, quod non est
necessarium iuramẽtum partium hoc casu, cum sufficiat di-
ctum vnius testis ad impediendum matrimonium, ut in glo.
& hæc mihi placet, sed quantum ad principale dictum glos.
An plus operetur fama, quam dictum vnius testis ad impe
diendum matrimonium Butr. etiam transit cum gl. & dicit,
quod est no. & quod plus in se habet fama, quam dictum
vnius testis. sed Abb. Sic. tenet contrarium, & dicit, quod er-
ror oritur ex intellectu c. præterea de spon. sed ille testis nõ
fuit integer, tum quia ille testis allegabat turpitudinem suã,
tum quia non deponebat in forma testimonij, nec volebat
nomen suum publicari, nec iurauit in præsentia partis, sicut
fieri debet, ut in c. 2. ꝫ. de test. ergo male allegatur ille tex. per
hanc gl. vnde credit, quod dictum vnius testis integri, de ve-
ritate maiorem fidem faciat, quam fama, quod dicit patere
ex eo, quia in omni causa criminali sufficiunt duo testes, sed
non sic vnus cum fama, & sic fama non habet semper vim
vnius testis, & de hoc vide glo. no. in ca. veniens, ꝫ. de testi. &
per Bar. in l. de minore. § tormenta. ff. de quæstio. & remittit
se ad dictum c. veniens, ꝫ. de testi. & idem dicit in ca. super eo,
ꝫ. titu. proxi. Et nota quod Abb. Sicu. dicit, quod in casu dicti
ca. præterea non iurauit in præsentia partis, sed dic, quod ta
men iurauit, quia iuramentum exigitur, vt dixi in ca. præce-
denti, in primo notabili.

SVMMARIVM.

1 Graduum computatio, qualiter facienda pro matrimonio.
2 Consuetudo multum valet in interpretatione indulgentiarum.
3 Consuetudo potest inhabiles habilitare ad matrimonium.
4 Papa solus dispensat in gradibus prohibitis.
5 Beneficium principis debet latissime interpretari.
6 Mens disponentis colligitur ex causa expressione.
7 Verbum electio, qualiter accipiatur.
8 Stilus curiæ in dispensando super gradibus consanguinitatis.
9 Episcopus, cui data est a Papa facultas dispensandi super 3. vel 4. gradi-
bus, cum duobus viris, & totidem mulieribus, an possit dispensare cum
viro, & muliere tertio gradu dupliciter coniunctis.
10 Potestas dispensandi cum spurijs, vel incestuosis, an possit dispensare cum
illo qui est spurius, & incestuosus.

C A P. III.



Vod dilectio. Si dispensatur cum ali
quibus, ut possint con
trahere matrimoniũ in certo gradu a stipite, ma
xime si consuetudo hoc approbat, alias summa-
tur in edictione maxime.
In prima ponit casum.
In secunda allegat pro & contra.
In tertia respondet. Secunda ibi, quod videtur. Tertia ibi,
nos itaque.
1 Nota primo regulam in † computandis gradibus inter
collaterales, nam quoto gradu distat a stipite toto gradu di-
stat a quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem
stipite, & procedit ista regula, quando collaterales sunt in li
nea æquales. Si uero sunt in linea inæquali, puta in filio, & fi-
lia alterius fratris, tunc computatio fit a remotiori, vt ꝫ. eo.
cap. fi. & ideo si uis regulam infallibilem, quod quoto gradu
quis remotior est a stipite toto gradu distet a quolibet de-
scendente per aliam lineam, vt in d. c. fi. ꝫ. eod. vbi tex. hoc ex
presse dicit.
2 No. secundo, quod † consuetudo multum valet, in inter-
pretatione indulgentiarum: sicut ergo consuetudo interpre
tatur legem, vt in c. cum dilectus, de consue. & in l. si de inter
pretatione. ff. de leg. eodem modo interpretatur priuilegiũ,
seu indulgentiam, vt est hic casus not. idem dicit hic Ioann.
And. de interpretatione statuti eadem ratione, & de hoc, ꝙ
consuetudo interpretetur statutum, est tex. in d. ca. cum dile-
ctus, de consue.
Et ex hoc infert Ioan. Andr. ad q. est enim consuetudo si-
nodalis Paduæ, quod singulis quatuor mensibus fiat con-
silium super certis corrigendis, puta super male ablatis, vlti
mo die quatuor mensium fuit factum consilium, an poterit
fieri aliud consilium prima die sequentium 4 mensium. &
Ioan. And. dicit, quod non, argu. huius cap. quia sic fuerat in
terpretata consuetudo Paduæ, quod vnum consilium dista
ret ab alio quatuor mensibus dempto die in quo celebratũ
fuisset præcedens consilium, vel sequeretur, quod fere per o-
cto menses retardari posset aliud sequens cõsilium pro hoc
quod nota. de statu mon. in singulis. vbi capella debet fieri de
triennio in triennium, & intelligitur, quod inter vnum ca-
pitulum, & aliud intersit triennium, alias in continenti si
fieret esset superfluum, & postea aliud nimis distaret. Et hoc
sequitur Butr. & dom. Card. & Abb. Sicu. dicit tamen dom.
Card. quod quantum ad consuetudinem Paduanam cum
pendeat ab episcopo potuisset ex causa ipsam mutare. sicut
ergo princeps potest suam indulgentiam interpretari, & mu
tare, ut nota. in capitu. decer. de reg. iur. in sexto, & not. glo.
sexta hic.
3 Nota ultimo, quod † consuetudo potest inhabiles habili
tare ad contrahendum matrimonium, de quo plene dixi in
c. super eo, de cogna. spiri. & aliquid dicam infra eodem, quia
circa.
4 In glo. iij nota ex glo. quod solus † Papa dispensat in gradi
bus prohibitis. l. humana & idem tenet glos. ꝫ. eo quia circa.
& idem etiam Spec. in tit. de lega. §. nunc ostendendum ver.
76. licet Goff. tenuerit, ꝙ licet legatus non possit dare gene-
ralem indulgentiam tamen cum aliquibus potest dispensa-
re, sed Spec. in loco præalle. tenet contrarium. & idem Ioan.
And. in addi. & dom. Card. in secunda oppo. alleg. ꝫ. eodem,
quod super his, & de præben. dilectus & idem tenet Butr. &
Abb. Sicu.
Nam nullus citra Papam etiam si sit legatus de latere po
test dispensare contra constitutionem concilialem, idest edi
tam in concilio, ut no. in d. ca. dilectus, & de hoc vide glo. in
c. cum dilecta. de elec. sed prohibitio matrim. est restricta, ut
supra ad quartum gradum per concilium generale, vt patet
infra eo non debet. ergo nullus inferior Papa etiam si sit le-
gatus de latere potest dispensare, nisi specialiter concessum
sibi, & iste tex. debet intelligi, quod fuit specialiter cõcessum
huic legato, quod posset dispensare.
In glo. in verbo, vterque coniungendorum. pro declaratio
5 ne istius gl. oppo. contra tex. nam † beneficium principis de-
bet latissime interpretari, vt in iuribus allega. in principio gl.
Sed de iure est, quod quoto gradu quis remotior est a stipite
toto gradu distet a quolibet descendente per aliam lineam,
vt supra dictum est ergo, ista indulgentia legati nõ debet ita
stricte

stricte interpretari glo. dat duas solutiones.

Prima est, quod ipse concedens potest interpretari indulgentiam, & sic vult dicere glo. quod beneficium principis est late interpretandum. sed illa solu. non est rationabilis, quia si hæc interpretatio non fuisset iuridica, iste text. non poneret ius, & sic non fuisset redactus in hac compilatione.

Secunda solutio glo. quod Papa hoc fecit propter consuetudinem terræ, quasi dicat, quod cessante consuetudine Papa fuisset interpretatus indulgentiam, secundum ius, & hunc intellectum tenet Host. & Ioan. And. dicentes, quod consuetudo, & scandali euitatio fuerunt causa huius interpretationis, secundum Innoc. ponit alium, & tertium intellectum, videlicet, quod priuilegium, de quo in tex. tẽpore concessionis ipsius priuilegii, hoc est ante ea. non debet, infra eo. erat contra ius, sed priuilegium contra ius censetur odiosum, & debet stricte interpretari, sed priuilegium, quod est non contra ius, debet latissime interpretari, quia non est odiosum. & hoc est inquantum tangit præiudicium solius concedentis. In quantum autem tangit præiudicium tertii debet stricte interpretari, vt in capi. super eo, de offic. deleg. & in c. ex tuarum. de auct. & vsu pal. & in capi. pastoralis, de priuileg. & in cap. ij. de relig. domin. & uide omnino pulchra verba Innoc. in capitu. cum dilectus, de dona. & ex hoc summa regulam, quod aut priuilegium est in præiudicium tertii, & tũc debet stricte interpretari, ut in iuribus supra allega. aut est in præiudicium solius concedentis, & tunc debet latissime interpretari, ut in dicto cap. cum dilectus, & in c. quia circa. de priuileg. & not. glo. in clem. si de beneficio, in glo. antepenult. de præben. Fallit, quando priuilegium, vel concessio est contra ius, quia tunc licet non præiudicet alteri, quam concedenti, debet stricte interpretari vt dicit hic Innoc. & probat in capi. j. & 2. de fil. presby. in sexto. & de hoc per Io. An. in ca. olim, de verborum significatio. & per Barto. in l. fi. ff. de constit. prin. Sed Abb Sicu. dicit, quod dictum Innocen. non placet sibi, quo ad istum textum, licet in se sit uerum. & dicit, quod licet dispensatio sit stricti iuris, tamen recipit interpretatio. a iure communi, ex quo loquitur in materia iuris. facit capit. ad audientiam, de decimis, & in cap in his, de priuile. nam licet statuta sint odiosa, nihilominus capiunt interpretationem a iure, vt not. Innocen. in capitu. causam, de rescript. & per Barto. in l omnes populi. de iusti & iure, & quod hoc sit verum, inducit finem huius capitu. vbi Papa se fundat super consuetudine.

6 Nam ex causæ expressione colligitur † mens disponentis, vt in cap. intelligentia, de verborum significatio. & in l cum pater. § dulcissimis. ff. de lega. ij. & per Dy. in regula fi. in sexto. uidet tenuisse Ioan. Cal. & in quadam q ita consuluit, vt refert dom. Iaco. de Zocchis hic, licet non attingat istud dubium principaliter. & dicit Ioan. Cald. quod Clemens sextus hoc declarauit in quadam extrauaganti, quæ incipit, nuper. in qua declarat, quod valeat dispẽsatio, in qua dicitur, quod impetrantes distant quarto gradu, licet vnus a stipite distet secundo gradu alius tertio.

Sed domi Cardin & Butr. videntur transire cum opi. Inn. & puto hanc opi. veriorem: nam vbi statutum est cõtra ius commune, est interpretandum, vt minus lædat ius commune, quam fieri possit, etiam verba impropriando contra propriam significationem, dato quod illa sint verba iuris, & de
7 hoc est tex. in c. cum dilectus, de dona. vbi verbum † electio, quod est verbum iuris, accipitur pro confirmatione, quando per hoc minus læditur ius commune, quam si proprie intelligeret. & ideo hoc declarat But. quem ibi videas. Idem dicit in rescripto, vel priuilegio. vt in cap. super eo, de offi. delega. & in ca. ex tuarum, de auct. & vsu pal. cum si. & hoc seruat
8 stilus curiæ, quicquid dicat Io. Cal. nam † stilus curiæ habet quod si aliqui existentes in tertio, vel quarto gradu impetrant dispensationem, quod possint inuicem cõtrahere matrimonium, quod si sunt quo ad stirpem in diuerso gradu: puta, quia vnus est in tertio, alter in quarto, est necessarium facere mentionem de hoc, & vidi duas bullas super hoc vna in qua dispensatur, vt possint contrahere matrimonium, licet sint in tertio, vel quarto gradu: aliam in qua dispensatur, ut possit contrahere, licet unus distet a stipite secundo, vel tertio: alter vero tertio, vel quarto.

In ead. glos. in fine, licet glos. dicat hodie non procedere hanc indulgentiam. dic secundum gl. quod licet hoc ius sit sublatum, quo ad exempla, quia sextus gradus non est in prohibitione, hodie tamen remanet dispositio huius ca. si hodie Papa dispensaret, ut distantes in tertio, vel quarto gradu possint contrahere matrimonium, multum tamen debẽt attendi verba indulgentiæ, & an, quando ius abrogatum potest allegari vide Bar. in l. j. ff. de con sig. cum emancip. libe. & per Butr in proœmio Grego. & per Doct. in cap. nouit. de iudi.

Sed quæro Papa concessit potestatem dispensandi, quo ad matrimonium auctoritate apostolica vni episcopo. cum duobus viris, & totidem mulierib. qui quarto, vel tertio gra-
9 du consanguinitatis inuicem sint coniuncti, an talis † episcopus possit dispensare cum viro, & muliere tertio gradu consanguinitatis coniunctis dupliciter, videlicet, tam ex linea paterna, quam materna, hoc est dicere, quod tales, cum quibus debet dispensari, sunt ex primis parentibus vterque coniuncti. In ista quæst consuluit Ioann. Calde. quod consilium refert hic dom. Iaco. de Zocchis, & post multa concludit, quod sic, quia ista potestas dispensandi est friuola. maxime, quãdo non nominantur personæ, cum quibus debet dispensari, vt in c. si cui, de præben. in vj. vnde contra concedentem debet fieri lata interpretatio, vt in regula, contra eum, de regu. iur. in sexto, & in cap. cum dilectus, de consue. Item quia est unicum impedimentum, licet surgat ex patre, & matre. ad hoc facit, quod no. Io. An. in regula, delictũ, in sexto. vbi dicitur, quod si quis percutiens clericum forpice, vel cum bidenti est vnicum delictum, licet vnico actu plura vulnera sint illata, de qua materia. vide Bart. in l. nunquam, ff. de priua. delic. & in l. si gemina arbor. ff. arborum furti. cæsarum, & in l. quod dicitur, ff. de uerborum obligation & ideo in proposito, cum isti consanguinei sint impediti cõtrahere vnico impedimento, poterit secum dispensari.

10 Quid autem si alicui conceditur † potestas dispensandi cum spuriis, vel incestuosis, an possit dispensare cum illo qui est spurius, & incestuosus simul. vide Bar. in l. ij. in princ. ff. de verb. oblig. Cætera sunt clara.

S V M M A R I V M.

1 *Infideles coniuncti matrimonio in gradu prohibito non separantur.*
2 *Prohibitio legis canonicæ, circa matrimonium differt a lege diuina veteris testamenti.*
3 *Iudæi non astringuntur legibus canonicis.*
4 *Lex canonica legi diuinæ addit, & detrahit.*
5 *Inhabilitas superueniens in personam post actum gestum, actum non vitiat.*
6 *Matrimonium verum est inter Iudæos, & infideles.*
7 *Papa potest punire etiam infideles transgredientes legem diuinam.*
8 *Filia fœmina non succedunt pariter cum masculis secundum legem Mosaicam.*
9 *Lex Mosaica est lex specialis Iudæorum.*
10 *Iudæus contrahens matrimonium cum pacto, vt liceat dare libellum repudij, illud non teneat.*
11 *Iudæus contrahens dicendo, contraho tecum matrimonium secundum ritum Iudæorum, talis adiectio est inutilis, cum ambo sint Iudæi.*
12 *Matrimonium non potest esse inter Iudæos, & Christianos in contrahatur sub conditione si effectus, vel effecta fuerit Christiana.*
13 *Matrimonium, an sit si Saracenus contrahit secundum ritum suum, ut tot habeat, quod alere potest.*
14 *Infidelis habens plures vxores si conuertatur, adhærebit prima.*

C A P. IIII.

1 DE infidelibus. † Infideles cõiuncti in gradu prohibito l. canonica, non separantur post baptismum h. d. Cõmunis diuisio. Secunda ibi, consultationem.

2 Nota primo, quod † prohibitio l. canonicæ circa matrimonium differt a prohibitione l. diuinæ, quæ est in veteri testamento. Nam in veteri testamento permittitur, quod filii duorum fratrum possint inuicem contrahere matrimonium, vt habetur Leuitici 31. & per glo. in c. literas, quæ incipit, scilicet in Leuitico, & quæ incipit, videtur ergo, supra de restit. spo. & idem secundum leges. C. de nupt. l. in celebrandis, & Institu. de nupt. §. duorum. secus secundum canones, vt j. eodem, non debet.

3 Nota secundo, quod † Iudæi non astringuntur legibus canonicis, circa sacramentalia, & concernentia animam vnde licite contrahunt matrimonium in gradibus prohibitis l. humana tantum, & de hoc est bonus tex. in capi. gaudemus, de diuor.

4 Tertio nota, quod lex † canonica non omnino imitatur l. Dei, & illi addere, & detrahere, de quo vide Inno. & Doc. in c. fi. de consue.

Nota quarto, quod in ponderanda habilitate, vel inhabilitate, quod sane ad actum gerendum consideratur persona;
5 secundum tempus actus gesti, & sic † inhabilitas superueniens in personam post actum gestum non vitiat actũ, & sic non sunt paria aliquid esse tale, vel ex post facto redire ad tale. facit regula, factum legitime, in vj.

Nota

Nota quinto, quod inter Iudæos, & alios infideles est ue-
6 rum † matrimonium, & sic habes vnum sacramentum, quo vtuntur Iudæi, & alii infideles.

Nota, quod per summissionē nouæ legis non debet itera ri id, quod est factum secundum antiquam, ex quo nō emanauerat noua lex: Iudęus enim non astringitur ad obseruandum legem canonicam, nisi post baptismum quod ergo gessit antequam subiret se legi Christianæ tenet, ex quo non est gestum contra legem diuinam. Secus si esset gestum contra legem diuinam, nam lex diuina adeo astringit Iudæos, &
7 alios infideles, quod de transgressione posset † Papa eos punire, vt no. Innocen in cap. quod super his, ſ de uoto, vbi ple ne examinaui, & videbitis aliquid ſ. de diuor gaudemus.

Sed dom. Iaco. de Zocchis inducit istum textum ad determinationem q pone si Iudæus reliquisset filios, & filias, secū
8 dum legem Mosaicam filiæ † fœminæ non succedunt pariter cum masculis, nam lex Mosaica disponit, quod solus masculus succedit exclusis fęminis, vt habetur Num. 2a quę est lex Iudæorum, & ecclesia illos tolerat, & Papa, & imperator inter se secundum legem suam succedant. ad idem l. Iudęos,
9 in fi. C. de Iudæis. Item † l. Mosaica est lex specialis Iudæorū igitur inter eos derogat generali, & communi legi, q ia species derogat generi, vt in regula, generi per speciem. de regu. iur. libro sexto. Ad idem, quod dicitur in euangelio, legem habemus, idest lex nostra debet nobis seruari. non obstat l. nemo, & l. nullus §. primo. de Iudæis, cum sim. in quibus dicitur ciuilem l. fore seruandam, quia illa procedunt in his quæ Iudæis sunt expresse prohibita. secus in his quibus l. ciuilis expresse non derogat, vel expresse non prohibet, & dicit, quod reperit Io. Cald ita consuluisse.

10 In glo. fi. in fi glo. sentit, quod si † Iudæus contraheret cum Iudæa, pacto expresso, vt liceat dare repudii libellum secundum ritum eorum, quod non teneat matrimonium, quia apponitur peccatum contra substantiam matrimonii.

Sed Doct. tenent contrarium, quia ex quo lex eorum hoc permittit licite deducit in pactum non vim pacti, sed vim legis. sic in simili dicimus cessare Symoniam, si id, quod inest deducitur in pactum, vt in c significasti, & quod ibi nota. de elect. & in c. olim, el primo, de restitu spol. & in c significatū, de præben vnde conclude, quod si apponitur pactum a lege vel a consuetudine inductum, non vitiatur matrimonium, licet illud pactum sit contra matrimonium, secus si apponitur pactum, quod non inest leg. vel consuetu. inductum, sed ex sola uoluntate contrahentium apponitur. vnde si catholici contrahentes matrimonium apponerent pactum, quod quilibet ante consummationem possit ingredi monasterium, non vitiaretur matrimonium, quia subintelligitur tacite a iure, vt in c. ex publico, & in c. verum, de conuer. cōiug. & ad hoc omnino adde quæ dixi in c. fin de condi. appo.

11 Extra glo. quæro, quid si † Iudæus dicit, contraho tecum matrimonium, secūdum ritum Iudæorum, dicit Vin. quod matrimonium, & quod illa inutilis adiectio reiicitur, secus dicit Vin. si simpliciter contrahant intendentes contrahere secundum ritum suum, & sic secundum eum talis intentio si non exprimitur permittitur, sed si exprimitur habetur pro non expressa. sed dicit domi. Car. & est de mente Doct. quod immo licite exprimitur, quo ad ritum suum, ex quo ambo contrahentes sunt Iudæi, & hoc procedit secundum domi. Card quando Iudæus contrahit cum Iudæa. Et ex hoc uidetur sentire, quod si Christianus contraheret cum Iudæa, vel econuerso, & diceret, contraho tecum, secundum ritum Iudæorum, quod non valeret, & hoc expresse Butr. dicit enim, quod si Christianus contraheret cum Iudęa, quod matrimonium non tenet, per c. fin. de condi. appo. & maxime, quia in
12 ter ipsos non potest esse † matrimonium, nec valet contractum, nisi cōtrahatur sub conditione, si erit effectus, vel effecta Christiana. vt dicit glo. in dicto ca fi. de condi. appo & ibi Doct., & ideo dicendum, quod tale pactum valet, quando vterque est Iudæus, quia inter ipsos matrimonium est ratum vt infra de diuor. gaudemus, & in c. quanto. & idem dicit Bu. de alio infideli.

13 Vltimo quæro, quid de alio, puta † Saracino si intendit cōtrahere secundum ritum suum qui est, vt habeat tot vxores quot possit alere. dicit Vinc. quod non est matrimonium cū non habeat affectum matrimonialem. sed dom. Card. hic in fi. commenti dicit, quod in foro contentioso est matrimonium, ex quo nihil fuit expressum, argu. de spon. tua nos. Secus si fuit expressum, quod talis expressio est contra naturā matri. vt in ca. fina. de cond appo. ritus enim infidelium in habendo plures vxores non toleratur, nec a iure diuino, nec a iure gentium, & de hoc uide in Rubrica, de spon. in 6. q & probatur in d. c gaudemus.

Et ibi Host. dicit, quod si infidelis contrahit matrimoniū cum duabus mulieribus, non est tolerādus, immo Papa potest taliter cōtrahentes punire, licet sint infideles. & dicit Inn. in c. quod super his, de uoto. & ibi dixi.

14 Ex his infert dom. Cardin. quod si † infidelis habet plures vxores, conuertitur ad fidem, non tolerabitur, vt tenent omnes, sed adhærebit primæ vt d. c gaudemus, quod posset procedere, quando contraxisset cum pluribus diuersis temporibus, sed si simul eodem momēto accepisset plures in vxores nulla esset vxor, vt dicunt Doct. in ca. gaudemus, & nulla cōpelleretur accipere, sed si vellet de nouo contrahere matrimonium cum vna ex illis, hoc tolerabit ecclesia, si velim reuerti ad fidem sicut dicimus de Christiano volente contrahere matrimonium cum infideli, vt in ca. caue. 28. quæst. j. & per glo. & Doct. in c. fi. de condi. appo.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei mariti, & uxoris inuicem licite matrimonium contrahere possunt.*

2 *Affinitas, seu proximitas contrahitur inter affines viri, & uxoris.*

3 *Affinitas non contrahitur inter uirum, & uxorem, sed sunt ipsi causa affinitatis.*

4 *Appellatione propinquorum, non comprehenduntur affines.*

5 *Consanguinei viri, & uxoris non contrahunt inuicem affinitatem impedientem matrimonium.*

6 *Consuetudo, vt ualeat contra ius, debet esse rationabilis, & præscripta.*

7 *Consuetudo uincit ius diuinum, non autem ius canonicum.*

8 *Statutum, vel consuetudo contra legem nutrientem bonos mores, non ualet.*

CAP. V.



1 Vod super his. † Consanguinei mariti cum consanguineis vxoris licite contrahunt matrimonium. in gradibus prohibitis non potest contrahi matrimonium si hoc habeat consuetudo. h. d. duo sunt dicta. Secundum ibi, ne autem.

Nota primo regulam, quod inter consanguineos uiri, &
2 vxoris contrahitur † affinitas, idest quædam proximitas, & econuerso, & hæc appellatur affinitas. quia contrahitur ex eo, quod persona extranea venit ad finem generationis alterius, vt dicit tex. in l. non facile §. affines. ff. de gradibus, & vide gl. super arbore affinitatis, sed inter maritum, & vxorem
3 nulla contrahitur † affinitas, alias non posset esse matrimonium inter eos: sunt enim ipsi causa affinitatis, & nō affines. & de hoc vide tex. cum glo. in l. non ideo, C. de hære. insti. & bon. glo. in l. affinitatis, C. communia de success. quæ incipit, vir, & vxor non sunt affines, cum affinitas nō sit, nisi aliqua persona mediante: sunt igitur principium, & causa affinitatis. & hoc facit ad statuta quæ sunt proprie intelligenda, quod si faciunt mentionem de affinib. non veniant sub hoc vocabulo, vir & vxor, quia sunt causa affinitatis, & non affines, & vide Bar & Pau. de Castro in l. quod seruus. ff. de condict. ob cau. & vtrum si dicit statutū, quod minores, vel mulier non possint contrahere sine consensu duorum propinquorum, vel duorum consanguineorum, vel similia verba an sufficiant cōsensus duorum affinium ex parte vxoris, vel viri. Barto. in l prima. C. vnde vir, & vxor. dicit, quod non, qa inter consanguineos vxoris, & uiri, & ecōuerso contrahitur
4 affinitas sed non propinquitas. No bene, quod † appellatione propinquorum non comprehenduntur affines vt voluit Bar. in d. l. j. C. vnde vir & vxor, quod tene menti. dicit enim Bal ibi, quod si statutū dicit, quod si oritur. q. siue lis inter affines, vel propinquos: quid si est quæstio, vel lis inter virum, & vxorem non compelluntur facere compromissum, quia inter virum, & vxorem, non est affinitas. nec propinquitas. idem si statutum diceret, quod mulier non possit contrahere sine consensu proximioris propinqui non includitur maritus, quia non est propinquus, nec affinis.

Secundo nota, quod inter consanguineos viri, & consan-
5 guineos vxoris nulla oritur † affinitas, vnde licite inter se cōtrahunt matrimonium, largo tamen uocabulo tales appellāntur affines. Sed potes dicere, quod contrahitur etiam inter eos affinitas, sed non talis quæ impediat, vel dirimat matrimonium, & hoc vult dicere tex. stricte, cum & proprie loquendo contrahatur affinitas solum, quo ad virum, & uxorem, & consanguineos utriusque, hoc est, quia consanguinei mariti sunt affines uxoris, & ecōuerso, non autem inter cōsanguineos uxoris, & cōsanguineos mariti, & ideo est, quia uir, & uxor sunt una caro, nos unus alteri cōmunicat suos consanguineos, sed non est una caro uir, & uxor cum consanguineis,

sanguineis, vel affinibus per hoc non communicat vir suos consanguineos, cum consanguineis vxoris, quia non est cũ ipsis vna caro, nec econuerso vxor, &c.& ista est ratio huius textus.

Nota vltimo, quod consuetudo non potest habilitare illos qui sunt inhabiles per l. canonicam, & hoc tene menti pro limitatione ca.fi.de consue.nam consuetudo potest tollere ius positiuum, & tamen non potest inducere, vt matrimonium possit contrahi in gradibus, idest in gradu prohibito a iure positiuo.ratio potest esse, quia non est honestum, quod contrahatur matrimonium in gradu prohibito a iure positiuo. consuetudo ergo disponens contra est contra
honestatem, nec valet, tanquã non rationabilis, sed ad hoc,
6 vt valeat † consuetudo contra ius requiritur, quod sit rationalis, & præscripta, vt in d.c.fi. de consue. & ista est ratio huius cap plene dixi in c.super eo, de cogn.spir.

In glo.fi.Vin.dat duas solut.

Prima est, quod consuetudo habens famem tamen iuris antiqui potest inhabilitare contra ius nouum, & sic loquũtur cõtraria: secus, vbi cõsuetudo nulla lege iuuatur, vt hic.

Secunda sol.est, quod consuetudo potest inhabilitare habiles ad contrahendum matrimonium, vt in contrariis, sed non potest habilitare inhabiles & ratio differentiæ est, quia inhabilitatio est onus, & habilitatio est honor, & sic consuetudo potest onerare, sed non honorare.ad hoc 8. quæst.j in scripturis.Idem voluit Goffr.in effectu etiam.Nã dicit, quod ex speciali consuetu. potest restringi licentia contrahendi, sed non ampliari, quia restrictio potest fieri sine peccato, sed non ampliatio Host.autem dicit has solut non procedere, quod secundum eas fortior esset consuetudo, vbi deberet esse debilior.

Nam ex istis sol.infertur, quod consuetudo secundum l. diuinam non potest vincere canonicam, & pro se solam potest vincere diuinam, & canonicam simul iunctas, nã si consuetudo est in loco, q in quarto gradu possit contrahi matrimonium secundum prædicta non valet cõsuetudo, & tamẽ consonat legi diuinæ, vt supra ca.proximo, sed si est consuetudo, quod in quarto gradu non possit contrahi matrimonium, valet consuetudo, secundum prædicta, tamen secundum l.diuinam, & canonicam potest cõtrahi in quinto gra
7 du, & sic † consuetudo vincit ius diuinam, & canonicam simul iunctam, contra id supra de testi.licet ex quadam.Item quia debilius non debet vincere fortius, vt in c.ij. de transla. prælа.& per hoc dicit, quod consuetudo non ligat, nec astringit potestatem contrahendi matrimonium, nisi sit approbata per Papam, qui tamen non consueuit approbare, nisi qd scandalum generat, vt in c.fi supra de cogna.spi.Ioan.Andr. dicit, quod præmissa solutio Vinc.& Goff.est uera, si intelligunt, quod consuetudo valeret, quo ad impediendum non quo ad dirimendum matrimonium.vult dicere, quod consuetudo non potest inhabilitare habiles, quo ad matrimonium quantum ad hoc, vt dirimatur matrimonium, sed bene quantum ad hoc, vt impediatur. sed tu tene illud, quod dixi in ca super eo, de cogna.spir.& dicit Abb.Sicu.quod ratio Host.parum valet, quia consuetudo inhabilitans potest esse rationabilis, habilitans vero nõ, nam prima est inducta ad charitatem ampliandam, vt homines potius contrahant cum extraneis, quam cum consanguineis, de quo vide optimum textum, 35.quæst.j.ca.j. sed in secundo casu est contra bonos mores, & contra bonum charitatis in eo, quod relaxat prohibitionem contrahendi matrimonium inter cõsan
8 guineos.consuetudo autem, vel † statutum cõtra legem nutrientem bonos mores, non valet, vt in c.fi.de consue.& per Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.Item dicit, quod non est verum, quod consuetudo inhabilitans ad matrimonium disponat contra l.diuinam, & canonicam, quia licet ius diuinum, & canonicum permittant matrimonium contrahi in quinto gradu, non tamen præcipiunt, vt contrahatur, vt in l.nunquid.ff.de iudi.& in c.consuluit, de offi dele. Sed in alio casu, s.quando consuetudo permittit matrimonium cõtrahi in quarto gradu disponit cõtra præceptum canonis, ideo aliud in vno casu, quam in alio.

S V M M A R I V M.

1 *Dispensatio obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos cõtracto, si falsa causa expressa sit, non ualet.*

2 *Dispensandi causa dua, super matrimonio contrahendo, uel contracto in gradu.*

3 *Narrans aliquid in impetratione, debet uerificare narrata.*

4 *Narrata sunt consideranda secundum tempus impetrationis.*

5 *Falsa causa, an vitiet dispositionem.*

6 *Dispensatio est nulla ipso iure tam propter falsi narrationem, quam veri taciturnitatem.*

7 *Absolutio ab ex communicatione ex falsa causa, an teneat.*

8 *Falsa causa, an uitiet gratiam motu proprio a Papa concessam.*

9 *Motus proprius non ampliat gratiam, vel vim uerborum, nec facit complicite intelligi, sed solum surreptionem tollit.*

10 *Gratia motu proprio concessa in pari data reliquis prafertur.*

11 *Principis tolerantia, & simulatio in actu habet vim dispensationis, & vide quatuor casus.*

12 *Pars maior populi vincit minorem in consuetudine inducenda.*

C A P. VI.

1 Via circa. Non valet † dispensatio obtenta a Papa super matrimonio inter consanguineos, contracta si bene falsa causa sit expressa, nisi postea eam confirmaret. h.d. secundum verum, & communem intellectum.

In prima recitat dispensationem.

In secunda eam tacite damnat.

In tertia colorat dispensationem ex omni. Secunda ibi, causam tamen. Tertia ibi, dissimulare.

a Nota primo duas causas † dispẽsandi super matrimonio contrahendo, seu contracto in gradu l.canonica prohibito. Prima est, quando ex tali matrimonio, sic de facto cõtracto soboles est superstes. vnde fauore filiorum in tali matrimonio dispensatur, quod intellige sicut dixi in ca. cum haberet, s.de eo, qui dux in mat.quam polluit.

Secunda est causa propter scandalum vitandum.vnde hodie quotidie Papæ dispensat inter cõsanguineos propter bonum pacis futurum, vel scandalum vitandum. & dicit Abb. Sicul. quod hæc est causa sufficiens, nedum post matrimonium contractum, sed etiam ante, quia propter scandalum est a dispositione iuris positiui, vt in c.ij.de ope.no.nun.

3 Nota secundo ex tex.argumentum optimum, quod † narrans aliquid in impetratione debet verificare narrata per ipsum. Si ergo impetrans in dispẽsatione narrat plures causas oportet primo illas uidere. vnde onus probandi non incumbit opponenti, sed ipsi qui impetrauit, de quo vide per Ioan. And.in cap j.de lit.conte.in texto, & in addi.Spec.de clan de spon.post prin Nunquid autem post narrata sint probanda, an sufficiat probare vnum, quod sufficiat, vel quid si plura narrãtur in rescripto, sed Papa se fundat in vno, vel duobus, an sufficiat probare illa super quibus Papa concludit. Item si fundat se super pluribus, sed aliqua sunt vera, sed non omnia, an rescriptum, vel dispensatio corruat in totum. vide Butr.in c. exhibita, de iudiciis, & in c.ex parte B.de foro cõp. in quibus iurib.similiter tractat de libello videlicet, an respiciatur libellus, series narrationum, vel penes cõclusionem. Item quid si plura posita in conclusione reperiãtur vera, sed non omnia.ad hoc vltimum vide nota.in cap. licet causam. de proba.

4 Nota vltimo, quod virtus narratorum est † consideranda secundum tempus impetrationis: non enim sufficit prius narrata fuisse vera, vel post impetrationem verificari. hic enim ille impetrans habuerat filiam, non tamen uiuebat eam habuerat tempore impetrationis & dicit Ab. Sic.quod hoc est intelligendũ, quando veritas causarum narratur de præsenti.sed dic, quod quantum ad vim rescriptorum, nisi aliud appareat ex narrans in rescripto inspicitur tempus datæ, ut in c.cum re.de rescrip.& in ca.si eo tempore, de rescrip. in texto.cum simi.

In glo.secunda.dic, vt dixi in capit.quod dilectio, in glo.j. supra eod.

In glo.fi.ista gl intrat materiam impertinentem, s.an fal-
5 sa † causa vitiet dispositionem, & de hoc habetur plene per
Bar.in l.demonstratio, §.quod autem ff.de condi. & demon. & in toto ti.C de falsa causa adiec.lega.vt in l.a.§ fi. & ibi per Bar.ff.de dona.

In ea.glo.ibi Insti qui.& ex quibus causis manu.non poss. § semel, in dicto §.est glo. singularis secundum vnam expositionem, quod causa vera, licet iniusta nõ vitiat decretum iudicis.licet alias causa falsa uitiet decretum iudicis, & in l tutor, si petitus, & in l. Seiæ egressæ.ff.de tuto.& cura.da.ab his, & per Bar.in l.is cui bonis.ff.de verborum obli.

In ead.glo.in fi.no.singulariter hanc gl. quod surreptio in impetratione falsæ causæ vitiat dispensat.ipso iure & de hoc est casus expressus in c.ij.de fil.presby.in sexto vbi prima par
6 te probatur, quod † dispensatio est nulla ipso iure non propter surreptionem in exprimendo falsum, sed etiam in tacẽdo verũ, nam detestabilius est falsum dicere quam uerum tacere, & tamen dispensatio corruit ex taciturnitate. idẽ dicas

in quali-

in qualibet gratia, seu priuilegio, vt no. in cap. ad audientiã,
de rescript. & in c cum dilecta, eodem tit. secus in literis im-
petratis ad lites. illæ enim propter subreptionem non sunt
nullę ipso iure, sed annullandæ per exceptionem, vt in c. cæ-
terum, & in c plerunque, & in ca sui autem, de rescript. & de
ratione diuersitatis. vide in dicto c. ad audientiam. ad ratio-
nes allegatas, in principio glo. dicit Host. quod ponunt casus
speciales propter fauorem in eis contentum, nam in c. ex par
te tua, de conuer. coniuga causa falsa fuit impulsiua, & non fi
nalis, nam causa finalis ingrediẽdi religionem est seruitium
Dei, & sic non fuit peccatum in causa finali.
Item respectu legati, dic secundũ Doct. quod si talis causa
exprimeretur, quæ si esset falsa testator nullo modo legasset
non valet legatum, vt in l cum tale § falsam ff. de condit. &
demonst. eodem modo si falsa causa est apposita conditio-
naliter, vt in l demonstratio. § at si conditionaliter, eodem
titu & quod no. Innoc. in ca. ex parte, de priuilegiis sed regu
lariter falsa causa non uitiat legatum, quia pręsumitur im-
pulsiua, vt in iuribus supra alleg ad § semel Insti. qui & ex q.
bus causis ma non poss dic, quod ille §. procedit fauore liber
tatis, quia semel concessa non debet reuocari, sed in dispen-
satiõe, vel alia gratia semper est præsumendum principem
esse motum ex causa expressa, vt in ca. cum adeo, de rescrip.
& in capi. postulasti, eod. titu.
7 Nunquid autem † absolutio ab excommunicatione ex fal
sa causa facta teneat, vel non. dic, ut in ca. ex parte, de offi. or
din. & in cap venerabilibus, § vbi autem, de sent. excommu.
in sexto. Sed dubium est, quid si Papa motu proprio dispen-
8 sat, vel aliam gratiam concedit, nunquid † falsitas per eum
expressa habeat vitiare gratiam dom. Cardi & Abb. Sicu te-
net, quod si talis causa est expressa, quam si Papa sciuisset nõ
esse ueram, vel non existere non concessisset dispensat. uel
gratiam, quod vitiatur gratia, vel dispensatio, licet motus p
prius fuerit expressus in literis, quia licet motus proprius ex
cludat subreptionem, vt in ca. si motu proprio, de præben. in
sexto. tamen n[illegible] gratiam contra intentionem con-
cedentis ita no[illegible] dixit Ioan. And. in d. c. si motu pro-
prio. & vide Do[illegible] decisione 45. & alibi dixit gl no.
sin cle si Roman[illegible]ben. quod motus proprius nihil
operatur vltra casus in [illegible] expressos, ita alleg illam gl. Abb.
Sicu & est glo. in verbo. [illegible] ias. sed illa gl. specifice non di-
cit hoc, licet istud sentiat, [illegible] aliud dicit, quod est singulare,
secundum Butr. ibi, & Ioan [illegible] Imo videlicet, quod licet mo
tus proprius tollat vitium a quo surgit immediate surreptio
& ipsum vitium surreptionis, non tamen tollit vitium inha
bilitatis etiam consecutiue descendentis a vitio a quo surgit
surreptio, quod est bene notandum. & alibi dixit glo. multũ
9 notabilis, † quod motus proprius non ampliat gratiam, vel
vim verborum, nec facit eam late intelligi, solum tollit sur-
reptionem, & de hoc vide in clem. per literas, in gl. in ver. di-
rectas, de præben sed videtur tex. in contrarium in ca. si plu-
ribus, de præb in sexto. vbi dicitur. quod literæ proprio mo-
tu concessæ, sunt latissime interpretandæ. vnde si Papa con-
cedit primum beneficium vacaturum, & duo vacãt eodem
tempore, & vnũ est maioris valoris alio, si gratia est proprio
motu concessa debetur illud, quod est maioris valoris, vel si
sunt æqualia impetrans habet electionem, ex quo gratia est
concessa motu proprio, secus si ad instantiam impetrantis,
& dicitur in d. c. si pluribus, & ille tex. assignat rationem, q a
gratia concessa motu proprio est latissime interpretanda ad
idem in c. duobus, de rescrip. in sexto. vbi dicitur, quod si sunt
10 duo expectantes pares in data, præfertur qui habet † gratiam
motu proprio. sed solue, & dicit, quod quantum ad c. si pluri
bus, quod ibi erat concessum primum beneficium vacatu-
rum vnde vtrunque beneficium includitur in literis. dic er-
go, quod motus proprius non ampliat vim uerborum, nec
facit gratiam late comprehendi, quam verba de natura sui
importent, sed bene quo ad comprehensa in literis, secun-
dum propriam verborum significationem. Ita loquitur c si
pluribus, de præben. in sexto.
Item operatur motus proprius, quo ad prærogatiuã, vt p-
feratur qui habet gratiam motu proprio, vt in d. c. duobus,
de rescri. in sexto. nam hoc non ampliat vim uerborum, sed
domi. Card in d. clem. per literas, super d gl in ver. directas. di
cit quod ampliationes, de quibus in d c si pluribus, & in d. c.
duobus, sunt potius quidam fauores extrinseci, sed glo. in d.
clem per literas, in ver. directas, loquitur de ampliatione pro.
pria in eo, quod dicit, quod non ampliat vim verborum. &
dicit secundum Abb. Sicu. quod motus proprius nihil ope-
ratur vltra casus in iure expressos, & hoc tene perpetuo
menti.
11 Nota secundo ex hac gl. q̃ tolerantia, & simulatio † prin-
cipis in actu a iure prohibito habet vim dispensationis, cuius
contrarium videtur dicere in ca cum iam dudum, de præb.
Butri. in hac materia dicit pulchra verba, & facias quatuor
casus.
Primus est, quando constitutio Papæ a principio commu
niter non recipitur ipso Papa sciente, & tolerãte, & tunc to
lerantia excusat a peccato. pro hoc. quod no. glo. quarta di.
§ leges, & xv. quæstio. vltima, cum mulię, & in capitu. fina. de
treu. & pace.
Secundus casus est, quando ius partim recipitur, partim
non, & tunc dicit But. quod tolerantia non excusat a pecca-
to & ita intelligit cap cum iam dudum, de pręben. Sed Abb.
Sicu intelligit But. quando maior pars recipit, nam tunc pec
cat minor pars non obseruando. Secus dicit econtra, s. quan
do minor pars populi obseruasset, maior pars nõ recepisset,
nam in consuetudine inducenda respicitur illud, quod facit
55 maior pars, & sic maior † pars populi vincit minorem, quo
ad inducendam consuetudinem. dicit Ioan. Andr. & Doct. in
c. fi. de consue.
Tertius casus est, quando constitutio fuit recepta a princi
pio communiter, subaudit Abb Sicu. vel a maiori parte, q a
idem est, vt supra dictum est in casu præcedenti, sed ex post
facto non recipitur, subaudi ab omnibus, vel a maiori parte
& Papa scit, & tolerat, & hoc casu dicit Bu. quod ius tollitur
per desuetudinem, quia Papa videtur velle illud, quod vult
vniuersalis collectio fidelium, ex quo non contradicit. 4 dis.
§ leges, & ff. de legibus, in l. de quibus.
Quartus casus est, quando ius est receptum vniuersaliter
ab omnibus. vel a maiori parte, Papa tamen sciente aliquid
fit contra illud, & tunc aut Papa scripsit specifice, vel expres-
se, quod vult certum actum tolerare, vel dissimulare, & tũc
talis dissimulatio habet vim dispẽsationis, & iste proprie est
casus huius c. non enim est verisimile, quod Papa citra dispẽ
sationem mandasset istos tolerari in peccato propter scan-
dalum contra c ij de oper. no. nunc. aut Papa nihil specifice
scribit. sed tacet: & tunc dicit But. quod non dicitur dispensa
re, vt in d. c. cum iam dudum, de præb. sed hoc intelligit Ab.
Sicu. nisi Papa disponeret cum istis transgressoribus citra a-
liquem actum tanquam cum habilibus, quia tunc videretur
dispensare. alleg. no in l Barbarius ff. de offic. præto sed tu vi-
de nota. in c. veniens, de fil. presby. & in clem. fi. de senten. ex-
commun. & dicit Butr & Abb. Sic. quod idem per omnia di-
cendum est de tolerantia inferiorum a Papa circa sua statu-
ta, & modo habes hunc articulum expeditum secũdum mẽ-
tem Butr. & Abb. Sicu. de quo plenius vide in ca. j. de treu. &
pace, & quarta dist. § leges.

SVMMARIVM.

1 *Testes qui deponunt de consanguinitate, computationem debent incipere a stipite, vel a germanis.*
2 *Nepos etiam dicitur filius germani.*
3 *Nepotis appellatione, an comprehendantur a statuto filij fratris.*
4 *Testes ad dirimendum matrimonium, qualiter probent de consanguinitate.*
5 *Fratres sunt in primo gradu.*
6 *Paria sunt aliquid exprimi proprio nomine, & per circunstantias.*
7 *Testis dictum de auditu alieno, non ualet.*

CAP. VII.

1 TVanos. † Testes, qui de consanguinitate de-
ponunt computationem debent
incipere a stipite, vel a germanis b d. communis
diuisio. Secunda ibi, inquisitioni.
2 Nota, quod filius fratris appellatur nepos. † & dicit Abb.
Sicu. quod non recordatur de alio tex. de iure canonico, ita
claro, cum iste met exponat pro hoc de probat. per tuas, de
scismaticis, ca. vno, libro sexto. de pęnis Fęlicis §. cęterum. de
elect. ca fundamenta §. vt autem, & quod ibi no. Ioan Andr.
sed But. dicit, quod regulariter nepos appellatur descendens
ex filiis, & in iure ciuili, non inuenitur expressum, nisi in vsi-
bus feu. vt in tit. qui. mo. feu. amit. § item si fratrem, & proba-
tur, s. quod de iure ciuili nõn dicatur nepos, nisi natus ex fi-
lio, vel filia. l. j. §. 2. & l. 3. in fi. & in l. iure consultus. § 2. gradu,
in fi. de gradibus & dicit But. quod communis vsus loquen-
di habet, quod nepos appellatur etiam filius fratris, vel soro-
ris, & de hoc vide Feder. de Sene. consilio 38. Abb. Sicu. dicit
idem quod Butr. dicit enim, quod ex propria significatione
vocabuli, nepos dicitur filius ex filio, vel ex filia. vt in legib,
præalleg. sed filius fratris, vel sororis potius dicitur nepos ex
communi vsu loquendi, quam de iure, & hoc facit ad quęs.
3 † nunquid in statutis appellatione nepotis, comprehendatur
filius

filius fratris. & dicit Abb. Sicu. quod sic, quia communis vsus
loquendi refertur proprie dispositioni in quacunque dispo
sitione. vt dicit Barto. in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure, &
Innoc. in c. olim, de verborum significa. & pro hoc vide glo.
in c. non nulla, de rescrip.

Nota secundo, quod non valet testimoniũ ad dirimendũ
4 matrimonium, nisi † testes incipiant a communi parente,
vel germanis fratribus a quibus descẽderunt isti, de quorum
consanguinitate quæritur. vide tex. magis apertum in c. licet
ex quadam, de testi. & dicit Innoc. quod isti, de quibus in lite
ra forte dicebant, audi, vel audiui, quod tales uocabant se in-
uicem patruus, & nepos, vel quod dicebatur, quod alter fue-
rat frater patris, & alter filius fratris. vnde tale testimonium
non valuit, vt dicitur in tex.

5 Tertio nota, quod † fratres sunt in primo gradu hoc patet
hic in eo, quod ponuntur pro stipite, & ex hoc arguit Hosti.
quod is qui non potest contrahere cum stipite non potest
contrahere cum filia stipitis, quod est falsum secundum Io.
Andr. vt patet in arbore consanguinitatis, & Ioan. An. sequi
tur, & dom. Card. hic in tertio notabili, & Bur. & videtur idẽ
sentire glo. in c. fi. infra eodem, in fi. magnę glo. nam in linea
ascendentium, & descendentium per lineam directam est
perpetua prohibitio, quo ad matrimonium, sed in collatera
li solum durat prohibitio, quo ad matrimonium vsque ad
quartum gradum, vt infra eodem, non debet, & sic is qui di-
stat a stipite non potest contrahere cum stipite. & tamen po-
test contrahere cum filio stipitis, qui est per aliam, nam filii
stipitis, & descendentes ex ipsis faciunt vnam lineam trans-
uersalem, nam licet illę duę linę, quo ad stipitem sint lineæ
directę. tamen inuicem sunt lineę transuersales, seu collate-
rales & de hoc vide glo. secundam, in ca. quod dilectio, supra
eo. Non obstat iste tex. quia ponit fratres pro stipite, quo ad
testes qui deponunt super affinitate, alias consanguinitate
probanda, sed non quo ad alium effectum.

6 Quarto nota, quod patia † sunt aliquid exprimi proprio
nomine, vel per circunstantias æquipollentes. concordat, su
pra de testi. licet ex quadam, & in c. significantes, de rescript.
vbi de hoc, & hic in gl. vltima, quæ per hoc erit expedita, &
inquantum hęc glo. dicit de circuolocutione expressa. Ioan.
And. & Doc. pro declaratione ponunt exemplum, puta si te
stes dicant, Titius, & quidam decretorum Doctor actu legẽs
vel longus, vel breuis, & signa fuerunt fratres, vel Titius,
& vxor talis militis fuerunt fratres, & soror.

7 Nota vltimo, quod † testimonium de auditu, s. alieno est
minus validum, & regulariter tale testimonium non valet,
& sic est speciale in probatione consanguinitatis, quod ad-
mittatur tale testimonium, sed regulariter non valet, vnde
tales proprie non possunt dici testes, vt est glo. notabilis, in
l. in summa §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar. Abb. autem Sic.
remittit se ad cap. quotiens, supra de testibus, & ibi vide glo.
sunt claræ.

S V M M A R I V M.

1 *Statuta mutari debent secundum uarietatem temporum.*
2 *Actus nostri temporis non patitur rigorem antiquorum canonum.*
3 *Scientia est de impaßibilibus, & incorruptibilibus.*
4 *Scientia iuris dicitur vera philosophia, & sapientia.*
5 *Legem nouam condere volens recedendo ab antiqua, quæ primum atten-
dere debet.*
6 *Leges Romanorum Pontificum, quandoque statuta humana appellan-
tur.*
7 *Deus nonnulla committit.*
8 *Persona coniuncta persona per carnis copulam, inducit primum genus
affinitatis.*
9 *Vxores duorum fratrum olim duci non poterat: hodie sic, nam tunc erat
secundum genus affinitatis.*
10 *Duobus sic se habentibus, ut unum veniat consecutiue ad alterum, uno
sublato, uel immutato, & consecutiuum alterari, uel auferri necesse.*
11 *Affinitatis mentio facta in dispensatione, an comprehendat publicam ho
nestatem in consequentiam.*
12 *Gradus affinitatis qualiter computentur.*
13 *Consanguinei uxoris, & uiri, an inuicem sint affines.*

C A P. VIII.

NOn debet. In secundo, & tertio affinita-
tis genere tollitur prohibitio
quæ olim erat in matrimonio contrahẽdo. simi-
liter tollitur prohibitio de sobole suscepta ex se-
cundis nuptiis, quæ olim non poterat contrahere cum co-
gnatis prioris uiri, & prohibitio coniugii vltra vnũ affinita-
tis, & consanguinitatis gradum non extenditur. hoc dicit,
vsque in fi. Et allegatur quotidie iste tex. qui est singularis in
materia sua. diuiditur in quatuor partes. Nam primo excusat
correctionem iuris antiqui.

Secundo declarat excusationem, in duobus tollit ius anti-
quum.

Tertio restringit restrictionis causam reddens.

Quarto prohibitionem restrictam fortificans cõstitutio,
contrarias tollit, & causas reddit. Secunda ibi, cum ergo Ter
tia ibi, prohibitio. Quarta ibi cum ergo expeditam primo v-
que ad § prohibitio. deinde ab illo vsque in fi.

Nota primo, quod ad varietatem temporum debent mu
1 tari † statuta humana, quia lex debet conuenire tempori 4.
dist. erit autem lex, & quotidie iste text. consueuit allegari,
quando tractatur de condendo nouo statuto, & de reuocã
do antiquum statutum ideo tenebis ipsum menti, & pro cõ
cordia istius tex. optime facit cap. fraternitatis, 34. dist. vbi di-
2 citur, quod † ætas nostri temporis non patitur rigorem anti
quorum canonum cum nobis defecerint merita, & virtutes
corporales, ideo hodie clericus ex simplici fornicat. non de-
ponitur, sicut olim deponebatur indistincte, ut in c. multis
de æta. & qualitate, immo olim quodlibet peccatum mor-
tale erat depositione dignum, de quo dic, vt in c. a nisi clerici,
de iudi. & per istum text. dicunt quidam volentes detrahere
scientia iuris, quod scientia iuris ciuilis, vel canonici non est
3 proprie scientia, quia † sciẽtia est de incorruptibilibus, & im
passibilibus aliter se habere, vt in primo poster. orum, & in
primo thopicorum, sciẽtia iuris quotidie mutatur, ergo nõ
est proprie scientia. sed dom. Card. hic in tertio notabili, re-
spondet, & refert uerba Ioan. de Ligna. in tractatu somni, q
dicit, quod scientia iuris, licet in constitut. particularibus va-
rietur remanet inuariata incorruptibilis in essentia sua, quia
in mente legislatoris est dictamen rationis informatum tra
ditionibus iuris, ex quo quandoque statuit vnum, quando-
que aliud manente eadem ratione in eius mẽte. Item in suo
primordio hæc scientia est inuariabilis, ut nemini fiat iniu
ria, & cuique reddatur, quod suum est. Ad cognoscendum
autem quid sit iustum, & ęquum exigitur iustitiæ circunstan
tiarum, de iureiur. cum quidam, de simo. & si quæstiones, &
istę variantur secundum rationum varietatem, & ita etiam
4 variantur iura particularia, vt hic dicitur, & † scientia iura
dicitur uera philosophia. ff. de iustitia & iure l. prima, ibi ve-
ram, nisi fallor non simulatam philosophiam affectantes
scientia autem canonica magis proprie dicitur sapiẽtia quã
scientia cum dirigat in æternam fęlicitatem, & pro magna
parte tractat de diuinis. vnde etiam dicitur diuina, de iureiu.
in tuis, de accusa. qualiter, & quãdo, el secondo, in princip. o,
& illud sequitur dom. Cardi. sed quo ad illud vltimum, s. an
scientia canonica sit scientia diuina dicã infra, in tertio no-
tabili. Idem dicit in effectu Abb. Sicu. dicit enim, quod licet
constitutiones mutentur, non tamen mutatur ipsum dictũ
seu causa finalis ipsius iuris, nam intentio legislatoris est, vt
appetitus noster sub iuris regula limitetur, vt habetur supra
in proęmio finis. ergo iuris est inuariabilis, sed constitutio-
nes innitantur, vt deseruiant fini: semper enim lex debet esse
rationabilis, & sic fundatur super naturali, & immutabili 1.
dist. consuetudo, 3 dist. erit autem lex.

Nota secundo, quod recedens a lege antiqua, & volens
5 condere † nouam, duo principaliter attendere debe. primo
vrgentem necessitatem. Secundo euidentem utilitatẽ, & abs-
que istis, vel altero illorum non debet lex variari, quia noui-
tas est semper cum periculo vnde dicitur, quod in rebus no-
uis constituendis euidens vtilitas esse debet, ut concedatur
ab eo iure, quo diu ęquum visum est, vt in l. 2. ff. de constitu.
prin. & ideo volens persuadere. quod fiat nouum statutum,
& quod recedatur ab antiquo debet ostendere esse vrgentẽ
necessitatem, vel euidentem vtilitatem, vt fiat nouum sta-
tutum, sed volens contrarium persuadere debet ostendere,
quod non sit necessitas, nec euidens vtilitas, & hoc tene be-
ne mẽnti.

6 Nota tertio. quod † leges Romanorum pontificum quan
doque appellãtur statuta humana, & sic ius canonicum stri
cte loquendo non potest dici ius diuinum, quod nota pro li
mitatione c. nimis, de iureiur. & ca. qualiter, & quando, el se
condo, de accus. & eorum quæ supra dixi, in primo notabili,
prope finem, & vide omnino glo. In proęmio clementina-
rum, in verbo, iuris humani. quæ dicit, quod ius positiuum
dicitur ius humanum, siue sit canonicum, siue ciuile sinoda-
le, vel municipale. & ex hoc potes concludere, quod inquan
tum ius canonicum tractat de positiuis censetur ius huma-
num, sed inquantum tractat de diuinis cẽsetur ius diuinum,
& sic intellige cap. nimis, de iureiuran. præall. & dictũ ca.
qualiter, & quando, el secondo, de accu. & de hoc etiam, vi-
de in proęmio Gregoriano.

Nota

7 Nota vltimo,quod † Deus nnn nulla commntat, sed con tra, Deus dicitur incommutabilis 22.quæst.4 incommutabilis.sed glo ibi dicit,quod Deus bene reuocat illa quæ dicit comminando,vel monendo,sed non ea quæ dicit asserẽdo. Item dic,quod ius diuinum est mutatũ in nouo,testam.quo ad ea quæ sunt sacramentalia,vel ceremonialia,sed nõ quo ad præcepta moralia,de quo vide tex. & glo. sexta distin. §. his ita.

In glo in verbo,in secundo.Ista glo. potest diuidi in duas partes.

In prima parte glo.laborat in declarando,quod sit primũ secundum,vel tertium genus affinitatis.

In secunda parte glos. quærit, & respondet. Secunda ibi, sed nunquid publica honestas.pro declaratione primę par.

8 dic,quod † persona addita personæ per carnis copulam,inducit primum genus affinitatis, persona uero addita primo generi inducit secundum genus, & persona addita secundo generi inducit tertium.quæ declara,vt in glo.quia glo.clare loquitur.

In eadem glo.ibi,quandoqne ex utraque, vt in nxoribus duorum fratrum: illę enim sunt sibi affines in secundo genere ex copula utriusque,nam frater mariti est sibi affinis in primo genere: uxor ergo,sua cum sit iuncta primo generi affinitatis,inducit secundum genus,& idem est reperire in uxore alterius.

In secunda parte glo ibi publica honestas,vt in vxoribus duorum fratrum. hoc intelligit glo.quod olim quis non poterat successiue ducere in vxores illas quæ fuerunt uxores

9 † duorum fratrum ratio quia ibi erat secundum genus affinitatis cum secunda, nam ut supra dixi vxor duorum fratrum sunt inuicem in secundo genere affinitatis,vnde altera post mortem mariti nupsit Sempronio, ille Sẽpronius attinet vxori alterius fratris in tertio genere affinitatis, quia est persona addita secundo generi, ideo mortua uxore sua, & marito alterius q fuerat frater mariti vxoris mortuę nõ poterat olim illam ducere in vxorem obstante impedimento affinitatis,& publicę honestatis,vt dicit tex.in ca porro, all. in glo.sed dicit gl quod hodie potest,cum secundum, & tertium genus affinitatis sit sublatum,& hoc tene, quia Doct. communiter tenent,& bene hic probatur,licet Inn. & Vin. aliter senserint.

In ead.glo in fi. hæc glo notabiliter concludit, quod illa pu.honestas,quę veniebat accessorie ad secundum,& tertiũ genus affinitatis,est sublata hodie, quia sublato principali, &c.sed pu honestas quæ non uenit sic necessario accessorie ut in ea quæ oritur ex sponsa,seu marito,non est hodie sublata,cum de ea nulla fiat mẽtio, & quod hoc sit verum aperte probatur in c.unico,de spon in sexto.Bur.& Abb.Sic. dicunt ex hac glo.in fi esse notandam vnam bonam regulam

10 in materia extensionis, quod vbi † duo sic se habent, quod vnum venit consecutiue ad reliquum,vno sublato, seu immutato etiam consecutiuum intelligitur mutatum vel sublatum ad hoc facit tex.optimus,in cap.miramur,de seru. nõ ordi.& in c.quamuis,in fi.de elect in sexto. & per glo ij.in cle. generalem,de æta & quali & hoc dictum infert Abb.Sic. ad q. an in dispensatione sufficiat facere mentionem de affinitate.& dicit,quod quæstio fuit ardua in Roma.curia,& dicit quod allegabatur illa glo quod sufficiat facere mentionem

11 de † affinitate,quia in consequentiam intelligitur fieri mentio de publica honestate. sed in contrarium facit glos. super arbore affinitatis, post princ.vnde concordando dicit Abb. Sic.quod aut publica honestas necessario comprehenditur sub affinitate,& tunc satis est fecisse mentionem de affinitate,& sic procedit illa quæstio exemplum, si impetro dispensationem,vt mihi liceat ducere in vxorem cõsanguinei mei defuncti nõ obstante affinitate in tertio gradu,nam ex quo fecerat mentionem,quod fuerat vxor consanguinei, in consequentia fecit mentionem de publica honestate, & sic per consequentiam videtur sublata virtute dispensationis. aut non comprehenditur ex narratione, vt puta impetraui dispensationem,vt liceat mihi ducere Titiam in uxorem non obstante, quod sit mihi affinis in tertio gradu, & hoc casu dicit,quod non valet dispensatio si ultra affinitatem erat pu. honestas,ex quo de ea non fuit facta mentio expresse,vel tacite.arg in c.tuarum,de auct & vsu pal.& in c pastoralis,§.de priuile. nam affinitas potest contrahi sine matrimonio, vt in cap.discretionem,supra tit.proxi. & hoc casu procedit gl. super arbore. & hoc mihi placet,quia nulla honestas impedit matrimonium contrahi cum ea, quam consanguineus cognouit fornicarie,sed sola affinitas,& ideo cõclude,quod ex coitu fornicario oritur affinitas,sed nõ publica honestas.

In contrarium tamen facit,quod dixi in d c discretionem in glo.in verbu,honestatem. sed solue, quod licet honestas impediat matrimonium contrahi cum ea,quam consanguineus fornicarie cognouit, non tamen est illa publica honestas, quæ descendit ex affinitate legitima.

12 Sed quæro qualiter computentur † gradus in affinitate. Butr. dicit, quod in quolibet genere computantur ad instar graduum consanguinitatis cum illis qui inuicem contraxerunt matrimonium, nam quoto gradu quis distat a iuncto toto gradu distat a iuncta, & econuerso, verbi gratia soror mea est mihi in primo gradu consanguinitatis,eodem modo erit ille qui contraxit secum matrimonium,& si consanguinea est mihi in secundo,tertio,vel quarto gradu,eodem modo secũ contrahens est mihi in secundo,tertio, uel quarto gradu,& sic de singulis.

13 Sed quæro,an † consanguinei uxoris,& consanguinei viri inuicem sint affines.dic quod non, vt supra eodem,quod super his,& ibi dixi.vnde dicit Ioan.And post Abb. potest reperire, quando quis contrahit matrimonium cum sorore fratris sui,vt si filius tuus ex prima uxore postquam ex secũda habuisti prolem contraxit cum filia ipsius secundæ uxoris ex alio matrimonio, & sic de si.

In glo in verbo,secundis nupt ibi in sponsa de futuro. Idẽ dic,& fortius in sponsalib de præsenti,quia maior honestas exigit,vt non ducam eam in vxorẽ, quæ fuit sponsa de præsenti consanguinei mei, ut abstineam ab ea quæ erat sponsa consanguinei mei de futuro,& hoc voluit glos. in fi.dum dicit,quod pu.hone.est sublata solum in casibus hic expressis,& non in aliis,& idem tenent Doct in cap sponsam,§ de spon & ibi dixi,& per hoc potes comprehendere verba But. nam publica honestas quæ oritur in casibus expressis, ut ca. vnico,de spon in sexto,& in ca vnico.de despon impu eo li. & in cap iuuenis,supra de spon & in cap. fraternitatis,supra tit.proximo,non est sublata, ex quo intelligitur sublata tantum in casibus hic expressis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium hodie licite contrahitur in quinto gradu cum prohibitio sit vsque ad quartum.*
2 *Simile remotum quandoque sufficit.*
3 *Constitutio noua tollens veterem debet de illa facere mentionem.*
4 *Mulier dicitur habere potestatem corporis mariti.*
5 *Coniugati parificantur,cum uemo sui corporis habeat potestatem.*
6 *Matrimonium illegitime contractum non potest iustificari ex præscriptione sequenti.*
7 *Matrimonium,an possit contrahi inter ascendentes,& descendentes.*
8 *Adam si resurgeret,non posset matrimonium contrahere.*
9 *Excommunicatus, an ex lege antiqua ea sublata etiam indigeat absolutione.*
10 *Actus gestus,an censeatur renouatus statuto renocato.*
11 *Præscriptio contra matrimonium spirituale currit,non contra carnale.*

1 §.Prohibitio. Nota primo, quod hodie † matrimonium cõtrahitur licite in quinto gradu, quia prohibitio matrimonii durat vsque ad quartum gradum.

2 Nota secundo. quod quandoque sufficit simile † remotũ ad hoc de offi deleg querenti.& sic sufficit arguere persuasiue & sic Papa arguit, dum dicit simile de quatuor humoribus quæ ratio non est multum vrgens, sed non est irridendum, ex quo est decisum per illum tex.& Ioan And.hic prosequitur multas quaternitates,de quibus dic,ut hic per eum, & dom.Card in 12.notabili.

3 Nota tertio, quod constitutio † noua tollens antiquam debet de illa facere mentionem. sed dic, quod hoc non est necessarium,vt in c j de consti. in sexto. sed omnino vide gl. ij in c.fi.de senten excomm in sexto.quæ dicit, quod Bonifacius non consueuit corrigere ius antiquũ quin faciat expressam mentionem,de iure antiquo.quod nota.quia per constitutiones Sexti nõ inducitur correctio iuris antiqui,nisi hoc appareat expresse videlicet,quia de iure antiquo fiat expressa mentio.

4 Nota secundo, quod † mulier dicitur habere potestatem corporis mariti,sicut econuerso,& nota.dicit text. corporis non animę,nam quantum ad animam si infidelis discedat, vt in ca.quanto,de diuor.

Et ex hoc infertur, quod fortius est matrimoniũ spirituale,quam carnale,quia matrimonium spirituale ligat animã, sed carnale ligat corpus.ad hoc de transla præla.cap.ij.sed in quibus differant.dic vt dixi in c.tuæ de spon.

5 Item dicas,quod † parificantur vir, & uxor in hoc,s. quod sicut mulier non habet potestatem sui corporis,ita nec uir: sed nõ sit in aliis,nam magis tenetur uxor seruire marito quam

econtra

econtra. vnde dicitur vxor famula viri 33. quæst. 5. hæc ima-
go, & c. mulierem, & vide quæ dixi in ca. dudum, de conuer.
coniug.
6 Nota vltimo, quod † matrimonium illegitimè contractū
non potest iustificari ex præscriptione sequenti. & hodie ta-
les contrahentes matrimonium illegitime scientes sunt ip-
so iure excommunicati. vt clem. j eod. titu.
7 Sed dubium, nunquid inter † ascendentes, & descenden-
tes possit contrahi matrimonium in hoc gradu, & sic nun-
quid dispositio huius § locum habeat in descendentibus, &
ascendentibus per lineam directam. Goff. in summa, eo. tit. §.
Item quæritur dixit, quod sic, & sic intellexit istum text. regu
lariter.
Sed contrarium tenuit Ioan. And. in glo. sua super arbore
affinitatis, & fuit originaliter dictum Hostien. in summa, eo.
titu. in prima parte § quæ consueuerunt, sub § qualiter q. ar-
bor. ver. nono quæritur, & istud etiam tenent Doctor. supra
eodem, tua, & ibi dixi. & Abb. Sic dicit, quod hæc opi. est ve-
rissima, quia tex. iuris ciuilis prohibent matrimonium inter
ascendentes, & descendentes in infinitum. & de hoc est tex.
in l. nuptiæ ff de ritu nup. & Insti. de nupt. §. j vnde glo. ibi di-
8 cunt, quod si † Adam hodie viueret non posset contrahere
matrimonium, quia omnes descendimus ab eo, & cum ius
ciuile non reperiatur expresse correctum, & sit fundatum su
per maxima honestate, non debemus per generalem dispo-
sitionem canonicam dicere contra. & dicit Abb. Sicu quod
pro hoc est bonum argumentum in c. ij. de despon. impu. di-
cit etiam, quod hæc quæstio propter breuem hominum ui-
tam raro practicatur.
In glo. in verbo, de cętero, nota glo. istam, quia potest seruı
re ad alios terminos. & dicit Abb. Sicu quod ex hac glo. po-
test inferri, quod si reuocatur statutum, non censetur reuo-
catus effectus causatus per statutum, nec videtur approba-
9 tus gesti contra antiquum statutum & ideo dicit, quod † ex-
communicatus ex antiqua lege indiget absolutione etiam
post legem reuocatam, quod intelligit procedere, nisi in re-
uocatione dicatur, quod antiqua lex debeat haberi pro inse-
cta, tunc enim omnes effectus antiquę legis est sublatus, ita
quod excommunicatus non indiget absolutione, vt est tex.
cum glo. singulari, in clem. j in verbo, pro infectis, de immun.
eccle. & istud etiam tenet Hostien. vt dicit Abb. Sicu. & dicit
has gl. sic intelligas menti tenendas. sed quantum ad primū
10 an si reuocatur statutum intelligatur † actus gestus reuoca-
tus secundum antiquum statutum. vide antiquam glo. om-
nino, in clem. & hi qui. in ver. in posterum, de æta. & quali. in
clem. j in glo. 2. de testa.
In ea in fi. Doct. communiter tenent hanc vltimam opin.
& placet Abb. Sicu. fauore matrimo. sed quid si duo coniun-
cti, an hoc c. fuerunt separati, an post hoc cap. emanauit, an
poterunt contrahere matrimonium inuicem. Vinc. Ioann.
And. dom. Card. & But. dicunt, quod non debent contrahe-
re propter incestum commissum. Nam ex quo, añ istam con
stitutionem prohibitum erat contrahi matrimonium inter
consanguineos, & affines vsque ad septimum gradum, vt in
c. ad sedem 35. q. 5. ergo illi qui contraxerunt ante hanc con
stitutionem in quinto, vel sexto gradu, commiserūt incestū:
sed incestuosi non debent contrahere matrimonium, si ta-
men contraxerint tenet matrimonium, vt in c. transmissa, su
pra titu proximo, & ista conclusio est Ioan. And. & scriben
tium. Non obstat ca. ab illo die 35. quæst. 6 nam illud iuramē
tum de non sociando se cum illa, cum qua matrimonium
per ecclesiam fuit separatum, debet intelligi durante illo im-
pedimento, & sic refertur ad illicitum, non autem ad licitū.
ita dicit But.
11 In gl. fi. dic, quod licet non currat † præscriptio contra ma
trimonium carnale, tamē currit contra matrimonium spiri
tuale quantum ad effectum, ut perdatur ius prælaturæ, uel
ius ad beneficium, licet possidens per præscriptionem non
efficiatur prælatus, nec acquirat iua in beneficio. & de hoc
est glo. singularis in c. contingit, de dolo & contuma. in ver.
glo. magna ver. sed nunquid idem iuris est in spirituali, & sic
limita c. j. de regu. iur. in sexto quod tene menti. dixi in c. tuę,
supra de sponsa. vbi posui differentias inter matrimonium
carnale, & spirituale.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contrahere potest distans a stipite quarto, uel ulteriori gra*
du, cum distante a quinto, vel ulteriori gradu.
2 *Regula magistrorum approbata pro iure haberi debet.*
3 *Regula infallibilis in computandis gradibus in linea transuersali, hic po-*
nitur.
4 *Differentia inter ius ciuile, & canonicum, quo ad graduum computatio-*
nem, cum declaratione.
5 *Graduum affinitatis computatio, quo ad matrimonia fit secundum ius ca*
nonicum, secundum ius ciuile, quo ad hæreditates.
6 *Personæ existentes in gradu æquali, dicuntur esse in gradu, non autem di-*
stare gradu.

CAP. IX.



VIr qui Distans a stipite quarto, vel ulteriori
gradu cum distante a quinto gradu,
1 vel vlteriori † matrimonium contrahere potest.
h. d. cum glo. non diuiditur, quia diuiditur vnico
constructu.
2 Nota primo, quod † regula magistrorum approbata iu
re debet haberi pro iure. secus ergo si non esset expresse a iu-
re approbata. facit de consecr. dist. ego solus, & an standum
sit regulæ, seu dictis Doct. vide Ioan. And. in cap. j. de constit.
& Abb. Sicu. in c. Capellanus, de feriis.
3 Nota secundo regulam † infallibilem in computandis gra
dibus in linea transuersali, seu collaterali, nam quoto gra-
du quis remotior est a stipite &c. vt dicitur in litera, & proce
dit hæc regula, secundum Abb. Sicu quod est etiam de men
te gl. magnæ hic, & Doct. in linea transuersali inæquali. exē-
plum in patruo, & nepote, nam isti sunt in linea inæquali,
quia nepos descendit per vnum gradum. vnde vbi linea nō
est ęqualis semper fit computatio a remotiori. Si vero sunt
in linea ęquali. exemplum in filiis duorum fratrum non est
uis, vnde fiat computatio, & istę duę regulæ procedunt, quo
ad computandos gradus inter collaterales. Sed respectu ascē
dentium, & descendentium regula est, quod quot sunt perso
næ tot sunt gradus dempto stipite. & ideo dicitur stipes, quia
filius est ex sanguine patris. vnde non fit descensus per duos
gradus, sed tantum per vnum, de quo plenius in arbore cō-
sanguinitatis pone exemplum, est pater filius, & nepos hic
sunt tres personæ, s. stipes filius, & nepos, sunt ergo duæ per-
sonæ pręter stipitem: nepos ergo qui est secunda persona erit
4 in secundo gradu, quo ad auum, & ista est † differentia inter
ius ciuile, & canonicum, quia secundum ius ciuile stipes fa-
cit gradum, sed non de iure canonico, & ideo de iure ciui-
li duo fratres sunt in secundo gradu, de iure canonico fi-
lii duorum fratrum sunt in gradu secundo, sed de iure cano
nico fratres sunt inuicem in primo gradu, & filii duorū fra-
trum sunt in secundo, & pro clariori doctrina dic quod tres
sunt lineæ, s. ascendens descendens, & collateraliū, siue trans
uersalium, verbi gratia, pater auus proauus, & sic de singulis
est linea ascendens, filius nepos pronepos descendēs est, sed
duo fratres inter se faciunt vnam lineam transuersalem va-
de descendentes ex duob. fratribus, quo ad stipitem sunt duę
lineę descendentes, sed inter se sunt collaterales, seu transuer
sales, & sic duæ lineæ descendentes faciunt vnam transuer-
salem, vt dicit glo. prima, supra eodem, quod dilectio. vnde
quot personæ reperiuntur gradatim descendere ex stipite
faciunt tot gradus, sed stipes non cōputatur in gradu, quia non
facit gradū de iure canonico, licet secus sit de iure ciuili. itē
quo ad lineam transuersalem quoto gradu quis distat, seu re
motior est a stipite, toto gradu distet a quolibet descendente
per aliam lineam. exemplum, Isaac habuit duos filios, scili-
cet Esau, & Iacob, quilibet ex ipsis habuit descēdētes, & sic
constituerunt duas lineas, modo quoto gradu distet persona
posita in altera ex lineis a stipite, eodem gradu distat a quoli
bet descendente per aliam lineam, vt puta, Iacob habuit fi-
lium, nepotem, & pronepotem, pronepos Iacob distat ab
Isaac, qui est stipes quarto gradu, quia quatuor personæ per
gradus successerunt ab Isaac, & sic quarta persona distat ab
Isaac quarto gradu, ergo eodē gradu distat ab Esau, & a quo
libet descendente ab ipso Esau. sed de iure ciuili, quia stipes
facit gradum quęlibet persona descendens ex transuersali
adiicit gradum, verbi gratia, duo fratres de iure ciuili sunt
in secundo gradu, de iure canonico in primo, filius ex fratre,
quo ad patruū de iure ciuili est in tertio gradu, de iure cano-
nico in secundo. item filii duorum fratrum sunt inuicem de
iure ciuili in quarto gradu, de iure canonico in secundo, &
sic de singulis. de his vide tex. 35. quæstio. quinta, ad sedem.
qui tex. declarat differentiam quæ est inter ius canonicum,
& ciuile quo ad computandos gradus, & habetur Insti. de
grad. per totum. sed glo. no. eodem titulo. § hactenus. dicit,
5 quod † computatio gradus, quo ad matrimonia est facien-
da secundum ius canonicum, sed quo ad successiones, vel hę
reditates facienda est computatio secundum ius ciuile, vn-
de agnatus succedit agnato ab intestato usq; ad decimū gra
dum, sed cognatus cognato usque ad sextum, uel septimum
gradum,

gradum, vt in § finali Institu. de success. cogn. hodie autem non fit differentia inter agnatos, & cognatos, vt in Authen. de hered. ab intest. §. nullum & ideo glo. in dicto § finali. dicit, quod cognatus hodie succedit cognato vsque ad decimũ gradum, modo ista computatio gradus, quo ad hãc successionem ab intestato est facienda, secundum ius ciuile, quod tene menti.

In glo. magna. ista glo. est magistra, & quotidie ad eam recurrimus, quando quæritur de computatione graduum parentelæ.

6 Et nota ex ipsa, quod † personæ existentes in gradu æquali dicuntur esse in gradu, non autem distare gradu, sed personæ distantes existentes in gradu inæquali, dicũtur distare gradu, & ad quæ dixi s. eodem, tua, in secundo notabili.

De frigidis, & maleficiatis. Rubrica.

¶ Viso de pluribus impedimentis matrimonii, quia frigiditas, maleficium, & generaliter impotentia coeũdi, sunt impedimenta matrimonii, ideo post Rubricas præcedentes subijcitur ista, & de materia habetur trigesima tertia, quæstio. prima, per totum, sed oppo. nam videtur, quod hæc Rubrica sit superflua in eo quod dicit de impotentia coeundi, sufficiebat enim dicere de frigidis, & maleficiatis, quia solum de his duobus tractari videtur infra eodem titulo, dom. Cardinal. & Abb. Sic. soluunt duobus modis.

Primo modo, quod vltra frigiditatem, & maleficium sunt etiam alii modi impotentiæ, puta si uir est sectus, vel caret virilibus, uel mulier est arcta, vt infra eodem, fraternitatis.

Secundo modo soluunt, & dicunt, quod immo auctor potuit addere illud tertium ad denotandum, quod sufficit allegare impotentiam coeundi, pro quo facit infra eodem titu. capitu. secundo, & capi. finali, & in his videbitis, & quia aliter disponitur in frigido, & aliter in maleficiato, & aliter in alia impotentia coeundi, ideo auctor voluit omnia ista in Rubrica specialiter attingere, & de his omnibus, etiam tractatur in nigro.

SVMMARIVM.

1 *Maritus potest proclamare, & petere separationem matrimonij etiam ex impedimento de se proueniente.*
2 *Maleficiatus potest petere diuortium, ut cum alia contrahat, quia regulariter omnes mulieres potest cognoscere excepta illa, cum qua contraxit.*
3 *Confessioni coniugum, circa impotentiam coeundi plene non statur, vnde requiritur alia probatio.*
4 *Missus etiam dicitur Vicarius.*
5 *Vir dicitur caput mulieris.*
6 *Paria sunt quid fieri statim, vel spatio duorum mensium.*
7 *Frigiditas ubi probari non potest per signa vrgentia, tunc expectatur triennium.*
8 *Mulier post cohabitationem cum uiro auditur pro separatione si adhuc reperiatur uirgo.*
9 *Iudex qualis esse debet in iudicando frigiditatem.*
10 *Matrimonium separatur, quo ad omnia propter frigiditatem si uenter ad iugum est in dolo.*
11 *Oculus plerunque fallitur.*
12 *Perita inspectrices sufficiunt, licet non sint peritissimæ.*
13 *Mulier quandocunque ante consummationem matrimonij potest ingredi religionem.*
14 *Notitia superueniens, quod res sit alterius, an post præscriptionem obliget præscribentem ad restituendum.*
15 *Viro asserente impotentiam, & uxore negante, an credatur potius mulieri.*

CAP. PRIMVM.



Cceplsti. Hæc decretalis difficilis est in sui intellectu, & cõmuniter non summatur propter varietatẽ intellectuum, & tria habet dicta. secũdum ibi, illa autem, tertium ibi, si autẽ statim.

1 Nota primo, quod † maritus potest proclamare, & petere separationem matrimonii etiam ex impedimento ad se proueniente: interest enim sua, vt separetur si non est verum matrimonium inter eos, ut non teneatur ad onera matrimonii, Sed dic, quod aut ille qui est impotens petit diuortium. & tũc si dicit, quod uult cum alia contrahere non auditur, ut in c. de his requisisti. 33. q. 1. sed si petit diuortium, quia non vult sustinere onera matrimonii, tunc bene auditur, ita intelligitur hoc c. & de hoc vide glo. quæ hoc dicit in d. c. de his requisisti, in verbo, id circo, quę incipit, quasi dicat, sed alius coniunx qui est frigidus bene auditur, vt hic in ver. fin. & j. eo. ca. fi. & hæc omnia dicit gl. prædicta, & probatur etiam in d. ca. de his requisisti, & puto, quod illa glo. procedat in frigido, secus in maleficiato,
2 quia † maleficiatus potest petere diuortium ad finem, ut cõtrahat matrimonium cum alia, quia maleficiatus potest regulariter cognoscere omnes mulieres excepta illa, cum qua contraxit. & ad hoc facit c. si per sortiarias. 33. q. 1. & ꝙ not. glo. j. eo. fraternitatis, in verbo, diuinum miraculum.

3 Nota secundo, ꝙ † confessioni coniugum super impotentia coeundi plene non creditur, vnde requiritur alia probatio, vt possit fieri separa. sententia. ad hoc facit c. super eo, de eo, qui cognouit consan. vxo. suæ.

4 Nota tertio ibi, missum dominicum, iuncta glo. 3. quod † missus dicitur vicarius episcopi, sed alibi missus appellatur nuntius. sed ex hoc arguit Vinc. quod Vicarius episcopi sine speciali mandato possit cognoscere de causa matrimoniali, nam ista causa est ciuilis, & de talibus cognoscere potest ex mandato generali, vt in c. ij. de offi. vica. in sexto.

5 Nota quarto, quod vir † dicitur caput mulieris. pro hoc c. cum apud. 33. q. 5. cum simi.

6 Nota quinto, & vltimo in ver. si autem, quod † paria sunt aliquid fieri statim, vel j. duos mẽses, & ex hoc arguit Ab. antiquus, ꝙ emphyteuta qui canonem non soluit per bienniũ si est emphyteuta ecclesiæ, vel per triennium si est emphyt. priuati potest sibi consulere soluendo infra duos mẽses, quasi dicatur j. modicum tempus, seu statim purgasse moram si soluit infra duos menses, sed de hoc dic, ut in c. potuit, de locat. & quoniam Doctor. multum inuoluunt materiam huius cap. ita quod potius intricent, quam declarent intellectum ea. ideo breuius pertransibo referendo illa quæ refert Abb. Sicu. & aliqua addendo quæ uidebuntur.

Vnde contra istum tex. in principio oppo. d. c. laudabilem infra eodem, vbi dicitur, quod si allegatur frigiditas debent simul cohabitare per triennium postmodum iurare cum septima manu propinquorum, sed hic nihil dicitur de triennio, ergo &c.

Item contra ver. illa autem, videtur tex. in cap. fi. j. eo. vbi mulier fuit audita post octo annos allegans impotentiam mariti, sed hic videtur innui contrarium. vnde Ab. Sic omissis dictis Innoc. & Doct. qui multum inuoluunt in hoc articulo dicit, quod primum c. debet intelligi, quando ambo coniuges confitentur impedimentum, & potest probari impedimentum per aliqua signa frigiditatis, & cum iuramento propinquorum, s. vt coniuges iurent de ueritate consanguinei, de credulitate, s. ꝙ credunt illos verum iurasse. pro hoc vide glo. antepenul. infra eodem, facit, de purg. can. quoc his concurrentibus potest matrimonium separari incontinenti nõ expectato lapsu triennii, nam illud triennium requiritur, vbi
7 † frigiditas per aliqua signa vrgentia probari non potest, & hoc innuit tex. in dicto cap. laudabilem, ibi, si frigiditas prius probari non possit. & sic intelligit Abb. Sicu. illa verba posita in isto tex. ibi verum iudicium, nam tria sunt argumenta ad probandum impotentiam.

Primum aspectum corporis, vt infra eod. fraternitatis, nã sicut mulier potest inspici, ita & masculus.

Secundum est argumentum cohabitatio triẽnii, iuxta formam d. c. laudabilem. & dicit Abb. Sicu. quod debemus intelligere, quod iste tex. appellet verum iudicium, quando vltra iuramenta propinquorum affertur probatio per signa impotentiæ, licet glo. prima hic aliter videatur dicere. sed ipse dicit, quod ista non est sufficiens probatio, vt debeat fieri separatio ante triennium, & hoc dicit aperte probari infra eod. laudabilem.

Sed tu dic, quod pro glo. est communis opin. nam Innoc. in d. cap. laudabilem, intelligit versic. si autem. ibi positum, quod quando vterque confitetur impedimentum matrimonij, potest separari matrimonium statim ad iuramentum coniugum propinquorum, & illum intellectum Inno. communiter sequuntur ibi, licet Abb. Sicu. teneat ibi contrariũ, & ideo si ille intellectus communis in dicto ca. laudabilem, versicu. si autem est iuratus, & glo. hic est uera, nam est posita super principio. ca. si quando vterque confitetur impedimentum, ibi tamen dicam, quæ opi. sit verior. & istã gl. debères tenere in practica, ex quo communiter Doct. sequuntur ipsam, & propter hoc habes declaratũ qualiter debet intelligi prin. huius c. Sed ver. illa autem, debet intelligi, qñ mulier cõfitetur impedimentũ, sed uir negat, nec mulier proclamauit

in exordio matrimonii:tunc enim concurrunt duæ præsum pnones contra mulierem.

Prima,quia tarde proclamauit.Secunda, quia vir dicit eã cognouisse,non debet mulier audiri sed Abb.Sic. intelligit, quando mulier non potest veraciter probare intentionem suam,licet aliqua signa adducat:tunc enim debet excludi.ſ vt non audiatur petens separationem de præsenti, sed post
8 cohabitationem triennii bene audiretur, si probat per aliqua signa,puta,quia adhuc reperitur virgo,& offertur iuramentum cum septima manu propinquorum.& hoc probatur infra eodem,laudabilem.& istud etiam tenet dom. Cardin.dicit enim,quod iste ver.ille autem,debet intelligi,quod non auditur,nisi post triennium,vt infra eodem, laudabilẽ. potest etiam intelligi iste uer.quando mulier erat corrupta: nam tunc de facili non potest probari impedimentum mariti.vt dicit Abb.Sic sed vide glo.quæ etiam ita intelligit 33. quæst.j.si quis acceperit.ver.si autem,loquitur, quando mulier in nouitate proclamauit,& per aliqua signa potest probare impotentiam mariti,tunc enim debet audire inconntinenti prout dictum fuit in principio, vnde discretus debet
9 esse † iudex,& semper potius exigere superfluas probationes quam defectiuas,cum agatur in separatione de periculo animarum,vt dicit Inn.vnde quandoque exigit duo ex illis tribus argumentis,quandoque omnia tria,quandoque sufficit vnicum si est necessario concludens. exemplum, si ex toto utilia sunt amputa marito, nam tũc frustra requiretur alia probatio.Item iste tex.loquitur in impedimēto frigiditatis, sed in impedimento maleficii ad minus debent cohabitare per triennium,quia cum illud impedimentum non sit naturale,sed accidentale,potest tempore remoueri,vt in c.laudabilem,& in capit.fina infra eodem,& hæc sufficiant,quo ad hoc,licet multa,& varia scribantur hic per Doct.

In glo.j.hæc glo.vult,quod verbum appellatur hic iuramētum coniugum cum septima manu propinquorum,sed Ab. Sicu.dicit,quod sibi non placet hęc expositio. vnde dicit ipse, quod aut coniuges volunt incontinenti separari, non expectato triennio,& tunc oportet, quod impedimentum probetur per iustum iudicium, idest per aspectum corporis, ut saltem appareant aliqua euidentia signa impotentiæ, & tũc cum iuramento proprio,& propinquorum potest fieri separatio,& dicit,quod tacite hoc sensit Ab.antiquus, & ad hoc adducit capitu laudabilem, sed intellectum quem ibi tenet infra eodem, vbi rectum iudicium imponitur pro remedio separatio a iuramento propinquorum,sed hæc glo.est signata in primo responso huius capi.ſ. quando uterque confitetur,quo casu ante triennium per iuramentum proprium potest separari matrimonium,vt in dicto c.laudabilem,ver.si autem,& ille uer.communiter ita intelligitur per Doc.& ibi dicam,licet Abb.Sic.dicit,quod est de mente Ioan. And. ꝙ primum matrimonium debet restaurari,quo ad vinculum, ex quo nunc apparet de impotentia uiri,sed quo ad thorum seu respectu mutui seruitii,dicit,quod est seruãda distinctio præcedens,videlicet,si solus maritus fuit in dolo possit vxor petere separationem, quo ad thorum propter adulterium commissum cum illa alia muliere; si uero non fuit in dolo,
10 vel uterque non fuit in dolo,tunc † matrimonium reparabitur,quo ad omnia prout infra eodem,fraternitatis, & in ca. pen.& ultimo,j̃.de adult.

In ca glo ibi,item arg.contra 33.quæst.prima, si per sortiarias,dic quod glo.bene dicit & uide glo. quæ magis declarat hoc j̃.eodem,fraternitatis,in verbo, diuino miraculo, & ibi dicam.

In glo.in verbo,capite idem dicit glo.33.quæst.j. si quis acceperit,nam illa glo.intelligit istum tex.in uer.illa autem, & muliere corrupta,& dicit, quod si esset uirgo, quod potius deberet credi inspectioni, quam facit per aspectum corporis,quam dicto uiri, qui asserit se eam cognouisse, dicit tamen, quod nisi mulieres essent peritissimę,potius esset credendum viri sacramento,quia illa res est occulta,& non par
11 ua uisui, & † oculus plerunque fallitur,vigesimaseptima q. prima,nec aliqua,& illa glo.multum fuit allegata anno præterito in quadam causa Veronensi.sed tu dic, quod sufficit,
12 quod sint † peritę,etiam si non sint peritissimę,& de hoc est tex.infra eodem,cap fi & ibi dicam de qualitate istarum matronarum,& quod debent interuenire ad inspiciendum, an mulier sit virgo.

Sed aduerte,quia glo.& ista quæ est hic,uidentur intelligere istum textum,in versi illa autem,nisi per aspectum corporis probaret se uirginem,potest intrare religionem.

Sed Doctor.communiter intelligunt, quod ille uersi.habeat locum etiam si per aspectum corporis velit probare se virginem, & ideo dic, quod aut mulier petit separationem matrimonii cum alio viro,sed vt intret religionem, & tunc si per aspectum corporis probat se virginem potest intrare religionem,vt in capitu.pennltimo.supra de probatio & in capitu.proposuisti,secundum vnum intellectum, eodem ti-
13 tulo.ratio est,quia potest † mulier quandocunque ante consummationem matrimonii ingredi religionem, ut in cap. ex publico,& in capitu.verum.de conuersat. coniug.& hoc modo procedit hæc gl.& in dicto capitulo.si quis acceperit. trigesimatertia,quæstione prima. aut vult probare se uirginem per aspectum corporis ad fin. vt contrahat matrimonium cum alio,& tunc non auditur, quia per hoc non concluditur necessario impotentia uiri: sed si uellet probare se virginem & euidentem impotentiam mariti ostendere, puta,quia esset sectus,& tunc non auditur,infra eodem,laudabilem,in principio. aut ostendit aliqua signa, sed non euidentia necessaria.frigiditatis,& tunc aut mulier non damnauit in ipsa nouitate, & tunc non auditur, sed tenetur expectare usque ad triennium,vt infra eodem,laudabilem,& supra dixi,& sic debet intelligi ver.illa autem.aut in ipsa nouitate proclamauit, & tunc auditur, nec tenetur expectare triennium,vt hic,in versi.si autem.sed si nulla signa frigiditatis apparent,indistincte teneretur expectare triennium,ut infra eodem,laudabilem,& hoc ultimum tenet Abb. Sicu. ibi,& ex his habes declaratam materiam capit.satis intricatam.

In gl.in ver.tacuit,hæc gl.non bene dicit,quod hoc ca.est correctum,non debet intelligi,ut supra dixi.

14 In ea.gl in fi an † notitia superueniēs,ꝙ res fuerit alterius post præscriptionem completam obliget præscribentem ad restituendam rem,quam præscripsit,dic ut per Doc.in c.vigilanti, de præscr &in c.quia plerisque,de immu.eccle.

Glo fina.bene dicit,& qualis probatio requiratur ad hoc ut fiat separatio matrimonii, quando sumus in casu in quo conceditur,quod petatur separatio matrimonii. vide in ca. laudabilem,& in cap.fi.j̃.eod.

Extra glo. quæro, pone, quod † vir dicit se impotentem vxor vero negat.Hosti.dicit,quod debet credi mulieri, quæ stat pro matrimonio,argumentum de clandest.despon. capitu.primo.& de re iudica.c.fi.

Item quia mulieres consueuerunt pati stimulos carnis,vt in capitu.fina.de eo,qui cogno. consangui.vxoris suæ. vnde non est verisimile,quod vellet stare cum impotente, ad hoc facit finis huius cap.

Item cum sit rea uiro nihil probante debet mulier absolui,vt in capitu.primo,vt ecclesia benefic. vnde tenetur probare se impotentem,aliter non separatur matrimonium.Sequitur capitulum,Quod sedem.

SVMMARIVM.

1 *Impotens ad copulam est impotens ad matrimonium.*
2 *Puer dicitur qui non potest generare.*
3 *Impotentiam allegare sufficit absque specificatione qualitatis eius.*
4 *Impotentia temporalis tantum operatur quo ad tempus, quantum perpetua in perpetuum.*
5 *Spadones, & castrati, an matrimonium contrahere possint.*
6 *Affinitas, an contrahatur per copulam castrati, cum mulierem penetrare possit.*
7 *Matrimonium, an dissoluatur si ante copulam carnalem uir fuerit castratus.*

C A P. II.

1 QVod sedem. Impotens † ad copulam est impotens ad matrimonium contrahendum, siue sit impotentia ętatis,siue naturæ. hoc dicit.

In prima decisum exordium.

In secunda inducit simile.

In tertia sol.quæsitum. Secunda ibi, sicut. Tertia ibi, sic qui.

2 Nota,quod dicitur † puer,qui non potest generare,& sic dicitur puer vsque ad decimumquartum annum, si est masculus, & si est fœmina usque ad duodecim,de quo uide pulchram glossam, quæ distinguit omnes ætates in procœmio Texti.

3 Nota secundo argumentum,quod sufficit allegare † impotentiam absque eo, quod specificetur qualitas impotentiæ,& de hoc uidebitis infra eodem,c.fi. ubi est casus secundum unum intellectum.

Nota

4 Nota vltimo, quod tantum operatur temporalis † impotentia, quo ad tempus, quã ſi perpetua in perpetuum, vt ſtatim in parificatione, quæ fit inter puerum, & impotentem.

In glo fi. dic, quod dicunt Cardin. Butr. Abb. Sic. & Docto. quod aliquando aliqui ſunt, ita decrepiti, vel inſenſati antiquitatis, quod omnino certum eſt eos non poſſe moueri aliquo beneficio naturæ ad coitum, vt ſunt aliqui qui propter antiquitatem ad puerilem ſenſum deuenerunt, & ad totalẽ impotentiam, & tales non poſſunt contrahere matrimoniũ ſicut nec pueri, nec infantes, & hoc dicit Bur. Si autem non eſt certum, quod totaliter ſint impotentes poſſunt contrahere matrimonium propter humanitatis officium, vt dicit glo. hic, & intelligo humanitatis officium, ideſt vt ipſis ſenib. matrimonia contrahentibus ſubueniatur in ſuis neceſſitatibus, vt dixit glo. vigeſimaſeptima, quæſtio. prima, nuptiarum in ver. in quibuſdam. & dicit ibi gl. quod non reperitur adeo ſenex qui caleſcere non poſſit naturali artificio. & ex hoc ſequitur, quod ſi eſſet omnino inutilis ad copulam propter ſenectutem, ita quod nec medicinis, nec alio remedio poſſit reddi idoneus, quod non poſſet contrahere matrimonium, vt dicit Butr. Aliqui, & ſecundo, ſunt impediti maleficio, & de his habetur infra eodem, capitu. fina. & in capitũ. fraternitatis, in glo. in verbo, diuino miraculo. Aliqui, & tertio ſunt frigidi, & de his uidiſtis ſupra capitu præcedenti, & uidiſtis infra eodem, laudabilem. Aliqui, & quarto ſunt ſecti, ſicut ſunt ſpadones qui totaliter carent virga, & teſticulis, & illi non poſſunt contrahere matrimonium. & ad hoc facit capit. illi, qui, 32 quæſtione ſeptima, a contrario ſenſu. & ita intelligo glo. hic, dũ loquitur de ſectis. Aliqui, & quinto ſunt ſpadones, ideſt ex poſtfacto caſtrati, & carentes vtroque te-
5 ſticulo, & de his † dubitat gloſ in dicto capitu. illi qui, & illa glo. videtur dicere, quod ſi habet uirgam erectam, licet non poſſit ſemen emittere propter impedimentum naturale, vel accidentale, quod talis poſſit contrahere matrimonium, cũ poſſit mulierem prouocare, ſed communiter Doctor. ut dicit Butri. & Abb Sicu tenent contrarium, ſcilicet, quod non poſſint contrahere matrimonium, nam ex quo talis nõ poteſt generare, vxor poteſt dicere, ego volo eſſe mater, ut in capitu. ſequen. & hoc etiam tenuit Alanus Vinc & do Cardi. & Ray. in ſumma, de impoſſibilitate coeundi. §. videmus. Aliqui, & quinto carent altero teſticulo tãtum. & tales poſſunt contrahere matrimonium, & ita debet intelligi, l ſi ſerua §. ſpadoni. ff de iure dotium. Ex his dic, quod aliqui ſunt impotentes ad copulam animo, & corpore, aliqui animo tãtum, aliqui corpore tantum, & de hoc vide 33. quæſtio. prima, in ſumma.

Sed quæro, nunquid ſi per coitum caſtrati mulier prouocatur ad reſoluendum ſperma, an contrahatur † affinitas, vide Archidia. in dicto cap. illi qui, trigeſimaſecunda, quæſtio. ſeptima, & iſta q deciditur ex his quæ dixi in c. fraternitatis, de eo qui cogno. conſan. vxo. ſuæ.

7 Vltimo quæro, quid ſi quis poſt contractum † matrimonium caſtratur vtroque teſticulo, ante tamen copulam carnalem, dic quod matrimonium non diſſoluitur, & hoc probatur in dicto cap. illi qui, & idem tenet ibi Vgu. & Archid. & But hic, quod eſt verum, niſi caſtratus intraret religionem non tamen eſt compellendus, vt intret. tenebit ergo illam, quo ad alia ſeruitia, vigeſimaſeptima, quæſtio. prima, nuptiarum, & 33 quæſtione quinta, quod Deo pari.

S V M M A R I V M.

1 *Impedimentum naturale immedicabile, quo ad copulam, matrimonium impedit*

2 *Matrimonium de præſenti non ſeparatur, niſi per ingreſſum religionis.*

3 *Vir ſi intulit uim mulierem coeundo ſponſalibus validis præcedentibus, & ex tali coitu mulier infirmata poſtea ita eſt, ut amplius cognoſci non potuit, an ſoluere poſſit tale matrimonium,*

C A P. III.

1 Ex literis. Naturale impedimentum † ad copulam irreparabile arte medicorum matrimonium impedit, & dirimit. h. d. Communis diuiſio. Secunda ibi, reſpondemus.

Nota quod ad ſeparandum matrimonium, non ſufficit quodlibet impedimentum ad coitum, niſi ſit tale, quod arte medicorum reparari non poſſit. intellige nõ poſſit, ſ. abſque periculo corporis, vt dicit hic gl. & eſt tex. infra eodem, fraternitatis.

In glo. j in fi. hæc glo. relata ad tex. vult, quod impedimentum accidens poſt matrimonium contractum, licet nondũ conſummatum non tribuat facultatem ſeparãdi matrimo-
2 nium, quod eſt no ſecundum Abb. Sic. & ideo eſt, quia † matrimonium de præſenti, quod ſemel tenuit nõ reperitur poſſe ſeparari, niſi per ingreſſum religionis, ut in ca ex publico, & in c. ex parte tua, de conuer. coniug. dicit tamen Abb Sic. quod credit, quod ſit ſufficiens cauſa. ut Papa poſſit illud ſeparare ſi multũ timeretur de incontinentia ſani. ad hoc, quod no. in d. c ex publico.

3 Sed quæro, quid ſi contractis ſponſalibus validis vir † intulit vim, & contra naturam, & aptitudinem mulieris ampliauit, & pro tunc cognouit carnaliter, & poſtea mulier morbum incurrit, ita quod non potuit amplius cognoſci. do. Ia. de Zocchis dicit, quod per talem copulam ſponſalia valida tranſiuerunt in matrimonium de præſenti, quare licet non poſſit cognoſci per virum, vel per aliũ non ſoluitur tale matrimonium, & hoc mihi placet, quia tale impedimentum ſurrexit poſtquam ſponſalia tranſiuerunt in matrimonium de præſenti. vnde non diſſoluit illud matrimonium præſumptum. ſicut non diſſolueret matrimonium verum, nam matrimonium præſumptum tantum operatur quantum uerũ, ut in c is qui, de ſpon ſecus dicerem ſi poſt contracta ſponſalia de futuro antequam mulier ſit cognita a uiro efficiatur arcta, nam tunc diſſoluuntur ſponſalia, vt in c. quemadmodum, de iureiuran.

In glo in verbo, ex natura. Abb. Sic. dicit idem eſſe ſi impedimentum fuit accidẽtale, dummodo præceſſerit matrimonium pro hoc c præcedens, & c ſeq. in quibus ſolum conſideratur impotentia coeundi, & hoc etiam tenent Doc in c. proximo vbi dicam.

Nunquid autem ſi non apparet, an impedimentum præceſſerit matrimonium, vel poſtea fuerit ſecutum, an præſumatur præceſſiſſe dicam infra co. fraternitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Contrahens matrimonium cum impotente ad copulam ſcienter, non ſeparabitur.*

2 *Matrimonium uerum cum impotente ad copulam, conſiſtere non poteſt.*

3 *Contrahens matrimonium ſcienter cum impotente, deinde cum alia potente, qualiter procedere debeat.*

4 *Impotentia ad coitum non ſpecialiter, ſed generaliter ſumitur.*

5 *Vxor impotens, ut ſoror habenda.*

6 *Sacerdos licite alere poteſt vxores, & filios de bonis eccleſiæ.*

C A P. IIII.

1 Conſultationi. Contrahentes † ſcienter cum impotente ad copulam, ab ea non ſeparabitur. h. d.
In prima conſulatio.
Secunda reſponſio. Secunda ibi, taliter.

Nota q cum omnino impotente ad copulam, non poteſt
2 conſiſtere verum matrimonium, † nam deſinit cauſa inſtitutionis matr. quia neq; propter ſpem ſobolis, nec vt euitetur fornicatio tale matrimonium poteſt dici contrahi. & ideo dicunt hic Doc. & bene, q ſi parens qui prius contraxit matrimonium cum impotente contraheret cum alia, teneret matrimonium cum ſecunda, non obſtante, q eſt obligatus ad morandum cum prima tanquam cum ſorore. ſimile in eo, qui contraxit cum minore, nam licet ſit obligatus ad expectandum donec minor perueniat ad maiorem ætatem, ut in c de illis, de deſpon. impub. tamen ſi interim contraheret cum alia teneret matrimonium. & dicit gl ibi, & Doct. facit c. ſicut, de ſpon. Item in tex. debet intelligi, quando quis contrahit ſcienter cum impotente, ſecus ſi ignoranter, quia tũc non teneretur habere illã, vt ſororem, ſed licite poſſet petere ſeparationem matrim. vt in c ſeq præcedenti, & ita ſumatur iſtum tex. & tenet gl. hic, & communiter Doct.

3 Sed quæro pone, quod quis contrahit † matrimonium cũ muliere impotente ſcienter. Item contraxit matrimonium cum alia muliere, nam tenet matrimonium, vt ſupra dixi, ad quid tenebitur iſte primæ mulieri, cũ qua contraxit ſcienter Inn. Hoſt. & communiter Doct. dicunt, quod potens ſemper tenebitur alere impotentem, cum qua ſcienter cõtraxit matrimoniũ. & dicit Ab. Sic. eſſe bene notan. plus ẽt dicunt Do. q ſi timeẽ de fornicatione potẽtis poterit eccleſię ſubuenire dando licentiã cum alia ꝯhendi, ex quo cũ prima nõ eſt

verum matrimonium remanebit,tamen obligatus ad alen-
dum primam , & etiam si non petit licentiam contrahendi
cum alio episcopus debet prouidere,vt ɔ̄hat matrimonium
cum alia ad hoc,vt euitetur fornicatio , omni tñ casu tene-
bitur primam alere,secundum Doct.de hoc vide Hostien.in
summa,cod. titu § quæ impotentia,& §.hæc autem omnia.
4 Secundo quæro, in qua † impotentia verificatur iste tex.
quidam voluerunt intelligere , quando mulier est multum
arcta,sed Doct.communiter intelligunt in quacunque im-
potentia etiam si accidentaliter proueniret ante contractũ
matrimonium,& hoc placet Abb. Sicu. quia est eadem ra-
tio in quocunque impedimento .
Quæro vltimo,quid intendit dicere tex.dum dicit,ꝙ talis
qui scienter contraxit cum impotente debet habere eam ,
5 vt † sororem dicit Io.And.quod secum debet caste viuere, si-
cut cum sorore,nam quemadmodum veri cõiuges possunt
promittere continentiam,simul morãdo 33.q 5.quod Deo
pari.Ita & isti poterunt simul morari in incontinentia, & ꝓ
hoc Abb.Sicu.inducit tex 31.dist.omnino.vbi Paulus de vxo
ribus apostolorum dicit , nunquid nõ habemus potestatem
circumducendi mulieres sorores &c. nam coniuges appella-
bantur sorores,in quibus nõ exercebatur carnale commer-
cium. & dicit Abb.Sic.quod putat,quod ita accipiatur hic.
6 tu autem bene notabis illud c.omnino,iuncta gl. † quod sa-
cerdos licite potest alere de bonis ecclesiæ vxores, & fillos.
ad idem vide text.& glo in capitu.primo,de cohabita.cleri-
corum,& mulierum.quod tamen intellige dũmodo egeant
nec faciant eos diuites.vt ibi dicit glo.& Docto. & hoc non
solum procedit in filiis natis ante clericatum,sed etiam in fi
liis natis per illicitum coitum,nam licet clericus malefaciat
tamen ex quo geniti sunt non sunt perdendi,sed eis tamquã
pauperibus est subueniendum pro hoc cap.cum haberet.de
eo,qui dux.in ma quam polluit,& hoc tenet Abb.Sicu.in d.
cap 1 de cohabita.clericorum,& mulierum .
In glo.fi ibi si præcepit iudicandum.dicit Abb.Sicu.quod
gl non procedit,quia si sententia est lata seruato iudiciario
ordine tenentur alii iudicare,sicut Papa iudicauit,vt in cap.
in caulis,de re iudicata.vnde vt glo saluetur,dicit, quod de-
bet intelligi non in sententia , sed in consuetudine Roma.
curiæ,& sic sentit glo in fi.nam talis consuetudo necessario,
non omnino est seruãda ab aliis,nisi Papa præcipiat,de quo
vide glo.in capitu.primo,in ver.docuit,de summa trini. & fi.
catho in vj.& vndecima distin.nolite. vnde Lan.hic exponit
tex ita iudicare,idest tenere,& sic est sensus, quod Rom. ec-
clesia consueuit tenere , vt habeat , ut uxor.&c.non autem
Roma ecclesia præcipit,ut sic fiat.& ex hoc dicit Abb. Sicu.
posse inferri, quod vbi est contraria consuetudo illa esset ser
uanda,& non dispositio huius capi. quia inter illos non est
matrimonium, & ita dicit hanc glo. intelligendam , quod
est etiam de mente Doct.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatur,si constat de impotentia, vel statim , vel post triennium cum iuramento septem propinquorum .*
2 *Impedimento impotentiæ ab initio probato,non expectatur triennium .*
3 *Euentus frustra expectatur, cum nullus est effectus .*
4 *Iuramentum tactu scripturarum exprimitur.*
5 *Coniuges non tenentur specialiter iurare super aliquo impedimento , sed tantum nunquam potuisse matrimonium consummare ad impotentiam probandam .*
6 *Compurgatores 7.pro uiro,& 7 . pro vxore debent iurare de impotentia, & quales esse debent.*
7 *Iudex,an minuere possit numerum compurgatorum,& propinquis deficientibus ad quos recurrendum .*
8 *Impotentia probatur triennij cohabitatione, quando non potest prius ue re probari frigiditas.*
9 *Diuisio est facta per § uel versiculum,clausula posita in uno non refertur ad alium.*
10 *Triennium probationis impotentiæ coniugum,quando currere incipiat.*
11 *Obstetrices sæpe in manu,& oculo falluntur .*
12 *Iuramenti forma,circa impotentiam coniugum ponitur in gl.*
13 *Periurium , quando incurri possit respectu impotentiæ , & quando non .*
14 *Frigido contrahente cum corrupta matrimonium,si ipsa petat separationem,& ipsa negat,qualiter procedendum .*
15 *Coniuges,an & quando admittantur ad docendum de frigiditate, & vide casus quinque.*
16 *Separatus ob frigiditatem si cum alia contrahat, statim potest peti separare matrimonium .*
17 *Membrum siccum,an frigidum arguat , & impotentem .*
18 *Impedimentum , quando est super maleficiato semper expectatur triennium .*

C A P. V.

LAudabilem. Si de impotentia constat
statim separaẽ matrimo-
nium,alias cohabitabunt coniuges per triẽnium
& siccum septima manu propinquorum iurani,
quod dederint operam carnali copulæ , nec possint coniũ-
1 gi,separabitur † matrimonium .h.d.ita communiter summa
tur,sed Abb.Sicu.aliter intelligit,vt infra dicam . Commu-
nis diuisio. Secunda ibi,nos uero . Secunda subdiuiditur in
duas partes.
In prima loquitur,quando vnus cõiugum dicit matrimo
nium consummatum,sed alter negat.
In secunda,quando ambo confitentur. Secunda secundæ
ibi.si autem.
Nota primo ibi,si prius frigiditas probari non possit, tex.
2 magistralẽ in materia, ꝙ vbi † impedimẽtum potest in prin
cipio probari non est opus,quod cohabitet per triennium ,
vel quod inducant consanguineos ad iurandum, puta si pro
batur,ꝙ vir habet membrum aridum,uel ex toto est sectus
3 vel quid simile,nam frustra expectatur † euentus cuius nul
lus est effectus,vt in c.cum contingat.de offi dele ꝙ debet in
telligi ẽm gl hic,& j̃.eo.fraternitatis,& secundũ Vnc.in quo
libet impedimento præter maleficium,quia cum illud sit ac
cidentale,& potest remoueri ad tẽpus,debet simul cohabita
tio per triennium, prius quam fiat separatio, iuxta formam
cap.fi.infra eod.
4 Nota secundo causam, in quo † iuratur tactis sacrosanctis
scripturis,vel euangeliis,& sic requiratur tactura euangelio
rum,non ergo esset iuri satisfactum si iuraret sine tactura,de
quo vide glo.quam Abb Sien.dicit singularem.in c. vt circa
in uer.corporaliter.de elect. in 6.quæ dicit, ꝙ quando dispo
sitio pro fama requirit tacturam,nõ valet actus,nisi iuramẽ
tum sit corporaliter præstitum,& dicit illam glo.semper te-
nendam menti,& uide glo.ad materiam satis notabilem,in
cle.j in ver.tacta,de hæreti.quæ est , ꝙ solo contractu matri-
mon. cum alia muliere videẽ probari falsitas, s.ꝙ uir non sit
frigidus,sed supple secundum But & Doc.si alia ɔ̄xit,& eam
cognouit carnaliter. Itẽ dicit,quod si appareret , quod alias
mulieres cognosceret carnaliter,quod cum nulla matrimo
nium contraxisset.
5 Nota quarto,quod coniuges † non habent iurare speci
ce super aliquo impedimento,sed sufficit , ꝙ generaliter di-
cant,ꝙ nunquam potuerunt matrimonium consummare.
Nota quinto,in uer.si autem,ꝙ de iuramẽto septimę ma
nus propinquorum,uel vicinorum ,& intellige ẽm Host. Io.
6 And hunc numerum † propinquorũ multiplicari,& sic sunt
septem pro quolibet cõiuge,& sic 14. & debẽt tales compur
gatores esse bonæ famæ,vt dicit tex.facit de pur. can.c.quo-
rum,& c.constitutus.
7 Nunquid autem possit † iudex minuere numerum cõpur
gat. dic,vt per Host.& Doct.in c cum inter de pur.ca.& qua
les debent esse compurgatores, dic vt per Doct.in c. cum te,
& c.constitutus,eod.titu.
Vltimo no.ꝙ ubi deficiunt propinqui recurritur ad uici-
nos, simile de testib.quorum,& in c.videtur , qui ma accus.
post.& 35.q 6.consanguineos.& est argumentum, ẽm Host.
ꝙ deficientib compurgatorib. eiusdem ordinis debet recur
ri ad inferiores.de hoc c.cum in iuuentute.In gl.fi. de pur ca.
& ex hoc sequitur, ꝙ alternatiua hic posita ibi vicinorũ,nõ
stat proprie alternatiue,sed est alternatiua ordinis , simile j.
de don.inter vir.& vxo.peruenit . ibi,uel saltem,sed oppo.ɔ̄
text.de ɔ̄rietate. nam in prima parte requiritur cohabitatio
triennii,in secunda videtur innui oppositum.Solu Innoc.&
communiter Doc.intelligunt primam partem,qñ alter con
fitetur impedimentum, alter vero negat.Secũdam uero par
tem intelligit, quando vterq; confitetur impedimẽtũ:hoc
enim casu potest statim separari matrimonium ad iuramen
tum proprium,& propinquorum. Abb Sic.dicit,ꝙ licet iste
intellectus videatur cõis,quia Doc.ipsum tenent pręter Ho.
cuius intellectum non refero,quia impropriat literam,& re
probatur per But.& Abb.Sic.tamen Abb.Sic non placet in-
tellectus Inn.quia illa cohabitatio triennii datur ad experiẽ
tiam copulæ nuptialis,& dicit hoc patere in tex ibi,si frigidi
tas probari non possit sed hæc ratio fortius vendicat sibi lo
cum,quando vterque confitetur frigiditatem sine alia pro-
batione,quoniam quando vnus confitetur , & alter negat,
nam sæpe dubitatur,an frigiditas sit accidentalis,& tempo-
ralis,an naturalis, & perpetua, & ideo ex quo verè probari
non potest, vt uoluit text. debent experiri per triennium,ut
appareat

appareat ex cursu temporis, an sit perpetua, an temporalis.
8 Item dicit, quod tex. in principio indistincte dat † triennium, vbi prius frigiditas probari non potest, sed per confessionem coniugum non habetur uera probatio, vt in ca. super eo, de eo qui consangu vxo suæ, nec iuramentum propinquorum sufficit, quia illi iurant de credulitate. vt dicitur hic in gl. licẽ non sine ministerio litera in principio fecit mentionem de iusto iudicio, & in secunda parte de iuramento coniugum, & propinquorum. & ideo Abb. Sicu. intelligit, quod aut po test veraciter de impedimento constare, & non est opus cohabitatione triennii, nec iuramento propinquorum, vt in principio literæ a contrario sensu: aut non potest probari vere: & tunc aut vnus confitetur, & alter negat, & tunc non debet separari matrimonium, nisi is qui stat contra matrimonium probat impedimentum per iustum iudicium hoc, quod cohabitauerit per triennium, & post triennium probatur per aliqua signa, puta, quia mulier probat se virginem per aspectum corporis ad hoc, quod not. glo. 33. q. j. capi j. in ver. iustum, & in ver. iudicium, sed tu intellige, quod requiritur iuramentum septimæ manus propinquorum, & ita debet intelligi glo. hic, in uer iustum iudicium, & ita ipsam intelligit Butr.

Vlterius dicit Abb. Sicu. quod si apparerent signa magis euidẽtia possint illico separare matrimonium cum iuramẽto proprio, & propinquorum, vt in cap. primo, in vltimo responso, supra eodem. si vero vterq; confitetur, sed aliter non probatur frigiditas, & tunc debent cohabitare per triẽnium, & post modum iurare cum septima manu propinquorum, & sic intelligit Abb. Sycu. versicu. si nautem. vnde dicit, quod illud, quod dicit de triennio concernit totam literam sequẽtem secundum suum intellectum. & dicit, quod iste intellectus multum applaudet literæ, & quod est multum securus, tamen vt vidistis communis opin est in contrarium, & communem opinio tenet glo. j. in capitu. primo, supra eodem, tamen pro intellectu Abb. Sicu. facit cap. fi. infra eodem, & tamen ibi dicitur, quod debent expectare triennium, sed dic, quod ille tex. non loquitur in frigido, sed in maleficiato, & quando non allegatur, an maritus sit frigidus, vel maleficiatus, sed generaliter dicitur impotens, quo casu cum non exprimitur species impotentiæ debet expectari triennium. quia illa generalis allegatio impotentiæ potest ita intelligi de maleficio, sicut de frigiditate. secus quando specifice allegatur frigiditas, ita loquitur hic ante factum ego tenerem opi. Abb. Sicu. quia securius est ipsam sequi, & iudex debet magis abundare in probat. superfluia, quam deficere in necessariis, vt dixi supra eodem, cap primo. Sed post factum non esset recedendum a communi sententia, & quod non debeat expectari triennium, quando vterque confitetur facit, quia in ver. si nautem, nihil dicitur de cohabitatione triennii, &
9 est regula, quod vbi est facta † diuisio per §. vel uer. clausula polita in vno §. vel versiculo, non refertur ad alium § vel versic vt dicit glo nota. in c. primo, de postu. prę la. in sexto. & dixi in Rubr. de spon sed est ita hic, quia uer. si nautem, est ver. separatus a ver nos vero. Nec obstat ratio Abb. Sicu. dum dicit, quod cohabitatio triennii datur ad experientiam copulę coniugalis, quando frigiditas probari non potest, nam ista ratio non vendicat ita sibi locum, quando vterque confitetur, sicut quando alter confitetur, sicut quando, quia quando vterque confitetur, quod vir sit frigiditas est violenta præsumptio, quod vir sit frigidus, nam non confiteretur se frigidum, nisi ita esset, vnde cum septima manu propinquorum separatur matrimonium, tamen pro concordia potest dici, quod aut vterque stat contra matrimonium, & tũc est vera opi. Abb. Sic. ideo quia illi confessioni non est credendum, ex quo vterque petit separationem matrimonij, vt in cap. super eo, de eo qui cogn consan. vxor. suæ. aut alter stat pro matrimonio, alter contra matrimonium, & tunc creditur con[illegible] illius qui stat pro matrimonio, vt dixi in d. c. super e[illegible], & sic poterit dissolui ante triennium, tamen quia possit esse collusio, iudex debet facere, quod interueniat septima manus propinquorum & hoc modo procedit opinio. Innocent. Butr. tamen intelligit hanc opiniõ. Innoc. cum limitatione, de quo dicam infra, cum distinctione materię huius capit.

10 In glo. j. nota ipsam, quando incipiat currere † triennium nam non incipit currere a tempore contractus, nec a tempore cohabitationis, sed a tempore, quo incęperũt dare operam copulæ carnali.

In glo ij. hæc gl. est vera, & communiter tenetur per Doct. quicquid dicat Innocen. & probatur opin. glo. in cap. fi. infra eod tenendo, quod ille text. loquatur in maleficiato prout communiter intelligitur, & uide glo. in c. sequenti, in ver. diuinum miraculum.

In glo iij. quæro, an hæc gl. dum dicit, quod si prius potest constare de impedimento non expectabitur triennium, an intelligatur de impedimento frigiditatis, videtur quod non, quia frigiditas non ita euidenter constat, sicut alia impedimenta. Vinc. & Pet. dicunt, quod idem erit de impedimento frigiditatis, vt si prius iste vir, qui nunc dicitur frigidus, fuit ab alia separatus pro frigido, & dixit Goff in c. propoluisti, s. de prob vt hic refert Io. And. se intelligere hanc decretalem, quando aliquo modo potest dubitari de maleficio, vel de frigiditate, vt quia in magna parte triennii vir fuit infirmus, vel aliter impeditus, vel paucis diebus iacuit in thoro vxo. nam si ante triennium liqueat de impotentia viri non expectabitur triennium, quod procedat, secundum dom. Card. in frigido, nam in maleficiato etiam si cõstat de maleficio indistincte expectatur triennium, & dixi in gl. præcedenti, quæ communiter tenetur per Doct. & de hoc in Spe. eod tit. ver. quod autem. Item dicam inferius cum But quando dicatur constare de frigiditate ad hoc, vt ante triẽnium possit matrimonium separari.

In gl. in ver. iustum iudicium ibi per testes But. intelligit, i. per iuramenta propinquorum, vel vicinorum. & dicit, quod Doc hic dicunt, ꝙ etiam tenet, ꝙ solus aspectus non sufficit,
11 quia in ipsa sępe fallitur manus, & oculus † obstetricis, vt dicit tex. 27. q. j. nec aliqua, & in c. pe de proba & hoc vltimum etiam videtur dicere Inn. dicit enim, ꝙ iste text. inquantum loquitur de aspectu corporis intelligẽdus est de corpore mulieris, quæ per aspectionem apparet virgo, & dicit quia sæpe manus fallitur, verius est, ꝙ est necessariũ iurm septimæ manus propinquorum, vt j eo. c fi. Io arcta autem dicit, ꝙ non videtur necessarium iuramentũ septimę manus propinquorum, quia infallibilis est hęc probatio. & idẽ dicit Gasp. Cal. do. Car. & But refert tõ Inn alios dicere, ꝙ illud, quod dicit hic de aspectu corporis intelligitur de corpore viri, ꝙ siccũ & aridum membrum habet. & dicit Inn. ꝙ tunc non est necessaria septima manus propinquorũ, sicut nec in arcta, & no hoc vltimum de inspectione viri. vnde dic fm do. Card. ꝙ sicut inspicitur mulier per peritas matronas, vt j. ca. prox. sic & vir per peritos viros per identitatem rationis facit, ꝙ dicit Host in summa eod. titu §. videtur, ver. quid si mulier. & dicit D. Car. ꝙ vidit in hoc errari, & ideo hic est signandus fm ipsum dicit etiam Inn. ꝙ eo casu quo apparet membrum viri siccum, vel aridum, ꝙ non expectabitur triennium, vt in Auth. de nup § per occasio. vel secundum Innoc. & melius si confitetur, & multa signa frigiditatis apparent, & insuper p̃stantur iuramenta propinquorum, dicitur statim constare de frigiditate, & non expectato triennio, & remittit Inno. ad no. s̃. eo. c. j & ibi etiam do Card. remittit se ad ibi no. in vj. cõtrario. sed But. ibi dicit, ꝙ quando apparent signa euidentia exiguntur iuramenta propinquorum, sed non probatio triẽnij, & hoc teneas, & ita intelligitur, quod dicit Inn. de membro sicco, & arido, nam sicut potest urinam emittere, ita esset possibile, ꝙ emitteret eodemmodo semen, & ideo exigit iuramentum septimę manus propinquorum.

In gl in ver. ꝙ si ambo. Primã sol tenet gl. 33. q. j. si quis acceperit, in fi. j gl sed pro vltima sol huius gl. facit, ꝙ not. in c. vltimo, in fi. vlt gl s̃. de coniu seruorum. & hac sol. tenendo respondeo ad c. j. s̃. de eo qui dux in ma quam polluit, quod illud c. non ob. immo facit pro, quia etiam ibi si vir contrahit cum alia tenet matrimonium, vt ibi no in fi. vltimæ glo. & ibi dixi.

12 In gl in ver. vterq; . no. gl inquantum punit formam † iuramenti coniugum, & propinquorum. concor. c j 33. q j.

13 In gl. pe dic. ꝙ ratio differentiæ, quare coniuges incurrunt † periurium. & omnino compurgatores est, quia compurgatores iurant de credulitate, s. quando credunt cõiuges verũ iurasse, & non de certa scientia. facit c. fi & ca. constituius. de put. ca & idem ꝙ dicit hæc gl. dixit glo. 33. q j. ca. a. plus dicit, Host. quod etiam mulier non cogitur iurare maritum naturaliter impotentem. sed sufficit, ꝙ iuret, ꝙ sibi fuit impotens, videlicet, quia nunquam eã cognouit, licet ipsa se non subtraxerit, & si sm conscientiam hoc iurat non incurrit periurium, quamuis vir non sit frigidus, vt quia finxit se frigidum cum non esset. intelligit ergo Host. mulierem incurrere periurium, quando contra conscientiam iurat, vel quia falsum iurat, uel quia non seruauit ea quæ iurauit ꝙ postea in pęnitentia confitetur, s̃. de eo qui cog consang vxo. suæ. veniens ver. verum, & hoc nota pro dictis testium qui deponunt de credulitate, & non de certa scientia, nam licet appareat ꝯ. verum esse pro hoc nõ incurrunt periurium, nec crimen falsi, facit, ꝙ no. glo. & Doc. in l. x. §. ꝙ obseruari. C. de iura. cal dic tamen, ꝙ quemadmodũ non potest quis reuocare cõfessionẽ de veritate, nisi in casib no. in c. fi. de cõfes. Ita nõ pt reuocare cõfessionẽ de credulitate, & de hoc vide gl. no. q̃ menti

seneb's, in cap ex literis, in glo. fi. de iureiuran.

In glo fin. clarius loquitur glo in capi. seq. in ver. diuinum miraculum.

14 Extra glo. quæro, quid si † frigidus contrahit cum corrupta, quæ petit separari matrimonium, dicēs virum frigidum ipse autem negat Ab. anti di[ ]inguit, quod aut tempore contractus mulier gerebat se pro virgine, & tūc si dicit se corruptā ab alio non auditur, tanquam allegans turpitudinem suam. de constitut. cum M de donat inter dilectos. aut gerebat se pro corrupta puta, quia erat vidua, vel constabat ab alio fuisse corruptam, & tunc inspiciendus est vir, ex quo poterit cōstare de eius defectu, quo constito poterit statim separari matrimonium seruata forma huius ca. refert tamen quosdam dicere quod per membrum desiccatum, vel paralyticum pōt vir emittere semen, sicut vrinam, quod non credit Pe. Sanxona, nisi hoc asserant naturales. & dicit dom Cardin. quod secundum Physicos est possibile emittere vrinam, & tamen non posse emittere semen, nam diuerso modo generantur, & aliqua impediunt seminis generationem, quæ non impediunt generationem vrinæ & dicit hoc colligi ab Auicenna lib. 3. sen. 20. dicit etiam Ab. anti quod si membrum viri apparet integrum, & mulier arcta, debet mulier cum septima manu iurare, quod non fuit cognita, & tunc videtur matrimonium posse separari 33 quæst. j. & secunda, & hic in versi. si autem. sed dicit dom. Cardi. quod hæc iura loquuntur, quando vterque confitetur impedimentum. sed idem dicit si alter tantum fatetur. intellige de eo qui stat pro matrimonio, secus si staret contra matrimonium, quia eius confessioni non staretur, ut in c super eo, de eo qui cog consan. vxo. suæ. dicit etiam Ab. prædictus & domi. Cardin quod si vir iurat, quod eam cognouerit, videtur ei credendum, quia stat pro matrimonio, ut supra c. proxi & in c 3 s. eod. vel secundum eundem Abbatem vir astringetur per iuramentum dicere, an possit mulierem cognoscere, arg de despon. im pube. attestationes. & si iurat, quod possit cogetur sustinere, quod mulieres hoc inspiciant tempore copulæ, & si mulieres retetent, quod nihil fecit poterit matrimonium separari, & cum hoc transit Ioan. Andr. & dom Cardin. in vltima q sed mihi non placet inquantum dicit Alb. quod si per inspectionem corporis mulieris apparet virgo debet separari matrimoniū ante triennium, nam est contra istum tex. quoniam ille tex. vult, quod quando mulier asserit maritum frigidum, sed vir negat si non potest ante triennium constare de impotentia viri debent cohabitare per triennium continuum, & postea mulier debet probare per iustum iudicium, quod vir cu ea coire non possit, & pro hoc dic, quod aut vterque confitetur, & tunc potest matrimonium separari ante triennium, vt hic in ver. sin autem, secundum communem intellectū. Idem si confitetur illi qui stat pro matrimonio, ut supra dixi, & pro hoc uide ea quæ dixi in ca. super eo, de eo, qui cog. consan. vxo. suæ, & in capit attestationes, de despon. im pub. Aut mulier asserit, quod vir est impotens ipse autem asserit, quod eam cognouit, & tunc creditur viro, nisi mulier probaret se virginem, vel nisi per inspectionem corporis viri apparet ipsum impotentem, vt dicit Abb. quod tamen intellige, vt dicam statim in distinctione. quam facit But.

Vltimo Butr colligit materiam huius ca per distinctionē, & dicit, quod aut quæritur an, & quando admittantur con-
15 iuges † ad docendum de frigiditate, & tunc seruandum est hoc cap. & capi. j. supra eod. & ibi videbitis. aut quæritur vbi admittuntur, quando admittuntur, & quando probetur frigiditas, & ut melius habeas mentem Butrig. facias casus quinque.

Primus est, quando ante triennium apparent impedimenta omnia euidentia, puta, quia mulier est arcta, vel vir habet incisa virilia, vel est castratus otroque testiculo, & talis est apertissima probatio. vnde statim non expectato triēnio fiet separatio, nec exiguntur iuramēta propinquorum. idem dicit Butr. si apparet sententia, per quam fuit vir ab alia separatus propter frigiditatem, & dicit, hoc dicere Doctores, sed fuit originaliter dictum Gofre. vt dixi in glo. tertia. & sic si aliquis fuit separatus ab vxore propter frigiditatem, deinde iste vir contrahat matrimonium cum alia muliere, & secunda mulier petat separari matrimonium propter frigiditatem, nam illa sententia sufficiet ad probationem frigiditatis, nec exigetur cohabitatio triennii, nec iuramentum propinquorum.

Ego autem puto, quod illud secundum matrimoniū non potest de iure valere, nam aut est vere frigidus, & non potuit contrahere matrimonium, aut non est frigidus, & compelletur redire ad primam, & punietur de periurio, vt hic.

16 Ex hoc ergo infero, quod si † separatus propter frigiditatem contrahit cum alia, secunda potest statim petere separari matrimonium. potest enim dicere, iste non potest esse vir meus, quia aut est frigidus sicut fuit iudicatum per sententiam, & est inhabilis ad contrahendum matrimonium, vt supra eodem, quod sedem. aut non est frigidus, & eodem modo non tenet matrimonium stāte primo, sed debet compelli redire ad primam, vt hic. & in cap 1 s eodem, & 33. q j. c. 2. & sic non tenebitur allegare simpliciter frigiditatem, sed poterat dicere, cum habuerit aliam vxorem a qua fuit separatus propter frigiditatem, non potest esse vir meus, siue sit frigidus, siue non.

Sed aduerte inquātum dixi, quod sit indubitata probatio impotentiæ, quando mulier probatur arcta Host. tenet contrarium infra eod. c si quia arctatio non potest cognosci, nisi per matronas sed manus, & oculus sæpe fallitur, vt in c. nec aliqua, 27. quæstio prima, & in capitu. penul. de proba dicit tamen ibi But. quod posset esse euidens signum, puta si omnino non haberet, nec iudicio medicorum esset separabilis, nam tunc diceretur euidenter constare de impedimēto. & sic dicit intelligi hoc cap. secundum communem intellectum, & dicit, quod glo. hic, in ver. prius, sic est intelligenda, nam illa glo dum alleg. cap. sequens, videtur sentire, quod arguendo est euidens impedimentum.

Ego autem puto, quod etiam non dicatur impedimentū omnino manifestum dato, quod medici affirment illam esse omnino irreparabilem, nam iudicium medicorum sæpe fallitur, vt nota. in cap propofuisti, supra de proba & constat per experientiam, & ideo illud, quod dicitur de arcta cadet melius sub secundo casu.

Secundus casus est, quando impotentia non est certa, sed
17 verisimilis & euidens puta, quia vir habet † membrum siccum, & in hoc uariant Innocent quia aliter dicit hic, & aliter in cap j. supra eodem Sed Butr hic, & ibi dicit, quod non exigitur expectatio triennii, sed bene iuramenta propinquorum, & sic solum iuramentum propinquorum secundum ipsum, & idē potest dici de muliere arcta, quia melius cadit sub illo casu, & licet hoc dictum fuerit secutus supra in glo. in uerbo, iustum iudicium, nunc videtur dicendum, quod licet triennio non debet expectari, quod tamen vir debet inspici per medicos, & si medici iudicauerunt ipsum impotentem ad copulam, quod tūc cum septima manu propinquorum debet matrimonium separari, & pro hoc facit illud, quod dicit Abba. & Petr. de Sanzo. quod refert domi Cardi. in tertia quæst supra retuli in q. proxime præcedenti, ideo vltra iudicium medicorum exigo iuramenta propinquorum, quia posset decipi, ut in ca nec aliqua 27 quæstio. prima, & in c penul. supra de prob. & si non concordat iudicium medicorum cum testimonio propinquorum, tunc putarem dicendum sicut de aliis signis dubiis, de quibus statim dicam. Item dic, quod licet appareat membrum siccum, si tamen constaret ipsum pollui, quando dormit, uel alio modo vel si membrum erigeret, ex hoc constaret, quod non esset frigidus, vt dicit hic Abb. anti & sequitur domin. Cardin. in fi huius cap.

Tertius casus est, quando de impotentia apparent signa dubia, quæ præsumptiue cōcludunt, & sunt plura, & in hoc Butr. assumit verba Hostien. nam aut sunt in semiplena pubertate, aut in plena pubertate, secundum ea quæ uidistis in capitu puberes, de desponsa impube. si sunt in semiplena pubertate. dicit Hostien. quod si est sedecim annorum expectabitur per biennium. C. de diuort. l. in causis. si 15 annorum per triennium, vt in Authen. de nupt. §. per occasionem. si 17. per annum. si 18. per mensem, uel duos, & sic loquitur capitu primū, supra eodem. & ultra hoc dicit, quod exiguntur iuramenta septimæ manus propinquorum. Aut sunt in plena pubertate, & tunc secundum Hostien fit separatio matrimonii solo iuramento propinquorum interueniente, non expectato tempore triennii, sed arbitrarium erit tempus secundum Hostiensem. Et cum hoc transit Butri. hic, & in ca. fi. infra eodem.

Sed domni. Cardina hic in secunda quæst & in ca j. supra eodem. dicit, quod semper expectatur triennium, nisi quando per verum iudicium potest constare de impedimento, puta, quia habet membrum siccum taliter, quod nūquam fuit habilis, & ista opi. do Car. vr uerior per istum tex quia requirit, quod expectetur triennium, qn non potest ante constare de frigiditate. & idem videtur sensisse Butr in dicto capit. puberes. ad finem, de desponsa. im pube licet hic, & in capitu fina. infra eodem, aliter dicat. Sed tamen dic, quod aut mulier in continenti proclamat, & tunc poterit fieri separatio non expectato lapsu triennii, vt in capitu primo, in fi supra eodem, aut non proclamat in continenti, & tunc tenetur expectare triennium, licet signa frigiditatis vrgentia, & præsumptiua appareant, vt dicto capitulo primo, ver. alia, ex quo non sunt

manife-

manifesta, vel verisimilia, secundum quod dixi in primo, &
secundo casu, nam si essent talia posset mulier allegare mari
tum frigidum non obstante, quod incontinenti non procla
mauerit, vt dixi in dicto capitu. primo. & hoc tenet Abb. Si-
cu. ibi.

Quartus casus, quando nulla signa frigiditatis apparent,
vel leuia, & alter confitetur, alter vero negat. & tunc secun-
dum Butr. exigitur probatio, & vltra hæc iuramentũ propin
quorum, vt hic in ver. nos vero.

Sed tu dic, quod vltra hoc requiritur aspectus corporis
hoc est, quod mulier inspiciatur, an sit uirgo, vel corrupta. &
si erat corrupta tempore contractus matrimonii, quod in-
spiciatur, an vir sit habilis, an non, vt dixi in glo. in verbo, in-
stium iudicium, sed si non posset cognosci aperte ex inspe-
ctione viri, an sit frigidus, vel non, & mulier est corrupta, tũc
sufficerent iuramenta propinquo. nisi vir assereret se ipsam
cognouisse, quia tunc esset credẽdum verbo uiri, ex quo mu
lier per aspectum corporis non posset probare se virginem,
& iste est casus in cap primo, in verbo, alia, secundum vnum
intellectum. & ita intelligit glos. trigesimatertia, quæstione
prima, si quis acceperit, tamẽ in ipsa nouitate proclama-
ret indistincte esset separandum matrimonium etiam si uir
assereret se ipsam cognouisse, vt probatur in dicto capi. pri-
mo, in ver. illa, & in ver. sequenti, intelligendo, quod ille tex.
loquatur in corrupta.

Quintus casus est, quando vterque confitetur impedimẽ-
tum, & hoc casu dicit Butr quod exigitur iuramentum septi
mæmanus propinquorum. sed dicit, quod huic obuiat, su-
pra eodem, capitu. primo. vbi dicit probari, quod exigatur
probatio per triennium etiam quãdo uterque fatetur sed tu
dic, quod illud cap non obstat intelligendo, ut ibi dixi. Item
dicit Butri quod Innocen. hic dicit, quod sufficit sola proba-
tio cum septima manu propinquorum, & sic secundum ip-
sum sibi ipsi contradicit, sed ipse substinendo Innocent. di-
cit, quod quandoque uterque fatetur impotentiã, & tũc suf-
ficiunt iuramenta propinquorum, nec exigitur triennium,
nec alia probatio, nisi aspectus corporis sed tu dic, quod il-
le texus. nihil dicit de aspectu corporis, sed potes dicere,
quod tutum est, quod interueniat, quia probat. debent se a-
bundare si tñ iudex facit separationem matrimonii absque
aspectu corporis interueniente septima manu propinquo-
rum teneret sententia separationis ad hoc optime, quod no
tat Ioan. And. & Doctor. infra eodem capit. si super glo. fin.
quando vterque fatetur copulam non interuenisse, sed nec
asserit, quod potest alias cognoscere. & tunc dicit But. quod
dabitur triennium, vt infra eodem, capitu. fi. Sed Butr. supra
eod capit. primo. tenet, quod indistincte exigatur triennium,
etiam quando uterque fatetur impotentiam. sed tu tene pri
mo, quod dicit hic cum distinct. quam feci supra in opposi-
tione quam feci ante glos. illa distinctio procedit in frigido,
vel in quocunque alio impedimento, tam ex parte viri quã
ex parte mulieris, nisi esset impedimentum separabile præ-
ter diuinum miraculum absque periculo corporis, de quo
18 videbitis in capitu sequen † In maleficiato autem semper ex
pectatur triennium, ut infra eodem capitu. fina. Item prædi-
cta procedunt, quando tempore matrimon. suberat impe-
dimentum, secus si postea interuenisset 32. quę. lio septima,
illi qui. Præsumitur autem, ut dicit dom. Card. in secunda q.
in fi. fuisse inhabilis tempore contractus matrimonii, si mu-
lier est uirgo, alias si est corrupta dicit ꝙ oportet, quod pro-
betur uirum fuisse inhabilem ante matrimonium, ut s̃ cod.
ex literis. de muliere autem dicit idem si nunquam fuit ap-
ta, sed si fuit aliqñ apta. & postea inepta: dicit, quod oportet
probari, quod erat facta inepta ante matrimonium, ut supra
eodem, ex literis, & sic nult dom. Card. in hoc ultimo, quod
ubi impedimentum non est naturale, sed superuenit ex ali-
[illegible] i. quod præsumitur illud impedimentum fuis-
se seq[illegible]tum post matrimonium, de quo videbitis in c. seq.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier arcta quæ habilis reddi non potest separatur a matrimonio.*
2 *Impotentia alterius coniugum potest allegari etiam post multos annos.*
3 *Inferior episcopo potest cognoscere de causa matrimoniali.*
4 *Separationis matrimonij propter arctationem debet fieri plena discussio.*
5 *Iudex ex officio allegato sibi impedimento potest facere mulierem inspici per matronas honestas, & peritas.*
6 *Matronæ inspecturę mulierem arctam debent uocari ad presentiam iudicis.*
7 *Articulus in probanda inhabilitate ad copulam, debet exprimere indefinite mulierem inhabilem esse ad omne tempus, & quo ad omnes.*
8 *Iudex in separatione matrimonij per impotentiam, debet inducere inhabilem o[illegible] religionis ingressum.*
9 *Matronę quę inspiciunt mulierem sunt testes, & deponunt cum iuramento sicut faciunt alij testes.*
10 *Verbo hoc, iuro sub fide mea, vel promitto sub periculo animæ meę, importans iuramentum.*
11 *Testimonium de credulitate, an admittatur.*
12 *Periti a iudice adhibiti ad discutiendum secundum peritiam, an iuramentum pręstare debeant.*
13 *Carere est non habere.*

C A P. VI.

1 FRaternitatis. Propter arctationẽ † mu
lieris si apparet, quod p̃-
ter diuinum miraculum absque corporli pericu-
lo habilis reddi non potest separatur matrimo-
nium, reintegratur tamen si postea appareat ecclesiam fuis-
se deceptam h. d. In prima quæst. in secunda distinguẽs solu.
tertia infert ad duas alias q. Secunda ibi, quamuis. Tertia ibi,
per hoc, & quia hæc decretalis est prolixa, legam per partes.
2 Nota primo ibi per multos annos, quod † impotentia al-
terius coniugum potest allegari post multos annos, nam tra
ctu temporis matrimonium nullum non firmatur pro hoc,
J. c prox. vbi post octo annos mulier proclamauit.
3 Secundo nota ibi per Archipresbyterum, quod † inferior
episcopo potest cognoscere de causa matrimoniali, sed dic,
ꝙ forte erat sibi delegata per episcopum, de quo plene dixi
in c. j. supra tit prox. vel forte erat vicarius episcopi, s̃. eo. c. j.
Tertio nota ibi, certitudinem pleniorem, quod in separa-
4 tione matrimonii propter † arctationem debet fieri plena di
scussio. & dicit Host. quod non posset fieri nimia diligentia,
vnde consulit, quod per inspectionem uiri, & mulieris, & per
iuramenta vtriusque, & vicinę, & per omnem alium modũ
liberetur ad veritatem inuestigandam maxime, quia one-
ratur iudex, cui talia committuntur, & si aliquid latet quod
si diligenter inuestigetur appareret, nam etiam in aliis cau-
sis iudicantem oportet, acta rimari 30. quæ. 5. iudicantem.
fortius ergo hoc casu in quo maius periculum vertitur 42.
di. quiescamus, & c. nisi periculum, de elc. in sexto. propterea
facit ille tex. quia fuit adhibita diligentia, & tamen interue-
nit deceptio, sed excusatur iudex, quia non fuit in culpa, alias
secus, de elect. innotuit, & c. cum terra, in fi.
5 Quarto nota ibi suæ parochiæ, quod † iudex ex officio po
test allegato impedimento facere mulierem inspici, & quod
matronę quæ debent inspicere, debent esse prouidæ, & ho-
nestę, & de parochia mulieris, quam debuit inspicere, quia
præsumitur habere pleniorem notitiam, vt in c. scriptum, &
in ca. postquam, de elec. dicit tamen Host. debent accipi ex
parte, siue sint de vicinia, siue extra, & caueri dẽt ne sint ni-
mium iuuenes propter inexperientiam, vel nimis antiquę propter defectum visus: debet enim manu, & oculo cla-
re probare 27. q. j. nec aliqua, & de proba c. pen. & propterea
medicinis consulit Host. quod antequam mulier inspicia-
tur omnino lauetur in aqua calida, & diu moretur ibi, & in
terim sub fida custodia sit, quia iterũ possent apponi medi-
cinę, & propterea litera dicit, ꝙ matronæ debent esse proui
dę. i. ne decipiantur, & exponit ibi Inn. verbum prouidas, i. pe
ritas, sed nõ discrepat per hoc Ab ab intellectu Ho. Si enim
sunt peritæ procurabunt, ut non decipiantur. dicit enim Ho.
ꝙ matronę debent esse honestę, & sic nõ uiles, & quæ leno-
cinium exerceant, quia de facili deierarent, ut in Auth. de le
nonibus, colla. ij hoc etiam sentit gl. 4. hic.
6 Nota quinto, ꝙ istę † matronę debent vocari ad præsen-
tiam iudicis, & sic non debent citari hi, quos res tangit, ut
s̃. tit. prox c. j. ex quo nota, quod istę matronæ debent iurare
de quo in glo. ij.
Nota texto practicam articuli in ponderanda inhabilita
7 te ad copulam ad separandum matrimonium, quia † articu
lus debere concludere mulierem indiffinite inhabilem esse,
quo ad omnes. & quo ad omne tempus, & hoc probat text.
ibi, nunquam poterat esse matrum aut coniunx.
8 Nota ultimo, quod quando † iudex separat matrimoniũ
propter impotentiam alterius ex coniugibus debet inquan-
tum potest inducere inhabilem ad religionis ingressum.
In gl. j nota ex princ gl. quales debent esse matronę, quæ
habent inspicere mulierem, sed dic vt dixi s̃ in 2. nota. & ista
gl. facit, ad quod inspiciunt vulnus, an sit mortale, uel non,
vel ad inspiciendum sumptus qui sunt facti in muro possunt
assumi periti in illa arte per iudicem. facit ca. tua, de homici.
cum si.
In ead. glo in fi idem tenet Lanfr Ioan. & Philippus. Hosti.
autem dicit, quod omni casu, quo euidenter non constat
de impotentia requiritur iurm̃ cum 7. manu propinquorũ,

& quod hic forte interuenit hæc solennitas, in tex hoc non exprimi, & hoc supplere non est contra literam, secundum ipsum, & Butr hic transit cum opinio. Hostien. sed domin. Cardin. hic in secunda oppositione dicit, quod cum hic loquamur de impedimento aptitudinis, in qua est infallibilis probatio vera, & videtur absolutio glo. quia statim fit separatio matrim. ad talem probationem, vt in capit. præcedenti. dicit tamen, quod quia in hoc possent coniugi fraude astutum est, quod dicit Host. Idem tenet Abb Sicu. dicit enim, quod quantum ad causam huius cap sibi placet opin glo ut iuramentum propinquorum, aut coniugum non sit necessarium, ex quo euidenter probatur impedimentum. & dicit hoc probari hic, & in cap. laudabilem, in principio, supra eodem, dum stat in hoc, an aptitudo possit vere probari, na q sit probatio impotentiæ indubitata, & puto, quod non. pro hoc facit iste tex. quia istę matronę fuerũt deceptę, nam illa non erat arta, licet ista iudicassent. Non obstat iste text. immo facit pro opin. Host. nam dicitur in principio, quod episcopus fuit edoctus per archipresbyterum qui erat delegatus in causa, quod hæc mulier nõ poterat carnaliter cognosci, quomodo enim fuisset edoctus, nisi coram archipresbytero facta fuisset aliqua probatio, nam ipse nõ fecerat mulierem inspici per matronas, sed alias probationes receperat vnde episcopus ad maiorem certitudinem fecit mulierem inspici per matronas. si ergo archipresbyter receperat aliquam probationem debet intelligi iuramentum cum septima manu propinquorum, quia alia probatio præter inspectionem corporis non est conueniens, nisi ista, ut in cap præcedenti, & in cap. fin. vnde dic, vt dixi in cap præcedenti, in vltima quæstio. in secundo casu, cui hæc addas, quia ibi non fecit mentionem de ista glo. & de his quæ dicunt hic Doct.

9 In glo secunda, nota istam glos. quod matronę † quæ habent inspicere mulierem sunt testes, & deponont cum iuramento, sicut faciunt alii testes idem dicit Goff. Philippus, & Innocent. qui allega cap. proposuisti. de probat. & illud capi. facit in eo, quod ibi statur testimonio matronarum, nam si est testimonium, ergo debent iurare, quia testes iurant, nisi iuramentum remittatur, ut in capit tuis, de testibus, & pro hoc maxime facit ratio glo. s. ne fiat fraus matrimonio, & hoc tenendo Hostien. exponit literam ibi sub periculo animarum s. quod incurrunt si deierauerint. Alii dicunt, quod illa abiuratio episcopi habuit vim iuramenti, & hoc dixit glo. prima, in cap constitutis, de app. sed domin. Cardi. dicit, quod hoc iure non probatur. & ideo dicit, quod prima est communis Abb. autem Sicu transit cum glo. in dicto c. constitutis. Idem tenet Innoc in ca & si Christus, de iureiuran. vbi dicit, quod si quis asserit dicere veritatem in periculo animæ suæ intelligitur iuramentum, arg huius c. Idem uidetur dicere Archid in cap. primo, in verbo, fide. de sepul. in

10 sexto. vbi dicit, quod hæc † verba iuro sub fide mea, vel pronuntio sub periculo animæ meæ, importat iuramentum, & ibi vide Io. And & dominum Dominicum de ista materia, & plenius per Doct & in dicto ca. & si Christus, de iureiuran. vbi omnino vide Abb. Sic Alii autem intelligunt istum tex. quod matronæ non iurauerunt, sed promiserunt dicere veritatem in fide sua, sed Hostien. dicit, quod posito, quod non iurauerint, tamẽ fides data habetur loco iuramenti, vt in c. ad aures, quod met. cau sed hoc non procedit, quo ad omnia, quia magis punitur violans iuramentum, quam fidem interpositam, vt dicit glo in capit. penul. de iureiuran. & Archidia. 3 2. quæstione quinta, iuramenti, & de hoc etiam vide per Doct in cap. querelam, de iureiuran. vbi dicunt, quod violans iuramentum priuatur beneficio, sed non violans fidem interpositam, & de ista materia aliquid dixi in ca. secundo, de spon.

Ex his dicit domin. Cardin. quod tutior est prima sol. scilicet, quod matronę iurauerint, sed dic, quod etiam secunda est bona. & dicit Hostien. quod istę matronę iurant de credulitate, quam referunt secundum suam conscientiam, an mulier sit apta, vel non.

11 Ex hoc colligitur vnus casus, in quo admittitur † testimonium de credulitate regulariter, tamen contra, vt in ca. cum causam, supra de testi. & quod ibi not. sed domi. Cardi. dicit, quod non iurant de credulitate, sed de scientia quatenus per experientiam cognoscunt, & admittitur tale testimonium, quia hoc non potest pręcise probari sic, & alias ff. de uen. inspic. l. prima, & facit, de testi præterea. sed tu dic. quod est magis testimonium credulitatis, quam scientiæ, quia non potest dari certa sciẽtia in his quæ sunt artis, siue peritiæ, & ad hoc vide nota. per Butr in ca. quotum, de testi. & in c. proposuisti, de proba.

12 Item infert Abb Sicu. ad quæst. an † periti adhibiti per iudicem ad discernendum, secundum peritiam artis, debeant præstare iuramentum, sicut alii testes. & videtur quod non, quia de facili possent subire periurium, cum non deponant de re perceptibili sensu corporali, sed iudicio intellectus sed tamen contrarium est verum, nam nõ debent iurare de veritate, sed de credulitate, & sic non iurant periurium, nisi iurent contra conscientiam. facit optime, quod dixi secundum Hostien. in capitu præcedenti, super glo. penult. & hoc scilicet, quod teneantur iurare firmat Barto. in procemio ff. ueteris, & in l. hac edictali. C. de secundis nuptiis, & hoc est de mente glo. immo glo hic aperte tenet, nam istę matronę deponunt de peritia artis, & tamen tenentur iurare. & dicit glo. Innoc & Doct.

In glo. tertia. domin. Cardin. dicit, quod hæc non est affir-

13 matiua, scilicet, quod mulier careat instrumento, quia † carere est non habere, ut dicit glo. notabilis, in clem. in plerisque, quæ incipit, certum, de elect. tamen ibi glo sentit differentiam inter carere, & non habere, quod tamen declara, vt ibi latius per Butr. & Ioan de Imo. qui optime hoc declarat. sed potest dici, quod hæc glo. habuit respectum, quod hæc negatiua est probabilis, quia refertur ad qoid certum, nam oculis, & manu poterit videri, & tangi, an careat instrumento, & sic cadit in sensu matronarum quemadmodum affirmatiua, hęc tñ probatio non est omnino certa, secundum Host nam hic patet, quod hæc mulier erat cognoscibilis, vt ea facto sequenti apparuit.

SVMMARIVM.

1 *Votum potest esse solenne ad impediendum, & dirimendum matrimonium.*
2 *Impedimentum omne viri, vel mulieris, quod facto humano sine corporali periculo remoueri non potest, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium.*
3 *Mulier ex qua cognita est ab uno præsumitur prima fronte a quolibet cognoscibilis.*
4 *Error iuris si est probabilis excusat.*
5 *Impedimentum matrimonii, quo ad impotentiam præsumitur perpetuũ, ex quo infra triennium tolli non potuit.*
6 *Maleficium circa matrimonium, quando dicatur perpetuum.*
7 *Maleficiatus post contractum matrimonium, an dissoluat matrimonium.*
8 *Præsumptio vbi est pro agente, seu excipiente sententia pro eo ferenda est nisi aduersarius probet contrarium.*
9 *Maleficiatus repertus, præsumitur in præteritum fuisse maleficiatus.*
10 *Sententia a qua non est appellatum non potest amplius rescindi, cum transiuerit in rem iudicatam, excepta sententia periuriorum.*
11 *Sententia decem casibus reuocari potest non obstante, quod non fuerit appellatum.*
12 *Sententia in causa matrimoniali, quando transeat in rem iudicatam.*
13 *Exceptio omissa non est causa rescindendæ appellationis.*
14 *Sententia iniusta sustinetur a iure, quia præsumitur iusta propter animi iudicis.*
15 *Præsumptio iuris, & de iure tollitur per confessionem illius, pro quo erat præsumptio.*
16 *Acquitas superuenientis casus suggerens sententiam rescindere potest, et si sit missa executioni.*
17 *Mulier quocunque modo reddatur apta viro, debet restitui primo viro, si reuocatur in dubium.*
18 *Mulier transie ad religionem, an reintegretur primo viro, non obstante si vouerit solen er.*
19 *Fornicata intelligitur mulier cum secundo viro, ex quo secum contraxit post uotum solenne.*
20 *Ordinis sacri susceptio ante copulam, an soluat matrimonium.*
21 *Mulier iungens se alteri fornicario coitu, licet non animo [illegible] matrimonii, tamen ultra intentionem puniri debet.*
22 *Mulier arctificata, quando excusetur ab adulterio.*
23 *Verbum a modo, qualiter intelligendum.*
24 *Mulier artia, ex quo fuit cognita a secundo uiro, debent inspici primus, & secundus vir, & si habent similia membra, debet primo restitui.*
25 *Sententia in causa matrimoniali, quando transeat in rem iudicatam.*
26 *Sententia lata in causa matrimoniali, vel in consimilibus causis nutrientibus peccatum non datur appellatio, sed querela, uel restitutio in integrum petitio.*
27 *Lazarus, vel mortuus resuscitatus, an recuperet uxorem, & filios, & bona.*
28 *Matrimonium non separatur per captiuitatem.*

CAP.

CAP. VII.

1 Qvamuis. Nota ibi simplici verbo, aut voto solenni, quod † votum potest esse solenne ad impediendum, & dirimendum matrimonium post contractum citra religionis ingressum. & hoc clarius probatur in versic. & si prædicta. ibi, nisi voto se mulier illa constrinxerit. & dicit hic Abb. Sicu. quod non recolit de alia litera, quæ probet ita bene sicut ista. & dicit, quod facit ista litera pro opin But. in cap. rursus qui cler. vel vouen. sed tenet, quod hodie sit standum capit. j. de voto, in 6. idem dicit domin. Cardin. in quinta oppositio. ad fin. dicit enim, quod hodie est expeditum in cap. j. de voto, in 6. quod votum non est solenne quo ad dirimendum matrimonium etiam postea contractum, nisi per professionem in aliqua de religionibus approbatam, vel per susceptionem sacri ordinis; & sic votum per quod quis se obligat sine professione, non est solenne. vnde dicit, quod hoc cap. ibi, nisi se voto mulier &c. debet intelligi de voto solēni per professionem, alias intelligendo, quod votum posset esse solenne præter professionem. vel susceptionem sacri ordinis, istud cap esset correctum per cap. j. de voto, in 6. Sed ego defendi opin Butr. in dicto cap rursus, qui cler. vel vouen. & in cap. fin. eod tit. & respondi ad capitulum primum, de voto, in sexto. & ibi addas illum text. quia non allegaui ibi. aliquid etiam inferius tangam de hoc.

Nota secundo regulam in materia matrimoniali satis no-
2 tanda, secundum Abb. Sic. quod omne † impedimentum viri, vel mulieris, quod facto humano sine corporali periculo remoueri non potest, reddit quem inhabilem ad contrahendum matrimonium, secus ergo si facto humano potest impedimentum remoueri absque periculo corporis.

3 Nota tertio ibi, illi consimili, quod ex quo † mulier est cognita ab vno. præsumitur prima fronte, quod sit cognoscibilis a quolibet viro, admittitur tamen probatio in contrariū, vt infra videbitis.

Ex quo no. quod vbi duo parificantur data potentia exercitij in vno, præsumitur etiam in alio potentia.

Nota quarto ibi, articulus iste dubitabilis, quod licet regu-
4 lariter † error iuris non excuset, tamen si est probabilis, excusat. de hoc vide glo. in capitulo primo, de postulatio. prælat. in 6.

Nota vltimo ex eodem verbo, quod si mulier probabiliter credens se solutam alteri nubit, non committit adulterium, licet postmodum reperiatur coniugata, quia adulterium non committitur sine dolo, vt in l penult. ff. de adulter. 34. quæst. 2. cum per bellicam.

In glo. in verbo, diuini miraculi. no. bene istam glo vsque ad finem. & ista glo initiat pro intellectu cap. si per sortiarius. 33. quæstio. 1. vbi videtur probari, quod propter impotentiā peruenientem ex maleficio, potest matrimonium separari, nec integratur matrimonium, dato quod vir post mortem ducat aliam in vxorem, & illam cognoscat, vnde illud capitulum videtur obuiare ibi, cuius timore glos. soluit tribus modis.

Primo modo, quod illud cap sit correctum & idem tenet Inno. in c. praeced. sed Doct. communiter tenent contrarium quia ex quo non apparet expresse correctum, non debet per glo. magistrorum induci correctio.

Secundo soluit, quia aliud est impotentia viri, & aliud impotentia mulieris, & hæc solutio etiam reprobatur, quia vir & mulier non ad impaaria iudicantur, vt in capit. gaudemus, de diuort.

Tertio modo glo. soluit, & bene, quod ex quo vir, & vxor cohabitauerunt per triennium, nec potuerunt matrimoniū
5 consummare, præsumitur † impedimētum perpetuum: nam [illegible] posset durare, præsumitur perpetuum, ex quo infra t[illegible]ennium tolli non potuit, argu. in l sufficit ff de condit. ind[illegible]. & quod dicit glo. oo in cleio. si priuil. de rescript in ver. prouisionem. quæ dicit, quod quando aliquid potest esse perpetuum, & temporale, præsumitur perpetuum. & dicit Ioan. And & Vincen quod licet maleficium possit tolli, tamen intelligitur perpetuum: nam quando tollitur per hominem, videtur tolli per miraculum, idest per sequentem virtutem verborum, vel herbarum, vel aliarum rerum. dicit Goff.
6 perpetuum est † maleficium, quando datur in cibo, vel in potu, vel si maleficus mortuus est, vel maleficium est perditū, vel si maleficus destruere nesciat, sed etiam si ipse destruere sciat, & adhuc censetur perpetuum, ex quo per triennium non est sublatum, quia cum solus auctor possit destruere, cēsetur destructio impossibilis, nam quæ non possunt fieri, nisi per vnum, censentur impossibilia, vt in l apud Iulianum, in fi. & ibi per Bart. ff. de legat. j. & per eundem Barto. in l. continuus §. cum quis ff de verbor. oblig. & no in regula, semel. de reg. iur. in 6. & ideo tene, quod propter maleficium præcedēs matrimonium seruatis his quæ habentur in cap proxi. separatur matrimonium, & quilibet potest transire ad alia vota. Quæ autem sit ratio, quare separatur matrimoniū propter frigiditatem viri, uel propter arctitudinem mulieris, si postea contrahit cum alia, vel cum alio, & apparet potens ad copulam ex facto subsequenti, reintegratur primum matrimonium, & tamen si separatur matrimonium propter maleficium, non cogitur redire ad primam, si contraxit cum alia, & eam cognouit. glos assignat bonam rationem. sed tu clarius dic, quod frigiditas, vel arctitudo est impedimētum non restrictum ad certam personam, vnde si vir postea cognouit aliam, vel mulier fuerit cognita ab alio, præsumitur ecclesiam fuisse deceptam, cū eodē mō potuisset cognoscere primam. vel cognosci a primo: sed maleficium, quod fit instigante diabolo se restringit ad certam personam, vt omnes possent cognoscere præter personam vxoris, ideo si post diuortium contrahat cum alia, & eam cognoscat, non per hoc apparet ecclesiam fuisse deceptam, ideo non debet separari secundum matrimonium, & restaurari primum, & ita præcisè loquitur illud cap. si per sortiarias. 33. quæst. j pro hoc facit cap. fin. infra eod.

In eadem glo in fi. hæc glo. vult, quod si post matrimoniū
7 contractum quis est † maleficiatus, quod non dissoluitur matrimonium, quia nullum impedimentum contingens post matrimonium contractum, dissoluit matrimonium, vt in iuribus allegatis in glo. Sed dubium est, quid si appareret virum maleficiatum, vel sectum, nec constat, an ante matrimonium, vel post, hoc contigerint, quid est præsumēdum quidam dicunt, quod in dubio præsumitur impedimentum cōtigisse ante matrimonium, vt per hoc coniuges non maneāt impediti, argum. C. de ædil. edic. l. quarta, & de re iudica. Abbate, in 6. sed contra hoc facit cap. licet ex quadam, in fi supra de testib. & capi. fin. de re iudic. in quibus dicitur, quod in dubio iudicādum est pro matrimonio, quia est res fauorabilis. Sed Hostien soluit, quod illa iura procedunt, quando matrimonium potest habere suum effectum, scilicet fornicationis euitationem, vel bonum prolis, quod hic non potest habere propter impotentiam coeundi. optat tamen Hostien. quod in hac materia fierent duæ Decretales. Vna, quod maleficiatus cum vna muliere nō potest contrahere matrimonium cum illa, & si contraxerit, & per triennium moratus non potuerit consummare, censeretur perpetuum impedimentum. Alia, quod si non appareret an maleficium præcesserit matrimonium, præsumitur præcessisse, simile no de sponsal is qui, & cum hac opinione Hostien transit Io And. & Butr. in cap sequen. licet hic aliter dicat, vt infra dicam, & hoc perpetuò notabis pro limitatione cap. fin de re iudic. & cap licet ex quadam, de testibus nam dum illa iura dicunt, quod in dubio est præsumendum pro matrimonio, debent intelligi, quando matrimonium potest habere effectum suū, scilicet euitationem fornicationis, vel bonum prolis, alias si non poterit habere effectum suum, non præsumitur in dubio pro matrimonio, immo contra matrimonium. Sed dom. Cardin. in prima quæst. & in oppositione, quam facit super ea, dicit, quod præmissa dubitatio videtur cessare seruatis his, de quibus infra cap. proxi. nam inspicitur mulier, & si reperitur virgo, dicit, quod habet locum separatio, quare hoc casu præsumatur impedimentum contigisse ante cōtractum matrimonium, si autem mutatione dubitant, an sit virgo. dicit, quod videtur præsumendum, quod matrimonium præcesserit maleficium. & ex hoc dicit, quod si maleficiatus contraxit cum corrupta, non potest matrimonium separari propter periculum, quod esse potest, ne coniuges colludant dicētes, quod non possunt commisceri, vt in cap sequē postea dicit, quod etiam si non probetur virginitas, dummodo probentur illa, de quibus ibi in responsione Papę sufficiet. Et ex hoc dicit, quod ex his confirmatur opin Hostien. scilicet quod in dubio præsumatur maleficium contigisse ante matrimonium, & hoc seruatis his, de quibus in cap sequē & sic esset opin. Hostien. sed aliter dixi in capitu. præcedenti. & ibi retuli in vltima quæstio. in fine. Butr. autem hic distinguit, videlicet, quod aut quis petit diuortium, aut petit aliquam in vxorem.

Primo casu dicit, quod dicens maleficium contigisse ante matrimonium debet hoc probare, quia hæc est sua intentio.

Secundo vero casu dicit, quod posset procedere opin. Hostien. scilicet quod præsumatur maleficium contigisse ante matrimonium. vel aliter, secundum eum, potest dici circa separationem matrimonij, quod aut vterque fatetur, & consentit in separationem. & procedit opinio Hostien. scilicet quod præsu-

præsumatur maleficium contigisse ante matrimonium, aut alter negat maleficium, & tunc asserenti incumbit onus probandi, & sic non præsumitur maleficium contigisse ante matrimonium, nisi probetur. Ista distinctio mihi non placet etiam tenendo opin. communem, quod præsumatur maleficium contigisse ante matrimoniū non est facienda vis, an asserens maleficium sit actor, vel reus, vel an petat diuortium,
8 vel an petat aliquam in vxorem: nam vbi † præsumptio est pro agente, vel pro excipiente, non incumbit probatio sibi, sed aduersario, & debet ferri sententia pro ipso agente, vel excipiente, ex quo habet iuris præsumptionem pro se, nisi aduersarius probet contrarium, vt dixi in dicto cap is qui, de sponsalib. & per Bart. in l. in illa stipulatione. ff. de verborum obligatio. & per Cyn. in l. secunda. C. de emphyteu. sed hæc est præsumptio, secundum Doct. quod impedimentum præcesserit matrimonium, ex quo matrimonium non potest habere effectum suum, & esset odiosum præsumere hoc casu pro matrimonio, quia coniuges starent perpetuo impediti.
9 Item ex quo nunc reperitur † maleficiatus, præsumitur in præteritum fuisse maleficiatus, quia de præsenti præsumitur in præteritum, vt in capitulo, scribam supra de præsumpt.

Abbas autem Sicul. allegat glo. 33. quæst. 1. in summa. quæ dicit, quod impedimentum præsumitur contigisse post matrimonium, nisi probetur contrarium. sed ipse dicit, quod Doct. communiter teneot, quod præsumatur impedimentum contigisse ante matrimonium, & hanc opinionem ipse sequitur hic, & in cap sequen. in secundo notabili & ibi dicit esse casum de hoc: nam ibi, nec allegatio, nec probatio fuit facta super prioritate temporis, sed probato maleficio separatum fuit matrimonium. & dicit, quod oemo ad hoc, ponderauit illum tex secundum eum. te uerentia sua, domi. Cardin. ipsum ponderauit. dicit enim. quod seruans his quæ dicuntur in cap sequen in responsione Papæ potest separari matrimonium, etiam si non probetur ipsum contigisse ante matrimonium, quia in dubio illis seruatis præsumuntur contigisse ante matrimonium. sed tu dic, quod ille tex. hoc non probat: nam ibi fatebātur ambo maleficium, & sic etiā vir fatebatur se maleficiatum. Item per aspectum corporis mulier ibi probauit se adhuc virginem esse, non tamen recedas a communi sententia, & tene, quod in dubio præsumitur maleficium vel aliud impedimentum contigisse ante matrimonium, quod intelligo, nisi vir asserat se cognouisse mulierem, quæ apparet corrupta: nam tunc standum esset verbo viri, quod tamen intelligitur, vt dixi in cap. præced.

In glo in verbo, per errorem. hæc glo. est facta meto con-
10 trarij: nam † sententia a qua non est appellatum, nō potest amplius rescindi, cum transiuerit in rem iudicatam, vt in c. cum dilecti, de electio. & in cap quod ad consultationem, de re iudic. sed hæc mulier non appellauit, vt patet in tex. vnde glo soluit duobus modis.

Primam solutionem intelligit But. quando sententia est lata ex probat. non omnino certa, vt est probatio quæ fit per aspectum, quæ fallit, & fallitur, vt in cap nec aliqua. 27 quæstio prima, & in cap penult. supra de probatio. nam hoc casu detecto errore retractatur sententia, vt hic. allegat Butr cap. significantibus. de purgatione vulgari, quod etiam alleg per glo. in l admonendi ff de iureiuran. & hoc casu nulla est specialitas in causa matrimoniali, quia idem est in quacunque causa. no bene istam solutionem, quod vbi fertur sententia ad dictum peritorum, si apparent periti ores, qui dicunt contrarium, potest retractari non obstante quod transiuerit in rem iudicatam. & hoc dixit Ioan. And. & Butr. in cap proposuisti, de probatio. Sed Abb. Sic. ibi tenet contrarium, & ibi ipsum videas Abb. autem Sic hic intelligit glo. quando error detegitur non per probationes admittendas, quia vt non admittantur probationes, potest excipi de transitu in rem iudicatam, vt in cap cum inter, de re iudic. sed dicit glo. intelligendum, quando alias re ipsa apparet de errore, & dicit hoc parere in iuribus allegatis in glo. tamen quod glo. debeat intelligi, secundum quod intelligit Butr. multum faciunt illa verba glo. ibi, manus & oculus obstetricum sæpe fallitur.

Secundo soluit glos. quod est speciale in causa matrimoniali, quæ non transit in rem iudicatam, & sic habes ex glo.
11 tres casus, in quibus † sententia potest reuocari, dato quod nō fuerit appellatum.

Primus est in causa matrimoniali, & idem dicas in sententiis censuræ, & in aliis sententiis nutrientibus peccatum, vt dicit Innoc. But. & Docto. in cap lator. & cap. consanguinei, de re iudic. tales enim sniæ transeūt in rem iudicatam quo ad priuatam vtilitatem, & quo ad condemnationem expensarum, & similia, licet non transeant quo ad illud, quod tangit periculum animarum, vt dicit Hostien. & Doct. in dicto
12 cap. consanguinei. & circa hoc, an & quando † sententia lata in causa matrimoniali transeat in rem iudicatam, vide Bu
a tr. in cap lator.[a]

Secundus casus est, quando lata est sententia ex probatione non omnino integra, puta ad dictū peritorum. Nam sententia debet reuocari, si apparerēt periti ores dicentes contrarium, vt dicit Ioan. Andr & Butr. in cap proposuisti, de probat. licet Abb. Sicul. ibi. per multas rationes teneat contrarium, de quo ibi vide, & hoc colligitur ex glo. secundum intellectum But.

Tertius casus est, quādo re ipsa apparet de errore, hoc est, qn̄ causa reducta est ad non causam, verbi gratia, si fullo, cui data erant vestimenta lauanda ipsa perdidit, fuit cōdemnatus per sententiam ad æstimationem, deinde dominus inuenit vestimenta, nam poterit fullo repetere pecuniam quā soluit, dato quod non appellauerit: nam non dicit sententiā iniustam sed dicit, quod etiam peruenit ad nō causam, idest quod cessat causa, propter quam fuit condemnatus. ex quo dominus reperit vestimenta. potest repetere pecuniam, quā soluit, dato quod non appellauerit, vt in l. si fullo. & ibi per Bart. ff. de condic. sine cau. & in l. si fine ff. rem ratam habe. & in cap. 2. infra de purg vulg. secundum vnum intellectum & hoc voluit glo. ista in prima solut secundum quod intelligit ipsam Abb. Sic.

Quartus casus est, secundum Innoc quando aliquid proponitur in secundo iudicio, quod in primo non fuit propositum, vt in c cum Bertholdus, de re iudic. vbi de hoc. sed hoc non est verum, nisi quando allegaretur noua causa, quę nō fuit deducta in primo iudicio, vt in cap. Abbate de re iudica. in 6. & in l. si mater. § eandem. & in l. & an eadem § actiones. ff de excep rei iudic. & ideo dicit, quod quando ma concurrunt, scilicet quod sunt eędem personæ, quæ litigabāt in primo iudicio, & eadem res quæ petebatur in primo iudicio, & eadem causa pendente ob. exceptio rei iudic & no. glo in cap. aduersario, de excep. Si ergo deducitur in secundo iudicio exceptio quæ non fuit opposita in primo, si tamen est lis super re eadem, nec vitiatur causa agendi actoris, non pote-
13 rit reus propter omissam † exceptionem rescindere sententiam, a qua non appellauit: nam ei est imputandum, quare in primo iudicio non opposuit, vt in cap pastoralis, de exceptio. Ad capit. cum Bertholdus, de re iudic. dic quod ibi valet secunda sententia contra primam, quia non fuit exceptum de prima ante prolationem secundæ. de quo dic vt ibi & in cap. inter monasterium, eod. tit.

Quintus casus est, secundum Innoc. quando apparet notorie sententiam iniustam: nam debet reuocari non obstante, quod non fuerit appellatum, & ita intelligit illum tex. nam post sententiam constitit notorie illam mulierem, quæ fuit dicata arctā esse aptā ad copulam, & per hoc sententia ista, de qua in tex. fuit reuocata: nam veritate manifesta opinio cedit veritati. 8 distinct. veritatis. & cap. consuetudo. & hoc dictum sequitur Ioan. Andr & domin. Cardin & communiter Doct. & est multum notandum, secundum But. & Abb. Sicu. quando sententia notorie iniusta est nulla, vel saltem reuocabilis, non obstante quod appellatum non fuerit, etiam si notorietas iniustitiæ postea accesserit, vt hic, & dicit Abb. Sicul quod hoc dictum nunquam est tradendum obliuioni, &
14 potest esse ratio, secundum ipsum & But. nam † sententia iniusta substinetur a iure, quæ præsumitur iusta propter animum iudicis, vt in cap bonæ, de electio. & in capit in præsentia. de regu iur. quæ ratio cessat, quando notorie constat de iniustitia.

Sextus casus est, quando ille pro quo lata est sententia confitetur ipsam iniustam. Nam iudex debet eam reuocare, vt singulariter dixit Innoc. in cap. quia plerique, de immunit. eccles. & est ratio, quia per illam confessionem tollitur illa præsumptio, quæ erat pro sententia, & allegat illud dictum
15 Innoc etiam ad aliud, videlicet quod † præsump[illegible] de iure tollitur per cōfessionem illius, pro quo erat præsumptio, & idem dicunt Doctores in authen. sed iam necesse. C. de donatio ante nup., quod tamen intellige, vt dixi in cap. is qui, de sponsal.

Septimus casus est, quando postquam sententia transiuit in rem iudicatam pars contra quam est lata, producit probatio contra sententiam partis, pro qua est lata aliquid non opponen. vt singulariter dixit Innocen. in capi cum dilecta, de rescrip. & in cap. cum Bertholdus, de re iudica. & ideo est, quia ex quo probationes sunt receptę contra sententiam partis non opponentis, iniustitia sententię transit in notorium.

Octauus

ADDITIO.

a ¶ Quatuordecim casus enumerat But. in cap. cum Bertholdus, de re iudi. in quibus sententia reuocatur, licet non sit appellatum.

Octauus casus est, quando post sententiam, a qua non est appellatum pars, contra quam est lata, reperit instrumenta, per quæ apparet sententiam iniustam, nam potest petere restitutionem in integrum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa esse videbitur, & si soluisset, posset illud quod soluit repetere condictione sine causa, de quo vide in Spec. de sent. execut. §. postremo. versic. illud autem. & per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de instrum. edit. §. postquam versic. qoid si soluit decem, & Bart. in l. 1. C. de senten. aduersus fiscum latis, libro 10. qui allegat ad hoc Innoc. in cap. vltra rerilam, de testibus. & hoc debet intelligi, quando non potest negligentia imputari, alias non audiretur cõtra sententiam, dato quod reprobassent noua instrumenta, nisi esset minor, vel ecclesia, vt dicit Butr. in capitulo, cum Bertholdus, de re iudicata, vbi vide.

Nonus casus est, quando sententia a qua non est appellatum, est contra ius litigatoris, secundum quod habetur in capit. j de re iudic. & potest fieri fides, quod iudex iniuste pronũciauit: nam talis sententia potest rescindi per restitutionem in integrum, vt dicit Inno in cap. 2. de purg. vulg. de quo Deo dante ibi dicam.

Decimus casus est, quando sententia est lata per falsos testes, vel per falsa instrumenta, quia potest rescindi per viam restitutionis in integrum, vt not. in l. diuus. ff. de re iudic. & C. si ex falsis instrum. per totum & in cap. licet causam, de probat. & in cap. venerabilis, de excep. in summa, vnam regulam
16 multum no. quod vbi † ęquitas casus superuenientis suggerit sententiã rescindi, possit rescindi etiam si sit missa executioni, & repeti illud, quod est solutum occasione sententiæ, & si nun est missa executioni, potest excipi contra petentem executionem sententiæ, vt non mittatur executioni, & hæc singulariter dixit Innocent. in dicto capitulo secundo, de purg. vulg.

Vndecimus casus est, quando sententia est nulla ipso iure, vt quia est lata non seruato ordine iudiciario, vel quia error iuris est expressus in sententia, secundum quod habetur in cap. 1. de re iudic. nam semper potest de nullitate sententiæ opponi, vt in l. a. C. quando prouoc. non est necet. & in l. j. ff. quæ senten. sine appell. rescin. non poss. quod tamen intellige cum limitatione clemẽ. vnicæ, de sequestr. poss. & fruct. & clem. 1. de re iudic. & tene menti glo. fin. in dicta clem. j de sequestr. poss. & fruct. quæ singulariter dicit, quando per ius cõmune, vel per statutum tollitur exceptio nullitatis, hoc non obstante poterit opponi nullitas, quæ descendit ex defectu iurisdictionis, quam glo. tenebis mẽti, & multos alios casus, in quibus sententia potest retractari, dato quod ab ea non fuerit appellatum, vide per But. in dicto ca. cum Bertholdus, de re iudic. & per eundem in cap. ab excommunicato, de rescrip. & in capitu. dilecta, eod. tit. & in cap. in præsentia, de regul. iur. Quid autem si in sententia est expressa causa, quod est contra errorem iuris, & alia causa quæ est contra ius litigatoris, an teneat sententia, videbitis infra qui fil. sint legit. in cap. per tuas.

In glo. in verbo, cui simili. no. bene hanc glo. & idem sentit glo. in verbo, debeat sed Inno. dicit, quod licet mulier non teneatur subire graue periculum puta mortis, tamen si mu-
17 lier † etiam cum periculo inciditur, & ex hoc redditur apta viro debet restitui primo viro. & hoc dicit Innoc. in versic. per hoc. idem etiam dicit in ver. miraculum. vbi dicit, quod siue per opus medici etiam cum corporali periculo, siue per concubitum alterius viri, etiam si difficilis in genitalibus reddatur apta primo viro. & hoc dicit Inno in vers. per hæc debet ei restitui, per hanc literam ibi, præter diuinum miraculum. & dicit, quod si vni est cognoscibilis, omnibus est cognoscibilis, & non habet perpetuum, neque naturale impedimentũ. & sic non est separanda a primo viro, & si separata fuerit per errorem cõperta veritate, debet ei restitui. & secundum hoc Innoc. exponit literam ibi, absque corporali periculo, idest absque morte, quia nisi mors fuerit subsequuta ea medicamine debet institui primo viro postea. Innocẽ. refert aliam opinionem, quam reprobat, vnde nõ refero. idem tenet Hostien. & communiter Doct. facit cap. requisisti. alias de his requisisti. 33. quæstio. 1. vbi dicitur, quod si huic, scilicet primo non potuit mulier concordari, quomodo alteri conueniet, quasi dicat, quod apta vni censetur apta omnibus, vnde Doct. concludunt, quod erit restituenda primo viro, nisi appareat primum virum mulieri improportionabilem. Abbas autem Sicul. dicit opin. Doct. procedere, quando non constat de differentia inter vtrunque virum: nam si primus vir adeo est carnosus, quod nũquam potuisset mulierem cognoscere sine periculo mortis, & quia vir est magis gracilis, potuit mulierem cognoscere. & dicit, quod non est restituẽda primo, licet per frequentem vsum cum secundo sit reddita apta primo. & dicit, quod hoc tacite iudicio suo senserũt Pet. & Abb in quadam distinctione, quam posuit Ioan. And. hic in fi. & dicit hoc probari per istum text. dum dicit, quod illa erat cognoscibilis: primo ex quo poterat commiscere. secundo, quod erat similis primo. secus ergo vbi non esset similis. & dicit, quod text. arguit a communiter accidentibus, & dicit secus esse, vbi daretur aperta dissimilitudo modo infra dicto. Inquantum dicit Abb. Sic. quod hoc senserunt Pet. & Abb in quadam distinctione, quam recitat Ioan. And. hic in fi meo iudicio hoc non senserunt, nam in illa distinctione dicunt, quod ea nimia carnositate membri viri poterunt cõiuges separari, si sunt in ętate legitima, sed si mulier apparet ab alio cognita, restituetur primo viro, quia retro, apparet sententia lata per errorem, argum. huius cap. ista sunt verba Pet. & Abb. in sua distinctione, quæ possunt facere ad propositum, quam distinctionem etiam hic refert dom. Cardin. in §. per hoc, in vltima quæst. sed Pet. & Abb non dicunt, quod si per frequentem vsum secundi reddatur apta primo, quod non debeat ei restitui, immo potius sentiunt contrarium, vnde tene communem opinionem, nec iste tex. facit pro opin. Abb. Sicul. immo facit contra eum. Nam ex quo est reddita apta primo præter diuinum miraculum, præsumitur impedimentum non fuisse perpetuum, sed temporale & hoc probat tex aperte, si consideretur. pro hoc facit finis cap. de hoc etiam facit quod tangit gl. in verbo, fornicario. & ibi dicam, quæ super ista omitto.

In glo. in verbo, remaneat. pro expeditione huius glos. & duarum sequentium, opponitur contra tex. nam iste tex.
18 intelligit in versi. alioquin. innuit, quod dummodo † mulier transiuerit ad religionem, reintegratur primo viro, etiam si solenniter vouerit, vnde propter hoc obstat cap. ex parte, in fi. & c. ex publico, de conuer. coniug. in quibus dicitur, quod votum solenne dissoluit matrimonium nondum consummatum, sed hic matrimoniũ cum primo nondum erat consummatum, ergo nõ debet reintegrari matrimonium cum primo viro, cuius timore cõtrarij glo. dicit, quod aut mulier ingressa est monasterium, & ibi professa, & statim fuit solutum matrimonium, vnde non reintegratur primum matrimonium, sed compellitur redire ad monasterium, secus si fuisset ingressa causa probationis, quia nunc si transiret ad sęculum, compelleretur redire ad primum virum, & gl. intelligit, quod iste tex. in versic. & si prædicta, loquitur de ea, quæ transiuit ad religionem cum effectu, nam secũdum glo. compellitur votum seruare, & per hoc intelligitur fornicata cũ secundo, cum quo contrahere non potuit post votum solenne & sic glo. vult, quod solenne votum cõtinentiæ emissum post contractum matrimonium ante consummationem debet seruari, & sic sentit, quod dissoluit matrimonium, & per hoc dicit glo quod intelligitur fornicata cum secundo, quia cum eo contrahere non potuit impediente voto solẽni. sed glo. loquitur contra tex. nam tex. vult, quod votum solenne continentiæ non tollat matrimonium ante contractum, ꝙ patet, quia tex. vult, ꝙ reintegretur primum matrimonium, & quod primus vir dimittat illam, cum qua secundo contraxit, vnde Innoc. & melius dicit, quod cap. ex parte. & cap. ex publico, de conuer. cõiug. non contradicunt huic, sed potius concordant, aliud est ingredi monasterium, & aliud est voto se obligare ad obseruantiam regularem, & aliud est simpliciter vouere continentiam.

Nam primum, scilicet ingressus monasterij cum professione non solum impedit matrimonium contrahendum, sed etiam dirimit contractum ante votum, dum tamen non sit consummatum, vt dicto cap. ex publico. & dicto ca. ex parte, de conuer. coniug.

Secundum autem, scilicet obligare se voto ab obseruantiã regularem absq; ingressu monasterij non dirimit matrimonium ante votum, vt dicto cap. ex parte. in fi. de conuer. coniug. sed impedit contrahendum, & dirimit contractum post votum, vt in cap. insinuante, qui cler. vel vouen. vbi loquitur de vouente continentiam, & non professa aliquam religionem, alias male diceretur ibi, quod in domo propria remaneret, nam esset contra substantiam professionis, de sta. mo. cum ad monasterium.

Tertium autem, scilicet votum simplex continentiæ solũ impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit cõtractum, vt in cap. rursus, qui cler. vel vo. & quod no. in c. dudum, de conuer. coniug. vnde dic pro maiori declaratione, ꝙ iste tex. ponit tres casus.

Primus est, quando mulier transiuit ad religionem cum effectu, & tunc matrimonium contractum per primum virum cum secũda muliere tenet, & debet cum ea remanere, quia per ingressum religionis solutum fuit matrimonium, vt in cap. ex publico, & in cap. ex parte, de conuer. coniug. & hoc

probatur

probatur hic in versicu. & si prædicta. vsque ad versiculum, alioquin.

Secundus casus est, quando mulier se constrinxit voto solenni ad obseruandam continentiam, nõ tamen fuit ingressa monasterium, & tunc primus vir non potest remanere cũ secunda muliere, quia primum matrimonium nõ fuit sublatum per illud votum, ex quo non transiuit ad religionem, tamen licet primũ matrimonium debet reintegrari quo ad vinculum, mulier potest repelli prętextu fornicationis, quia
19 intelligitur † fornicata cum secundo viro, ex quo secum contraxit post votum solenne, & sic cum ipso non fuit matrimonium, nec verum, nec putatiuum, sed fornicatio, & hoc dicit versic. alioquin, vsque ad versic. nam si tantum. & sic iste tex. in isto versic. probat primum, quod votũ solenne absque ingressu monasterij non tollit matrimonium præcedens, quia si tolleret, potuisset primus vir remanere cum illa, cum qua secundo contraxit in facie ecclesiæ. secũdum probat, quod matrimonium contractum post votum solenne non tenet, nam si teneret, non diceretur hæc mulier commisisse fornicationem cum secundo viro, sed iudicaretur matrimonium putatiuum, donec error fuisset detectus.

Tertius casus est, quando emisit votum simplex & post illud contraxit matrimonium cum secundo viro in facie ecclesię, & hoc tertio casu reintegratur matrimonium cum primo viro, nec potest mulier ab eo repelli prætextu fornicationis, quia non dicitur fornicata cum votum simplex non dirimat matrimonium post contractum, & sic ille secundus vir iudicatur maritus, donec error fuit compertus, & hoc probatur hic in versic. nam si tantum. & iste est verus intellectus literæ, & ita etiam intelligit Ioan. And. dom. Card. & But. licet non declarent istum tex. vt supra declaraui. & dicit dom. Cardin. & Abb. Sic. quod illud cap. non habet locum hodie per cap. j. de voto, in 6. sed dixi supra in primo notabili.

20 Nunquid autem per susceptionem sacri † ordinis soluatur matrimonium ante copulam. dic vt per glo. in cap. desponsatam. versic. 27. quæst. 2. & in ca. ex parte tua, in glo. fi. de conuer. coniug. & per glos. quam omnino vide in cap. j. de voto, in 6. Et nunquid si quis efficiatur eremita, soluatur matrimonium nondum consummatum, vide glo. prædictam in dicto cap. ex parte tua, de conuer. coniug.

In glo. in verbo, fornicario. hæc glo potest diuidi in duas partes.

In prima opponit, & soluit.

In secunda quęrit, & respondet. secunda ibi, sed quid. s. post primum.

In prima parte dum dicit glos. quod ex futuro euentu retro apparet iniuriam fuisse factam priori viro, nõ placet Bu. quia licet declaratio retrotrahatur quo ad æquitatem validã di matrimonij, tamen ad inducendum delictum vbi non est non trahitur retro, quia hoc non est ęquum, fictio fundatur super ęquitate, & pro alleg. istum tex. qui vult, quod mulier sit excusata dubio pendente, & ideo But. distinguit dicens, ꝙ
21 quandoque † mulier se iunxit alteri fornicario coitu, hoc est non sub colore matrimonij, & tunc mulier potest repelli ex cep. adulterij, dato quod non fecerit animo iniuriandi primo matrimonio se separatam: nam per hoc non excusatur, quia iungendo se alteri coitu fornicario, dedit operam rei illicitæ, & sic vltra intentionem debet puniri, vt in l. si adulterium cum incestu ff. de adult. & in capi. tua, de hæret. & not. glo. in cap. a nobis de sent. excomm. & maxime quia consentiendo copulæ necessario consentiebat iniuriæ matrimonij, quæ surgere poterat ex fine copulæ. & dicit, quod hoc voluit litera ibi, vel nisi fornicario modo. & ista est ratio, quare potest repelli prætextu fornicationis, si post cõmissum votum solenne contraxit matrimonium cum alio, nam dicit Butr. quod dicitur committere adulterium spirituale, quia violat fidem mariti spiritualis, scilicet Dei. & pro hoc vide bonum tex. 27. quæst. 1. nuptiarum.

Item quia contrahendo de facto cum secunda dedit operam rei illicitæ, & sic non esset matrimonium, cum propter votum dicitur fornicata etiam respectu primi matrimonij. Quandoque mulier separata iunxit se in foro ecclesiæ contrahendo cum alio. & hoc casu dicit But. quod stante dubio facti nunquam ista Decretalis emanasset. planum est, quod mulier erat excusata, quia probabiliter ignorabat iniuriam primi matrimonij, & dicit Hostien. quod hæc mulier excusatur propter multa.

Primo, quia fuit per ecclesiam separata. 32. quæst. j. quemadmodum.

Secundo, quia publicè nupsit.

Tertio, quia in dubio potuit habere bonam fidem.

Quarto, quia sententiam diuortij latam forsan credidit valere in perpetuum.

Quinto, quia nemo illi contradixit, nec postea conscientiam turbauit, ergo nec adulterium commisit sine dolo. Ab. Sic. sequitur But. & mihi placet, sed non credo, quod tex. considerauit illa quinque, quæ dicit Hostien. Nam tex. se fundat, an sub colore matrimonij, vel fornicario coitu alteri se iunxit, stante probabili dubio. & istud solum videtur litera ponderasse, licet Doct. transeant cum dicto Host.

Sed dubium est, nũquid hodie post istam constitutionem excusetur ab adulterio. But. post Innoc. dicit, quod statim, ꝙ
22 est † artificiata de facto, idest quam primum sensit se cognoscibilem statim debet præsumere se aptam primo viro, & se non excusaretur ab adulterio, & posset repelli propter adulterium. & dicit, quod non ob. si diceretur, quod etiam ante istam constitutionem deberet reputari in dolo, cum matrimonium sit de iure naturali: nam ad hoc respondet But. & quia sunt verba Innoc. quæ But. assumit pro maiori parte solue secundum Innocẽt. quod in his quæ sunt de iure naturali, & specialiter super matrimonio, & contra matrimonium sępe constituit ecclesia: nam quandoque ecclesia prohibuit matrimonium contrahi vsque ad septimum gradum.

Quandoque ad quartum, vt supra tit. proxi. non debet. & no. hoc dictum Innoc. quod matrimonium est de iure naturali, de quo dixi in Rubrica de spon. vnde ante istam constitutionem erat excusata mulier, ex quo probabili errore ad hoc inducebatur. Deinde Innoc. refert alios dicere, quod licet non debeat iudicari fornicaria, tamen in veritate peccabat, quia hæc dubitatio iuris non tollit peccatum, cum non liceat in iure maxime naturali, sed a pęna constitutionis humanæ bene excusatur, quia talis pœna non extenditur vltra intentionem constituentis, quæ videtur fuisse, & esse debuisse talis, quod si aliquis coniugum commiserit adulterium licite dimittatur ab altero, quod debet intelligi, si per constitutionem ecclesię declaratum est hoc esse adulterium, sed hoc casu quia nõ erat diffinitum, immo apud sapientes plurimum dubitabatur, & plures in hãc opinionem declinabant, quod esset matrimonium cum secundo non debet iudicari, quod teneatur pœna Decretalis dicentis, quod fornicaria puniatur separatione thori. cum habuit probabilem causam dubitationis. & dicit dom. Cardin. in 3. quæst. in secunda collat. quod singulariter est notandum, quod dicit Innocen. scilicet quod pœna constitutionis humanæ non debet extendi vltra constitutionem constituentis, & quod pœna constitutionis adulterij debet intelligi, quando declaratum est per aliam constitutionem illud esse adulterium. & dicit, quod hoc facit ad multa, maxime ad iura pœnalia, & ad id quod dicit glo. quæ incipit, contrafaciens, in cap. generali, de elect. in 6. Sed prima Innoc. magis placet But. dicit tamen, quod si per primam copulam, vel etiam per secunda non fuisset reddita apta viro non posset repelli exceptio. fornicationis, quia adhuc non patebat de errore separationis primi matrimonij. & dicit, quod hoc sensit glo. & ego etiam puto, quod prima opin. Innoc. sit verior quam secunda: nam cum ecclesia habeat potestatem statuendi super matrimonio aliter, quam ius diuinum statuit, vt patet in capitu. non debet supra eod. proxime, non est dicendum, quod talis peccet, quantum ad Deum, quia Deus intelligitur statuisse illud, quod ecclesia statuit, & sic potuit probabiliter credere, sed non peccare, ex quo multi sapientes declinabant in hanc opinionem, quod secundum matrimonium teneret. sed no. ex dicto Innocen. quod ignorantia iuris naturalis neminem excusat, vt l. i. C. de in ius vocan. & vt assumam verba Innoc. an si hodie eueniret ille casus, nunquid mulier committeret adulterium. Innoc. videtur dicere quod sic. dicit enim, quod ecclesia statuit, quod de cætero non possit contrahere, scilicet post istam decretalem. & dicit, quod si mulier adhæret secundo viro cum matrimonialiter fornicatur, & tenetur pœna fornicat. cum hæc dubitatio non sit soluta. & dicit Innocent. hanc opinionem hic probari ex sententia diuortij inter hanc mulierem, & secundum virum, nec fuit quæsitum, an esset apta primo, vel non, vel vtrum secundus sit similis primo in genitalibus, necne. Secundo dicit probari, quod hoc impedimentum fuit remotum absque periculo corporali, & sine diuino miraculo. & dicit Inno. hoc magis sibi placere & istam opinionem tenet But. vt supra retuli. Idem videtur tenere Hostien. nam
23 exponit verbum † animo, idest ex quo factum est hoc ius super hoc. sed glos. hic in versic. animo exponit, idest veritate reuelata, quod fuerit vxor primi. sed dom. Cardin. dicit, quod vtraq; expositio in idem recidit. Abb. autem Sic. dicit, quod aliqui exponunt verbum, animo, idest post illam Decretalẽ, vt dixit Innocẽt. sed hic est Hostien. vt proxime vidisti, quasi olim hęc quęstio esset dubia, hodie aperta. alij exponunt animo, idest post primum cognitum potuit cognoscere, quod matrimonium erat cum primo, & hæc secunda expositio

placet

placet Abb. Sic. & dicit, quod credit, quod etiã hodie mulier licite contrahat cum secũdo post sententiam diuortij latam per ecclesiam: nam potest præsumi, quod alteri viro erat apta: nam hoc est possibile secundum eum, quæ supra dixi, & dicit, quod mulier non tenetur redire ad primum, nisi verisimiliter cognoscat primum fuisse aptum a principio secũdum distinctionem supradictam. sed ego dicerem, quod aut mulier omnino est certa, hoc est, iudicatur inhabilis ad coitum cum quocunque viro, vt fuit mulier, de qua in tex. vt patet in litera, circa prin. ibi, non poterit esse mater, vel coniux, tanquam cui naturale deerat instrumentum, & hoc casu non debet contrahere matrimonium cum alio, vt in cap. requisisti. 33. quæst. 1. si tamen contrahit, non videtur commisisse fornicationem, quia ille qui contraxit cum ea, potest eam habere in vxorem, alias in sororem, vt supra eo. consultationem. & sic poterit licite remanere cum illo, donec sit reddita apta ad coitum, & hoc videtur velle dom. Cardin in hoc § in fi. vbi dicit, quod si constaret mulierem omnino impeditam, non permitteret ecclesia illam contrahere matrimonium, ex quo matrimonium non potest esse cum effectu, de condit. appo. capit. fin. & dicit, quod hoc probatur in versic pro hoc, infra ead. decretali. si tamen contraheret, permittit ecclesia illos simul manere. & sic intellige cap. consultationi & cap. laudabilem. supra eod sed postquam cognouit se idoneam ad concubitum viri ante istam decretalem dubitabatur, an teneretur reuerti ad primum virum, quia multi sapientes credebant secundum matrimonium tenere, vt supra dixi. & ideo ista mulier non potuit repelli exceptione adulterij, ex quo secundum matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, hodie autem post istam constitutionem statim, quod sensit se habitum ad coitum viri, tenetur statim reuerti ad primum virum, & si postquam sensit se cognoscibilem. permisit se cognosci a secundo viro, potest repelli except. fornicationis a primo viro, & ita intellige Innoc. & Hostien. vnde dom. Cardin. & bene dicit, quod expositio glo. quę exponit verbum, animo, idest veritate reuelata, quod fuerit vxor primi, recidit in idem cum expositione Hostien. qui exponit a modo, idest post hoc ius: nam nisi si mansisset cum secundo, postquam sensit se cognoscibilem, non potuisset repelli except. adulterij, quia multi sapientes putabant secundum matrimonium valere, & ipsam non debere reuerti ad primum, sed hodie post primam decretalem reuelata veritate, quod fuerit vxor primi, quod est, quam primũ sensit se cognoscibilem, tenetur reuerti ad primum. & istud etiam dicit But. nam dicit, quod hodie quam primum est certificata de facto, idest sensit se cognoscibilem, statim debet præsumere se aptam primo viro, & sic post istam constitutionem, si non reuerteretur ad primum, posset repelli exceptione fornicationis. & sic opin. Abb Sicu. est vera, intelligendo hoc modo, nec differebat ab opin Doct. aut mulier erat ad coitum apta, tamen erat improportionabilis viro, vt quia habet membrũ nimis carnosum, ita quod excedit alia membra, q morbus potest dici elephãtia, quæ est species lepre maior alijs speciebus sic dicta ad instar elephãtis, qui est maior alijs animalibus, vel primus vir habet membrum nimis grossum, vel nimis longum, quam secundus habeat competens. & hoc casu similiter contrahitur cum alia, non fiat restitutio mulieris primo viro. & pro hoc facit iste tex. in versic cui simili. & ista fuit opi. Vin & Goff. quam Doct. sequuntur. pro hoc allegat dom. Card. illud Ouidij.

Quam male inęquales veniunt ad aratra iuuenci.
Tam premetur magno coniuge nupta minor.

Aut tertio mulier est angusta respectu primi viri, & pp hoc est lata sententia diuortij, & tunc si cõtrahit matrimonium cum alio post sententiam diuortij, quamprimum cognouit se dilatatam, ita quod verisimiliter potest cognosci a primo, tenetur reuerti ad primum: alias post istam decretalem potest ... ceptionem fornicat. & sic intellige istam materiam

Item aduerte, licet mulier non concipiat, & dumtamen sit cognoscibilis, tenet matrimonium: nam sufficit, quod in iure non reperitur expressum, quod ob hoc possit fieri separatio, & hoc fuit dictum Hostien. de quo etiam per eundem in summa, eodem titulo § quid sit impotentia, versicu. item quid si mulier. & hoc sequitur Io. And. & do. Card.

In secunda parte glo. Innoc. deridet opin. Ioannis. & dicit illos, qui dicunt mulieres sæpius hincinde restitui, seminare, & dicit, quod quilibet suscipiens, quam sit absurdum mulierem exponere extraordinariæ pollutioni, & quod vxor ali-
24 cuius ita contractetur ab alio & dicit, quod ex quo † mulier fuit cognita secundo, debet inspici primus vir & mulier, & secundus vir, & si habent membra similia, præsumetur, quod a primo viro sit cognoscibilis, & ei debeat restitui irreuocabiliter. idem dixit Vinc & dicit Butr. hoc tenere Doct. Host. autem dicit, quod mulier debet restitui primo viro, & cum primo morabitur per triennium, & interdicetur secundo viro, ne interim cum alia contrahat, & si infra triennium potest cognosci a primo viro, non reuertetur ad secundum. Si vero infra triennium non potest cognosci a primo restituetur secũdo, sine restitutione deinceps facienda primo, & præsumetur esse maleficium perpetuum, vt infra cap. prox. sed si secundus infra triennium contrahit cum alia, separabitur vsque ad triennium, postquam si apparebit, quod impedimẽtum fuerit temporale, vt quia mulier fuit cognita primo, tenet secundum matrimonium, licet celebratum fuerit contra intentionem ecclesiæ. Si vero apparuerit impedimentũ esse perpetuum, vt quia non potuit mulier cognosci a primo, separabitur matrimonium per secundum virum contractum cum alia, & restituitur sibi prima. & idem dicit Hostiẽ. si primus vir post separationem contrahit cum secunda. & pro hoc facit secundum eum, infra eod. cap in fi. in eo, quod dicit, quod talia pendent ex futuro euentu, & cum hac distinctione Host. transit But. hic. & Abb. Sic dicit, quod melius dicit Hostien. quam Innocẽ suo iudicio. sed dom Cardin dicit, quod hæc dicta Hostiẽ magis conueniunt cap sequen. vbi de maleficiato agitur, quam isti, vbi de impedimento mulieris tractatur, vt quia dicitur arcta. sed dic, quod etiam dicta Host. possunt procedere, quãdo mulier apparet arcta, quæ postea cognoscitur ab alio eadem ratione. Ego tamen dicerem cõcordando Innocen. & Hostien. quod quamprimum mulier fuit cognita a secundo viro, iudex debet inspicere primũ, & secundum virum, & si apparet, quod habent membra dissimilia, nullo modo dẽt restitui primo, ex quo per inspectionem apparet ipsam non posse cognosci a primo, dato quod fuerit cognita a secundo, & hoc modo procedit opin. Host. Innoc. sed si non apparet dissimilitudo membrorum debet restitui primo, cum quo morabitur per triennium. & hoc casu habet locum distinctio Hostien. & licet Host. dicat, quod post triennium præsumitur perpetuum impedimentum, ex quo infra illud non potuit mulier cognosci a primo. Ego puto, quod etiam si post triennium per frequentem vsum mulier esset ita dilatata, quod constat ipsam posse cognosci a primo, debet reddi primo, quia censetur fuisse impedimentum temporale. & hoc probat tex in fi. & ista est communis sententia, vt dixi supra in versi cui simili. & idem intellige distinct. Hostien. nisi post triennium constaret illam fuisse redditam aptam primo.

In dubio tamen, ex quo infra triennium non potuit eam cognoscere, præsumitur perpetuum impedimentum inter mulierem, & primum virum, vt in cap. sequen. & sic intellige Hostien.

In eadem glo. in fi. dicit But. quod hæc cauda glo. est mira-
25 bilis, nam quotidie clamamus, sententiam in † causa matrimoniali non transire in rem iudicatam, nam hoc est verum per vnicam sententiam. & per lapsum termini ad appellandum, sed si sententia prima sit confirmata per alias duas sententias, secundum istam glo. transit in rem iudicatam, ita q non potest amplius appellari. But. dat simile, nam interlocutoria non transit in rem iudicatam quo ad iudicem, qui possit eã reuocare, dato quod ab ea nõ fuerit appellatum, vt in cap cum dilecti iuncta glo. fin. de electio & legitur, & notat. in cap. cum cessante, de appell. & tamen si est bis confirmata, non retractatur, vt no. in clem. cum ab repulsione, de appell. & per Bart. in l. a Diuo Pio. ff. de re iudica. quod est bene notandum, secundum But. Butr dicit, quod non credit hãc glo. veram, quia nullum vinculum quantumcunque multiplicatum, potest firmare actum, ex quo surgit peccatum nõ remissibile per partem, aut iudicem sed But. in cap lator. de re iudic. saluat illam glo. & dicit, quod hæc glo debet intelligi, quod quando sententia in causa matrimoniali est confirmata per duas sententias, non potest retractari per vnam appel. & sic transit in rem iudicatam quo ad finem. & modum deuoluendi, sed non quo ad finem retractandi, si coram iudice competenti agatur, vel de nullitate, vel per viam querelę, vel restitutionis in integrum.

Item dicit But. quod per lapsum decem dierum talis sententia transit in rem iudicatam, & pro ea præsumitur, vt dicit Innocẽ de elect. bonæ, el primo, & de probatio. quoniam contra falsam, & de senten. excommun. sacro, ad hoc. quod no. Archid. 2. quæst. 7. in summa.

Item dicit, quod quando non appellatur infra decem dies
26 sententia † lata in causa matrimoniali, vel in similibus causis nutrientibus peccatum transit in rem iudicatam quantum ad hoc, vt ille contra quem est lata, non audiatur per viam appell. sed est necessaria via querelæ, vel restitutionis in integrum. & de hoc vide glos. notab. in cap. ad reprimendam. in versic.

versic suspendatur, de offic ordin. & hoc tenet But in d. capi. Iator & sic non solum præsumitur probari sententia, quando non est appellatum infra decem dies, sed etiam ille contra quem est lata, non audiutur amplius per viam appellationis, sed sibi est necessarium remedium querelæ, vel simile.

Ex his habes vnum modum, per quem saluatur hæc glo. s. vt sentētia lata in causa matrimoniali confirmata per duas sententias, trāseat in rem iudicatam quantum ad hoc, vt nō possit tertio appellare, & sic quo ad finem, & modum desoluendi. sed non quantum ad finem retractandi per aliam viam, quam appella. & istum modum soluendi ponit etiam hic Abb. Sic. & mouetur per glo. in d c. ad reprimendam. in ver. suspendatur, de offic. ord.

Secundo modo Abb Sic. soluit glo. videlicet, vt sententia lata in causa matrimoniali lata per duas sententias transeat in rem iudicatam quo ad hoc, vt ille contra quem est lata, non audiatur contra sententiam, nisi cōstita causæ cognitione: nam vt dicit Innoc in ca. tenor, de re iudic etiam contra vnicam sententiam. quis nō debet de facili audiri, sed est necessaria maxima causæ cognitio, vt dicit Innoc. in d. capit. tenor, qui dicit hoc esse expressum in cap ex literis, de restit. in integrum.

Dicit tamen Innoc. quod poterit facere hanc examinationem summarie, & de plano non vocata parte. & vide omni-
a no Innoc. in d c. ex tenore.[a]

In glo. in verbo, omnino. istam glo. declara, vt dixi in prima parte glo præced.

Vltimo scias quod Ioan. And. & Doct. inducunt istam lite-
27 ram ad quæst. Nunquid Lazarus, vel alius † mortuus resuscitatus recuperet vxores, & filios, & alia bona. Item quæritur de baptismo, & ordine, & de professione religionis. Item si aliqua reliquit ecclesiis, nū quid illa possit repetere. & de hoc vide glo. & Archid. 12 quæst. 7. cap. 2 & Ioan. Andr hic alleg. pro & contra post Barthol. Brix & alios antiquos. & videtur concludere, quod ea quę imprimuntur animæ durant. & sic non est opus tractare de recuperatione. exemplum in ordine baptismo, & simil. sacramentis ex quibus caracter imprimitur animæ; nam quam ad modum ipsa anima non moritur ita nec sibi impressa. Idē dicit Ioan. And. in professione non quod per professionem imprimatur caracter, sed quia obligatio hinc inde contra quæritur Deo qui non moritur, vt not. in cap fin. de condit. appos. In alijs vero quæ inhærent corpori. Ioa. And. tenet, quod si fuerit vere mortuus, non recuperat, & sic nō recuperat bona de rigore, secus si credebatur mortuus, & non erat, vt quia reperitur viuus in monumēto. Idē in casu dubij, quia non præsumitur fuisse mortuus vere. & pro hoc facit litera in eo, quod dicit, quod censetur perpetuum impedimentum, quod sine diuino miraculo non potest remoueri. sed glos. in l nam ad ea. ff. de legibus & in l. seruus. ff. de actio & obligat. sentit oppositum, scilicet quod recuperat bona. dicit enim, quod resuscitatus rumpit testamentum, & aufert bona hæredibus, & idem sequitur Rain. & Bart. in d. l. nam ad ca. motiuum principale eorum est, quia si restitutio principalis refertur ad omnia, vt in l. prima. & fin. C. de sen. pass. & 2. quæst 3. in fi. fortius restitutio rei debet hoc operari. In vxore tamen sentiunt, quod illam non recuperet, sed bene filios mouentur per l cum duæ. iuncta l. non vt a patre. ff. de capi. nam dicitur in dicta l. cum duæ quod rediens de captiuitate hostium recuperat filios, sed non vt a patre. dicit, quod reuersus ab hostibus non recuperat vxorem, sed matrimonium reintegratur ex nouo consensu. sed domi. Cardi. & Abb. Sic. dicunt, quod secundum canones non est facienda differentia inter vxorem, & filios, quia per captiuitatem non
28 separatur † matrimonium de iure ciuili, vt in cap. dominus. de secun nup & in cap cum per bellicam. & in cap. cum in captiuitate 34 quæst. 2. sed dominus Cardin. dicit, quod hæc iura loquuntur in capto, & sic in morte ciuili. vnde necessario non inferunt ad mortem naturalem, argum. illius, quod no. glo in cap. susceptum, de rescript. in 6. dicit tamen, quod hæc opin Ray. & Bar est verior. scilicet quod quasi per restitutionem omnia recuperat. & sic dicendo dicit, quod soluuntur iura in contrarium adducta, quæ non loquuntur de restitutione. Abb. Sic. dicit, quod de rigore sibi placet opi. Ioan. An. quia actio semel extincta nunquam reuiuiscit, de consecrat. distinct. 4 quæris. & in l qui res § arcam ff de solut. facit capi. ex transmissa, de renunciat. sed de æquitate dicit, quod procedit opin Legistarum dicit etiam Abb. Sic. quod per mortem soluitur religio, nisi quo ad votum obligationis in humanis. ad hoc cap. fina de sepul in 6. & sic non obstat motiuum Ioan. And. quia licet obligatio acquiratur Deo, tamen est restricta ad tempus, vnde post suscitationem est noua vita. sed dicit, quod de æquitate potest procedere dictum Ioan. Andr. sed non erit speciale in religione, quia idem est in omnibus temporalibus secundum opinionem Rayn. & Barto. sed ra dic, quod etiam de rigore procedit opin. Ioan. Andr & ipsam sequitur domin Cardin nam licet non imprimatur caracter ex professione, tamen contrahitur matrimonium spirituale cum Deo, quod morte non dissoluitur, vt dixi in cap tuæ. de sponsal. differentias inter matrimonium carnale, & spirituale, & ideo etiam post resurrectionem remanet obligatus ex professione, & licet talis casus raro contingat, tamen posset contingere, puta si sanctus vir aliquem mortuum resuscitaret, vt aliquando contingit.

ADDITIO.

a ¶ Felin. in cap. Iator. quarta colum. versic. quarta declaratio, de re iudic. allegat Alex Ne. hic.

SVMMARIVM.

1 *Modus soluendi ex vna determinatione inferendo ad alias similes determinationes.*
2 *Correlaria, seu corollarium, quid significet.*
3 *Sententia non est præcipitanda in causis matrimonialibus.*
4 *Iudicium finale quandoque pendet ex futuro.*
5 *Mulier quæ sine periculo non potest reddi apta viro, an censeatur esse idonea ad contrahendum matrimonium.*

1 §. Similiter. Nota primum † modum soluendi ex vna determinatione inferēdo ad alias similes determinationes. concordat de rescript. pastoralis, in fi. de diuort. quanto. Si enim Papa hic infert ex præmissis. &
a dicit domin. Cardin. quod tales illationes hodie † correlarię appellantur, quod vocabulum dicit non inuenisse apud authenticos auctores. sed dicit, quod bene inuenitur corollarium per vnicum R. quod est dicere premium alicuius certaminis, & dicitur corona, quia fertur in collo, vt torquis aureus. dicit autem, quod hoc forte corelarium tractum est, quia cum aliquid infertur ex altero, videtur habere relationem ad illud, vt sic dicatur corollarium quasi correlatiuum, & ex hoc habet qualiter debet dici illud, quod infertur ex conclusionibus præcedentibus Nam est mos tenentium conclusiones in disputationibus ex conclusione præcedenti aliquid inferre: nam illud debet dici corelarium, & non corolarium.

Nota secundo ibi, quod non facile, quod in causis matri-
3 monialibus non est præcipitanda † sententia. ad idem de restit. in integr. ex literis. versicu. perspicimus nam secundum Host. tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. 60. distin. ponderet. 42. dist. quiescamus 32. distin. habuisse. 11. quæstio 3. graue.

4 Nota vltimo, quod quandoque finale † iudicium, idest certum pendet ex futuro. & ad hoc quotidie allegatur iste text. & de hoc in glo. vl. & pro futuro euentu expectando faciunt versus Ouidij.

Exitus acta probat careat successibus opto
Quisquis ab euentu facta notanda putat.

Et est sensus literæ, quod ex futuro euentu videbitur, an mulier fuerit rite separata, quia secundum Innocent. si fuerit apta secundo, redditur primo, & constat primum fuisse matrimonium.

In glo. in verbo, debeat But. dicit, quod communis opinio est contra illud, quod dicit glo. nam dato, quod mulier non teneatur se subiicere graui periculo, tamen ex quo se subiecit, licet fuisset periculum, quod mors deberet sequi ex incisione, ex quo non est mortua, & sic est sanata præter diuinū miraculum, nunc declaratur retro fuisse matrimonium cum primo, quia nunc apparet impedimentum fuisse temporale, & hoc tenet Host. non obstante motiuo glos. quia [illegible] fuerit facta apta per primam copulam, per hoc non [illegible] matrimonium cum secundo, qui prius habuit copulam cum ipsa, cum adhuc esset possibile ipsam esse aptam per factū hominis, quod euentus declarauit, hoc igitur intercedente apparet, quod fuit semper vxor primi, licet hoc nobis non constaret tanquam esset reddita apta, & sic concluditur nō esse matrimonium, alias matrimonium cum secundo, quia primū matrimonium de præsenti præualet matrimonio secundo de præsenti etiam cum copula, vt in capi. si inter, de sponsal. & in cap. fin. de spon. duorum. & pro hoc Hostien dicit corrigendum, quod ipse no in summa, eod tit. §. qualiter & quando. versic. quod si mulieres asserant, & sequenti. & hoc sequitur dom. Cardin. & But. & plenius dixi in versic. præcedenti in glo. in verbo, cui similiter. & ex his soluitur quæstio forma-
5 ta in hoc versi. per hoc. in eo, quod quæritur, an † mulier, quæ

sine

sine periculo non potest reddi apta viro, an censeatur esse idonea ad cõtrahendum matrimonium: nam tñ dubio nõ censetur esse idonea ad matrimoniũ, nisi si subiecit se periculo, dũmodo non moriatur, ex quo est facta apta, debet restitui primo, & iudicatur inter eos fuisse matrimoniũ. Eodem modo soluitur quæst. formata in versic. similiter. nam mulier separata a viro propter arctatudinem ei redditur, si per vsum secundi efficiatur apta primo, immo eo ipso, quod apparet a secũdo cognita, præsumitur etiam apta primo, vt supra versic. prox. Sed Vincen dicit, quod debet fieri inspectio primi & secundi viri, & etiam mulieris, quæ per secundum est facta cognoscibilis, dixi in versi. præced super glo. in ver. fornicario in secunda parte illius glo.

In glo fi nota ex glo quod matrimonium quo ad substantiam vinculi non potest esse in pendenti, quia statim, vel valet, vel non valet matrimonium, sed certificatio, & declaratio bene potest esse in pendenti quo ad viri cognitionem, & sic matrimonium non contrahitur retro quo ad vinculum, sed bene quo ad declarationem.

SVMMARIVM.

1 *Vir maleficiatus, si per triennium vxorem cognoscere nõ potuit, separatur ab ea.*
2 *Vxor asserendo virum per triennium inhabilem, separatur ab eo.*
3 *Impotentia potest allegari respectu alterius coniugis non obstante annorum & temporis lapsu.*
4 *Maleficium præsumitur contigisse ante matrimonium, quando matrimonium non est consummatum.*
5 *Libelli in causa matrimoniali practica.*
6 *Petens separari matrimonium propter impotentiam mariti non tenetur specificare causam impotentiæ, sed sufficit dicere, quod vir non habet potentiam secum coeundi.*
7 *Sententia lata super impotentia coniugum transit in rem iudicatam.*
8 *Libellus incertus in tribus casibus procedit.*
9 *Matronæ quæ assumuntur ad inspiciendam mulierem, debent esse expertæ.*
10 *Obstetrices ad inspiciendam mulierem accersiri solent.*
11 *Obstetrices quot ad inspiciendum numero esse debent.*
12 *Index in materia diuortij supplet ex officio in pluribus.*
13 *Dictio, mulier, accipitur tribus modis.*
14 *Maleficium fabarum, est pessimum.*
15 *Virginitatis probatio necessario non requiritur ad separationem matrimonij propter maleficium.*
16 *Propinquorum numerus si deficiat in proportione impotentiæ, qualiter agendum.*
17 *Tempus triennij, quando incipiat currere ad probandum impedimentum coniugum.*
18 *Tempus continuum qualiter intelligatur.*
19 *Mulier sequestrari debet pendente tempore triennij, quando dubitatur, ne vir eam corrumpere faciat.*
20 *Coniuges, qui morari noluerunt per tempus triennij causa probationis impedimenti excommunicandi sunt.*
21 *Viro dicente se non posse pati, sed abhorrere mulierem qualiter procedendum.*

CAP. VII.

Iteræ. Legitur tribus modis. Vno modo, quod loquatur hic in maleficiato, & secundum hunc intellectum sic
1 summa. Si vir † maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui cohabitauit per triennium ipsis eum septima manu propinquorum hoc iurantibus separatur matrimonium.

Secundo modo legitur, vt loquatur non in maleficiato, non in frigido. & hoc tenet Innoc. cuius lectura communiter non tenetur, est tamen vera in se, & vidistis supra eodem, laudabilem.

Tertio modo inhærendo verbis literæ legitur generaliter quando vxor dicit virum non habere potentiam coeundi secum, nec exprimit, ex qua causa, & sic facit ad tertiam partem Rubricæ. & secundum hunc intellectum, hoc dicit. Si
2 vxor † dicit virum, cui cohabitauit per triennium, non habere potentiam coeundi eis iurãtibus cum septima manu propinquorum, separatur matrimonium, hoc dicit. Communis diuisio, consultatio, & responsio. Secunda ibi, quo circa.

Nota primo ibi, vel 2. annis elapsis, quod non obst.
3 annorum numerus, quo minus possit allegari † impotentia alterius coniugis, & peti separationem matrimonij, & hoc est indubitatum, quando vterque confitetur impotentiam, vt hic, vel quando potest clare probari, vt in capitulo præcedenti.

Quid autem si vnus confitetur, & alter negat, & non habent probationes euidentes, dixi supra eod cap. i.

Nota secundo, secundum Abb. Sic. casum apertum, & notabilem. intellige, quod loquitur in maleficiato, & communiter intelligitur, quod quando matrimonium non est con
4 summatum, præsumitur maleficium † contigisse ante matrimoniũ: nam vt hic apparet, nec allegatio, nec probatio fuit super prioritate temporis, sed probato maleficio separatũ fuit matrimonium. & dicit, quod nemo ad hoc ponderauit istum tex. sed vt dixi in cap. præcedenti in glo. in verbo, diuinum miraculum, in fi. iste tex. hoc nõ probat, quia loquitur, quando vterque confitetur maleficium, & iurauit cum septima manu propinquorum.

Item mulier fuit inspecta per matronas, quæ apparuit virgo, licet hoc vltimum non sit necessarium, vt dicit Ioã. And. & dicam infra super glo. fin.

5 Nota tertio † practicam libelli in causa matrimoniali & dicit But. quod est ponderandus tex. qui probat, quod nõ sufficit conclusionem libelli, quod mulier non sit cognita, nisi etiam addatur, quod vir non habet potentiam coeundi, sed hoc declara, vt in capitulo primo, super glo. in versic. caput, supra eodem.

Nota quarto, secundum Abb Sic. bonum tex. probantem opinionem eius in cap. laudabilem, supra eod. nam ibi dixit, quod confessio vtriusq; coniugum cum septima manu propinquorum, non sufficit ad separandum matrimonium ante cohabitationem triennij, immo dicit plus probari in illo tex. quod non sufficit probatio virginitatis longo tempore habitæ. Nec obstat, secundum eum, si dicatur, quod vir asserebat se alias cognouisse: nam hoc non probauit, vt dicitur in tex. Non obstat etiam, secundum eum, si dicatur, quod litera loquatur solum in maleficiato, quia in tex. hoc non exprimitur, sed solum generaliter mulier allegauit impedimẽtum coeundi. sed tu dic, quod iste tex. non probat opin. Abb. Sic. nam aut intelligitur, quod loquatur in maleficiato, prout communiter intelligitur: & clarum est, quod nõ facit pro eius opin. quia in maleficio indistincte debet expectari triennium: nam maleficium non est vitium naturale, sed accidẽtale, quod contrahitur per artes maleficas, vt dicit tex. in c. si per sortiarias. 33. quæst. 1. præsumitur ante triennium vitiũ temporale, sed post triennium præsumitur perpetuum. & dicit glo. in cap. præcedenti. in versic. diuinum miraculum. aut tu intelligis, quod loquatur in tex. quando generaliter allegabatur impotentia coeundi. & adhuc non facit pro opinio. Abb. Sicu. quando allegatur generaliter impotentia coeundi, & ignoratur, cuius qualit. sit impotentia, nam posset esse ita maleficium, sicut frigiditas. & pro hoc facit glo. 33. quæstio. 1. cap. 2. in versic. accipi, quæ incipit. Pone, quod mulier, quæ dicit, quod generaliter allegans impotentiam coeundi censetur deduxisse in iudicium maleficium, & frigiditatem, & quamlibet aliam impotentiam, & propter hoc debet expectari triennium indistincte: vbi autem specifice allegaretur frigiditas, habet locum capitulum, laudabilem, supra eodem.

6 Nota quinto, quod petens † separari matrimonium propter impotentiam mariti, non tenetur specificare causam impotentiæ: sed sufficit dicere, quod vir non habet potentiam secum coeundi, quod tenet hic Hostien. Ioan. Andr. & communiter Doct. & idem dixi super Rubrica, & supra eod. quod sedem. & ex hoc habes casum, in quo in actione personali non tenetur quis exprimere causam, & hoc ideo secundum Abb. Sic. quia dubietas prouenit ex facto aduersarij: quo casu dicit, quod admittitur libellus generalis, vel alternatiuus, vt in cap. constitutus & ibi per Innoc. de restit. in integ. allegat etiam l. quæ de dote. § j. ff de rei vendic. & l. 1. §. quod autem ff. quorum leg. & hoc dicit glo. notabilis. 33. quæstio. prima, cap 1. & ij in versic. accepit, quæ incipit: Pone, quod mulier. quæ etiam dicit, quod generaliter proponens impotentiam coeundi, videtur deduxisse omne ius suum in iudicium vt in cap. Abbate, de re iudic. in 6. per quod infert Ioan. And. quod succumbens in hac generali petitione nõ poterit postmodum allegare frigiditatem, vel aliud impedimentum.

Secus vbi prius se fundasset super specificatam. & dicit Abbas Sicu. quod hoc dictum est notandum singulariter, quod
7 † sententia lata in tali causa transit in rem iudicatam. & dicit non recordari se hoc alibi legisse. & potest esse ratio, secundum eum, quia in hoc casu cessat periculum animæ, ratione cuius sententia non transit in rem iudicatam: nam si non potest stare vt vxor, stabit, vt soror, & sic nullum peccatum imminet, sed meritum. 27. quæstio. 2. si tu abstines. & 33. quæst. 2. quod Deo pari. & facit cap. consultatio. supra eo. & dicit

dicit Abb. Sic. hoc tenendum menti. & addas hoc ad ea, quæ dixi in capit. præcedenti, super glo. in verbo, fornicatio. in fi. ego tamen hoc limito, quod ille qui est potens ad coitum, non possit continere, quia tunc talis sententia non transiret in rem iudicatam, eo quia nutriret peccatum. per ea quæ dixi in dicto cap. consultatio. Dom. autem Cardin. in tertio notabili dicit, quod aliqui notant, quod auditur libellus in personali actione, & sine causa, cum hic audiatur mulier petens diuortium propter impotentiam, etiam si non exprimat causam remotam impotentiæ sed ipse dicit, quod procedit libellus generalis in personali actione causa non expressa, dummodo non excipiatur per aduersarium, vt dicit glo. notabilis in cap. Abbate, quæ incipit, talis. de re iudic. in 6 & probatur in l. fin. C. de anna. excep. sed dicit dom. Cardi. quod hic non probatur, quod illi dicunt, nam fuit expressa causa remota in eo, quod mulier dixit virum non habere potentiam coeundi, & quamquam non fuit specifice declaratum, qua de causa, non tamen vitiatur libellus, secundum eum, ex hoc propter incertitudinem, tamen quia incertitudo causatur ex facto viri, de restit. in integ. constitutus. & quod ibi not. tum quia causæ impotentiæ sunt in iure declaratæ. & sunt frigiditas, & maleficium, & aliæ, de quibus in Rubrica dixi, & colliguntur, supra eod. tit. per totum.

8 Ex his habes tres casus, in quibus procedit † libellus incertus.

Primus, quando non apponitur, vt dicit glo. in dicto capitulo, Abbate. de re iudicata, in sexto. & in l. finali. C. de anna. exceptio.

Secundus casus est, quando surgit incertitudo a facto aduersarij, vt dicit eadem glo.

Tertius casus est, secundum domi. Cardin. quando causæ quæ possunt comprehendi ex libello, sunt in iure declaratæ, ita quod reus potest esse certus, ad hoc facit c. cautam. infra tit. 2. & ibi colligit Butr. ex illo tex. quod vbi in qualibet parte alteroatiuè concluditur intentio petentis, vel libellantis admittitur libellus, vel positio incerta. ad hoc facit de rescriptis, ex parte. & cap. plerunque. & cap. secundum autem. ibi, dolo, vel negligentia. & de foro compet. ex parte B. de dilat. literæ. & de probat. tertio loco. vnde eodem modo potest dici, quando causæ quæ possunt comprehendi in libello generali concludunt intentionem libellantis, quod admittatur libellus generalis, quando etiam aduersarius potest esse certus de omnibus, & maxime in casu huius cap. quia cum impotentia referatur ad corpus viri, & sic ad certum quid, non potest resultare incertitudo.

Quartus casus tollitur ex eadem glos. in dicto ca. Abbate. videlicet, quando factum est incertum, & actor est in errore probabili, nam admittitur libellus incertus, licet illa incertitudo non surgat ex facto aduersarij, & hoc no.

9 Quintus no. ibi, ex parte, quod † matronæ quę assumuntur ad inspiciendum mulierem debent esse expertæ; nam inexpertis non creditur ff. de ven. inspic. l. j. & ex hoc arguit Ioan. pro antiquis magistris. 35. quæst. prima, contra statuta. 37. distin. relatum. & contra nouos. 48. distin. sicut. & pro expertis allegat Goff. C. de iudic. l. certi. & in Auth. de iudic. §. nos igitur. 19 quæst. 3. monasteriis. sed contra hoc facit 31. distin. Nicena. sed dom. Cardin. respondet, quod licet ille pa. de quo in dicto ca. Nicena esset inexpertus nuptiarum, tamen erat expertus super scandalo, quod consuluit euitandum. Sed reuertendo ad propositum iste tex. dicit, quod matronæ debent esse expertæ. & sic sufficit, quod sint peritæ in arte inspiciendi. & sic non requiritur, quod sint peritissimę. sed glo. videtur tenere contra in capit. si quis acceperit. 33. quæstio. j. quæ dicit, quod nisi mulieres sint peritissimę, standum est verbo viri, qui asserit se cognouisse vxorem. & dic, quod sufficit, quod sint peritæ, etiam si non sint peritissimæ, vt hic, & in l. 1. ff. de vent. inspi. vbi dicitur, quod sufficit, quod obstetrices quæ habent inspicere mulierem sint probatæ artis, & fidei. ad idem supra eod. fraternitatis. vbi requiritur, matronas esse prouidas, & honestas. Innocē. ibi exponit verbum, prouidas, idest peritas. ergo sufficit, quod sint peritæ, etiam si non sint peritissimæ, concordat supra de probat. cap. penult. ibi, honestas matronas prouidas, & prudentes, &c. & debent esse peritæ illæ, quæ consueuerunt exercere artem obstetricum, & dicta l. j. ff. de vent. inspic. & 27. quæstio. 1. nec aliqua. & in cap. pen. de prob. pro quo optime facit iste tex. qui requirit, quod sint expertæ in opere nuptiali.

Nūquid autem debēt esse nobiles. Quidam aduocatus anno præterito, dicebat quod sic, & allegabat glo. in dicto cap. nec aliqua. 27. quæst. j.

Sed tu dic, quod non requiritur, quod sint nobiles, sed sufficit, quod sint honestæ vitæ, & probæ. nam talis inspectio pertinet ad † obstetrices, vt in dicto cap. penult. supra de probat. 10
& 27. quæst. 1. nec aliqua & in l. j. ff. de ventre inspic. sed obstetrices communiter non sunt nobiles. pro hoc facit iste tex. & supra eod. fraternitatis. & dicto cap. penult. de probat. licet quæ posuit qualitates istarum matronarum, quæ debēt inspicere mulierem, an sit virgo, & tamen nullam facit mentionem de nobilitate.

Nec obstat glo. in dicto c. nec aliqua. quia non dicit, quod requiratur, quod tales matronæ sint nobiles. sed incidenter dicit, quod si duæ, aut tres nobiles probæ mulieres dicūt mulierem esse cognitam a viro, harum testimonio staret, vnde illa glo. non dicit, quod non sit credēdum eis, si non sunt nobiles, vel potest dicere, quod vbi obstetrices inuicem sibi cōtradicunt, creditur nobilioribus, cæteris paribus, arg. de testi. in nostra. & sic potest intelligi illa glo.

Nunquid autem requirantur plures, quam duæ. tex. in capit. proposuisti, supra de proba. videtur dicere, quod debeant
11 interuenire septem † obstetrices ad inspiciendum mulierem. sed tex. in l. prima, ff. de ventre inspic. facit mentionem de tribus. sed glo. in dicto cap. nec aliqua. 27. quæst. 1. videtur dicere, quod sufficiant duæ. & hanc opinionem, scilicet quod sufficiant duæ obstetrices, tenet Bart. in l. j. ff. de ventre inspic. & ibi tractat, nunquid si non reperitur, nisi vna obstetrix in ciuitate, an illa sufficiat, & similiter de aliis peritis in aliqua arte, nunquid si non reperitur, nisi vnus in ciuitate, an ille sufficiat, vel sit necessarium requirere peritos dictæ ciuitatis. de quo etiam per eundem Bartol. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & in l. j. § fin. ff. de verb. oblig. & per Ang. in Auth. de non alie. § quod autem & per But. in cap. proposuisti. de probat. vbi vide omnino Abb. Sic. vbi latissime hoc examinat, scilicet an credatur vni perito, quando alius nō reperitur in ciuitate, & hoc tenebis menti, quia ego etiam habui in practica.

12 Nota vltimo, quod cum agitur ad diuortium † iudex in pluribus supplet ex officio, hic enim isti iudices fecerunt hāc mulierem inspici ex officio. pro hoc quod no. per Innoc. de iureiuran. ad nostram. el. secondo.

13 In glo. prima dic, quod hoc nomen † mulier, accipitur tribus modis.

Primo modo pro sexu fœmineo, & hoc modo etiam infans potest dici mulier, vt in l. argento. § muliebri. ff. de auro, & argen. leg.

Secundo modo accipitur mulier pro viripotente, siue sit virgo, siue corrupta, vt Instit. de nupt. in princ. & quibus modis tutela fi. in princ. & in d. l. mulieris. ff. de verbor. signific. & ita accipitur hic.

Tertio modo dicitur mulier illa, quæ est corrupta ff. de cōtrahen. empt. l. alioquin. §. quod si ego. & ff. de action. emp. l. ex empto §. si quis virginem. & secūdum hoc viripotens nō dicitur mulier, nisi esset corrupta, & hoc modo non dicitur hic. & hoc dicit glo. in d. l. mulieris.

In glo. secunda, ex hac glo. colligitur prima lectura ad istum tex. scilicet vt loquatur de maleficiato. & hanc notabi. & dic vt dixi in cap. præcedenti, super glo. in verbo, diuinum miraculum. sed Inno. hanc lecturā non approbat dicens, quod propter maleficium matrimonium non debet separari, cum non sit perpetuum, & intelligit istum tex. in frigido, nam de maleficio nulla fit mentio hic, sed allegabatur impotentia coeundi in genere, & ad cap. si per sortiarias 33. quæstio. 1. respondet, quod illud cap. est correctum hodie, sed hanc lecturam Innoc. reprobat Host. & communiter Docto. nec est verum, quod cap. si per sortiarias, sit correctum, & dixi in cap. præceden. in glo. præallega. & dicit Hostien. & bene, quod si iste tex. loqueretur de impotentia naturali, non suffiet iniuncta penitentia, de commissis, quia per pœnitentiam non tolluntur de facili impedimenta naturalia. Item vir allegabat se habere potentiam cognoscendi alias mulieres. Vnde lect. glo. communiter approbatur, & communiter reprobatur lectu. Innocent.

Tertia lect. est, vt tex. intelligatur generaliter vbi non allegatur impotentia coeundi, non enim tenetur mulier specificare causam impotentiæ, cum de facili non posset percipi, & maxime per mulieres. & istam lect. approbat Host. & Io. And. & communiter Doct. & dicit Abb. Sic. quod est notabilis. & pro ipsa facit Rubrica in tertia parte: nam in Rubrica fit mentio de frigidis, & maleficiatis, & generaliter de impotentia coeundi, & repete, quod dixi in secundo not.

In glo. in verbo, institutor. licet glo. reprobet primam opinionem, tu tene eam, quia communiter tenetur per Docto. & ipsam tenet glo. in cap. j de voto, in 6.

Nec obstat motiuum glo. quia Adam dixit illa verba prophetice, vt est tex. in c. fraternitatis. 35. quæst. 10. de quo bene dixi in Rubrica de spon.

In glo. in verbo, continuari, in fi. no. glo. quę dicit, quod in

malcficio

maleficio ista cohabitatio triennii semper requiritur. idem dicit [illegible] supra codem, laudabilem. & ratio est quia istud impedimentum est accidentale, & nonnunquam tempore remouetur, maxime post actam pœnitentiam. In alijs vero impedimentis naturalibus, vbi veraciter de ipsis constaret, vel per aliqua signa euidentia non esset opus triennio, vt in capitulo primo, supra eodem. sed vbi signa essent dubia, tunc datur triennium, & tunc iste est proprius casus, supra eod. laudabilem. & in isto capitulo primo, supra eod.

Hostien. autem quo ad maleficia dicit, quod Constantinus in practica, in Rubrica de his qui maleficiis impediti
4 cum vxoribus coire non possunt, dicit, quod † maleficium fabarum est pessimum, quia magis diuinis, quam humanis modis errari potest, quasi dicat, non nisi miraculose, & consulit Hostien. quod recurratur ad remedia, de quibus ibi per Constantinum, & alia remedia Medicorum licet enim quædam ex illis videantur superstitiosa, tamen credendum est acton in sua facultate, & ecclesia potest tolerare, & retundere vana vanis, secundum ipsum.

In glo fin. ibi, tamen si alter omitteretur, nihilominus valeret separatio matrimonij. Ioan. And. dicit, quod si glo. intelligit de probationibus virginitatis. per aspectum matronarum, vera est glos. vult dicere, quod secus esset, si omittatur alterum, scilicet iuramentum propinquorum, dato enim, quod sit probata virginitas, non per hoc constat, quod dederint operam carnali copulę, quod requiritur.

Ex hoc infert Ioan. Andr. quod fieri potest diuortium propter maleficium, etiam si non constat de virginitate, in quo videtur magnum periculum, quia possibile est, quod coniuges deierabunt. sed respondet Ioann. Andr. quod propter iuramenta propinquorum præsumitur, quod non deierent, hoc sequitur dominus Cardina. & Abb. Sicu. qui dicit, quod hoc dictum Ioannis Andreæ est singulariter notandum, videlicet, quod ad separationem matrimonij fiendam propter
15 maleficium necessario non requiritur probatio † virginitatis, & hoc dicit, quod satis sibi placet, vt viduis nuptis non desit hoc remedium & pro hoc allegat capitulum, si per sortiarias. trigesimatertia quęstione prima, vbi nihil dicit de purgatio virginitatis & dicit, quod iudices ad cautelam fecerunt mulierem inspici, non enim est verisimile coniuges falsum iurare, ex quo propinqui habere notitiam status coniugalis iurant, quod credunt eos verum iurasse, sed dicit, quod iuramentum propinquorum semper est necessarium, quia probatio virginitatis est argumentum fallax cum ratione odij potuisset matrimonium non consummare, & confessio coniugum non est multum valida, vt in capit. super eo, de eo qui cogno. consang. vxo. suæ.

But. autem dicit, quod aut alter ipsorum negat, & tunc requiruntur iuramenta propinquorum cum testimoniis matronarum, aut vterque confitetur. & tunc dicunt, quod sufficiunt sola iuramenta propinquorum, non autem inspectio matronarum, & hæc dicit vera quo ad necessariam requisitionem, sed cautela est, secundum eum, quod omnia remedia quæ possint adhiberi, adhibeantur, quia materia est ardua, vnde in ea cautius est agendum, vt in capitulo, vbi periculum, de electionibus, in sexto dicit tamē, quod si alterum omitteretur, valeret quod agitur, & dicit, quod omnia possunt hoc modo concordari. pro opinio Butr facit text. in capitulo, laudabilem in versiculo, iustum iudicium iuncta glo. supra eodem. & quod debeat intelligi glos. & Ioan And hic. quando vterque confitetur maleficium. facit text. quia loquitur, quando vterque confitebatur & Ioan. Andr refert se ad glossam, glo autem refert se ad textum tamen in hac materia possemus sic dicere quod aut vterque confitetur & planum est, quod sufficit iuramentum cum septima manu propinquorum, vt in capitulo, laudabilem. versiculo, si autem. supra eodem. aut alter asserit maleficium. & alter negat, & tunc aut animum negat, se maleficiatum, non tamen asserit se cognouisse mulierem hoc casu. & hoc casu semper etiam superfluum esset, quod inspiceretur, ex quo vir non asserit se illā cognouisse, aut asserit se illam cognouisse, & quia tūc statur verbo viri, debet probari per aspectum corporis se virginem, vt in capitulo primo, supra eodem & per glossam. tri gesimatertia quæstio. prima, si quis acceperit. & sic in hoc communiter requiruntur iuramentum propinquorum, & probatio virginitatis per aspectum corporis, vbi autem esset corrupta, impossibilis esset probatio virginitatis. vnde hoc casu puto, quod sufficiat solum iuramentum propinquorū, vbi reclamasset incontinenti, alias secus, vt in cap primo, versic penult. & vlt supra eodem.

Ego tamen consulo, secundum quod consulit Butrius, & Innocentius in capitulo primo, supra eodem. videlicet, quod adhibeantur omnia remedia, quæ possunt adhiberi, quia cum agatur de periculo animæ, nulla superfluitas potest repræhendi.

Extra glo quęro de aliquibus.

16 Primo, quid si propinqui † septem numero non possunt haberi. Iacobus, & Philippus dicunt, quod sufficiunt duo testes, dummodo de hoc sit fama, trigesimaquinta quæstione sexta, si duo. Vincent. dicit, quod non est mutanda forma, nec numerus valet, vt habeantur septem propinqui, & si nō possunt haberi propinqui, habeātur vicini, & si non possunt tot, vel propter inimicitias, vel quia est extraneus, dicit sufficere pauciores, alias non &c. & cum Vincent transit Ioann. Andr. Butr. & dominus Cardin in nona quæstione. qui dicit, quod Vincen dicit melius. idem sequitur Abbas Sic. optime facit quod no. Docto. in simili, in capitulo, inter de purgat. canon. & sic in effectu, vbi potest seruari forma huius capituli. & capituli, laudabilem. supra eodem, non debet ab eo recedi. vbi autem non possunt inueniri nisi duo testes, tunc illi sufficerent cum fama. & hoc modo procedit opin. Iacobi, & Philippi.

17 Secundo quęro, quando incipiat currere istud † triennium. Hostien. per literam ibi, per plures terminos, arguit, quod incipiat currere a confessione, & a præcepto iudicis: nam si peccatum est in causa, quid prodest tempus, quod præcessit pœnitentiam, in hoc tamen non persistit, sed dicit hoc esse arbitrarium. sed Vincent. Innocent. & Abb. dicunt sufficere qualitercunque morati fuerunt per triennium. & istam opinionem sequitur dominus Cardin. in tertia quęstione, & mouetur per literam, quæ nihil aliud exigit, nisi quod per triennium cohabitauerint: & ad id, quod dicit Hostien. quod tempus ante triennium non prodest. Respondet domi. Cardin. quod immo prodest ad faciendam coniecturam de impotentia viri, propter quod solum tempus assignatur. dicit tamē, quod hæc litera ibi, quo circa requirit duo, quia dicit, si ita est, scilicet vt est narratum, & si consisterit, quod triennio cohabitauerint: vnde dicit, quod saltem tutius esset, quod etiam si cohabitauerint triennio, detur aliquis terminus ad agendum pœnitentiam.

But. autem dicit, quod istud triennium computatur a tempore quo egerint pœnitentiam, & factum est præceptum, & dicit, quod non licet iudici obuiare hoc triennium.

Abbas autem Siculus tenet opinio. Vincent. Innocent. & Abb. quam etiam tenet dominus Cardin & dicit, quod probatur in tex. ibi infra prædictos annos: nam loquitur de illis octo annis, qui præcesserunt querelam, nec expositam coram iudicibus. dicit tamen, quod post pœnitentiam iniunctā debent cohabitare aliquo tempore arbitrio iudicis moderādo, vt probatur in litera, versic. & si forte & ista opinio mihi placet, quicquid dicat But. fateor tamen, quod iudex non poterit abbreuiare hūc terminum, quia detur a iure, sine ministerio iudicis, nec reperitur expresse permissum, quod possit breuiari, vt dicit glo. notabilis in regula, indultum. de regulis iuris, in sexto. & per Docto. in capitulo, cum sit Romana, de appellationibus.

Tertio quęro in eo, quod dicit, quod triennium debet esse
18 continuum, qualiter intelligatur † continuum. Hostien Ioā. Andr. & domi. Cardin in quarta quæstio. dicunt, quo intelligitur continuum, idest horis competentibus, argum de vsu pal. capit primo, & quod no. de officio Archipresbyt cap. secundo, in glo. tertia ff de conditio. appos l. si quis ita. & dicit Guil Naso, quod si vir iuisset in peregrinationem, illi supplebitur, de quo per Archid trigesimatertia quæstio. prima, in summa & ex hoc dicit domi. Cardin quod illud, quod dicit de triennio continuo debet intelligi, idest completo. sed clarius loquitur Abb Sicul. dicit enim, quod necessario non requiritur illud triennium, dicit sic continuum, vnde si triennio fuit maritus absens in peregrinatione per quinque menses, poterit illud suppleri ab anteriori tempore, alias tolleretur peregrinatio, & alia negocia necessaria. & dicit, quod creditur, quod hoc fuerit de mente literæ, licet quo ad corticem litera videatur innuere contrarium, dum requirit triēnium continuum, & non interpellatum. quod autem dicatur tempus vtile, & quod continuum dic vt per glos in clement vnica in verbo, continuum. de restitutio in integrum, & per Docto in capitulo, quia diuersitates de concessio. præben. & per glo. & Bartol in Rubrica, & l. prima. ff. de diuer. & temp. præscrip.

Quarto quæro, quid si vir est suspectus, quod faciat mulierem corrumpi forte propter magnam eius hęreditatem multæ namque sunt viæ hominibus ad malum, vt in Authent. de nuptiis. § minores. Hostien remittit ad not de sponsalib.
19 cum locum. vult dicere, quod † mulier stabit in sequestro, vt ibi no. & hoc sequitur domi. Cardin. in quarta quæstio. Butr. & alij scribentes.

20 Quinto quæro, quid si stat per alterum, quod † morari nõ vult. dicit Hostien quod debet excommunicari, & vltra hoc debet distringi per curiam secularem. sed idem dicit dicendum, quod cohabitet, sed non tentat, ad hoc vltimum non potest cogi, nisi indirecte. & hoc sequitur dom. Cardin in 6. quæstio. & Butr. & communiter scribentes, & hoc facit ad quæstionem, videlicet, nunquid vxor potest per sæcularem potestatem capi, & duci ad domum viri, si contemplit excommunicationem, & alias censuras ecclesiasticas, de quo vide domin Cardin. in cap. literas, de restit. spoliat & ibidem Abb. Sic in vltima quæst.

21 Vltimo quæro, quid si † vir dicit, quod ita abhorret mulierem, quod non venit sibi in cor, vt tentat eam. Host. dicit, quod non creditur ei, quia debuit cauere. C. de actio. & obligat. l. sicut. nisi forte esset euidens causa horroris, sed hoc potest esse verum in honore superueniente post matrimonium contractum, secus si erat ante matrimonium, vt in illo qui contraxit cum leprosa, de quo dic vt dixi in capitu. secundo, de coniug lepro. dicit Ioan. And & Doct. quod iudex debet cauere, ne dirimat matrimonium sine ista solennitate, & in hoc casu, sicut in multis aliis priuatur quis iure suo sine culpa, vt in capitulo, quoniam frequenter. §. finautem. supra vt lite non contestata, & in capitulo, antiqua. de priuil. & hoc euenit in casu isto, quia ecclesia non sequitur veritatem, quia nescit secundum opinionem, vt in capitulo, nobis, el secondo, de senten. excommunic. Item Butr. hic facit vnam distinctionem pro intelligentia totius tituli, & repetit ea quæ dicuntur in capitulo primo, & in capitulo, laudabilem. & in cap. præcedenti. ibi videbitis, non repeto.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. Rubrica.

¶ Post impedimenta quæ impediunt, & dirimunt matri-
a monium, videndum est de impedimento interdicti, quod quoque tantum impedit, quã tum impedit, & dirimit matrimonium. de materia habetur 33. quæst. 4. non oportet. cum tribus sequen. & vide glo. in cap. tua, de spon. duorum. quę declarat matrimonium totius tituli, & quæ dixi in capitulo, ad dissoluendum, de despon. impub.

ADDITIO.

a ¶ An matrimonium contractum post inhibitionem factam. Card. & Pet. de Anchar. in clem. 1. in fi. de rer. permut. dom. Abb. in cap. ad dissoluendum, de despon. impub.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contra interdictum ecclesię, vel iudicis contractum non dirimitur, sed separatur, donec cognoscatur de interdicto.*
2 *Obligare quis se potest ad contractum matrimonij pro sorore, promittendo se facturum & curaturum, vt illa contrahat.*
3 *Sponsalia de futura non transeunt in matrimonium de præsenti per alium actum, quam per copulam, cum munerum receptio non sufficiat.*
4 *Matrimonium cum alia contractum tenet non obstantibus sponsalibus, muneribus, osculis, & amplexibus.*
5 *Consuetudo in matrimonio est seruanda.*
6 *Matrimonium sequens rumpit sponsalia præcedentia, etiam si pręcessit interdictum ecclesia.*
7 *Iudex curare debet, ne mandatum suum contemnatur.*
8 *Sponsalia per quemlibet procuratorem contrahi possunt.*
9 *Pater præsens non tenetur expressè consentire, nam ex quo matrimonio non contradicit, non præsumitur consentire.*
10 *Tacens videtur consentire, quando agitur de re appetibili ipsi tacenti.*
11 *Pater diligit filium magis, quam seipsum.*
12 *Sponsa appellans sponsum virum, vel maritum, non per hoc facit sponsalia transire in matrimonium de præsenti.*
13 *Cautela pro sponsa si dubitat, quod sponsa contrahat cum alio, est, vt faciat per iudicem interdicere, ne cum alio contrahat.*

CAP. PRIMVM.



1 Iteræ. † Matrimoniũ contractum contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis, propter hoc solum non dirimitur, imponitur tamen sic contrahentibus pœnitentia, & separantur, donec cognoscatur de causa interdicti, hoc dicit in effectu totus titulo.

In prima facti narratio.

In secunda responsio. secunda ibi, mandamus.

a Nota primo, quod potest quis † obligare se ad contractum matrimonij pro sorore, & simpliciter contrahendo, & iurãdo in materia canonica, videtur promittere se facturum, & procuraturum, quod illa contrahat. vidistis in cap. sicut ex literis, supra de sponsalibus. vbi glo. tangit, & per glo. in capitulo, veniens. de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ.

Nota secundo, quod per alium actum, quam per copu-
3 lam † sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium de præsenti: nam receptio munerum oscula amplexus non sufficiunt sponsalia transire in matrimonium, vt hic, & minirum cum attentatus copulæ non sufficiat, sed oportet, quod mulier plenè cognoscatur, & hoc patet in capitulo, is qui. iuncto capitulo, adolescens. supra de sponsalibus. sed quid si sunt contracta sponsalia per verba de præsenti inter inhabiles ętate, quæ iuris interpretatione valebit, vt sponsalia de futuro, vt in capitulo primo, de desponsat. impube. in sexto. an talia sponsalia transeant in matrimonium de præsenti per receptionem munerum, vel per oscula, vel per amplexus, vel similia. dic quod sic, vt dicto capitulo primo. §. primo. iuncta glos. & dixi in dicto capitulo, adolescens. supra de sponsalib.

4 Nota tertio, quod † matrimonium cum alia contractum tenet nõ obstantibus sponsalibus receptione munerũ, osculis, & amplexibus. & dicit Abb. Sic. quod hæc litera est menti tenenda, quia nescit alibi ita bon tex.

5 Nota quarto, quod † consuetudo in matrimonio est seruanda, secundum Hostien. ad cap. de testam. l. testamenta & supra de insti. cum essent. quod qualiter intelligatur, dixi plene in cap. super eo, de cognat. spirit.

6 Nota quinto, quod matrimonium † sequens cum alia muliere rumpit sponsalia præcedentia, etiam si præcessit interdictum ecclesiæ, & sic interdictum iudicis factum sponso de futuro, ne contrahat, non habet dirimere matrimonium cum alia contractum, vincit ergo matrimonium sponsalia, & interdictum simul coniuncta, & idem dicas, si sponsalia essent iurata, vt in capitulo, si inter. supra de sponsalibus. intellige tamen de interdicto facto ex causa temporali, secus si impedimentum esset perpetuum, & propter illud esset factum interdictum, vt not. glo. in dicto capit. tua, de spon. duorum.

Nota vltimo, quod spernere mandatum iudicis, reputatur
7 grauis excessus, & quod iudex † debet curare, ne mandatum suum contemnatur, de quo hic in glo. fin.

In glos prima. Pro expeditione huius gl. opponitur, quod non potuerit frater contrahere sponsalia cum sorore: nam hoc videtur speciale in patre. ff. de sponsalibus l. sed quæ patris. & l. sequen. & C. de nuptiis, l. viduæ. glos soluit dicens, quod contraxit ipsa consentiente tanquam procurator sororis, vt l. finali, ff. de sponsalibus. capitulo, sed si alias. si per fratrem non contraherentur, non valerent, nisi ipsa postea consentiret. & dicit Innocent. quod ex quo soror consensit,
8 valuerunt sponsalia † per fratrem contracta, quia constat, quod per quemlibet procurator. contrahi possunt, vt in l. fin. ff. de sponsalib. & in capitulo, vltimo. de procuratorib. in 6. Pater autem nomine filiorum, tam constitutorum in potestate patris, quam emancipatorum sponsalia contrahere potest, dummodo patris sit filius, & non contradicat. ff. de sponsalib. l. sed quæ patris. & l. sequen. & C. de nuptiis, l. viduę & in cap proximo. In tutore autem secus. ff. de sponsalibus l. pupillæ. & C. de sponsalibus l. si pater. Hostien. autem dicit, quod tacitus cõsensus sufficit ad inducendum matrimonium per id, quod notat de sponsalibus, cum apud. & capitulo, tuę. & de coniug. lepro. cap fin dicit tamen, quod ex quo mulier habet ętatem, attenditur consensus suus, & non paternus se-
9 cundum canones, de despon. impub. cap. 1. sed si est † praesens, non requiritur, quod consentiat expresse, immo ex quo non contradicit, pręsumitur consentire. ff. manda l. si remunerandi. §. si passus. & intelligit Hostien. quod hæc mulier consensit tacite, nam si expresse consensisset, frustra adhærentur, quæ sequuntur in litera, quæ inducunt tacitum consensum. & sic videtis differentiam, quia glos. ista, & Innocen. volunt, quod sit speciale in patre contrahente sponsalia, vel matrimonium pro filiis, vt tacens habeatur pro consentiente, secus in aliis, quam in parentibus contrahentibus sponsalia, vel matrimonium. sed Hostiensis tenet, quod quemadmodum si pater contrahit sponsalia filius sciens, & tacens habetur pro consentiente, eodem modo si extraneus contrahit pro extraneo, & opinio. Hostien. sequitur glos in dicto capitulo primo, de desponsatio. impube. in sexto. & dicit, quod nullibi reperitur, quod consensus paternus aliquid operetur in contractu matrimonij vltra consensum aliorum.

sed

sed Archid. ibi sequitur opin. Inno: vnde Ioan. And. in nouel la super glo præalleg pro concordia opin dicit, quod est speciale in parentibus contrahentibus sponsalia, vel matrimonium pro filiis, quod eorum taciturnitas habeatur pro consensu. In aliis vero, quam in parentibus non sufficeret taciturnitas eorum, pro quibus matrimonia contrahuntur: nec glo. propter præalleg contradicit secundum ipsum quia si bene consideretur, non est signata super ea parte, in qua de taciturnitate loquitur, sed est signata in ea parte, de qua loquitur de ratificatione & idem sequitur hic But. dicit enim, quod est tenendum, quod ibi no. Ioan. And in nouel. & expressius hoc tenet in c. tuæ ꝗ. de sponsal. dicit enim ibi, quod veritas est, quod non est differentia inter patrem, & extraneum quan do ex post facto tacite, vel expresse ratificantur sponsalia, sed quantum ad præsumendum tacitum cõsensum, bene est differentia, quia quo ad patrem intelligitur consentire, ex quo non contradicit in extraneo. secus nisi interueniant signa denotantia cõsensum. idem sequitur hic Abb. Sic. sed Ioan. de Imo in dicto cap j de despon impub in 6. tenet opin Ho-
10 stien dicens, quod † tacens videtur consentire, quando agitur de re appetibili ipsi tacenti, vt dixit not. Innoc. in cap. in Genesi, de elect. & glo in regula, qui tacet, de regu iur in 6. vnde si pater, vel quicunque alius contrahit per præsentem, præsens videtur consentire.

Ex quo nõ contradicit, secundum ipsum sed tu tene opin. Ioan. And, quia pro ea est tex. in d c. j. nam ideo ille tex tantum exprimit de præsentibus, quasi secus sit in extraneis, vt in c. nonne, de præsump. & idem faciunt iura allegata per Innoc & ad rationem Ioan de Imo dic, quod licet sit appetibile contrahere matrimonium, tamen non præsumitur appetibile contrahere cum certa muliere, nisi de appetibilitate aliud appareat, posset enim dari mulier, vel vir non conueniens, nec conditione, nec moribus alterius, & ideo potest esse damnosum, & inutile matrimonium illi. pro quo contrahitur, & ideo quando alius, quam parens cõtrahit matrimonium, debent apparere aliqua signa consensus saltem tacita, vt hic, sed quando parens contrahit pro filio, cum diligat
11 † filium magis, quam seipsum, vt l. isti quidem. ff quod metus cau l. fina. C. de curat. furio præsumitur in dubio consulere recte filio, idcirco filij præsentia, vel scientia habetur pro cõsensu, si non contradicit. & ista est ratio c. 1. §. fi. de despon. impube. in 6.

In ead glo. in fi dic vt dixi supra in primo notabili.

In glo. in verbo, tanquam no glo. quod si præcedentibus sponsalib. de futuro, spõsa amplexatur sponsum, intelligitur consentire sponsalibus, etiam si sint contracta per alium, quam per patrem, quia amplexus est signum taciti consensus. & dicit But. quod si sponsa amplexatur sponsum tanquã virum, intelligitur amplexari tanquam virum futurum, & non tanquam virum de præsenti, quod dicit esse notandum.
12 facit, quod si † sponsa appellet sponsum virum, vel maritum, quod ex hoc sponsalia non transeunt in matrimonium de præsenti, quia intelligitur illum appellasse virum, vel maritum, scilicet de futuro. & hoc probatur in cap is qui. & in capit. fin. de spon vbi sponsalia de futuro non transeunt in matrimonium de præsenti per alium actum citra copulam, nisi interueniat consensus de præsenti expressus, vt capitu. de illis, de condit. appos. & plene dictum est in c. tuę, de spon.

In glo. in verbo, prohibuisset. Abb. Sic. colligit ex hac glo.
13 iuncto tex vnum remedium proditum sponso, † si dubitat, ne sponsa contrahat matrimonium cum alia. s. vt imploret iudicis officium qualiter interdicatur sponsę sub pœna excõmunicationis, ne contrahat cum alio matrimonium, & dicit vlterius notandum ex hac glo. iuncto tex quod etiam vbi non interuenit iuramentum, non licet sponsæ resilire a spõsalibus sine causa & idem secũdum ipsum sentit glo. fi. & melius probatur in c seq de quo dixi in c. ex literis, el 2. & in c. sicut, de spon. & in c. de illis, el j de despon. impub.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ecclesiasticus potest præcipere sponsæ, ne contrahat matrimonium cum alio.*
2 *Interdictum solum ecclesiæ factum ex impedimento non perpetuo, non dirimit matrimonium postea contractum.*
3 *Iurisdictio iudicis non suspenditur quo ad prohibenda attentata, licet deferat appellationi.*
4 *Iudicis vnius ecclesiastici factum, debet ab alio obseruari.*
5 *Verba, sub interminatione anathematis, non important excommunicationem, quæ vero importent, vide.*
6 *Interdictum super matrimonio, a quo iudice possit fieri, vide.*

C A P. II.

EX literis. Summatum est cum capit. præcedenti. vel aliter sponsalia de futuro cum vna muliere contracta etiam cum interdicto ecclesiastico non habẽt dirimere matrimonium post contractum cum alia, hoc dicit.

In prima narrat factum.

In secunda diffinit. ibi, committit. secunda ibi, mãdamus.

1 Nota primo, † iudicem ecclesiasticũ posse præcipere sponsæ, etiam si sponsalia nõ sint iurata, quod non contrahit matrimonium cum alio & facit iste tex. quod sponsalia sine iuramento obligent efficaciter, secundum Abb. Sic. de quo dixi in cap præceden in fi.

2 Nota secundo, quod solum † interdictum ecclesiæ factum ex impedimento non perpetuo non dirimit matrimonium postea contractum, quid de aliis contractibus, quam matrimoni j, an teneant post interdictum vide bo. tex. & glo. in c. 2 de restit. in integ & glo. mag in clem. j. in verbo, inhibẽtes, de iure patro. & Inno in c. quanto, de consuet. vbi etiam tractat, an alia sacramenta ecclesię, valeant post interdictum de quo per Docto in clem j. de concess præb. & in clem. j de rer. permut tetigi in c ad dissoluendum, de despon. impub. & in c. tua, de spon duorum.

Nota vltimo, quod licet iudex deferat appellationi, nõ su-
3 spenditur eius † iurisdictio quo ad prohibenda attẽtata & sic iudex a quo est appellatum, potest ea facere. quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, de quo dicã latius infra.

Sed opponitur contra tex. & vr̃, ꝙ hæc causa non potuerit agitari coram Archipresbytero, nisi per viam appell. cum non habeat iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum, de offi. ord. pastoralis. Doct soluunt, ꝙ tex. loquitur de Archipresbytero Cantuarien. qui est Legatus, & sic potest adiri per singularem querelam, de offic leg c. 1.

Secundo opponitur contra tex. inquantum dicit, ꝙ aliam in facie ecclesiæ sibi solenniter copulauit vxorem, nõ enim
4 debuit hoc ei permitti, immo ꝙ † facit vnus iudex ecclesiasticus ab alio debet seruari, vt in c ad reprimendum, de offi. or. Host. soluit, ꝙ presbyter parochialis ignorauit prohibitionẽ matrimonii, & forte non fuit aliquis qui accusaret, iux. c. fi. qui matr. accu poss & do. Card dicit in hoc non referre: nam etiam si presbyter parochialis sciuerit, & debuerit prohibere, tamen ex quo non prohibuit, potuit matrimonium contrahi in facie ecclesię, & no bene hoc, videlicet, ꝙ matrimonium dr̃ contrahi in facie ecclesiæ, dato ꝙ contrahatur contra prohibitionẽ iudicis ecclesiastici, si presbyter parochialis non prohibuit, & istr c. h. de clan despõ procedit in interdicto facto a presbytero parochiali, secus si esset factum a iudice tantum, de quo dicam in d. c. fi. qui matr accus poss.

5 In glo. secunda. nota ex glo quod ista † verba, sub interminatione anathematis, non important excommunicationẽ, sed est quædam comminat. & sic contrafaciens, non est excõmunicatus, sed est excommunicandus. Idem dixit glo. in c. sicut tuis cum si. & in c. j de sagittariis. licet glo. fi. aliter senserit in c. relatum de iureiu. sed illa glo. communiter reprobar̃, & quæ verba important excommunicationem, & quæ comminationem ad excommunicandũ, vide in iurib. prçall. in c. Salonitanç. 63 dist. Quæ autem verba in aliis dispositionibus important canonem latæ sententiæ, & quæ sint verba requirentia sententiam, hoc est dicere quæ sint verba importãtia, quem incurrisse pęnam ipso iure, & quæ sint verba, quæ exigunt sententiam iudicis ad hoc, vt quis incurrat pœnam. vide bon glo in c. a. in verbo, incideret, de hæret. in 6. & plene per But. & Doct in c. si diligenti, de fo compet.

In glo. in verbo, districtius no ex glo ꝙ iudex a quo est appellatum, licet deferat appellationi, nihilominus potest præcipere parti, ne attentet id, pp ꝙ appellauit, vel ꝙ ex eo sequitur. & sic hoc casu appellatio non tuetur appellantem ꝙ est singulariter notandum, fm Abb. Sic & hoc idẽ tenet Io. An. in c. cum appellationibus friuolis de appell. in 6. vnde But dicit, ꝙ hæc est veritas, ꝙ iudex a quo est appellatum. potest appellatione pendente attentare omnia quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis, dum tamen non assumat cognitionem negotii, super quo pendet appellatio.

6 Sed aduerte, † quia glo. vr̃ sentire, ꝙ illud solum habet locũ in ordinario, & nõ in delegato. Inno. autem gñaliter dicit iudicem a quo posse interdicere hoc casu pp periculum animarum fauore matrimonij, alias secus, nisi in casibus no. de appell. cum teneamur. refert tamẽ alios dicere, ꝙ hoc potest ordinarius, & etiam delegatus, vt in c. cum teneamur sed do. Card. dicit, ꝙ illud c loquitur in ordinario sed dicit, ꝙ hoc facit, de appel. sæpe in eo, ꝙ iudex, qui detulit appellationi, prçfigit terminum appellati, de quo ibi se remittit ad cap. cum appellationibus de appell. in 6. Et dicit, ꝙ in casu huius capit.

hoc interdictum facere potest delegatus in ipsa delegatione,
sed non postea ex interuallo, per d. c. cum appellationibus.
& dicit, quod aliud est in statuitione termini, quem etiam
potest statuere delegatus, quia hoc sibi permittitur, per di-
ctum capitulum, sæpe mihi videtur, quod siue sumus in or-
dinario, siue in delegato, siue in causa concernente pericu-
lum animarum, siue alia, possit iudex a quo impedire, quo
minus fiat illud, propter quod est appellatum, vel quod ex
eo sequitur, & facere ea quæ tendunt in faciliorem exitum
appellationis, vnde mihi placet opin. But. & Abb. Sic. per d.
c. cum teneamur. de appell. de quo tamen dic, vt plenius ibi
a habetur, & in c. cum appellationibus, eod. tit. in 6. [a]

ADDITIO.

a ¶ Adde quod idem tenet Ioan. And. Dom. & Phil. in d. c. cum appellatio-
nibus & Doct. in cap. personas, de appell.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum per eum qui consanguineus a iudice dicebatur separari debet, donec de causa cognoscatur.*
2 *Iudex vehementer suspicans de impedimento contrahentium, debet interdicere matrimonium.*
3 *Matrimonium contractum contra interdictum, tunc valet, si non probetur postea impedimentum.*
4 *Practica procedendi contrauenientes contra interdictum in causa matrimoniali.*
5 *Absolutio ab excommunicatione requirit certam famam, nec sufficit sola satisfactio.*
6 *Absolutio an requiratur post satisfactionem, si Papa excommunicauerit, donec satisfecerit.*

CAP. III.

1 DE muliere. Si hi qui dicebantur consan-
guinei † contra iudicis præce-
ptum contrahunt matrimonium, debent separa-
ri, donec de causa cognoscatur.
In prima decisa consultatio.
In secunda responsio. secunda ibi, vt excommunicatus
2 Nota primo, quod † iudex debet interdicere matrimoniũ,
si vehementer suspicetur de impedimento inter contrahen-
tes. facit c. super eo, de testib. & cap. præterea, el 2. ĩ. de sponsa.
& c. super eo. de consang. & affin.
Nota secundo, quod matrimonium contractum contra
præceptum iudicis factum propter suspicionem consangui-
nitatis, valet, si postmodum impedimentum reperitur
non esse verum, & sic dato, quod interdictum sit factum pro
pter suspicionem perpetui impedimenti, si nõ probatur po-
3 stea impedimentum, valet † matrimonium contractum
contra interdictum, vt hic. de quo vide glo. in c. tua, de spon.
duo. hodie autem consanguinei, vel affines scienter contra-
hentes in gradu prohibito, ipso iure sunt excommunicati, vt
in clem. j. de consang. & affin.
Sed opponitur contra tex. in eo, quod isti separantur, hoc
enim est fere sententia antequam sit cognitum de causa con-
tra cap. ecclesia, de constitutio & contra cap. 1. de cau. posses.
& propriet. sed dic, quod separantur non per sententiam dif
finitiuam, sed per præceptum, vt stẽt separati, donec de cau
4 sa cognoscatur, & ex hoc sume practicam † procedendi con
trauenientes ꝯ interdictum, quia separandi sunt, & per excõ
municationem compellendi, vt stent separati, donec causa
cognoscatur, de quo per glo. in cap. tua, de spon. duorum.
In glo secunda ibi, sed tutius. dicit Ioan. And. quod immo
5 est necessarium, quia in † absolutione ab excommunicatio-
ne requiritur certa fama, nec sufficit sola satisfactio, vt in ca-
pit. cum desideres, & in cap. a nobis, de sent. excomm. secus
dicit in absolutione a suspensione, vel relaxatione interdi-
cti: nam si ista feruntur ad tempus, non requiritur post tem-
pus absolutio. & ratio diuersitatis est in his duobus casibus
vltimis non requiritur certa forma in absolutione. vnde satis
est, quod esset de mente iudicis. de quo vide omnino glos.
notabilem, in clem. j in verbo, donec. de decim. & ibi per Do
cto. & per Innoc & Doct. in c. cum bonæ, de ęta & qualita &
opi. Io. And sequitur dom Card. But. & Abb. Sic. hic
Sed quærit Butr quid si Papa aliquem excommunicauit
ad tempus, videlicet, donec satisfecerit, an requiratur abso-
6 lutio † post satisfactionem. dubium facit, quia Papa non su-
biicitur formæ, sed ex sola voluntate potest absoluere a sen
tentia excommunicationis, vt in clem si summus Pontifex.
de sent. excomm sed But. dicit, quod in dubio requiritur ab-
solutio, quia alio non apparente non videtur Papa velle vti
potestate absoluta, sed potestate ordinaria, vt in l. digna vox
C. de legi. & no. in c. proposuit, de concess. præb. & ideo vide-
tur voluisse, quod forma ecclesiæ seruetur, & sic idem erit in
Papa, ꝙ in aliis inferioribus. & hoc etiam sequitur Abb. Sic.

Qui filij sint legitimi, Rubrica.

¶ Supra visum est de impedimentis matrimonij. sed quia
filij sæpe nascuntur ex matrimonio contracto contra impe-
dimentum, & interdictum ecclesiæ, & dubitari potest, an &
quando filij sint legitimati, & ideo subiicitur ista Rubrica.
de materia habetur 16. distinct. deinde, & 34. distinct. si quis
viduam. & 15. quæst fin. cum multæ. & 32. quæstio. 4 dicat, &
capit. fin. & 39. quæstio. 7. capitulo primo.

SVMMARIVM

1 *Filius naturalis ex soluto, & soluta natus, legitimatur per subsequens parentum coniugium.*
2 *Iudex ecclesiasticus cognoscit inter laicos de legitimitate veniente accessoriè ad causam matrimonialem.*
3 *Maritus potest agere, & literas impetrare pro vxore.*
4 *Proles nata ante matrimonium, legitimatur per subsequens matrimonium.*
5 *Practicam sententia super legitimatione vide.*
6 *Exhæredare ad quos pertinet.*
7 *Iudex ecclesiasticus quando se intromittere inter laicos de hæreditate potest, & vide quatuor casus.*

CAP. PRIMVM.

1 COnquestus. † Naturalis ex soluto
& soluta genitus, le-
gitimatur per subsequens parentum con-
iugium, hoc dicit.
In prima impetrantis querela.
In secunda causæ commissio. secunda
ibi, ideoque.
2 Nota primo, quod † Iudex ecclesiasticus cognoscit inter
laicos de legitimitate, cum veniunt accessoriè ad causam ma
trimonialem, etiam si contentio sit propter hæreditatẽ tem
poralem, & si ad aliquem spectat cognitio principalis, spe-
ctat cognitio accessorij, vel a principali dependentis, concor
dat c. de prudentia, de donat. inter vir. & vxo.
3 Secundo nota, quod maritus potest agere pro vxore, & li-
teras impetrare. de quo dic, vt in c. constitutus, de procur.
4 Nota tertio, quod † proles nata ante matrimonium, legiti
matur per subsequens matrimonium etiam ad finem succes
sionis in hæreditate, & sic legitimatio quæ fit in radice ma-
trimonij, trahit effectum suum etiam quo ad temporalia,
de quo dicam in c. per venerabilem, infra eod.
5 Nota vltimo † practicam sententiæ super legitimat. quia
debet pronunciari, & declarari legitimus, & ꝙ omnis quæ-
stio ex illa pendens sit sopita ¶ Sed oppo. contra tex in eo, ꝙ
6 dicit, ꝙ patruus conabatur exhæredare mulierem: nam ex-
hæredare pertinet ad eos, quibus succeditur ab intestato, &
est exhæredare alienum a sua hæreditate facere, vt in l. si qs.
C. de lib. præter. Extraneum vero nõ possum exhæredare, est
enim inepta in extraneo exhęreditatio ff de verb obli. l. qui-
dam cum filium. §. in eo autem. Innoc. soluit exponendo li-
teram ibi, exhæredare. i. priuare hæreditate patris, & sic ver-
bum, exhæredare, hic sumitur impropriè.
In glo. i. hæc glo. est facta metu contrarij c. causam. ĩ. eo. ꝙ
tex. dicit. ꝙ iudex laicus debet adiri super hæreditate, & non
ecclesiasticus. sed hic dr̃ contrarium ergo, & c. ¶ Ex gl. collig.
tur triplex solutio. ¶ Prima, ꝙ hic principaliter committit
causa filiat. i. legitimitatis quę pertinent ad iudicẽ ecclesiasti
cum, & in cõsequentiam committitur causa inquietationis.
quæ fiebat illi. In ꝯtio autem committitur principaliter cau
sa spoliationis, quæ nõ pertinet ad iudicium ecclesiasticum.
& do. Car. hic refert, ꝙ quidam dñs Recuperus dixit, ꝙ quem
admodum agenti super spoliatione non potest referri q de
dñio, vt in c. in literis. & in c. item cum quis. de test spo itanec
de illegitimitate, secus hic, quia quęstio natalium poterat pa
rere præiudicium qõni hęredit ¶ Secunda sol est, ꝙ iudex ec
clesiasticus ratione peccati potuit se impedire, vt in c nouit.
de iud. Sed iste intellectus nõ cõgruit literæ, qa vt apparet in
litera maritus huius mulieris, nõ fundauit se sup peccato, sed
directe fecit querelã Papę de molestia, q̃ inferebatur mulieri.
Vnde

Vnde glo. tertio modo soluit, quod locus erat de tempo-
rali iuridictione ecclesiæ, & ideo etiam in causa mere tem-
porali sunt sub iudicio ecclesiastico actor, & reus, licet sint
laici, vt in capitulo, si duobus. de appellatio. & infra eod. per
venerabilem.
Sed extra glo. soluit Innoc. quod Papa non iubet hæredi-
tatem restitui, sed prohibet mulierem turbare occasione il-
legitimitatis, vt infra eo. per latum. pro hoc quod no. de do-
nat. inter vir. & vxo. cap. 3.
Ex hac solutione Innoc. colligit dom. Cardin. quod iudex
ecclesiasticus in causis, in quibus iudicare potest inter lai-
cos, vt in causa legitimatis coercet etiam resistentes suę sen
tentiæ. Hostien autem dicit, quod hoc capit. debet intelligi,
quod mulier erat persona miserabilis, de foro competen. ex
parte & capitulo, ex tenore. de officio deleg. significantibus.
sed ista est diuinatio. vnde dominus Cardina. dicit, quod est
tenenda prima solutio glo. & solutio Innoc. quæ satis in idē
recidunt, & bene conueniunt literæ, secundum ipsum. &
idem sequitur Abb. Sicu. sed Butr. in hac materia distinguit
7 colligendo omnia simul, vnde facias quatuor casus, vt † cla-
rius habeas eius dist. aliqua tamen addam.
Primus casus est, quando laici sunt de temporali iurisdi-
ctione ecclesiæ, & tunc ecclesia inter laicos potest cogno-
scere, vt in capitulo, si duobus. de appellat. & infra eod. per
venerabilem. & sic potest hic loqui secundum vltimum in
tellectum glo.
Secundus casus est, quando sunt personæ miserabiles, vt
in cap. ex tenore. & in cap ex parte. de fo. compet. & in c. signi
ficantibus, de offic. deleg.
Tertius casus est, quando quæstio hæreditatis mouetur
principaliter, ita quod non venit accessoriè ad causam legi-
timationis, vel mouetur quæstio super possessione hæredita
tis. & hoc casu ecclesia non se intromittit inter laicos, vt in
fra eod. causam. nisi sint de temporali iurisdictione ecclesię,
vel personæ miserabiles, vt supra dixi. Ego tamen hoc intelli
go, nisi ratione peccati, secundum quod habetur in c. nouit,
de iudic. & in cap. j de empt. & vendit.
Quartus casus est, quando quæstio hæreditatis venit inci
denter, & consecutiuè ad causam legitimitatis, vt quia mo-
uetur quæstio hæreditatis solum super hoc, quia dicitur quis
illegitimus, & de hoc iudicat ecclesia, quia ex eo quod in-
fertur molestia propter illegitimitatem incontinenti tangi-
tur causa quæ spectat ad iudicium ecclesiæ, & id de quo iu
dicabit ecclesia, molestatur, nec stat in sua firmitate, & ideo
hoc spectat ad ecclesiam. & pro hoc facit capitul. sequens.
& adde quę ibi dicam in prima oppo. secus si ageretur de fi-
liatione, videlicet, an talis sit filius talis, vel non, hic nō tan-
gitur aliquid de matrimonio, & ideo inter laicos tam respe-
ctu filiationis, quam etiam respectu hæreditatis spectat co-
gnitio ad iudicium sæculare. Item tene menti vnum nota-
bile dictum Innocent. in capitulo, de prudentia. in verbo, de
dote post diuortium restitu. vbi dicit, quod licet iudex ec-
clesiasticus principaliter non possit cognoscere de quæstio-
ne hæreditatis inter laicos, vt infra eodem, causam. tamen
de dote principaliter potest cognoscere, quia maior est
coniunctio inter matrimonium, & dotem, quam inter le-
gitimitatem, & hæreditatem, & hoc dictum multum limi-
tat materiam huius capituli, de quo latius ibi dicam, & hæc
sufficiant. Sequitur capitulum, cum inter.

S V M M A R I V M.

1 Filij nati, vel concepti ante sententiam separationis matrimonij sunt le gitimi.
** ij iudicantur legitimi propter bonam fidem parentum contrahentium matrimonium.*
3 Concepti habentur pro natis, ubi agitur de fauore eorum.
4 Statutum quod capiens lupam cum filijs habeat decem pro lupa, & quia que pro filijs, an verificetur in filijs qui sunt in utero.
5 Concepti post litem contestatam super matrimonio, habentur pro legitimis.
6 Filijs legitimis duo debentur iura, scilicet successionis, & alimentorum.
7 Filij ut sint legitimi, quæ requiruntur.
8 Sententia legitimitatis lata per iudicem ecclesiasticum, an faciat fidem, ita ut iudex sæculares teneatur ei stare, se reminis.
9 Conceptus post sententiam appellatione pendente, an sit legitimus.
10 Filij concepti, & nati post excommunicationem parentum, si postea separatur matrimonium, an sint legitimi.

C A P. II.

1 **C**Vm inter. Separato matrimonio in facie
ecclesiæ contracto † filij geniti,
vel concepti, ante sententiam sunt legitimi.
In prima ponit causam diffinitionis.
In secunda diffinit. secunda ibi, ideoque.
Nota primo, quod propter bonam fidem parentum con-
a trahentium in facie ecclesiæ † filij iudicantur legitimi, licet
postmodum constet matrimoniū inter illos consistere non
potuisse, puta propter consanguinitates, vel affinitates. Idem
dicas, si alter sciebat, & alter ignorabat impedimentum, &
sic alter solus erat in bona fide, vt infra eodem, ex tenore.
& vide quod dixi in capitulo primo, de eo qui duxit in matr.
quam polluit.
Nota secundo, maxime iuncta glos. quod vbi agitur de fa-
3 uore filiorum, † concepti habentur pro natis, & hoc vbi agi
tur de eorum commodo, vt in l. qui in vtero. ff. de statu ho-
minum. secus vbi agitur de odio, & hoc probatur Institu. de
ingenuis. § primo. vnde si ancilla facta prægnans tempore
quo erat ancilla, peperit filium, dum esset libera, filius nasci
tur liber, nam si haberetur pro nato tempore quo fuit con-
ceptus, esset seruus. Idem si agatur de commodo tertij, vt di
4 cit Bartol. in dicta l. qui in vtero. qui infert ad † statutum di-
cens, quod capiens lupam cum filijs, habeat decem pro lu-
pa, & quinque pro quolibet filio lupæ: nam si quis ceperit
lupam prægnantem, nihil habebit pro filijs qui sunt in vtero
lupæ, quia non agitur de ipsorum commodo, sed de com-
modo capientis.
5 Tertio nota, quod † concepti post litem contestatam su-
per impedimento matrimonij, perinde sunt legitimi, ac si
fuissent cōcepti ante litem contestatam. satis enim est, quod
ante sententiam diuortij fuerunt concepti. & est ratio, secun
dum Abb. Sic. quia pendente lite super matrimonio non de
bet suspendi exercitium matrimoniale, vt in capit secundo,
vt lite penden. non debuit ergo prodire pœna ex eo, quod
legitime factum est, vt in regula, factum legitime. de regulis
iuris, in sexto.
6 Quarto nota duo iura, quæ debentur filiis, † si sunt legiti
mi, scilicet hæreditas paterna, & ius petendi alimenta. Si au-
tem sunt illegitimi, debetur eis vnum ius tantum, scilicet
ius petendi alimenta. & istud vltimum debetur filiis, etiam si
sint nati ex damnato coitu, vt in ca. cum haberet, de eo qui
duxit in matri. quam poll. secus de iure ciuili, quia proles na
ti ex damnato coitu non est alenda, vt in auth. licet. C. de na
tu. lib. & io cap. per venerabilem, in fi. infra eod.
7 Nota vltimo, quod ad hoc, vt filij † sint legitimi, requiritur
colorata possessio, & bona fides contrahentium, etiam si de
sit validitas matrimonij. & sic sequitur alia iura iurisdictio-
nalia de quo dic, vt in repet. But. in cap. consultatio, de iu. pa
tron & per Innoc. & Doct. in cap. nihil de elect.
Sed opponitur contra tex in eo, quod ecclesia iudicat de
hæreditate: nam hoc videtur contra c. causam, infra eod. In-
noc soluit, quod ecclesia non intromittit se de hæreditate,
nec de bonis sæcularibus, sed iudicat quid iuris sit, quod est
notandum, secundum dom. Card. & est sensus, secundum cū
quod postquam ecclesia. s pronunciauit, quem legitimum
adiungit non per modum sententiæ, quod succedat in bona
paterna, & istud est magni effectus, secundum illud, quod di
cit hic dom. Iac de Zoch. quia quo ad bona erit necessarium
nouo iudicio. Sed tu dic, quod hoc videtur contra cap præ-
cedens, vbi iudex ecclesiasticus qui pronunciauit super quæ
stio. legitimitatis potest impedire, ne fiat molestia super hęre
ditate. vnde dic, quod aut ille pro quo est sententia lata su-
per legitimitate per iudicem ecclesiasticum est in possessio-
ne hæreditatis. & tunc iudex ecclesiasticus debet impedire,
ne fiat molestia super hæreditate, vt ibi dicitur, aut non est
in possessione hæreditatis, sed aduersarius, & tunc est necessa
rium nouum iudicium super hæreditate.
8 Nunquid autem † sententia lata per iudicem ecclesiasticū
super quæst. legitimitatis faciat fidem in iudicio sæculari, ita
vt iudex sæcularis teneatur stare illi sententiæ. dic vt per Do
cto. §. præterea. de offic. deleg & cap. 1. de offic. ordi.
Sed quæro, quia tex. loquitur de concepto ante sententiā.
9 Quid de † concepto post sententiam appellatione penden
te. & Aegy. dicit, quod idem pro hoc facit, quia ex quo est ap
pellatum: perinde est, ac si non esset lata sententia, vt in c. ve
nientes, de iureiurā. & in l. furti. ff. de his qui not. infamia. vbi
damnatus ex crimine famoso, si appellat, interim non est
infamis. ad idem l. 1. §. 1. ff. ad Turpillia. vbi appellatio extin-
guit sententiam, licet Canonistæ dicunt, quod suspendatur,
de quo per Doct. in dicto cap. venientes, de iureiur. & opinio.
Aegydij sequuntur Hostien. Ioan. And. & dom. Card.

Secundo quæro, quid si pendēte appellatione super diuortio excommunicati sunt cōtrahentes quia erant contumaces
10 in non comparendo, an † filij sucepti, & nati post excommunicationem censeantur legitimi, si postea separatur matrimonium. Batth. Brix. in sua Dominicali. 63. dist. late disputat hanc quæst. & tandem concludit, quod sint legitima per istam literam. idem tenet Ioan. And. & dom. Card. hic.

In glo. pen. in fi. dic clarius secundū Bur. & Abb. Sic. quod respectu legitimationis inspicimus tempus conceptionis, & non tempus suum, & non tempus post litem contest. quia etiam post litem cōtest. coniuges licite vtuntur matrimonio, vt dixi s. in 3. notab. Sed quantum ad hoc, vt filij sequantur conditionem matris, hoc est, vt sint serui, si mater pronunciatur serua, inspicitur tempus post lit. contesta quia partus sequitur ventrem, & venter incipit esse in mala fide, & ita loquitur l. fin. C. de lib. cau. quam glo. allegat pro contraria.

In glo. fi. dic etiam, si monacha facit pro puero, mittitur in possessionem, vt ff. de Carbo. edic. l. vlt. & ff. de lib. agnosc l. si quis a liberis. §. si parens. & hoc nisi euidenter appareat eum non esse filium, quia tunc non mittitur in possessionem, nec debet ali de bonis hęreditariis, vt in l. 3. § causæ ff. de Carbo edic. & ita dicit Ioan. And & Butr. hic in fi. & dom. Cardi. in vlt. quæst. Sequitur capitulum, transmissæ.

SVMMARIVM.

1 *Filius non esse reputatur secundum verba viri, & mulieris, nisi testibus & indicijs probetur esse.*
2 *Filius quis non præsumitur ex eo, quod in domo sit nutritus, nec is tenetur eum hæredem instituere.*
3 *Probatio filiationis quæ requirat.*
4 *Articulus in probanda filiatione debet continere, quod se gessit, & pro tali reputabatur.*
5 *Testimonium parentum in causa filiationis præualet famæ.*
6 *Parentum assertio circa filiationem filio præiudicat, nisi indicijs, seu testibus contrarium probari possit.*
7 *Filius non tenetur credere verbis parentum circa filiationem.*
8 *Mulier quę concepit filios ex adulterio, an reuelare debeat viro.*
9 *Spurius, & naturalis filij inuicem differant.*
10 *Negatio parentum circa filiationem inducit simplicem præsumptionem tantum filio probante.*
11 *Vsusfructus bonorum aduentitiorum filij, an uiuente patre ingresso religionem spectent ad monasterium.*
12 *Probationes diuersæ in animo differentes, & conuenientes quo ad intentionem agentis debent inuicem coniungi, & faciunt plenam probationem.*
13 *Filiationis possessio ex sola nutritione non præsumitur.*
14 *Indicium an sit minus semiplena probatione.*
15 *Indicium vnum quando sit aptum ad torturam.*
16 *Infamia vehemens sufficit ad torturam.*
17 *Præsumptio vt sit violenta, quæ requirantur.*
18 *Probationis appellatione in dubio de vera, non de præsumpta intelligitur.*
19 *Testes domestici admittuntur, vbi alij testes deficiunt.*
20 *Præsumptio fieri debet in fauorem filiationis, vt sit potius filius patris, quam adulteri.*
21 *Præsumptionibus existentibus contrarijs, quibus standum magis sit.*
22 *Filiationis materia per septem casus tractatur.*
23 *Negatio parentum transiens in tractatum sine dubio probat, vt quia est longęua.*
24 *Nominatio sola affirmatiua probat filiationem.*
25 *Filius nunquid probetur ex dilectione, quo diligebatur tanquam filius.*
26 *Vicini intelliguntur habitantes domos propinquas.*

CAP. III.

1 TRansmissæ. Statur verbo viri, vel mulieris, qui negant aliquem † filiū nisi indiciis, & testibus probetur.

In prima consultatio.

In secunda responsio. secunda ibi, consultationi.

Nota primo, quod ex eo, quod quis sit nutritus in domo
2 alicuius, non præsumitur † filius, nec tenetur ille, in cuius domo nutritus est eum instituere hæredem vt filium, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, vt in l. neque natales. C. de proba. & in l. non hoc. C. vnde cogna & in c. 2. de transla præla. nam non filij sæpe nutriuntur in domo, vt in l quidam cum filium ff de verb. obli. & ibi Bart. tractat de filiis animæ: nam est magna consuetudo in Italia, & in aliis prouinciis, quod carentes filiis nutriant pueros, vel puellas pro filiis animæ, an isti filij animæ necessario sint instituendi hæredes, & quæ iura consequantur ratione illius filiationis pro anima. dic vt plene per Bart. in d. l cum filium.

3 Secundo nota, secundum But. quod in † probanda filiatione
a ne [a] attēditur recens opi. viciniæ, vnde si aliquis a vicinia sit aliquando habitus pro filio, attenditur hæc recens opin. alicuius, si modo nō habet pro filio, attenditur hęc recens opi. viciniæ. consideratur ergo vltimus status, ad hoc, de præben. cum de beneficio, in 6. de quo per Fed. de Sen. consil. 160.

Nota tertio. quod in illis, in quibus non potest haberi certitudo, sufficit testem deponere de credulitate facit c. constitutus de purg. can. de quo vide per But. & Doct. in c. quoties, de testib. vbi enim tractatur, quando sufficiat testem deponere de credulitate, habetur etiam in c. cum causam, eod. ti.

Nota quarto, quod gerens se filium, secundum But. quod
4 non concludit † articulus in probanda quasi possessione, & status, quod quis gerat se pro tali, nisi geratur ab aliis: vnde dicit, quod debet esse cautus articulans, vt concludat, quod gerebat se pro tali, & ita reputabatur, & habebatur ab omnibus vicinis, & cognoscentibus eum, de quo Butr. se remitut ad cap. consultationibus, de iure patro. & ad cap. nihil, de electio. & hoc facit, quia si impetrarui contra te literas, in quibus narraui, quod gerebas te pro rectore talis ecclesiæ, ꝙ per hoc non videar confiteri te esse in possessione ecclesiæ, quod no.

Nota tex. opti. secundum Abb. Sicu. quod vbi fama stat pro filiatione, dictum autem parentum est in contrarium a-
5 lio non apparente, statur † testimonio parentum, vt innuitur hic in fi litere, iuncto medio, quod dicit esse notandum.
6 Nota vltimo. quod assertio † parentum negatiua præiudicat filio, nisi posset probare se filium indiciis, & testibus.

Et ex hoc infertur, quod si quis est in possessione filiationis non debet excludi ab hæreditate, nec a iure filiationis propter negationem parentum. & pro hoc allegat Abb. Sicu. tex. cum glo. in l prima, § secundo, ff. de Carbon. edic. & in l. si posthumus § fin. ff. de liber. & posthu. & hoc facit ad quæstionem Legistarum, quędam Regina veniēs ad mortem vocauit filium, qui communiter reputabatur filius Regis, & sibi secreto dixit eū non esse filium Regis, sed cuiusdam militis, & sic Regnum non pertinere ad eum, ipse vero parum sapiens renunciauit Regno: nam vt patet ex prædictis, non
7 tenetur † filius credere verbis parentum, ex quo est in possessione filiationis, maxime cum ipsi parentes prius tractauerint eum vt filium, & eum vocauerunt filium. pro hoc cap. per tuas, de probat. & hoc dicit Petr. & Cyn. in l. si vicinis. C. de nupt. & Bartol. in l. filium diffinimus ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.

8 Quid autem debeat facere † mulier quæ concepit filios ex adulterio ad hoc, vt eius anima non sit damnata, nunquid teneat hoc reuelare marito, vt propter hoc non instituat eos hęredes, vel quem alium modum debeat obseruare quo ad forum conscientiæ, de quo vide per Doct. in cap. officii, de pœnit. & remiss. tangitur etiam per Doct. de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adulterium.

In glo. secunda pro expeditione huius glo. opponitur contra tex. nam tex. dicit, quod secundum opin. viciniæ iste credebatur filius spurius, sed contra ille qui est natus ex concubi-
9 na, non dicitur spurius, † sed naturalis, non spurius dicitur natus ex damnato coitu, vt in l vulgo ff. de sta. homi. & per Barto in l fin. ff. de his quib. vt indig.

Glo soluit dupliciter.

Primo exponendo literam ibi, filius, idest non legitimus, seu naturalis. & dicit Vin. quod naturalis libet, quod ex quo immiscuit se hæreditati abstinere non potest, vt in Authen. quib. mod. nat. effic. sui. § si quis igitur naturalis. Item non succedit ascēdentibus, vel descēdētibus, vel a latere venientibus ipsi patri, sed soli patri, & ipse pari priuilegio vtitur, & illi sibi non succedunt, vt in auth eadem §. filium. & loquuntur illi duo. §. de naturali legitima per oblat curiæ. secus si legitimaretur per matrimonium, quia tunc succederet omnibus, & sibi succedit ab omnibus, ac si in principio esset natus naturalis & legitimus, vt in auth. eadem. §. reliquum. & §. si qs igitur dotalia. & ī. eo. quāto tanta sed qualiter succedat naturalis, nō legitimatus. Respō. quia collobet sibi, dixi in c. cum haberet, de eo qui dux. in matr. quam poll. vbi habetur qualiter spurij, seu non legitimi succedant, & qualiter eis succedatur. De successione autem legitimatorum videbitis infra eod. per tuas, & cap. per venerabilem.

Secunda

ADDITIO.

a ¶ Filiatio quomodo probetur. Bald. consilio 80. primo volum. & consilio 19. tertio volum.

Secunda solutio glo. quod erat spurius, quia natus matrimonio durāte subaudi cum alia. sed dom. Card. dicit, ꝙ hæc secunda solutio diuinat, & ꝙ prima est verior, ex qua dicit notandum, ꝙ spurius qñq; accipitur generaliter pro quolibet non legitime nato. Host. autem dicit, ꝙ factum sic stabat, quia mulier ista erat concubina prima coniuge viuente, & ex ea habuit istum filium, sm opi. viciniæ, demū ʒxit matrimonium cum ista concubina, cui non dederat fidem de ʒhēdo matrimonio, nec machinata fuerat in mortem vxoris. & sic matrimonium valuit, sm ea, quæ hñr in c. si. ǁ. de eo qui dux. in matri. quam poll. vnde cum filius natus esset tpe vitæ primæ coniugis, & ex coitu adulterino & damnato non legitimabātur per subsequens matrimonium, sm opi. viciniæ, vt ǁ. eo. tanta. Sed veritas se habebat aliter, quia ipse susceperat eum ad nutriendum, & hoc modo saluatur secunda sol. glo. & est melior, si est verum illud, ꝙ dicit Host. cū quo trāsit Butr. ¶ Prima tamen solu. est vera in se, & no. quia ex ea colligitur, ꝙ spurius generaliter loquendo dr ille, qui nō est natus de legitimo matrimonio.

In glo. in verbo, negabant. ibi, sed præiudicium nō generabunt. But. intelligit gl. dicere, ꝙ † negatio patris, vel matris nō inducit plenam probationem, sed inducit simplicem pſumptionem, ꝙ non sit filius, tñ nō omnino præiudicium generat. & pro hoc facit glo. in l. si ff. de proba. quæ dicit, ꝙ si quis nominat aliquem in filium, facit semiplenam probationem super filiatione, & sic non plene probat. & Butr. dicit, ꝙ hæc sol. est ʒ tex. quia tex. vult, ꝙ stetur negationi, nisi probetur ʒrium. Item dicit, ꝙ in ʒrium facit glo. seq. & sequens But. tamen dicit, ꝙ hoc ʒrium posset tolli, quia filius hic non grauatur onere probandi se filium ex sola negatione patris, & matris, sed ex eo, quia non constabat eum esse filium, nec prodest, ꝙ gereret se pro filio, quia nec a patre, nec a vicinis habebatur pro filio. nec etiam prodest, ꝙ possideret hæreditatem, quia ex quo alij probabant se filios, fundata erat eorum intentio, & ex eo, ꝙ quis sit in possessione hæreditatis, non infertur filiatio. sed dom. Card in 2. oppos. & Abb. Sic. intelligunt glo. ꝙ negatio parentum non faciat præiudicium in effectu eo. s. probante ʒrium, ꝙ sit filius, sed eo non probante, negatio parentum faceret plenum præiudicium, & hoc vult dicere glo. si recte ïu spiciatur, dicam infra latius, qñ referam dist. Bu. & quia glo. dicit, ꝙ nominatio filiationis. i. qñ aliquis nominatus filius: probet quem filium, donec ʒrium probetur. hoc intelligit Inno. dummodo hoc faciat cum aliqua solennitate, vt in l. si ff. de probat & quæ sit ista solennitas, poteris colligere ex distinctione, quam infra faciam post glo.

In glo. in verbo, quæstio mota expedit. glo. ʒ tex oppo. ꝙ non debuerit admitti quæstio super hæredit parentum, quia adhuc viuebant, vt in l. fin. C. de pact.

Glo. soluit tripliciter.

Primo, ꝙ pater, & mater viuebant, sed erāt facti monachi, quo casu vendicatur hæreditas a filijs, sm ea, quæ no in c. in præsentia, de probat. Abb. Sic dicit hanc solutionem singulariter notandam, & dicit, ꝙ nescit eam alibi, ex qua potest colligi. ꝙ patre viuente monaster. filius incontinenti posset petere legitimam, ꝙ facit multum ad not. in c. cum scimus. de regul. vbi Abb. Sic plenissime examinat istum articulum. & dicit, ꝙ hæc solutio est addenda ad ibi not. dicit etiam, ꝙ hæc glo est ʒ dictum Bart in l si quis a liberis. §. item rescriptum. ff. de lib agnosc. vbi vult, ꝙ monasterium viuente patre teneatur alere filium, nō autem teneatur ad legitimam, nisi post mortem patris. & idem dixit Bar. in auth si qua mulier. C. de sacrosan. eccle. & vide etiam Bart. in auth idem. C. de bon. quæ lib. vbi tractat, an si pater ingrediatur monaste-

11 rium † vsusfructus bonorum aduentitiorum filij spectet ad monasterium in vita patris. Sed de his omnibus vide per Abba. Sic. in d c. cum scimus.

Secūda solutio est, ꝙ pater auferat hæreditatem totam filijs retentis aliquibus pro victu suo. Sed ego hoc intelligo, qñ filij erant emancipati: nam si essent in potestate, non valeret cessio, cum sit quædam donatio, quæ non tenet inter patrem, & filium, nisi merita filij præcessissent, de quo dic, vt per Bart in l. si donatione. C de collat. & in auth. vnde si parens. C. de inoff testam.

Tertia solutio est, ꝙ parentes erant mortui, sed tpe quo viuebant, dixerant publicè illum nō esse filium eorum. & ista tertia sol. magis placet dom. Card. & ipse dicit in opp. quam facit ad primam q quia magis conuenit literæ & primæ duæ solutiones diuinant. sed dic, quod primæ duæ sunt veræ, & notabiles.

In ead. glo. ibi, quia fama viciniæ hoc habebat. Aduerte, quia glo vr loqui ʒ tex. nam tex. dicit, ꝙ fama viciniæ habebat, ꝙ erat spurius, sed parentes, dum viuerent, dicebant, ꝙ non erat filius etiam spurius. sed glo. voluit intelligere, ꝙ respectu intentionis agentium concordabant, quia filij solum agebant, vt excluderent eum ab hæreditate. & ad hunc effectum non refert, vtrum sit non filius, vel spurius & cum isto intellectu trāsit dom. Card. in oppol. quam facit ad primam quæst. & ex hoc potest colligi vnum notabile dictum, ꝙ di-

12 uersæ † probationes differentes in animo, & conuenientes quo ad intentionem agētis debent coniungi, & faciunt plenam probationem, ꝙ nō placet But. nec Abb. Sic quia cum resultet ʒrietas respectu modi, non debet coniungi. arg. in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. & in c. solicitudinem in fi. de appell. & dicit Abb. Sic ꝙ hoc dictum facit ad multa, & si vis scire, quando diuersitas inter testes habeat eos reddere singulares, & quando illa diuersitas possit coniungi, vt sint contestes, & faciant plenam probationem. vide Innoc. & Doct. in c. qualiter & quando, de accusa. el 2. & But. in c. cum oporteat, in 9. q eod. tit. & in c. vlt. de consuetu. in vlt. parte. & in c. licet ex quadam, de testib & in Specu. de inquisitio. §. 1 versic. quid si vnus. & in ti. de teste §. iam de interro. versic. item de tempore. & versic. sequen. Item dom. Cardin. in oppo. quam facit ad primam quæst. colligit ex hac glo. quod licet quis nutriatur pro filio, idest ac esset filius, non probatur ex hoc

13 possessio † filiationis: expedit enim, quod habeatur, & tractetur pro filio, quod non fuit hic, maxime, quia nutrientes negauerunt eum filium, & hoc perpetuo notabis. Nam si probatur, quod aliquis nutritus fuit in domo, & missus fuit ad scholas, quemadmodum solet fieri filijs, ex hoc non probatur quasi possessio filiationis, ex hoc non dicitur haberi, vel tractari vt filius, nam etiam talia interdum consueuerūt fieri extraneis, facit quod dixi supra in primo notabili.

In glo. in verbo, indicia. inquantum ista gl. dicit. quod per indicia fit probatio. dicit dom. Cardin in 2 quæst quod glo.

14 singularis in l. cum probatio. ff. de probat. dicit, quod † indicium est minus, quam semiplena probatio. sed glo. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. dicit, quod vnus testis facit indicium. & sic videtur velle, quod indicium sit semiplena probatio. sed glo. quinta reputatur singularis in l fin. C. fami. erciscun. dicit, quod indicium debet probari per duos testes, quod est verum, secundum dom. Cardin. quando deponunt super aliquo extrinseco indicio, puta quod est malæ famæ, vel quod est visus in tertia hora noctis per contratā, in qua est factum furtum: sed si vnus testis directe deponit super facto, & sic super maleficio, puta quia vidit aliquem occidi, facit indicium, & sic dixit debere intelligi glo. in l. quisquis. C ad leg. Iul maiest. & ita etiam dicit Barto in l. fin ff. de quæstionibus. de quo dom. Cardin. se remittit ad capitulum, literas. de præsumptio dicit tamen, quod vnus testis qui deponit de crimine directo, idest de visu, facit semiplenam probationem, quę est magis, quam indicium ad hoc, vt possit quis propter indicia torqueri, requiritur, quod sint saltem duo indicia per quatuor testes probata, vt dicit glo. in dicta l cum probatio.

15 ff de probationib vnde † vnum solum indicium etiam probatum per duos testes, non est sufficiens ad torturam, sed requiruntur ad minus duo indicia, quorum quodlibet sic probat, an per duos testes, sed si vnus testis deponit de ipso crimine, hoc est de visu, hoc solum sufficit ad torturam. & dicit Bart. in l. fin. ff de quæstio.

Sed dicas pro concordia istarum glossarum, quæ videntur contrarię, quod vnus testis deponens de visu, facit indicium propinquum, & tangens negocium, de quo quæritur, & illud tantum valet, quantū semiplena probatio. & hoc modo procedit glo in dicta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. aut est iudicium generale, & remotum, vt puta quod est homo malæ cōditionis, & famæ. & hoc casu tale indicium probatum per duos testes respectu criminis commissi est minus, quam semiplena probatio. & hoc modo procedit glo. in dicta l. cum probat. ff. de probationibus. † vnde hoc solum non sufficeret ad torturam, sed ad minus requiruntur duo indicia, vt dicit Barto. in l. fin. ff. de quæstionibus. & hanc concordiam scripsi ex verbis eius, quod tenet menti vnum notabile dictum Ioannis Andreæ in Speculat. de præsumptionibus. § secundo. versic. violenta. in additio. quæ incipit, hic est instandum, vbi dicit, quod practica seruat, quod quis pro vnico indicio torqueatur.

Item inquantum dixi, quod sola infamia non sufficit ad torturam, quia est indicium remotum, vt dicit Bart. in l. fin. ff. de quæstionibus. & Bal. in capit primo. §. iniuria. de pace iuramen. firm. in v sibus feud hoc limitat, nisi esset vehemens

16 † infamia, quia tunc sola sufficeret ad torturam, & dicit hoc tenere Modernos in l. si quis, de purgat cano. sed non insisto, quia non est nostra materia, sed si vis scire materiam indiciorum, videlicet, quæ indicia requirūtur ad torturam. vide Bartoin dicta l fina ff. de quæstion. & in Specul. de voto cri. & in tit. de præsumptionib & quod si statutum dicit, quod nullus

possit torqueri, nisi adsit violenta præsumptio, quæ præsum
17 ptio † requiratur ad hoc, vt possit poni ad torturam. vide Ioan. Andr. in Specul. de voto, versicu. vt autem. in additio. magna.

Item dicit, quod aliqua sunt indicia indubitata, quæ sufficiunt ad cōdemnationem etiam in criminalibus, de quibus per Ioan. Andr. in Rubrica de probat. & per eundem in Specul. de probatio. § videndum. versiculo 12. vbi etiam dat remissiones.

Item quid si aliquis minatus fuit alicui eruere oculos, deinde fuerunt eruti, sed nescitur a quo. vide Specul. & Ioan. Andræ in tit de præsumpt. § 2. versicu. sed pone & quod no. Barto. in l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credit. vide etiam Butr. de ista materia in cap. nostra de cohabit. cleric. & mulie. vbi tractat, quem gradum probationis faciant indicia. & per Ioan. Andr. in regula, cum in contemplatione, de reg. iur & ibi etiam per Doct. glo. tamen magna non loquitur de indiciis ad probanda crimina, sed ad probandam filiationem, & tene ipsam menti, quia est magistra, & notabilis.

In ea glo. in fi. dic, quod quantum ad patrem filiatio non potest directe probari, sed solum per coniecturas, vt in l. Lucius. ff. de condit. & demonstr. vbi dicitur, quod si filius est institutus hæres a patre sub conditione, si probauit se filium, reiicitur illa conditio tanquam impossibilis. & dicit Bart. ibi
18 ex illo tex. quod appellatione † probationis, in dubio intelligitur de vera, non de præsumptiua, quod tene menti pro interpretatione statutorum, sed respectu matris bene potest filiatio vere probari, puta si duo stetissent clausi in vna turri, ad quam nullus alius potuisset accedere, & testes deponerent, quod nemo fuit ibi. nisi vir & mulier. Nam tunc ista esset vera probatio, quod esset filius viri, & mulieris, qui steterunt clausi in turri, vt dicit Bart.

Host. aût vltra gl. ponit alia indicia, vt quia probabatur, ꝙ parentes in secreto osculabantur tanquam filium, & charissime nutriebant, licet foris negarent ad pudorem suum, vel ante, & hoc probabitur per pedisequas, quia non potest aliter bene probari. C. de repud. l. consensus. §. si autem. & de testib. veniens.

19 Nota bene, quod vbi deficiunt alij testes admittuntur † testes domestici, & alij, quia alias essent repellēdi a testimonio, per hoc vide glo. no. in cap. cum dilecti. in versic. & si tres. de elect. sed inquantum dixi, quod domestici, & alij qui de iure sunt repellendi a testimonio, admittuntur in defectum aliorum. intellige, quando natura facti est talis, quod non cōsueuit transire in notitiam statutorum, vbi autem natura facti esset talis, quod consueuisset transire in notitiam extraneorum, non admitterentur domestici etiam aliis testibus deficientibus, vt sensit glo. 2. & ibi Butr. hoc firmat in capitulo, tertio loco, de proba. quod no. qui autem dicantur domestici, ita vt regulariter repellantur a testimonio, v. dc in glo. in cap. in literis, de testib.

Item dicit Hostiē. quod probabitur per obstetrices, quod quando natus fuit, fecit gaudium tanquam de filio, nam ex hoc probabitur filius. sed dom Cardin dicit, quod hæc satis colliguntur ex glo. In eo quod glo. dicit, quod si probatur, ꝙ tenebant eum pro filio, præsumitur filius, licet negauerint eū filium. Item dicit, quod certius est indicium, de quo in glo. prope fi. scilicet vt probetur natus de illorum matrimonio: nam vt dicit Vinc. probato, quod fuerit filius mulieris, per consequens probabitur, quod sit filius mariti eius pro intellectu, nisi probetur cōtrarium, vt puta si probetur, quod vir, vel propter infirmitatem, vel propter aliam causam non iacuit cum vxore, vel si fuit absens per tantum tempus, quod non est possibile, quod sit natus ex eo, puta si fuit absens per biennium, & reuersus repetit in domo filium trium mensium, alias non est ferendus vir volens filium agnoscere, de quibus omnibus est tex. in l filium. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Item dic. quod si vir cohabitabat cum vxore, præsumitur filius, nec stabitur dicto patris negantis ipsum esse filium, etiam si probetur, quod vxor cum alio commiserit adulterium, secundū Abb. Sic. nā cum possit esse filius vtriusq;
20 debemus † præsumere in fauorem filiationis, quod sit potius filius mariti, quam adulteri. & de hoc dicit Abb. Sic. esse casum singularem in l miles. § de futuro. ff. de adult. & idem dicit de eo qui nascitur ex concubina detenta in domo, vt præsumatur filius concubinarij, de quo allegat glo singularem in c Michael, de fil presbyt. quam dicit menti tenēdam pro filiis sacerdotum. vult dicere, quod præsumuntur filij sacerdotum, licet cōcubina fuit etiam ab aliis cognita. & sic tenebuntur eos agnoscere in filios quantum ad alimenta, vt in c cum haberet, de eo qui duxit in matr. quam poll. & poterunt tales filij spurij ali etiam de bonis ecclesiæ, vt not. dixit Abb. Sic. in c j. de cohab. cler. & mulier.

In glo. fi. intelligo glo. quod filiatio non potest directe probari, sed solum p indicia respectu patris, quod bene respectu matris, quia mater semper est certa, vt in l. quia mater. ff. de in ius voc. & supra dixi in glo. præcedenti.

21 In ead glos. in fi. No. glo. quod concurrentibus † præsumptionibus contrariis standum est fortiori. Si autem nulla est fortior, tunc inuicem mutuo se tollunt, vt in c cum inter R. seniorem, de elect. & in c. literas, de præsump.

Nunc venio ad distinctionem But. aliquibus additis, & vt
22 clarius habeas, † facias septem casus.

Primus est, quod concurrunt tractatus cum opin. viciniæ, & tunc probatur filiatio, vt dicit glo. pe hic. & per glo. & clarius per Innoc. in c. Michael, de fil presbyt. & probatur in l si vicinis. & ibi etiam notant Doct. C. de nup. & in l. filium. ff de his qui sunt sui, vel alie. iur. vnde dicit Butr. quod si tractatus adesset, negatiue probaretur nō filius, puta si parentes tractauerunt eum pro non filio, & maxime si opin. viciniæ habet, quod non sit filius. pro hoc optime facit iste tex.

Secundus casus est, quando continet testimonium parentum cum tractatu ipsorum, vt quia alias tractauerunt vt filium, nunc autem negant eum esse filium, & tunc pręfertur tractatus ipsorum. & dicit Butr. de hoc esse casum in cap. per tuas, de proba. & fortius esset, si opin. viciniæ haberet, quod sit filius, vt in dicto cap. si vicinis. C. de nupt. & hoc vult glo. pen. hic. si recte inspiciatur. dicit enim, quod quando parētes negant filium, si ipse probat, quod tenebant eum pro filio, & ipse eos pro parentibus, præsumetur filius non obstante, quod parentes negauerint eum filium, maxime si fama viciniæ cōsentiat, & mouetur glo. per cap. per tuas, de probat. vbi Butr. dicit esse casum, hoc etiam sequitur Abb. Sic. & dicit hoc esse multum notandum. idem dicit Innoc. in cap. Michael, de fil. presby. vbi etiam dicit, quod si aliquando parentes habuerunt aliquem vt filium, licet postea dicant eum non filium, tamen filius reputatur in tantum, vt prohibeatur contrahere cum consanguineis patris, alleg. dictum capitul. per tuas, de probat.

Tertius casus est, quando concurrit sola opin. viciniæ absque tractatu parentum, & testimonium parentum est in contrarium, vel tractatus eorum & hoc casu dicit But. quod assertio, & tractatus parentum pręualet opi. viciniæ, casus est hic, & idem sequitur Abb. Sic.

Quartus casus est, qñ adest solus tractatus absq; alia communi opin. & tunc talis tractatus constituit filium in quasi filiationis possessione, vt dicit Iac. Butri. in l. quidam. ff de probat. & qui dicit, talis possessio est sufficiens, licet principaliter peteret hæreditatem, & hoc est indubitatum, secundum But. vbi tractatus esset antiquus, per no. in cap. illud de præsumpt. Idem tamen dicit, si tractatus esset de recenti, per no. in dicto cap. illud. & dicit, quod de hoc est casus hic. & est ratio, secundum eum, quia talis tractatus non videtur fieri nisi a certificato de filiatione, & hoc est de mente glo. penul. hic. si recte inspiciatur: nam vult, quod solus tractatus probet filiationem etiam cōtra negationem parentum, & hoc sequitur Abb. Sicu. hic, & Innocent. in dicto capitulo, Michael. de filiis presbyterorum. & Barto. in l prima. § primo. ff de quæst. & in l. prima. §. item per contrarium ff. de lib. agn. & in l non nudis. C. de probat.

Quintus casus est, quando concurrunt duo simul iuncta, vnum, in quo pater, & mater tractauerunt eum, vt filium vicinis scientibus: aliud, in quo mortuo patre alius tractauit vt filium suum. & hoc casu dicit Iaco. Butrig. in dicta l quidam. de probat. ff quod præualet primus tractatus, & quia ex vxo. & matrimonio, & vicinis & scientibus natus est, & sic ille tractatus primus habet pleniorem probationem: nam ista est plenior probatio filiationis, quæ regulariter possit haberi. s. vt sit natus ex vxore, vt in l filium ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. vel ex concubina retenta in domo, vt dicit glo. in cap. Michael. de fil. presbyt. vt supra dixi.

Sextus casus est, quando adest sola communis opi. viciniæ absque aliquo tractatu parentum, vt quia fama habet, quod sit filius. & hoc casu dicit But quod probatur filiatio, vt in l. cum de lanionis §. asinam. ff. de fun instr. ratio est, secundum eum, quia hęc res de facili non est probabilis, vnde accipitur illa probatio quæ potest haberi. sed Abb. Sic. dicit, quod hoc dictum videtur sibi satis durum, quod sola fama sine probatione tractatus, seu nominatione parentum, debet plene probare in præiudicium venientium ab intestato, cum fama regulariter non bene probet, de quo se remittit ad c. veniens, de testib. sed pro saluanda opin. But. potes dicere, quod illud. quod dicit Abb. Sic procedit in his, quæ possunt plene probari: nam in illis fama non habet vim plenę probationis. In his autem quæ non possunt plene probari, procedit opin. Butr. & pro hoc facit tex. in fi. qui dicit, quod per indicia probatur filiatio.

filiatio. Nec obstat verbum testibus, quia secundum glo. fin. in principio intelligitur de testibus, quibus probantur indicia. Item in hoc multum attenditur opi. viciniæ, vt in l. si vicinis, C. de nup & in l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie iur. & pro hoc facit litera in fi. a contrario sensu, quæ innuit, quod ideo non statur opin. viciniæ, quia testimonium parentum erat in contrarium, vnde si parentes non essent in contrarium testificati, staretur opin. viciniæ, & hoc est tenendum propter Butt. auctoritatem.

Septimus casus est, quando adest sola appellatio, vel nominatio, nec de tractatu, vel de opi. viciniæ aliquid constat, & de hoc facias quatuor conclusiones.

Prima est, quando appellatio est negatiua, vt quia negant
3 filium, & talis † negatio, tamen sit in tractatu, ut quia est longeua, & dicit But. quod absque dubio probauit non filium esse si opinio viciniæ esset in contrarium.

Secunda conclusio, si nō transit in tractatum, ut quia est continuata, sed tantum fit in forma testimonii, & dicit But. quod adhuc præiudicat filio, ut sensit gl. hic in uerbo mota.

Tertia conclusio est si nominatio est extraiudicialis negatiua, & vnica, si filius nō habet præsumptionem pro se: dicit Butt quod præiudicat filio non tantum ex nominatione, scilicet, quia alias non probat se filium, & dicit, quod sic potest intelligi glo. hic in ver. mota, in fi. & sic secundum But. complectando istas tres cōclusiones si nominatio negatiua transit in tractatum, vel fit in forma testimonii in iudicio, vel fuit vnica tantum negatio extraiudicialis præiudicat filio, ex quo non est in possessione filiationis, nec aliter probat se filiū, & cum hoc temperamēto intelligit Dy. & Bar. in l. si posthumus. §. j ff de libe. & posthu. vbi videntur dicere, quod licet pater neget aliquem filium, non tamen incumbit probatio, quia verbum patris non facit filium non esse in possessione filiationis, sed intellige, quando alias filius erat in possessione filiat. & loquitur Dyn. & Barto. de eo qui natus est ex vxore, quo casu pater nō potest regulariter negare filium nisi mulier contempserit Plautianum, vt in l. j. §. Iulianus. ff. de libe. agno. & in l. j. §. si quis ff. de Carb. edic.

24 Quarta conclusio est, quando adest sola † nominatio affirmatiua, & sic pro filiatione, & in hoc glo. & Innoc. in d. c. Michael, de fil. presby. dicunt, quod talis nominatio probat filiationem, nisi probetur contrarium, & in hoc assume uerba Bar. in l. j. § item per contrarium. ff. de lib. agno. quem But. hic sequitur. vbi dicit Barto. quod aut quis confitetur aliquē filium, & confessio fit principaliter propter se, & tunc constituit eum in quasi possessione filiat. & præsumitur filius donec probetur contrarium, vt in l. fi. ff. de probat. & in dicto §. Item per contrarium. aut confitetur incidēter propter aliud & tunc dicit Barto. quod in dubio faceret fidem indistincte, vt in l. j. ff. de confess.

Extra iudicium vero dicit Bar. quod aut est talis actus qui non congruit, nisi filio, & tunc filius constituitur pro hoc in quasi possessione filiat. ut in l. quidam cum filium. ff. de uerborum oblig.

Idem dicit Bar. si conueniret filio magis, quam extraneo, ut puta si dico, bene veniat filius meus: volo, quod res meas tractes, nam per hoc constituitur in quasi possessione filiat. ut in l. quidam ff. de probat. dicit enim Barto. quod tractatus sufficit ad constituendum quem in quasi possessione filiat etiam si nulla verba interueniant, & hoc modo intellige Innocen. hic, dum dicit, quod talis nominatio debet fieri cum aliqua solennitate, nam ista est solennitas, de qua supra dictum est secundum Barto.

Item aduerte, si denominatio filiatio fieret incidenter in actu non proportionabili filio magis, quā extraneo, licet nō faciat plenam probatio. filiat. tamen faceret semiplenam, ut dicit glo. nota quæ sic debet intelligi, in l. fi. ff. de proba. Item limita prædicta, nam nominatio filiatio. non probat quem filium, vbi præiudicatur alteri, puta filiis ad quos spectat hæreditas, vt nota. dixit Innocent. & Doctor. infra eodem, per tuas vbi dicam. Item ex præmissis Barto. in dicto §. item per contrarium, & in aliis locis supra allegatis dat practicam, & dicit, quod debent formari duo articuli.

Primus est, quod talis est, vel fuit filius talis.

Secundus, quod eum habuit, & tractauit, ut filium, & ex hoc secundo præsumitur filius, nisi probetur contrarium, ut supra dictum est.

Sed dubium est, nunquid si probatur magna affectio, vel dilectio, puta, quod diligebat aliquem tanquam filium:
25 Nunquid ex hoc probabitur † filius. glos. tenuit quod sic, vt in cap Michael. sed Innoc ibi dicit, quod sola affectio non est sufficiens filiatio probationis. de quo dic vt ibi per Doct. Item quod supradictum est, quod in probanda filiatione idē per omnia est tenendum in probanda qualibet consanguinitate, seu affinitate, vt dicit Barto. in l. non modis. C. de probationibus.

Item aduerte, quia supra dixi, quod multum operatur opi-
26 nio viciniæ in probanda filiatione, intellige † vicinos habitantes domos propinquas, non autem habentes propinqua prædia. & dicit Bar. in l. saxum. ff. de aqua pluuia arcen. & sic intelligas istum text. & l. si vicinis. & C de nupt. l. filium. ff de his qui sunt sui, vel alie. Iur. & hoc notabis, quia facit ad statuta disponentia de vicinis, vt intelligantur vicini habit. non autem ratione prædiorum, seu possessionum. Item de materia huius capit. tractatur infra eodem, lator. & infra eodem, peruenit. & infra eodem, per tuas. & quę hic desunt, in eis examinabimus. Sequitur capitulum, causam.

SVMMARIVM.

1 *Concepti ex adulterio viuente mulieris viro censentur illegitimi.*
2 *Libellus alternatiue conceptus procedit.*
3 *Filius potest probari natus ex adulterio, licet mater moretur cum marito.*
4 *Exclusio ascendentis tanquam illegitimi facit etiam excludi descendentes quantumcunque legitimos.*
5 *Legitimus qui est, si ex illegitimo natus est, non admittitur ad hæreditatem ascendentium, sicut ei etiam ab eis non succeditur.*

CAP. IIII.



1 Ausam, Illegitima est proles, quam viro viuente mulier † ex adulterio concepit, siue cum adulterio, siue cum viro moratur, hoc dicit. Et pone casum, prout ponit glos. infra eodem, causam.

In prima ponit dictum.

In secunda rationem. secunda ibi, quia.

2 Nota primo, secundum Butr. quod procedit † libellus, vel possessio alternatiua ibi, in qualibet parte alternatiuę procedit intentio libellantis, vel opponentis ad hoc, allegat de rescrip. ex parte. ibi, dolo, vel negligentia. & de fo. compe. ex parte, de dilat. literæ. & de probat. tertio loco. plenius dixi in c. fi. supra de frigid. & malefic.

3 Nota secundo, quod quis potest probari filius † adulteri, licet mater moretur cum marito. sed Abbas Sicul. dicit, quod hoc debet intelligi, quando potest probari, quod maritus non vtebatur cum coniuge tempore conceptionis, alias secus, vt dixi in cap. præced.

4 Nota vltimo, quod excluso † ascendente tanquam illegitimo excluduntur etiam descendentes quantumcunque sint legitimi. In hac enim non litigabat Agatha, sed filius ipsius, vt in cap. causam. infra eod. sed quia filius petebat hæreditatem aui ex persona Agathę matris disputatur de legitimatione Agathæ.

5 Ex quo infert Abb. Sic. quod licet † filius sit legitimus, ex quo pater fuit illegitimus, nō debet admitti ad hæreditatem ascendentium, & aui, & aliorum ascendentium. pro hoc tex. in cap. sequen. nam ex sobole non legitima non potest haberi proles legitima quo ad ascēdentes, quia omnes descendētes ex non legitimo descendunt ex radice infecta, & sic non sufficit, quod ipsi sint legitimi ad hoc, vt admittantur ad hæreditatem illorum, quibus pater illegitimus non potest succedere. ad hoc. l. fin. C. de natu. libe. & ibi etiam dicitur, quod non succedit consangui. parentis, ad hoc etiam est de mente But. Idem dicas econuerso, quia si successio est reciproca, vnde sicut descendentes ab illegitimo non succedunt, ita eis non succeditur, de quo est tex. in Auth. quib mod natu. effi. sui. §. filium. & dixi in cap. cum haberet. de eo qui duxit in matrim quam poll. & adde hic illud.

In glo. fin. no. ex glos. quod quando alter coniugum est in bona fide, filij sint legitimi, etiam si alter, qui est in mala fide, committat adulterium, vt quia habeat alium virum, vel aliā vxorem. & sic intellige cap. ex tenore. infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio natiuitatis si coram sæculari opponatur, est remittenda ad ecclesiasticum.*
2 *Nepos legitimus ex filio naturali tantum, non succedit auo.*
3 *Quæstio spiritualis incidens coram iudice sæculari debet remitti ad iudicem ecclesiasticum.*
4 *Causa spiritualis, si delata coram iudice ecclesiastico sit, potest statuere terminum peremptorium opponenti.*

Index

5 *Iudex secularis an possit statuere terminum in articulo spirituali incidenti.*
6 *Sententia lata in causa matrimoniali transit in rem iudicatam, quo ad legitimitatem, & successiones hæreditatum.*
7 *Dicens aliquem illegitimum debet probare.*
8 *Iudex ecclesiasticus qui cognouit de incidenti non potest cognoscere de principali causa, sed partem remittere debet ad secularem.*
9 *Practica seruanda a iudice ecclesiastico deciso incidenti spirituali.*
10 *Naturalis filius non succedit patri extantibus filiis legitimis, & uxore legitima.*
11 *Lex imitatur sacros canones, vbi agitur de peccato.*
12 *Concubinatus de iure Authenticorum, an sit damnatus.*
13 *Iuri ciuili standum est in hæreditatibus.*
14 *Agere, vel accusare nemo inuitus cogitur.*
15 *Probationes, nunquid produci post terminum possint.*
16 *Dilatio noua, quando dari potest post terminum.*
17 *Testes, & instrumenta non admittuntur, vbi conclusum est in causa.*
18 *Terminus, an possit præfigi ad agendum, vel excipiendum.*
19 *Matrimonium præsumitur post mortem, quod in uita non præsumebatur.*
20 *Filius, quando teneatur probare, vel releuetur a probatione legitimitatis, vbi quatuor casus uide.*
21 *Iudex laicus est incapax iurisdictionis spiritualis omnino.*
22 *Libellus, an offerri debeat coram iudice ecclesiastico, quando quæstio remittitur ad ecclesiasticum.*
23 *Libellum in incidentibus offerri non expedit, nec fieri litis contestationem.*

C A P. V.

1 LAtor. †Quæstio natiuitatis opposita petenti coram seculari est ad ecclesiasticũ remittenda, & est tex. multum allegabilis. Duæ sunt partes.

In prima appellantis conquestio.

In secunda causæ commissio. Secunda ibi, ideoque.

2 Nota primo, quod † nepos legitimus ex filio naturali tantum non succedit auo. quia cum veniat ex persona patris, & pater excludatur tanquam illegitimus, debet excludi etiam ipse tanquam veniens ex radice infecta, de quo plenius dixi in c. præcedenti.

3 Nota secundo. quod si † quæstio spiritualis incidit coram iudice seculari debet remitti ad iudicem ecclesiasticum, & supersedendum est in quæstione principali per iudicem secularem donec quæstio incidens terminetur per ecclesiasticum. concordat cap. tuam, de ord. cogn. dicit tamen Abb. Sicu. quod iste tex est intelligẽdus, quod reus obiecit defectũ natalium prouenientem ex inualiditate matrimonii, ita quod quęstio incidens erat iur. & non facti, quia dubitabatur vtrum matrimonium tenuisset inter auum istius actoris, & auiam maternam, de quo se remittit ad c. tua, de ord. cogn. vbi plenius, de ista materia probatur in l. Titia ff sol matr.

Nota tertio, vnũ dictum. quod alibi non bene probatur,
4 quod si † causa spiritualis incidens est delata ad ecclesiasticum potest statuere terminum peremptorium opponenti illam exceptionem, intra quẽ debeat probare, & dicit, quod hoc debet facere iudex, vbi vehementer præsumitur de calũnia excipientis

Nunquid autem possit semper index ecclesiasticus hoc facere, quando causa spiritualis incidenter deducitur coram ipso, dicam super glo. 3.

5 Sed dubium est quid de † iudice seculari, coram quo opp. incidenter articulus spiritualis, an ipse possit statuere terminum vide Bar in l. præses C. de app. qui dicit, quod bene potest statuere terminum ad comparendum coram iudice ecclesiastico, sed non potest statuere terminum ad probandũ illam exceptionem quia hoc pertinet ad iudicem ecclesiasticum. facit in simili, quod dicimus de iudice. a quo est appellatum, quia potest statuere terminum appellãti ad se repręsentandum coram iudice ad quem, sed non potest statuere terminum ad finiendum app. quia hoc pertinet ad iurisdictionem iudicis ad quem, vt dicit glo in c cum sit Romana, de app ubi etiam per Doct. & quia inferior non imponit legem superiori. c cum inferior de ma. & obed.

6 Nota quarto, quod † sententia lata in causa matrimoniali transit in rem iudica ad finem legitimitatis, & successionis hæreditatis, ut hic, licet quo ad substãtiam vinculi, vbi de eo principaliter disputatur, sententia non transit in rem iudic. Nec obst. ali s terminus obuians ueritati, tamen ob. in q. legitimitatis, & hæreditatis, vt a matrimonio descendente, quod est notandum secundũ Butr. & ratio est secundum eum, quia in materia principaliter deducta possunt partes sibi prę iudicare per consensum. Sed quo ad hæreditatem ergo etiam sententia transit in rem iudicatam, quod vbi partes possunt sibi inuicem præiudicare per consensum sententia in causa matrimoniali transit in rem iudi & ob publicatio testium, idest non possunt produci testes post publicatas arrestat. vt per Doct. in capitu. iurauit, de proba. & in capi. fraternitatis, de testibus, & in c. lator, de re iudi. & tetigi in ca. 2. de sponsa. & in capitu. fraternitatis, de frigid. & male. in glo. in uerbo, per errorem.

7 Nota quinto, quod † dicens aliquem illegitimum debet hoc probare, de quo per Ioan. And in cap. veniens, de presb. non bapti. & dicam infra super gl. pen.

Nota sexto, quod vbi principaliter quæstio fuit intentata
8 coram iudice seculari, non potest † iudex ecclesiasticus qui cognouit de incidenti postmodum cognoscere de principali, sed debet partem remittere ad iudicem secularem, quia ex quo principalis fuit inchoata coram seculari, non potest venire accessorie ad causam incidentem, sed vbi nulla quæstio esset mota coram iudice seculari, & ageretur de legitimatione coram iudice ecclesiastico posset ecclesiasticus cognoscere incidenter de causa principali, ut in cap. prudentia de donat. inter virum, & uxor. & supra eod. c. j.

9 Nota vltimo † practicam, quam debet seruare iudex ecclesiasticus decisa quæstio. spirituali incidenti, nam debet hoc intimare iudici seculari, coram quo principalis causa pendet quomodo decidit articulum spirituale incidentem, & cum sit decisus libere potest decidereq principalem uertẽtem coram se. hoc probat litera in fine.

10 In glo prima hęc glo dicit, quod † naturalis non succedit patri ab intestato extantibus filiis legitimis, & in hoc bene dicit. sed inquantum dicit, quod succedit non extantibus legitimis subaudi, nec vxor legitima, vt in auth. licet, allegata in glo. & vide glo. quę hoc dicit in cap. nisi cum pridem. §. personæ in versic. manseres. quæ incipit, sicut de renunc. & ex hoc no. quod non semper est vera illa regula, si uinco vincẽtem te, multo fortius vincam te, nam naturalis succedit in duabus vnciis, extantibus agnatis, vt dicta authen. licet & tamen non succedit extante vxore legitima, vt ibi dicitur, & tamen in successione agnati excludunt vxorẽ, vt in l. prima C. vnde vir & vxor. vbi dicitur, quod maritus succedit vxori, & vxor marito, demum deficientibus omnibus agnatis, & cognatis. & de hoc, scilicet an si vinco vincentem te, debeam vincere te. vide in cap. auctor. de concess. præben. in 6. naturalis in nihilum succedit, & in l. Claudius ff. qui pot. in pign. hab. Sed Goff. dicit, quod naturalis in nihilum succedit, sed canones, secundum quos coitus fornicarius est damnatus. 32. quæst. 4. nemo. & ca. meretrices. & ita intelligit istum tex. ibi, nihil posse iure successorio vendicare, sed nõ placet Hostien. qui concludit tria.

Primo, quod Imperator potest habilitare naturalem ad successionem in totum, & in parte per constitutionem, sicut potest per rescriptum. Idem dicit de honoribus, & dignitatibus sæcularibus, ad hoc l generaliter. §. spurius. & l spurii. ff. de decurio.

Secundo concludit, quod talem legitimationem quo ad hæreditates potest facere solus Imperator in terris imperii, & non Papæ. sed de hoc videbitis infra eodem, per venerabilem.

Tertio dicit, quod lex ciuilis habilitans illegitimum ad successionem est approbata per canones, quanquam coitus sit damnatus per canones, nam etiam nouæ leges damnant fornicationem, & omne peccatum, vt in Authent. de lenonibus collat. 2. & in auth. scenicas mulieres, collatio. 5. & in Auth. vt non luxur contra naturam, collatio. 6. Item vbi de
11 peccato agitur l. † imitatur sacros canones, vt in auth. quomodo oportet episc. collat. vnica & in Auth. de ecclesia. titu. collat. 9. & in Auth. vt cleric. apud proprios episc. §. si vero ecclesiasticum. & ideo dicit Host. quod licet secundum vtrunque ius naturalis descendat ex damnato coitu, quia omnis coitus est illicitus præter matrimonialem, tamen lex ciuilis ad successionem admittit, nec in hoc obuiat lex canonica, immo approbat, & quandoque talis legitimatur per subsequens matrimonium, vt infra eod. tanta sed dom. Cardin. in opposit. quam facit ad primam quæstio dicit, quod concubinatus secundum leges non est expresse approbatus, nec improbatus, immo videtur potius tacite approbatus, quia ex legibus nomen assumpsit, & extra legis pœnam est, vt dicit text. & vt d. l concubinatus ff. de concubin. & C. de concub. l. j. vbi non conceditur coniugato licentia tenendi concubinam, ergo non coniugato conceditur, idest non punitur & ideo potest dici coitus illicitus, secundum leges, & dicit, quod iura quæ alleg Host. loquuntur de coitu damnato, & quod talia nihil vrgent.

Sed

22 Sed ego credo, quod ante iura Authenticorum † concubinatus esset permissus, sed quod per iura Authenticorum sit damnatus præter coniugalem, quia Imperator dicit se esse amatorem castitatis, vt in dicto §. illud, in Auth quibus modis natur. effici. legi. sed non est castitas in concubinatu ergo &c.

Item quia leges non dedignãtur sacros canones imitari, vt in auth quomodo oportet epis. collat. prima. & in Auth. de ecc ti colla. 9. Si ergo ll imitantur canones, ergo concubinat. etiã de iure ciuili intelligitur tacite reprobatus, licet expresse non sit reprobatus. & ita intelligo Host. quem sequuntur Ioan. And & But. & Abb Sicu. in capit. seq ibi enim dicit Abb Sic quod hodie omnis coitus concubinarius est reprobatus per iura noua, quæ alle. Host tamen etiam ius nouum noluit, & potuit vocare filios naturales ab intestato in duabus vnciis non extantibus filiis legitimis, vel vxore legitima, vt d auth. licet C. de natura. lib. & dicit, quod hæc opi. plus si

23 bi placet, quia in hæreditatibus standum est † iuri ciuili, ex quo ius canonicum non disponit cõtrarium expresse, ut in cap per venerabilem, in fi. j. eod.

Et ex his infertur, quod non legitimus excluditur a successione, quando nascitur ex coitu damnato, & accusabili, & punibili, vt ex nefario. vel adulterino, vt in Auth quib. mod. natu effici. sui. §. fi. ubi glo. & Initia d Orphi § nouissime.

Ex his etiam infert Host. an naturalis legitimatus succedat in feudo, sed quia ista quæstio melius cadit in ca. seq. ibi dicam.

a In glo. 3.[a] Innoc dicit, quod regulare est, quod nemo inui

24 tus † agere, vel accusare cogatur, ut C. nemo inuitus agerẽ, uel accu coga. in rubro, & nigro pro hoc. C. de pign l. creditor, & sic vult dicere Inn. quod hic est specialis casus, quãdo subest aliqua ratio.

Item dicit, quod quando iudex assignat terminum ad agendum, debet hoc facere causa cognita maxime, quando videt actorem expectare tempus agendi, quo reus probationibus careat, vel famam alicuius vel statum grauari C. de inge. & manumiss. l diffamari, & de remissione pign. l. si eo tempore, & ut ll. non contest. c. quoniam frequenter § j.

Item dicit, vbi aliquid proponitur in modum exceptionis vel actionis præiudicialis, ur hic, & supra de ord cogn. tuam. Alias autem reus non cogitur se defendere, sed sufficit, quod actor mittatur in possessionem, & fuit venditio, & indicatur mulcta ff de bon auctorita. iudi. poss. l penult. & ff. si quis ius dicenti non obtempe. l j. & quod nota. de offic. delega consultationibus.

Idem dicit Innocent generale esse in quibusdam quibus imminet periculum si non agant, vel defendant, ut cogantur agere, vel defendere. & in tuto. & cura. C. arbit. tute l. nomina & C. de administr. tut l. tutor.

Idem dicit de negotiorum gestoribus si possunt contrahere sine mandato, de neg gest l. siue autem. & idem in procuratore. C. mandati, l procurator. idem in administratore ciuitatis ff de administrat rerum ad ciui. perti l finali. § 4. & l. penult.

Idem dicit de actore citato reo, vel li. contesta & hoc vltimo vide. de do. & contu causam, & in auth. & qui semel. C. quomodo, & quando iudex.

Host autem dicit, quod vbi est præsumptio contra aliquẽ quod calumniose inducat q præfigitur tempus peremptoriũ post, quod non auditur & istud etiam dixit Innoc. inducit Host simile, de scholari qui timet ne conueniatur, quãdo erit in recessu, nam facit prius monere volentes ab eo petere vt infra tantum tempus petant, & hoc dixit glo. in Rubrica C. ut nemo inuitus agere, vel accusare cogatur. sic etiam in officiali statuitur tempus a lege infra quod debeat sindicari, vt C. ut omnes causas, tam ciui. quam mili. l. j. & C. de remis. pig l. si eo tempore, ff. de opt. lega. l. mancipiorum, & de proba. licet, de fide instrumentorum, accepimus. Simile, quod nota. de elec cum ecclesia, de conces præben. ex parte.

Sed dom. Card in tertio notabili dicit, quod non videtur hic colligi, quod statuatur terminus ad agendum, sed potius ad probandum exceptionem, quam opposuit reus coram iudice seculari, d c. licet, de proba. & c. accepimus, de fide instrumentorum, & de except. pastoralis, & mihi placet, quia

b hoc probatur in tex.[b]

25 Nunquid aũt possint produci † probat. post terminũ But. remittit ad no. Cy. in l. si ea. C. qui accu. non pos. & adde Bar. in l. mancipiorum ff de op lega. & adde glo in clem sæpe, in ver. non obstante, de verborum significat sed hunc passum ha

c beo satis dubium.[c]

Item an si iudex assignat terminum peremptorium ad probandum, an talis admittatur post terminum. nam Iacob de Rave Pet & Cyn. in d. l. si ea. C. qui accus. non poss. videntur distinguere, quod aut ius aduersarii est factum deterius, ut quia mortui sunt testes, vel perdidit Instrumenta per quæ poterat defendere ius suum, & tunc non auditur post terminum: aut non est factum deterius, vt quia omnes defensiones sunt saluę, & tunc admittitur ad probandum post terminum, & hanc opinio. tenet glo. in dicta cle sæpe, in ver. non obstante, & Ang. in l. iudices. C. de iudi vnde Bar in l fin. ff de feriis, dixit quod est iusta causa dandi secundam dilat. quando ius aduersarii non sit factum deterius si processum est ad vlteriora in iudicio non admittitur post terminum, nisi iuret ad se nouiter peruenisse, vt in cap. pastoralis, de excep sed si non est processum ad vlteriora in iudicio, tunc dicit, quod admittitur post terminum si ius aduersarii nõ est factum deterius, & illam opinio. videtur tenere But. in c. cum dilectus. de fide instrumentorum, & Ioan de Imo in dicta clem sępe super dicta glo. in uer. non obstante. sed ipse idem But. in c. vltra terminum, in quarta col. supra de test. videtur sequi opi. Iaco de Are. Pet. & Cyn. quam etiam tenet glo. in dicta cle. sæpe. & idem tenet dom. Cardin in § & quia, in 15 quęst. & dicit, quod hæc opi. communiter tenetur, & quod facile respõdetur ad contraria, de quo se remittit ad dictũ cap. cum dilectus, de fide instrum. postea recitat dominos de Rota sua decisio 32. quæ incipit, item fuit dubitatum, vbi dicunt, quod licet admittatur productio instrumentorum post terminũ si ius aduersarii non est læsum, nõ tamen admittunt articuli dati post terminum, nec probatio per testes, quæ requirit causæ cognitionẽ, & longum tractum qui sic nõ requiritur in probat facienda per instrumenta. ex quibus statim cum producuntur potest liquere veritas sine alia causæ cognitione. & sic potest dici, hodie constat hodie agatur, de restitut. spol. cum olim, & ff. ut in poss. leg. l. si is a quo, & cum hoc residet dom. Cardi. in dicta clem sæpe. sed Iacob de Are. Pet. & Cy. & Barto. ubi supra non faciunt differentiam inter testes, & instrumenta.

Item aduerte, iura in quibus se fundat Barto. in d. l. mancipiorum, parum faciunt, nam l. mancipiorum, loquitur de eo, qui habebat causam lucratiuam, & quando tractabatur de damno aduersarii, vel de facto non reuocabili, nam ibi testator legauerat vnum ex seruis suis, quem legatarius elegerit, sed iudex statuit terminum legatario ad eligendum, nam et post terminum admittitur ad eligendum, quando hæres nõ vendidit aliquem ex seruis, vel pignorauit, vel manumisit, quia non potest post terminum legatarius eligere seruum, quem hæres vendidit, vel pignorauit, quia teneretur hæres ad euictionem emptori, & ad interesse creditori si ille seruus posset eligi, & quando manumisit ideo non potest eligi manumissus, quia libertas data reuocari non potest Insti. qui, & ex quibus cau. ma. non pos. § semel Item ibi legatarius tractabat de lucro, quia legatum est causa lucratiua Non obst. cap pastoralis, de excep dilationis, vnde non est ita præiudicium, si non potest opponere post terminum, sicut si excluderetur a probando illud, quod tangit merita causæ. Præterea ibi non auditur post terminum mero iure, sed non negatur ibi, quin iudex possit dare nouam dilatio. si ius aduersarii non est factum deterius, tamen pro concordia sic dicere, quod aut non est processum ad aliquid post terminum, & tunc iudex debet dare nouam dilat si ius aduersarii non est factum deterius, & hoc tenent omnes: aut est processum ad aliquid, tamen non fit præiudicium aduersario, sed detur no

26 ua † dilatio ad probandum post terminum, & tunc poterit iudex dare nouam dilationem, & hoc modo procedit illud, quod dicit Barto in l fi ff. de serus & But in d. c. vltra tertiam. de testi. Aut tale quid est factum in iudicio, propter quod fieret præiudicium aduersario si admitteretur ad probandum post terminum dato, quod suæ defensiones ei maneant saluę, vel pone, quod est in causa conclusum quid est terminus exclusiuus ad producendum instrumenta, ut in c. cum dilectus, de fide instrumentorum, & testibus etiam super diuersis articulis, vt ibi nota & in capit. pastoralis, in fi de can poss. & proprie nam super eisdem articulis, vel directo contrariis publicatio testium est terminus exclusiuus, ut in c fraternitatis, de testi. & in clem ij. de testi. & in hoc vltimo diceretur ius aduersarii factum deterius propter timorem subornat. testium animo ante conclusionem in causa, vbi aliquid non est

ADDITIONES.

a ¶Gl. 3. materiam huius gl. & l. diffamari. ff. de inge. ma. explicat Ang. Insti. de excep. in rubr. 26. col. ver circa hoc principaliter.

b ¶Adde, quod admonitio huiusmodi, ut quis agat infra certum terminũ debet esse iterata, alias non obesset, Ang. Institu. de excep. 17. colum. ver. unum tamen tene menti.

c Dubium. de hoc per Alex Imo. consi. 134. 3. col. 2. uol.

est agitatum, quod irritetur, vel alter sentiat præiudiciũ, quo
ad ordinem procedendi, & defensiones sunt salue aduersa-
rio, puta, quod iudex debeat dare nouam dilationem, quia
res dicitur satis integra. ex quo aduersarius non sentit dam-
num ex ista noua dilatione magis, quam sensisset si aduersa
rius fecisset probat. infra terminum, argumento d l manci-
piorum ff. de opt. lega. dummodo dilatio sit ita breuis, quod
causa non protraheretur nimium. Ita intelligo Barto. in d.
l fin. ff de feriis. & Butr. in dicto c. vltra tertiam, de testi.
Item puto, quod sine noua dilatione possit post terminũ
producere testes, inducendo testes ante iudicem, vel exhiben
do instrumenta in iudicio, & hoc modo procedit opin Iac.
de Raue Pet. & Cy. in dicta l si ea. C. qui accu non pos & gl.
in dicta clem sæpe, in ver non obstante. aut est conclusum in
17 causa, & tunc non admittuntur † testes, nec instrumenta, vt
in c. cum dilectus. de fide instrumentorum, etiam si per hoc
ius aduersariis sit factũ deterius, & hoc modo procedit Bart.
in dicta l. mancipiorum. ff. de op. lega. & But in dicto ca. cum
dilectus, de fide instrumẽtorum. nam hoc modo res desinet
esse integra, quo ad probationes faciendas, & si admitteren-
tur nouæ probationes fieret præiudicium aduersario, quo
ad processum, quia per hoc reuocaretur conclusio, sed si sub
esset iusta causa, puta, quia iurarent testes, & instrumenta ad
se nouiter peruenisse possent produci etiam post conclusio-
nem in causa si ius aduersarii non esset factum deterius, ar.
cap pastoralis, in fi. C. qui accus. non pos. alias de cau. poss. &
proprie. & hoc casu putarem faciendam differentiam inter
testes, & instrumenta, quia non ita de facili producuntur te-
stes, sicut instrumenta, sed si diceret, hodie constat hodie a-
gatur, & sic exhiberet testes coram iudice non videretur fa-
cienda differentia inter testes, & instrumenta. hoc modo po
test procedere illud, quod dicunt domini de Rota. Item tene
menti vnum dictum Angeli in Auth de hæredibus, & fal §.
si quis autem pro limitatione eorum quæ dicunt hic Inno.
& Host. nam ibi Angel. dicit, quod si iudex statuit terminum
actori ad agendum, vel accusatori ad accusandum, vel reo
ad excipiendum, quod debet terminum bis monere, quod
agat, vel accuset, vel excipiat: alias post terminum non impe
a diri agere, vel accusare, vel excipere [a] Sed, hoc dictũ mihi nun
quam placuit, quia omnia iura videntur dicere, quod post ter
minum non audiatur, & præfixio talis termini habet vim pe
remptorii, vt dicit Bar. in dicta l. mancipiorum ff. de opt. leg.
& in l. fi. ff de feriis, & ideo post terminum non auditur, vt di
cit hic Host. & probatur in cap j de elect in 6. & in c pasto. de
excep. & in l distiamari C de ingenuis, & manumissis, & hoc
etiam tenet glo & Bar. in l Titia ff de accus. & Dy. in regula,
indultum, in sexto. fateor tamen, quod finito tertio si iudex
potest comprehendere petit nouum terminum, quod assi-
gnari deberet, dummodo ius rei non sit factum deterius, vt
dicit Bar. in dicta l fi. ff de feriis, & Butr. in dicto capitu. vltra
tertiam, de testi. sed quid si iudex assignat terminum actori
ad agendum, vel accusatori ad accusandum, vel reo ad exci-
piendum sine causæ cognitione. Barto. in dicta l. Titia dicit,
quod tunc potest appellari a iudice, & per app. rescindi illa
assignatio termini, & sic tenet assignatio mero iure, nisi ap-
pelletur.
18 Item de ista materia, an possit † terminus præfigi ad agen
dum, vel excipiendum. vide Innoc. in c. conquerente. de offi.
ord. & idem in regula, indultum, in sexto. & Bar. in l. Titia ff.
de accus. & 17. casus, in quibus actor compellitur agere, vide
per Ioan. And in ca. frequens, in verbo, extimamus, de resti.
spol. in sexto.
In ead glo in fi. dicit But quod hęc glo. est notabilis. quod
tempus præfixum ad causam finiẽdam non potest proroga
ri præter partium cõsensum, & est ratio secũdum eum quia
præfixum est iurisdic. iudicis, & ideo nõ potest prorogari pię
ter partium consensum, ut in ca. de causis, de offi deleg. & ff.
de iudi l. ij §. si iudex & quando terminus intelligatur præfi-
xus iurisdictioni, & quando actori, & quando iudici, & quan
do parti & quando instantiæ, & an teneat sentẽtia lata post
terminum vide Bar. in l. properandum. C. de iudic. & But. in
c de causis de offi. deleg.
Nunquid autem iudex qui statuit terminum ad proban-
dum, vel ad agendum, vel ad excipiendum, possit illud reuo
care Bu. remittit ad c cum cessante, de app & ad c. j. de dila.
vbi glo. tangit.
Glo. in ver legitime dicit dom. Card in tertia oppo. quod
quamuis solutio gl videatur iuuinare, tamen satis consonat
literæ, & est uera, & cum ea etiam transeunt Doct. sed Laur.
dicit, quod ambo viuunt, & tunc non præsumitur matri-
monium, sed fornicatio 30 q ij qualiter, ubi bona gl aut am
19 bo sunt mortui, & tunc præsumitur † matrimonium suisse
inter eos, ut hic, & ratio est secundum eum, quia quando ui-
uunt præsumitur adulterium, s. vt cogantur palam contra-
here, sed quando sunt mortui, cessat hæc ratio. Host. autem
dicit, quod præsumitur adulterium, quando de recenti coha
bitant uir, & mulier, nec apparet de matrimonio, sed si sunt
mortui, & semper se pro coniugibus habuerunt, præsumitur
matrimonium, vt infra eodem, peruenit. alias posset secun-
dum eum cõtingere absurditas, vt si sacerdos, & testes mor-
tui sunt, ita quod non potest probari matrimonium idem di
cit si viuunt coniuges, & factum est antiquum, ita quod pro
bari non potest, tunc enim non auditur obiiciens illegitimi
tatem, vel si auditur, oportet quod probet, sicut quando ma
trimonium est contractum in facie ecclesiæ, vt supra eod.
c j & ij & cum his dictis transit dom. Card. in 3. opp. & Abb.
Sic & Butr. hoc distinguit, & vt capias verius distinctionem
20 facias † quatuor casus.
Primus casus est, quando constat, quod parentes contra
xerunt matrimonium in facie ecclesiæ, uel tractauerunt se
pro coniugibus, & casus iste est planus, quia releuatur filius
ab onere probandi se legitimum.
Secundus casus est, quando non constat de contractu ma
trimonii, vel quod aliquem actum fecerunt proportionabi-
lem coniugibus, & de recenti cohabitauerũt simul, & indu-
bio præsumitur adulterium, & non matrimonium, vt d cap.
aliter, 30. quæstio quinta, & ideo filius arctabitur ad proban
dum se legitimum.
Tertius casus est, quando diu cohabitauerunt, & tunc di-
cit, quod filius releuatur ab onere probandi maxime mor-
tuis parentibus, idem dicit Innoc. & Doct. in c illud, de præ-
sump. & ibi habetur quę dicatur longa cohabitatio ad indu-
cendum præsumptionem matrimonii.
Quartus casus est, quando apparet, quod fuit tractatus, vt
filius, nec aliquid probatur de matrimonio. & dicit Butr. q
præsumitur filius legitimus, quod nota. & ista distinctio Bu.
quo ad primum, secundum, & tertium casum est de mente
Hostien & habent locum casus supra numerati, quando pa-
rentes viuunt, sed ipsis mortuis in dubio præsumitur pro ma
trimonio etiam si cohabitatio sit recens, vt dixit Lau. & hoc
est verum, secundum Abb Sicu. quando vocabant se coniu-
ges, & alleg. notabile dictum Innocen. in c. ex parte, de testit.
spol. vbi Innocen circa medium, ver. item oportet eum pro-
bare contracta sponsalia, & ver non autem sufficit probare,
quod eam vocabat sponsam. vbi Innocent. dicit, quod ad va
liditatem matrimonii, non sufficit probare, quod vocaret
mulierem sponsam suam, vel similia, licet sufficiat, quo ad
hoc, vt filii sint legitimi per c. transmissæ, supra eod. & per c.
per tuas, de probat. & ratio differentiæ secundum Innocen.
quo ad præsumendum filios legitimos est fauor, quo ad præ
sumendum matrimonium est periculum animæ, & licet In-
nocen. non distinguat, an parentes sint viui, vel mortui, & ta
men Lau & Docto. intelligunt, quando sunt mortui, & hoc
est dictum notabile, quia multotiens contrahuntur matri-
monia clandestina, ita quod nescitur, an mulier sit vxor, vel
concubina, nam si appellauit eam vxorem, licet hoc non
sufficiat ad validitatem matrimonii, quãdo cohabitatio est
recens, tamen sufficit, quo ad hoc, vt filii sint legitimi, de hoc
tamen plenius dicam j eo peruenit
21 In glo fi dic, secundum Doct quod † laicus est incapax iu-
risdictionis spiritualis, vt in c. sacrosancta, & in c Massana, &
in cap ij de elect. & in c. quanto, de iudic. & sic incidenter de
causa spirituali non possunt cognoscere, quia incidentia cau
sę non facit eum capacem, qui non est. ita loquitur hic. vbi
autem esset capax, licet propter defectum iurisdictionis non
potest cognoscere principaliter, potest incidenter cognosce
re, & hoc modo loquitur l quoties. C. de iudic. & l. aditæ.
C. de ordine iudic. nam si coram iudice minori qui non po-
test cognoscere de causa status vertitur quęstio hæreditatis,
cui incidit quæstio status poterit ratione incidẽtię de ea co-
gnoscere, vt in d. ll. & ista est ratio, quare iudex ecclesiasticus
ratione incidentiæ potest cognoscere de causa temporali, vt
supra eo. c. j & de dona inter virum, & vxorem, de pruden-
tia, nam iudex ecclesiasticus non est incapax iurisdictionis
temporalis, immo iurisdictio temporalis, quo ad habitum
est penes ecclesiam, licet quo ad exercitium sit penes iudices
seculares, vt plene nota in c. nouit, de iudi.
Extra glo quæro, eo casu, quo quæstio legitimitatis remit-
22 titur de iudice seculari ad ecclesiasticum debeat offerri † libel
lus coram ecclesiastico. Innocen dicit, quod tutius est, quod
detur libellus, et fiat litis contesta. credit tamen processum
tenere

A D D I T I O.

a Idem tenet Ang. Insti. de excep. 16. col.

tenere etiam si non detur libellus, nec fiet lit.cont. nec alias ordo iudiciarius seruetur. & ideo est secundum eum, quasi quæstio spiritualis fuit apposita in modum exceptionis coram iudice seculari. sicut ergo iudex secularis si potuisset cognoscere cognouisset li. non contest. & sine ordine iudiciorum, ita & ecclesiasticus qui loco eius succedit, quo ad cognitionem. Alii tamen vt refert Inno aliter dicunt. & dicit Host. pro his esse, quia hæc est quæstio præiudicialis a qua, tanquam principali pendet petitio hæreditatis, vt accessoria, supra eodem, c.1. Spec. in quarta parte speculi. in fi. de ordi. cog. refert opi. & nihil firmat.

Sed dom. Cardin hic in quarta quæstione dicit, quod licet sit tutius libellum offerri, non tamen est necessarium, nec est verum secundum eum, quod quæstio hæreditatis sit necessaria respectu cognitionis, immo principaliter est quæstio hæreditatis, quæstio vero legitimitatis est incidens, ut hic, & in dicto ca. tuam de ord. cog. in incidentibus autem non ex 23 pedit † libellum offerri, vel lit. contest. de offi. deleg. prudentiam. §. sexta, vbi hoc tenet glo. quæ incipit, ex hoc loco. pro hoc facit secundum eum, quod hic dicitur de duobus mensibus, nam si deberet seruari ordo iudiciarius, non assignaretur ita breue tempus maxime cum de iure canonico non pereat instantia etiam triennii, vt supra de iudiciis venera. sed Butr. hic tenet, quod libellus sit offerendus, quia cum instantia iudicis secularis, non transeat ad ecclesiasticum repetitur ista qō sine fundamento, & istud sequitur Ab. Si respectu libelli, sed respectu cōtestationis dicit, quod est maius dubium, nam videtur sibi, quod contra absentem possit procedi lite non contest per istum text dum dicit, quod si iste infra duos menses non probauerit &c. de quo se remittit ad c. tuam, de ord cogn. mihi placet opi. Innoc. quam sequitur dom. Card. quia secundum communem sententiam in incidentibus nō est dandus libellus, nec lit. contestatio facienda, vt dicto c. prudentiam. §. sexta. nec repetitur expressum, quod quæstio spiritualis in modum exceptionis opposita coram seculari iudice, & remissa ad ecclesiasticum debeat tractari coram ecclesiastico interueniente libello, & litis contestatione, ergo standum est regulæ. Nec obstat ratio Butr. dum dicit, quod instantia iudicis secularis non trāsit ad ecclesiasticum, quia immo transit, quo ad hoc, vt libellus, & contestatio facta coram seculari, sufficit coram ecclesiastico, & sic ista quæstio non erat sine fundamento coram ipso, nam dato, quod illa quæstio sit remissa ad iudicem ecclesiasticum, non per hoc desinit esse incidēs, quo ad causam principalem motam coram iudice seculari item corā ecclesiastico sunt eædem partes, quæ porrexerunt libellos super causa principali, quę fuit inchoata coram seculari, ergo illi libelli debent sufficere ēt quo ad ecclesiasticum, ex quo adhuc prima instantia super principali non est finita, sed pendet donec terminetur quæstio spiritualis. Item quo ad partes ista quæstio est incidens, licet sit delata ad ecclesiasticum, ergo de necessitate nō erit libellus dandus, nec litis contestatio facienda. vnde tene opi. Innoc. tutius est tamen propter euitandas opi. offerre libellum, & litem contestari.

SVMMARIVM.

1 *Naturales legitimantur per sequens parentum coniugium.*
2 *Legitimatio fundatur super uirtute matrimonij.*
3 *Matrimonium sequens nunquid indistincte legitimet filios.*
4 *Filij nati ante matrimonium non sunt vere legitimi, sed pro legitimis habentur.*
5 *Paria sunt dicere, sint legitimi, & habeantur filij pro legitimis.*
6 *Spurius quis dicatur.*
7 *Spurius non legitimatur per subsequens matrimonium.*
8 *Legitimatus per subsequens matrimon. non debet repelli ab hereditatibus.*
9 *Legitimatus per subsequens matrim. est legitimus, quo ad omnia.*
10 *Legitimatus, an succedat in feudo.*
11 *Legitimatio triplex est, nam aut fit per subsequens matrimonium, aut per ius commune, aut per rescriptum principis.*
12 *Natus ex legitimato, an succedat in feudo.*
13 *Filij nati ex coniugato contrahente cum ignorante sunt legitimi.*
14 *Soboles legitimatur per sequens matrimonium, quod a principio potuit esse, alias non.*
15 *Filiorum quatuor species enumerantur.*
16 *Filij comitum, uel Marchionum, & Regum appellantur Comites, Marchiones, Reges uiuentibus parentibus.*
17 *Matrimonium putatiuum legitimat prolem, secundum Abbatem.*
18 *Naturales filii qui dicantur, & quæ requirantur, vt naturales dicantur.*
19 *Naturales inquantum succedant.*
20 *Statuto faciente mentionem de naturalibus, qui dicantur filij naturales.*
21 *Spurij qui sint, & an relinqui eis pro alimentis possit.*
22 *Ecclesia Romana non consueuit dispensare cum natis ex damnato coitu, nisi religionem ingrediantur.*
23 *Filij spirituales in nihilum succedunt parentibus.*
24 *Proles, an legitimetur si contrahatur matrimonium in periculo mortis concubinarij, uel concubinæ.*
25 *Matrimonium contractum in articulo ultimo mortis cum concubina an teneat.*
26 *Filius natus ex clerico beneficiato in minoribus, & ex concubina, an legitimetur per subsequens matrimonium.*
27 *Ius canonicum considerat, an potuerit esse matrimonium.*
28 *Filius natus ex concubina, an legitimetur per sequens matrimonium, si concubinarius primo aliam duxerit, deinde alia mortua eam duxerit.*
29 *Legitimatus per subsequens matrimonium, an succedat loco primogeniti.*
30 *Filius natus ex Saraceno, & Christiana, si Saracenus baptizetur, an ducēdo illam in uxorem filius legitimetur.*
31 *Voluntas semel præsumpta semper præsumitur durare.*
32 *Filius natus ex furioso, & muliere, si postea contrahant matrimonium, an legitimetur.*
33 *Matrimonium subsequens cum consanguinea per dispensationem, an legitimet natum ante dispensationem.*
34 *Mulier quæ concepit ex coniugato, an legitimet filium natum mortua uxore per subsequens matrimonium.*
35 *Legitimatio filiorum est prohibita non propter filios, sed propter parentum crimen, cum illi non sint in delicto.*
36 *Filius legitimus filii naturalis, an succedat auo, qui concubinam, s. matrē patris sui postea duxit in uxorem.*
37 *Nepotes comprehenduntur appellatione liberorum, uel filiorum.*
38 *Bigamus, an censeatur contrahens matrimonium cum ea, quam deflorauit.*

CAP. VI.



Anta Famosum est hoc c. & quotidie allegatur in vtroque iure, & fuit repetitum per Gasp. Cald. Ego autem procedam more 1 solito, & h. d. † Naturales legitimant per sequens parentum coniugium, spurii uero non. h. dicit. & duæ sunt partes. Secunda ibi, si autem.

Nota ibi tanta est uis, idest uirtus, seu potentia &c. quod 2 † legitimatio filiorum fundatur super virtute, & potētia matrimonii, & sic propter bonum matrimonii quod est fauorabile, fingitur a principio matrimonium fuisse contractum.

3 Et facit ad q. nunquid indistincte per sequens † matrimonium legitimentur ante geniti. & videtur, quod non, quia iura ciuilia requirunt matrimonium cum instrumentis dotalibus, vt Insti. de nup. §. aliquando, & in Auth. quibus mo. na. effi. sui. §. fi. vnde secundum leges, vbi non interuenit instrumentum dotale non sufficit ad legitimitat. filiorum ante genitorum, & hoc tenet Azo in summa C. de nat. liber. & Bal in c. naturales, si de feu. fuerit cōtrouer. Sed Host in summa eodem titu. § si ver. vere autem dicit sufficere cōsensum etiam quo ad legitimat. & dicit, quod pro hoc facit hoc, & quod solum dicit de mat.

Idem tenet Gasp Cald. qui pro hoc inducit not. per Ioan. And in regula, sine culpa, in sexto. & dicit se ita consuluisse vna cum pluribus legum Doct.

Idem sequitur dom. Card. in 3. q. & dicit, quod etiam ipse aliquando ita consuluit, idem tenet But hic in fine cōmenti. dicens se consuluisse, quod ex solo matrimonio legitimētur filii etiam non confectis instrumentis dotalibus, licet L. ciuilis exigat hoc ad solennitatem, quia ad legem non spectat disponere de matrimon. vel de consequutiuis ad illud, quando disponit in radice matrimonii. idem dicit infra eod. per venerabilem, in principio 16 columnæ, & in ca. 3. de spō. vbi tetigi.

Idem tenet Abb. Sicu. hic, & dicit, quod communiter moderniores canonistę tenent, quod filii ante geniti legitimentur per subsequens matrimonium etiam si non sint cōfecta instrumenta dotalia, & dicit sæpe ita esse consiliū per Gasp. Cald. dom. Card. & Butr. & quod ipse pluries ita de facto respondit, & pro hoc facit iste text. secundum eum qui fundat se super potentia, & uirtute matrimoniali ad cuius esse non requiritur instrumentum dotale, & dicit, quod legistę communiter in practica hoc seruant.

4 Nota secundo ibi, legitimi habeantur, quod † filii ante geniti non sunt verè legitimi, sed debent haberi pro legitimis,

quia

quia verbum habeantur, est verbum fictum.

Et ex hoc dicit Butri. quod si statutum facit mentionem de legitimis non comprehenduntur illi legitimi per subsequens matrimonium, quia statutum non verificatur in casu ficto, ut in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. Secus dicit si hæc verba proferantur a iure communi, ut si dicatur legitime natus nam tunc comprehenditur legitimatus per subsequens matrimonium, ut in c. innotuit, de elect. & ibi per glo in verbo, & non coniugata, & cum hoc transit But. hic, sed ipsemet tenet oppositum infra eodē, per venerabilem, in 26. & 27. col. & illud, quod ibi dicit est verius, secundum Abb Sicu. quia cum isti sint legitimi authoritate iuris sunt vere legitimi.

Nec obstat verbum habeatur, quia ubi profertur ab habē
5 te potestatem † paria sunt dicere, sint legitimi, vel habeantur pro legitimis, ut in c. ex parte, supra de sponsa. sicut in simili dicit Bar. in l. si maritus. la 11. §. 1. ff. de adul & in l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. facit, quod dicam infra.

6 Nota tertio, quis dicatur † spurius, nam hic videtur probari, quod ille dicitur spurius qui est natus ex coitu adulterino, dicam latius cum gl.

7 Nota quarto, quod † spurius non legitimatur per subsequens matrimonium, & est ratio secundum Host. quia parētes peccauerunt in matrimonium, ideo non debet eis in prole subueniri per matrimonium argu. nec ler. vel mona. c. 11. & de viut. quia frustra. sed But assignat aliam rationem, videlicet, quod ubi fictio habet principiū prohibitum nō trahitur retro, nec habilitat effectum in esse productum, secundum tempus prohibitionis, ad hoc ff. de statu homi. l. Paulus.

Nota ultimo ibi repellendus &c. Arguendo per locum a
8 speciali, quod † legitimatus per subsequens matrimonium, non debet repelli ab hæredita. & hoc clarius probatur, supra eodem cap. 1. & in Auth quibus modis na. effi. sui. ubi dicitur, quod legitimati debent habere successionem quam habent qui ab initio fuerunt nati legitimi, & eadem auth §. si quis agnitis, ubi dicitur, quod ideo differt a legitimis.

Sed aduerte, quia tex dicit, quod spurius est ab hæreditate repellendus, præsertim si alteruter fuerit machinatus in mortem prioris coniugis. Innoc & Tancre exponunt præsertim, idest maxime, quia idem est hoc casu etiam si non fuit machinatus, quia nō legitimatur per subsequens matrimoniū: nam dato, quod matrimonium teneat inter adulterum, & adulteram mortua legitima uxore, non per hoc legitimatur filius natus ex adulterio, sed si interuenisset machinatio nō posset inter eos esse matrimonium, ut in cap. si. cum si. de eo qui dux it in ma quam pol. unde hoc casu non esset dubium, quod proles non posset legitimari, ex quo matrimonium non tenet. unde tex. voluit dicere, quod dato, quod matrimonium teneat, ex quo filius fuit conceptus ex adulterio, non efficitur legitimus, & ideo de verbo præsertim, quod includit idem in casu contrario, dixi in ca. discretionem. in glo. in verbo, præsertim, de eo qui cog. consan. uxo. suæ & tangit gl. in c. ij. eo per venerabilem, in prin. in ver. præsertim.

9 In glo 1 nota istam glo. quod † legitimatus per subsequēs matrimonium est legitimus, quo ad omnia, & sic non solū, quo ad hæreditates, ordines, & honores, sed etiam ad omnia alia. idem dicit glo in cap innotuit, de elect. in ver. & non cōiugata. quæ etiam dicit quod legitimatus per subsequens matrimonium potest eligi ad episcopatum, nec indiget aliqua dispensatione, quam glo But. hic dicit esse singularem. & remittit se ad subsequens matrimonium fingitur a principio esse nati de legitimo matrimonio, & sic no. quod matrimonium retrotrahitur, quo ad legitimat prolis, sed nō trahitur retro, quo ad ipsum vinculum matrimonii. de quo habuisti glo notabilem, in c. fraternitatis, in glo fin. supra, de frigid. & male. sed intellige istam glo. & glo in dicto cap. innotuit, in quantum loquuntur, quod ordines sint recepti post matrimonium, secus si ante matrimonium, nam in talibus ponderatur initium, de elect. dudum, el primo, & hoc dicit Gaspar Cald. & dom Card hic, in secunda q.

10 Item ista glo. facit ad q. an † legitimatus succedat in feudo. & videtur quod non, ut in c. naturales, si de feu. fuerit cōtro. inter do. in usibus feu ubi dicitur, quod naturalis etiam legitimatus non succedit in feudum.

Sed contrarium tenuit Iac de Belu. per hunc c. & per Auth. de incest nup. §. fi. Non obstat ca. naturales, quia debet intelligi de legitimato per rescriptum principis, & quare in legitimat. non fuit expressum de feudo, nam si esset expressum de feudo legitimatus etiam per rescriptum principis succederet in feudo, ut dicit glo. nota. in d. c. naturales. ratio autem quare non succedit in feudo, ubi de eo non est facta mentio in rescripto est, quia tales dispensationes sunt restringendæ, ut in ca. 1. de fil. presbyter. in texto, matrimonium autem est res fauorabilis, ut j. eit. j. videtur, & de re iud. c. fi. & dicit do. Card. in cap præcedenti, in 2. quæst. quod hoc modo potest intelligi, quod dicit Oldra. consilio 47. in fi. ubi dicit, quod talis non succedit in feudum, nam debet intelligi, quando in legitimat. hoc non fuit expressum. vel dicit Do. Cardi. quod ca. naturales, intelligitur de legitimato aliis modis qui not. infra eodem, per tuas, in gl 3. Nam esset absurdum, quod matrimonium non posset illud, quod potest princeps exprimēdo de feudo, ut nunc dixi.

Item esset absurdum, quod legitimatus per subsequens matrimonium sit idoneus ad episcopatum, ut in c. innotuit de elec. in glo in ver & non coniugata, & non ad feudum. ad hoc facit Auth quib. mod. nat. effi. sui § reliciam, ubi dicitur quod legitimati per subsequens matrimonium habent ius succedēdi, quod habent qui ab initio fuerunt nati legitimi. & eadem auth §. si quis ergo, in fi. ubi dicitur, quod nihil differunt a legitimis, & hanc opi. sequitur Host. Sed Bal. in d. ca. naturalis, si de feu. fuerit contro. & Bal in consilio 331. volu. dicit ponderandum esse in inuestituram, quia si conceditur feudum alicui pro se, & filiis, succedunt legitimati per subsequens matrimonium.

Sed si conceditur pro se, & filiis legitime descendentibus, tunc legitimati nō succedunt secundum ipsum, quia debet attendi initium conceptionis. vel natiuitatis, argu. ff. de his qui notan. infa. l. quid ergo, in princ.

Sed dom. Card. in cap. præcedenti in secunda, quæst. in fi. tenet, quod etiā si in inuestitura sit expressum, quod conceditur feudum pro se, & filiis legitime descendentibus, vel legitime nascituris, quod legitimati per sequens matrimonium succedent in feudum, quia iuris fictione dicuntur nati legitimi, ut in hoc c. & meo iudicio hoc videtur probari in auth. supra alleg.

Postea dom. Cardin in d. ca. præcedenti, in tertia quæst. refert Martinum Sili. ex cuius dicti videtur innui, quod nec legitimatus per sequens matrimonium, nec descendentes ex ipso quantūcunq; descendant ex legitimo matrimonio, succedant in feudum. Sed in fi. illius 3 quæst. dom. Cardin. dicit,
a quod æquior est opi. quod legitimatus in feudum succedat.[a] & dicit ita communiter teneri. hanc opi. etiam sequitur Ab. Sicu. hic, & mouetur per rationem do Cardi. videlicet, quia matrimonium fingitur retro fuisse contractū, & sic illi sunt hæredes legitimi perinde ac si legitime descēdissent. pro hoc alleg bonum tex in cap. cum in cunctis. de elect. ubi dicit, quod promouendus in episcopū debet esse natus de legitimo matrimonio, & tamen legitimatus per sequens matrimonium potest in episcopum eligi, ut dicit gl. in c. a innotuit, in verbo, & non coniugata, de elect. & communiter Doct. sequuntur ibi, sed istam ultimam rationem Abb Sic sumpsit ex glo. in dicto cap. innotuit, nam illa glo. facit hanc rationem. hoc ēt sentit But. infra eodem, per venerabilem, & in 29. col. ubi dicit, quod si testator instituit hæredem, & in casu quo decederet sine filiis legitime natis, quod hæreditas deueniret ad monasterium, vel ad alium, & sic retulit se a principio natiuitatis, quod legitimati per sequens matrimonium excludunt substitutum. mouetur per glo præalleg in d. c. innotuit.
b de elect. & per hoc c.[b]

Secus dicit But. si est legitimatus per legem, ut in casib no. in 5. glo. infra eodem, per tuas, aut per rescriptum principis, nam tunc legitimatus non excludit substitutum, quia uerba referuntur ad natiuitatem, & requirunt veram natiuitatem non fictam.

Et sic Butr ibi vult, quod ubi filius est legitimatus per sequens matrimonium succedat perinde ac si esset natus legitimus, quamquam uerba dispositionis referētur ad principiū natiuit. Et pro hoc optime facit illa gl quæ dicit, quod legitimatus per sequens matrimonium censetur legitimus, quo ad omnia, nam si censetur legitimus, quo ad omnia debet haberi legitimus etiam si uerba dispositionis inspiciant principium natiuitatis.

11 Et ex his † conclude quod aut quis est legitimatus per sequens matrimonium, & tunc tam ipse, quam descendentes ex eo succedunt in feudum, aut est legitimatus per ius commune, ut in casibus not. j. eodem, per tuas, in tertia gl & tunc non succedit in feudum, ut dicit d. Car. in c. præcedenti, in 1. q. & hoc modo potest intelligi c. naturales, si de feu. fuc. contro. Aut est legitimatus per rescriptum principis, & tunc etiam non succedit in feudum, ut d. ca. naturales, sed alium intellectum,

ADDITIONES.

a Idem dicit Alex Imo. in consi. 2. j. volum.

b Hoc non dicit But. ibi: imo oppositum dicit videlicet, quod legitimatus per matrimonium sequens, non excludit substitutum.

ctum, quod tamen debet intelligi, quando in rescripto non
est facta mentio de feudo, alias succederet, vt dicit gl. in d. c.
naturales.
12 Aut quæris, an † natus ex legitimato succedat in feudo, pu
ta si legitimatus contraxit matrimonium, & ex eo genuit fi
lium dic q̃ sic si pater fuerit legitimus per sequẽs matrimo,
vbi autem pater non esset legitimatus per matrimonium se
quens sicut ipse non succedit in feudum ita nec descendens
ex eo licet descendat ex legitimo matrimonio, quia cum de
scendat ex radice infecta excluditur, sicut exclusa esset radix
a qua descendit, vt s. eodem, causam, & ibi dixi in vltimo no
a tabili. & in c. præcedenti.[a]
In glo secunda, ista glo. refert duas opin. sed primam opi.
scilicet, quod si coniugatus contrahit matrimonium cum
13 ignorante † filij sunt legitimi tenet glo. fi. supra eodem, cau
sam & probatur infra eodem, ex tenore. sed Ioan. And dicit,
quod vltima opi gl. quæ fuit additio procedit, vbi non inter
uenit matrimonium. vult dicere, quod si quis contraxit ma
trimonium cum coniugata, vel econuerso filij sunt legitimi
vt infra eodem, ex tenore, secus si matrimonium non inter
uenit. & potest esse ratio diuersitatis, quia contrahens matri
monium dat operam rei licitæ, ideo ignorantia cum excu
sat, sed admittens mulierem, vel virum sine matrimonio dat
operam rei illicitæ, ideo ignorantia sua non est excusabilis.
& hoc sequitur But hic. & dom. Card in prima oppo. & Ab.
Sic. dicit hanc opi. esse verissimam, quia dans operam rei il
licitæ, omnia imputantur quæ sequuntur etiam præter suam
voluntatem, vt in capit tua. infra de homic. & hoc nota pro
declaratione ca ex tenore. j. eod.
In glo. in verbo. licet post mortem. dom. Cardi. in 4. oppo.
14 dicit, quod si ab initio potuit esse matrimonium † soboles
legitimatur per sequens matrimonium, vt hic in principio,
secus si a principio non potuerit esse matrimonium, ut in re.
gula, non firmatur. de reg iuris, in sexto, & ad c placet, de cō
uer. coniu. respondet, quod ibi actus a principio erat validus
quo ad quid, sed nati ex adulterio sunt omnino inhabiles, &
indigni tamquam nati ex damnato coitu, vt in Auth. quib.
modis natu. effic sui §. fi. Sequens ergo matrimonium non
legitimat tales, & dicit, quod ex his colligitur ratio deciden
di in vtroque dicto huius cap. & hoc mihi placet, sed tamen
Bur. magistraliter loquitur: dicit enim, quod actus non vali
datur. quo ad effectū in esse productū, vbi habet principiū
prohibitum, quia causa superueniens non potest retrotrahi,
ex quo principium erat prohibitum. Secus si habet princi
pium permissum, vel saltem nō prohibitum, & disponit ius
vt retrotrahatur, quo casu actus nullus validatur, ut in hac
decretali in principio, & pro hoc habes rationem decidendi
in primo, & secundo dicto intellige Butr. sane, dum dicit, q̃
principium erat permissum, vel saltem non prohibitum, &
disponit ius, vt retrotrahat, intellige respectu cōtractus ma
trimonij, quia tempore natiuitatis potuisset esse matrimo
nium inter patrem, & matrem, & hoc respectu principium
non dicitur prohibitum, & si secus intelligeres But. non di
ceret verum, quia concubinatus a iure canonico est repro
bat, vt plene dixi in c præcedenti, super prima glo.
In glo. si tene menti istam glo. quia quotid. c ad eam fit re
missio, sed vide aliam glo in ca. nisi, cum pridem. §. personæ,
in ver materna, supra de renun. & glo. ista ponit quatuor spe
15 cies † filiorum. primi sunt filij legitimi tantum, & sunt ado
ptiui, & arrogati. & dicuntur legitimi tantū, quia secundum
naturam non sunt filij, sed secundum leges tantum, quia lex
inuenit istam cognationem de quib. habuimus supra de co
gna. legali. c. j. & isti, si sunt emancipati in nihilū succedunt,
sed durāte adoptione, vel arrogatione mortuo patre adopti
uo, vel arrogatore succedunt vna cū filijs naturalibus, & le
gitimis, vt Instit. de hæred ab intesta. § adoptiui, & in l. cum
in adoptiuis. C. de adop. In feudum autem non succedunt,
vt in c. adoptiuus, si de feu. fuerit controuer. Secundi dicun
tur naturales, & legitimi, vt nati ex legitimo matrimonio ve
ro, vel putatiuo, siue ab initio, siue ex post facto. Et isti secun
dum glo. succedunt parentibus, vt supra eodem, cum inter,
& infra eodem, ex tenore, & C. de legitimis hære. per totum,
& tales dicuntur filij naturales, quia secundum naturā sunt
geniti. & dicuntur legitimi, quia coniunctio parētum est ap
probata a lege, vnde succedunt parentibus ab intestato, om
nibus agnatis & cognatis exclusis, ut in Auth. de hæredi. ab
intest. in principio. Et isti sunt quasi domini viuente patre.
deest enim eis sola administratio, vt Institu. de hære. qual. &
diff. §. sui. vnde mortuo patre continuatur dominium in fi
lium nec requiritur aditio hæreditatis, cum esset dominus
viuente patre, & ad hoc est bonus tex. Insti. de hære. ab inte.
in principio.
16 Et dicit Abb Sic. quod de consuetudine lege inducta † fi
lij Comitū, vel Marchionum appellātur Comites, vel Mar
chiones etiam viuentibus parentibus, & de hoc est bonus
tex. cū gl. 24. q. j. c. j. quæ dicit, quod filius regis appellatur rex.
etiam viuente patre, & optime probatur in illo tex idem te
nuit Bar in l j. C. de digni. lib duodecimo. Sed But. dicit hanc
glo. esse notandam, nam ista gl. vult dum dicit, quod filij na
turales, & legitimi siue matrimonium sit verum, siue sit ve
rum, vel putatiuū, siue ab initio, siue ex post facto, quod ma
trimonium putatiuum legitimat prolem.
Ex hoc infert But. quod si cognosco consanguineam, vel
coniugatam putans ipsam esse solutam, vel non consangui
neam, & durante ignorantia contraxi matrimonium cum
17 ea credens posse contrahere, quod istud putatiuum † matri
monium legitimat prolem, quod est bene notandum, secū
dum ipsum, & dicit hoc procedere, siue utraque ignorante,
siue altero tātum, vt infra eodem, ex tenore. Item dicit, quod
glo. est notanda in alio, nam ista glo. vult, quod appellatione
filiorum naturalium, & legitimorum, comprehendantur le
gitimati per subsequens matrimonium, & quod dicuntur
naturales, & legitimi, s̃m hanc glo. de quo dixi in 1. notabili.
18 Tertii dicuntur † naturales tantum, & non legitimi, vt na
ti ex concubina, in glo domo retenta, sed glo. in dicto ca ni
si, cum pridem, in ver. minores. requirit, quod sint nati ex vni
ca concubina retenta in domo ad hoc, ut dicantur natura
les, vnde Ioan. And in Specu eodem titu. in Rubrica. versi j.
de statuto. dicit, quod licet ex communi vsu loquendi om
nes dicantur naturales qui sunt nati ex soluto, & ex soluta
proprie, tamen naturales dicunt qui sunt nati ex vnica con
cubina retenta in domo, nam licet alii naturaliter sint geni
ti, tamen quia sunt nati ex damnato coitu non merentur
appellari naturales, vt in Auth quibus modis natu. effic. sui.
§. si quis autem defunctus, & idem dicit glo. in dicto cap nisi
cum pridem.
Et vide Spec. de success. ab intest. §. primo, ver. nunc de na
turalium. vbi dicit tria requiri ad hoc, vt filij dicantur natu
rales.
Primo, quod sint nati ex soluto, & soluta, ita quod inter
eos potuisset esse matrimonium.
Secundo, quod sint nati ex concubina retenta in domo.
Tertio, quod sit unica, nam si quis habet plures concubi
nas, & suscipit ex eis filios non merentur dici naturales pro
pter effrenatam parentū libidinem, & hoc est de mente au
thenticæ præall. supra de hære. & sal § si quis autem defun
ctus, & glo. in dicto cap nisi cum pridem, & idem tenuit Bar.
in l si si de his quib vt indig. & in l in concubinatu ff. de con
cub. Idem tenet Butr. infra eodem, per venerabilem, & in
3. columna. & Abb. Sicu. ibi in glo. in uerbo, non natu
ralibus, & dicit, quod hoc est notandum. propter statuta fa
cientia mentionem de naturalibus. text. tamen 32. quæstio.
4. c si dicit, quod naturales dicuntur qui nati sunt ex concu
binis, quos sola natura genuit, nō honestas cōiugii, & gl. ibi
dicit, quod naturales sunt filii concubinatum, sed ille text &
illa glo. debet intelligi, quando unica est concubina retenta
in domo. & dicit Abb. Sicu in dicto c. per venerabilem, quod
ratio prædictorum est, quia concubinatus non est reproba
tus a iure ciuili, cum retinetur vnica concubina in domo lo
co vxo. licet sit reprobatus de iure canonico, vt 32 quæst. 4. c.
nemo. Sed de hoc ultimo dic, vt dixi in c. præcedenti, in pri
ma glo. vbi examinaui, an concubinatus intelligatur appro
batus de iure ciuili, vel canonico, largo tamen sumpto voca
bulo omnes dicuntur naturales qui sunt nati natura coope
rante, siue ex legitimo matrimonio, siue ex concubina, siue
ex damnato coitu. vnde hoc modo omnes dicuntur natura
les præter filios adoptiuos, & spirituales, vt dicit gl infra eo
dem, per venerabilem. in ver. non naturalibus. In quantum
19 autem succedant † naturales, dic quod capiendo stricte natu
rales pro illis qui nati sunt ex vnica concubina retenta in do
mo, nam alii non succedunt, & in hoc gl ista dicit, quod suc
cedūt patri ab intestato in duabus vnciis, subaudi non extā
tibus filiis masculis legitimis, & naturalibus, nec vxore legi
tima, vt dicit glo. in dicto cap. nisi cum pridem, & in authen.
licet. C. de na. libe.
20 Ex his infertur ad q. de † statuto faciente mentionem de
naturalibus, qui dicantur filij naturales.
Ego puto, quod cōprehendantur in verbis statuti illi qui
sunt

ADDITIO.

a Vtrum autem succedat legitimatus in emphyteusi ecclesiastica, vide Iaso
nem, in repet. l. j. colu. 105. C. de iure emphyt. Secus si matrimonium es
set secutum per dispensationem, nam tunc filii ante nati, non censentur
legitimi saltem, quo ad feudum, ita Bal. no. in consi. 33. j. uol. Quod no.
quia limitat hunc tex. & quæ hic no.

sunt nati ex soluto, & ex soluta, licet non sint nati ex vnica concubina retenta in domo, & moueor, quia Ioan. And. vbi supra dicit, quod secundum communem vsum loquendi dicuntur naturales qui sunt nati ex soluto, & ex soluta, nam statuta sunt intelligenda, secundum communem vsum loquendi, etiam contra propriam significationem verborum, vt dicit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iure, & in l. Labeo. ff. de sup. leg. & in l. j. ff. de suis, & legit. & videtur sentire glo. in c. nonnulli. de rescrip.

21 Quarti dicuntur spurii. † secundum gl. s. nati ex adulterio vel vulgo concepti, & tales in nullo succedunt patri, nec possunt institui hæredes, nec debent ali, vt in d. auth. licet. C. de natura. lib. sed de iure canonico sunt alendi vt in capitu. cum haberet, de eo qui dux. in matrim. quam pol. & sic intelligas gl. in fine. Et nunquid possit relinqui pro alimentis filio spurio, vel pro dote filiæ spuriæ, sibi dandæ ab amico patris. Nunquid amicus patris qui tenetur dare dotem ex legato teneatur interim, antequam nubat ad alimenta. dicit ut per Ioã. And. in Spec. in Rubrica, qui fil. sint legiti. in fi. & adde hanc remissionem ad ea quæ dixi in d. c. cum haberet Bar. in l. fin. ff. de his quibus, vt indig. dic, quod spurius dicitur omnis qui est natus ex coitu non approbato a lege, seu qui a lege non sumpsit nomen, vt magis ex coitu adulterino, uel incestuoso, vel meretricali, vel ex concubina, cum plures haberet, & per hoc dicit, quod natus ex cõcubina sacerdotis dicitur spurius, quia ei non licet habere concubinas, ut in toto titulo, de cohabitat. clericorum, & mulierum & allegat Dy. in rub. de concubinis, & Rizar Malum. in quadam sua disput. & idẽ sensit Bar. in l. in concubinatu ff. de cõcubinis. & idem tenet Ioan. And. & Doctor. canonistæ, & dixi in casu præcedenti, sed quantum ad concubinam sacerdotis, dic ut dixi in dicto ca. cum haberet, & Host. hic dicit vnum notabile verbum,
22 cum quo transeunt Doct. quod † ecclesia Roma. non consueuit dispensare cum natis ex damnato coitu, nisi religionem ingrediantur. de hoc etiam ca. fi. de fil. presb. quod non quia si reperiretur dispensatio præsumeretur falsa, quia literæ concessæ contra stilum curiæ præsumuntur falsæ, vt in cap. quam graui de crim. fal. & in capi. porrecta, de confirma. utt. vel inuti. vnde conclude, quod omnes dicunt spurii qui non sunt nati ex matrimonio, vel ex vnica concubina retenta in domo, & tales in nihil succedunt patri, vt dicit glo. sed an succedant matri. dixi in dicto capi. cum haberet. vtrum autem tales per sequens matrimonium legitimentur, puta si est natus ex soluto, & ex soluta, ex coitu tamen damnato, dicam infra. Item dic, quod largo sumpto vocabulo omnes dicuntur spurii, qui non sunt nati ex matrimonio & dicit glo. ij in cap. transmissæ. supra eodem, & ibi dixi, & hoc modo natus ex concubina retenta in domo potest dici spurius, sed proprie loquendo diceretur naturalis, & non spurius, vt supra dixi. vltra gl. Doc. addunt tres alios casus.

23 Primus est, quando sunt † filii spirituales, & legitimi, siue canonici, idest secundum canones, vt suscepti a baptismo, vel ex confirmatione, & isti in nihilum succedunt parentib. spiritualibus, secundum Docto. quia non reperitur iure cautum. & potest esse ratio, secundum Abb. Sicu. quia cum ista cognatio consistat spiritu, non debet extendi ad bona exteriora.

Secundus casus est, quando sunt filii spirituales tantum, & fortius secundum Doc. dicendum est, quod isti in nihilum succedant. pone exemplum, omnes Christiani dicuntur filii Papæ, & omnes de parochia dicuntur filii sacerdotis parochialis, vt in c. omnes, 20. q. j. vnde tales filii spirituales nõ succedunt parentibus spiritualibus.

Tertius casus est, quando sunt naturales, & legitimi, sed serui, vt nati ex seruo, & ex serua, vel ex libero, & serua, ut de coniugiis seruo. & de natis ex libero ventre, & illi non succedunt, nisi manumittantur, vt Instit. de his qui sunt sui, vel alie. iur. & per quas perso. nobis acqui. & de hære. quali. & diffe. § j.

Extra glo. quæro de pluribus pro declaratione tex. & materiæ, & primo, quia hic dicitur, quod proles legitimatur per sequens matrimonium, quid si quis in articulo mortis constitutus contrahat cum illa, ex qua filium naturalem habebat, vel uir sanus contrahit cum concubina existente in pe-
24 riculo mortis. An ex hoc † proles legitimetur. quidam dicũt quod non per l. nuper C. de natu. lib. ubi spem tollendæ sobolis, secus si deficit spes 57. dist. c. 5. sed Ioan. Andr. hic, & in regula sine culpa, de reg. iur. in sexto. tenet contrarium satis est, quod est spes sobolis in casu conualescentiæ. Idem dicit, quod sine tali spe videtur esse matrimonium ad humanitatis solatium 27. quæst. prima, nuptiarum, de frigid. quod idem, & ibi non tamen matrimonium non vitiatur propter defectũ prolis, nisi deducatur in pactum, quod euitetur proles, vt in cap. fi. de cond. appo. Ad l. nuper. Ioan. And. respondet, quod filius qui legitimatur dicitur noua proles propter nouam qualitatem, argum. in Auth. quibus mo. na. effi. leg. § si quis igitur, & dicta l. nuper. ibi satis enim, & c. bene facit de sponsa. commissum. Vbi est casus quod tenet matrimonium, licet nulla sit omnino species sobolis. & sic Ioan. Andr. hic, & in dicta regula, sine culpa tenet, quod siue sit spes conualescentiæ, siue etiã nulla sit spes, ut quia sit in ultimo articulo mortis tenet matrimonium contractum cum cõcubina, & per illud legitimatur proles, & idem tenet Dyn. in l. nuper & do. Cardi. hic. in prima quæst. & cum ista opi. etiam transit Butr. hic idem tenet Abb. Sicu. in cap. commissum. supra de spon. & ibi tetigi.

Sed maius dubium est, quando non habuerit filios ex cõcubina existens in vltimo articulo mortis, cum ea contra-
25 hens † matrimonium, an matrimonium teneat. Dy. & Cyn. in d. l. nuper, relinquunt sub dubio.

Sed dom. Card. hic in fine primæ quæst. dicit, quod matrimonium tenet per prædicta: sufficit enim, quod nõ est deductum in pactum de euitanda prole, licet nulla sit spes sobolis. inducit illud, quod dicitur de Beata Maria, inter quã, & Ioseph, fuit matrimonium & tamen fuit sine spe sobolis, & de hoc est casus in d. c. cum locum, de spon.

Secundo quæro, quid si clericus in minoribus beneficiatus suscepit filium ex concubina, cum qua postea contraxit
26 matrimonium, an legitimetur † filius per subsequens matrimonium videtur quod non, quia concubinatus non sit permissus clericis, immo reprobatus, non debet legitimari per subsequens matrimonium, cum talis sit spurius, & non naturalis tantum. sed Ioan. Andr. determinat contrarium in dicta regula, sine culpa, & dicit, quod sufficit, quod potuerit esse matrimonium a principio. Constat autem, quod clericus in minoribus, & beneficiatus potest contrahere matrimonium, vt in c. j. & ij. de cleric. coniug. & hoc tenendo Ioan. And. exponit hanc literam in principio. dicens, quod tanta est uis, i. virtus matrimonii, vt qui antea sunt geniti ex quocunque coitu, qui tamen potuisset esse vxoris, si consensus tunc interuenisset per matrimonium postea sequutum legitimentur.

Et hoc sequitur dom. Card. in 4. q. Idem dicit Butr. circa finem Commenti dicit enim, quod ex quo cum tali persona potuisset esse matrimonium si affuisset consensus legitimatur proles, quia principium nõ est sibi prohibitum respectu matrimonii. Et dicit, quod hæc opi. sibi non placet. Idem dicit de monacho, infra tempus probat. habuit filium ex concubina, nam si exiens monasterium ante professionem contrahit matrimonium cum illa concubina legitimatur filius natus, dum esset in claustro monasterii, quo tempore erat damnatus coitus, dicit tamen, quod Rizar Malum & Bar. in l. Paulus, & alias cum qui ff. de statu homi. tenet contrarium sed Bar. in lect. mea hoc non dicit, sed in l. concubinatu ff. de concubinis Barto. distinguit, quod aut clericus in minoribus non habebat beneficium, & tunc legitimat per sequens matrimonium, quia cum retineret concubinam in domo rebus sic se habentibus poterat esse vxor, aut habebat beneficium, & tunc dic, quod non legitimantur filii per sequẽs matrimonium, quia cum fuerint nati rebus sic se habentibus non poterat tunc esse vxor, & istam distinctio. Barto. sequitur Bal. in c. qui clericus, si de feu. fuerit controuer. & ibi facit similem distinctionem in vasallo qui recepit minores ordines, an per hoc perdat feudum. de quo etiam per Bal. in capitu. naturale, eodem titu. Abb. Sicu. dicit, quod opinio Bar. scilicet, quod legitimentur filii solum, quando nati sunt ex vnica concubina retenta in domo, est vera de iure ciuili, vt in §. aliquã. Institu. de nup. & de hæredi. quæ ab intesta. defe. post principium. & dicit, quod Oldra. consuluit, quod tales filii legitimentur, & non alii.

Sed postea alleg. in contrarium glo. ordinariam quam ibi tenet Ioan. And. & Doct. & Gosf. in summa, de fil. presbyte. § quid si quis, & Compostel. in dicto capit. innotuit, de elec. & glo. in capitu. qualis, trigesima, quæstione quinta & dicit, quod hæc opinio sibi placet inspecta mente canonum.

Nam ista litera non fundat se super concubinatu, sed indistincte propter potentiam matrimonii legitimat filios ante genitos, nec debemus aduertere ad concubinatum, quia est expresse damnatus de iure canonico, vt in capitu. nemo, trigesima secunda, quæstione quarta, & plene dixi in capitu. præcedenti. in gl. j.

Item dicit Abb. Sicu. quod ex opin. contraria sequeretur, quod magis faueretur peccato diuturno, & continuo, quam momentaneo, dicit tamen, quod ius ciuile habuit suo tempore bonam considerationem. quia cum concubinatus nõ esset damnatus voluit legitimare filios ex illo genitos, sed

cum

tum ius canonicum magis reprobet concubinatum, quam
simplicem fornicationem, vt in c. ex parte, de testib. fortius
debent legitimari nati sine concubinatu, quam in concubi-
natu & dic φ hæc sunt multum notanda, quia aperiunt in-
tellectũ huius c. & quod non tanguntur expresse per Doct.
sed tu dic quod satis tanguntur per Doct. quia Ioan And. &
Doct. dicunt, quod concubinatum esse damnatum & repro
batum in clericis tam a iure ciuili, quam a iure canonico: &
tamen filij legitimantur per sequens matrimonium, nã ius
canonicum non considerat an concubinatus sit permissus,
27 vel prohibitus a iure ciuili, cum sit damnatus per † ius cano
nicum omnis coitus præter matrimonialem, sed considerat
ius canonicum, vtrum potuerit esse matrimoniũ inter eos
ab initio, vel non: & ideo quantumcunque sit coitus repro-
batus de iure ciuili, si sequitur matrimonium, filij erunt legi
timi, & succedent in hæreditate paterna, quia ius canonicũ
disponit in radice matrimonij, vnde est seruandus etiam quo
ad hæreditates, vt dicit Io. And. & Doc. infra eo per venera-
bilẽ. nec potuit ius ciuile disponere super matrimonio, nec
super consecutiuis, hoc est quo ad legitimationem filioru,
vt dixi supra in 8. notabili vbi autem non esset sequutũ ma-
trimonium, tunc quo ad successionem, dic vt dixi supra gl.
fin. hic circa tertiam speciem filiorum.

28 Quæro tertio quid si quis susceperit † filium ex concubina,
deinde contrahit matrimonium cum alia, qua mortua con
trahit cum concubina, an per tale matrimonium legitime-
tur filij cõcubinæ. Io. And. in d. regula, sine culpa dicit quod
legitimantur, nec curandum est de medio in actu successi-
no, vt est procreatio prolis. & dicit, quod hoc videtur qui-
busdam expressum in Auth de nupt § dubitatum & hoc se-
quitur do. Card. in 5 q. & Butr. & Abb. Sic in secundo notab.
qui dicit hoc probari per hoc cap quod non requirit, vt nul-
lum matrimonium interueniat inter natiuitatem, & con-
tractum matrimonij cum prima vxore, sed solum exigit, φ
sequatur matrimonium cum concubina.

Quæro quarto quid si sit cõsuetudo, quod primogenitus
29 succedat, an succedat † legitimatus per subsequens matrimo
nium. verbi gratia, Aliquis habuit concubinam, & ex ea fi-
lium, deinde contrahit matrimonium cum alia, & ex ea ge-
nuit filium, qua mortua contraxit cum concubina, an filius
concubinæ, qui est legitimatus per sequens matrimonium,
dicatur primogenitus, ita vt succedat excluso nato ex legiti-
ma vxore. Io. And. in d. regula, sine culpa. dicit quod natus
ex legitima coniuge succedet, quia fuit genitus legitimus an-
tequam naturalis legitimaretur per sequẽs matrimonium.
& quamquam coniugium cum concubina postea contra-
ctum trahatur retro, tamen non retrotrahitur in præiudiciũ
iuris alteri quæsiti, vt in c. quamuis. & in cap. si pro te de re-
scrip. in 6. & in cap si Apostolicæ, de præben eo lib. & hoc se-
quitur do. Card. in 6 & Butr hic. & ex hoc infert dom Card.
in 7. quæst. quod si mulier mortuo viro infra annum luctus
commisit stuprum cum quodam, cum quo postea contra-
xit matrimonium, quod per hoc non euitat pœnam perden
di legatum sibi relictum a primo viro. de quo in l. 1. C. de se-
cundis nup. & dicit ita se respondisse in quæstione facti, nam
ius fuit quæsitum hæredibus mariti ad vendicandum lega-
tum statim commisso stupro, vt d. l. 1. vnde tale ius non de-
bet auferri ex facto sequenti.

Quinto quæro, quid si Saracenus vel alius infidelis com-
misit fornicationem cum Christiana, & ex ea habuit filium,
an si postea baptizatur, & contrahit matrimonium cum ea
30 talis † filius legitimetur per subsequens matrimonium. Io.
And dicit quod non, quia cum ea non potuit esse matrimo
nium ab initio, 28 quæst. 1. caue sed Gasp Cald tenet contra-
rium, quia illa litera generaliter dicit per coniugium legiti-
mari prolem, nisi sit suscepta ex adulterio, & hoc per dom.
Card in 8 quæst. mouetur, quia ab initio potuisset esse ma-
trimonium si voluisset conuerti, & istud, scilicet quod esset
Saracenus, erat amouibile per susceptionem baptismi & ad-
ducit, quod supra dictum est de clerico in minoribus bene-
ficiato, quia non erat habilis ad matrimonium ipso existen-
te clerico & tenente beneficium, & tamen proles ex eo su-
scepta legitimatur per matrimonium. sed Butr. transit cum
opinio. Ioann. & ipsam sequitur Abb Sicul hic in fi. dicens,
quod plus sibi placet, quia matrimonium hoc casu non po-
test retrotrahi ad tempus natiuitatis, nam ad hoc vt fictio
operetur, oportet quod extrema sint habilia, scilicet tem-
pus a quo & tempus ad quod, vt dicit Barto. in l. si is qui pro
emptore, ff de vsucap. & mihi placet, quia licet istud impedi-
mentum sit amouibile per susceptionem baptismi ipso vo-
lente baptizari, tamen in dubio præsumitur perpetuum im
31 pedimentum, quia voluntas † semel posita semper præsumi-
tur durare, vt in cap. 1. iuncta glo. supra quod metus causa. &
in cap maiores, in fi. de baptismo. vnde præsumitur semper
durare in infidelitate. Præterea vbi aliquid potest esse perpe-
tuum vel temporale, præsumitur perpetuum, vt dicit glos
in clemen. si priuil. in ver elec. de rep. & probatur in l. suffi-
cit, ff. de condict. indebiti. cum ergo tempore natiuitatis filij
pater esset infidelis, præsumitur tunc semper durare in infi-
delitate, & sic præsumebatur perpetuum impedimentum,
licet postea sit baptizatus, vnde propter hoc non legitima-
tur filius per sequens matrimonium Non obstat, quod dicit
dum. Cardin. de clerico in minoribus beneficiato si contra-
heret matrimonium, licet propter hoc sit auferendum be-
neficium vt in cap. 1. & 2. de clerico coniuga. Sed si Iudæus
vel Paganus contrahit matrimonium cum Christiana, non
tenet matrimonium, vt dicto capit. caue. vnde de vno ad a
liud non est bonum argumentum Item Abb Sicul hic in fi-
ne tradit vnam regulam pro intelligentia istius decretalis,
& materiæ suæ, quod vbi coitus non potest esse vxorius ob-
stante aliquo impedimento perpetuo non remouibili, sine
dispensatione ecclesiæ, non legitimantur filij per seqũẽs ma
trimonium: nam ea ratio, quæ est in existentia matrimonij,
tempore concubinatus, procedit secundum eum tempore
cõcubinatus in quolibet impedimẽto perpetuo, facit quod
dicam in sequenti quæst. & hoc no.

Sexto quæro, quid si furiosus suscepit filios ex muliere in
qua postea factus sanæ mentis, contraxit matrimonium di-
32 xit Gaspar Calder quod legitimatur † filius cessante furore.
sed dominus Cardin. in nona quæstio dicit, quod in contra-
rium facit, quia furor non est amouibilis ad nutum impedi-
menti, tamen postea sequitur opinionem Gasp per hanc li-
teram. quæ generaliter dicit prolem legitimari, nisi sit nata
ex adulterio, vel alio impedimento perpetuo; furor autem
non fuit impedimentum perpetuum, ex quo postea fuit fa-
næ mentis, & cum hoc etiam videtur transire Butr. sed ego
dubito. quia matrimonium non potest retrotrahi, scilicet
ad diem natiuitatis filij, quia illo tempore non potest esse
matrimonium propter furorem, vnde hoc casu non tenet
matrimonium vt ex nunc, vt in capitulo, dilectus, supra de
sponsalibus vnde non possit retrotrahi, non videtur quod
filius sit legitimus; nam oportet, quod extrema sint habi-
lia, vt dixi in quæstione præcedenti secundum Abbatem
Siculum.

Secundo quæro, quid si quis habeat filium ex consangui-
nea, cum qua postea per dispensationem Papæ contrahit
33 † matrimonium. Dicit Vin. quod nõ legitimatur proles. nã
si quis contra mandata contrahit non legitimatur proles,
vt puta, si durante officio, nam post depositum officium le-
gitimæ sunt nuptiæ, non tamen legitimantur prius nati, vt
ff de ritu nuptiarum, l. eos qui. & ff de statu hominum l. Pau-
lus alias, eum qui. & Instit de hæred ab in estato. §. necnon.
In contrarium facit cap quia circa de consanguin. & affinit.
Ioan And. dicit ponderanda verba dispensationis, de priui-
leg porro & cap. recepimus eodem modo dicit Butr. sed do-
minus Cardi in 7 quæst dicit quod nisi in dispensatione ex-
primitur, non legitimatur proles, de quo ab initio non po-
tuit esse matrimonium obstante perpetuo impedimento,
quod non poterit tolli per impedimentum, sed solum per
dispensationem, quod enim per beneficium extraordina-
rium conceditur, dicitur non posse fieri, & allegant not. per
Innoc in cap. pastoralis de causa posses. & proprie sed plene
dixi in cap super eo. de condit appo. & hoc est satis de men-
te Ioan. And. & ideo sentit hic Abbas Siculus in fine com-
menti idem tenuit Gulielmus de Cuneo, & Barto in l Pau-
lus. alias, eum qui ff de statu hominum. & hæc opinio mi-
hi placet, & adde quæ dixi in capitulo, cum in Apostolica,
de sponsalib.

34 Octauo quæro, quid si † nihil concepit ex coniugato, sed
natus est filius mortua vxore, an matrimonium cum ista le-
gitimet prolem. Hostien. & Ioannes And. dicunt quod sic.
nam sufficit, quod proles sit nata eo tempore quo potuit
esse matrimonium, sic & alias vt quis dicatur ingenuus suf-
ficit quod aliquo tempore matrimonij prægnans fuerit libe-
ra, vt Institu. de ingenu §. 1. & 2. & hoc sequitur Butr. & Car-
din. in vndecima quæstione sed mihi non placet, quia vide-
tur contra casum in l. Paulus, ff de statu hominum. vbi ad
hoc vt quis dicatur legitimus vel spurius, inspicitur conce-
ptio, non autem natiuitas, pro hoc facit iste tex in principio.
ibi, antea genuit. & sic ponderat conceptionem. & non nati
uitatem, pro hoc infra eod quod nobis, in versic generati.
vbi Host. exponit generati, idest concepti, & reprehendit ali-
quos, qui exponunt, idest nati. dicens, quod hoc verbum de-
notat conceptionem, & non requirit natiuitatem, & cum
illa distinctione transit ibi Ioann. Andr. & Dom Cardina.
35 Præterea ratio quare † filij non legitimantur per subse-

que is matrimonium est propter crimen paternum, & non propter ipsum filium natum, quia filius non est in delicto, & illam rationem assignant Hostiens. & Dom. Cardin. vt dixi in quarto notabili. & probatur in Authen. quibus modis natu. efficiuntur sui. §. si quis igitur & §. si quis autem defunctus sed ista non viget in concepto quocunque tempore nascatur, nam par est delictum paternum, quod cõmiserit adulterium, siue filius nascatur ex illo adulterio viuente vxore, siue postea, facit quod not. glo. in capit. secundo, de fil. presbyter. in sexto. tamen in iudicando non esset recedendum a communi sententia.

Nono quæro, pone quod filius naturalis contraxit matrimonium, & ex vxore habuit filium qui est nepos quo ad patrem naturalem patris sui, deinde mortuo filio naturali pater ipsius filij naturalis mortui contraxit matrimonium
36 cum concubina, an per hoc matrimonium † legitimetur nepos quo ad auum, hoc est vt possit auo succedere, ac si pater fuisset legitimatus per sequens matrimonium istam quæstionem non reperi tactam, tamen puto quod sic. Primo, quia Doctores hic dicunt, quod secuto matrimonio cum concubina, fingitur retro matrimonium fuisse contractum cum ipsa, vbi agitur de legitimitate, sed hic agitur vt nepos sit legitimus quo ad auum: ergo fingitur a principio matrimonium fuisse contractum inter auum & auiam, & si ita est pater mortuus fingitur natus legitimus; ergo &c. Item mortuo patre filius succedit in eius iure non solum quo ad auum, vt in §. posthumorum, Instit. de exhæred. liber. & in l. posthumorum, ff. de iniusto rupto & irrito testamento. sed etiam ego ad successionem patrui, vt in authent. fratres, C. de legitimis hæredibus & ibi dixi, quod si filius decessit relicto filio, deinde filius defuncti decessit ab intestato, filius defuncti succedit patruo pariter cum fratre patris sui, quia mortuo patre successit in locum eius, & tamen filius mortuus nullum habebat ius in hæreditate fratris ante eius mortem: vnde sicut transmittit ad filium ius succedendi æqualiter cum fratribus suis, scilicet patruis filij. eadem ratione videtur, quod si naturalis decessit relicto filio legitimo ante patrem & matrem quod transmittat ad istum filium ius legitimitatis in casu in quo pater & mater contrahat matrimonium.

Præterea quando sumus in materia quæ spectat ad commodum filiorum appellatione liberorum, vel filiorum, cõ-
37 prehenduntur † nepotes, vt dicit Butrius in l. liberorum, ff. de verborum significat. & Dominus Petrus de Ancharano in clementina prima, de baptis. & ideo dato, quod iura dicant filios vel liberos legitimari per subsequens matrimonium cum concubina, idem dicendum est de nepotibus, scilicet quod legitimentur quo ad successionem quia videntur filij naturales & nepotes descendentes ex ipsis, ex legitimo tamen matrimonio æquiparari quo ad successionem aui ab intestato, & in l. fina. C. de natur. liber. & optime facit tex. cum glo. in Authen. quibus modis natu. effic. sui. §. si quis igitur, ver. de nepotibus.

Quæro vltimo, an contrahens matrimonium cum illa
38 quam deflorauit, censeatur † bigamus. Hostiensis, Ioannes Andræas, Dominus Cardinalis, & Butrius hic late examinaut istam quæstionem, sed ista quæstio est impertinens. vnde dic vt hic per Docto. & vide glos. Ioannem Andr. & dominum Dominicum in capitulo primo, de cler. coniuga. in sexto. & per glossam trigesima quæstione sexta, qualis. & hæc sufficiant. Sequitur capitulum, causam.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non cognoscit de causa ciuili inter laicos, cognoscit tamẽ an quis sit de legitimo matrimonio natus.*
2 *Causa possessionis nullam dicitur habere connexitatem cum proprietatis causa.*
3 *Papa non debet inter laicos iurisdictionem temporalem exercere.*
4 *Causæ itinerantium ad Hierusalem non spectans ad iudicem ecclesiasticum.*
5 *Rex cognoscit de omnibus causis spectantibus ad regnum.*
6 *Papa non potest cognoscere de causa spoliationis inter laicos.*
7 *Quæstio legitimitatis concurrens cum causa hæreditatis dicitur priuilegiata.*
8 *Matrimonij causa etiam post mortem coniugum, reuocatur in dubium.*
9 *Imperator cum excedit in temporalibus poterit per Papam corrigi sicut inferior.*
10 *Papa successit Christo, non Moysi.*
11 *Crimina quanto tempore tollantur, ut non possint accusari.*
12 *Filij hæreticorum, nunquid præscribere possint bona, quæ fuerunt patris.*
13 *Illegitimus pronunciatus in iudicio ecclesiastico, an petere possit, & agere de hæreditate.*
14 *Sententia lata contra aliquem super legitimitate, an præiudicet alijs, ubi per 6 casus examinatur.*
15 *Instrumentum declaratum falsum per sententiam, an præiudicet illis qui non fuerunt in iudicio.*
16 *Sententia lata pro filio contra patrem respectu filiationis, omnibus agnatis & cognatis præiudicat.*
17 *Sententia lata contra matrimonium inter patrem & matrem, an præiudicet filijs vt illegitimi sint.*
18 *Quilibet nunquid admittatur indistincte ad petendum se pronuntiari legitimum.*
19 *Defensor nunquid admittatur in causa legitimitatis.*

CAP. VII.

1 

Ausam. De causa ciuili non † cognoscit ecclesia inter laicos. cognoscit tamen an quis sit de legitimo matrimonio natus. hoc dicit.

In prima, commissi.

In secunda, famæ limitatio. secunda ibi, verum.

2 Nota primo secundum Butrium, quod † causa possessionis nullam dicitur habere cõnexitatem cum causa proprietatis; ideo habens cognitionem proprietatis incidenter vel consecutiue, non habet necessario cognitionem possessionis & sic dicit Butrius esse limitandum capitu. primum, de causa possessio & proprieta. cum similibus. nam illud capitulum, & similia procedunt quando est iudex proprietatis principaliter; nam tunc potest cognoscere de possess. vt dictis iuribus, secus si est iudex incidenter, vt hic; nam iudex ecclesiasticus inter laicos non potest cognoscere nisi incidenter. Ista ergo incidentia debet intelligi quo ad proprietatem, scilicet vt cognoscatur an quis sit hæres, non autem quo ad possessionem, quia non potest cognoscere de possessione, vt hic. & hoc dictum valde limitat illud capitulum primum, de causa possess. & proprieta. & capitulum fin. de iudicijs & l. nulli, C. de iudicijs. Iste tamen textus hoc non probat, meo iudicio, quia causa spoliationis non veniebat incidenter ad causam legitimitatis, nam Papa hic æque principaliter commisit causam spoliationis. mandauit enim, quod ante ingressum causæ deberet restitui. vnde nõ est mirum si non potuit cognoscere de possessione, quia nec etiam de proprietate potuisset cognoscere, si æque principaliter fuisset elisa in delegatione, vt supra eodem, lator. & hoc videtur esse de mente Abbatis Siculi in opposit. quam facit domi. Cardin. supra eod. nam dicit, quod ibi iudex ecclesiasticus pronunciauit incidenter, scilicet postquam cognouit de legitimatione, vnde accessorie potuit pronunciare de hæreditate, vt in capitulo, prudentia, de donatio. inter virum & vxorem. sed hic commiserat causam spoliationis principalis; nam ante causæ ingressum mandauit restitutionẽ fieri. Et dicit istum textum tenendum menti, quia quotidie ad prædicta allegatur. Sed potes dicere, saluando Butr. quod Butrius intelligit quando causa hæreditatis poterat venire incidenter ad causam legitimationis, & tamen non includitur causa possessionis, ex quo principaliter erat commissa. vnde dic, quod aut incidenter includitur causa possessionis cum causa proprietatis, & tunc ad illum ad quem spectat cognitio super proprietate, spectat etiam cognitio super possessione, vt in dicta l. nulli, C. de iudicijs. & dicto capitulo primo, de causa possess. & propriet. & dicto capitulo fin. de iudicijs. Aut venit causa possessionis principaliter, vt quia principaliter est commissa, sed quæstio proprietatis venit incidenter, & tunc quæstio proprietatis non trahit ad se causam possessionis, quæ est principaliter commissa: & ratio est, quia potentius est principale, quàm incidens, & hoc modo saluatur Butr.

3 Nota quod inter laicos † Papa non debet temporalem iurisdictionem exercere, ex quo dicit Abb. Sicul. clare inferri, quod Papa non habet exercitium iurisdictionis temporalis, vt dicit, tamen quod consuetudo potest dare iurisdictionem clerico contra laicum, sed non laico contra ecclesiasticum, vt in capit. si clericus, & in capit. ex transmissa, de foro competenti.

4 Nota tertio secundum Butri. quod † causæ itinerantium ad Hierusalem non spectant ad iudicem ecclesiasticum: sed intererit quando propter aliam causam quàm peregrinat. ad Sepulchrum iter arripiunt, alias dicit, quod tales itinerantes & peregrinantes sunt subiecti Rom. Pont. vt miserabiles personæ,

personę alleg. de peregrinantibus, cap 1. de quo dicvt ibi,&
in cap. si quis Romipetas, cum duobus sequentibus, 24. quæ-
stione tertia.

5 Nota quarto, quod ad † Reges spectat cognoscere de om
nibus causis spectantibus ad regnum, & sic de iure commu-
ni Rex habet iurisdictionem per totum suum regnum. Ex
hoc infertur, quod sicur episcopus de iure communi fundat
intentionem suam in certa diœcesi, nisi ostendatur priuile-
gium, vel præscriptio: ita etiam Rex in toto suo regno de
iure communi quo ad iurisdictionem fundat intentionem
suam, nisi aliquis ostenderet se habere iurisdictionem in ali-
quo castro vel ciuitate constituta in regno per priuilegium,
vel præscriptionem. Sed de hoc dic vt in cap si totæ, 6. quæ-
stione 2. vbi est textus notabilis, quod decem vel vndecim
ciuitates faciunt prouinciam, & qui præest prouinciæ, appel
latur Rex.

Nota quinto, quod etiam de causa spoliationis non po-
6 test † Papa inter laicos cognoscere, nisi essent personæ mi-
serabiles, vt in capitulo, significantibus. de officio delegati.
& in capitulo, ex tenore, & in capitulo, ex parte, de foro
competenti.

Nota sexto, quod quando concurrit causa legitimatio-
7 nis cũ causa hæreditatis, quæstio † legitimitatis dicitur prin-
cipalis. & ratio est, quia causa hæreditatis ab ea dependet,
quod facit de ordi. cognitio. tuam. ibi dependentem. vnde di
cit Innocentius, quod licet iudex ecclesiasticus de hęredita-
te non debet iudicare, tamen pendente quæstione legitimi-
tatis, non permittitur iudex secularis procedere, dicto capit.
tuam, & supra capit. lator. sed alias causa hæreditatis quan-
tum ad cognitionem erat principalis, alias si fuisset incidens
potuisset tractari coram ecclesiastico, vt dixi supra in pri-
mu notabili.

8 Nota vltimo, quod etiam post mortem coniugum † reuo
catur in dubium de matrimonio ad finem decidẽdæ quæst.
a matrimonio consecutiuo.

In glo. secunda, Hostien. & Docto. hic, & in capit. nouit,
de iudicijs, tenent vltimam partem glos. dicit tamen Hostie.
quod in præiudicium aliorum Papa non debet vti iurisdi-
ctione temporali, vt infra eod per venerabilem. versicu. in-
super, nisi in casibus no. in dicto capitulo, per venerabilem,
versiculo, rationibus. sed Imperator indistincte se intromit-
9 tit cui hoc est a Deo impe. commissum. sed † cum exce-
dit etiam in temporalibus, poterit per Papam corrigi si-
cut inferior. & Abbas Siculus dicit indist. esse tenendum ho-
die illud quod habetur in vltima opinione huius glos. & al-
legat extrauagantem Bonifacij, quę incipit, vnam sanctam.
& Barto. in l. prima, ff. de duobus reis. vbi dicit, quod eccle-
sia tenet, quod Imperium dependeat ab Ecclesia, & quod
Dantes fuit post mortem suam quasi de hæresi damnatus:
quia in quadam sua monarchia contrarium disputauit, vi-
de glos. in clemen fin. in ver ecclesiæ, quæ incipit, sunt om-
nino hæretica, de hæreticis. Abbas tamen Siculus se remit-
tit ad capitulum, nouit, de iudiciis. vbi dicit plenissime, te-
sigisse. & ibi etiam tangit an Papa possit habitum iurisdi-
ctionis in temporalibus, in aliquibus casibus deducere ad
actum.

In eadem glos. in fi. ibi, Item Moyses. D. Cardin. dicit in
fine primæ opposit. quod aliqui in hoc reprehendunt glos.
10 dicentes, quod nec in testamento nec in sacerdotio † Papa
successit Moysi, sed est successor Christi, qui fuit Magister no
ui testamenti, & qui fuit sacerdos in æternum. Moyses vero
fuit magister veteris testamẽti, nec fuit sacerdos Item Moy-
ses habuit executionem gladij temporalis tanquam Dux,
quam non habet Papa.

In glos. penultima, si vis scire quæ sint crimina, de qui-
bus quis potest accusari post mortem, dic vt per gloss. nota.
vigesimaquarta quæstione secunda, in summa. & per gloss.
& Docto. in l. ex iudiciorum, ff de accusationibus. & quid de
actionibus descendentibus ex delictis, dic vt per Bartolum
in l prima, ff. de priuat. delict. & per Docto in l. vnica, C. ne
11 ex delic. defunc. & quanto tempore tollantur † crimina
quo ad hoc vt non possit fieri accusatio. dic vt per glossam
& Docto. in l. querelam, C. de falsis. & quid de iure canoni-
co, dic vt per glossam & Archidiaco. in capit. admonere, 33.
quæstione 2.

12 Item nunquid † filij hæreticorum possint præscribere bo
na quæ fuerunt patris, dic vt in capit. 2. de præscrip. in sexto,
ibi est tex.

In glossa finali, Glossa ista est expositiua literæ, & bene
dicit.

Extra glos. Innocentius hic facit vnam glossam multum
intricatam. Ego autem cæteris prætermissis me reducam ad
distinctionem Butr. aliqua addendo.

Et primo quæro, pone quod per iudicem ecclesiasticum
13 pronunciatum est quem esse † illegitimum, deinde ille qui
succubuit agit super hęreditate vel alijs, quæ illegitimus pe-
tere non posset contra eum qui obtinuit in iudicio eccle-
siastico. Quæritur an possit? Innocentius dicit quod non,
& quod contra ipsum obstabit exceptio rei iudicatæ, vel
doli.

14 Secundo quęro, an ista † sententia præiudicet quo ad a-
lios, & sic an faciat ius quo ad omnes. Innocen multum in-
tricate loquutus, sed Butr. post multa distinguit facias sex
casus.

Primus est quando sumus in causa criminali, & tunc di-
cit Butr. quod talis sententia præiudicat omnibus, de quo
dic vt in cap. de his, de accus.

Secundus est quando sumus in actione populari, & idem
secundum eum, vt in l. eum qui. §. in popularibus, ff. de iure-
iurando. de quo vide omnino glos. magistram in capit. cum
dilecti, in glos penult de elect. quæ etiam tractat an senten-
tia in causa beneficiali præiudicet omnibus, & ibi per Doct.
& per Cynum in l. 2. C. res inter alios acta alias C. quibus res
iudi. non no.

Tertius est quando agitur de causa priuata, quæ concer-
nit actiones, vel res priuatas. & hoc casu dicit Butrius, quod
regulariter non præiudicat alijs.

Fallit in casibus notatis in capit. quamuis, de re iudicata.
vbi plene de ista materia de act. in rẽ priuata. & fertur senten
tia declaratoria iuris, & dicit Butrius, quod hæc sententia
non facit ius quo ad omnes, nec alijs præiudicat, sed solum
quo ad illos qui habent communitatem iuris, super quo est
facta declaratio, quod ius esset indiuiduum. nam si esset di-
uiduum non præiudicaret alijs, etiam habentibus commu-
nionem, vt in l si communem, ff quemadmo seruit. amitta.
& in l. loci corpus, §. si fundus, ff. si seruitus vendic. & tamen
dicit Butr esse intelligendum, prout not. in dicto c. quamuis,
supra de re iudic.

Quintus est quando fertur sententia declaratoria rei, vt
15 quia declaratur † instrumentum falsum & hoc casu dicit In-
nocentius, quod non facit ius quo ad alios, vnde non pro-
dest nec nocet alijs qui non fuerunt in iudicio. & per hoc di
cit, quod si pentore agente pronuntietur instrumentum fal
sum si alius producit illud instrumentum, non obstat prima
sententia inter alios lata, vt in l. si a te. & l. sequenti. ff de
exceptione rei iudicatæ. & Dominus Card. in septima quæ-
stio. dicit de hoc esse casum in l. secunda, C. de fide instrumẽ-
torum. & remittit ad Baldum in l fina. C. de pentione hære-
ditatis. secus dicit Innocentius, si pronuncietur super termi-
no, puta quia pronunciatur testamẽtum inofficiosum: nam
hæc sententia facit ius quo ad omnes, vt in l. Pomponius, §.
si ex causa, ff. de inofficioso testamento. & cum hoc dicto
transit Dom. Cardin. in vltima quæstione. Butrius autem
dicit, quod non est fienda differentia inter testamentum &
instrumentum, nec an agatur de falsitate vel rescissione, sed
dicit, quod aut illud, quod continetur in testamento, vel in
instrumento respicit principaliter commodum vnius, secũ-
dario autem & in consequentiam commodum alterius, &
hoc casu sententia lata contra principalem prodest & no-
cet illis, qui trahunt ius ab illo testamento, vel ab illo instru-
mento, vt in l. Pamphil. §. si ex causa. ff. de inofficioso testa-
mento. & in l. prima & secunda, ff. de exceptione rei iudica-
tæ. & quo ad illos tantum sententia facit ius, non quo ad om
nes, vbi alij inter se agere vellent. dicit tamen Butrius, quod
præiudicat ei contra quem est lata sententia, vt non possit
dicere testamentum vel instrumentum validum seu verum.
ex quo semel in causa succubuit, licet non prodesset ei con-
tra alios, vbi sententia esset lata pro eo. & allegat Innocent.
in capitulo, in nostra, de procuratoribus. Aut sententia est
lata super testamento, vel instrumento, ex quo plures cau-
sant ius æque principaliter, & tunc dicit Butr. quod senten-
tia lata contra vnum, non præiudicat alteri, nec facit ius, vt
hic dicit Innocen. secundum Butr. & assignat But. rationem,
quia quo ad tertium principaliter ius causantem non est le-
gitimus contradictor. idem dicit Butr. & fortius quando es-
set lata sententia contra illum, ad quem in consequentiam
spectat ius ex testamento vel instrumento.

Sextus casus est quando sententia est lata declaratorie ap
plicando aliquam qualitatem ad primam, & hic passus est
dubius secundum Butrium, & dicit se nunquam intellexisse,
quod post multa dicit, quod aut qualitas declaratoria respi-
cit vniformiter omnes, ita quod non est ad certas personas
restrictibilis: & tunc præiudicat omnibus, quia est quasi ac-
cusatio particularis, ponit exemplum ingenuitate, uã si quis
pronunciatur ingenuus illa sententia facit ius quo ad om-
nes, vt in lege, ingenuum, ff. de statu hominum. & assignat

Bu r. rationem, quia quem esse ingenuum non respicit plus unum, quam alium, licet non esse ingenuum, recipiat priuatam vtilitatem, scilicet illius cuius est seruus vel libertus. in tali ergo casu sententia facit ius quo ad omnes, vt quia quilibet est legitimus contradictor, & deducens ingenuitatem in iudicio censetur principalis, & ad omnes alios censetur spectare in consequentiam, scilicet qui vellent dicere eum non esse ingenuum, ideo sententia omnibus præiudicat. hoc tamen limita, scilicet quando pronunciatur ingenuus. secus si reus absoluatur a petitione actoris, quia actor non probauit se ingenuum: nam ista sententia non faceret ius quo ad alios, vt in l. diui § primo, ff. de liberali causa. & hoc tenet Barto. in dicta l. ingenuum, ff. de statu hominum. & sentit Innoceo hic & dicta char. in tertia quæstione, in principio.

Secundo limita, si pronuncietur non esse libertus vel seruus: nam talis sententia non facit ius quo ad alios. & dicit glo. & Bart. in d. l. ingenuum.

Tertio quando ex libertinitate prouocat in ingenuitatē, nam tunc talis sententia non facit ius, vt in l. prima, & in l. patronum, & ibi glos. ff. si quis ingenuus esse dicatur. & sic secundum illam glossam prædicta, lex, ingenuum procedit quando quis ex seruitute prouocat in libertatem, secus si ex libertinitate prouocaret in ingenuitatem. sed Butr dicit, quod hæc differentia communiter reprobatur per Legistas, vt in l. prima, ff. de nata. restit. Aut qualitas declarata per sententiam, respicit solum certum genus personarum, & aliquos principales, aliquos alios in consequentia & hoc casu dicit Barto. quod si est lata sententia cum eo cuius principaliter interest, præiudicat omnibus aliis, quorum interest in consequentiam, vt in l. prima, in fine, ff. de liber. agno-
16 scendis. Vnde dicit, quod † sententia lata pro filio contra patrem super filiatione, præiudicat omnibus agnatis & cognatis: quia omnes cognati & agnati trahunt ius ex illa filiatione in consequētiam, ad hoc l. prima, § cognationem, ff. vnde cognati. & dicit Butrius, quod hic est proprius casus d. l. primæ, in fine, cum l. sequenti. ff de liberis agnoscendis. sed dicit, quod hæc sententia non præiudicat aliis, qui non sunt de cognatione, qui æque principaliter volunt contendere circa actus publicos. quia tunc sententia obstaret cum pater etiam quo ad actus publicos potuerit hoc ius in iudicium deducere. & hoc respectu est publica accusatio. & idē dicit per omnia in quæstio. legitimitatis. & sic dicit saluari, quod dicit Innocent. & concordari opiniones contrarias, quas recitat sed Innocentius videtur facere differentiam, an sententia feratur super filiatione, an super legitimitate; & dicit, quod sententia lata super filiatione præiudicat aliis, vt l. prima, § fina. cum l. sequenti, ff de liberis agnoscendis. sed non sic in legitimatione, quia hoc non reperitur expressum, & cum Innoc. videtur transire Ioan. And. & dominus Cardin. in secunda quæstione, & Abb. Sicul. hic in vltimis verbis suis, vnde forte difficile esset obtinere in practica opinionem Butr. mihi tamen placet, quia non est dare differentiam inter sententiam latam super filiatione, vel super legitimitate. & hoc voluit Barto. in dicta l. prima, § fin. ff. de liberis agnoscendis. licet Butr. ipsum non alleget. dicit tamen Barto. quod aut talis actus celebratur inter patrem & filium per quem de nouo constituitur legitimus, & tunc non præiudicat aliis, vt in § filium, in Authen quibus modis natu efficiuntur sui. Aut declaratur aliquem in perpetuum fuisse legitimum, & tunc illa sententia facit ius quo ad omnes, secundum Bartolum. & pro distinctione Butr. facit quod no. Cyn. in l. prima, C. quibus res iudicata non nocet. Alias res inter alios acta. sed limita supradicta vbicunque dixi sententiam facere ius seu aliis præiudicare, quia debet intelligi quando sententia est lata cum legitimo contradictore, alias non obesset aliis, vt in l. cum non iusto. ff. de collu. deten. & intelligit Butr. istum contradictorem illū, qui admittitur tanquam eius principaliter intersit, licet eius non intersit quidquam, vt in l. posthumum, § 3. ff de inofficioso testamento.

Secundo limita quando sententia fertur contra patrem, nam si ferretur contra absentem ex contumacia non præiudicaret alteri, vt in l. præses, C. de pignorib. & in l. sæpe, ff de re iudicata. & in cap fin. de empt. & vendit. & allegat Butr. no. per Iacobum Butriga. & per Cyn. in l. 1. C. quibus res iudic. non nocet alias res inter alios acta. vbi exposuit istam materiam. Item an sententia lata contra auctorem præiudicet singulari successori, & quid in actione personali vel mixta, vide in Specul. de senten. § nunc de effectu. versic finali & in capitulo ex parte, de arbitris. & in l. sæpe, de re iudicata

17 Secundo quæro, pone quod est lata † sententia contra patrem & matrem, quod inter eos non est matrimonium, an hæc sententia præiudicet filiis, vt per hoc sint illegitimi. Butrius dicit se velle doceri a Legistis. & quod dubium facit quod noceat filiis, l. si quis cum totum, ff de exceptione rei iudicatæ. & C. de liberali causa, l. fi. Sed ipse determinat contrarium, per l. 3. in fine, ff. de Carbon. edicto. & per l. ait prætor, § sed si de condict. ff. de iureiurando. & sic dicit de facto respondisse non consulendo. non obst. secundum eum quod sententia lata contra patrem præiudicet filio hæredi, quia filius non est hæres patris in filiatione, sed matri hoc porrigitur.

Non obstat l. fin. C. de liberali causa. quia ibi fertur sententia contra matrem velut rem, & ideo porrigitur ad partum vt accessorium, sed in casu nostro sententia fertur contra patrem & matrem, velut personam, ideo non præiudicat filio, qui est alius ab eo.

Nec obstat, quod pater & filius censetur eadem persona: quia illud procedit quo ad quid, non quo ad omnia. vel dicit Butr. quod procedit quo ad ea in quibus est hæres, non quo ad ea quæ a natura porriguntur. facit quod not. glos. in cap dilecto, de præbendis. & Bartho Brixien. in dominicali, quæ incipit, duo fratres ex eodem patre, quod not. Ioann. And. in cap. Ioannes, in prima quæst de elec. coniuga & Specul. in titu. de sent. prola. § nunc de effectu. vers sed pone. vbi Spec. ponit quæst. de duobus fratribus qui contraxerunt matrimonium cum duabus sororibus, fuit lata sententia contra vnam ex sororibus, quod esset consanguinea mariti. & sic fuit separatum illud matrimonium prætextu consanguinitatis, an si alter frater petit separari ab vxore possit vti contra vxorem testibus, & sententia quæ fuit lata contra sororem. & determinat quod non.

18 Secundo quæro, nunquid admittatur indistincte † quilibet ad petendum pronunciare se legitimum, vel aduersarius petens eum pronunciare illegitimum. Inno. dicit quod non, nisi agatur ad aliquem effectum, puta cum agitur de successione in hæreditatem, vel de dignitatibus ecclesiasticis, vel honoribus, & quæstio illegitimitatis incidit, vt hic, & supra eod. lator. & de ord. cogn. facit supra eo. cap 1. & x. de fil. presbyter. cap. 1. pe. in fine. Idem dicit Innoc. si subest alia iusta causa, vt quia cum habeatur pro legitimo aliquis eum diffamat de illegitimitate, & sic potest quis plures legitimas & iustas causas inuenire. C. de ingenuis & manumiss. l. diffamari. & C. de remissio. pignor. l. si eo tempore. & ff. de curato. bo. dan. l prima. & ff. ex quibus cau. maior. l. sed & si. & ff. de optio lega. l. mancipiorum. & l. si optio. dicit tamen Innoc. quod non admittitur petens se pronunciari legitimum, nisi habeat iustum contradictorem, & si admissus fuerit, sententia est nulla: sed si vult se assecurare super sua legitimatione, dicit Innocen. quod debet procedere secundum tenorem capitu. significauit, de testi. vult dicere, quod debet facere examinari testes ad æternam rei memoriam, vt ibi, & eodem titulo. Alberic. in capit. quoniam frequenter, vt lite non contestata. Deinde refert Innocen. quosdam dicere, quod nunquam potest quis petere pronunciari se legitimum, nisi prius eius aduersarius cuius interest propter successionem vel aliā causam agat vel excipiat, vel alias petat eum pronunciari illegitimum. & sic dicunt debere intelligi capitul. tuam, de ordi. cognitio. & supra eod lator. & infra eod. peruenit.

Sed alij addunt alium casum, vt refert Innocent scilicet si agat contra diffamatores, vt in l diffamari, C. de inge & manumiss. Postea dicit Innoc. alios dicere quod propter illam legem non potest petere contra diffamatores, nisi vt cessent a diffamatione, non autem vt pronuncietur legitimus. Hostien. autē pro primis, scilicet quod possit petere, vt pronuncietur legitimus, inducit cap accedens, de purga. can. ex quo capitu probatur, quod infamato de illegitimitate, indicitur purgatio, quam si præstiterit, ordinatur tanquam legitimus, & pro hoc dicit Dominus Cardin. in fi. 6. quæstio. quod verior videtur opi. quod possit petere se pronunciari legitimū, vel quod diffamatio non est vera, vt sic in effectu habeatur pro legitimo. & dicit Abbas Sicul. quod hæc opinio est satis æqua. Butrius tamen simpliciter refert Innocentium. Ego autem sic concordarem opiniones, quas refert Innocentius, quæ videntur contrariæ. vnde dic quod non admittitur quis ad petendum se pronunciari legitimum, nisi sit iusta causa, puta si agitur de successione, vel de dignitatibus ecclesiasticis, vel de honoribus, vel subsit alia iusta causa, & vlterius requiritur quod habeat contradictorem iustum, alias sententia non valet quo ad præiudicium aliorum, qui non interuenerunt in iudicio, vt l. cum non iusto. ff de collus. deteg. vt plene dixi supra. & vbi habet contradictorem contradictor aget, vel excipiet, vel negabit. & hoc modo saluantur omnes opiniones recitatæ per Innocentium, & sic

intellige Abb. Sic hic. dum dicit, quod conclusio intentionis Innoc. est, quod possit quis petere pronunciari se legitimū, quando agitur ad aliquem effectum, puta propter successionem, & similia. vbi autem non esset contradictor, tunc faceret testes examinari ad ęternam rei memoriam. secundum formam cap. significauit, & cap. Albericus, de testibus. & capit. quoniam frequenter. vt lite non contest. Vbi vero diffamaretur, quod esset illegitimus, duplex est practica. Vna est, quod iudex assigner terminum diffamatori ad agendum, & ad ostendendum, quod non sit legitimus, & si intra terminum non comparuit, absoluetur, & imponetur silētium diffamatori, & ei mandabitur, quod de cætero eum non diffamet, quod non sit legitimus, & hoc modo loquitur lex, diffamari. C. de inge. & man. & l Thia. ff. de accusat. & dixi supra eod. lator. super tertia glo. admittetur tamen tanquam legitimus ad omnes actus legitimos, sed si esset infamatus de illegitimitate, tunc deberet indici ei purgatio, vt in carceribus, de purgat. cano. & hoc modo procedit dictum Hostien.

Secunda est practica, quod directo agat contra diffamatorem, & petat pronunciari se legitimum. & ista est iusta causa petendi propter diffamationem, & debet iudex compellere diffamatorem, vt compareat in iudicio ad contradicendum, & vbi non compareret, debet ei imponi silentium, & substitui alius contradictor, alias non posset petere pronunciari se legitimum non assistente legitimo contradictore, & hoc modo concordantur omnes opin. recitatæ per Innoc.

Quarto quæro, quid si petit pronunciari se legitimum, aduersarius enim petit eum pronunciari non legitimum. Innocen. dicit, quod facilius admittitur ille. qui petit se pronunciari legitimum, quia petitio sua est fauorabilis, & petitio aduersarii est odiosa, vt in regula, odia. de reg. iur in 6. vel melius vtriusque petitio est admittenda, & qui melius probauerit, obtinebit. de cau. possess. cum ecclesia. sed But. remittit ad no. per Innoc. in cap. cum contingat. de offic. deleg. vbi Innocen. dicit esse periculosum tales petitiones directo contrarias admitti. de quo dic, vt ibi.

19 Vltimo quæritur, nunquid admittatur † defensor in causa legitimitatis. Innocent concludit quod sic, vt in l prima. C. de satisdando. & ff. de procuratoribus l. non solum §. si status. & l. si procurator. §. si quis, in quibus. & quod in causa status potest curator, & defensor, & procurator interuenire, & an sententia lata contra defensorem, quod dominus non sit legitimus, præiudicet domino. Innocent. dicit quod non, & ad quid teneatur defensor, ex quo dominus non vult stare sententiæ. vide hic Innocen. & Docto. qui etiam ponit formam sententiandi contra defensorem, & in hoc vltimo est contrarietas inter Innocent. & Hostien non curo examinare, quia nō est multum vtile & dicit Butr. quod verba sententiæ debent formari contra principalem, licet fuerit semper absens a iudicio, vt in capitulo primo, infra qui matrim. accusare possunt. & de quo etiam per glos. & Docto. in l nihil C. de procuratoribus & vide glo. penultimam, & Doct. in capitulo, licet causam. de probationibus. & in capitulo. querelam, de electionibus. & dicit hic dominus Cardin. saluando Innocent. vnum notabile verbum, scilicet quod verba sententiæ debent intelligi secundum libellum, etiam si sit necesse verba impropriare, allegat capitulū, cum Bertholdus. in fine. de re iudicata. ibi, adiudicantes ecclesiam, vbi elector petiit electionem confirmari, sed Papa in sententia adiudicauit ecclesiam. & dicit ibi not. Innocen. quod non est vis in verbis, quia adiudicando ecclesiam intelligitur confirmare, sicut fuit petitum, & hoc perpetuo notabis pro declaratione capituli, qualiter, & quando, de accusationibus, el secondo. & capituli. licet. el secondo, de simonia. In quibus dicitur, quod sententia debet esse conformis libello: nam intelligitur conformis, quando mens sententiæ potest confirmari, etiam si sit necesse verba impropriare, quod no. Sequitur capitulum, perlatum.

S V M M A R I V M

1 *Mulier separata a primo viro per iudicium ecclesiæ, & eo viuente contrahit cum alio, filios gignit legitimos.*
2 *Absentia sola coniugis quantumcunque diuturna, non pręstat causam legitimam separandi matrimonium.*
3 *Filij geniti ex matrimonio contracto in facie ecclesiæ sunt legitimi.*
4 *Ecclesia debet se interponere, ne is quem pronunciauit legitimum, ab hæreditate excludatur.*
5 *Absentem vt defendant, debent requiri consanguinei, & amici.*
6 *Procedi non debet contra coniugem absentem non contumacem pro separatione matrimonij ad instantiam alterius coniugis.*
7 *Sententia separationis matrimonij licet sit nulla, tamen lata ab ecclesia parit effectum.*
8 *Mulier in quibus causis debet excusari propter errorem iuris.*
9 *Causa qualibet etiam iniusta excusat a dolo.*
10 *Error iuris cum longitudine temporis legitimat prolem.*
11 *Sententia iniusta non excusat a condemnatione expensarum.*
12 *Absentasse se quis malitiose præsumitur non apparente causa legitima.*
13 *Præsumptio operatur in casu præsumpto, quod operatur veritas in casu vero.*

C A P. VIII.

1 PErlatum. Si † mulier per iudicium ecclesię separata a primo viro viuente illo, contrahit matrimonium cum alio, legitima erit proles, quam ex secunda suscipiet, duæ sunt partes.

In prima facti narratio.

In secunda commissio. secunda ibi, ideoque.

2 Nota primo, quod sola absentia † coniugis quantumcunque diuturna non præstat causam legitimam separandi matrimonium, etiam si vxor dicat, quod amplius continere potest, concordat supra de sponsalib. in præsentia & cap. quoniam frequenter §. si autem. supra vt li. non contesta. vnde iste tex. debet intelligi, quod hæc mulier allegabat impedimētum perpetuum, puta consanguinitatem, vel forte dicebat maritum mortuum.

3 Secundo nota, quod † filij geniti ex matrimonio cōtracto in facie ecclesię sunt legitimi & pro hoc dicit But. quod cap. cum inhibitio supra de clandest despon habet locum etiam in matrimonio putatiuo subsistente alio defectu matrimonij, quam consanguinitatis, immo etiam subsistente defectu alterius vinculi non legitime separati.

Tertio nota, quod iudex potest constituere nuntium ad cautelam etiam consanguineum partis, de quo vide no. in c. cum dilecti, de do. & contu. & c. cum parati, de appell.

4 Nota vltimo, quod † ecclesia postquam cognouit de legitimatione, debet se interponere, ne is quem pronunciauit legitimum ab hæreditate excludatur, & sic impedit se de temporalibus, cum veniant accessorie ad spiritiuale, concordat supra eod. cap. i. & ij.

In glo. prima. hæc glo. diuiditur in duas partes.

In prima supplet literam.

In secunda opponit & soluit. secunda ibi, sed in casu.

In prima parte glo no. ex ipsa, quod nō solum consanguinei, sed etiam amici debent requirere, vt † absentem defendant, hic tamen non dicitur, vt requirantur vt defendant, sed solum dicitur, vt absentem reuocent. sed domi. Carda. hic in primo notabili dicit, quod litera debet suppleri, quod etiam moneantur vt defendant, vt in cap fin. de eo qui mitt. in poss. cau. rei seruan. 5

Secundam partem glos. non examino, sed reseruo cum glo sequen.

In glo. secunda. hæc glo diuiditur in duas partes.

In prima declarat literam.

In secunda opponit, & soluit. secunda ibi, sed nunquid.

In prima parte ibi, perpetuo impedimento. eodem modo exemplificat Innoc. dicit tamen, quod etiam tex. possunt intelligi, quando mulier asserebat maritum mortuum. Host. autem dicit, quod tex. possit exemplificari in quocunq; canonico impedimento, propter quod non possit esse vxor, & potest poni exemplum de impedimentis per id, quod habetur supra in pluribus titulis.

In secunda parte glo. pro expeditione huius glo. & præcedentis opponitur contra tex. de cap quoniam frequenter. §. porro. & §. si autem s̄. vt li. non contes. In quibus dicitur, ꝙ

6 contra coniugem absentem non contumacem non † debet procedi ad instantiam alterius coniugis petens separari matrimonium ex quocūque impedimēto, quia causa ista cū sit grauis, non debet procedi contra absentem ad sententiam, q̄a si esset præsens haberet in prōptu suas defensiones, cuius contrarium hic dicit. propter hoc glos. quatuor modis legit istum tex. ¶ Et primo secundum glo j quod iste fuit hic contumax. & hanc opinionem tenuit Goff sed hæc lect. non cōgruit literæ, quia non apparet, quod citatio vnquam illum affecerit ¶ Secunda lec. colligitur ex ista glo. 2. scilicet ꝙ fuit hic processum ad sententiam contra absentem, ne ius mulieris periret, forte cum non poterat resistere stimulis carnis. sed hęc lect. est contra tex. in c. qm̄ frequenter. §. si autem s̄. vt li. non contest. nam licet nō possit pati stimulum carnis, debet expectare absentem, & priuatur iure suo sine culpa, sed non sine causa, vt ibi dicit. ¶ Tertia lect. glo. est, quod hodie istud c. non procedat, & ꝙ standum est cōtrario, hæc lect. est

contra illud, quod habetur in proœmio huius compilationis

Quarta lect. ponitur in fine gl. quod episcopus male processit, sed quia mulier nupsit alteri auctoritate ecclesiæ filii debent esse legitimi. hæc glo. est singularis, secundum domi.
7 Card. & Abb Sicu. ex qua habes, quod licet † sententia separationis sit nulla, ea quo tamen est lata ab ecclesia filii ex alio matrimonio geniti sunt legitimi & sic sententia nulla parit effectum probabilis ignorantiæ. sed domi. Cardi. in prima oppo. dicit, quod si non tenuisset sententia, ignorantia non excusaret, vt infra eodem, per venerabilem, versi. uidebatur. idem dicit Abb Sicu dicit enim, quod error iuris non excusaret hanc mulierem, † cum mulier non debeat excusari propter errorem iuris, nisi in casibus in iure expressis, vt in l. fina. ff. de iur. & fac. ignor. & ibi exprimuntur casus in quibus mulier excusatur propter errorem iuris inter quos iste non numeratur, & uide etiam de hoc glo. prima, quæstione quarta. § notandum. Nisi diceretur, quod error esset probabilis quia regulariter excusaret, vt in l regula. ff. de iure & fac. ignor. & ista videtur communis sententia, quam tenent Docto infra eodem, per uenerabilem, ver videbatur.

Ego tamen puto, quod etiam si sententia fuerit nulla, & error non sit probabilis, verbi gratia, quia ex eisdem actis apparet sententiam nullam, quo casu iudicatur error non probabilis. vs dicit glos in regula, ignorantia, in sexto. nihilominus filii sint legitimi. nam quando matrimonium est contractum in facie ecclesiæ ex permissione ecclesiæ filii sunt legitimi, nisi ambo contrahentes sint in dolo, vt quia sciant impedimentum, vt in cap fi. §. pari modo, supra de clandest. de
9 spon. sed quælibet † causa etiam iniusta excusat a dolo, ut in l. igitur, ff. de libe. causa. & in l. prima, in fi. de arb. & per Bart. in l. iuste. ff de acquiren. possess. & in l. j. §. non autem, ff. si quis testamento lib. esse iussus fuerit.

10 But. autem infra eodem, referendo dicit, quod † error iuris cum longitudine temporis legitimat prolem, ut in l. qui in prouinciam ff. de ritu nup.

Sed non obstat illa l. quia de iure ciuili non est introductum, quod matrimonium cõtrahatur in facie ecclesiæ, sed solum de iure canonico, sed ius canonicum disponit, quod si est matrimonium contractum in facie ecclesiæ, dummodo contrahentes sint in bona fide filii sint legitimi. præterea ius ciuile non potest disponere de matrimonio, neque de cõsecutiuis ad matrimonium, ut dixi s. eod. tanta.

Non obstat, quod not glo. in regula, ignorantia, in sexto.
11 nam † sententia iniusta non excusat a condemnatione expensarum, quando ille qui obtinuit sententiam succubuit ex eisdem actis, vt dicit illa glo. & Doct in cap finem litibus. de dolo, & contum. & glo. & Bar. in l generaliter. § primo. C. de rebus credit. & in l properandum §, sin autem, C. de iudic. & ideo est, quia quis condemnatur ad expen non solum propter dolum, sed etiam si temere litigat, vt in l. cum quem temere. ff de iudi. Sed quantum ad hæc, ut filii sint legitimi cõsideratur sola bona fides parẽtum, & quod matrimonium contrahatur in facie ecclesiæ ad capit. per venerabilem, ver. videbatur.

Ibi respondebo: nam intelligendo prout intelligit Hosti. & Doctor. facit pro, & non contra hæc tamen lect. non congruit literæ, quia litera aperte sentit, quod processus tenuit cum episcopus commendetur de processu, ut patet in litera.

Quintam lectu. ponunt Doct. extra glo. & clarius Innoc. in capi fi. de eo qui mit. in pos. dicit enim Inno. quod ex quo maritus se absentat, & non apparet causa legitima, præsumi-
12 tur † se absentasse malitiose. & ideo contra ipsum malitiose absentem poterit procedi ad sententiam, vt in ca. quoniam frequenter. § sin autem. & est ratio secundum Abb Sic. quia
13 quod operatur veritas in casu vero operatur † præsumptio in casu præsumpto, vt in §. si possessor, & quod ibi nota. ff. de relig. & sump. fun. cum sim. & in cap. is qui, & quod ibi dixi supra, de spon. & pro hac lect. facit cap. primum, infra titu. primo. vbi plenius dicam, & hæc lectu. placet Abb. Sicu. per istum textum, qui dicit, quod episcopus fuit uir prouidus, & discretus, ergo iuste processit, & dicit illum text. tenendum menti, secundum hanc lecturam.

SVMMARIVM.

1 *Filij approbati per ecclesiam sunt legitimi, licet ex clandestino matrimonio sint nati.*

2 *Petere se pronunciari legitimum quis potest, quando de legitimitate dubitatur.*

3 *Paria sunt aliquid a principio esse tale, vel ex post facto redire ad tale.*

4 *Iudex ecclesiasticus qui pronunciat quem legitimum potest simul hæredem ipsum pronunciare potest.*

5 *Filij ante approbationem ecclesiæ non sunt legitimi.*

6 *Soboles suscepta ex matrimonio clandestino prorsus est illegitima detecto impedimento.*

7 *Spurij per sequentem approbationem ecclesiæ legitimantur.*

8 *Filij quo pacto nasci possunt legitimi per approbationem ecclesiæ, per quatuor casus examinatur.*

CAP. IX.

1 Quod nobis. † Filii nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbati sunt legitimi. hoc dicit, sed infra clarius patebit verus intellectus.

Nota primo, quod cum dubitatur de legitimitate potest
2 quis petere † se pronunciari legitimum. facit ad ea quæ vidistis, s. eod. causam.

3 Nota secundo, secundum Butr. quod paria † sunt aliquid a principio esse tale, vel ex post facto redire ad tale.

Nota tertio practicam sententiæ, in causa legitimitatis.

4 Vltimo nota, quod † iudex ecclesiasticus qui pronunciat quem legitimum potest simul hæredem ipsum pronunciare. & nota argum. ex tex. quod filius præsumitur hæres. vnde apostolus ad Galatas quarto. c. si filius. ergo hæres, & hoc facit ad quæstionem, secundum But. & Abb. Sicu. quod agens contra filium, tanquam hæredem patris, non teneatur probare illum esse hæredem, sed contrarium determinat Bart. in l. necessariis, ff. de acquiren. hæreditate, & in l. prima. C. si vt se ab hære. absti. Nam cum hodie filius habeat beneficium abstinẽdi ab hæreditate patris, oportet ꝙ probetur, quod se immiscuit hæreditati. vnde concludit Bat. quod non præsumitur hæres in his quæ concernunt damnum ipsius filii, sed bene in his quæ concernunt fauorem. & sic dicit But. debere intelligi 3 a. quæst ij. non omnis. & ad dictum Apostoli si filius, ergo hæres. respondet Bu. quod debet intelligi si uelit quia habet beneficium abstinendi, & hoc est notandum, secundum Abb. Sic.

Sed oppo contra text. quod etiam citra probat. ecclesiæ filii nati ex clandestino matrimonio sunt legitimi, nisi obstet aliud impedimentum, vt infra eodem, per tuas. Hostien. soluit, quod fuit repertum impedimentum consanguinitatis & idem dicit de alio impedimento. vnde dom. Cardi in prima oppositione dicit, quod licet de impedimento non dicatur in litera, tamen debet suppleri ne obstent talia iura, de elect. cum expediat, in sexto.

In glo. ij. pro expedit. istius glo. oppo. contra text. dicti cap.
5 fina. de cland despon. vbi dicitur, quod † filii ante approbationem ecclesiæ, non sunt legitimi. vnde non videtur, quod sequens approbatio ecclesiæ prosit filiis natis ante approbationem ecclesiæ. Metu huius contrarii istud capit. loquitur quatuor modis, duobus modis per glos. & aliis duobus per Doctor.

Primus est, quando iste tex. loquatur de filiis natis ante approbationem ecclesiæ, sed glo. intelligit quod erunt legitimi si postea contra matrimoniũ nihil probetur & sic gl vult, ꝙ filii non erunt legitimi, sed iste tex. communiter intelligitur, quod post approbationem ecclesiæ, matrimonium fuit dissolutum prætextu consanguinitatis, vel alio perpetuo impedimento, vt dixi in oppo. quam feci contra tex.

Secundo modo intelligit glo. de filiis conceptis, & natis postquam matrimonium fuit approbatum per ecclesiam, & hæc lect. consonat literæ, sed sic intelligendo ista decretal. videtur loqui de casu indubitabili. sed dom. Card in 2. oppo. dicit, quod potest dici, quod erat dubium, quia matrimoniũ ab initio non tenuerat. vnde non videbatur posse confirmari ex post facto, ut in regula, non firmatur, in sexto & respondet, quod hic superueniens causa confirmat & tollens impedimentum actus nullus efficitur validus, & dicit gl. in dicta regula, non firmatur.

Tertio modo legitur extra glos secundum Host. quod loquatur de filiis conceptis ante approbationem ecclesiæ, nõ tamen post approbationem. pro hoc supra capitu. secundo. nam conceptus non habetur pro nato, nisi quando de eius cõmodo tractatur, ut in l. qui in utero. ff. de statu homi. & Instit. de ingenuis. §. primo, & secundum hanc lecturam iungit Hostien. post uerbum matrimonio uerbum generari ante uerbum postmodum, & sit sensus quod filii erant generati, idest concepti ex matrimonio clandestino, & postmodum, idest post conceptionem fuit approbat. per ecclesiam, & textus

ponit

ponitHostien verbum generati, idest concepti.dicit tamen quod alii exponunt,idest nati, & male secundum Hostien. vnde Christus dicitur natus ex Maria virgine, qui tamen nõ fuit generatus, vt alij qui generantur a patribus.& hoc facit ad ea quæ dixi supra eod tanta,in octaua quęst videlicet,an conceptus ex adulterio,& natus post mortem vxoris legitimæ legitimetur per subsequens matrimonium.

Quarto modo legitur,secundum Ioan. And quod hęc decretalis intendit legitimare filios natos, de clandestino matrimonio,si postea matrimonium fuerit approbatum per ecclesiam,quasi præcedens turpitudo purgetur per approbat. ecclesię,sicut etiam nati de fornicatione legitimantur per sequens matrimonium,vt supra eodem, tanta.sed Ioan.Cald. improbat hanc lectu quia decre.tanta, supra eod. procedit, quando tempore legitimitatis,vel conceptionis poterit esse matrimonium inter parentes,alias secus,vt hic in fine vo de dicit,quod si tempore natiuitatis suberat perpetuum impedimentum,& cum tunc non possit esse matrimonium inter parentes per approbationem sequentem prius nati non erunt legitimi,nam secũdum eum erit eadem ratio ,quæ est in cap tanta,supra eodem.nam si matrimonium verum nõ legitimat talem prolem,vt in dicto cap.tanta,multo minus putatiuum matrimonium , de quo hic legitimabit prolem. Abb.Sic.dicit,quod pro opin. Ioan And.facit ca.secundum, de clandest despon.vbi dicitur, quod idem operatur approbatio clandestini matrimonii, ac si a principio in conspectu ecclesiæ fuisset cõtractum , sed si a principio matrimonium fuisset contractum in facie ecclesiæ filii essent legitimi, licet matrimonium postea separetur detecto impedimento,vt infra eodem,ex tenore, ergo &c & dicit, quod hanc opinion. quandoque tenuit,sed postea dicit, quod ipsum multum vrget in appositum capitu fi. § si quis,de clandest despon vbi
6 dicitur , quod † soboles suscepta ex matrimonio clandestino,prorsus est illegitima detecto impedimento, & dicto capitu.secundo,de clandest.desponsa respondet,quod fingitur ab initio matrimonium esse contractum in facie ecclesiæ , quando non apparet postea de impedimento, nam contrahendo sic in occulto videntur affectatores ignorantię, & sic præsumuntur sciuisse impedimentum.& dicit,quod hanc opinionem putat ueriorem de rigore iuris sed dom.Cardi.in secunda oppo.in quarta lect.dicit,quod opinio Ioan. Andr. potest saluari, nam vbi verba approbat. sunt ita lata , quod approbant matrimonium,vt ex retro legitimatur proles,ut in cap tanta,supra eod & ibi dixi in septima , quæst.prima, glo.Sed verba capi.ij de clande despon.cuius hoc c.est pars, vt dicit gl.secunda,sunt ita ampla,quod approbãt matrimonium,vt ex vno nam ibi dicitur , quod si matrimonia clandestina approbantur per ecclesiam perinde est, ac si ab initio fuissent contracta in facie ecclesiæ,& sic ecclesia approbat,vt ex retro,& dicit,quod ex hoc vult glo.ij hic,in principio,licet postea,in ver.secus ponat aliqua verba,per quæ uidetur ab hoc recedere,& secundum eum hoc modo saluatur hæc quarta lect.quam ponit Ioan. And ex qua dicit sur-
7 gere hoc singulare,quod filii † spurii per sequentem approb. ecclesiæ legitimantur.hanc opinio etiam sequitur Butr. qui dicit,quod est communis opinio,quod ex quo matrimoniũ est approbatum , antequam detegatur impedimentum filii sint legitimi,quasi præcedens turpitudo euanuerit . & dicit hoc sibi placere, & quod per hanc decretalem extenditur c. tanta,supra eodem,sut quod operatur uerum matrimoniũ subsequens, operetur opin.matrimonii colorata.& hoc tenet glo fin.in dicto ca.tanta. & ideo repetat,quod dixi post Butr. super ea.

In secunda specie filiorum,& hæc opin mihi placet, quia deca est casus in c.secundo,de clandest. despon. non cauillando.& responsio,quam facit Ab.ad illum textum,est quędam diuinatio, quia ille text. vult, quod quando matrimonium est approbatum per ecclesiam,perinde sit, ac si a principio fuisset contractum in facie ecclesię,& sic matrimoniũ clandestinum approbatum per ecclesiam operatur, quo ad omnia perinde,ac si a principio fuisset contractum in facie ecclesiæ.Non obst capi fina § si quis,eodem titu quia debet intelligi,nisi matrimonium fuerit per ecclesiam approbatũ quo casu purgatur omne vitium,& tollitur præsumptæ sciẽtiæ,vel affectatæ ignorantiæ,vt d. capitu secundo.Non obstat capit.tanta,supra eodem,quia ibi loquitur, quando erat certum, quod filius erat spurius , vt quia parentes qui insimul manserunt , absque contractu matrimonii sciebant, quod tempore natiuitatis filii inter se non poterat esse matrimonium si autem ambo,vel alter ignorauisset impedimẽtum matrimonii,secus esset dicendum , quia nunc, quo ad opin. eius qui est in bona fide filius non est spurius. Vnde si postea sequitur matrimonium legitimabitur filius , & sic debet in-
8 telligi capitu.tanta. Butr. autem colligit † materiam huius capitu per quatuor casus comprehendendo omnes lectur. prædictas.

Primus casus est,quando filii sunt nati ex matrimonio palam contracto & approbato per ecclesiam, & hoc casu filii sunt legitimi,siue sit impedimentum,vel nõ,dummodo ambo,vel alter sit in bona fide, vt supra,de clandest.despon.c.f., & infra eo ex tenore.

Secundus casus est,quando filii sunt nati ex matrimonio ab initio clandestino approbato per ecclesiam,& sunt geniti,vel nati post approbat ecclesiæ,& adhuc sunt legitimi, siue subsit impedimentum, siue non,vt hic,& in gl ij.

Tertius casus est, quando filii sunt concepti ex matrimonio clandestino,sed sunt nati post approb. ecclesiæ, & adhuc sunt legitimi,siue subsit impedimentum, siue non, vt hic secundum lect.Host.

Quartus est,quando filii sint concepti,& nati ante approbat ecclesiæ , & postea fuit approbatum matrimonium per ecclesiam , & tunc aut non detegitur impedimentum , & filii sunt legitimi,ut hic, secundum intellectum glo aut detegitur impedimentum,& in hoc sunt opi sed tene, quod sunt legitimi,secundum lect.Ioan.And quam But dicit communiter teneri ad hoc facit,quod not. Alanus,& Goffre. supra eodem,cum inter. vbi dicunt, quod si contradicente ecclesia aliqui cõtrahut matrimonium,& ecclesia postea approbet matrimonium filii ante approbat nati sunt, vt in capit. primo,& secundo,de cland despon.quod debet intelligi secundum dom Cardi. in fi secundę oppo etiam si esset parẽtum perpetuum impedimentum matrimonii , quod postea detegitur, alias si loqueretur eo casu, quo nullũ subesset impedimentum filii essent legitimi etiam si non approbetur matrimonium ab ecclesia,ut infra eodem,per tuas,& in ca. fin §.si quis autem,de clad.despon.& hoc sequitur Butr.

S V M M A R I V M

1 *Nati ex matrimonio contracto contra publicam honestatem non sunt legitimi .*
2 *Impedimentum publicæ honestatis illegitimam facit prolem, vt non succedant in bonis parentum.*
3 *Ecclesia potest dispensare contra impedimentum publicæ honestatis .*
4 *Papa dispensans super matrimonio,per consequens dispensat super legitimitate filiorum.*
5 *Proles non obstante impedimento etiam efficitur legitima.*
6 *Illegitimati,an succedant in bonis maternis .*
7 *Matrimonium contractum in facie ecclesiæ censetur approbari,ex quo nõ interdicitur,& de hac materia habetur per quatuor casus hic .*
8 *Error iuris,an tollat bonam fidem.*

C A P. X.

REferente. Si scienter inter se impedimentum contrahuntur, illegitima est eorum proles. Vel specialius,& sic secũdum
1 Abb Sicu nati † ex matrimonio contracto contra publicæ honestatis iustitiam illegitimi sunt, & a paterna hæreditate excluduntur Et dicit Abb.Sic hunc casum esse tenendum menti , quia sæpe per ignorantiam accidit .

In prima conclusio.

In secunda responsio.Secunda ibi,tibi.

2 Nota primo, quod † impedimentum publicę honestatis impedit , & dirimit matrimonium contractum contra publicam honestatem , & filii ex tali matrimonio nati sunt illegitimi,nec succedunt in bonis parentum,& sic extende c. sponsam,supra de spon.

3 Secundo nota ibi,ecclesiæ permissionem , quod † ecclesia potest dispensare contra impedimentum publicę honestatis.nam illud impedimentum non est a iure diuino , sed a iure positiuo,scilicet,quod Papa potest dispensare , vt s̅ de conces.præben proposuit.

4 Tertio nota,quod † Papa dispensando super matrimonio per consequens dispensat super legitimat.filiorum,etiam respectu hæreditatum,& sic est casus in quo Papa dispensat eũ laicis super legitimitate, & talis legitimatio extenditur,quo ad temporalia . & ratio est, quia talis legitimatio fit in radice matrimonii . vnde extenditur ad temporalia, & ista est communis conclusio Doctor sed plenius dicam infra eod. per venerabilem.

Nota vltimo duos casus,in quibus non obstante impedi-
5 mento † proles est legitima.

Primus est,si præcessit dispensatio ecclesiæ.

Secundus est si parentes ignoranter contraxerunt matri-
monium.sed quæro,quia tex.dicit † illegitimatum non suc-
6 cedere in bonis paternis. quid in maternis. Hostien. dicit, quod forte secus, quia spurius succedit matri,vt in l.hac par te,& in l.si spurius,vnde cognati & ff de inoffic testa.l si tu- te,& in l.si spurius, vnde cognati & ff de inoffic testa.l si tutu, sceptra § 1 nisi mater sit illustris,vt in l si qua illustris.C.ad Orfic.de quo se remittit ad summã, eodem tit §.2 uersi spurii, & seq.& de test Raynald in prin.dominus autem Card se remittit ad c cum haberet,de eo qui dux in matrim quam po. vbi dixi.sed Butr hic dicit,quod hoc sibi non placet,quia tales sunt filii incestuosi,& nati ex coitu omnino damnato,vnde etiam matri non succederẽt,& quod contrahatur crimẽ incestus alleg Butr.c.veniens,& cap.transmissæ,de eo qui cognouit consangui.vxo suæ. & dicit, quod talis coitus est damnatus etiam respectu matrimonii uult dicere, quod mat. non succederet, neque patri,neque matri, cum non teneat matrimonium contra pub.honest.& hæc adde ad ea quæ dixi in d c cum haberet.

In glo.ij.pro eius expeditione opp contra tex.s. quod per permissionem ecclesię nõ legitimentur filii nati subsistente impedimento publ.hone.quia ex quo si principio, quo ad matrimonium erat prohibitum subsequens dispensatio,vel permissio non legitimat prolem,vt supra eodem, tanta,huius metu contrarii,glo ponit duos intellectus.

Primus est,quod ideo filii non sunt legitimi,quia hoc matrimonium non fuit ab ecclesia permissum attento impedimento,quod suberat,& per hoc glos dat intellectum,quod si matrimonium fuisset ab ecclesia in principio permissum quod non obstante tali impedimento filii essent legitimi,vt hic intellectus sine scrupulo,secundum But. quod intellige, dummodo ambo contrahentes,vel alter ignoret impedimẽtum,alias si ambo sciuissent impedimentum,filii non essent legitimi.

Non obstat,quod matrimonium sit contractum in facie ecclesiæ,vt in cap fi.§ si quis vero, ver. pari modo.de cland. despon.

Secundus intellectus gl.est,quod filii non fuerint legitimi quia matrimonium non fuit approbatum de iure speciali, scilicet ea dispensatione,quasi velit dicere,quod si matrimonium fuisset postea approbatum ex dispensatione proles esset legitima,sed But.non tenet hunc intellectum,quia dispẽsatio superueniens post matrimonium contractum non legitimat prolem,de quo dixi,supra eodem,tanta.post glos. in 7.quæstio.

Tertio modo intelligit Innoc. quod matrimonium fuit contractum contradicente ecclesia & intelligit uerbum permissionem,idest tolerantiam, quasi dicat, quod matrimonium fuisset contractum ecclesia tolerante,& non prohibẽte filii essent legitimi.sed dom.Cardi.hoc reprehendit, quia tolerantia non sufficit,vt in cap.cum iam dudum, de præb. sed But sequitur Innocen dicit enim,quod ex quo matrimo
7 nium † est contractum in facie ecclesiæ censetur ecclesia ꝓbare,ex quo non interdicit matrimonium contrahi, & hoc mihi placet,videtur probari in c fi de cland despon. But.tamen in hac materia concludit,faciens quatuor casus.

Primus casus est, quando matrimonium fuit cõtractum clandestinè,nec fuit approbatum per ecclesiam. & hoc casu subsistente aliquo impedimento prolea est illegitima, vt in c fi.§.si quis vero, de clan despon.

Secundus casus est,quando matrimonium fuit contractu clandestinè a principio,sed postea fuit approbatum per ecclesiam.& tunc filii sunt legitimi,vt plene dictum est in c.ꝓcedenti,dummodo ambo parentes,uel alter eorum ignorauerit impedimentum,vt d c.fina.§.si quis vero,de clan.desp. & ĩ.eo.ex tenore.

Tertius casus est,quando a principio matrimonium est ꝯtractum in facie ecclesiæ subsistente impedimento. & tunc dicit Butr. quod aut contrahentes ignorabant ius,& factum, vel factum tãtum,& idem,quod proles est legitima,aut sciebant factum,sed ignorabant ius, puta, quia sciebant in quo gradu erant coniuncti.sed credebant permissum esse cõtrahere matrimonium in tali gradu.& tunc dicit But.quod casus est dubius, quia error iuris non tollit bonam fidem, sed dicit,quod in contrarium facit l.prohibitum.C de iure fisci. libro decimo.vbi dicitur probari,quod error iuris contra ꝓhibitionem legis non excusat a mala fide. sed ad hoc potest responderi, quod si matrimonium contrahitur in facie ecclesiæ.licet adsit impedimentum tollatur præsumptio malę fidei,vt in capitu.fina de clandest.despon postea Butr. alleg, l quum prouincia ff.de ritu nupt.vbi videtur probari, quod error iuris,cum longitudine temporis legitimat prolem.idẽ dicit Abb Sicu.& ad hoc allegat l sed si lege.§ scire,ff. de petitio hereditatis.vbi habetur,quod error iuris non tollit bonam fidem,quo ad faciendum.sed postea in contrarium allega ca per venerabilem,infra eodem,& ibi per Butr.in prin
8 cipio vtriusq; chartæ dixi supra eodem,perlatum,& an † error iuris tollat bonam fidem,vel an inducat malam fidem, dic,vt per Bart.in dicta l sed si lege.ff de petitione hæredit. & in l.si fur.ff de vsucapion.& per Doctor.in capit.si diligenti,de præscrip & in cap cura de iurepatron.

Quartus,quando matrimonium fuit contractum contra impedimentum publicę honest.& hoc casu dicit Butr.quod si fuit contractum ab ignorantibus in facie ecclesiæ censetur contractum approbante ecclesia,& sic filii sunt legitimi & sic nota quod Butr.sequitur Innocen qui dicit, quod tolerantia ecclesiæ habetur pro permissione.

Idem dicit Butr. quod si fuit contractum matrimonium clandestinè.sed postea fuit approbatum per ecclesiasticum, nam filii sunt legitimi,ut supra eodem,quod nobis.

Idem dicit Butr.si dispensatio interueniat,sed hoc vltimũ intellige de prole nata post dispensatio.vel quando dispensatio est ita lata,quod legitimat etiam prolem natam ante dispensatio.vt dixi in capit.tanta, in septima quæstione,supra eodem.

In glo.fi.hæc glo.ponit tres casus,in quibus proles legitimatur Doct addunt alios casus,quos non expedit referre, quia de se sunt noti.inter alios But.ponit casum,quandoq; contraxit matrimonium cum concubina in facie ecclesiæ, quod non tenuit propter aliquod impedimentum,quod suberat,& ambo,vel alter ex contrahentibus ignorabat impedimentum,nam tale matrimonium legitimat proles,& hoc voluit glo.fi supra eodem,tanta.& ibi dixi super ea in secunda specie filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Prolem illegitimam non sufficienter docet probans impedimentum matrimonij,si in facie ecclesia sit contractum.*
2 *Legitimum qualiter quis se probat.*
3 *Matrimonio contracto in facie ecclesia non admittitur quis ad probandum impedimentum,& prolem illegitimum.*
4 *Practica sententia in causa legitimitatis.*
5 *Matrimonio impeditur in uita coniugum,post mortem eorum potest inquiri super eo.*
6 *Glossa firmans pedem,in iudicando est sequenda.*
7 *Impedimenti probatio non admittitur, sed quod coniuges fuerint consą bene admittitur post matrimonium contractum in facie ecclesia.*
8 *Opponens de illegitimitate,an teneatur probare.*
9 *Filiatio non est de facili probabilis,cum tamen legitimitas,& de facili probabilis.*
10 *Probatio,an admittatur contra filium probantem se legitimum.*
11 *Infamatio de illegitimitate,an afferat præiudicium.*

CAP. XI.

1 PEruenit. Ad docendum † prolem illegitimam,non sufficit probare impedimentum matrimonii, si in facie ecclesiæ fuit contractum.h d In prima quetela, super quo datur iudex.In secunda instituitur iudex super modo decidendi Secunda ibi,mandamus itaque.

2 Nota primo modum probandi si † legitimum,s. si probatur,quod parentes sui legitime contraxerunt,s. quo ad solẽnitates extrinsecas,& quod donec uixerunt matrimonium eorum non fuit impedit.de quo dicam infra plenius.

Nota secundo, quod non admittitur quia ad probãdum impedimentum matrimonii ad concludendum prolem il-
3 legitimam.vbi † matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ,& sic quis non admittitur ad probandum, quod probat.non releuat concor.l.ad approbat.C.de approba. & cap. cum contingit.de offi deleg & c.de illo,de consangui.& affini & vide, quod ibi dixi.

4 Nota vltimo † practicam sententiæ in causa legitimitatis. videlicet pronuntio tñ esse legitimum ex quo infert Bu. quod per verba denunciatiua,& declaratiua fertur sñia,quãdo solum ius exigit declarationem,& nõ nonam dispositionem.In gl quæ est vnica pro eius expeditione oppo. de c causam,supra eodem vbi post mortem parentum mandatur inquiri de matrimonio.huius timore contrarii glo. istum iec. tribus modis.

Primo

Primo secundum Alanum, quod hic erat lapsum quin-
quennium & hanc lecturam tenet Hostien. dicens, quod vbi
5 de mala fide nihil obijcitur. si † matrimonium fuit impedi-
tum in vita parentum, adhuc post mortem eorum perpe-
tuo potest inquiri, & sic intelligitur secundum eum l fin. C si
reus vel accusator mortuus fuerit. & C. ne de sta defuncti. l.
quamuis & supra eod transmissæ. nisi superior ex causa ma
læ præsumptionis apponat certum terminum, quo elapso
clauditur omnis via, vt supra eodem, lator & hoc quo ad de
lictum parentum puniendum, quo respectu crimen est extin
ctum morte, vt in iuribus præalleg & de hoc in l. pen ff. quæ
sent sine appell rescin. non poss. Si autem in vita parentum
matrimonium impeditum non fuit adhuc infra quinquen-
nium ratione bonorum potest inquiri, non autem elapso
quinquennio, & sic intelligitur hic, & C ne de sta. defunc. l si
lute & intellige quod post quinquennium non potest inqui
ri, scilicet vt reuocetur in pœnis, sed in melius sic. ff. ne de sta.
defun. l. j ad fin sed videtur obstare supra de coniug seruo li-
cet. vbi videtur probari, quod sit necessarium decennium.
sed dic vt ibi dixi, nam ibi factum narratur: in crimine autẽ
læsæ maiestatis, & hæresis nõ habet locum præscriptio quin
quennij. C. ad l. Iul. maiest l. fin. & 24 quæst. 2. sane. sed de hoc
vltimo vide optimum tex. in capi. 2. de præsump. in 6. tamen
hæc lectura, scilicet quod quinquennium erat lapsum post
mortem parentum diuinat ad tex. Item reprobatur per do-
mi. Cardin. & But. qui dicunt, quod titulus ne de sta defunc.
non habeat locum hoc casu. ille enim titulus procedit, quã
do agitur de statu, vt quia dicitur, ꝙ defunctus fuit seruus, vel
libertus tempore mortis, non autem in alijs casibus, puta si
dicitur defunctum fuisse emancipatum, vt in l quod est con
stitutum. C. ne de sta defunc. In casu autem huius capit non
agitur de statu, sed de legitimitate. idem tenet Abb. Sic. & di-
cit, quod Moderni tenent, quod etiam longe post quinquen-
nium post mortem parẽtum, filius potest impedin de legiti-
mitate, & hoc dicit satis sibi placere. dicit tamen, quod in
practica semper est tenenda mens glo. propter auctoritatem
quæ est corroborata auctoritate Hostiẽ. Arbitror, quod hoc
velit dicere propter doctrinam Iacobi Burrigarij in l j. §. qui
6 pro sua iurisdict. vbi dixit, quod vbi † glo. firmauit pedem nõ
est recedendum ab ea in iudicando, si vnus Doctor authenti
cus eum sequitur, quæ doctrina non est vera, de quo omni-
no vide Abb. Sicul. in cap capellanus. de fer. immo censetur
communis opin. quam tenent Moderni Doct. authentici, &
illa potius est tenenda in iudicando, vt dicit Ioan. And. & Do
ctor. in cap. vt debitus de appellat. & per Ioan. de Imo. in cle-
ment. ne Romani, de elect. Præterea hęc glo. non firmat pe-
dem, quia ponit alias lect. seu solut. & potius videtur residere
in vltima solutione.

Secunda solutio glo. est, quod hęc vidua dicebatur nata de
non legitimo matrimonio impediente statu. sed glo. repro-
bat hunc intellectum, quia est diuinante ad tex. dom. Card.
dicit, quod hæc glos. est singulariter notanda contra solu-
tiones, quæ non colliguntur ex litera, idem dicit Abb. Sicu.
Item illa lectura non est vera, vt dicit But. & Abb. Sicu. nam
præsupposito. quod alter esset seruus, aut scienter contraxe-
runt matrimonium, & tunc tenet matrimonium, vt supra
de coniug. seruo per totum. & per consequens filij sunt legi-
timi: aut ignoranter contraxerunt, & tunc dato quod matri
monium non teneat, proles nihilominus est legitima, vt in-
fra eodem, ex tenore ¶. Sed hæc solutio potest in se esse vera,
quando matrimonium fuisset clandestine contractum, quo
casu ignorantia seruitutis non prodesset filiis quo ad hoc, vt
essent legitimi, vt in cap fin. § si quis, de clandest. & sic potest
inquiri de matrimonio post mortem parentum vsque ad
quinquennium. tamen iste intellectus non congruit literæ,
quia litera loquitur, quando matrimonium fuit legitime ce
lebratum. & sic in facie ecclesiæ, & sic intelligit Innocen. &
Doct. vt statim dicam.

Tertio modo soluit glo. quod filij sunt legitimi, quia ma-
trimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, & iste est verus
intellectus huius tex. & ita summaui

Quarto modo soluit Goff. extra glo quod in cap. causam.
supra eodem manifestum erat impedimentum sup. etiam
ambobus, scilicet primus vir. hic autem impedimentum
fuerat occultum, hęc solutio est vera in se. sed dominus Car
dinalis dicit, quod litera non ponderat, an sit impedimen-
tum occultum, an non, vnde dicit, quod est verior ter-
tia solutio glos. inquantum glo. dicit, quod pars aduersa po-
tuisset probare contrarium. dicit Innocent quod quando
matrimonium est contractum in facie ecclesiæ, non admit-
titur volens probare, quod inter coniuges fuit impedimen-
tum, quia hoc probatum nõ releuat ad reddendam prolem
illegitimam, ex quo matrimonium fuit contractum in facie
ecclesiæ, sed si vult probare, quod coniuges fuerunt conscij
7 † impedimenti audietur, vt infra eodem, ex tenore. & de
clandest. despon. cap. fin. §. si quis. versic. pari modo. sed si ma
trimonium fuit contractum clandestine dicit Innoc quod
admitteretur etiam post mortem parentum, si vult probare
impedimentum, vt dicto cap. fi. §. si quis de clandest. despon.
& exponit literam ibi, legitime, idest bonæ fidei, & in con-
spectu ecclesiæ nullo contradicente, nec ecclesia inhibente,
vt dicto cap. fin. de clandest. de sponsal secus si clam, vel ma-
la fide, & secundum hoc concurrit supra eodem, causam. &
cap. prox. no. exposit. Innoc. nam non requiritur, quod eccle
sia approbet matrimonium contrahi, vt matrimonium di-
catur contractum in facie ecclesiæ: nam sufficit, quod eccle
sia non contradicat, idem dixit Innoc. & But. in cap præced.
& ibi dixi.

8 Extra glos. Ioan. And. quærit, an † opponens illegitimita-
tem teneatur ipsam probare, an vero incumbat probatio fi-
lio, quod sit legitimus. Ioan. And. dicit, quod aut est pura ne
gatiua, vt quia negatur matrimonium fuisse inter parentes,
& tunc filius tenetur probare, vel contra matrimonium in-
ter parentes, vel communem opinionem viciniæ; aut non
est pura negatiua, vt quia non dicitur matrimonium non
fuisse legitimum. & tunc dicit, quod opponens debet proba
re, quia cum sit negatiua qualit. debet probari a negante,
vt no. in cap. bonæ, el primo. de elect. vbi plene habetur, cui
incumbat probatio negatiuæ, & cum dictis Ioan And. tran-
sit dom. Cardi. sed But. latius distinguit, cuius dicta in effectu
compræhendit Abb. Sic. vnde Abb Sic sic distinguit, vt in ef
fectu habeantur dictæ glo & Docto. cuius distinct. in aliqui-
bus supplebo. vnde dic, quod aut filius agit dicens se legiti-
mum, aut contra eum agitur.

Primo casu dicit, quod ipse debet probare se legitimum,
quia hoc est causa suæ intentionis. & dicit, quod hoc potest
probari multis modis.

Primo modo, si doceat parentes suos contraxisse publicè,
vt hic.

Secundo, si probat, quod communis opi. viciniæ habebat,
quod erant maritus, & vxor, vt dicit hæc glo. in fi. quã Abb.
Sic. dicit notandam. idem dicit Io. And. & dom Card. sed ali
ter dicit But. vt statim dicam.

Tertio, si probat, quod parentes se tractabant, vt maritus
& vxor, vt no. Innocen in cap. ex parte, de restit. spol. & alij
modi numerantur, supra eod transmissæ sed vtrum commu
nis opin. quod habebantur, & reputabantur pro marito, &
vxore, sit sufficiens ad probandum filium legitimum. Butr.
dicit, quod videtur, quod sufficiat, quia non deducitur prin-
cipaliter matrimonium, postea dicit, quod non sufficeret,
quia deducitur principaliter matrimonium, cum sit causa
causæ agendi, arg. l. & quæ nondum. §. quod dicitur ff de pi-
gnor. & quod no. Bart. in l quidam in suo. ff. de condit. instit.
secus si matrimonium esset antiquum, arg. eorum quæ notã
tur in cap. veniens, de verborum sign & dicit But quod non
obstat, quod dixit supra eodem, transmissæ. quia illud proce
9 dit, quando dubitatur de sola † filiatione, quæ non est de faci
li probabilis, vt in l. Lucius. ff de conditio. & demonstratio.
sed hic dubitatur de sola legitimitate ex matrimonio con-
tracto, quod est de facili probabile. & non obstat l. filium. ff.
de his qui sunt sui, vel alie. iur. quia illam intelligit But. quan
do testes probant matrimonium directo, quia ibi non dice-
batur, quod esset opin quod esset natus ex matrimonio, sed
dicebant, quod erat natus ex vxore vicinis scientibus dicit ta
men But. quod putat. quod sufficeret probare, quod esset na
tus ex illa, quam vicinis scientibus, & communi opi. tenebat,
& tractabat pro vxore, quia per hoc etiam concluditur pro
prietas matrimonii, per no. in cap illud, de præsumpt. vnde
dicit, quod sola fama sine tractatu non sufficeret. Tractatus
autem cum fama sic, & hæc vera, secundum ipsum in matri-
monio de recenti, in matrimonio autem antiquo bene suf-
ficeret sola fama, & sic videtis secundum Butr quod sola fa-
ma, seu communis opin. viciniæ, quod aliqui sint maritus, &
vxor, non sufficit ad legitimitatem prolis, nisi sit antiqua, vel
nisi constet, quod se tractauerint vt maritus, & vxor, secun-
dum Ioan. And & dom Cardin & Abb Sic dicunt. quod so-
la fama, seu communis opinio de matrimonio sufficit ad le-
gitimationem prolis. & ista opinio mihi videtur verior mor
tuis parentibus, per ea quæ dixi supra eod lator.

10 Sed dubium est, an † aduersarius admittatur ad probãdum
contra filium, quod non sit legitimus ipso probante, se le-
gitimum modis supradictis. glo. hic sentit quod sic. Sed con
cludo ex mente Innocent. & Doctor. quod aut aduersarius
vult probare, quod parentes nunc contraxerunt matrimo-
nium, & admittitur ad hoc probandum, de testibus, ex teno-
re. aut vult probare, quod sciebãt impedimentum, vel quod
clan-

cland. sine contraxerunt, cum subesset impedimentum, & debet admitti, vt in cap. fin. §. si quis. & § pari modo, de clan. despon. aut vult probare solum impedimentum stante contractu matrimonij in facie ecclesiæ, & non admittitur ad hoc probandum, nisi probaret, quod ambo parentes sciuerunt impedimentum, vt infra eod. ex tenore & dicto capit. fin. §. si quis. & § pari modo, de clandest. desponsa. præsumitur enim ignorantia, nisi factum esset manifestum, vt in regula, ignorantia. & in regula, præsumitur, in 6. & sic intellige quartam solutionem supra positam.

Secundo casu principali, quando aduersarius agit contra filium, dic secundum ipsum, quod aut aduersarij nihil interest, & non admittitur ad probandum, quod filius non sit legitimus, aut interest forte ad ipsum spectat hæreditas, si filius non est legitimus, puta quia est consanguineus defuncti vel ab ipso fuit hæres institutus, & tunc aut negat matrimonium, & tunc secundum Abb. Sic. filius debet probare se legitimum modis supradictis, aut confitetur matrimonium, sed dicit, quod non fuit legitimum propter impedimentum per rationes supradictas: sed oportet, quod probet, vel malam fidem contrahentium, vel clandestinitatem, vt supra dixi. & dicit Abb. Sicu. quod prædicta sunt perpetuo notanda, quia pulchra, & quotidiana. sed quid si aduersarius probat, quod
11 filius est † infamatus de illegitimitate, & sic probat infamiã. Hostien. & Ioan. Andr. in cap. veniens, de presbytero non baptizato. dicunt, quod debet se purgare, vt in cap. accedens, de purgat. can. sed si non probatur infamia, dicunt, quod suæ cõscientiæ debet relinqui, allegauit hoc cap. & supra eod. transmissæ. & remittit Host. ad summam, de clandest. despõsat. §. qua pœna, versic. & in conspectu & quod no. in Speculat. de sponsalib. in fi. & intelligit Hostien. in dicto cap. accedens, de purgat. cano. quod debet deferri iuramentum ad purgationem, quando filius est infamatus de illegitimitate, nisi esset diu habitus, & reputatus tanquam legitimus, quia tunc subsequens infamia non esset attendenda, arg. huius cap. & cap. fin. de presbytero non baptizato. & idem sequitur Ioã. Andr. & But. & Abb. Sic. sed dom. Card. ibi dicit, quod debet inspici, ex quibus coniecturis sit orta infamia, quia poterit esse talis, quod erit opus purgat. vt in cap. si quis el secondo, de purgat. cano. & mihi placet opi. Hostien. quam communiter sequuntur Doct. nam ex quo habitus, & reputatus est pro legitimo, fama sequens non potest habere aliquem effectum, quia ei derogatur ex habitu, & tractatu præcedente. & ad hoc vide quæ dixi supra eodem, transmissæ. & vide quæ dixi de ista materia, supra eodem, lator. in glo. penult. & no. per Docto. de præsumpt. illud. Sequitur capitulum, per tuas.

SVMMARIVM.

1 *Testium dictum attenditur probans legitimum, licet opinio viciniæ, & tractatus parentum obsient.*
2 *Legitimitatem cum probamus satis est probare per opinionem viciniæ, & sic econtra.*
3 *Testes præferuntur opinioni viciniæ.*
4 *Dicto parentum etiam cum iuramento non statur super filiatione simpliciter.*
5 *Probationibus concurrentibus, vna vera, altera præsumptiua, iudex secundum veram iudicare debet.*
6 *Probatio dubia releuat ponentem & probantem, quando ad intentionem concludit.*
7 *Sponsalia de futuro ex copula in instanti transeunt in matrimonium de præsenti, & proficiunt ad legitimandam prolem.*
8 *Argumentum a simili est fallax, & destruitur ostensa vna dissimilitudine.*
9 *Sententia non tam confirmatur per rationem, quæ mouit iudicem, quam per aliam.*
10 *Aduocato fouente iustam causam, vtrum liceat allegare per fas, & nefas.*
11 *Pater si appellat filium naturalem, sine alia probatione efficitur legitimus, & sequuntur plures modi legitimandi.*
12 *Superior vtrum possit non obstante mala causa, possit confirmare sententiam.*
13 *Naturalem filium imperatori offert pater, vt fiat curialis, etiam si filios legitimos habeat.*
14 *Pater nominans in instrumento, vel alia scriptura cum subscriptione testium naturalem filium simpliciter, non solum ille, sed fratres efficiuntur legitimi.*
15 *Ius quo ad probandam filiationem, an acquiratur ex nominatione.*
16 *Dominum si quis aliquem appellauerit, an sibi præiudicet, quin de prædictis agere possit.*
17 *Assertioni parentum ita demum super filiatione creditur, si non sit præiudicium aliis filiis.*
18 *Dicto parentum, quando & qualiter credatur, per quatuor casus resoluitur.*
19 *Sententia est nulla, vbi iudex exprimit causam falsam, licet ex alia causa potest tolerari.*
20 *Sententia sustinetur ex causa, quæ non est contra ius commune, vbi duæ fuerint expressæ causæ, vna scilicet contra ius litigatoris, alia contra ius commune.*

CAP. XII.

1 PEr tuas. Statuit dicto † testium probantium aliquem legitimum, licet opi. viciniæ, & tractatus parentum habeat contrarium, hoc dicit.

In prima ponitur consultatio.

In secunda responsio. secunda ibi, nos igitur.

Nota primo ibi, maioris partis viciniæ bonum tex. in arg.
2 quod ad probãdum † legitimitatem. satis est probare, quod opin. viciniæ habebat, parentes illius fuisse legitime coniunctos: & sic e cõ ad probationẽ illegitimitatis, satis est probare, quod opi. viciniæ habebat, parentes illius fuisse concubinarios, & no. quod sufficit maior pars viciniæ, vide in versi. dicta paucorum, in cap. inquisitionis, de accusat. infra eod. & Bart. in l. de minore. § tormenta. ff de quæst.

Nota secundo, quod probatio, & depositio testium præfer-
3 tur † opin. viciniæ, & tractatui parentum. & ratio est, quia ex dictis testium colligitur vera probatio, sed ex opinio. viciniæ, & tractatu parentum resultat probatio præsumptiua.
4 Tertio nota text. expressum, quod † dicto parentum super filiatione non statur etiam cum iuramento, si tractatus præcedens, & fama viciniæ est in contrariũ, quod notandum, secundum Abb. Sic. & hoc habet locum, etiam si fiat in extraneis, puta in infirmitate filium instituat hæredem, & ipsum appellat filium, vt hic pater.

Ex quo infert But. quod testificatio facta in extraneis non videtur plus ampliare fidem testium, quam faciat testificatio facta in vita, seu in sanitate, de quo de testit. in integ. cum ex literis.

Quarto nota, secundum Butr. quod concurrentibus dua-
5 bus † probationibus, vna vera, alia præsumptiua, iudex debet se fundare super vera, non autem super præsumptiua. & dicit, quod hoc modo potest intelligi hæc Decretalis, & hoc secundum vnum intellectum. & ratio est, secũdum But. quia vbi concurrit probatio vera, & præsumptiua, si iudex fundat se super vera probatione præsumptiua ostendit se dubiũ, vbi deberet esse certus, & sic processus habet in se quandam tacitam repugnantiam, infra de purgat. cap. cum dilectus. sed de hoc latius dicam infra.
6 Quinto nota, secũdum But. quod dubia † probatio, & multipliciter intelligibilis releuat ponentem, & probantem, quãdo in quolibet intellectu concluditur ad intentionem probare volentis, argum. de testib. cum causam, de rescrip. ex parte, de foro compe. ex parte B. & de proba. tertio loco. & supra eo. causam & dicit But. quod hoc est verum, etiam si in quolibet intellectu non sit probatio eiusdem qualitatis, puta si ex vnico intellectu resultat probatio vera, & ex alio intellectu probatio præsumptiua, dummodo vtraque probatio de se sit sufficiens, & hoc probat hæc Decretalis, nam affidare potest intelligi de matrimonio contracto per verba de præsenti, & per verba de futuro, & vtrobique secuta copula, de qua constabat, concluditur matrimonium, sed in vno casu cõcluditur matrimonium verũ, in alio præsumptum, & per hoc patet, secundum But. quod sufficit dictum testis conclu-
7 dere vere, vel præsumptiue, & sic † sponsalia de futuro ex copula in instanti transeunt in matrimonium de præsenti, & proficiunt ad legitimandam prolem natam ante contracta spõsalia de futuro, quod no. pro extensione capitu. is qui, supra de sponsalibus. & capit. tanta. supra eod. nam ille tex. qui loquitur de matrimonio vero, habet locum in matrimonio præsumpto, vt hic.
8 Sexto nota, quod † argumentum a simili, est fallax, & destruitur ostensa vna dissimilitudine, vt dicit glo. prima quæstio. prima, sicut vrgeti. de quo dic, vt in capitulo, translato. de constitutio.

Nota vltimo in verbo, incertos. quod quandoque confir-
9 matur † sententia, non tam per rationem, per quam motus est primus iudex, quam per aliam. vide bonum tex. infra de accusat. ad petitionem.

Et ex hoc infert Hostiẽ. quod aduocatus qui fouet iustam causam, debet allegare iura facientia pro se, & si non fuerint efficacia

efficacia, vt quis potest eis respondere: nam experientia docet, quod sæpe iudices, & consultores magis mouentur ad pronunciandum per iura, quæ minus faciunt, quam per ea, quæ plus faciunt. quod tamen est intelligendum, secundum dom. Cardin dummodo faciant, quia quæ non prosunt singula, multa iuuant, de proba cum causam. sinau em non faciunt, non licet trahere iura ad reprobum sensum. ff. ad exhib. l. pen. & in regula si lib. 6.

10 Vtrum autem liceat aduocato † fouente iustam causam allegare iura per fas, & nefas. glo. in cap. cupientes, in princip. in ver. malignantium, de elect. in 6. & idem tenuit glo. 24 q. 3. cap. j. pro quo facit secundum But. quod licet bona defendere armis etiam decipiendo hostes. 23. quæst. 2. vtilem. multo fortius per tales allegationes dicit tamen But. se audiuisse a Venerando Magistro] Luca ordinis Prædicatorum de Florentia, quod contrarium tenent Theologi, quod licet mentiri. 22. quæst. 2. ne quis arbitretur. sed ego sum suetus sic dicere, quod aut ille qui fouet iustitiam in principali vult vti falsis allegationibus, vel falsis testibus, vel mendaciis, & hoc sibi non licet, quia non potest esse sine peccato, vt dicto capit. ne quis arbitretur. 22. quæst. 2. & de hoc est tex. cum glo. 4 q. 4. nullus. aut vult vti simulationibus, vel insidiis, vel cauillationibus absque mendacio, vel falsitate, & hoc licet, nec talis peccat, vt in dicto cap. vtilem & in dicto cap. ne quis arbitretur. 22. quæst. 2. & de hoc videtur tex. in dicto cap. nullus. in fi. 4 quæst. 4. & 23. quæst. 2. cap. 1. & hoc modo, quod dicit ibi glo. & glo in cap. cupientes. in princip. in verbo, malignantium. de electio in 6.

Nunquid autem teneatur aduocatus, quæ faciunt pro aduersario. glo. dicit, quod non. in d. c. nullus.

In glo in verbo, affidauerit dic, quod verbum affidare, potest intelligi pro sponsalib. de præsenti, & de futuro, vt supra dixi, secundum But in quinto notab.

In glo. in verbo, appellauit. hæc glo. ponit plures modos, per quos filij naturales efficiuntur legitimi, & est notabilis, & quotidiana ad eam remittimus. & pro eius expeditione opponitur contra text. nam iudex dicit, quod pater appellauit

11 istum, de quo in tex. filium, sed quando † pater naturalem appellat filium efficitur legitimus sine alia probatione legitimitatis, vt in auth. item si quis. C. de nat lib.

Glo. soluit, quod illud procedit, quando pater non habet filios legitimos. tamen in corpore, vnde sumitur illa authē. itē si quis, non distinguitur, an pater habeat filios legitimos, vel non. sed hoc exprimitur in Auth. quib mod nat effic. leg. §. si vero non habens. qui § est allegatus in glo & sic glo. vult intelligere, quod iste habebat filios legitimos ex illa, ex qua contraxerat matrimonium in facie ecclesiæ, & hæc solutio est bona in se, sed diutina, quia hic non apparet, quod haberet filios. sed Ioann. Andr. dicit, quod contrarium procedit, quando nominat filios concubina viuente, sed hic forte cōcubina erat mortua, quare hæc fictio legitimitatis nō posset adaptari ad impossibile. sed hæc solutio non placet Bu. quia tex loquitur indistincte, ergo debet intelligi, quod per talem nominationem legitimetur filius, siue mater sit viua, siue mortua, quia sufficit hoc aliquando fuisse possibile, vt habeat locum fictio.

Item soluit Ioan. Andr diuinan. ad tex. secundum cum, quod mulier hic esset mortua, & cum hac opin. But. videtur transire Abb Sic sed Bar. in quodam consilio, quod incipit, Odoratius. Gualdo, consuluit secundum opinionem Ioan. And. & ideo esset tenenda in iudicando, quia communiter tenetur per Doct. vt dicit hic But licet ipse teneat contrarium. & secundum hoc dicit, quod mens iuris ciuilis est, quod per talem nominationem filius efficiatur legitimus, quasi pater intelligatur contraxisse matrimonium cum concubina, sed hæc fictio non potest habere locum, si est mortua. sed postea But. dicit, quod aut tractatur de imprimenda de nouo legitimat. & tunc sit opin. Ioan. Andr. scilicet an vxor viuat, an sit mortua, vt supra dixi: aut tractatur de probanda legitimat. & sic tanquam in præteritum fuerit legiti. & tunc non est facienda differentia, an sit mortua, quia omni casu appellatio filiationis in vltima voluntate, & in actu communiter filio proportionabili, vt instituendo eum hæredem, probat eum filium, & hoc mihi placet. & per hunc modum cōcordat opinio Io. And. cum opi. sua.

Item But. tertio modo soluit contrarium supra factum. dicit enim, quod dato, quod per illa verba filius fuerit legitimatus, non tamen iudex bene pronunciauit motus ex hac causa quia non constaret de matrimonio per testes, ex talibus verbis nō poterat legitimari, quia iam legitimatus erat, vt in cap. inter dilectos, de fide instru. ad fi. ver cum iuxta legitimas sanctiones. igitur pronunciando eum legitimum hæredem nō fuit ex hac causa legitimatus, vt hæres, sed ex alia, scilicet contractu sponsaliorum, ex quo dicit But. quod non sufficit iudicem iuste pronunciasse respectu finis, nisi ex causa iuste pronunciauerit, de quo infertur secūdum But quod licet quo ad effectum, iudex iuste pronunciet, si tamen causa, per quam mouetur ad pronunciandum est iniusta, sententia est iniusta. Item si exprimeret causam, quæ contineret expressum iuris errorem, sententia esset nulla, licet iudex quo ad effectum iuste pronunciasset. facit quod dicam infra secundum But. secundum glo. fin.

12 Vtrum autem † superior possit non obstante mala causa confirmare sententiam dic vt in cap. ad penno. de accus. & hoc no secundum Abb. Sic.

Quarto modo soluit contrarium, & clarius dicit enim, quod prædicta auth. item si quis. quæ allegatur pro contraria, non poterat habere locum in casu huius capituli, quia per illa verba non intelligebat filium legitimare, cum prius dixisset, quod matrimonium contraxerat cum matre, antequam suscepisset filium ex ea, & hoc clare patet in tex. & sic illa confessio non disponebat: hinc est, quod testes deposuerunt postmodum super contractu matrimonij, secus si filius fundasset se super illa nominatione duntaxat: tunc enim haberet locum contrarium. sed reuertendo ad solutionem glo. habes vnum modum legitimandi filium. s. quando pater nominat eum filium, & est natus ex ea, quæ poterat esse vxor, nec supersunt alij filij legitimi, & viuit mater filij naturalis, sed quātum ad filios legitimos: intellige secundum But. quod ad imprimendam legitimitatem de nouo, secus quo ad probandum filium ex retro fuisse legitimum, quia tunc non est vis, an supersint filij legitimi, vel non, quia præsumitur retro fuisse legitimus: sed in contrarium dicit illud, quod dicit hic Innoc. nam Innoc. vult, quod non stetur confessioni patris, quādo tendit ad præiudicium aliorum filiorum, vt dicam infra super glo. fi. & hoc videtur verius.

Secundus modus legitimandi filium est, secundum glo. si

13 pater filium naturalem offert Imperatori, vt fiat † curialis, vt in Auth. quib. mod. nat effi sui. §. si quis igitur quod procedit etiam si pater habeat alios filios legitimos, in dicto §. si quis igitur. & intelligit Hostien. quod fiat curialis in curia senioris, vel nouæ Romæ, vel ciuitatis originis suæ. vel cuiuscunque Metropolis. Idem in filia, quam copulat officiali dictorum locorum. C. de natu. libe. l. 3. Instit. de nupt. ad finem. & tales, cum filiis legitimis possunt æqualiter institui, vt in Auth qui. mod. natu effic. sui. §. hæc quoniam. & hoc quando ex libera muliere susceptus est filius: nam si ex serua non posset tunc offerri legitimis filiis superstitib. vt in Auth. quib mod. nat. effic. sui. § si quis igitur, fuerit. & §. iste modus. fit autem filius curiæ oblatus legitimus, tunc quando consenit oblationi, aliter non, vt dicta auth generaliter. Idem dicas, si quis contraxerit matrimonium cum concubina, nam per hoc non legitimatur filius inuitus, & hoc post multa tenuit Guiliel. de Cun & Bal. in l benignius ff. de legi. allegat dicto § generaliter. & § illud. & l fi. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur.

Tertius modus est, si filius naturalis offerat se curiæ, sed differt a casu præcedenti, quia si pater offert curiæ, filius legitimatur, etiam si pater habeat alios filios legitimos, sed quando offert seipsum, oportet, quod nullus extet legitimus, vt d. auth. § si quis igitur fuerit, ad fin.

14 Quartus modus ponitur in glo scilicet si † pater in publico instrumento, vel in alia scriptura cum subscriptione testium nominat filium, & non dixit naturalem. nam hoc casu non solum ipse nominatus, sed etiam alij fratres ex eadem matre suscepti efficiuntur legitimi, vt in Auth liceat matri & auiæ. §. ad hoc. & hoc procedit, si legitimi non supersunt, vt eadē Auth. § si vero non habens. & iste casus differt a primo casu enumerato per glo. quia ibi loquitur de testamento, hic de alio instrumento. Item ibi eum instituendo, hic aliter nominando.

Quintus modus extra gl. est, si pater dixit in testamēto se velle filios naturales sibi esse legitimos successores, & hoc si non extēt alij filij legitimi, & si post mortem patris princeps approbat, vt in Auth. quibus modis nat. effic. sui. § si vero. is, qui. solummodo fierent legitimi etiam non secuta principis approbatio. & hoc si dixerit eos naturales, sed si dixisset eos simpliciter, ex hoc fierent legitimi etiam non secuta principis approbatione, vt in casu præcedenti dictum est.

Sextus casus est per sequens matrimonium, supra eod. tanta. quod habet locum tam in matrimonio vero, quam in putatiuo, vt dicit ibi glo. fin. & super ea dixi. & in cap. referente, super glo. fin. supra eod.

Septimus modus est per legitimationem Papæ, vel Imperatorum, vel aliorum habentium potestatem legitimādi, vt videbitis j. eod. per venerabilem. & de hac materia remittit Host. ad summam, eod. tit. §. & hos casus.

In

15 In ca glo.In fi. an ex nominatione acquiratur† ius quo ad
probandum filia nonem, plene dixi, & de donat. per Doct in
l. ex his verbis. C. de testam. milit. per Bart. in cap. fin. de suc-
cess ab intest. & per dom Dominicum in cap. si Papa, de pri-
uil. in 6. & per Ioan. de Imo. in clem 1 infra de probat. in qui-
bus locis habetur, an verba enunciatiua probent. sed domi.
Cardi. hic in fine commenti inducit ad quæstionem facti, ali-
16 quis scribendo literas alteri appellat eum † dominum talis
loci, vel episcopum talis ecclesiæ. & dicit, quod ex hoc non
præiudicatur scribēti quin agere possit pro prædictis, vt quia
non illum, sed si dicit esse dominum, vel episcopum: nam ta-
lis nominatio fuit facta propter aliud, scilicet causa intima-
tionis, vt sciretur ad quem literæ diriguntur, & ex hoc satis
decidi vor ex no. in locis prædictis.
In glo. in verbo, affidasse. Abb antiquus dicit, quod idem
esset, si esset susceptus ante sponsalia, dummodo contraxerit
cum matre istos, antequā contraheret cum secuoda, quod
dicit Ioan. And procedere, si contraxit sponsalia de præsenti,
tunc enim legitimatur proles, vt supra eod. tanta. Secus in
sponsalibus de futuro, quia illa non faciunt matrimonium,
nisi sequatur copula, de sponsalib. veniens el secondo, & sic
etiam non legitimant prolem, pro hoc litera ibi, siue per ver
ba &c. & cum hac opin. Ioan. And transit dom. Cardin. in 6.
opposit. Idem dicit But ad finem commenti reassumens ver
ba glo. pro clariori intellectu. dicit enim, quod dato, quod
constaret de matrimonio, & de copula, ex quo non constar
copulam fuisse subsequutam affidationem, per hoc non con
cluditur matrimoniū: sed dicit, quod sufficeret probare ma-
trimonium, & prolem esse natam ex coniugibus, si de alio
matrimonio non constaret, quia tunc concluderetur legiti-
mus. aut legitimatus, si natus fuit ante sponsalia, & postea
fuerint contracta sponsalia, quæ transiuerunt in matrimo-
nium legitimum, si natus fuit post sponsalia.
In glo fin. Ioao. And dicit, quod hæc dissimilitudo parum
valet. nam cum credatur neganti filium, fortius deberet cre-
di affirmanti, seu confitenti filium: nam in primo est odium,
& in secundo fauor. dicit ergo Ioā And. quod ibi negabatur
filiatio, hic qualitas legitimitans, & cum hoc transit dom.
Cardin. in secunda opposit. & But. dicit, quod est satis bona
solutio, quia filiatio non est bene probabilis, vt in l. Lucius.
ff de condit. & demonst. sed bene legitimus, ideo admittun-
tur probat. quæ inueniuntur, siue pro, siue contra. & sic vult
inferre But. quod siue stetur dicto parentum super filiatione,
non tamē statur super legitimitate. Qualiter autem non cre
datur dicto parentum. Qualiter autem hoc procedat, dicam
in distinctione, quam infra subiiciam.
Tertia solutio est, quod ideo non creditur dicto parentis,
quia opi viciniæ, & tractatus ipsius erat contra assertionem
ipsius, nam per prius tractauerat illam vt concubinam, non
vt vxorem. Item factum procedens obuiabat, nam relinquē-
do illam mulierem, & transeundo ad alia vota, videtur fuisse
confessus illam nō esse vxorem merito, non creditur sibi po
stea asserenti contrarium, & forte propter hoc contrarium
Papa dicit, quod hæc Decretalis loquitur in capit. dissimili a
cap. transmissæ, supra eod. & ista solutio est bona, & tenetur
per Doctores.
Quarta solutio, quod ibi vterque parentum negabat fi-
lium hic vnus tantum asserebat sed dnm. Cardi in secunda
oppo dicit, quod etiam mulier idem asserebat, sed hoc non
est verum, quia vt ex tex. apparet, fuit assertio solius viri, sed
But. contra hanc solutionem arguit, quia asseueratio filiat.
quam facit solus pater in testamento probat filium, quia est
actus proportionabilis filio magis, quam extraneo, vt dicit
Bart in l. 1. §. item per contrarium ff de lib. agnosc. & dixi su-
pra eod. transmissæ. sed But ad hoc respondet dicens, quod
non sufficit ad causam allegatam per iudicem esse bonam,
nisi probetur per ius, quod alleg vnde licet causa hic allega-
ta per istum episcopū esset bona, videtur, quod deberet præ-
sumi filius legitimus, ex quo pater in testamento eum hære
dem instituit, & filium legitimum appellauit, non tamen sa
cit ad hoc cap. transmissæ. supra eod. quia in casu dissimili lo
quitur, ex quo dicit But non esse cautum, quod iudex in sen
tentia exprimat causam, & si exprimat causam in sententia
magis incautum est legi allegare ad probandum causam ex
pressam, quam amittere, de quo se remittit ad ca. sicut, de re
iudic & ad cap. ab excommunicato, de rescrip.
Quinta solutio est Inn. quæ est notabilior omnibus aliis,
scilicet quod in cap transmissæ. non dicitur, quod credatur
dicto parentum, si dicunt eum filium, sed ibi creditur, quia
dicebant non filium. & ratio differentiæ est, quia per illam
confessionem non fiebat præiudicium aliis filiis, immo pro
ficiebat eis. & sic vult Innoc. quod ita demum credatur asser
17 tioni parentum † super filiatione, quando non fit præiudi-
cium aliis filiis, secus si fit præiudicium, & hoc perpetuo no.
pro limitatione capituli, transmissæ. supra eodem. Ista ta-
men solutio diuinat ad tex quia non apparet ex tex. quod pa
ter haberet alios filios, vnde tertia solutio magis conuenit
18 literæ. But. tamen in hac materia distinguit, † facias quatuor
casus.
Primus est, quando parentes ambo asserunt, vel negant fi
lium, & confessio, vel negatio tendit ad præiudicium alio-
rum, & tunc non credatur tali confessioni, vel negationi, vt
hic, secundum sol. Innoc.
Secundus casus est, quando confessio parentum non ten-
dit ad præiudicium aliorum filiorum, & tali cōfessioni nihil
obuiat, vel sola communis opi tantum & hoc casu dicit Bu.
quod creditur assertioni parentum & de hoc est casus supra
transmissæ, & ibi plene dixi.
Tertius casus est, quando contra assertionem parentum
obuiat tractatus ipsorum, & tunc eis non creditur, vt hic:
præualet enim tractatus assertioni, vt in c. per tuas. de proba.
& hoc tenuit glo. in d. c transmissæ.
Quartus casus est, quando solum alter ex parentibus ali-
quid asserit super filiatione affirmando, vel negando. & hoc
casu dic, quod in illis casibus, in quibus non creditur ambo-
bus parentibus, multo minus creditur vni tantum. in illis au
tem, in quibus creditur ambobus, an credatur assertioni vnius.
dicit But. quod aut habet communem opinionem contra se
& tunc non creditur sibi, vt hic: tamen iste tex. loquitur, quā
do habebit contra se, & communem opinionem tractatum,
si nihil habet, tunc dicit But. quod sibi creditur, dū tamē no
minet in actu filio proportionabili, secundum ea, quæ dixi
supra eod. transmissæ.
Sed aduerte ista distinctio But non videtur procedere in
probanda legitimitate, quia super ea non videtur stari dicto
parentum, cum possit legitimus vere probari nō sic filiatio,
vt dixit Ioan. Andr. & sequitur Butr vt supra dixi in secunda
solut. possemus pro concordia sic dicere, quod autem filius
non est infamatus de illegitimitate, & tunc statur dicto alte-
rius ex parentibus asserentis ipsum legitimum, aut est infa-
matus & hoc casu, si maritus, & vxor confitentur esse filium
suum legitimum, eis creditur, dumtamen aliis filiis non fiat
præiudicium & ratio est, quia testimonium amborum parē
tum præualet opin. viciniæ, seu infamiæ. ad hoc supra eod.
transmissæ vnde Ioan. And. debet intelligi, quando alter tan
tum confitetur legitimum stante opin. viciniæ, quod non sit
legitimus. & ita videtur sentire But. in distinctione, quam su
pra feci. & hoc vltimum adde ad ea, quæ dixi supra eod per-
uenit, circa fin. distinctionis, quam ibi feci.
Extra glo opponitur contra tex. quod ista sententia non
debuerit confirmari, quia vbi iudex exprimit causam falsam
19 in sententia, † sententia est nulla, licet ex alia causa possit
sententia tolerari, vt in cap cum ex literis, de resti in integr.
& melius in cap. ex parte, de concess præben. Hostien dicit,
quod contrarium procedit, quando vnica causa, & falsa est
expressa in sententia, secus vbi exprimuntur aliæ causæ, quia
tunc virtute aliarum causarum substinetur sententia, vt est
casus notabilis ad hoc cap. cum inter, de re iudica hic enim
episcopus fundauit se super Decretali, transmissæ, quæ in ca-
su dissimili loquitur. Item super probat. & substinetur sen-
tentia vigore probationum. & facit iste textus pro dicto In
nocen. in capitulo, in præsentia de renunciationib vbi dicit,
quod si duæ causæ exprimunt in sententia, quarum vna est
contra ius litigatoris, alia est contra ius commune, substine-
20 tur † sententia propter illam causam, quæ non est contra
ius commune, quod nota. ad limitationem capituli primi,
de re iudicata. & hoc tenent Doctor. in capitulo, cum inter.
de re iudica & plenius per Butr. in capitulo, in præsentia, de
renunciatio. & in capitulo, ab excommunicato. de rescript.
in quibus plene tractat, quando vitiet sententiam, vel non.
Item in eis tractat, quando iudex restringit se ad certam cau
sam, sed cum dictione, maxime, vel præsertim, an tunc falsa
causa, vitiet sententiam, ibi videas. & hoc procedit, scilicet
quando hoc probetur per istum tex. intelligendo, quod il-
lud verbum non tam positum in tex. stet priuatiuè, vt sit sen
sus, quod Papa firmauit se in confirmatione sententiæ, non
super Decretali transmissæ, sed super probatione Si autem
intelligatur, quod stet comparatiue, vt sit sensus, quod ma-
gis fundauerit se super probatione, quam super Decretali
transmissæ, prout aliqui intelligunt, tunc nō colligitur hic,
quod vbi iudex exprimit causam falsam, & causam legiti-
mam, quod sententia remaneat valida propter causam le-
gitimam, tamen dictum est verum, & communiter tenetur
per Doct. Sequitur capitulum, ex tenore.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex secunda uxore ignorante aliam habere virum vxorem, sunt legitimi.*
2 *Mater tanquam coniuncta persona potest agere pro filio.*
3 *Verbum quondam, denotat priuationem qualitatis.*
4 *Prolis legitimationem inducit ignorantia alterius coniugum circa impedimentum.*
5 *Ignorantia impedimenti subesse debet tempore prolis susceptæ.*
6 *Nepos legitimus, cum patrem non habuerit legitimum, non admittitur ad hæreditatem aui.*
7 *Impedimentum quodlibet matrimonij per ignorantiam fauore legitimitatis, an censeatur sublatum.*
8 *Error inficiens matrimonium, legitimat etiam prolem.*
9 *Ignorantia parentum circa matrimonium, quando prosit filijs.*

C A P. XIII.

EX tenore. Coniugatus viuente prima in facie ecclesiæ contrahit cum se
1 cunda hoc ignorãte, legitima erit eorum † proles. hoc dicit, duæ sunt partes.

In prima iudicum consultatio.

In secunda responsio cum ratione. secunda ibi, intelligentes.

2 Nota primo, quod † mater tanquam coniuncta persona potest agere pro filio, regulariter autem nõ, de quo vide tex. & glo in l fœminis. ff. de procuratorib. & in capitu ex parte, de appellationibus.

3 Nota secundo in verbo, † quondam. no priuationem qualitat. verba, cui adiungitur, concordat ca. ex parte, de so compet. & dic, quod importat tria tempora, scilicet præteritum tempus & futurum, vt in cap olim, de offic. deleg. vnde Bart. in l. r. § hoc autem edictum. ff de oper. no. nunc. dicit se defendisse quoddam instrumẽtum, in quo dicebatur, Martinus quondam Petri, cum pater viueret, vide Bar. in l. eius qui in prouinciam, in prin. ff si cer. pet. vbi dicit Bart. quod etiam si in instrumẽto dicitur Martinus, Titij, cum pater sit mortuus, valet instrumentum, quia debet subaudiri quondam.

4 Nota quod ad legitimationem † prolis sufficit ignorantia alterius coniugis, etiam si suberat impedimentum coniugi, & quod plus est, etiam si ex parte alterius committatur adulterium, vt quia alter habeat coniugem. & vide hoc, ad quod quotidie allegatur iste tex. hoc tamen intellige, quando matrimonium fuerit contractum in facie ecclesiæ, alias filij nõ essent legitimi, vt in cap fin §. si quis, de clandest despon.

Quid autem si quis viuente vxore tenet cõcubinam ignorantem illum habere vxorem a filijs dicatur spurius non obstante ignorantia concubinæ. dic quod sic. vt dixi supra eod. tanta. in glo. 2 nam iste tex procedit, quãdo dant operam rei licitæ, secus si illicitę.

5 Quarto nota, quod † ignorantia debet subesse tempore prolis susceptę, vnde non sufficeret ignorantia tempore cõtractus matrimonij, si tempore successionis filij sciebant impedimentum. & dic susceptionis, idest conceptionis, vel natiuitatis, secũdum But. nam ille qui est in vtero, habetur pro nato quantum ad commodum, vt in l. qui in vtero. ff de statu homi & Instit de ingen § 1. & dixi supra eod. tanta. & cap. quod nobis. vnde si ambo parentes, vel alter eorum tempore conceptionis filij ignorabant impedimentum, sed tempore natiuitatis vterque sciebat impedimentum, filius nascitur legitimus, quia bona fides inspicitur tempore conceptionis filij. ad hoc supra eod. cum inter.

6 No. vltimo, quod licet nepos † sit legitimus tamen ex quo natus est de patre illegitimo, nõ admittitur ad hæreditatem aui sui, cum enim filius veniat ex persona patris, si pater excluditur, per consequens excluditur & filius, vidistis supra eodem, el primo, & cap. lator quod hic non erat quæstio de hęreditate mariti, idest patris huius pupilli, nam sibi filius successisset, quia erat naturalis, & legitimus quo ad eum, vnde ei successisset exclusis omnibus alijs, vt in auth in successione. C. de suis, & legit sed erat quæst. de hæreditate delata marito, scilicet patri huius pupilli.

Sed quæro, quando dicatur matrimonium contrahi in facie ecclesiæ. Innoc. & Doct. hic tangunt. sed dic, vt dixi in c. fi. de clandest. despon.

Vltimo quæritur, nam hic innuitur a contrario sensu, q
7 si vtrũque sit † impedimentum. Hostien dicit, quod procedit in quolibet impedimento, siue consanguinitatis, siue affinitatis, vel quodcunque aliud sit impedimentum. quia hic loquitur de alio impedimento, quam consanguinitatis, vel affinitatis, & licet cap fin. de clandest. despon. videatur loqui in impedimento consanguinitatis, respondet Host. quod idem est in quolibet alio impedimento canonico, quia est eadem ratiõ, nec dicitur proles fauorabilis, nisi quando matrimonium contrahitur in facie ecclesiæ eo modo, de quo dicitur in dicto cap. fin. & dicit Hostien. quod quamquam dictũ cap. fin. videatur odiosum, & pœnale, tamen fauorabile est, quia fauore animarum inductum est, non debet ergo restringi, sed dilatari, vt euitentur pericula, & in prole puniantur parẽtes mandatum ecclesiæ contemnentes. ff. quod met causa. l. isti quidem. & l. 3 sol matr. & istud tenet Ioan. And & communiter Doct. licet Goff. & Vincent. videantur aliter dicere, dixi in dicto cap. fi. de clandest. despon. & dicit Abb. Sic. quod ratio Hostien. est singulariter no. & non tradenda obliuioni, videlicet, quod constitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari, quando emanat, vt euitẽtur pericula animarum. Quid autem si emanat constitutio in fauorem ecclesiarum. vide glo. notabilem in cap sciant. in antepen glo. de electio. in 6.

In glo. prima. glo. bene dicit. & de hoc dic, vt plene habetur in cap ex parte, de appell.

Secundo modo potest intelligi tex. quod vxor petebat aliquam partem, quam lucrabatur ex consuetudine, vel ex pacto.

In glo. si hæc glo. diuiditur in duas partes.

In prima declarat, & supplet tex.

In secunda quærit, & respondet. secunda ibi, sed nunquid.

Prima pars est clara, & dixi super tex. & vide quę dixi supra eod cum inter.

In secunda parte glo. dic, quod aut seruus contrahit cum libera muliere, aut serua contrahit cum libero.

In primo casu dic, quod si matrimonium contrahitur in facie ecclesiæ filij sunt legitimi propter putatiuum matrimonium, & etiam ingenui quia sequuntur cõditionem matris, & non patris, vt vidistis in cap. 1. de libero ventre, & possent ordinari ad sacros ordines, & est notabile, secundum Butr.
8 quod ille † error qui inficit matrimonium, ille idem error legitimat prolem Non obstat l. 3. C. solu. matrimo quæ dicit illum spurium, quia ille tex procedit de iure ciuili, secundum quod non tenet matrimonium inter seruos, vel inter liberũ & seruum, secus de iure canonico, vt supra de coniug. seruo. per totum. aut contrahitur matrimonium clandestinum, & tunc filij non sunt legitimi, vt in cap. fi. § si quis. de clandesti. despon. quod intelligas, quando contrahitur matrimonium ignoranter, secus si scienter quia tunc teneret matrimoniũ, vt in cap. proposuit, & in cap fin de coniug. seru. & per consequens filij essent legitimi, nec distingueretur, an matrimonium fuisset contractum in facie ecclesiæ, vel clandestine, quia cum non subsit impedimentum, & ex quo scienter cõtrahunt, filij sunt legitimi. aut liber cõtrahit cum serua, quã putabat liberam, & tunc talis non potest promoueri ad ordines, quia dato quod ei non obstet illegit propter opin. matrimonij obstabit sibi tamẽ seruitus, quia sola opi. matrimonij non facit eum liberum, ex quo partus sequitur ventrem, & ideo repelletur ab ordine tanquam seruus, & hoc tenet ibi Ioan. And. Butr & dom. Card in secunda opposi quam facit post primam quæstionem. idem sequitur Abb. Sicu qui dicit esse bene notandum, quod filij suscepti ex matrimonio putatiuo sunt legitimi etiam quo ad ordines, dicit tamẽ, quod posset instari in contrarium, quia in spiritualibus attenditur veritas, & non opi vt no. in c. 1 de vo in 6. sed responde, quod filij sunt verè legitimi propter ignorantiam alterius ex parẽtibus, nec debent reputari legitimi pro parte, vt in c. per venerabilem. iuxta princ.

9 Vltimo circa ignorantiam † parentum, conclude secundum Doctores, quod aut matrimonium est contractum clãdestine, & ignorantia parentum non prodest, vt in capitulo finali. § si quis, de clandesti. desponsat. Aut matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, sed ambo sciebant impedimentum, & proles est illegitima, vt dicto cap fin versic pari modo, de clandest. quod intelligit Ioan. Andr & Doctor. nisi esset tale impedimentum, cui contrahentes possent renunciare, vt conditio seruilis, nam si scientes de hoc contrahunt, tenet matrimonium, & filij sunt legitimi, vt de coniug. seruo. capit. primo, & secundo, & hoc puto, etiam si matrimonium esset clandestinum, quia ex quo ambo sciunt, non dicitur esse impedimentum. vt in cap primo, de coniug. seruo. vnde tenet matrimonium, & filij sunt legitimi perinde, ac si nullum esset impedimentum, vt in cap. fin. de clandest despon aut ignorabant ambo, vel alter impedimentum propter ignorantiam facti, & filij sunt legitimi, aut propter ignorantiam iuris. & de hoc dic, vt dixi supra eodem, per latum, & cap referente.

SVMMARIVM.

1 *Proles infidelium qui postea conuertuntur est legitima, licet sint parentes in gradu prohibito.*
2 *Vtilitas publica facit, vt aliqua tolerentur.*
3 *Matrimonium in gradu prohibito inter infideles tenet.*
4 *Verbum, volumus, ius nouum, vel gratiam importat.*
5 *Ignorantia iuris diuini, non debet excusare.*

CAP. XIIII.

1 Gaudemus. † Proles infidelium qui postea conuertuntur, est legitima, & si parentes sint in gradu prohibito, vel circa. hoc dicit.
2 Nota primo, quod propter † publicam vtilitatem aliqua tolerantur, & quod in dilatatione fidei est publica vtilitas.
3 Secundo nota, quod inter infideles tenet † matrimonium in gradibus prohibitis l. canonica. & est ratio, quia lex canonica non astringit contra infideles, vt in capitu gaudemus, de diuortiis.
4 Sed opponitur contra tex. dum dicit, † volumus: nam hoc verbum importat ius nouum, vel quandam gratiam, vt dicit glo in clem. j in verbo, volumus de offic. Vica. sed de iure stricto filij sunt censendi legitimi, cum inter infideles sit verum matrimonium, ex quo non est impedimentum nisi l. canonica, vt in cap. de infidelibus, de consang. & affin.

Solutio. Iste text. dupliciter intelligitur secundum glos. & Doctores.

Primo, vt loquatur de matrimonio contracto in gradu cõsanguinitatis prohibito l. canonica tãtum, secundum istum intellectum, vt tollatur contrarium. Host exponit volumus, idest velle debemus.

Secundo modo intelligitur in prole suscepta ex secundo matrimonio repudiata prima coniuge, sm l. infidelium, & tunc verbum, volumus, stat proprie, quia matrimonium nõ valet cum secunda prima viuente, vt in capit. gaudemus, de diuort & ex gratia filij reputantur legitimi. & pro hoc facit secundum Ioan. And quia si inter Christianos sufficit opin. cõtrahentium ad legitimationem filiorum, fortius debet sufficere inter infideles, qui credebant legitime posse contrahere post repudium datum primæ coniugi, vt dicit Abb Sicul. quod hoc dictum est notandum quia nullibi probatur: nam hoc cap (si bene ponderetur secundum eum) loquitur, quãdo suberat impedimentum l canonica tantum. sed secundum alium intellectum subest impedimentum de iure diuino, cum Christus expresse prohibuerit secunda duci prima viuente, vt in dicto cap gaudemus, de diuort. ignorantia vero
5 † iuris diuini non debet excusare, vt in cap quia ea 38. distinct. & dicit, quod de rigore iuris hæc opin. videtur verior. sed habito respectu, quod filij fuerunt suscepti ex matrimonio putatiuo secundum l. infidelium potest hoc dictum sub stineri, quod tamen dicit nullibi probari. sed opi. Ioan And. sequitur dom. Card & But vnde dicit, quod quando infidelis repudiata prima vxore contrahit cum secunda tale matrimonium non tenet, tametsi conuertuntur ad fidem ob fauorem dilatationis fidei, istud ius dispensat, vt filij sint legitimi & credo, quod iste intellectus sit verior ad tex quam primus, quia iste text. videtur velle inducere aliquid de nouo, quod hoc iam erat decisum per capitulum, de infidelibus de con sanguin. & affin. vnde dic, quod ignorantia iuris diuini non excusat infideles sic contrahentes matrimonium a peccato, tamen ex quo fuerunt in bona fide, quia contraxerunt matrimonium secundum legem suam, si postea conuertuntur ad fidem, filij legitimantur auctoritate huius canonis. Sequitur capitulum, per venerabilem.

SVMMARIVM

1 *Papa potest legitimare, seu dispensare cum illegitimis etiam quo ad hereditates.*
2 *Genitiuus denotat dominium.*
3 *Prælatum posse promouere causam laici apud Romanum Pontificem.*
4 *Clericus potest esse procurator laici in foro ecclesiastico.*
5 *Religiosus an possit esse procurator in iudicio sæculari.*
6 *Legitimatio est decor, & honor.*
7 *Legitimatio, vel dispensatio cum legitimis, non debet fieri absque causa rationabili.*
8 *Papa potest super ius dispensare de plenitudine potestatis.*
9 *Indecens sicut Deo est impossibile, ita Papa, qui gerit vices eius.*
10 *Dispensari per ecclesiam potest etiam cum natis ex adulterio, vt promoueantur in episcopos, & etiam in summos Pontifices.*
11 *Arguere a maiori licet in casu dispensationis.*
12 *Donatio facta per Constantinum ecclesiæ, comprobatur.*
13 *Negans Canones esse veros, incurrit heresim.*
14 *Legitimatus quo ad spiritualia censetur legitimatus quo ad actus personæ principaliter inhærentes.*
15 *Papa potest tam directe, quam indirecte vbicunque legitimare, quia ad eũ proprie, non ad alium pertinet legitimatio.*
16 *Matrimonium de iure ciuili improbatum, de iure canonico approbatur.*
17 *Potens in principali potest in consecutiuo, & econtra.*
18 *Papa potest legitimare natum pro matrimonio constituti in sacris, vel professi ad vtrumque forum.*
19 *Papa si iudicat de legitimitate, in consequentiam iudicat de hæreditate.*
20 *Legitimatio est duplex, alia propria, alia impropria.*
21 *Differentia inter legitimare, & dispensare, secundum Io. And.*
22 *Papa non potest dispensare in gradibus prohibitis.*
23 *Præceptum negatiuum plus obligat, quam affirmatiuum.*
24 *Papa nullo modo potest dispensare matrimonium in gradibus prohibitis a iure diuino, in quibus non reperitur Deum permisisse.*
25 *Papa potest dispensare in secundo gradu, non vt ex tunc, sed vt ex nunc.*
26 *Legitimatio triplex, plenißima, plenior, & plena.*
27 *Papa an legitimare possit, vbi materia per sex casus tractatur, secundum But.*
28 *Papa non potest fingere consensum, vbi non est circa matrimonium.*
29 *Papa non legitimat quo ad terras imperij, non disponendo in radice matrimonij.*
30 *Potestas Papæ tanta est circa ius positiuum, vt possit tollere constitutionem etiam quo ad effectus præteritos.*
31 *Legitimatio habilitat quo ad omnia, sed dispensatio habilitat quo ad quid tantum.*
32 *Imperator vtrum possit legitimare in facie ecclesiæ, & per plures casus examinatur.*
33 *Iudex laicus non potest cognoscere, an quis sit legitimus, an non, quando descendit ex vinculo matrimonij.*
34 *Legitimatus ab Imperatore non potest ordinari, nec beneficiari, nisi aliter dispensetur.*
35 *Imperator an legitimet per rescriptum.*
36 *Restitutus famæ per Imperatoris dispensationem, an reddatur aptus ad ordines, vel extendatur ista dispensatio ad loca non subdita dispensanti.*
37 *Imperator an possit legitimare ante coronationem.*
38 *Legitimandi potestatem habens per Papam, vel Imperatorem poterit legitimare in eorum terris.*
39 *Comes Palatinus qui habet potestatem legitimandi, non potest naturales legitimare ad eorum petitionem, sed bene patris.*
40 *Communitas nunquid per statutum possit aliquem legitimare.*
41 *Ciuitas non potest dare veniam ætati, nec natalibus restituere.*
42 *Ciuitas an possit legitimare, per septem casus discutitur.*
43 *Legitimationis titulus non præsumitur ex sola allegatione iuncto cursu temporis, cum sit contra ius commune.*
44 *Papa, vel Imperator an possit facere legem, quod omnes illegitimi succedant tanquam legitimi, & pariter admittantur ad honores.*
45 *Statutum quod spurij admittantur ad successionem, an valeat.*
46 *Papa potest interpretari ius diuinum, non tollere.*
47 *Naturalis natus ex soluto, & soluta repellitur a successione extantibus legitimis per ius positiuum, & diuinum.*
48 *Populus qui non est liber, non potest legitimare reintegrando iure legitimitatis, vt sit legitimus vbique locorum.*
49 *Legitimatus ab episcopo, an possit promoueri.*
50 *Episcopus non potest dispensare contra ius, nisi in casibus permissis.*
51 *Spurius qui est simul & incestuosus, an legitimari possit ab habente potestatem legitimandi spurios, & incestuosos.*
52 *Mixta comprahenduntur sub simplicibus, vbi sit larga interpretatio.*
53 *Solennitas quæ requiratur in legitimatione.*
54 *Surreptio non solum vitiat ipso iure literas ad beneficia, sed quascunque literas gratiæ.*
55 *Agnati an sint citandi in legitimatione facienda spurij.*
56 *Pater legitimans naturalem, an debeat habere consensum filiorum legitimorum.*
57 *Motus proprius non confirmat rescriptum contra ius alterius.*
58 *Princeps restituere in integrum ex certa scientia etiam cum præiudicio alterius potest.*
59 *Pater non potest legitimare spurium in præiudicium filiorum legitimorum.*
60 *Princeps non potest alteri auferre ius quæsitum.*
61 *Legitimatio an valeat, si agnati fuerint vocati, & sint contumaces.*
62 *Legitimatio dicitur donum, & confirmatio.*
63 *Consensus patris, & filij requiritur in legitimatione.*

64 Filius

64 *Filius legitimus an debeat consentire in legitimatione naturalis filij, vel spurij.*
65 *Legitimatio an petatur per se, & non per procuratorem.*
66 *Pater adoptare, & dominus manumittere non possunt per procuratorem.*
67 *Nepos natus ex filio, an per auum legitimari possit.*
68 *Filius legitimari an possit, vt sit legitimus in totum, et tamen quo ad certam partem tantum bonorum succedat.*
69 *Pactum cum filio quod non succedat patri, non tenet, nisi appositum esset iuramentum.*
70 *Ratio qua exprimitur in filio legitimo, habet locum etiam in filio legitimando.*
71 *Effectus legitimationis quis sit, & quotuplex ea sit.*
72 *Statutum in materia stricta faciens mentionem de legitimo, an comprehendat legitimatum.*
73 *Le[gitimatio] in quo differat a dispensatione.*
74 *L[egitimatus] an efficiatur habilis, ita vt quo ad patrem, & quo ad agnatos succedat, & vide quatuor casus.*
75 *Legitimatus an excludat substitutum, si pater decesserit sine legitimis liberis.*
76 *Legitimatus an excludat substitutum, si testator dixerit, si hęres meus decesserit sine legitimè natis.*
77 *Natiuitas filiorum legitimorum, an vitiet legitimationem factam filij naturalis ob sterilitatem vxoris.*
78 *Statuto loquente, quod pater teneatur emendare damnum datum per filium, an teneatur emendare pro filio naturali dante damnum, & numero 86.*
79 *Notarius creatus a Papa, an possit conficere instrumenta in terris imperij.*
80 *Notarius creatus ab Imperatore, an possit conficere instrumenta in terris ecclesiæ.*
81 *Notarius laicus an possit conficere instrumenta in causis spiritualibus.*
82 *Inferiores a Papa, vel Principe sine eorum auctoritate, an possint creare notarios.*
83 *Instrumenta notariorum qui non fuerunt a Papa, vel Imper. creati, an faciant fidem extra territorium.*
84 *Naturalium filiorum appellatione, largo modo comprahenduntur omnes præter adoptiuos, & spirituales.*
85 *Naturalis filius vt dicatur quis, tria requiruntur.*
86 *Pater an teneatur emendare damnum datum per bastardum, & numero 89.*
87 *Statutum loquens, quod omnes de tali familia ad aliquid teneantur, an comprahendat, seu contineat bastardos.*
88 *Appellatione de domo qui veniant, & qui de domo dicantur, & quando bastardus intelligatur.*
89 *Bastardi non includuntur in statutis pœnalibus appellatione filiorum, secundum Bal.*
90 *Patre damnato cum filijs suis, non continebitur etiam filius naturalis.*
91 *Filiorum illegitimorum duo genera traduntur, secundum Aug.*
92 *Appellatione filiorum an comprahendantur bastardi, per sex casus discurritur, quos vide.*
93 *Pater interficiens filium spurium debet puniri. l. Pompeia. de parricidijs.*
94 *Nomen patris, & matris est naturale, & incutabile, & ideo cadit in filium naturalem.*
95 *Naturalis ex coitu permisso in materia fauorabili, appellatione filij comprahenditur.*
96 *Bastardus an possit deferre arma, siue insignia patris.*
97 *Statutum quod omnes hæredes, vel legatarij soluant gabellam de relictis, nisi fuerint filij, vel nepotes, an includat bastardos.*
98 *Solutio facienda de his, quæ titulo lucratiuo relinquuntur, vel donantur, qualiter ponderetur.*
99 *Bastardi an comprahendantur in testamentis facta mentione filiorum, & nepotum.*
100 *Filij presbyterorum appellantur adulterini.*
101 *Matrimonium dicitur contrahi inter presbyterum, & ecclesiam.*
102 *Dictio, præsertim, sumitur pluribus modis.*

C A P. XV.



Er venerabilem. Hoc capi. difficile est, & famosum, & repertum fuit per But. & postea per dom. Iac. de Zoch. qui in sua repetitione interserit tractatum de legitimatione, editum per famosum Monarcham de Rosellis, & maximam partem dicti tractatus posuit in hoc cap. partem etiam in c. tanta. & partem in c per tuas. supra eod. Ego modo solito post antiquos referam But. & dom. Cardi. scilicet dom. Franciscum Zabarellã, qui fuit Archiepiscopus Florentinus, & postea Cardinalis, & quando Ioan. de Imo. ipsum allegat, cõsueuit nominare dominum Florentinum. sed mos istius studij est, quod appelletur do. Cardi. & ita consuetus sum ipsum nominare. Item referam ea, quæ dicit Abbas Sicul. Cæteris omissis, ne deuiem a stilo consueto, hoc dicit hæc Decretalis, secundum Ioã And. post Abbatem Papa non legitimat in temporalibus alienæ iurisdictioni subie-
1 ctos. vel secundum dom. Cardin. † Papa potest legitimare, seu dispensare cum illegitimis etiam quo ad hæreditatem, vt hic in terris ecclesiæ, vel non recognoscentibus Imperatorem illo patiente, qui est illarum princeps, in alijs non legitimat eos, qui nati sunt ex affectu non matrimoniali quo ad hæreditates. vel tertio, secundum Abb Sic. secundum intellectũ quem tenet. In terris suis Papa põt illegitimos legitimare, in terris vero alienis non, nisi ex causis multum arduis, vel nisi in spiritualibus, tunc tamen indirecte per quandam consequentiam intelligitur legitimare etiam quo ad temporalia, sed hoc vltimum nõ procedit sine scrupulo, vt infra patebit, diuiditur in duas partes principales.

In prima petitio.

In secunda responsio. secunda ibi, quod autem.

Secunda subdiuiditur in quatuor partes.

In prima probat quinq; rationibus, quod dispensationem petitam facere potest.

In secunda ponit similitudinem, quam inducebat supplicans, quam quinque rationibus improbat.

Tertio probat auctoritate veteris, & noui testamẽti, quod vbicunque iuratur certis ex causis inter Christianos potest se de temporalibus intromittere.

In quarta petitionem non exaudit. secunda secundæ ibi, videbatur. tertia secundæ ibi, rationibus. quarta ibi, licet igitur.

Nota primo ex præscriptione, secundum dom Card. quod
2 † genitiuus denotat dominium: nam debet subaudire domino, alias non dixisset mons Pesulani, sed monte Pesulano. sed de hoc, an genitiuus significet dominium. dic, vt in c. j. de postul. prælat. & in c. pro illorum, de præb. & per Bar. in Rub. ff. de oper. noui nunc.

Secundo nota ex tex. iuncta eadem subscriptione cle-
3 ricum † etiam prælatum posse promouere causam laici apud Romanum Pontificem, & ex hoc bene colligit Abb.
4 quod † clericus potest esse procurator laici in iudicio ecclesiastico. sed Abb. Sic. recurrit ad no per glo & Doct. & per se in cap in nostra, de procurat. & per Feder de Sen consi. 163. plus dicit Abb Sic quod etiam in foro sæculari potest clericus esse procurator laici in vna causa & iura prohibentia talem procurationem debent intelligi de generali procuratione, & allegat singulare dictum Innoc. in cap j de oblig ad ratiocinia. vbi Innoc. hoc expresse tenet. idem sensit in cap sed nec. ne cler. vel mon. & vide Archid in cap peruenit. 86 dist. & per Compostellanum in cap. dilecti de arbit & per hoc dicit Abb. Sic. se alias dixisse in quæst facti, quod etiam in foro sæculari possit clericus esse procurator clerici, cum possit esse laici, vt supra dictum est, quod est fortius sed de hoc dixi post Abb Sic in cap sacerdotibus. & in capit sed nec ne cleri. vel mon. & ista est conclusio, quam tenet Abb. Sic. ibi, quod in vna causa possit clericus etiam sacerdos esse procurator laici etiam in iudicio sæculari causa amicitiæ, vel alia causa honesta, & non causa auaritię Generalis autem procurator esse non potest, & idem dicas de aduocato, & sic limita totũ titulum, supra de postul.

5 Quid autem de † religioso, an possit in iudicio sæculari esse procurator pro amico monasterij. dic vt in capitulo, cum l. & A. de re iudic & in clem. religiosus de procur.

6 Nota tertio ibi, decorari. quod † legitimatio est decor, & honor: ex quo infertur, quod oppositum est ignominia: nam licet non sit peccatum generari, est tamen defectus, & dixit Azo in summa. C. de infa. quod illegitimus est infamis in facto, & hoc plene examinaui in salut clementinatum. Quare autem illegitimus non potest promoueri ad ordines, vide bo glo in c. 2. de fil presbyt. in 6

7 Nota quarto ibi, diuersis causis inspectis quod † legitimatio, vel dispensatio cum illegitimis, nõ debet fieri absque causa rationabili, peccant ergo qui dispensant sine causa: nam vt dicit Hostien & Ioan. And. licet Papa a nemine iudicetur. 9. quæst 3. aliorum. tamen peccare potest, & subiacet iudicio Dei, de quo de præben de multa, de voto, cap magnæ. 2. q 7. nos si incompetenter. & de offic deleg sane. vbi de hoc in gl. quæ dicit, quod Papa iudicatur ab eo, cui confitetur. & dicit dom. Cardin. in versic. quod autem, in quinto notabili quod dispensatio deberet fieri ex causa necessitatis, vel vtilitatis, vel prorogatione personarum, vt in cap de multa, in fine. de præben. sed dicit But. quod de honestate Papa non debet legi

timare

dispensare cum illegitimato absque causa. dicit tamen, quod est
speciale in ipso, vt sola voluntas sufficiat ad validitatem di-
spensationis in beneficialibus, & in aliis quæ sunt prohibita
l. canonica iatum. & dicit But. de hoc esse casum notabilem
in cap. cum nostris versicu. nos vero, de concess. præben. sed
Abb. Sic. dicit. quod ille tex non bene probat, & quod melius
probat cap innotuit, de elect. Sed tu dic, quod illud capit. fa-
cit pro opin But ibi, vel indulgentia Sedis Apost. speciali, vel
alia iusta, & necessaria causa: nam ille text æquiparat indul-
gentiam Sedis Apostol. causæ iustæ, & necessariæ: & dictio,
vel, debet poni inter diuersa, ergo secundum illum tex. debet
sufficere indulgentia Sedis Apostolicæ, etiam si non ostenda
tur causa dispensationis, ex quo Papa dispensauit. Item dic,
quod cap. innotuit, de elect. non omnino probat, quia facit
iudicio meo, cap. proposuit, de concess. præben vbi dicitur,
8 quod de plenitudine potestatis † Papa potest super ius dispen
sare Item dictum But. fuit originaliter dictum Innoc. in cap.
cum ad monasterium, de statu mona. vbi Innoc. dicit, quod
In his quæ sunt de iure positiuo sola voluntas Papæ habetur
pro causa dispensationis, secus in inferioribus, quibus est per
missa dispensatio, quia non possunt dispensare absque cau-
sæ cognitione, & si dispensant, non valet dispensatio, sed re-
uocantur, & ipsi peccant, & puniuntur. Sed inquantum loqui
tur de Papa, Abb. Sic. dicit, quod Innoc debet intelligi quo
ad ecclesiam militantem, quia nemini licitum est disputare,
an bene, vel male dispēsauerit. sed quo ad Deum dicit, quod
peccat, si sine causa dispensauerit. maxime ex affectione car-
nali, quia debet esse diligens, & prudens paterfamilias, &
cum agat vicem Dei debet se cōformare, inquantum potest
voluntati diuinæ, vt in cap. vt nostrum, ne ecclesiastica bene
ficia. & temiterit Abb Sic. ad ea, quæ dixit post beatum Tho.
in dicto cap de multa, de præben. & per Ioan. And. in cap si
quando, de rescrip. & in cap. significauit, de offi. deleg. & glo.
notab in cap. non est, de voto. & in cap. quanto, de iureiuran.
quæ glo dicunt, quod Papa non dispensat in voto, nec in iu-
ramēto sine causa, & peccat quo ad Deum, si aliter facit, nec
ille cum quo dispensauit, est tutus, licet ab aliis debeat præsu
mi. quod cum iusta causa Papa dispensauerit, quia non licet
inferioribus iudicare de facto Papæ, & hoc examinaui in di
ct. cap. non est. & plenius in capit. cum ad monasterium, de
statu monac.

Item tene mēti vnam regulam multum magistram in ma
9 teria potestatis Papæ quod quemadmodum quodlibet † in-
decens est Deo impossibile, ita est impossibile Papæ, qui gerit
vicem Dei, quia non habet maiorem potestatem vicem ge-
rens, quam principalis dominus. & pro hoc vbi datur inde-
centia, gestum, vel dispensatum per Papam, non tenet, hoc di
xit notabiliter Host & omnes Doct. in c. constitutus, de reli.
dom quod tene menti.

Nota texto ibi, adulterinis quod etiam cum natis ex adul
10 terio potest † dispensari per ecclesiam, vt promoueantur in
episcopos dic. quod etiam in summos Pontifices, vt in capi.
Osius 56 di. vbi numerantur plures, qui ex clericis geniti pro
moti fuerunt in summos Pontifices, immo dominus Iesus
Christus descendit ex adulterino complexu mediate, non
autem immediate, quod intellige, vt habes eadem distin. do
minus. Hostiens. tamen supra eod. tanta. dixit, quod ecclesia
Romana non consueuit dispensare cum natis ex incestuoso
adulterio, vel alias damnato coitu, nisi religio. ingrediantur.
pro hoc facit infra eod. in si quod no quia indubio literæ di-
spensationis præsumuntur falsæ tanquam impetratæ cōtra
consuetudinem curiæ, vt in cap. præterea, de confirm. vti. vel
inut. & in cap. quam graui, de crim fal.

Sexto nota ibi, quod mainti conceditur, tex valde singula
rē, secundum Abb Sic. quod in materia dispensationis lici-
11 tum est † arguere a maiori. & dicit Abb. Sic quod facit cōtra
opinionem qua habet, quod licet episcopo concedatur po-
testas, vt possit in minori dispensare. dicit, quod iste tex. non
allegatur per aliquem, qui multum facit in contrarium, de
qua materia habetur in cap. si clerico. § de adulter. de iudic.
sed Abb. Sic tenendo illam opin. respondet ad istum text. &
dicit, quod loquitur allegando, & vide omnino no. per But.
& Doct. in c. postulasti, de rescrip.

12 Nota vltimo ibi, patrimonio beati Petri, quod † donatio
facta per Constantinum ecclesiæ hic approbatur, & clarius
in clement. Romani, de iureiur. & est bonus tex. in cap. fun-
damenta. post vnam col. versic. non autem ipsa mater eccle
sia de electio. in 6. vbi dicitur, quod miraculose ex dispositio
ne diuina fuit facta, & hoc est contra illos, qui dicunt, quod
de illa donatione non reperitur scriptura authen. & videtur
innuere But. quod qui teneret contrarium, esset quasi hære-
a ticus [a] Nam † negans canones esse veros, incurrit hæresim,
13 vt in cap nulli fas. 19. dist. & in cap generali, in glo. in verbo,
inhibentes de elect. in 6 facit quod no. Bart. in l. j. in princ. ad
finem commenti. ff. de requi. reis. & hæc sunt notabilia vsque
ad versic. videbatur.

Expediam totam materiam cum glo quæ quasi tota est in
hoc versic deinde, legam alios versic separatim.

Glos. secunda. ex hac glos. colliguntur explicite tres opi-
niones.

Prima est opinio, quod Papa non legitimet principaliter.
secundo quo ad temporalia in terris Imperii, sed legitimatio
quo ad spiritualia per quandam consequentiam extenditur
quo ad temporalia, & hæc fuit Io. opin.

Secunda fuit opinio Ber. glossatoris, scilicet quod legitima
tio Papæ non extendit se ad terras Imperij, nisi quo ad actus
spirituales.

14 Tertia opin ponitur in fi glo. s quod † legitimatus quo ad
spiritualia censeatur legitimatus quo ad actus personæ prin
cipaliter inhærentes. s. vt possit esse iudex, testis, vel habere a-
lias dignitates illegitimit. interdictas. ipsam opi tenuit Inno-
cen clarius tamen loquitur, quam glo. dicit enim, quod Pa-
pa legitimando in terris Imperij ad spiritualia indirecte ha-
bilitat legitimatum quo ad temporalia personæ adhæsibilia,
& alteri non præiudicabilia, vt per hoc possit testificari esse
iudex ad honores, & ad munera vocari quo ad effectus autē
reales, & personæ non adhæsibiles, dicit, quod etiam in con
sequentiam non potest Papa legitimare quo ad temporalia,
vt puta vt succedat in hæreditate: nam non potest Papa tol
lere ius quæsitum a non subdito, cum hoc a iurisdictione de
pendeat, & sic in effectu Innoc in tertia opin glo. vult, quod
vbi non infertur præiudicium alicui legitimatus a Papa quo
ad spiritualia intelligatur legitimatus etiam quo ad tempo-
ralia, secus nisi fieret præiudicium alteri, quia tunc non in-
telligeretur legitimatus quo ad terras Imperij, nec Papa quā
tum ad hoc, vt in consequentiam potest extendere suam le
gitimationem ad terras Imperij sed contra istam opin. facit
ratio tex. nam per hoc esset legitimus, & illegitimus, & sic
quasi monstrum.

Quarta fuit opin. Host. qui dicit, quod non dum indirecte,
& in consequentiam, vt dixit Io. Imo etiam directe, & prin-
15 cipaliter Papa † potest legitimare vbicunque. quia ad eū pro
prie, & non ad alium pertinet legitimatio, quia illegitimitas
prouenit ex defectu matrimonij. Papa autem solus potest su
per matrimoniis disponere, non autem Imperator: nam a ra
dice matrimonij descendit differentia legitimi, & illegitimi.
dicimus enim eum legitimum, qui natus est ex iustis nuptiis,
vt in l. filium diffinimus ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. &
dicimus eum illegitimum, qui natus est absque matrimo-
nio, sed Papæ proprium est disponere de matrimonio, & nū
alterius. Ergo disponere de legitimitate ad ipsum solum spe
ctat, hoc ostendit secundum diuinam, & humanam legem;
nam filij duorum fratrum contrahunt inuicem matrimo-
nium, & filij sunt legitimi secundum legem ciuilem, & tamē
Papa in terris Imperij impedit matrimonium, & filios facit
illegitimos etiam in terris Imperij, vt in capit non debet, su
pra de consanguin. & affin.

16 Item † inter pupillam, & tutorem prohibetur matrimo-
nium de iure ciuili ff. de ritu nup. l tutor. & C. de interdic.
matrimonio l j. prohibetur etiam, quod filius nō contrahat
matrimonium patre non consentiente, vt dixi in cap 2. de de
spon. impub.

Item prohibetur de iure ciuili, quod præses prouinciæ, vel
Rector ciuitatis, seu prouinciæ durante officio contrahant
matrimonium, & filij procreati ex tali matrimonio sunt ille
gitimi de iure ciuili, sed de iure canonico tenet tale matri-
monium, & filij sunt legitimi in quolibet foro igitur secun-
dum eum, concludendū quod qui potest in matrimonio di-
spensare, ille potest legitimare, & non alius, quia qui potest
17 † in principali, potest in consecutiuo, & qui non potest in
principali, non potest in consecutiuo, vt in cap. 3 de donat in
ter vir. & vxo. & de offic. deleg. prudentiam. § fin. pro hoc fa-
cit iste tex. in fi. nam quod non vere legitimando dispensare
cum nato contra legem diuinam, vel ex adulterino coitu, vt
hic in fi. potest tamen tales ad spiritualia admittere, ac si es-
sent vere legitimi & si dicatur, quomodo Imperator legiti-
mat, vt patet in Auth quib. mod. natu. efficiunt sui, & quibus
modis nat. effic. legit. respondet Hostiē quod illa est quædam
impropria legitimatio, potest enim Imperator legitimare i.
dispensare, vt tanquam si essent legitimi, admittantur, sed nō
proprie legitimare per iam dicta.

Ex hoc infert Hostien quod cum proprie legitimare refe-
ratur principaliter ad principium, vel radicem matrimonij,

quæ

ADDITIO.

a ¶ Idem dicit in §. insuper. secunda colum.

quæ sola, & vbilibet est Papę subiecta, potest ipsam Papa facere vbique, sed non Imperator, quia disponere de matrimonio nnn spectat ad ipsum. hanc opinionem sequitur Ioan. Calde. & Gasp filius eius, & dicunt, quod hæc est opin Guil. Nasonis, & etiam Hostien. sequitur eam in summa, eod titu. § qualiter. versicu salua reuerentia, & principale motiunm Ioan. & Gasp. Calder. est, quia hic est actus cuiusdam facultatis non proprie iurisdictionis, scilicet legitimare, Doctores facere, aliquem militare: vt enim est actus imprimens decorem quendam, & sic cuiusdam notionis, & facultatis est. l. instrumentorum § notionem. ff. de verbor. significa. & hanc facultatem potest cuique communicare, sicut ius annulorum anreorum, vt in l. 1. & 2. C. de in annul. aureo. Quando autem hoc non dependear a iurisdictione nihil repugnat, quin Papa vbilibet hoc possit, & domini de Rota, sua conclusione 146. licet nihil allegant, tamen resident in opin. Hostien. Butr. dicit, quod hæc opin. Hostien sibi non satisfacit in totum, quia sentit, quod vera legitimatio non Imprimatur per Imperatorem, quod esset mirabile, secundum eum, quia sequeretur, quod si statuta ciuitatnm facerent mentionem de legitimo, non extenderetur ad legitimatum per principem, quia hic stricte non est legitimus. Item dicit, quod præsupponit Hostien. Papam posse legitimare in terris Imperij, per quod sine dubio detrahitur potestati alienæ, & ponit manus in messem alienam. idem dicit Abb. Sicu. dicit enim, quod quanquam opin. Hostien. videantur colorata, tamen non habet fundamentum, quia legitimatio super matrimonio spectat ad iurisdictionem Papæ, quia ista est spiritualis, sed legitimatio principaliter non incipiendo a radice matrimonij est disponere de temporalibus principaliter, quod nõ spectat ad eum in terris Imperij, vt supra eo. causam sed Hostien. si bene consideretur, loquitur de dispensatione, quam facit Papa in radice matrimonij.

Ioan. And. posuit quintam opinionem satis notabilem: dicit enim, quod aut Papa vult legitimare prolem susceptam ex affectu non matrimoniali. & hoc casu non possit supplere matrimonialem consensum, non potest legitimare nisi quo ad suum forum, nisi locus sit de temporali iurisdictione ecclesiæ, vel nisi eo tempore quo fungitur vice Imperij, quia tunc potest sicut Imperatnr, de fo. compet. c. licet, & in clementi. pastoralis, ad fin. de re iudica. aut proles fuit genita ex consensu matrimoniali, licet de facto sit contractum matrimonium, & tunc Ioã. And. distinguit, quod aut matrimonium non poterat esse impediente lege diuina, vt quia vxoratus contrahit cum secunda, vel cum nepte. & adhuc Papa non potest legitimare, nisi vt supra dictum est. Aut nõ potest esse matrimonium impediente lege canonica tantũ, vt puta quis contraxit matrimonium cũ consanguinea, vel affine in quarto gradu, vel contra publicam honestatem cũ consanguinea sponsæ, & similia. & tunc aut Papa vtitur verbo legitimationis, vt quia legitimat matrimonium, & prolem, & tunc proles erit legitima quo ad vtrunque forum scilicet quo ad terras ecclesiæ, & terras Imperij. ratio est, quia Papa potuit tollere impedimentum inductum l. canonica, non autem Imperator, vt supra dixi. Aut simpliciter vtitur verbo dispensat. & tunc solum admittitur ad illa, super quibus est expresse dispensatum, cum dispensationes sunt odiosæ, & restringendæ, de fil presbyt. cap. j lib. 6.

Nec obstat, si diceretur, quod Papa potest dispẽsare ex causa, vt contrahatur matrimoninm in gradibus l. diuina prohibitis, vt no. de restit. spoliat. literas, in princ. nam licet approbet matrimoninm, approbat vt ex nunc, non vt ex tũc, sed in gradibus lege canonica tãtum prohibitis Papa potest approbare matrimonium vt ex tunc, idest vt ea retro, ac si a principio fuisset contractum legitime, plus enim potest in istis, quam in illis. pro hoc qnod no. de offic. delega. ex parte, el primo, de immun. eccles. quoniam.

18 Ex his infertur, quod † Papa potest legitimare natũ ex matrimonio constituti in sacris, vel professi quo ad vtrunqne forum, sicut dictum est, quando legitimat prolem ea matrimonio prohibito l. canonica, nisi dicatur, quod ius naturale propter votum impediat contrahere, licet ius canonicũ cõtractum dirimat, de cler. coniug. cum olim. & qui cler. vel vouen. rursus. ad hoc facit c. j. de vo. in vj. ita dicit Ioan. And. & domi. Cardin. in 1. q per duas col. dicit, quod hæc dicta Ioan. And. sunt notabilia, & ꝙ partim colliguntur ex no. per Hostien. in summa, eod. tit. §. qualiter. versic. salua reuerentia.

Butr. autem quo ad hoc vltimum simpliciter transit cum opin. Ioã. And. sed dom. Card. in loco supradicto vr̃ innuere, quod Papa possit legitimare prolem ex coniugio constituti in sacris, vel professi. & dixit, quod per hoc facit, quod ipse dixit in c. cum ad monasterium, ad fi. de sta. mona. Abb. autem Sic. dicit, quod quęstio est dubitabilis, mihi placet opin. dom. Card quæ etiam vr̃ de mente Io. An. nam licet votum sit de iure diuino, tñ votum de se non dirimit matrimonium, sed constõ ecclesiæ, ergo impedimentum ad dirimẽdum matrimonium est introductũ l canonica. & sic Papa potest dispensare disponendo in radice matrimonij quo ad vtrũq; forum. & hoc est minus dubium in genito ea parente constit in sacris, quia sola constõ ecclesiæ impedit constitut. in sacris ꝯhere matrimonium, non autem ius naturale, sed vouens impeditur ꝯhere matrimonium de iure naturali, & hoc not. dixit Inn. & Doct. sequuntur in c. placet, de conuer. cõiug. & ꝙ sola constõ ecclesię impediat existentem in sacris ꝯhere matrimonium, patet in c. Nicena. 31. dist. & 28. dist. si quis eorũ. idem credo, ꝙ Papa possit legitimare quo ad vouẽtem, quia licet votum de iure naturali impediat matrimonium, quia matrimonium, vel vsus matrimonij nõ potest simul stare cũ voto, in quo continetur continentia, vt dixit Inno. in d. c. placet. tñ ꝙ votum dirimat matrimonium, est ꝓp solam constit. ecclesiæ, nam non reperitur tm̃ in nouo, vel in veteri testõ, ꝙ non valeat matrimonium ꝯtum a vouente, fuit ergo sola constõ ecclesiæ, quæ distinxit inter votum simplex, & solenne, vt dicit glo. & Doct. in c. rursus, & ibi dixi, qui cler. vel vouen. essent ergo de iure diuino filij geniti ex matrimonio ꝯcto a vouente legitimi, quia causa prohibitionis non esset perpeta, ex quo votum solum impedit, & non dirimit, vt in ca. rua, de spon. duorum. Est ergo sola constitutio ecclesiæ, quæ facit filios non legitimos, vnde non est mirum, si Papa potest dispensare in radice matrimonij quo ad vtrunque forum. & hoc tene. Conclusio est ergo Io. And. ꝙ vbi Papa legitimando incipit, & incipere potest a radice matrimonij, & hæc sit proprie legitimatio, & extendat vbilibet quo ad vtrũque forum, sed vbi non refert se ad radicem matrimonij, vel non potest se referre, & hæc est potius dispensatio, & hæc nõ extenditur, nec potest fieri in terris non subiectis ibi, nisi in casu, in quo fungitur vice Imperij, quia tunc posset, sicut Imperator, vt in c. licet, de fo. comper. & in cleni. pastoralis, ad fin. de re iudic. & dicit But. quod hæc opin. Io. And. est ęqua, & notabilis, quia primo casu Papa incipit a principio. Secundo casu incipit ab accessorio principaliter temporali subiecto, quo casu nõ possit Papa dispensare. adducit But. simile.
19 Nã si † Papa iudicat de legitimitate in consequentiam, iudicat de hæreditate, vt in c. r. & in cap. per latum, in fi. & in c. quod nobis. s̃. eod. non tamen posset principaliter iudicare de hæreditate, vt s̃. eod. causam. Gasp. Cald. in commento super hac Rubrica reprobat aliqua de præmissis dictis Io. An. nam in eo, quod dicit Io And. quod Papa non potest legitimare prolem susceptam ex affectu non matrimoniali, quia non potest supplere matrimonialem consensum, dicit Gasp. hoc non posse procedere, quia Imperator potest legitimare, qui tñ non potest super matrimonio dispensare, & aliud est approbare matrimonium, & aliud est legitimare, ꝙ vltimũ fieri potest etiam mortuis parentibus. Item dum dicit Ioan. And. ꝙ Papa non potest legitimare prolem ex matrimonio ꝙ non tenet, impediente lege diuina. dicit Gasp. ꝙ Ioã And. est sibi contrarius in eo, ꝙ postea dicit, ꝙ super matrimonio contracto in gradibus lege diuina prohibitis, Papa potest dispensare ex causa. Item in eo, quod dicit Io Cald ꝙ Papa potest approbare matrimonium contractum ꝯ l canonicam vt ex tunc, dicit Gasp. Cald. hoc nnn procedere, quia sequeretur præiudicium alterius, vt si fuit collatum beneficium illegitimo, quæ collatio non valuit, de fil. presby. c. j. & de elect. cum in cunctis. & ca innuit. nam si non obstante illegitimitate conferatur beneficium illegitimo, & Papa postea approbet matrimonium vt ex tunc, & vt ea retro, ac si a principio matrimonium fuisset cõtractum legitime, aufertur beneficium ei, cui secundo fuit collatum legitime, quod vr̃ esse contra tex. in c quamuis, de rescrip. in vj. sed But. & do Card. dicunt, ꝙ Io. And. nnn meruit repræhendi. vnde But. dicit, ꝙ secun-
20 dum Host. est duplex † legitimatio, vna propria, alia impropria, propriam legitimationem vocat Host. illam, quę disponit in radice matrimonij, a qua surgit, quod filij sint legitimi, impropria autẽ legitimatio est illa, quę non est reintegratiua, seu restitutiua, sed nouiter collatiua iuris legitimit. vt illa est, quæ non disponit in radice matrimonij, sed nouiter confert legitimit. & istam vocat Ioan. And. dispensationem, & est impropria legitimatio.

Primum potest facere Papa vbilibet quo ad vtrunque forum, quam nõ potest facere Imperator etiam quo ad suum forum, & istud est, quod dicebat Hostien. quod illam non potest facere, qui non potest facere matrimonium, quia deficit princip. supra eodem, tanta. vnde dicit Butr. quod dictum Ioann. Andr. procedit de plano, quia reintegratiuã legitimatio. disponendo in radice matrimonij, solus Papa potest facere vbique terrarum, cum ad ipsum spectet

disponere in radicem matrimonii, sed collatiuam nõ potest,
quia hoc principaliter in effectu est temporalis, quæ non est
suæ potestatis idem in effectu dicit dom. Card in j q in 3. col.
dicit enim, ꝙ Ioã. And habuit respectum ad legit faciendam
eo modo, quo in §. eo tanta quo casu perinde est, ac si ab ini
tio fuissent nati legitimi & sic Io. And loquitur de legitima
tione reintegratiua matrimonii. Vtrum autem istam legiti-
mationem reintegratiuam possit Papa facere mortuis paren
tibus But. hic dicit, ꝙ non, quia non adaptaretur veritas. sive
possit esse matrimonium inter parẽtes, ex quo sunt mortui,
ergo nec fictio ff. si cer. pet l. si filius. & hoc mihi placet, & per
hoc dicas, ꝙ in quantum Io. And loquitur de legitimatione.
s approbatione matrimonii ista potest fieri solum viuis parẽ
tibus, non autem altero mortuo.

Quo ad secundum dicit dom. Cardi vbi s ꝙ Io. And facit
21 differentiam † inter legitimare, & dispensare, vt patet ex præmissis
nam vocat legitimatos, qñ habilitantur tãquam nati ex ma
trimonio, vt nunc dixi, dispensatos autem si non intercessit
etiam matrimoniũ. & dicit, ꝙ pro hoc si Papa possit ex causa
dispensare, & teneat matrimonium in gradibus l diuina pro
hibitis. facit ꝙ no. Io. And. in mercur. in regula, actus legiti-
mi & in regula, semel Deo, de reg. iur in 6. & ꝙ no. in c ex pu
blico, de conuer coniug idem dicit But. dicit enim, ꝙ vbi Pa
pa legitimat in gradibus. l. canonica prohibitis, dispensatio
trahitur retro, quia est talis, quæ est illud impedimentum nã
cum Papa sit supra ius positiuũ, vt in c proposuit, de cõcess.
præb eodem modo eius dispensatio est supra ius positiuum,
& dicit impedimentum præueniens a iure positiuo, sed qñ
adest prohibitio legis diuinæ, licet possit contra illam dispen
sare, dispensatio non trahitur retro propter prohibitum ini-
tium alterius potestatis. Abb. Sic. dicit, ꝙ hoc dictum Ioan.
And. perpetuo est tenendum menti, quia non probatur ali-
cubi, ꝙ Papa possit dispensare, vt cõtrahatur matrimonium
in gradibus prohibitis. l. diuina, adducit ꝙ no. in simili in re-
gula, semel Deo, in 6. in mercur. vbi concluditur, Papam pos
se dispensare cum religioso, vt contrahat matrimonium, de
quo etiam in c. cum ad monasterium, de sta. mon. vbi plene
habetur, allegat etiam Abb. Sic. ꝙ no. in regula, actus legiti-
mi, in mercur quæ etiam sunt allegata per dom. Card. & di-
cit Abb. Sicu ꝙ audiuit alias multum agitari in curia, nun-
quid Papa possit dispensare, vt quis ducat filiam fratris, vel
sororem: nam illi gradus videntur prohibiti. l. diuina, vt in c.
literas, de restit. spoliat. & in c gaudemus, de diuort. & dicit,
quod audiuit dispensationem esse factam ad instantiam ma
ximi principis, credit tamen talem dispensationem non pos
se fieri nisi ex maxima, & ardua causa sed ipse Abb. Sic in d.
c literas, simpliciter transit cum opin. Io. And. Sed ego in c.
cum ad monasterium § fin. de statu mon. tenui contrarium,
22 quia tex in d c literas expresse dicit, quod † Papa non potest
dispensare in gradibus prohibitis lege diuina, & verbum, nõ
potest, est negatiuum, quod importat necessitatem, vt dicit
glo. nor. in c. j. de reg. iur. in vj Ad hoc faciunt verba Leuiti-
ci, quæ sunt præcepti negatiui, nam in Leuitico dicitur turpi
tudinem sororis tuæ, & filiæ eius, non reuelabis, filiam filiæ
eius non sumes, quia dona caro sunt, & c quæ verba vide ple
nius per glo. 30 q. 1. pictatium, & in cap. literis. in glo. in ver-
23 bo, in gradibus de restit. spoliat. vnde istud videtur † præce-
ptum negatiuum, quod plus obligat, quam præceptum affir
matiuum: nam præcepta affirmatiua obligant semper, sed
non ad semper, quia interdum ex iusta causa potest quis ex-
cusari ab illo præcepto, sed præcepta negatiua obligant sem
per, & ad semper, & hoc ideo, quia sunt de peccatis, quæ se-
cundum se sunt mala, nec possunt bene fieri, de iureiuran. &
si Christus, versi. quædam, de reg iur c a. de quo vide late per
Docto. in c cum ex iniuncto, de hæret. sed istud est tale, quia
gradus prohibiti a iure, dummodo contineat prohibitionẽ
negatiuam, simile dicimus in vsura, quod Papa nõ potest da
re licentiam fœnerandi, cum de se sit malum, vt in cap. super
eo, de vsur. & vide quæ plene dixi circa vsuram, in cap. inter
opera, de spon. super prima glo.

Ex quo concludo, quod cum contractus matrimonij in
gradibus prohibitis a iure diuino sit sub præcepto negatiuo
Papa non potest dispensare, quia ideo potest concedere li-
centiam peccandi, vt plene dixi, vt in dicto cap inter opera.
sed potes sic dicere pro saluanda opin. Ioan. And quam com
muniter Docto. sequuntur hic, quod aut loquimur in gradi-
bus, & descendentibus per lineam directam, secundum ea,
quæ vidistis in capit fin. de consanguin. & affin. & tunc Papa
nullo modo potest dispensare: aut loquimur in transuersali,
vt puta, quod frater contrahat matrimonium cum sorore,
& eodem modo non potest Papa dispensare, nam hic est pri
mus gradus transuersalium: aut quod frater contrahat ma-
trimonium cum filia fratris, vel sororis. & hoc casu licet iste
gradus sit prohibitus a iure diuino, quia reperitur expressus
in Leuitico, vt dicit glos. in dicto cap. pictatium & in dicto
cap. literas. & tunc non potest Papa dispensare nisi interue-
niente ardua causa, ea autem interueniente dicendum est,
quod potest dispensare. & ratio est, quia reperitur Deum,
quandoque in tali gradu permisisse matrimonium. Nam
Abraham contraxit matrimonium cum Sarra, quæ fuit filia
fratris, de quo vide tex. 32. quæst. 2. quæritur cur Patriarcha.
vnde cum reperiatur Deum quandoque permisisse matri-
monium, debemus dicere, quod Papa poterit dispẽsare sub-
sistente magna causa. & hoc dixit glos. in d. c pictatium. 30.
q. 3. & in d c quæritur, cur Patriarcha. 32. q. 2. & in d. c. literas,
de restit. spoliat.

In cæteris autem gradibus prohibitis a iure diuino, in qui
24 bus non reperitur Deum permisisse matrimonium, † Papa
nullo modo potest dispensare quantumcunque causa ardua
subsit per rationes supradictas, & hoc videtur de mente glo.
in d. c. literas & in d c. pictatium.

Aut est secundus gradus transuersalis in linea æquali, vt
puta filij duorum fratrum, & tunc Papa potest dispensare ex
causa, vt inuicem contrahant matrimonium: nam gradus
hic est prohibitus a lege canonica tantum, vt dicit glo. & Do
cto in dicto cap literas, & in dicto cap pictatium. & sic intel-
lige Doct. in dicto cap. literas. dum dicunt, quod Papa non
potest dispensare, vt contrahatur matrimonium in secundo
gradu inæquali videlicet, vt frater contrahat matrimonium
cum filia fratris, nam Doct debent intelligi de potestate or-
dinaria, sed de absoluta potestate subsistente causa ardua, be
25 ne potest dispensare, vt d. c quæritur. tamen licet † Papa pos
sit dispensare, non potest dispensare vt ex tunc, sed vt ex nũc
& ista est differentia inter gradus prohibitos a iure diuino,
& prohibitos lege canonica tãtum & hæc no. quia per nemi
nem reperi declarata. & adde ad ea, quæ dixi in d. c cum ad
monasterium. § fin. de sta. mon. quia ibi non ita bene declara
ui sicut hic.

Quo ad tertium dicit But. ꝙ Gasp. Calde. melius fecisset, si
tacuisset, nam lictio quo ad actus, ꝙ si in medio inuenit pen-
dere restringit. sed non illos, quos inuenit pendere, vt in l. si
pater captus. ff. de vulg & pupilla. & in l. pater instituto. ff. de
cap. & postlim reuer. & ita dicit se dixisse in cap. præterea, de
appell. & sic vult dicere But quod matrimonium non trahi-
tur retro, quo ad actum iam consummatũ, puta si legitimus
fuisset electus, non fuisset ei collatum beneficium tantũ per
legitimationẽ, sed successio quæ fit, postquam est legitimus,
est actus pendens cum tempore legitimationis, adhuc pater
viueret, & sic adhuc non erat delatum ius succedendi, vnde
non est, si ista legitimatio potest trahi retro, facit quod dixi
in cap. tanta. super prima glo supra eod. Item But. super ma-
teriam supra tactam. s an Papa possit legitimare in terris Im-
perij, fundat multa verba, quæ non puto esse necessarium re
26 ferre, postea dicit, quod quædam est † legitimatio plenissima,
per quam delet fundamentum a quo surgit illegitimitas, &
istam potest Papa solus facere, quia solus potest dispensare
super matrimonio. Quædam est legitimatio plenior, quod
reintegratur primæuæ naturæ non disponendo inuentum
matrimonium, & hanc potest facere Papa, & Imperator, se-
cundum illa, quæ ad illos spectant. Quædam est plena, vt di
spensatio cum illegitimo in aliquo effectu legit. non ex toto
reintegratiua, & adhuc illam potest facere vterque.
27 Vnde si quæritur, an Papa † possit legitimare. dicit, ꝙ aut
vult legitimare disponẽdo in matrimonium quo ad prolem
natiuam. & tunc non est dubium, secundum eum, quin Papa
potest legitimare etiã quo ad terras Imperij, quia suum prin
cipaliter est disponere de matrimonio & sic dicit intelligen
da, quæ dicit Host. vnde dicit, ꝙ omnes filij qui procreantur
hodie ex matrimonio cõtracto infra quartum gradum sunt
illegitimi etiam in terris Imperij vt in ca. non debet, de con-
sanguin & affin. Item omnes filij procreati ex pupilla, & tu
tore, & ex contrahentibus sine consensu patris, & ex rectore
prouinciæ, qui cõtraxit matrimonium durante officio, sunt
legitimi etiam quo ad terras Imperij. cum materia sit subie
cta Papæ: aut vult legitimare quo ad prolem iam natam, sci
licet ante legitimationem. & tunc dicit quod in omnibus ca-
sibus, in quibus vult, & potest legitimare incipiendo a ra-
dice matrimonij, & potest legitimare etiam in terris Im-
perij.

In omnibus autem casibus, in quibus non vult, vel non
potest dispensare in radice matrimonij, legitimat tantum
ad terras suas, & non ad terras Imperij. Ratio patet, secun-
dum But. quia in primo casu principiat materiam sibi subie-
ctã. In secundo autem casu principiat materiam alteri subie
ctam, postea Butr. facit longam distinctionem quam facias
vel capias per sex casus.

Primus casus est, quando vult legitimare natos absq; consensu matrimonij inter parentes, & dicit, quod non videt, quomodo potest legitimare incipiendo in radicem matri-
28 monij: nam data certitudine defectus consensus † Papæ nõ potest fingere consensum vbi nõ est, licet constante dubio, an consensus interuenerit, posset fingere consensum vbi non est. vt l prima. C. de rei vxo. actio. nam respondet, quod illud procedit in positiuis, & in actibus non sacramentalibus, sed talia sacramentalia sunt super formam facti naturalem, & exigunt veram essentiam, in quibus dicit But se non videre, quod Papa aliud possit.

Fatetur tamen Papa posse legitimare tribuendo iura legitimitatis, non autem disponendo super essentiam matrimonij, & cum hoc consonat opin. Ioan And. vbi enim pro forma veritas exigitur, fictio non operatur. an autem ista legitimatio collatiua quantum potest facere, etiam vbi potest dispensare in radice matrimonij, extendatur ad terras Imperij, vel an possint subditi Imperio per Papam legitimari, intelliges ex omnibus sequentibus, præsertim in quinto, sexto, & septimo casu.

Secundus casus est, quando Papa vult legitimare data essentia consensus matrimonij inualidi propter resistentias iuris diuini. dicit But quod Papa potest legitimare, quia hæc fictio potest trahi retro, cum non habeat aliquod principiũ resistens retrotractui, quod sit validum. quinimmo ex quo ius ciuile tantum resultat, quia ius ciuile non potest disponere super matrimonio, nec principaliter, nec in consequentiã, supra eod. tanta. in princ. in secundo notabili.

Tertius casus est, quãdo matrimonium est validum quo ad formam inde extrinsecam, sed quo ad consensum matrimonialem, sed est inualidum propter impedimentum iuris diuini, vel canonici existente probabili dubio, an ius canonicum resistat matrimonio, vel legitimitati & dicit But. quod Papa potest legitimare de matrimonio disponendo in matrimonium, & declarando legitimit. propter dubium matrimonij ad euitandum perplexitatem. dicit etiam, quod Papa posset conferre legitimitatem propter dubium matrimonij, quod est ei subiectũ, a quo trahit etiam legitimatio. ex quo non habet claram resistentiam iuris posset fictio retrotrahi ad principium matrimonij, nam propter dubium probabile casus est suppositus Papæ, vt de grauioribus dicit, quod hoc est, quod voluit dicere Papa, approbando legitimationem filiorum Regis Franciæ, & eam substituendo, vt hic, in versic. rationibus. adducit But simile, nam quamdiu latet impedimentum, proles legitimatur ex colore matrimonij auctoritate ecclesiæ contracti, vt in cap fin. de clandest desponsat. & in capit peruenit, supra eod & infra eod. ex tenore. & hoc casu Papa secundum Butr. legitimat vbilibet etiam quo ad terras Imperij, ad hoc allegat supra eod. tanta. & dicit, quod nulli dubium est, quod legitimatio ex illo cap ex solo matrimonio etiam dempta quacunque solennitate dotalium instrumentorum, quam requirit l. ciuilis legitimi erunt filij etiam in terris Imperij, quia disponere de matrimonio de eius effectu spectat ad Papa, quando dispensatio incipit a radice matrimonij, & dicit sic de facto se consuluisse in ciuitate Mutinæ, & idem dixit supra eod. tanta. & ibi dixi in primo, vel secundo notabili.

Quartus casus est, quando non est probabile dubium. & hoc casu dicit Butr. quod Papa non potest legitimare disponendo in radice matrimonij, siue sit impedimentum lege canonica tantum, siue lege diuina: nam secundum eum non est facienda differentia, an impedimentum procedat a iure diuino, an a iure positiuo. & est ratio secundum ipsum, quia legitimatio disponendo in radice matrimonij fit per fictionem, sed ex quo matrimonium habet resistentiam iuris est impossibile, quod fictio trahat retro matrimonium, quia deficit in extremo de quo supra eod. tanta. & ff. de statu homi. l. Paulus alias l cum qui. & si Papa legitimaret in radicẽ matrimonij, dicit quod non valet, vt legitimatio reintegratiua, sed bene posset valere, vt legitimatio collatiua de nouo. sed vtrum possit hoc facere in terris Imperij infra patebit. Item vtrum sit verum, quod dicit Bu in isto casu dicam infra, postquam recitauero omnes casus tactos per ipsum, & supra additos per Abb Sic.

Quintus casus est, quando Papa intẽdit legitimare solum conferendo iura legitimitatis, & nõ disponendo in radicem matrimonij, vel quia non vult, vel quia non potest, vt patet ex supradictis. & tunc dicit Butr quod planum est, quod potest legitimare in terris ecclesiæ, vt in versic. id autem in patrimonio. & est ratio, secundum eum, quia in illis exercet iura Imperij tenendo, quod donatio facta per Constantinum ecclesiæ valet, prout tenet communis opin. secundum Butr. quæ est hic approbata, vt dixi supra eod. in vltimo notabili.

Sextus casus est, quando vult legitimare conferendo iura legitimitatis, non disponendo in radice matrimonij quo ad terras Imperij. & tunc dicit But ꝙ aut talis est suppositus, vel supponendus ratione clericatus, & potest legitimare quo ad terras Imperij, quia ex eo ꝙ legitimatur ꝑꝑ clericatum, saltem mente dr̃ clericus, iuxta no. in c. ex literis, de transact & talis est legitimus quo ad spiritualia, & quo ad temporalia, & sic quo ad omnia, & hoc probatur hic s̃m But. ex vna allegatione istius tex ſ post principium, versic. si quidem monstruosum ¶ Nec obstat, secundum But. ꝙ per hoc præiudicetur non subiecto iurisdictioni Papæ. nam Papa potest præiudicare in consequentiam, & hoc, ne dicatur, quod sit legitimus, & illegitimus, quasi monstruosum. Aut vult legitimare non suppositum, nec supponendum de proximo ratione clericatus, & tunc aut vult legitimare de consensu illius, qui superiorem non recognoscit, & sic est quasi in possessione libertatis, & potest Papa legitimare, vt hic, in versic. rationibus. Aut superiorem recognoscit, & dicit, quod vr̃ hic casus in d. versic rationibus ꝙ non possit, quia hæc sunt, quæ non possunt fieri sine consensu superioris, & dicit But. quod hoc vult hæc Decretalis quæ non est alibi, & in hac opin. ſ quod
29 † Papa nõ legitimet quo ad terras Imperij fuit. Bart. in auth. ex complexu. C de ince. & nup & in l qui in prouincia ff. de ritu nup. & in l j C de sum. Trin. & fi. Cath dicit tamen But. ꝙ posset teneri oppositum ſ. ꝙ hęc potestas sit prorogabilis in habẽtem similem potestatem, sicut dicimus in his, quæ sunt meri imperij, de quo se remittit ad cap verum, de fo. compet. & ad c cæterum. de iudic. & dicit, ꝙ credit, ꝙ Papa non possit facere istam legitimationem de subiectis Imperio. nisi cõsentiant omnes illi, quibus præiudicatur, sed postea But. hic in vlt char in versi. insuper, in 2 notab. videtur tenere, ꝙ hæc iurisdictio non possit prorogari, cum sit meri Imperij, & supremæ potestatis, idem dicit in feudalibus. Abb. Sic. hic dicit, ꝙ But. videtur hic dubitare, an hęc iurisdictio sit prorogabilis, sed tamen potius videtur declinare in hanc partem, vt non sit prorogabilis, & dicit se tenere indistincte, quod nõ sit prorogabilis per tex apertum hic, in versic. insuper. vbi pater petebat, ꝙ Papa legitimaret filios suos, sicut legitimauerat filios Regis Franciæ, & Papa inter cætera respõdit, quod Rex Franciæ non recognoscit superiorem in temporalibus, ideo potuit sine alterius læsione se iurisdictioni Papæ subiicere, sed iste nobilis erat alteri subiectus, ergo apertissime approbat, quod alteri subiectus non potest in hoc alterius iurisdictionẽ prorogare etiam principis, cuius dicti dicit esse duplicem rationem.

Prima, quia legitimare videtur reseruatum principi in signum priuilegij specialis. Item quia tanquam arduum, & monstruosum videtur, vt non legitimus efficiatur illegitimus, & dicit hoc aperte approbari in d. versic. insuper. facit l. j. § de qua. ff de postul. Item dicit, quod de hoc videtur tex. in Auth quib mod. na effic sui §. illud vbi tex. dicit per rescriptum nostrum, ista ergo quæ sunt reseruata prin. non debẽt posse per subiectos in alios transferre.

Secunda ratio, nam licet legitimatio sit iurisdict voluntariæ eo respectu, quia exercetur in volente: nam non potest obtinere legitimat. filij, nisi filius consentiat, vt in §. generaliter in Auth. qui. mo. nat effi sui tamen alio respectu ista iurisdictio non est pure voluntaria, inquantum excludit agnatos inuitos, qui succedunt ab intest. vnde dicit, ꝙ cum Papa non habeat iurisd. in terris Imperij non vr̃, ꝙ possit hoc præiudicium afferre non subdito, & tollere honorẽ reseruatũ principi. sed ista vltima rõ Abb. Sic. vult, ꝙ oẽs, qui sentiunt ꝑiudicium cõsentirent, vnde melior est prima rõ. nunquid aut dẽat requiri cõsensus illius, qui sentit tm̃ ꝑiudicium in spe, dicã j.

Septimum casum addit Abb. Sic. vltra casus numeratos ꝑ But s. qñ superest maxima, & ardua causa, quã tunc Papa põt legitimare, licet legitimandus recognoscat alium dñm, mouetur per illum tex. in ver. rationibus nam si iste auctoritates veteris & noui testã cõcluderent in actu legitimat. frustra Papa eas adduxisset. & pro hoc dicit, ꝙ si ex legit. filij alicuius principis sequatr̃, maxima fidei dilatatio poterit Papa ipsum legitimare, licet recognoscat alium dominum, nam ob eam causam, vel similem Papa potest exercere iurisdict. in terris Imperij vt hic, & in c. per humani, de ho. io vj.

Sed aduerte But. in supradictis casibus deuiat ab opin. Io. And. in duobus tm̃ ¶ Primo cum vult, ꝙ licet impedimentum fuerit canonicum, ex quo proles fuit suscepta ante legitimationem, legitimatio sequens non trahitur ad prolem iã susceptam, sed ad futuram tm̃, quia non potest trahi retro, cum inueniat impedimẽtũ canonicum in pe susceptæ prolis, sed quo ad futuram prolem bene valet legitimatio, cum nullũ impedimentũ reperiatur ꝑꝑ legit. matrimonij ꝓcedentẽ.

Sed Abb. Sic. pro cõcordia sic distinguit, ꝙ aut Papa sim-

plicite legitimat, & intelligitur vt ex nunc & hoc casu pro-
cedit opin. But. aut Papa legitimat matrimonium vt ex nūc,
& tunc legitimatur proles suscepta ante legitimationem. &
hoc casu procedit opi. Io. An. mouerut per tex iuncta glo. sin
gul. in vers pro infectis, in clem. j. de immu. eccl. vbi dr̄, ꝙ tan
30 ta est Papæ † potestas circa ius positiuum, vt possit tollere cō
stitutionem etiam quo ad effectus præteritos, adeo ꝙ excommu
nicatus vigore illius constitutionis non indigebit absolutio.
ꝙ dicit valde notandum. & istud etiam allegauit dom Card.
qui sequitur opin. Io. And. simul cum no. in c ex parte. el pri
mo de offic deleg & ista concordia Abb. Sic mihi placet, &
est satis æqua ¶ Secundo discrepat But ab opin. Io And. quia
sequitur opin. Io. de qua in glo. cum limitatione, nam vt vi-
distis, But. tenet, ꝙ legitimatus quo ad spiritualia secuto cle-
ricatu erit legitimus etiam quo ad temporalia, secus vbi non
sequitur clericatus. hanc etiam sensit Gasp. Cald & ipsum ap
probat dom. Card. in fi. 4. q. sed Abb. Sic. dicit, ꝙ hoc depēdet
ab intellectu huius tex. in prin nam si intelligimus, ꝙ ponat
veritatem, procedit hæc opin. sed si intelligimus, ꝙ Papa lo
quatur allegando, procedit opi. contraria. sed Inno. hic ponit
vtraq; opin & vr̄ sibi plus placere opi. contraria. & dicit Abb.
Sicu. ꝙ hæc quæst. est satis dubia, & ꝙ de æquitate sibi placet
opin. But. sed de iuris vtilitate opi Io. And quam etiam tenet
Bart. in auth. ex complexu C. de incest. nup & in l. qui in pro-
uincia ff. de ri. nup. & in l. j. C. de sum Trin. & dicit, ꝙ opin. Io.
And. seruatur in practica. nam legitimati quo ad ordines nō
admittuntur ad successionem parentum, vna cum aliis legi
timis, & consuetudo est optima legum interpres, vt in c. cum
dilectus, de consue & l si de interpretatione. ff. de legi. & pro
hac opin facit s̄m eum, quia spiritualia, & tpalia sunt diuersi
iuris, & dispensatio est odiosa, & ideo non amplianda, sed re
stringenda, vt non excedat terminos proprios, vt in c. 1 & 2.
de fil. presbyr. in vj & dicit, ꝙ maxime teneret hanc opi. quan
do dispensaretur quo ad spiritualia cum filiis adulterinis, vel
incestuosis, item etiam iure diuino videntur repulsi ab hære
ditate parentum, alleg duos bonos text quos dicit menti te-
nendos 32. q. 4. dicat. & 35. q. 7. c. 1 & hæc opin mihi placet,
nam quando Papa non potest legitimare in radice matrimo
nii, non potest facere legitimationem collatiuam, quæ rein-
tegret primæuę naturæ. ꝑinde ac si esset natus legitimus quo
ad terras Imperii. sed solū potest reintegrare quo ad spiritua-
lia, & ideo cum Papa nō possit legitimare quo ad omnia, ha
bet vim dispensationis, no autem legitimationis proprie su-
31 mendo legitimat nam † legitimatio habilitat quo ad omnia
sed dispensatio quo ad quid, quā differentiam ponit hic But.
& patet ex no in c j. de fil presby. in vj vnde si Papa legitimat
quo ad spiritualia, est legitimatio quo ad quid, nō quo ad om
nia, & est magis dispensatio, quam legitimatio, vnde non de
bet extēdi nisi quo ad expressa, vt in c. j & ii de fil presb in vj.
32 Viritur autem † Imperator possit legitimare in terris eccle
siæ. Iac de Bel in Auth quib. mod nat. eff. sui. plene disputa-
uit hunc articulum, cuius arg hic recitat Io. An. & But. & cō
cludit Iac. de Bel in d auth ꝙ Imperator potest legitimare in
terris ecclesię, principaliter motus, quia legitimare est iurisd.
voluntariæ. & sic potest prorogari ista iurisdictio per non su
biectum Imperatori. & istam opi. fuerunt secuti Io Cald. &
Gasp. filius eius & dicit But. ꝙ sunt suspecti, quia habebāt ius
legitimandi ab Imperatore, nō volebant defendere causam
suam, & ꝙ postea Gasp procurauit hr̄e ius legitimandi a Pa
pa, & hoc obtinuit ab Vrbano Sexto. ¶ Sed Iac. But. in l 3. ff.
de offi. præsi. tenuit contrarium. s. ꝙ Imperator non possit le
gitimare in terris ecclesiæ, quoniam in eis nullam potestatē
habet, immo Imperator cēsetur persona priuata quo ad ter
ras ecclesiæ, ar. d l. 3. nam extra territorium nemo potest exer
cere potestatem, vt in c. 2 de consti. in vj. & in l fi ff. de iurisd.
om. iud. sed Bal in Rubr. C. de nouo Codice componendo. di
cit, ꝙ de consensu partis potest fieri, quia non tractatur de p̄-
iudicio alterius. & sic sentit, ꝙ ista iurisdictio sit per partē pro
rogabilis, cuius ꝯrium sibi tenui. sed Bu. recitatis multis arg.
quæ omitto distinguit, ex cuius distinctione facias quatuor
casus, aliquid addendo eius distinctioni.

Primus casus est, quando Imperator disponendo in radice
matrimonii, & hoc non potest facere, quia hoc est solius Pa
pæ. & pro hoc dicit Bu ꝙ si leges quæ dicunt, ꝙ ex matrimo
nio subsecuto legitimantur filij non fuissent approbati per
canones, non valeret per illa, quæ sunt no in c j de spons &
per hoc dicit Bu ꝙ patet. ꝙ Imperator potest facere legitima
tionem plenissimam quæ deleat vitium originale, & dicit, ꝙ
per hoc saluatur opi Host idem dicit Abb. Sic. alleg. c tuam,
33 de ord. cog vbi dr̄, ꝙ † iudex laicus non potest cognoscere, an
quis sit legitimus, an non, quādo descendit ex vinculo matri
monii. cum ergo sit iurisd. spiritualis nō potest cadere in Im-
peratorem, qui est laicus, vt in c. decernimus, & in c. quanto,
de iud. & in c. sacrosancta, & in c. Massana de elect.

Secūdus casus est, qn̄ Imperator vult legitimare collatiue
conferendo iura legi. quo ad spiritualia, & adhuc non potest
34 Imperator legitimare, vnde dicit But. ꝙ † legitimatus ab Im-
peratore nō potest ordinari, nec beneficiari, nisi aliter dispē-
setur. & dicit, ꝙ hoc tenent Doct & alleg gl. 59 dist. si officia.
& c. j. . . . . . . & 4 di. c. j. idē tenet do Car hic in 4 q. idem dicit
Ab. Sic. maxime per rōnes, quas tāgit gl. in c. 2 de fil p̄sb in 6.

Tertius casus est, qn̄ vult legitimare quo ad honores tpa-
les, vel quo ad hæreditates, vel alia tpalia, tunc dicit Bu. ꝙ po
test legitimare quo ad terras Imperii, sicut & olim poterat.
In terris autem ecclesiæ an possit, si vult legitimare cōdendo l generalem, vt patet in casibus positis. s̄ c per iuas & tūc
dicit, ꝙ virtus legis se extendit ad existentes in terris ecclesiæ
non ex virtute legis, sed ex gn̄ali approbatione ecclesiæ. s. di.
si in adiutorium. nam ex quo lex non ꝯdicit canoni, cēsetur
Papa approbare legem, eo ꝙ non improbat, vt dixi de iudi.
nouit & const ecclesiæ & no. de solut. is qui. dicit tn̄ Bu ꝙ nō
putat. ꝙ tales sint legitimi quo ad spiritualia ꝑꝑ naturā ma-
teriæ, quæ nec directe, nec indirecte est supposita potestati lai
ci, vt in c. tuam, cum materia, de ord. cogn & illud ꝙ dictum
est. s. ꝙ Papa intelligatur approbare leges, eo ꝙ nō reprobat,
procedit s̄m But. qn̄ leges disponunt in materiam sibi subie-
ctam, vt circa tpalia, idē vr̄ dicere do. Car in 4 q. quasi ꝑ se fi.
35 Quartus casus est qn̄ † Imperator vult legitimare p rescri-
ptum & dicit Bur ꝙ nō potest legitimare tenendo, ꝙ hæc iu
risdictio non est prorogabilis per recognoscentes superiorē.
& dicit. ꝙ est speciale in his. quæ sunt meri Imperij omnino
supremi, & supremę potestatis. vt hic nā talia non sunt pro
rogabilia etiam in habentis cognitio similium causarum,
& in hoc differt ab illis, quæ sunt Imperij meri non omnino
supremi. Sed tenendo, ꝙ sit prorogabilis, credit, ꝙ nō possit
legitimare, nisi consentiant illi, quibus præiudicatur. s. succes
sores ab intest. C de pact. l. fi & C. de emancip lib l nec auus.
Sed But. tenet, ꝙ est iurisdictio non prorogabilis saltem quo
ad tollendam spem, vnde talia non potest in non subiectos
exercere, & per hoc dicit But ꝙ cessent multa obiecta. nā Im-
perator abdicauit a se iurisd donando, nec illam exercet in
terris ecclesiæ. & de app. si duobus & c. cum sit Romana Nō
ob s̄m cum, ꝙ hæc iura a se, vt personalia non possit abdica
re, quia nō abdicantur, sed restringuntur ꝑꝑ defectū obiecti,
quia illos subiectos non habet, vt dicit. ꝙ nō est bonū exem
plum de ep̄o, qui nō potest a se abdicare iurisdictionem spa-
lem quo ad loca sibi subiecta, vt no. de donat. Apostolica. de
reli do constitutus, de censi. cum venerabilis. nam sine præe-
minentia non potest esse in territorio, cum nō possit aliquē
facere partem in præeminentia, sed Imperator potuit relaxa
re ꝙ habuit ab ecclesia s. tpalem iurisdictionem, & in totum
nec in parte, nec sequitur territorium talis iurisdictio, sed ex-
tinguitur, seu restringitur in Principem, & Papa exercet suā
iurisdictionem, quam habet nūquam percipit ab Imperato
re. nam Papa dat iurisdi Imperatori, & eam habitu retinet.
non exigit ergo, ꝙ ad eū transferatur, sed sufficit ꝙ adsit obie
ctum, in quo detur, ꝙ datum fuit ex donat. illarum ciuitatū,
ideo illam exercet, & ab ea successit Imperij potestas. & dicit
Bu ꝙ hęc est ipsa veritas, & ꝙ absurdum esset. ꝙ haberet ma
iorem potestatem Imperator in terris ecclesię, quā Papa
in terris Imperij. sint ergo contenti quilibet terminis suis,
& dicit. ꝙ Iacob. Butrig tenet hanc partem in l 1 ff. de iustit.
& in l. præses. ff de offic. præsid & vide quantum ad donatio.
Constantini factam in facie ecclesiæ illud, ꝙ dixi s. in vl. no.
& vide ꝙ hic But magis inclinat in partem, ꝙ iurisdictio legi
timandi non sit ꝓrogabilis de Papa in Imperatorem, vel ecō
uerso, & istud etiam tenet Abb. Sic. qui etiā concludit, ꝙ Im
perator per rescriptum suum non potest legitimare in terris
ecclesiæ sed Io. Cald. & dom Car. in 4 q parum, ante si tenet,
ꝙ legitimatus p Imperatorem, vel comitem ab eo creatū,
erit habilis ad hæreditates etiam in terris ecclesię. quia illegi
timi nō prohibentur, p cánones principaliter ab hæredibus,
sed prohibitio descendit a legibus ciuilibus, quibus non liga
tur Imperator. ff. de legi. l. princeps vnde sicut stamus legibus
etiam in foro canonico de ope no nunc c. j. ita & stabimus
legitimationi prædictæ, quia sublata legum dispositione de
bet legitimatus tanquam filius admitti ad successionem &
ex hoc dicit Io. Cald. & dom. Card. ꝙ si Imperator legitimat
filium cōstitu. in sacris, valet legitimatio quo ad bona patri-
monialia, nam licet bona clericorum gaudeant eodem pri-
uilegio cum bonis ecclesiæ. 12 q 2 ecclesiarum, de vi & hon.
cler. c fi. & in c. ex literis, de pig. tn̄ hoc nō dēt in læsionē cleri
corum retorqueri, vt in regula, ꝙ ob gratiam, de reg. iur. in 6.
Fatetur tamen dom. Card. ꝙ non erat habilis quo ad ordi-
nes, & dignitates ecclesiasticas, cum ab his prohibeatur per
canones, contra quos non Imperator, sed Papa dispensat.

Sed

Sed pro concordia posses sic dicere, quod aut non legitimus est natus ex damnato coitu, & tunc Imperator non possit dispensare in terris ecclesiæ, quia talis de iure diuino repellitur a successione. 32. quæstio 4 dicat. & 35. quæst. 7. cap. 1. nam Imperator non potest tollere istud impedimentum, cum non sumpserit originem a iure ciuili, sed a iure diuino, vt aperte probant iura præallega. aut est natus non ex coitu damnato, sed ex soluto, & soluta, & tunc Imperator potest legitimare quo ad terras ecclesiæ, quia istud impedimẽtum processit a iure ciuili tantum, & hoc modo forte posset procedere opin. dom. Cardin. & Ioan. Calder. dubito tamen, an procedat, quia licet istud impedimentum processerit a iure ciuili, tamen Imperator legitimando in terris ecclesiæ principaliter exercet iurisdictionem in subditum ecclesiæ, vnde non videtur hoc posse facere, & sic tutius est tenere opinio. quam tenet But. & Abb. Sic. scilicet quod per rescriptum nõ possit Imperator legitimare subditum ecclesiæ, etiam si impedimentum a iure ciuili tñ processit. & ad hoc facit, quod dicit hic Innoc. nam dicit, quod legitimatus ab vno principe, vel ciuitate non aufert bona hæreditaria in terra, quæ non est subiecta legitimanti, quia sic auferret bona consanguineis defuncti, vel fisco, qui succederent in hæreditate ab intestato, vnde pari ratione debemus dicere de Imperatore, quod non possit legitimare per rescriptum in terris ecclesiæ subdi. Præterea de iure canonico omnis coitus præter coniugalem est reprobatus, vt dixi supra eodem, lator. in prima glos. immo ius canonicum statuit, quod natus ex coitu non matrimoniali non sit legitimus, & non succedat in hæreditate, vt supra eodem, cap primo, & capitulo, lator. & capitulo, peruenit. & capitulo, perlatum. & capitulo, quod nobis. & sic etiam de iure canonico non succedit in hæreditate: vnde puto, quod Imperator non posset reuocare etiam per viam legis iura, quæ dicunt, quod non legitimus nõ succedat in hæreditate quo ad terras ecclesiæ, quia cum canones disponant illud, quod disponũt leges ciuiles, non potest Imperator reuocare illas quo ad terras subditas ecclesię, nã si reuocaret illas reperirentur canones contrarij, & ideo in terris ecclesiæ standum esset iuri canonico, facit ad prædicta quæ no. Docto. in capitulo, quæ in ecclesiarum, de constit. vbi dicunt, quod non potest reuocari statutum in præiudicium non subditi, & sic non posset Imperator reuocare leges, quæ excludunt non legitimum a successione ad præiudicium existentium in terris ecclesiæ. Quantum autem ad illud, quod dicit Ioan. Calder. & dom. Cardin. quod si Imperator legitimat filium constitutum in sacris, quod valet legitimatio quo ad bona patrimonialia parẽtis. hoc mihi placet, nec contradicit determinationi prædictæ, nam bona patrimonialia clericorum non sunt ecclesiastica, licet gaudent priuilegio, quo gaudent bona ecclesiarum quo ad quædam, vt in iuribus supradictis, vnde mortuo clerico decedente sine testamento bona illa spectarent ad eius consanguineos, qui sunt subditi Imperio, & ideo cum per talem legitimationẽ non præiudicet ecclesiæ, sed laicis subditis Imperatori, non est dubium, quod talis legitimatio valet in præiudiciũ agnatorum, seu consanguineorum ipsius clerici, quibus Imperator potest præiudicare.

Nunquid autem si Imperator, vel alius habens potestatẽ dispensandi, vel restituendi famæ, dispenset cum laico, vel restituat eum pristinæ famæ, nunquid per istam dispensationẽ,
36 seu † restitutionem famæ reddatur aptus ad ordines, vel an extendatur ista dispensatio, seu restitutio famæ ad loca non subdita dispensanti, vel restituenti. Innocen. hic dicit, quod sic, allegat 54. distinct. cap. 1. 2. 3. & 4. & sequenti. de quo vide glo. quæ idem dicit, decima distin. cap. j. & cum hoc videtur transire dom Cardin. in 4 quæst. in fi. de quo in Spec. de lega. §. fin. versic. sed illud.

37 An autem † Imperator possit legitimare ante coronationem. Iac. de Are. tenuit quod sic, de quo But. remittit ad Ioã. Andr. in Specul de success. ab intest. §. primo, versic. sed ex facto, & versic. idem scire debes. & in Specul. de rescrip præsen. §. fin. versic. item quod est obtentum, & tenet quod sic, & vide omnino glo. notabilem in clement. Romani, de iureiurã. prope finem, in versicu Reges Romanos. quæ etiam tractat quid de duobus electis in discordia, an vterque interim, donec alterius electio confirmetur, vel sua reprobetur, possit administrare iura Imperij, & exercere Imperialem iurisdictionem. & glo. illa concludit, quod vterque potest exercere, donec alterius electio confirmetur, vel sua reprobetur. & dicit, quod hoc est ex consuetudine tolerata per Papam, quam glo. tenebis menti.

38 Ex prædictis facile soluitur, an habentes potestatem † legitimãdi a Papa, vel Imperatore possint legitimare vbilibet vbi potest Papa, si habet a Papa, vel vbi Imperator potest, si habet ab Imperatore. & concludit But. quod poterunt legitimare, vbi concedens potest secũdum verba priuilegij, & vbi non potest cõcedens legitimare, multo minus ille cui est facta concessio, quia nõ potest habere maiorem potestatem, quam concedens habeat. idem videtur sentire Innoc. & Ioã. Cald. & dom. Cardi. in 4. q. non multum ante fi. dicit tamen But. quod habens potestatem legitimandi a Papa, vel a principe, non potest legitimare ad præiudicium alterius alicubi etiam respectu spei, quia talis concessio intelligitur sine alterius præiudicio, vt in l. j. § si quis a principe. ff. ne quid in loco publ. & supra de offic. deleg. super eo. & de priuile. pasto cum simil. Nec obstat, secundum But. quod talis spes non attendatur, quia immo quandoque attenditur, vt dicit Bar. in l. fi. C. de pact. & in l. is potest. ff. de acquir. hæred. sed Abb. Sic. dicit, quod hoc dictum But. esset notabile, si esset verum: nam ex ipso sequitur, quod non solum pater debet consentire legitimationi, sed etiam agnati, quia hæc potestas tanquam præiudicialis est restringenda per iura supra alleg. per Butr. Ipse autem But. dicit, quod inspicienda sunt verba potestatis collatæ, & vbi esset simpliciter data potestas legitimandi, credo quod possit legitimare etiam in præiudicium agnatorum, quemadmodum Imperator potest, quia in hac legitimatione iura nõ faciunt mentionem nisi de patre, & dicit, quod cognat. non pręiudicatur. & dicit, quod hanc opin. sentit Bal. in loco præalleg. s. in proœ. Cod. fac. in Rubrica. C. de nouo Codice cõficiendo. Nam ibi Bal. tractat de eo qui per priuilegiũ habet potestatem legitimãdi & dicit, ꝙ potest legitimare de consensu patris, quia consensus agnatorum non attenditur viuente patre, nam sicut posset bona proiicere in mari absque consensu agnatorum, ita etiam potest filium legitimare, & dicit Abb. Sicul. quod est tenenda menti opinio. Butr. quia nõ est modicę auctoritatis. mihi videtur verior opi. Bal. quia ista species succedendi alteri non est in consideratione, nec a iure extimatur: nam ille, de cuius hæreditate est spes, potest disponere, prout vult, & aliũ hæredem instituere, & ita dicit Bart. in d. l. fi. C. de pact. & in d. l. is potest. ff de acq. hæred. & in l. post emancipationem ff de liber. lega. ad hoc optime facit, quod no. Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum ff. de lib. & posthu. vbi dicit, quod quando pater facit filium legitimari in vita, alij non sunt vocandi, quia potest disponere de bonis suis vt vult. & istam opinion. videtur etiam tenuisse Ange. in §. si quis igitur, in Auth. quib. mod. nat. effic. legit. Nam ibi di-
39 cit, quod † Comes Palatinus, qui habet potestatem legitimandi, non potest legitimare filios naturales ad petitionem ipsorum naturalium, sed bene ad petitionem patris, & sic vult, quod omnino debeat extimari præiudicium respectu solius spei, nam patre viuente, & petente legitimationem agnati habent solam spem, scilicet succedendi ab intestato.

Hoc aduerte, si teneremus opi. quam tenet But. infra in secunda parte huius reper. s. quod solẽnitates exigantur in legitimatione, vbi dicit, quod non valet legitimatio principis in præiudicium agnatorum, nisi de agnat. fiat mentio in rescripto legit. tunc putarem, quod But. diceret verum, nam si est intentio principis non præiudicare agnat. etiam respectu speciei, nisi de hoc fiat expressa mentio in eius rescripto, tũc videbitur concessisse hanc potestatem legitimandi sine præiudicio alterius etiam respectu spei, ex quo concedens non intendit præiudicare illi spei, nisi exprimat, sed si teneremus aliam opinionem. s. quod non sit necesse, quod de agnatis fiat mentio in rescripto, quando eis præiudicatur respectu spei tantum, tunc illud, quod dicit But. hic, non videtur verum, quæ aut prædictarum opin. sit verior, dicam infra. sed posses concordare opin. & saluare But. etiam tenendo, quod in rescripto non sit necesse, quod fiat mentio de agnat. vnde dicit, ꝙ aut aliqui habent spem succedẽdi in patrimonio alterius, tamen non habet aliquod ius in bonis suis, quia posset fieri, vel alteri agnato ab intestato, nam hic non habeo aliquod ius in bonis suis, quia posset alterum instituere, vel bona sua dissipare, vel in mari proiicere, vnde hoc casu potest Comes Palatinus, qui habet a principe auctoritatẽ legitimandi legitimare filium ad petitionem patris in præiudicium agnatorum, quia hæc spes non censetur alicuius extimationis, cum nemo debeat esse solicitus de hæreditate viuentis, vt in l. 2. §. interdum. ff. de vulg. & pupill. & pro hoc optime facit l. post emancipationem ff. de libe. lega. & hoc casu procedit opin. Bal. & Ang. & Abb. Sic. aut agnati sunt substituti per fideicom. verbi gratia, pater instituit filium hæredẽ, & in casu quo decederet sine filijs, voluit, ꝙ bona deuenirẽt in suos agnatos, hoc enim casu agnati non habent spem sine iure, quod pater, quia possunt petere cautio. vt in toto titu. vt legatorum nomi. caueat. & non certant de hæreditate viuentis, sed iam mortui, quia debetur hęreditas ex testamento defuncti, & in fideicommisso sunt successores testatoris,

non autem filij eius, vt in auth. nisi rogati. C. ad Trebel. ergo habet ius extimabile, & hoc tenet Bart. in dicta l. as potest. ff. de acquiren. hæred. in quarta collat. vnde hoc casu procedit opin. Butr. quia ex quo habet ius extimabile, non potest Comes Palatinus, habens potestatem legitimandi a principe, legitimare in præiudicium agnatorum ipsis non consentientibus, & sic minus potest Comes Palatinus, quam princeps, quia princeps potest legitimare in præiudicium alterius, & non Comes Palatinus, vt hic decidit But. & Ang. in Authen. quib. mod. nat. effic. legit. § si quis igitur.

40 Secundo quæro, nunquid † communitas per statutum possit aliquem legitimare? Videtur quod non, quia in reseruatis principi ciuitas non extendit manum: nam non potest restituere famę, vt in l. prima. §. de qua ff. de postulan. & in cap. cum te, de re iudic. Item † ciuitas non potest dare veniam 44 ætati, vt in l. prima ff de his qui ven. ęta. impet. & hoc videtur velle Innocent. in capitulo, cum tabellio de fide instrumen. vbi dicit Innocent. quod nullus potest creare tabelliones restituere infames legitimare illegitimos, vel facere rogationes, nisi princeps, & alij pauci, quibus specialiter est concessis, & allegat hoc capitulum, & l. primā, §. de qua. ff. de postulan. & ff. de adoptio. l. secunda, & supra de re iudic. cum te. ad hoc facit l. prima, ff de natalibus restituend. vbi ciuitas, vel consilium non potest restituere natalibus, ad hoc, quod scribit Innocen. in capitulo, bonæ el secondo, de postula. prælat. vbi dicit, quod illa quę princeps sibi reseruauit in signū vniuersalis dominij, & potestans, non possunt acquiri consuet. & istam partem tenuit Bart. in l. testamenti factio. ff de testamen. & ibi dicit, quod dominus Recuperus de sancto Gemimiano, alias Miniate disputauit, & determinauit, ꝙ ciuitas non possit legitimare per statutum, & quod non valeat statutum quod spurius succedat, quia est contra ius diuinum, in quo dicitur quod non est hæres filius ancillæ cū filio liberæ 32. quæstio 4 dicit, & quæstio secunda, quid est. Item cum ista postea imponatur spuriis a lege, non potest tolli per statutum, vt in dicta l. prima, § de qua. ff. de postulan. idem consuluit Cyn. in Anthen quibus modis natu. efficiū. sui §. penul. vbi dicitur, quod spurij nullum habent &c. & in eadem constitutione dicitur de legitimatione, quæ fit per oblationem ciuitatis; ergo apparet expresse prohibitum, quod per ordinamenta ciuitatum possit legitimari, vel effici capax. idem disputando determinauit dom. Petr. de Corneis per legem primam, ff de nat. resti. & hæc omnia refert, & sequitur Bart. in dicta l. testamenti factio. & idem tenet Bart. in l. non ambigitur. ff. de legibus. But dicit, quod quæstio pendet ab hoc, an ciuitates possint extendere manus ad ea, quę sunt reseruata superiori in merum imperium, sicut legitimare, vectigalia restituere, & similia. Et dicit in hoc aduertendum, quia quidam dicunt, quod per pacem Constantiæ talia fuerunt concessa ciuitatibus Italiæ. sed Iaco Butrig. in auth. sed nouo iure. C de natalib. restituen. & in l secunda, ff. de iud. dicit, quod hoc non apparet. idem tenet glos. in Auth. de defens. ciui. §.
42 sed interim. But autem in hac † materia distinguit, discurre per septem casus.

Primus est, quando ciuitas potest ostendere, quod a pace Constantiæ habuerit hanc potestatem. & hoc casu secundum But. res est in expedito, quia non potest princeps alteri concedere sibi reseruata, vt de offic. leg. quod translat.

Secundus casus est quando hoc non potest ostendere, sed ostendit vsum tanti temporis, cuius initij non est memoria. & dicit But. quod adhuc satis credit, quod possit facere talem legitimationem, mouetur per glo. notabilem, in capit. super quibusdam, infra de verbor significa quæ dicit, quod ciuitas potest extendere manum ad imponenda pedagia, si habet hoc ex consuetudine tanti temporis, cuius initij non est memoria, licet nulla causa allegetur, ad hoc cap. j. de præscript. in vj. facit quod no. Innoc. in cap. cum P. tabellio, de fi. instru. vbi dicit, quod consuetudo dat potestatem ciuitati recognoscenti superiorem, creare notarios.

Nec obstat secundum But. quod dicit Innoc. in cap. bonę el secondo, de postul. præla. & quod no. de offic. ord. conquerente. quia loquitur de his quæ sunt reseruata in signum supremæ potestatis, & præeminentiæ, vt si quis vellet præscribere præeminentiam vniuersarum ecclesiarum, vel ciuitatū quia talia non possunt præscribi.

Tertius casus est, quando allegatur concessio cum cursu temporis decennalis. & hoc casu dicit But. quod idē est, quia præsumitur concessio, ex quo allegatur, allegat l. cum de in rem verso. ff. de vsur. & cap. peruenit, de censib. & idem dixit Iac. Butrig. vt refert But. sed mihi non placet, quia cum legiti-
43 mare sit contra ius commune, non pręsumitur † titulus ex sola allegatione iuncto cursu temporis decem annorum, nisi probetur, vt est casus in c. j. de præscrip. in vj.

Non obstat l. cum de in rem verso, quia debet intelligi, nisi præscriptio sit contra ius commune, vt ibi dixit Bart. dicit tamen But. quod ciuitates Italiæ communiter de facto non vtuntur hac potestate legitimandi, propter quod difficulter præscriptionem probarent.

Quartus casus est, quando nulla talia possunt ostendi, vel probari, sed populus potest ostēdere cōcessionem regalium. & dicit, ꝙ videtur, ꝙ hoc possit, vt decima collat. quæ sunt regalia, inter quæ enumeratur ius imponendi pedagia, quod tex. videtur requirere, quod est Regis. sed dicit But quod forte hoc non posset per hanc Decretalem, in versi. insuper vbi tex. videtur requirere, quod sit Rex, & quod sit liber. & idem tenet in d. versic. Insuper in 3. not. sed dom. Card. in 9 q circa vnam col. cū dimidia dicit, quod licet dominus, vel vniuersitas recognoscat superiorem in alio, si tamen habet merum Imperium exercet iura principis per omnia, vt sunt aliquę ciuitates Italiæ per pacem Constantię, quod potest legitimare, quia tales possunt etiam creare tabelliones, quod est simile legitimationi. pro hoc quod no. Inno de fi. instru. cum P. tabellio & istud etiam tenuit Iac. Butr. & ista opin. mihi magis placet, quia ex quo habet vsum regalium, idest eorū, quæ sunt meri imperij, & quæ spectant ad Reges pari ratio. videtur posse legitimare. Non obstat tex in versic. insuper, quia aut talis vult legitimare sibi subditum, & potest, licet recognoscat superiorem: aut vult, quod alius legitimet, puta ipse est illegitimus, vel filius eius, vult se, vel filium facere legitimari ab alio. hoc casu debet petere istam legitimationem ab alio, quam a superiore absque læsione illius superioris, & ita loquitur iste tex. in versic. insuper.

Quintus casus, quando habet regalia, & est populus liber. & hoc casu dicit But quod planum est, quod potest legitimare per hanc Decretalem, in versic. insuper.

Sextus casus est, quando est dominus, vel populus liber, tamen non apparet, quod sibi fuerint concessa regalia. & dicit But. quod Doct. Legistæ communiter tenent, quod potest extendere manum ad talia, quæ sunt reseruata principi in priuilegium & hoc dixit Petr. in l. ex hoc iure ff. de iustit. & in & hoc etiam dixit Bart in l j. § de qua ff de postul & in l denique. § de minoribus & in l. infamen. ff de publ. iudic. & in l hostes. ff. de capt. & idem tenuit Innoc. in c. cum P. tabellio, de fi. instru. & dom. Card. in 4. q & Abb. Sic. nam quando dominus, & vniuersitas superiorem non recognoscit tantam potestatem habet in populo, quantā Imperator in vniuerso, & est sibi Imperator, vt dixit Bart. in locis prædictis.

Septimus casus, quando populus non est liber, nec apparet, quod ei fuerint concessa regalia, & tunc non potest legitimare. & ita intelligitur Bar. in l. non ambigitur. ff. de legib. & in l. testamenti factio. ff. de testam. quod debet intelligi, nisi ei esset concessum, vt dicit dom. Card. in 9. q & hoc intelligit But. vbi vult imprimere legitimitatem, vt in omnibus sit legitimus, & integratus ad iura legitimitatis vbiq; locorū, secus si statutum imprimeret legitimitatem localem quo ad loca supposita ipsis statuentibus, quia hoc potest communitas ciuitatis & hoc dicit But. determinare Iac. Butrig. & Bar. in l. j. C. de sum. Trin. vbi dicit, quod per statutū ciuitatis spurij possunt habilitari ad successionem, concludit tamen Bat. ꝙ talis legitimatio, seu habilitatio spectat ad actum voluntarium, non tamen legitimatus, seu habilitatus potest exercere habilitationem, seu legitimationem extra territorium statuentis vt in l. a ff de offi procon. & leg & idem tenet Bar. in l. omnē. C. de nat lib. & cum hoc transit But sed Bar de directo tenuit contrarium, in l. testamenti factio. C. de testam. tamen vt clarius hoc intelligatur, duo sunt videnda.

44 Primo. an † Papa, vel Imperator possit facere legem, ꝙ omnes illegitimi succedant tāquam legitimi, & ꝙ pariter admittantur ad honores. istam q tangit dom. Card. in 4 q. & refert Host. in summa, co. tit. § qualiter & a quo. vet. quid si Imperator & de Imperatore dicit eum non posse super hoc l. condere, quia multi sunt qui nō curarent, vnde filios haberent, et quo scirent, ꝙ sibi succederent, & sic talis lex esset causa multorum peccatorum, ergo abolenda, de præscrip. c. si de pœn. & remiss. cum infirmitas. & eadem ratione vr̄ dicēdum de Papa. & dicit dom. Card. & Gasp. Cald. tenet ꝯrium de vtroque, & sic tenet, ꝙ Imperator, & Papa possent facere cōstitōnem, ꝙ illegitimi succedāt pariter cum legitimis. & pariter admittātur ad honores. & dicit Gasp. ꝙ talis cōstitō fulcitur rōne, ne quis puniatur ex delicto alieno. & do Card. dicit hoc esse verius, cum inhabilitas illegitimit. descendit a iure positiuo, vnde potest princeps illam tollere, arg. de cōcess. præb. propo suit. & ad rationem Host respondet, ꝙ per hoc non inducerētur homines ad delinquendū: nam adulteri, vel incestuosi punirentur per talia iura. Antequam hoc declarem.

Venio ad secundū, & postea dicam quid sentio in vtroque

Vnde

45 Vnde quæro, an valeat † statutum, quod spurii admittantur ad successionem cũ legitimis. istam quæstionem ponit hic dom. Cardin in 6 q & Feder. de Sen. suo consil 168. dicit, quod non, per rationes superius dictas. Idem consuluerunt Iaco. Butr. & dom Recuperus de sancto Miniato, & Paul. de Leazaris, vt dicit Feder de Sen in eodem consilio, & Bart in l testamenti factio. ff. de testam. & pro hoc, quia spurii remouentur a successione de iure diuino, vt 32 quæst. 4. dicet aliquis. & 35. quæst. 7. cap. 1. Ioan. Cald & Gasp filius eius consuluerunt contrarium, quia populus potuit facere statutum ff. de iustit & iu. l. omnes populi. sed ad hanc rationem respondit Iaco. Butr. in suo consilio, quod restituere natalibus spectat ad solum principem, vt in l. 1. ff de natur restit. & sic non ad inferiorẽ, & per cõsequens tale statutum videtur factum in casu prohibito a iure non tenet. C. de sacrosanct. eccles. auth. cassa. & C. de furt. auth nauigia. sed dom. Cardin quod valet statutum, si populus habet iura principis. & dicit, quod per hoc colligitur ratio Iaco. Butrig. & dicit, quod tale statutum non repugnat iuri diuino, quia ius diuinum non excludit illegitimos per modum præcepti. Item licet ius diuinũ non possit tolli per ius positiuum, tamen potest distingui, & interpretari, vt no. de consuet cap fin. Ego in tantorum Doctorum varietate quid dicam dubito.

Et quo ad primum, an Papa, vel Imperator possint facere legem, quod omnes illegitimi succedant tanquam legitimi, & pariter admittantur ad honores. credo, quod nec Papa, nec imperator possit intelligendo de spuriis. Nam quicquid dicit dom. Cardin veritas est, quod ius diuinum excludit filios a successione, & loquitur per verba præcepti; nam verba imperatiui sunt præcepti, vt in clemen. exiui de Paradiso, de verborum significat. dicitur enim Genesi 21. Ecce ancillam, & filium eius, nõ enim erit hæres filius ancillæ cũ filio liberæ. & idem dicit Apostolus ad Galatas quarto, & hoc dicit aperte tex. in cap dicat aliquis. 32. quæstio. 4 & apertius. 35. quæst. 7. capit. vosco. vbi dicitur, quod lege Dei constitutum est, vt nec deputentur filij, & in nullo paternis iure succedant, & ita etiam intellexit Bart. in dicta l. testamenti factio ff. de testam. vbi dicit Bart quod est contra ius diuinum, quod illegitimus succedat patri. & idem dixit Abbas
46 Sicul. vt supra retuli, & licet † Papa possit interpretari ius diuinum. non potest illud tollere, vel facere constitutionem contrariam iuri diuino & de hoc est tex. 10 cap sunt quidam, & in cap. sequen. 25. quæstio 2. in quibus dicitur, quod Papa non potest nouam legem condere contra illud, quod dixit Deus, vel Apostoli, vel Prophetæ, vel sancti patres, & si contrarium fecerit, non censetur facere constitutionem, sed magis conuincitur errare, immo etiam Papa nõ potest aliquid condere, vel mutare contra statuta patrum, vt in dictis iuribus cum ergo Deus & Apostolus, & sancti patres dixerint quod spurius non succedat cum legitimo Papa, vel Imperator non potest facere legem contrariam, alioquin conuincitur errare, immo plus audeo dicere, quod nec Papa, nec Imperator potest facere legem. quod illegitimus non succedat pariter cum legitimo, etiam si non sit natus ex damnato coitu. Exemplum, tenebas concubinam, ex qua habuisti filium, deinde contraxisti matrimonium cum alia muliere, ex qua habuisti filium legitimum, & hoc videtur probari ex illo capit. dicat aliquis, in princ. qui est tex. beati Ambrosij: Ibi enim dicitur, dicat aliquis, vxorem non habeo, & ideo ancillam mihi sociaui, audi quid dicat scriptura ad Abraham. Ecce ancillam, & filium eius. nõ enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. & sic vult beatus Ambrosius, quod de iure diuino illegitimus non succedat cum legitimo, etiam si sit natus ex soluto, & ex soluta, & in eodem tex. dicitur, quod non potest habere hæredit. consocium, qui non habet originis priuilegium. Ad idem facit eadem quæst. meretrices. vbi dicitur, quod omnis illicitus coitus est damnatus a iure diuino, & omnis dicitur illicitus præter matrimonialem, vnde cũ beatus Ambrosius ita interpretatus fuerit diuinam scripturam, Papa tenetur stare tali interpretationi, vt 20. dist. in princ. & sic non possit statuere contrarium.

47 Ex quo infero, quod hæc † naturalis natus ex soluto. & soluta repellatur a successione ab intestato de iure positiuo non extantibus filijs legitimis, quod tamen debet intelligi, vt dicitur in auth licet. C. de natur. libe tamen vbi supersunt filij legitimi, nedum excluditur a successione per ius positiuum, sed etiam per ius diuinum sic interpretatum per sanctum Ambrosium & ista ratione non videtur, quod Papa, vel Imperator possit facere legem, quod naturalis succedat pariter cum legitimis, vel quod pariter admittatur ad honores. Item per rationem, quam tenuerunt Doct. qui tenent hanc partem, nam daret causam delinquendi, nec est bona responsio dom. Cardin dum dicit, quod per hoc non inducerentur homines ad delinquendum, quia adulteri, & incestuosi puniuntur de delicto, quia vt videmus de facto, raro puniuntur. & maxime quando solutus tenet solutam pro concubina, nam ius ciuile hoc non punit, vnde videtur, quod Papa, vel Imperator possit facere legem, ex qua detur materia delinquendi. 24. quæst 2. legatur. & quarta distinct. denique. iuncta glo in versiculo, venia tamen. Pro concordandis opinio posses sic dicere, quod aut Papa. vel Imperator facit constitutionem, quod spurius, vel naturalis succedat pariter cũ legitimis, & tunc non valet, quia est contra ius diuinum, vt supra dixi. Aut Papa, vel Imperator facit constitutionem, quod non extantibus legitimis filius naturalis succedat ab intestato in tota substantia paterna, & valet quo ad terras subditas statuenti: nam sicut ius positiuũ admisit naturales ab intestato ad successionem in duabus vnciis non extantibus legitimis, vt dicta auth. licet. ita etiam potuit admittere in totum ad successionem. Aut Papa, vel Imperator facit constitutionem, quod spurius succedat non extantibus legitimis, & hoc est plus dubij, tamen putarem valere cõstitutionem, quia ius diuinum non contradicit, nam ius diuinum repellit, vt non succedat simul cum legitimo: dicit enim, non hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ, vnde si non esset filius ex libera, idest ex legitimo matrimonio non extaret, ius diuinum non contradiceret, nec talis constitutio daret occasionem delinquendi ex quo non est habilitatus, ac si esset legitimus, nec succedit extantibus legitimis, sed solum ipsis deficientibus.

Item putarem, quod Papa, vel Imperator posset facere cõstitutionem, quod certo casu spurius, vel naturalis succedat pariter cum legitimis, dummodo tamen causa sit rationabilis, puta si diceret constitutio, quod si spurius, vel naturalis eruditus in literis inueniatur, nec paternæ incontinentiæ sit imitator, succedat pariter cum legitimis. quod valeret talis constitutio; nam princeps potest distinguere, vel interpretari ius diuinum, licet non possit statuere contra ius diuinum, vt dicit Innocent in capitulo, quæ in ecclesiarum. de constitutio. idem potest consuetudo, vt no. in cap. fin. de consuetu. In statuto autem ciuitatis, an possit legitimare. vel habilitare spurium, vel naturalem ad successionem, vbi dixi, Papam, vel Imperatorem non posse, multo minus poterit statutum ciuitatis.

Sed dubium est, an possit in casibus. in quibus Papa, vel Imperator potest. & vides. quod But facit differentiam, an sit populus liber. an recognoscat superiorem.

Primo casu dicit Butr. quod potest legitimare quo ad effectum, vt ille cum quo legitimatur in omnibus, sit legitimatus, & reintegratus de iure legitimitatis vbicunq; locorum.
48 Si autem † populus non est liber, non potest legitimare reintegrando iura legitimitat. vt sit legitimus vbique locorum, sed bene potest localiter habilitare inhabiles, scilicet vt sit habilis ad succedendum in loco subdito, sed non erit alibi legitimus, nec succedet in bonis, quæ sunt extra territorium statuentis. & si hoc diceret Barto in l cunctos populos. C. de summa Trin. & fide Catho. directo diceret contrarium his, quæ dicit in l. testamenti factio. ff. de testamẽ. & in l. non ambigitur. ff. de legibus. in quibus ad literam dicit, quod ciuitas non potest legitimare per suum statutum, tum quia est contra ius diuinum, tum quia etiam spurio imponitur pœna a lege, quæ non potest tolli per statutum ciuitatis, vt in l prima §. de qua. ff. de postulan & allegat Cyn. idem consuluisse, & dominum Petr de Cornetis, & dominum Recuperum de sancto Miniato ita tenuisse. & illa videtur communis sententia, quam etiam tenuit Feder de Sen & Paul de Leazaris, vt supra dixi, nec potest ciuitas recognoscens superiorem habilitare illegitimum etiam quo ad suum territorium, quia nõ habet potestatem statuendi contra legem communem etiã quo ad suum forum, & præsertim in his, quæ sunt supremi Imperij, seu supremæ potestatis, vt est legitimare. dicit enim Bart ibi, quod quæstio formata per ipsum. s an legitimatus, seu habilitatus per statutum ciuitatis, sit legitimus, seu habilis in alio territorio, vel quo ad bona alibi sita posito pro cõstanti, quod talia statuta valeant, dicit Bart. ibi, quod nõ vult determinare, an valeat, quia alibi hæc dixit, & sic etiã debet intelligi Bart. in l omnem. C. de natur. liber. quia ibi remittit se ad d l. cunctos populos. & sic Bart. non est sibi contrarius, quia in d. l. cunctos populos, nõ determinat, quod per statutum ciuitatis possit spurius legitimari, vel habilitari, sed tractat, an ista legitimatio, seu habilitatio extendatur extra territorium illius, præsupposito quod valeat, tamen vt teneres illud, quod mihi videtur de iure verum. dic, quod aut loqueris in casibus, in quibus Papa, vel Imperator per suam constitutionem non potest habilitare illegitimum, de quibus paulo ante dixi, multo minus hoc poterit statutum ciuitatis.

vel alins inferior a Papa, vel Imperatore: aut loqueris in casi
bus, in quibus permittitur Papæ, vel Imperatori per suã con
stitutionem legitimare, vel alias habilitare spurium, vel aliũ
illegitimum, an statutũ ciuitatis, vel alius princeps inferior
a Papa, vel Impetatote hoc possit per suam constitutionem.
dic, quod aut ciuitas, vel ille princeps, seu dominus recogno
scit superiorem, nec eis sunt concessa ea quę sunt meri Impe
rii, & tunc nullo modo potest legitimare, vel alias habilitate
non legitimum, vt dixit Bart. aperte in d. l. testamenti factio.
ff. de testam & in l non ambigitur. ff. de legi. & Inno. In c. cum
P tabellio, de fi. instr & hoc casu non poterit legitimare, seu
habilitare etiam quo ad territorium suum. Nam cum nõ ha
beat ea quæ sunt meri Imperij, nõ poterit legitimare etiam
quo ad proprium districtum, ex quo quantum ad illud non
potest merum Imperium exercere. & istud etiam tenet do.
Card hic in 4 & 6 q. Aut habet iura principis, non tamẽ est
populus, seu dominus liber, & tunc potest legitimare, vt s. di
xi in quarto casu distinct. But. Idem & fortius si haberet iura
principis, & est populus, vel dominus liber. Idem si esset po-
pulus, vel dominus liber, licet nõ habeat regalia, vt supra di-
xi in sexto casu dist. But. Sed puto, q dato, q sit populus, vel
dominus liber etiam habens iura principis quo ad suum ter
ritorium. tamen ista legitimatio, seu habilitatio non exten-
ditur extra suum territorium. & sic nõ erit legitimus vbique
locorum. & istud voluit Bart. si bene ponderentur verba sua,
in d l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fi. cath. & in d. l. om
nes. C de nat. libe. Nam Bart. facit differentiam inter legiti-
mationem factam ab Imperatore, & legitimationem factã
per statutum ciuitatis & dicit, q legitimatio principis exten
ditur vbilibet, sed non legitimatio facta per formam statu.
ciuitatis: nam est speciale in Imperatore, vt concessio facta
ab eo, vel eius auctoritate extendatur vbicunque locorum,
sed non sic in concessione facta ab alio inferiore facit quod
no. Bart in l. j. ff. de offic procons & leg. & idem voluit hic In-
noc. dicit enim, q legitimatus ab vno primate, vel principe,
vel ciuitate non obtinebit ab intestato bona hæreditaria in
terra, quæ non sit subdita legitimanti, quia sic auferẽtur bo
na consanguineis defuncti, vel fisco, qui debet succedere ab
intestato. & ex hoc ego infero, q legitimatus a ciuitate, vel
domino ipsius ciuitatis quantumcunque habeat iura princi
pis nec recognoscat superiorem, non erit legitimus in loco
non subdito legitimanti, nec succedit in bonis suis in alieno
territorio, quod tamen intelligo, nisi legitimaret auctoritate
principis, puta si Imperator, vel Papa concessisset commu[?]
cati ciuitatis facultatem legitimandi: nam tunc extenderε-
tur vbicunq; locorum, quemadmodum dicit de Comite Pa-
latino habente a principe facultatem legitimandi. hoc dicit
Bar. in simili, in d. l. j. ff. de offic. procons. & leg. & hęc sunt quę
sentio in isto arduo, & difficili passu.
49 Tertio quæro, quid si eps legitimauit aliquem, an † legiti-
matus ab eo possit promoueri. Innoc dicit, quod sic, quia di
spensare in ordinibus est iurisdictio. & vr̃ residere Inno. q le-
gitimatus ab ep̃o quo ad ordines, per consequens est Indire-
cte legitimatus quo ad hæreditatem, quia aliqua conceduntur
per consequentiam, & indirecte, quæ non conceduntur
directe. 4. q. 3. §. serui ff de pact. tutorem. & quod no. 10. distin.
c. j. sed Butr. dicit, quod episcopus non potest legitimare lo-
quendo proprie, quia hoc est principis dispensare, tamen po
test contra illegitimitatem habilitando. & dicit. q hoc dicũt
Doct. hic, de quo se remittit ad cap. penult & fi. de fil. presby.
sed Gasp Cald. & dom. Card. in 3. q. dicit, quod episcopus nõ
potest dispensate cum illegitimo, nisi quo ad hoc, vt promo
ueatur ad minores ordines, & ad simplex beneficium, de fil.
50 presbyt. c. 1. in 6. Quo ad alia vero non potest, quia † episco-
pus non potest dispensare contra ius, nisi in casibus præmis
sis, de temp. ord. dilectus. & hoc mihi placet. vnde dicit, q si
episcopus dispensat cũ illegitimo, non poterit propter hoc
succedere in hæreditate patris, nec erit idoneus ad aliqua tẽ
poralia, quia nec dispensatio Papæ, seu legitimatio quo ad
ordines, nõ extenditur quo ad temporalia, vt supra dixi. sed
istud solum operabitur dispensatio, vt possit promoueri ad
minores ordines, & ei conferri simplex beneficium, vt d. c. 1.
de fil presbyt in 6. Ista tamen dispensatio, seu legitimatio ha
bilitauit etiam in alia diœces & ratio, quia ista habilitatio fit
auctoritate canonis, qui habet locum vbicunq; locorum. fa-
cit q dixi de legitimante auctoritate Papæ, vel Imperatoris.
Quarto quæro, pone aliquis habet potestatem legitiman-
di spurios, vel naturales. Item incestuosos: cõtingit aliquem
esse simul spurium, & incestuosum, vt quia natus ex coniuga
to, & coniugata, & ex copula habita cum consanguinea, vel
51 consanguineo; nam talis est † spurius, & incestuosus; quæri-
tur, an possit talem legitimare. Istam quæst. solenniter dispu
tauit Io. Cald. & Gasp. filius eius, cuius effectum ponit Ioan.
And. in addit. Specul. in Rubrica, eod. tit. in vlt. col. versi. huic
quæstioni. & concludit etiam, si potestas legitimandi sit con
cessa motu proprio, quod tamen non possit talem legitima
re, quia hæc est tertia species non inclusa sub aliquo prima-
rum. & hanc opinio. sequitur Ioan. And. vbi supra. & remit-
tit ad cap. susceptum, de rescrip. in 6.
Sed Bart in l. a. in princ. ff de verbor. oblig. & in l. si ita scri-
ptum ff de lib. & posth. determinat cõtrarium, scilicet quod
possit legitimare spurium, & incestuosum simul. quia in be-
neficiis fit latissima interpretatio, vt in l fin ff. de constitut.
princ & in c. cum dilectus. de donatio. Sed vni fit larga inter
52 pretatio, sub simplicibus † compræhenditur mixta, vt in l. si
ita scriptum. ff. de lib. & posth vbi dicitur, quod secundum iu
ris rigorem sub simplicibus non continetur mixta, sed ex be
nignitate sic. sed Ioan. Calder. respondet ad illam legem, &
dicit, quod ibi mixta non compræhenditur ex verbis, sed ex
coniectura ex mente testatoris lex dispositionem extendit fa
uore vltimæ voluntatis, In qua lex supplet, quia testator
cogitat. mortis præuentus non potest plene deliberare, secus
in actibus inter viuos, in quibus lex non supplet, nisi in quan
tum verba pariuntur. & dicit, quod hoc priuilegium non est
fauorabile, quia actus legitimationis est exosum, & hæc spe
cies mixta non est inclusa in mandato, ergo habetur pro
omissa.
Sed But. concordat opin & dicit, quod dictum Calde. pro
cedit, quando vellet legitimare ad præiudicium tertij venien-
tis ad successionem. opin autem Bart quando nemini præiu
dicat. ista concordia But. debet intelligi, quando in concessio
ne potestatis legitimãdi est expressum, quod possit legitima-
re in præiudicium illorum, ad quos spectat ius succedendi,
alias habens a principe simpliciter potestatem legitimandi,
non posset legitimare in præiudicium tertij, & sic nõ posset
legitimare etiam in simplicibus, nedum in specie mixta, vt
superius dixi. & ibi etiam dixi, an præiudicium, quod est in
sola spe succedendi habeatur a iure in aliqua extimatione,
seu consideratione.
Ex his sumus expediti de prima parte repetit. But. scilicet
qui possint legitimare, quam in pluribus suppleui.
53 Nunc descendo ad secundam partẽ, scilicet quæ † solenni
tates exigantur in legitimatione, & in hoc Butr. ponit plura
requisita ad solennitatem legitimationis.
Primo enim oportet, quod impetrans legitimitatem, ex-
primat qualitat. illegitimit. seu an sit spurius, vel incestuosus,
quia difficilius dispensatur cum incestuoso, quam cum illo,
qui fuit naturalis tantum, vt patet in hac Decretali, in fi. &
in talibus nihil debet tacere, vt in cap. super literis, de rescrip.
& patet ex his, quæ no. in cap cum dilecta, eod. ti. vbi dicitur,
quod in talibus literis gratiæ surreptio vitiat ipso iure, & sic
54 † surreptio non solum vitiat ipso iure in literis ad beneficia,
sed etiam ad quascunque literas gratiæ, dato quod gratia sit
ad aliud, quam ad beneficia, vt no. in dicto cap. cum dilecta.
ad hoc, de confirm. vti. vel inu. cap. 2. & 3. & quod no. per Do
cto. in cap. fin. de fil. presbyt. & per hoc dicit Ioan. Andr. eod.
tit. in addit. Specul versi. sed quæro. si natus. quod si quis dicat
se spurium impetrando legitimationem, & sit spurius dupli-
catus, quia natus sit ex vxorato, & vxorata cum alio, quod
nisi hæc exprimat, non valet impetratio, allegat de præben.
non potest, in Sexto, & in clemen. 2. de pręben. & de fil. pre
sbyt. cap. 1. in 6. & ff de adul. l. viri passam. §. prescriptionem.
& ibi plene hoc prosequitur, & ista est sua conclusio, & refert
Azo idem disputasse. idem refert Abb. Sicu dicit ergo, quod
omne tacitum, quo expresso princeps non ita de facili con-
cessisset legitimat habet ipsam vitiare. ad hoc, de rescrip po-
stulasti. & ff. de na. resti. l. 1. & idem dicit Abb. Sic. in similibus
esse dicendum.
Requiritur secundo, secundum aliquos, quod citentur
55 † agnati, quibus præiudicatur, & qui alias erant successuri,
sed Feder. de Sen consi. 160. refert quẽdam dom Grossoloni
consuluisse quod non, cum etiam pater possit legitimare fi-
lios naturalis, siue habeat legitimos, siue non, vt in Auth de
incest. nup. §. fin. cum ibi not.
Sed Bart. in l. Gallus. § & quid si tantum ff de lib. & posth.
distinguit, quod aut legitimatio fit viuente patre, & non ex-
pedit aliquem vocari, quia patre viuẽte potest disponere de
bonis suis, prout vult, arg. ff de adop l cum adoptio vbi tenet
adoptio non vocatis his, quorum iure agnatio consequitur
adoptatus: aut petit se legitimare post obitum patris, & tũc
aut pater in testamento hoc disposuit, & adhuc idem, quia
pro hoc potuit, vt in auth item si quis. C. de natura. liber. aut
nihil disposuit, & tũc in præiudicium illorum, quibus est ius
quęsitum non potest petere, se legitimari illis non requisitis,
& sic sunt vocandi, & quod plus est, requiritur, quod consen
tiant. ff. de na. resti. l. pen. posset tamen princeps præiudicare,
si vellet

si vellet etiam eis non requisitis, ff. de nat. restit l. 2. in fine. sed
do. Card. in 7. q. refert se vidisse consil. cuiusdam Doct. qui
consuluit etiam in vita patris non tenere legitimationē non
vocatis filiis legitimis, quia legitimatio debet fieri causa co-
gnita ff. de adopt. l. si pater, §. in arrogationibus. ergo citandi
sunt, quorum interest. ff. de adopt. l. nam ita diuus. & de ma-
io. & obe. intra quatuor. sed Gasp. Cald indistincte dicit cita-
tionem non esse necessariam, inducit no. per Iaco. de Are. in
l. patrono. ff. de nat. resti. & quod not. Innoc. in cap. si de trans.
præla. vbi dicit, quod quando aliquis examinatur extra iudi
cium, non est necesse aliquam vocare. quod est singulare se-
cundum do. Card. vnde do. Cardi. ibi supra concludit, quod
non est necesse aliquem vocare, & sic legitimatio valet, da-
to quod aliquis non sit vocatus, sed legitimatus. per hoc nō
consequitur ius apprehendendi hæreditatem cum præiudi-
cio illorum, cuius erat delata, nisi eis consentientibus; intel-
ligitur enim fieri sine præiudicio alterius, vt dixi supra cod.
tanta. & per hoc dicit do. Card. responderi ad id quod indu-
citur supra, s. quod debeat vocari, quia sua interest, quia im-
mo non interest, ex quo eis non præiudicatur. sed Butr. pluri
bus opinio. & quibusdam alijs recitatis quas omitto, dicit ꝙ
credit quod valeat legitimatio, quia in concessione priuile-
gij non est necessaria vocatio partis, cum fiat ex liberalitate
Principis, vt in l. libertus, & in l. eum qui. ff. de in ius vocan. &
no. de confir. vti. vel inut. cum dilecta. & de priuil. cum olim.
& dicit, quod sic consuluit Dy. & hoc est quando legitimat
in terris suis, sed quando legitimat alibi non potest etiā cita-
tis quibus est creatum ius nisi consentiat, & hoc quando le-
gitimatio fit mortuo patre: si autem fieret in vita patris, &
tunc aut ad petitionem patris, & hoc casu dicit Butri. quod
satis potest dici, quod potest fieri legitimatio etiam non vo-
catis agnatis, quia pater potest disponere quicquid vult de
hæreditate ad præiudicium sperantis successionem ab inte-
stato; dicit tamen quod fiat mentio agnatorum, & quod di-
catur, non obstante l. &c. & quod non subsisteret secundum
sine primo. Butrius dicit si fiat ad instātiam filij legitimatio
in vita patris, nam nō exigitur consensus illorum, maxime
56 si sunt vlteriores agnati, sed de confratribus † dicit esse ma-
gis dubium, quia in vita patris dicuntur habere quasi domi-
nium, vt in l. sui, Instit. de hære. qual. & diff. & in l. in suis, ff. de
lib. & posth. sed Butr. dicit, quod non credit quod hoc vitia-
ret legitimationem, & dicit quod hoc videtur tenere Iac. Bu
trig. in l. adoptare, §. 1. ff. de adop. Nec ob. quod non adopte-
tur quis in filium absque alterius filij consensu, vt in l. 3. ff. de
adop. quia secundum But. illa lex loquitur in collatione no
ui iuris non consonante natura, hic autem consonat natu-
ra, cū habetur diff. si legitimi & illegitimi non fuerint secun-
dum primæuum ius naturę. & sic secundum Butr non vitia
bitur legitimatio, ex eo quia filij legitimi non sint vocandi,
vel non consenserint. Nota bene verba Butr. quia Butr. vltra
quod hæc potestas legitimandi sit protogabilis per non sub-
ditum. Item quod non requiritur consensus illorum qui sen
tiunt præiudicium in sola spe. dic vt dixi supra, vbi late exa-
minaui. Item dicit, quod licet non sit necesse partem vocari,
dicit quod credit quod non valeat legitimatio in præiudi-
cium aliorum filiorum, nisi appareat Principem sciuisse istū
habuisse alios filios, quia hæc est causa quæ facilius est indu-
ctiua mentē Principis ad cōcedendū vt legitimetur. ex quo
patet non habet alium filium qui sit legitimus, sed facta ex-
pressione bene valeret legitimatio, impetratio, & dispensa-
tio. & dicit quod idem tenet Vber. de Bo. de agna. si de eis nō
fecit mentionem, vt recitat Io. And. in Spec. de success. ab in-
test. versi. item scias. vel dic quod loquitur quando mortuus
erat pater. & dicit Butri. quod idem sentit quando pater vi-
uit, & hoc credit priuilegium etiam si priuilegium esset con
57 cessum proprio motu, quia proprius † motus non cōfirmat
rescriptum vel priuilegium contra ius alterius, vt no. in c. si
motu proprio. de præb. in 6. & sic etiam si non fit mentio de
filijs vel de agnatis, secundum Butr. valet legitimatio, sed nō
ad eorum pręiudicium. & dicit, quod est necesse specifice ex
primere de hæreditate vel de iure alteri quæsito, & quod in-
tendit præiudicare, maxime si exprimat, non obstante tali
lege. dicit tamen quod Vber. de Bo. vt refert Io. And. in Spec.
de success. ab intest. ver. sed ex facto. qui dicit, nisi faciat men
tionē de contractis, & de iure delato, quod non valet impe-
tratio, licet legitimatio sit impetrata, non obstante l. aliqua
in contrarium faciente, & sic cum generali clausula, & di-
cit quod tenet Iaco. de Beluis. in Auth. quib. mod. nat. eff. sui.
coll. 7. sed Ioan. And. in d. versi. hoc non dicit, sed refert Gui.
de Suza tenuisse per l. cum diuus, ff. de cond. & demon. & in
l. cum notissimi, C. de fideicom. quod si pater petit filium le-
gitimari in rescripto legitimationis, subintelligitur tacita cō
ditio. s. si legitimos non haberet per quam tacitam condi-
tionem rescriptum euanescere, licet in rescripto expressum
non fuerit illud peti vel concedi in defectu legitimorum,
& sic vult quod si habens filios legitimos, petit filium spuriū
legitimari, non valet legitimatio, nisi in rescripto sit expres-
sum, quod habet alios filios legitimos, quod etiā tenet Butr.
licet non alleg. Ioan. And. in d. versi. hoc dictum etiā sequitur
Abb. Sic. & sic vide per Io. And. in d. versi. sed ex facto. vbi di-
cit, de clausula, non obstante, sed melius facit illud quod
dicit Vber. de Bo. vt refert Ioan. And. in ver. item scias. a con-
trario tamen sensu. ibi enim dicit Vbert. de Bo. quod si spu-
rius impetrauit a Principe, quod esset legitimatus, agnatis
& cognatis succedere potest, non obstante l. aliqua, quod va
let legitimatio quo ad agnatos & cognatos etiam sine clau-
sula, non obstante, quia hæreditates non delatæ non obstan-
te sunt in bonis nostris. ff. de acquir. hære. l. substitutio vel sal
tem sufficit generalis clausula, non obstante, de qua explica-
ui. ergo a contrario sensu vbi tractaretur præiudicādo agna-
tis quo ad hæreditatē eis delatam, requiretur specialis men-
tio cum clausula derogatoria faciente specialiter derogati-
uam de iure quęsito, & puto quod hoc modo Butr. voluerit
allegare Vber. de Bo. & sic voluit allegare Ioan. And. in vers.
item scias sed in quantum dicit Butr. quod Io. And. sensit ꝙ
etiam si impetretur legitimatio in vita patris, quod debet fie
ri mentio de agnatis, certe Io. Andr. hoc non refert, nec ap-
paret ex dictis Ioan. And. quod Vber. de Bo. hoc senserit, sed
potius Ioan. And. sensit contrarium; nam naturalis legiti-
matus per Principem non præiudicat agnatis quo ad hære-
ditatem delatam, ergo secus videtur sentire quando hæredi-
tas non esset delata agnatis, sed subesset sola spes, quia tunc
non esset necesse facere mentionem de agnatis. Abb. autem
Sic. pro maiori parte dicit illud quod Bart. in d. l. Gallus, § &
quid si tantum, ff. de libe. & posth. dicit enim quod aut pater
viuit, & satis est quod pater consentiat, adeo quod legitima-
tus succedat etiā agnatis ab intestato; nam Princeps qui ab-
stulit istis bastardis ius agnationis & cognationis, potest eos
restituere absque alterius iniuria ad ius primæuum, vt in §.
qualiter, in Auth. quib. mod. natu. effic. sui. aut pater est mor-
tuus, & tunc si pater disposuit, quod filius legitimetur, tunc
non est necesse vocare agnatos, vt in auth. item si quis, C. de
nat. libe. aut pater nihil disponit, & tunc est opus quod voce-
tur agnati, quibus paterna hæreditas est acquisita, vt in l. 2.
in fi. & in l. fin. ff. de nat. restit. alias dicit, quod non valeret re-
scriptum legitimationis, seu saltem non haberet regressum
ad bona paterna. & hæc dicit vera, nisi Princeps ex certa sciē
tia velit legitimare agnatis non vocatis, & hoc etiam dicit
Bart. in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de libe. & posthumis.
58 Potest enim † Princeps restituere in integrum ex certa scien
tia etiam cum præiudicio alterius, ad hoc quod not. in l. fin.
C. de sent. pass. & in l. in causæ, ff. de mino. & hæc sunt omnia
verba Bart. dicit tamen Abb. Sic. quod si pater haberet filios
legitimos, nō valeret legitimatio spurii, nisi de legitimis fiat
mentio, quia Princeps non solet ita de facili legitimare quā-
do legitimandus habet fratres legitimos, vt dicit not. Ioan.
And. in addi. Spec. ver. de succes. ab intest. § 1. vers. sed ex facto
quærit. & hoc vltimum etiā sequitur Butr. pro quo facit tex.
secundum Abb. Sic. in §. illud, in Auth. quib. mod. nat. effi. sui.
Ego etiam puto, quod sit vera opin. Bar. & quod sit facienda
vocatio, quod pater sit mortuus. & hoc aperte probatur in
iurib. alleg. per Bar. in l. 2. in fi. & in l. pen. & in l. fi. ff. de nat. re-
stit. in quibus dicitur, quod Imperatores non solent facile re
stituere natalibus libertum, nisi consentiente patrono vel
eius filio; & ratio, quia per talem restitutionem patronus vel
eius filius perdit ius, quod habet in libertum, & propter hoc
requiritur eius consensus; sicut ergo in restitutione quam fa
cit Princeps natalibus, tertius, qui sentit præiudiciū debet
cōsentire, & si debet consentire, ergo debet vocari vt cōsen-
tiat, vel saltē debet apparere de expressa intētione principis,
qđ ei intendit præiudicare. vnde opi. Bar. est vera, quod requi
ratur vocatio quando tractatur de pręiudicio tertij, alias le-
gitimatio non valet. & ad illum tex. qui sentit præiudicium,
licet quo ad alia possit valere, vt in iuribus præalleg. & ideo
quo ad agnatos, dic quod aut eis est delata hæreditas, & tūc
si filius defuncti petit se legitimare, debent vocari vel saltem
debet apparere expresse de intentione Principis, quod inten
dit eis præiudicare, vt in dictis iuribus, aut non est delata hę
reditas, vt quia pater spurij viuit, vel saltem debet apparere
de intentione Principis, quod intendat eis præiudicare quo
ad fideicommissum, quia illud ius æstimatur, nec consistit in
sola spe. & dicit Bart. in l. 1. §. potest ff. de acquir. hære. & supe-
rius dixi. & hoc modo possit procedere opin. But. dum dicit,
quod est facienda mentio de agnatis etiam viuo patre, aut
agnati non habent ius fideicommissi, nec est delata hæredi-
tas, vt quia pater spurij non fuit grauatus fideicommisso. &
viuit

viuit, vel dispoſuit in vita filium legitimari, & tunc non debet fieri mentio de ipſis, quia pater de bonis ſuis potuit facere quicquid voluit, vnde non requiritur ipſorum mẽtio, ad hoc optime facit l. cum adoptio ff. de adopt. & iſta fuit mens Bart. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthum. & Abb. Sic. hic, & idem ſentit Bal. in procemio Codicis, ſeu in rubr. de nouo Codice compon. & in l. nam ita diuus, ff. de adopt. & dicit ita tenere Cyn. nec eſt verum, quod princeps difficilius conceſſiſſet legitimationẽ, ſi ſciuiſſet illum habere agnatos, nam de bonis ſuis potuiſſet diſponere ad libitũ, & ſic legitimatio principis non affert aliquod præiudicium agnatorũ, nec eſt a iure æſtimabile, quod habeant ſpem ſuccedendi in hæreditate, ex quo poteſt ille qui petit legitima. ad libitum de bonis ſuis diſponere, vt dicit Barto. in l. fina. C. de pac. & in l. 1. §. poteſt. ff. de acqui. hære. & in l. poſt emancipationem, ff. de libe. lega. & ſuperius dixi, & hoc tene, quia eſt communis ſententia. aut habet filios legitimos, & tũc dic
59 quod ſunt vocandi, quia † pater non poteſt legitimare ſpurium in præiudicium filiorum legitimorum, vt in auth. item ſi quis, C. de natu. libe. & in §. illud. in Auth. quib. mod. natu. effi. ſui. & hoc tenet Bart. in l. nam ita diuus, ff. de adop. ꝙ intellige niſi appareat expreſſe de mente principis, quod intenderet præiudicare filijs legitimis, vt quia de eis fieret expreſſa mentio in reſcripto & ſic intellige Ioan. And. in add. Spec. eo. tit. § 1. verſ. ſed ex facto quæritur. & Abb. Sic. hic, quicquid dicat Butr.

Non obſt. Auth. de inceſt. nupt. § fin. quia verum eſt, quod pater poteſt legitimare filios naturales contrahendo matrimonium cum concubina inuitis filijs legitimis, vt ibi dixi, & hoc eſt fauore matrimonij. ſed aliter quam per contractũ matrimonij non poteſt legitimare filios naturales extantib. legitimis, & non conſentientibus, vt in d. auth. item ſi quis, C. de nat. lib. & in Auth. quibus mod. natu. effic. ſui. §. illud. & ita intelligo illum articulum difficilem.

Sed inquantum dicit Bart. & Docto. quod poteſt Papa vel Imperator legitimare ſpurium in præiudicium iuris alteri q̃-
60 ſiti, videtur falſum, quia † princeps non poteſt alteri auferre ius quæſitum ſine cauſa, vt in l. Lucius, ff. de euict. iſta non eſt noſtra materia, ſed eſt materia l. fin. C. ſi contra ius vel vtilit. pub. & c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. ſed dic, quod vbi ius naturale eſt contra illum qui ius quæſiuit, poteſt illud princeps tollere, nam illegitimus quantum ad naturã debet ſuccedere, ſed ius poſitiuum illum excludit, nam princeps poteſt reintegrare ad primæuum ius naturæ in præiudicium alterius, vt d. l. 2. ff. de nata. reſtit.

Vel aliter, licet hæreditas ſit delata, adhuc non eſt plene quæſita, donec hæreditas ſit adita, de quo dic vt plene habetur in locis prædictis. [a]

61 Sed quæro, quid † ſi agnati in caſu quo debent vocari fuerunt citati, & ſunt contumaces. iſtam q. ponit Bald. in d. l. nã ita diuus, ff. de adopt. & ita refert Dy. conſuluiſſe, quod valet legitimatio, nam legitimatio eſt merum priuilegium, quod poteſt concedi ex mera auctoritate & liberalitate ſuperioris inuitis inferioribus nam vbi priuilegium vel reſcriptum conceditur, non eſt neceſſe quod aliquis citetur, vt in l. libertus,
62 ff. de in ius voc. & in c. cum, de præb. in 6. ſed † legitimatio dicitur donum, vt in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. §. non ſolum.

Item dicitur confirmatio. ff. de ritu nup. l. & in prouincia. ſed refert alios dicere, quod ſi agnati vel cognati adiuerant hæreditatem infixa eſt eis hæreditas, ideo non poſſunt deſinere eſſe hæredes, ſed ſi non adiuerant tunc ſecus, quia cum patiantur videtur ius eorum habere pro derelicto, quia facile erat contradicere ſi volebant contrarium, ar. in l. ſi ff. quando appel. ſit. & in illa opin. videtur reſidere Bald. & mihi placet magis quam prima, quia immo debent vocari, vt dixi ſupra, ex quo eis eſt delata hæreditas, vt in l. 2. in fi. & in l. penul. & in l. fin. ff. de nata. reſtit. vt dixi ſupra. & collige bene verba Baldi, quia videtur velle, quod princeps non poſſit legitimare in præiudicium agnatorum poſt adi. hæreditatis, & hoc tenuit Bald. in l. 2. C. de precibus Imperat. offer. & ſequitur Raph. licet dubitatiue, §. & quid ſi tantum, in fi. ff. de liber. & poſthum. ſed pendet a notatis in l. fin. C. ſi contra ius vel vtilita. publ. & in cap. quæ in eccleſiarum, de conſtitut.

63 Requiritur & tertio † conſenſus ipſius patris cui per legitimationem efficitur legitimus, & dicit Butr. quod ſufficit ꝙ conſentiat a principio vel ex poſtfacto, vt in § naturalem, & in §. generaliter, in Auth. quibus mod. natu. effic. ſui.

Requiritur etiã conſenſus filij in legitimatione, quia non poteſt fieri legitimus inuitus. vt in l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in §. generaliter, in Auth. quib. mod. nat. eff. ſui. & hoc tenuit Guil. & Bart. in d. l. fin. quod procedit etiam in legitimatione, quæ fit per ſubſequens matrimonium, puta contrahitur matrimonium cum concubina, nam per tale matrimonium non efficiuntur legitimi filij ſi non conſentiunt, vt dixit Guil. & Bald. in l. benignius, ff. de legib. & dixi ſupra eo. per tuas.

In gl. in ver. appellauit. hoc tamẽ fallit in infante, nam talis poteſt legitimari, dato quod non haberet intellectũ conſentiendi, vel contradicendi, immo etiam ſi cõtradiceret, ex quo caret intellectu, vt in l. iubemus, C. de emancipa. libe. & hoc dicit Bar. in d. l. fin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Nun-
64 quid autem ſi legitimatur † filius ſpurius vel naturalis requiratur conſenſus filij legitimi. Butr. videtur dicere, ꝙ aut quis efficitur filius per adopt. ſecundum ea quæ vidiſtis in c. vnico, de cogna. lega. & tunc debet filius qui eſt in poteſtate conſentire, quia eſt ius non conſonum naturæ: aut ille qui eſt filius naturalis vel ſpurius legitimatur, & tunc dicit But. quod non requiritur ipſius filij legitimi conſenſus, qui talis illegitimus de iure naturæ eſt legitimus, & per legitimationem reſtituitur ad primæuum ius naturę, & ſic tollitur ſolum obſtaculum iuris poſitiui, quod facit ipſum illegitimũ, ſed profecto iura alleg. per Butr. non probant, quod filius poſſit cõtradicere patre volente alium adoptare in filium. nam aut quis vult adoptare aliquem in filium, & tunc ſola voluntas adoptantis, & adoptati inſpicitur, nec requiritur cõſenſus filiorum, quos habet adoptans, nec aliorum agnatorum, aut quis vult adoptare aliquem tanquam nepotem ex filio legitimo & naturali quem habet in poteſtate, & tũc debet filius conſentire, quia non compellitur habere aliquem in filium niſi conſentiat, & ſic non poteſt pater facere filium adoptiuum filio niſi conſentiat, quia compelleretur eum tractare, vt filium, & eum habere hæredem, & de hoc vide in l. adoptiuus, cum duabus ſeq. ff. de adopt. & in §. ſed ſi quis, Inſtit. de adop. vnde loquendo in materia legitimationis, dic quod aut filius naturalis legitimatur per ſequens matrimonium, puta contraxi matrimonium cum concubina, & tunc non eſt neceſſe ꝙ filij legitimi conſentiant, immo ipſis inuitis poteſt fieri legitimatio, & de hoc eſt tex. in Auth. de inceſt. nup. § fin. aut non eſt filius naturalis, ſed eſt natus ex dãnato coitu, & tunc non poterit petere legitimationem niſi filijs legitimis conſentientibus, vt in auth. item ſi quis, C. de nat. libe. & per Bald. in l. nam ita diuus, ff. de adopt.

Si tamẽ appareret de mente principis, quod intenderet filium eſſe legitimum, non obſtante quod haberet alios legitimos valeret legitimatio etiam ipſis non conſentientibus, vt in l. 2. & in l. pen. & fin. ff. de nata. reſtit. & tenuit Bart. in d. l. Gallus, § & quid ſi tantum, de lib. & poſth. & optime probatur in dictis iuribus, & dixi etiam ſupra. aut vult legitimare tanquam filium ex filio, vt ille qui eſt baſtardus efficiatur filius legitimus filij ſui, & ſic ſit nepos quo ad patrem, & hoc non poteſt facere niſi filius conſentiat, vt in d. §. ſed ſi quis nepotis, Inſt. de adop. & in l. cum nepos, ff. de adop. nam in legitimatione requiritur cõſenſus illius, qui debet eſſe pater, & qui debet eſſe filius, vt in § naturales, & in §. generaliter, in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. ſed filius legitimus hoc caſu debet eſſe pater, ergo debet conſentire, & colligitur etiã per rationem Butr. nam primæuum ius naturæ non conſonat vt filius naturalis ſit filius filij legitimi, ſed vt ſit frater: vnde cũ talis legitimatio habeat vim cuiuſdam adoptionis reſpectu filij legitimi, debet conſentire, vt in iuribus. Et audiui, quod Excellentiſſ. Monarca ac Præceptor meus, D. Antonius Roſellus, hoc tenet in ſuo tractatu legitimationis, quæſt. 56. ſed per quas rationes moueatur neſcio, quia nõ vidi, immo ego credo, ꝙ princeps non poteſt de abſoluta poteſtate legitimare filium vel naturalem tanquam filium filij legitimi, niſi filius legitimus conſentiret, quia non poteſt princeps ſupplere conſenſum, vbi non eſt ubi ſumus in actibus dependentibus a conſenſu, licet poſſet præſumere vel fingere cõſenſum quando dubium eſt an interuenerit, vt in c. is qui & ibi dixi, de ſponſ. Nunquid autem nepos poſſit mortuo patre legitimari, dicam in quinto requiſito.

65 Requiritur & quinto, quod † legitimatio petatur per ſe, & non per procuratorẽ, & pro hoc facit l. iubemus, C. de emã. lib. & l. poſt mortem, in fi. cum l. ſeq. ff. de adop. l. omnes, C. de his qui ven. æta. impet. & l. nec meliorẽ, C. de manum. vindic. Sed Bart. in d. l. poſt mortem, § 1. ff. de adopt. videtur dicere, ꝙ legitimatio non debeat peti per procuratorem, ſi tamen petitur per procuratorem, nec opponitur, tenet legitimatio, & dicit quod hoc ſentit gloſ. in Auth. quib. mod. natu. effi. legit. §. ſi quis ergo. glo. verſ. ſi igitur licentia. alleg. etiam gloſ. in l. vniuerſis, C. de prec. Imper. offer. cum ibi not. vbi dicit, quod ſi ea

ADDITIO.

a Adde Bald. in l. ij. C. de iuris & fac. ignoran. & Alexand. Imo. conſi. 87. 7. col. verſ. illud etiam vult. Bald. 2. vol. qui tenet, quod ante aditam hæreditatem poteſt princeps legitimare, ſed non poſt.

ſi ea quæ non poſſunt fieri per procuratorem fiant, valeni ſi non opponitur, quod eſt multum not. ſecundum Batto ſed Bart. in l Gallus. §. forſitã, quod iam ea parte filij, quã ex parte patris poſſit fieri per procuratorem, per regulam quæ habetur in l. 1. ff. de procurat. vbi vſus procurator. eſt permiſſus. vnde ex quo non reperitur expreſſum, quod in legitimatione non poſſit interuenire procurator, debet ſtari regulæ, quæ permittit procurator.

Secundo per aliam regulam reſcriptum poteſt imperrari a quocunque, nec refert a quo, vt in l vniuerſa. C. de precib. Impera. offer ſed iſta legitimatio fit per imperrationem priuilegii, ſeu reſcripti, vt in Auth quib. modis eff ſui § ſi quis ergo. verſi. ſi igitur licentia, in glo quæ incipit, qualiter fiat. & probatur in auth. item ſi quis, C. de natur. lib. vbi ſufficit, ꝙ filius oſtendat voluntatem patris, nec eſt neceſſe, quod pater ſit præſens Item ex parte filij nõ requiritur quod ſit pręſens, ſed ſufficit quod ratum habeat, vt in Auth. quib. mod. natu. effi ſui. §. naturales, & § generaliter. Ad contraria reſpondet Bar. dicens, quod non ob l. iubemus, & l nec mulierem, quia pater in legitimatione quam petit diſponit, ſed Principi vel habenti auctoritatem ab eo diſponenti conſentit, non enim pater legitimat, ſed Principis auctoritas. ſed l. contrariæ loquuntur quando pater ipſe diſponit, vel quia emancipat,
66 vel abſoluit filium, & iudex auctoratur Item cum † pater adoptat, vel dominus manumittit, quæ non ſunt de adminiſtratione patrimonij nõ poſſunt fieri per procuratorem. Ad l omnes, C de iis qui ven æta impet reſpondet Bart quod ibi requiritur præſentia perſonæ ad cognitionem, quæ ſine ea fieri non poteſt, ſed in legitimatione non requiritur præſentia perſonæ ad cognitionem, ſed ad executionem, ergo poteſt fieri in abſentia patris, vt in l ſeruum quoque § publice. ff. de procur & pro hoc eſt caſus hic in principio, nam legitimatio fuit hic petita per procuratorẽ, & hoc ſequitur But. hic, & Doct. in c veniens, ſupra de cogna. ſpir. vbi tetigi, & ibi etiã dixi, an compaternitas poſſit cõtrahi per procuratorẽ.

Requiritur quinto ſecundum Butr. quod iſta legitimatio a patre fiat vt legitimetur vt filius, non vt nepos mortuo fi-
67 lio, hoc eſt dicere an † nepos natus ex filio poſſit legitimari filio mortuo vnde alleg Guil qui dicit quod non in l. fi. ff de iis qui ſunt ſui vel alie iur quia fictio exigit perſonam filij, & per eam extendatur ad nepotem, ff. ad l. Aquil. l huic ſcripturæ, & ff de bon libe. l qui libertum. § poſthumum. & idem tenet Bal in l. benignius, ff de legi nam Guil. & Bal. in d. l. benignius, formãt talem queſt. aliquis habuit filium naturalem ex concubina, qui deinde ex legitimo matrimonio habuit filium, qui eſt nepos quo ad patrem patris ſui, deinde auua mortuo filio naturali contrahit matrimonium cum concubina, quę eſt auia iſtius nepotis, an per tale matrimonium nepos qui deſcendit ex naturali filio fiat legitimus quo ad auum, nam de iure communi, licet ſit legitimus quo ad patrem quando eſt illegitimus quo ad dominutu, vt ſupra eo. cauſam, el primo. & capit lator, tamen intellige vt habetur in l fin. C. de natu. liber. & dixi ſupra de eo qui dux. in matri. quam pol. c. cum haberet, & in d. c cauſam, & Guil de Cun. & Bal. in d. l. benignius, dicunt quod non legitimatur nepos per tale matrimonium idem tenet Bur loquendo, quod ipſi loquuntur in legitimatione reintegratiua, quæ diſponit in radicem matrimonii, prout poſuit exemplum, ſed quo ad collatiuam, dicit ꝙ nõ videt rationẽ. quare Princeps nõ poteſt conferre iura legitimitatis iſti nepoti etiam mortuo filio, & ratio poteſt eſſe, quia cum collatiua non diſponat in radicem matrimonij, ſed ſolum legitimet, vt ex nunc, nõ attenditur an pater viuat, vel an ſit mortuus, ſed ego de ijs nõ tenens memoriæ de ijs, licet ſæpe viderim determinari, ſup. eo. per tuas, in pen. quæſt. quam ibi feci poſt gloſ non tamen recedo ab opin. quam ibi tenui, quia reperi Bart. & Raph in l Gallus. §. ſæpe, ff de lib & poſth. qui tenent contra opinio. Guil & Bal. & Butr. Nam tenent, quod nepos per legitimationem poſſit effici ſuus auo poſt mortem filij, & de hoc eſt bonus tex. in l. adoptare, ff. de adopti. vbi dicitur, quod poſt mortem filij poteſt quis adoptari in nepotem tanquam natus ex filio præmortuo, & ſic mors filij non impedit fictionem quæ fit per adoptionem, quæ ſecundum Butri. non eſt conſona naturæ. & maxime ſi fit per contractum matrimonij, ꝙ eſt magis fauorabile quam adoptio, vt ſupra eo tanta. ad idem auth. item ſi quis, C. de natu. lib. vbi dicit, quod mortuo patre poteſt filius legitimari: vnde eadem ratione nepos ex filio. Nec eſt verum quod fictio exigat perſonam filii, vt d. l. adoptare. ff. de adopt. Præterea mortuo filio, nepos ſubintrauit in locum eius, vt in § poſthumorum, Inſt. de exhær. libe. & in l. poſthumorum, ff de Iniuſto rupto & irrito teſta. & per hoc concludo, quod ſiue agamus de legitimatione reintegratiua, quæ fit per matrimonium, ſiue de collatiua quę fit per Principem mortuo filio, legitimatur nepos, alias rationes aſſignaui in d c. tanta. & hoc addes ad ibi not.

Requiritur & ſexto ſecundum But. quod legitimetur ſimpliciter non quo ad quid, quia ſi quo ad quid legitimaretur eſſet, quaſi quoddã monſtrum, vt hic dicitur, & ex hoc ſequitur ꝙ pater non poſſit filium legitimare hoc pacto, vt in certa parte ſuccedat, quia quo ad partẽ in qua ſuccederent eſſet legitimus, & quo ad aliam eſſet non legitimus, facit l. quæſitum, ff de adopt. vbi dicitur, quod quis non poteſt adoptari, cum hoc vt ſit filius adoptiuus quo ad vnum tempus, & quo ad aliud tempus non. fatetur tamen Butr. quod quis poteſt
68 legitimari vt ſit † filius legitimus in totum, & tamen quo ad certam partem bonorum ſolum ſuccederet, & alleg. Bart in l. quæſitum, ff. de adopt qui alleg. cap vnicum, de filiis natis ex matrimonio ad morganicum contract. in vſibus feud dicit Butr. quod hoc non reperitur in noua lect. ſed recollect. antiquis. ſed ego in hoc ſic dicerem. quod aut loquimur in legitimatione, quæ fit per ſequens matrimonium, & puto ꝙ
69 pactum non valeat, quia iſtud pactum cum filio, ſcilicet † ꝙ filius non ſuccedat patri non tenet, vt in l. pactum, C. de collat. & in l fi. ff. de ſuis & legit. & in l. ſi quando, §. 1. ff de inoffi. teſta. vnde cum pactum ſit reprobatum a iure, non poterit apponi in legitimatione, ſed ſi eſſet appoſitum iuramẽtum eſſet ſeruandum, vt in c. quamuis, in 6 de pact. aut loquimur in legitimatione, quæ fit per Principem. & ſine dubio poterit Princeps legitimare cum hac conditione, quod in nihilum ſuccedat. nam Princeps poteſt iudicare quo ad hæreditatem ſaltem nondum acquiſitam, vt dicit Bar. in l Gallus, §. & quid ſi tantum, ff de lib. & poſthu. & Bal in l. 2. C. de prec. Imper. offer. & ſupra dixi, & maxime quia eſt ſupra ius poſitiuum. vt in c. propoſuit, de conceſſ. præb & non ligatur legibus, vt in l digna vox C de legibus aut nos loquimus in legitimatione. quæ fit per ſtatutum ciuitatis & tunc puto aduertendum nam aut tenemus opin. quod ſtatutum poſſit tollere legitimam in totum, & tunc ſtatim poterit legitimare cum hac cõditione vt legitimatus in nihilum ſuccedat, aut tenemus opin quod poſſit minuere ſed non tollere legitimam, & tunc poterit legitimari cum hoc vt in certa parte ſuccedat, licet illa pars ſit minus legitima, ſed non poterit legitimare, vt in nihilum ſuccedat.

Quæ autem opin. ſit verior, dic vt in regula, Indultum, de reg iur in 6. & in l. ſancimus, C. de nup. quod intelligo niſi legitimandus iuraret, vt in c. de pactis, in 6. aut quærimus in legitimatione quæ fit per Comitem Palatinum, & tunc nõ habent auctoritatem alterandi naturam legitimationis nõ poterit legitimare, cum hoc vt legitimandus in nihilum ſuccedat, vt tantum in certa parte ſuccedat. nam non poteſt apponere condit. in legitimatione quæ a iure ſit improbata, vt in l pactum, C. de collationibus & in l. ſi quando, §. 1. C. de inofficioſo teſtamento & in d. l fin ff. de ſuis & legitimis & licet illa iura loquantur in filio legitimo, tamen eadẽ ratione procedunt in filio legitimando, quia in ipſo eſt eadem ra-
70 tio quæ in legitimo. Nam † ratio quæ exprimitur in filio legitimo, habet locum etiam in filio legitimando, hoc verũ, niſi interueniret iuramentum, vt in c. 2. de pact. in vj. tamẽ licet non ſuccedat, erit legitimus in totum, quia ſicut homo non poteſt eſſe diuiſus in duas partes, ita non poteſt eſſe legitimus, & in parte non legitimus, quia eſſet monſtruoſum, vt hic dicitur, nec valeret conſuetudo, vel ſtatutum contra ſubſtantiam actus, vt dicit glo. in c. non putamus. de conſuetud. in vj facit l cum precario ff. de precar & hoc intellige quo ad ea quæ ſunt eiuſdem fori: nam quo ad vnum forum quis poteſt eſſe legitimus, & non quo ad aliud, puta ſi vnus eſt legitimatus ab Imperatore, nam non erit legitimatus quo ad ſpiritualia, & non erit legitimus quo ad temporalia, quia forus ſpiritualis & temporalis ſunt diuerſi, vt dixi ſuperius, in prima parte huius repetitionis in illo articulo. in quo tractatur de legitimatione Papæ, & Imperatoris, & hæc ſufficiãt quo ad ſecundam partem ſ repetitionis But ſcilicet quæ exigantur ad ſolennitatem legitimat. quam in pluribus ſuppleui.

71 Nunc capio tertiam partem, in qua videndum eſt † de effectu legitimat. & dicit But. eſſe aduertendum, quod quædam eſt legitimatio reſtitutiua, quędam collatiua, quędam diſpẽſatiua. Reſtitutiua eſt, quando legitimatus, & per omnia reintegratus primæuę naturæ, & eſt duplex. ſecundum But. quia quædam eſt pleniſſima, & hæc refert ſe ad principium, & fit in radice matrimonij. Quædam legitimatio reſtitutiua dicitur plenior, & hæc non refert ſe ad principium matrimonij, ſed ſe refert ad ſuperficiem prolis, reintegrando prolem ad primæuum ius naturæ, & tribuit iura legitimit. perinde, ac ſi eſſet natus legitimus, & ſic reſtituit eum, quemadmodum ſi fuiſſet natus legitimus, & primam facit ſolus Papa. ſecundam etiam Imperator poteſt facere, vt ſupra dixi. Collatiua,

quando nouiter eo ad quem confert iura legitimitatis non restituendo retro. Dispensatiua quando secum dispẽsatur, vt non obstante legitimitate ad aliquem actum admittatur, & hæc secundum Butrium non est propriè legitimatio, sed dispensatio in aliquo particulari conferens ius legitimitatis, & effectus primæ legitimationis. s. restitutiua est quod omnino reintegrat ad prima iura, perinde est ac si esset natus legiti-
72 mus: sed an si † statutum in materia stricta faciat mẽtionem de legitimo comprehendat legitimatum. & videtur quod non, quia statutum vt stricti iuris applicatur ad veram & originalem legitimitatem, non ad fictam, vt in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. Butr. dicit, quod si legitimatio est collatiua aut dispensatiua non comprehenditur in statuto sub appellatione legitimi, quia sic dispensatus non dicitur legitimus, quia non est reintegratus quo ad naturalia, sed dubium est de legitimatione reintegratiua, & in hoc dicit But. quod quædam est legitimatio restitutiua plenissima per quã disponitur in matrimonio, & in hoc dicit Butr quod si legitimatio fit ex viribus matrimonij talis comprehẽditur appellatione legitimi in verbis statuti nam ius positiuum est illud quod facit differentiam inter legitimum & illegitimum. vnde si lex confert legitimitatem confert vere & non ficte, & per hoc sequitur secundum Butr. quod legitimatus per sequens matrimoniũ verum vel putatiuum dicitur vere legitimus, vt supra eo tanta. & quod ibi no sed But. in d. cap. tanta, tenuit contrarium, sed verius est illud quod hic dicit, vt ibi dixi. Quædam est legitimatio reintegratiua. s. plenior. s. per quam disponitur in prolem legitimando & reintegrando ad primæuum ius naturæ, & de ista dicit Butr. esse magis dubium, dicit tamen quod cum ista legitimitas sit de iure positiuo, videtur quod talis comprehendatur appellatione legitimi: sed dicit, quod si legitimatio fiat ex viribus iur. communis, vt in casibus not. supra eo per tuas tunc talis comprehenditur appellatione legitimi, secus si fieret legitimatio virtute rescripti, nam tũc nõ comprehenditur appellatione legitimi, quia eius legitimatio est de iure speciali, & non communi, & appellatione statuti refertur ad legitimum de iure communi, sed dicit Butrius quod audiuit quendam disputantem contrarium: sed dicit quod opin. eius non est vera, quia D. Ang. de Perus. contrarium decidit in ciuitate Bononiæ.

Sed ego dubito de hoc vltimo, nam licet legitimatio quæ fit per rescriptum fiat de iure speciali, tamen non est ficte legitimus, immo vere, quia cum princeps deleuerit obstaculũ iuris positiui, reintegrando ipsum ad primæuum ius naturę, est vere legitimus, licet non fiat per beneficium principis, qui in hoc fecit legitimato gratiam: vnde puto, quod de subtilitate iuris comprehendatur in statuto faciente mentionem de legitimo, quia est vere legitimus, cum sit reintegratus ad primæuum ius naturæ, facit quod dicitur de constituto, puta si aliquis constituit se possidere nomine alterius, nam tale cõstitutum est ficta traditio, tamen transit vera possessio, vt dicit Bart. in l. ab emptione, ff. de pact.

Idem in legitimatione principis reintegratiua, nam licet fiat per rescriptum, quod est lex specialis, tamen sequitur verus effectus, quia ille est vere legitimus, ex quo est sublatum impedimentum iuris positiui, tamen iudicando non auderẽ recedere ab opi. Butr. propter eius auctoritatem. Dicit vlte-
73 rius But. quod in alio differt † legitimatio & dispẽsatio, quia legitimatio simpliciter habilitat, sed dispensatio quo ad qd, vt patet ex no in c. 1. de fil. presb. in 6. vnde si aliquis est dispẽsatus vt non obstante legitimitate possit consequi plura beneficia dispẽsatio cõfirmaretur assecutione vnius, nisi aliud exprimeretur, die vt in d. c. 1. de fil. presb. & in clem. si plures, de præb. dicit etiam Butr. quod aliqui sunt effectus legitimationis psonalis. s. vt legitimatio habilitet ad ordines ad officia, munera, & similia, a quibus alias repelleretur. Sed de hoc satis dictum est supra, quia si loquimur de legitimatione reintegratiua reintegrat ad omnia quæ potest legitimãs, vt dixi in prima parte quando tractaui de legitimatione Papæ, Imperator, & aliorum qui habent facultatem legitimandi. Sed dubium restat, quia supra dictũ est, an legitimetur quo ad præiudicium agnatorum excludendo eos ab hæreditate,
74 videndum est an † legitimatus efficiatur habilis, & quo ad patrem & quo ad agnatos. ita quod omnibus succedat But. primo refert Iac. de Bel. in Auth. quib. modis natu. effi. legit. qui primo dicit, quod aut nulla est facta mentio de agnatis, & valebit legitimatio, sed non admittitur ad successionẽ eorum. Si autem dictum est, quod possit succedere omnibus agnatis & cognatis, non obstante tali lege, dicit quod admittitur ad successionem etiam agnatorum, alleg C. de legit. hære. l. si ab eo. & in Auth. quib. mod. nat. effi. sui. §. si quis igitur, ver. si igitur. postea dicit, quod quo ad agnatos & cognatos non poterit princeps legitimare, alleg. C. de nat. lib. l. commun. rerũ, & in Auth. quib. mod. natu. effic. sui, §. qualiter & § filius, & ff. de adopt. l. nam ita diuus. & dicit hoc voluisse Innoc. sed ista fuit antiqua quæstio Vberti de Bobio, vt refert Io. And. in tit. de success. ab intest. ver. item scias, & sub. ver. de secũda parte, & ibi in effectu concludit contrarium, s. quia per hoc priuilegium non necessitẽtur agnati & cognati ad instituendum, tamen succedit eis ab intestato, quia principis est creare generaliter in omnibus hanc potestatem succedendi fortius in vna vel duabus psonis permissiuè. secundo, quia princeps ad comprimendos illicitos coitus ius naturę ab eis abstulit, ergo potest eos reintegrando illud restituere, vt in Authen. quib. mod. natu. effic. sui. §. oportet. si igitur ad primordium naturæ reducuntur, cessat causa querelæ. vnde concludit, quod etiam sine clausula vel cum clausula generali, nõ obstante aliqua l. habilitantur ad successionem agnatorum & cognatorum, & cum hac opinione transit ibi Ioan. And. & Butr. in hac materia distinguit facias quatuor casus.

Primus casus est quando legitimatio fit disponendo in radice matrimonij, & tunc dicit, quod legitimatur & habilitatur quo ad omnes, nam nulli dubium, quod legitimatus in terminis c. tanta, supra eo. legitimus est quo ad omnes.

Secundus casus est quando legitimatio est restitutiua seu reintegratiua, non tamen disponit in radice matrimonij, & talis si fit per l. habilitat quo ad omnes, nisi lex aliquid excipiat, vt in casibus notatis supra eo. per tuas.

Tertius casus est quando legitimatio fit per rescriptũ principis, & est reintegratiua, & dicit Butr. quod etiam si non fit mentio de agnatis & cognatis, quod ad huc extenditur ad agnatos & ad cognatos, quia intelligitur reintegrari simpliciter quo ad omnia, nisi aliter legitimatio restringatur.

Quartus casus est quando legitimatio est collatiua, & idẽ dicit Butr. quia resuscitat prima iura, ex quo legitimatio habebat iura naturalia, secus si esset collatiua particularis iuris succedendi in non habẽtem auiam, quia tunc hęc iura possunt conferre dominium inter consentientes, & sic loquitur l. nam ita diuus, ff de adopt. & similia, nam conferre propinquitatem mihi absque consensu meo nullus potest, quia dare est naturæ aut consensus, sed reintegrando ad prima iura naturæ principis est dare absque consensu meo, potest illa quæ natura dedit & abstulit lex sine agnatorum & cognatorum consensu: nam sicut abstulit sine agnatorum & cognatorum consensu, ita potest dare sine eorum consensu.

Secundus est effectus, quia si pater condito testamento, & alijs institutis hæredibus legitimauerit filium, filius rũpit testamentũ, & hoc disputauit Iac. de Bel. in Auth. qui mod. na. effi. sui, coll. 7. & ita determinauit, quia fictus filius rũpit testamentũ, nam si quis post testamentum nõ instituto monasterio rumpit testamentũ, quia monasterium cẽsetur fictus filius, vt in auth si qua mulier, C. de sacros. eccle. canonizata 19. q. fin. si qua mulier, & in c. in præsentia, de proba fictus ergo legitimatus qui habet aliquid naturalitatis, vt in l. cum in adoptiuis, C. de adopt.

Secundo, quia filius arrogatus rumpit testamentũ, vt in l. filio. ff. de lib. & posth. & in l. non putauit, §. si quis emancipatus, ff. de contra tab. fortius ergo legitimatus qui habet cõcursum vinculi naturæ, vt d. l. filio, ff. de lib. & posthum. & in d. l. cum in adoptiuis, C de adopt. alias rationes prosequitur. sed dicit Butr. quod sufficit quod agnouerit iura agnationis, & quod se reperiat primum in gradu, quia omnia imprimit legitimatio.

Tertius est casus legitimationis, quia si patri habenti naturalem filium substituitur si decesserit sine liberis legitimis
75 † legitimatus excludit substitutum, & sic determinauit Iaco. de Are. & refert Io. And. in Spec. de succes. ab intest. versi. sed ex facto, prope finem addit. super illo §. ver. item scire debes, mouetur quia hic est filius legitimus coadiuuante natura, vt d. l. filio. ff de lib. & posth & in l. cum in adoptiuis, C. de adop. & in Auth de consan & vterinis fratrib. §. 1. Macula enim illegitimitatis exulat per imperiale beneficium, vt sic legitimatus a legitimis differre non videatur, vt in Auth. qui. modis nat. effi. sui § illud. & in Auth. quib. mod. nat effi. legit. § si quis autem. & Inst. de hęr. ab intest. §. 1. & dicit Butr. quod sic vidit fuisse consultum.

Non ob c. naturales, si de feu. fue. contro. in vsib. feud. quia licet non succedat in feudo, succedit tamen in hæreditate, & dicit Butr. quod Ang. in quadam disputatione determinauit, quod in valde nobili legitimatus non excludit substitutum, puta si valde nobilis est hæres institutus, & ei facta fuerit substitutio, si decesserit sine filijs legitimis, nam tunc legitimatus non excludit substitutum, arg. d. cap naturales, si de feu. fue contro. & cum hoc dicto transit Butr sed mihi non placet, quia illud c. naturaliter, loquitur in materia feudali, quæ in multis discrepat a regulis iuris cõmunis, & pręsertim

discrepat

discrepat in hoc, quia legitimatus succedit in hereditate, nõ
autem in feudo, vnde non est bona illatio ad alia bona non
feudalia, ex quo in eis non reperitur expressum.

No. tamen dictum Ange & Butr quia forte in practica
seruaretur propter eorum auctoritatem, sed quantum ad di
ctum Iaco de Are quod refert Io And vbi supra dicit Butr.
quod opin. Iaco de Are. procedit etiam si testator dixisset, si
decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus.

a Sed dubium est,[a] quid si testator dixisset, si hęres meus de
76 cesserit sine legitime natis, an tunc † legitimatus excludat
substitutum. & in hoc dicit Butr. quod si est legitimatus per
matrimonium, excludit substitutum, arg glo. supra de elect.
innotuit & supra eo. tanta, aut est legitimatus per l. in casib.
notatis supra eo. per tuas. vel per rescriptum & dicit Butr ꝙ
sans dubium est an excludat substitutũ, sed tenet quod non
excludit, quia testator videtur se retulisse ad legitimitatem
secundum tempus, & verba testatoris referuntur ad natiui-
tatem veram non fictam. & dicit quod fortius hoc procede
ret si verba duplicasset, puta si decesserit, sine liberis legiti-
mis & legitime natis, & dicit Ang. in illa disputat. & ista ver-
ba Butr. mihi placent, pro quib optime facit quod dicit Bal.
in d. cap naturales, si de feu. fuerit contro. sed inquantũ Bal.
ibi, eodem modo distinguit in legitimato per subsequẽs ma
trimonium, non bene dicit, vt dixi supra eod tanta. & idem
sensit hic Butr. nam dicit, quod legitimatus per sequens ma
trimonium excludit substitutum, etiam si verba referantur
ad principium natiuitatis, arg. glos. in d. cap. innotuit, & su-
pra eod. tanta.

Quartus est effectus secundum quosdam, quia legitima-
tus succedit in hæreditate paterna, etiam si postea continge
ret patrem habuisse alios filios legitimos, puta vxor erat ste-
rilis, propter hoc, fecit pater filium illegitimum legitimari
per principẽ, postea ex eadem vxore, vel alia vxore ea mor-
77 tua genuit filios legitimos, an † natiuitas istorum filiorum
legitimorum vincet legitimationem. hanc quæst ponit Spe.
in tit. de success. ab intesta §. 1. versi. sed ex facto, in princip. &
Guid de Suza. tenuit quod non succedat, per l. 1. C. de natura.
lib & per l ex facto, ff. ad Treb. & per l. cum acutissimi, C. de
fideicom. quasi pater legitimauerit filium propter defectum
filiorum & insit tacita conditio, si filios legitimos & natura-
les non habuit propter mentem patris legitimationẽ peten
tis, arg ff. de vulg & pup l. ex facto. & C. de reuoc. don l. si un-
quam, & ff. de hære. instit. l. fin. vbi propter superuenientiam
filij rumpitur actus primo factus. sed alij tenent contrarium,
quia legitimatus succedit cum legitimis, vt in Auth quibus
mod natu effic. leg § si quis igitur, & § generaliter. & § illud.
& hoc tenet Goffr & sequitur Io. And in loco præall. sed istã
quæst. examinat Bar. latius in d. l ex facto, ff. de vulg. & pupil.
& tenet quod succedat vna cum legitimo, quia ex quo legi-
timatio est perfecta non debet irritari ex facto superuenienti,
vt in regula, factum legitime, in 6. & istam opinionem sequi
tur Butr & Abb. Sic. dicit tamen Abb. Sic. vbi supra, quod sty
lus Romanæ Curiæ est quando fit legitimatio in terris ec-
clesiæ, ponitur in literis legitimationis talis clausula, ita ta-
men ꝙ dictum patrem tuum prolem legitimam ex vxore
habere contingat, non coæqueris eidem, sed congruã de bo
nis ipsius possis ab illo recipere portionem & dicit Io. And
quod per talem formam non prouidetur filio in causam in-
testati extantibus legitimis, propter quod dicit, quod legiti-
matus debet esse diligens quo pater viuens de ipso ordinet,
vel in sanitate testetur sic quod non possit decedere intesta-
tus & dicit Io And quod esset æquum, quod stylo prædicto
haberetur pro clausula prouidens huic casui sub hac forma
vel alia, quod si decederet pater super hac ordinatione non
facta dimidiam eius partis, quæ ad legitimum filium vel v-
num ex legitimis pertineret tibi deberi cẽsemus, & dicit Io.
And. quod adhuc posset declarari, quid si legitimorum par-
tes inessent æquales, & idem dicit Butr hic.

Quintus est effectus, quia legitimatus succedit in feudo,
de quo dic vt dixi supra eo. tanta.

Sextus est effectus, an si pater ex statuto teneatur emen-
dare damnum datum per filium, an intelligatur statutũ de
filio legitimato. decisio patet ex prædictis. l. an si statutũ fa-
cit mentionem de filio legitimo comprehendatur legitima-
78 tus, quod supra examinaui. Sed an si † statutũ loquatur sim-
pliciter de filio, puta si statutum dicit, quod pater teneatur
emendare damnum datum per filium an teneatur emenda
re pro filio naturali dante damnum. Butr hic examinat. sed
ego examinabo in glo in ver. non naturalibus, dicit Butr ꝙ
ex antedictis determinatur quæstio de notarijs circa quam
dicit esse videndum. Primo an notarius creatus a Papa pos-
sit conficere instrumentũ in terris Imperij, vel quid de crea-
tu ab Imperatore, quid de creatis ab inferioribus.

79 Ad primum, an † creatus auctoritate Papæ possit con-
ficere instrumenta in terris imperij, vel an creatus ab Impe-
ratore possit conficere in terris ecclesiæ. Butr. dicit, quod du
plex potest esse dubium.

Primo, an Papa possit subditos imperio creare tabellio-
nes, vel an Imperator possit, subditos ecclesiæ creare nota-
rios dicit But. quod dubitatio potest esse per iam dicta, quia
non est dubium. quod notarius habet officium quoddam,
& præeminentiam auctoritatis, & maxime quia creantur iu
dices ordinarij sine administratione, & appellantur iudices
cartularij, de quo in l. 1. ff. de iudic. Igitur sicut Papa non dat
iudices inter non subditos, vt supra eod. causam. sic nec crea
bit notarios sed Butr dicit, quod ipse credit, quod si Papa ve
lit creare non subditum consentientem etiam suppositum
imperio, quod potest ea ratione qua potest illi causam dele-
gare, quia in hoc nullum tangitur præiudicium, & hic est a-
ctus voluntariæ iurisdictionis, & prorogabilis, & dicit quod
hoc tenet Barto. in l cum quis ff de iurisdictio omn. iudicum.
& idem dicendum est de Imperatore quo ad terras ecclesię,
eadem ratione.

Sed dubium est, an notarius in terris Imperij possit con-
ficere instrumenta quando est constitutus a Papa vel in ter-
80 ris ecclesiæ quando est † creatus ab Imperatore, ita ꝙ sint
valida. & Spec. dicit, quod sic in tit de instrum edit § restat.
ver. & nota, ꝙ si quis potest facere, allegat 9. quæst. 3. cuncta
per mundum, & c. per principalem & hoc cap. 3. ver. insuper.
& hanc opin. tenet Bart in l. 1. ff. de offi procons & lega quia
hic actus est voluntariæ potestatis seu iurisdictionis, & hanc
partem tenet Butr. quia hæc potestas est prorogabilis. cũ sit
voluntariæ iurisdictionis, nec agitur de præiudicio alicuius,
nisi rogantium instrumenta, vt in Auth de tabell. §. 1. & no.
in c. 1. de fide instru. & in c. cum in iure, de offi. deleg. ex quo
concludit Butr. ꝙ notarius creatus a Papa potest conficere
instrumenta in terris imperij, & creatus ab Imperatore in
terris ecclesiæ potest conficere instrumenta.

81 Nunquid autem † notarius laicus possit conficere instru-
menta in causis spiritualibus, dic vt in c. sicut, ne cle vel mo.

Ad secundum, quid de creatis ab inferioribus. dicit Butr.
quod hic est aduertendum, nam quidam sunt creati ab ha-
bentibus potestatem a Papa vel Imperatore, vt sunt Comi-
tes Palatini, qui quotidie creant notarios. & creati a talibus
possunt vbilibet conficere instrumenta, vt tenent Docto. in
loc. præalleg & Bart in d. l. 1. ff. de off procon. & leg. & idem
dicit Bart. de notario creato a ciuitate, quę a Principe habet
potestatem creandi notarios, nam creatus a tali ciuitate po
terit vbilibet conficere instrumenta. Sed si nos loquimur de
82 † inferioribus non habentibus potestatem creandi notarios
a Papa vel a principe, an possint creare notarios hoc dubiũ
latissime prosequitur Inno in c cum P. tabellio, de fide instr.
quem sequitur Spec. in tit. de instru edit § restat. ver. quis po-
test facere. & videtur dicere ꝙ non, sed Butr. dicit ꝙ commu-
niter cõcluditur. ꝙ quo ad vniuersum Papa vel Imperator
quo ad limites ciuitatis, vel dictionis possit facere notarios.
ciuitas consue. vel statuto. ad hoc de fide instr. cum dilectus,
immo & defensores ciuitatum quo ad ciuitates, quibus pręs
sunt possunt creare notarios, vt in l prouinciarum. C. de de-
fen. ciuit & in auth. defens ciuitatum. § sed si interim secun-
dum Guil. de Cu. & Bart. in d. l. nec ei. ff. de adopr. & in d. l. 1.
ff. de off. proconf. & lega.

83 Sed dubium est, an talia † instrumẽta faciant fidem extra
territorium. Butr dicit, quod ista quæst. potest multipliciter
intelligi.

Primo, an instrumentum factum in limitibus territorij
ipsius notarij, & inter illos vbi est creatus faciat fidẽ in alio
territorio. & dicit Butr. quod sic, vt in l. 1 C. de emanc. lib. &
quod hoc tenet Bar & Doct in l cunctos populos, C. de sum
ma Trin. & fide cath. & dicit quod idem dicit Bar. in l. nec ei.
ff de adopt & in l. 1. ff de off procons. & leg.

Potest secundo intelligi, an valeat instrumentum ꝙ con-
ficitur in limitib. territorij, vbi est creatus, inter alios extra-
neos ibi contrahentes. & dicit Butr quod sic, quia ibi sortiun
tur forum, vt in c. dilecti, & in c. fin. de foro comp. & hoc te-
net Io. And in Spec. de instr. edi § restat. vers. quid. de his quæ
fiunt à contre.

Tertio modo potest intelligi, an notarius vnius ciuitatis
habens auctoritatem conficiendi instrumenta a statuto ci-
uitatis possit conficere instrumenta in alterius territorio. &
Butr. dicit quod non, alleg Barto. in l. cunctos populos, C de
summa

ADDITIO.

a Quid si testator dixit, si filius meus decesserit sine legitime natis, an legi-
timatus excludat substitutum, vide Alexā. de Imo. consi. 2. 1. vol. vbi ple-
ne per eum.

summa Tri & fide cath. quia habens potestatem ab inferiori a Principe non exercet illam extra territorium dantis potestatem, vt in l. ij ff. de offi. procons. & leg. & dicit quod hoc tenuit Guil. & Bart. in d. l. nec ei. & in d. l. 1. ff. de off. procons. & leg. & Spec. io d vers. quid de his. recitat tamen Io. And. q quidam tenent, quod notarius de consensu partium potest conficere instrumēta extra territoriū Papę, cū hæc potestas & officium sit prorogabile, C. de iurisd. omn. iudi. l priuatorum. sed Guil. de Cuneo tenet contrarium in l. repetita, C de epis. & cler. per illam l. & quia auctoritas creantis non se extendit extra locum, ergo nec habentis potestatem ab eo, alleg. ad hoc C. de execu. l. a. & C de donation. l serui Spec. recitat alios dicere, q si conficiant instrumenta in iis quę sunt voluntariæ iurisdictionis, vt emancipationis, & sim. & tunc possunt conficere extra territorium, alias secus, per l. 2. ff. de offi. procons. & leg. sed Butr. dicit, quod siue iurisdictio sit voluntaria siue necessaria, nullo modo potest ex prorogatione exercere officium suum ex territorium & quod instrumenta ab eo confecta non valeant, quia eius iurisdictio non potest prorogari, quia notarius non habet iurisdictionem, sed nudum officium, quod est inextendibile ad alias personas, de offic. deleg. P. & G & c. fin. & idem sentit Io. And. in dicto vers. quid de his. oon me extendo vltra. But quia ista materia alibi tractatur. l in procemio Grego & in c. cum P. tabellio, de fide instrum.

84 In glo in ver. noo † naturalibus, no bene istam glos. in eo quod dicit quod largo modo incestuosi adulterini, & sim. filii possunt dici naturales, quia omnes dicūtur filii naturales præter adoptiuos, & spirituales, & secundum hanc gl. nedū nati ex damnato coitu largo modo possunt dici naturales, sed etiam filii naturales & legitimi sed Ioan. And. in Spec. in rubr qui fil. sint leg. in ver. quæstionem de statuto. dicit q licet ex communi vsu loquendi omnes qui sūnt nati ex soluto & soluta appellentur naturales: propriè tamē naturales dicunt qui nati sunt ex vnica concubina retenta in domo, quia alii licet naturaliter sint geniti non merentur appellari naturales, vt habetur in Auth. quib mod. nat. effi. sui § si quis autem defunctus. hoc etiam sentit glo. in c. nisi cum pridem, in ver. maiores. de renunc. & vide in Spec. de successi ab intest. § 1. ver. nam de naturalium. vbi dicit, quod tria requi-

85 runt ad hoc vt filii † dicantur naturales.

Primo, quod sint nati ex soluto & soluta, ita quod inter eos possit esse matrimonium.

Secundo, q sint nati ex concubina retenta in domo.

Tertio, quod sit vnica, nam si quis habet plures concubinas, & sic p̄t ex eis filios isti non merentur dici naturales propter effrenatam libidinem parentum, & hoc dicit But. & Abb. Sic esse notandū propter statuta facientia mentionem de naturalibus, & no gl. hic, dum dicit plerunque, nam vult d cere, quod illi dicuntur naturales & c. & ratio prædictorum est, quia de iure ciuili concubinatus nō est reprobatus cum vnica concubina retineatur in domo vxoris, vt ff. de concub. per totum. & in c nemo. 32. q. 4. pondera tamen gl. hic, quia simpliciter dicit illos regulariter vocandos naturales qui nascuntur ex concubinis, etiam si non requiritur q sit vnica concubina retenta in domo & idem videtur tex. cum glo. in cap. liberi. 32. q. 4 sed illud quod dicit Ioan. And. intelligitur secundum propriam significationem, tamen quando statuta faciunt mentionem de naturali debēt accipi naturalis secundum proprium communem vsum loquendi, quia statuta debent intelligi secundum communem vsum loquendi, etiam contra propriam significationem, vt dicit Bar. in l om nes populi, ff. de iust. & iure & in l Labeo. ff. de supell. lega. & in l 1 ff. de sui & leg. & in c. nonnullis, de rescrip.

Ex his infertur ad statutum dicens, quod pater teneatur emendare damnum datum per filium, an si bastardus dede-

86 rit damnum teneatur † pater emendare tale damnum. istam quæst. posuit Gu. d. de Suz. in auth. ex complexu C de incest. nup. & refert Ioan. And. in addit. Spec. in rubr. qui fil. sint leg. ver. quæstionem de statuto. & concludit, quod aut filius est natus ex damnato coitu, & tunc pater non tenetur emendare damnum datum per filium, quia non debet filius nominari, vt in § fin Inst. de nupt. aut est naturalis propriè loquendo, vt quia natus ex vnica cōcubina retenta in domo, & tūc dicit patrē teneri, cum filii nōmen habeat, & sufficit sic scriptum esse licet durum, ff qui & a quib. l prospexit & pro hoc facit quod no. Bar. licet Butr nō alleg. in l. 2 ff de his qui sunt sui vel alie iuris vbi dicit Barto. quod si dicit statutum, si quis ceperit aliquem de Petra mala vel de eorum filiis, lucretur mille captus fuit quidam bastardus, an debeat habere mille. & Barto dicit quod non, quia spurius non dicitur filius, vt in Auth. quib. mod. nat. effi. sui § fin & alleg. Dy in l cum pater, § mater, ff de lega 3. Sed Butr. hic refert Bart. in l. tutelas, ff. de capit. dimin. vbi Bart. dicit, quod aut statutum dicit, q nobilis de patrimonio priuatur in pluquam populatu delinquens. & dicit quod bastardus comprehenditur, quia statutum loquitur per nomina naturalia, quæ ita cadunt in bastardum sicut in legitimum, vt dicta l. tutelas, in qua dicitur quod nomina naturalia capitis diminutione non pereunt.

87 Sed quid si † statutum dicit, quod omnes de tali domo & c. an contineatur bastardus, hanc q. dicit Bart. se tetigisse in l. pronunciatio. ff. de verb. sign. sed latius tangit in d l tutelas. vbi dicit ponderando an hæc appellatio de domo sit ciuilis vel naturalis, quia appellatio naturalis est vniformis vt pater & mater, sed app. ciuilis est difformis secundum diuersitatem gentium ciuitatum, vt probatur in l omnes, ff. de iust.

88 & iure. Item dicit Barto quod hęc appellatio † de domo, assumitur diuersimode.

Primo modo pro agnatione, vt in l. cum vnus, in princ. ff de alim & cibar. lega. & ff. ad Tertyll. l. 1. in princ. & ibi per Iaco. de Are.

Secundo modo sumitur verbum de domo, pro omnibus habitantibus in eadem domo, vt C. ne liceat potentioribus. l. 1. & C. si quacunque præd. po l. 1. in fine.

Tertio modo dicuntur de domo omnes qui portant eadem insignia seu arma. vnde dicit Bart. quod aut domus accipitur pro eadem agnatione, & ista nō cadit in bastardum, quia est appellatio ciuilis & bastardi non habent agnationem: aut accipitur pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine, & tunc cadit in bastardum, vt in l. pronunciatio, in fi ff. de verb sign. aut accipitur eadem domus pro omnib. habitantibus in eadem domo, & tunc si bastardus habitat includitur, aliter non: aut accipitur eadem domus pro omnibus, qui portant eadem insignia, & tunc etiam secundum Bart bastardus comprehenditur, quia illa est appellatio naturalis idem dicit Bart licet Butr ipsum non alleget in l. fin. C de verb. sign. & in l. 1 ff de excus. sed Bart in l. cum nuptæ. ff. de sta. hom. dicit q bastardus non est de parentela nobilium, quia sordes non merentur nomen inter præcipuos, vt in l hæredem, C. de nupt. & in l si qua illustris, C. ad Orphic. plus dicit, quod non potest portare arma parentum, si fuerunt nobiles, & cum hoc dicto transit Butr. & Abb. Sicul.

Sed ego miror de Butr. quia primo videtur transire cum Bart. & postea transit cum Bal. sed Bart. & Bal. sunt contrarii, nam Bart. in d. l tutelas, ff de cap. dimin. & in d l fin ff de verb sign. dicit q bastardi sunt de domo nobilium, & quod dicitur filius nobilis, si pater suit nobilis, & quod potest arma portare Sed potes concordare opin. quod aut pater fuit nobilis, non tamen illustris, & procedit opin. Barto aut fuit illustris, & tunc procedit opin Bal. arg. l. si qua illustris, C ad Orphic. sed ista concordia videtur contra mentem Bal. in l. generaliter, C. de instit. & subsiit. vbi dicitur, quod bastardus non potest portare arma domus, quia portare arma est honor, qui non cadit in bastardos: de spuriis autem dicit quod nulla est quæstio, quia non sunt nominandi, vt in authen ex complexu, C. de incest. nup. dicit tamen Butr. quod ex communi vsu loquendi, bastardus dicitur filius. licet in stricta significatione filius dicatur quem nuptiæ demonstrant, vt in iuribus supradictis, sed non alleg. Bald. in d l generaliter.

Sed altius repeto hunc articulum satis dubium, & adduco glo. in clem. vnica, in ver. liberi, de bapt. quæ dicit, quod quatum ad pœnam reuerentiam bastardi continentur appellatione filiorum, sed non quo ad commodum vel honorem, & hoc modo videtur intelligi glo. in c. statutum, de hæretic. in sexto. quæ vult quod pœna imposita filiis hæreticorum includit bastardos, & sic bastardi incurrunt pœnam impositam filiis hæreticorum, licet filii legitimi & naturales. sed Bald in l fin. C. de verb sign. dicit quod bastardi strictè & propriè non dicuntur de domo nec de casata, nisi aliud probetur de communi vsu loquēdi, vel esset aliqua coniectura ex mente statuti, & per hoc dicit Bal. quod si non continentur in fauorabilibus, multo minus in pœnis irrationabilibus, & dicit quod ita alias fuit consultum in domino Lucio de Petra mala, & per hoc concludit, quod in statutis pœnalib non

89 includantur † bastardi, pro quo facit glo in l. fin ff. de verbo. sign. & dicit quod appellatione filiorum in fauorabilib. extenditur, sed in odiosis restringitur. & Bald in l generaliter, C. de instit. & substi ad literam determinat contra literā Gui. de Suza quam refert Ioan. And. in Spec. in loco prædicto. scilicet in rubr qui fil. sint legit. vers. quæstionem de statuto. vbi dicit, quod si statutum dicit quod pater teneatur soluere condemnationem filii, non intelligitur de bastardo vel spurio, quia esset interpretatio odiosa & extensiua. vltra diffinitionem & significationem vocabuli, vt in l filium, ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris vbi Iureconsultus diffinit quis dicatur filius, & secundum illam diffinitionem bastardus nō dicitur

citur filius: & dicit, quod hac ratione fuit consultum, q in
capitulis in quibus cauebatur, quod nullus de domo de Pe-
tra mala possit habitare in ciuitate Aretij, non includerent
bastardi de illa domo. & dicit Bal. quod recte fuit consultũ,
vt dicit Bart. in l fin. C. de verb. sign. quia proprie non sunt de
domo, i. de agnatione, nec de iure nec de consue. nec possunt
portare arma domus, maxime quia portare arma est honor
qui non comprehendit bastardos. de spurijs autem nulla est
quæstio, quia non sunt nominandi, vt in authē. ex comple-
xu C. de incest nupt. & sic Bald. vult, quod si dicit statutum,
quod pater teneatur emendare damnum datum per filium
illegitimum, siue sit filius naturalis, siue natus ex damnato
coitu, & pro hac opin. alleg. not. glo. 39. quæstio. 7. quid est, q̃
dicit quod non legitimi non dicuntur filij, quia non sunt bo
ni, & quod appellatione filiorum generaliter facta legitimi
tantum continentur. vnde Iac. de Are. quem refert & sequi-
tur Pan. prout refert do. Card. in clem. vnica, de bapt. in 10 q.
dicit quod appellatione filiorum non cōprehenduntur, nisi
illi qui sunt nati sub velamine matrimonij, quod intelligit
Panor quando matrimonium fuit contractum in facie ec-
clesiæ, secundum formam cap. fi. de clan despon. per Cyn in
l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. in 4. quæst. loquens in materia
pęnali distinguitur, nam in d. l. quisquis, punit filius cōmit-
tens crimen læsæ maiestatis, quia ibi Cyn. distinguit, quod
aut filius natus ex certo complexu. s. per leges damnato, &
tuc cum pater sit certus habet locum illa lex, & ratio sua est,
videlicet quia est natus de crimine improbato. arg ff. de ritu
nupt. l. & nihil. aut natus est ex tali coitu vbi pater reputare-
tur incertus, & tunc non habet locum pęna illius legis, quia
cessat ratio informando nos secundum conscientiam legis,
secundum quam nos informare debemus, vt in Auth de iu-
dic. §. oportet & ad hoc alleg. ff. de ritu nupt. in l lege Iul. §. 1.
cum ratione ibi posita, sed Pet. & Cyn. in l libertinum, C. de
interdi. matrim, dicit quod aut est odium rationabile, & tūc
appellatione filiorum continetur bastardus, aut non rōnabi-
le, & non continetur, & per hoc dicit, quod si aliquis dam-
90 natur † cum filijs suis, non continetur filius naturalis, quia
est odium non naturale, vt ex delicto patris condemnetur
filius, & sic hoc casu non continebitur naturalis sub appella
tione filiorũ. sed Bar. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff ad Tre-
bel. dicit, quod Cy. est sibi contrarius, quia in l. quisquis, vult
quod etiam vbi quis punitur pro delicto alterius illegitimus
contineatur appellatione filij, sed in d l. libertinum, dicit cō-
trarium; sed tamē salua Cy. vt non sit contrarius, nā aliquan
do odium est rationabile, vt quia delictum patris timetur
in filium, vt in d. l. quisquis. ibi paterni, hoc est hæreditarij cri
minis exempla metuantur, & tunc appellatione filij cōpre-
henditur bastardus, vt dicit Cyn. in d. l. quisquis, aut delictũ
parentis non continetur in filium, & tunc quia odium non
est rationabile, non comprehenditur bastardus, & hoc mo-
do debet intelligi Cy. in d l. libertinum, C. de interdic. matri.
pro hoc facit quod not. Ioan. And in d cap statutum, de hæ-
ret. in 6. sed D. Dominicus ibi refert Ang suo consi. 33. vbi di-
91 cit, quod duo sunt genera filiorum † illegitimorum, nā qui-
dam vocantur bastardi, qui suscipiuntur ex fantolastris, quæ
quotidie per loca discurrunt, & habitant de per se, ad quas
consuetudinē habemus, & dicit quod tales sic suscepti patrē
demonstrare non possunt per consequens nec auum pater-
num, & isti appellantur vulgo concepti, vnde leges & statu-
ta loquentia de filijs simpliciter vel de nepotibus, non com-
prehendũtur tales naturales, quia patrem demonstrare non
possunt, & alleg dictum Cy. in d. l. quisquis, supra alleg. & di-
cit quod tales naturales non dicuntur de domo nec de san-
guine, nec de patrimonio agnatorum, quia se esse natos de
tali sanguine ostendere non possunt, ff. de statu hom. l. vul-
go concepti. & hoc dicit verum, nisi communis vsus loquen
di alicuius ciuitatis vel loci sic vulgo conceptos accipiat, &
assumit eos de domo, secundum quod seruatur in multis ci
uitatibus, vt Florentiæ & Perusij, vbi deferunt arma illius a-
gnatio. de qua esse putantur, & suscipiunt onus in dictum
illi agnationi, & dicit quod hoc fuit de mente Bart in l pro
nunciatio, ff. de verb. signif. sed clarius & melius in l. tutelas,
ff. de cap. dimin. & in l. fin. C. de verb. sign. Quidam sunt na-
turales nati, sicut ex vnica concubina retenta in domo, &
isti patrem eorum licet naturalem demonstrent, sicut natu
rales & legitimi, & ideo statuta loquentia de filijs in mate-
ria indifferenti comprehendunt hos. allegat no. per Cyn. in
d. l quisquis. sed Cyn. ibi loquitur etiam de natis ex damnato
coitu, ideo dixit in materia indifferēti, quia secus si esset dif-
ferens, quæ solum filijs legitimis & naturalibus competent.
exemplum, si statuta ciuitatum præferrent filios populariũ
filijs nobilium, nam intelligēda sunt de filijs legitimis. cum
bastardi in defectũ sunt assumendi, vt in l. generaliter, § spu-
rios, ff. de decur. Eodem modo dicit si hoc verbum proferre
tur ab ecclesia, nam videretur intelligere de naturalibus &
legitimis tantum, nec comprehenderent naturales etiam ex
concubina nati, cum concubinatus sit damnatus a iure ca-
nonico, licet olim esset approbatus per ius ciuile, vnde non
videtur intelligi de filijs, quorum conceptui resistit ecclesia,
& cum his dictis Ange. transit do. Dominicus in dicto c. sta-
tutum, pro quo alleg. glo. in clem. 1. in ver liberi, de bapris.
Sed profecto illa gl. facit in contrarium, inquantum dicit,
quod quantum ad paternam reuerentiam bastardus dicitur
filius. Item contra consilium Ang. facit glo. in dicto cap. sta-
tutum, de hæret. vbi dicit, quod in materia pęnali appella-
tione filiorum continentur bastardi. Item verba Ioan. And.
in d. c. statutum, multum faciunt contra consilium Ang di-
cit enim ibi Io. And. se consuluisse cum quibusdam Doctori
bus, quod quantum ad illud ca. statutum, continentur ille-
gitimi, cum illegitimus sit de sanguine & de genere impro-
bato, & in ipso timeatur paternum crimē, vt in d. l. quisquis,
C. ad leg Iul maiesta. filij legitimi non odibiles. fortius sunt
puniendi filij odibiles, arg. cap. cum qui. de præben. in sexto.
Item quia cum illud c. statutum, indefinite loquatur de filijs,
ergo debet intelligi de legitimis, & de bastardis. Item cum ra
tio pęnæ sit indifferens ad omnes filios ratione identitatis,
& non extensionis includit illegitimos. Istæ rationes Ioan.
And. concludunt, quod vbi fit mentio de filijs simpliciter, &
ideo est indifferens ad omnes filios includantur bastardi per
identitatem rationis etiam si sint nati ex damnato coitu, &
sic Io. And. vult quod vbi est eadem ratio appellatione filio
rũ continentur bastardi etiam nati ex dānato coitu, & istud
est satis de mente Cy. in d. l. quisquis, C. ad leg Iul. maiestatis.
Ego in tantorum Doctorum varietate sum perplexus quid
debeam dicere, tamen opin concordando, prout magis po-
92 tero † discurro per sex casus.

Primus est quando secundum communem vsum loquē-
di bastardi appellantur filij, & tunc cōprehenduntur appel-
latione filiorum etiam ex damnato coitu, vt dicit Barto. &
Bal in l fin. C de ser fug & Butr. hic qui attestatur de commu
ni vsu loquendi, cuius dictum ponderabis quia Barto in l. de
quibus, ff de leg. & quod est eredendum Doctori auctorita-
tis attestantis de consuetudine, & sic non exigitur alia pro-
batio. plus dicit Ang quem sequitur do Dominicus in dicto
cap. statutum, de hæret. in sexto. quod standum est vsui lo-
quendi appellanti quem filium, & si sit incertus, & quod
poterit portare illius agnatio arma, cuius esse putatur, vt su-
pra retuli.

Secundus casus quando nō apparet de communi vsu lo-
quendi, & pater est incertus, & hoc casu non continetur ap
pellatione filij, vt dixit Cyn in d l quisquis, in 4. q. C. ad le-
gem Iul. maiest. & Ang. in d. consi. & do. Dominicus in dicto
cap. statutum.

Tertius casus est quādo sunt nati ex coitu certo, tamen dā-
nato, cũ simus in casu vbi ponderatur natura mulieris ma-
gis quam ius positiuum, & tales comprehenduntur appella-
tione filiorum vel cognatorum, nam tales non possunt in-
uicem contrahere matrimonium, vt in l. & nihil ff. de ritu
nupt. & in l. libertinum, C. de interdic. matrim & per hoc in-
93 fertur si † pater interfecerit filium spurium debet puniri l.
Pompeia, de parricid. vel econuerso, quia in hoc inspicitur
natura quæ est cōis omnibus, vt in l hos accusare, § omni-
bus, ff. de accus & hoc tenuit Barto in l. quia semper. ff de in
ius vocan & idem dicit Bal in d. c. naturales, si de feu. fue. cō-
tro. & ibi dicit, quod quædam monialis fuit combusta, quia
interfecit filium quem pepererat, quod debet intelligi secun-
dum ea quæ habentur in c. cum non ab homine, de iudi. &
ista est ratio, quia filij bastardi censentur filij quo ad pater-
nam reuerentiam, quia paterna reuerentia est de iure natu-
rali, vel quasi, de quo est tex. cum glos. & ibi etiam per Doct.
in l. 2. C. de in ius vocan ideo alibi tex. dicit parentes natura
les in ius vocare non debemus, vna enim omnibus parenti-
bus est seruanda reuerentia, vt in l. parentes, ff de in ius voc.
& hoc modo debet intelligi gl. in dicta clem vnica, de bapt.
dum dicit, quod quo ad paternam reuerentiam bastardi cen
sentur filij, ad hoc facit quod not. Host. Io And. do. Domini-
cus, & Butr. in c si vero, § fin. de senten. excom. nam si aliquis
inuenit clericum cum matre, vel sorore, vel filia turpiter se
commiscentē, potest ipsum verberare absque metu excom-
municationis, & tamē ille tex intelligitur per Host Io And.
& do. Card. & But. etiam in matre & filia & sorore bastarda,
nam ista iniuria naturaliter infertur, quia cernit sanguinē,
& hoc modo potest procedere Bart. in l. 1. & in l. hos accusa-
re, §. omnibus, ff. de accusat. vbi dicitur, q filius naturalis vel
spurius, vel etiam filius sacerdotis præferunt alijs, si accusan
do volunt vindicare mortem parentis, quemadmodum si
essent

essent filij legitimi, nam ista est materia in qua magis inspicitur natura quam ius positiuū, sed natura est vna omnibus, vt in l. hos accusare, § omnibus, eo. tit. & in l. tutelas, ff. de capit. dimin.

Quartus casus est, materia non concernit naturā, sed magis est positiua & pœnalis ipsorum, & hoc casu si odium est rationabile in patre, & timentur in filio exempla paterni criminis, tunc appellatione filiorum continentur bastardi, ex quo odium est rationabile. & est eadem ratio in bastardis quæ est in legitimis, & hoc intelligo etiam si sint nati ex damnato coitu, & ita intelligo Cyn. in l. quisquis, in 4. quęst. C. ad legem Iul maiest. & in l. libertinum, C. de interdi. matr. & glo. Io. And in d. c. statutum, de hæret. in 6. & idem videtur sentire Bal. in l. fin. C. de verb. sign.

Quintus casus est quando tractatur de pęna parentū, quę non est rationabilis, vel de pęna filiorum quando non est rationabilis in filijs, puta si filius dederit damnum, pater teneatur soluere damnum ipsius filij. vel si pater dederit damnū, teneatur filius soluere condemnationē pro patre alioquin exbanniatur, & tunc aut filius natus est ex damnato coitu, & tunc non tenetur filius soluere pro patre, nec pater pro filio, quia non potest demonstrare patrem nec pater filium, & hoc modo potest procedere illud quod dicit Gui. de Suz. vt refert Ioan. And. in d. rubr. qui fil. sint legit. ver. q. de statuto. & idem sentit Bat. in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. aut est naturalis natus ex vnica cōcubina retenta in domo, quo casu coitus est approbatus. & hoc casu voluit Guid de Suza. quem refert Io. And. vbi supra, quod teneatur soluere pater condemnationē. & idem esset dicendū econuerso, ꝙ filius tenetur soluere cōdemnationem patris, quia ista sunt correlatiua, vnde vbi naturalis continetur appellatione filij, eodem modo continetur pater appellatione patris. sed Cy. tenet contrarium in l. libertinum, C. de interdi. matrim. nam dicit, quod vbi odium est non rationabile, non continetur naturalis appellatione filij, & dicit quod odiū est non rationabile quādo filius punitur pro delicto patris, vel ecōuerso, & hoc expresse tenuit Bal. in l. generaliter, C. de instit. & subst. sub condi. fac. & in l. fin. de verb. signif. Sed non puto recedendum ab opin. Bar. in d. l. tutelas, ff. de cap. dimin. & in d. l. fin C. de verbo. sign. ex quo fulcitur auctoritate Io. And. transit tamen opin. Guid. de Suza. in loco prędicto, nam ista
94 † nomina pater & mater, sunt nomina naturalia quæ sunt inuitabilia, vt d. l. hos accusare, §. omnibus, ff. de accusa. & in d. l. tutelas, ff. de cap. dimin. & ideo cadunt in filium naturalem. vnde intelligo Bart. in d. l. tutelas, & in d. l. fin C. de verb. significat. in filio naturali nato ex damnato coitu, quia ille non comprehenderetur in materia pęnali. ex quo non potest demonstrare patrem nec pater filium, vt dixit Ioā And. vbi supra post Guid de Suza. Barto in d. l. 2. ff de his qui sunt sui vel alie iur. & intelligendo Bar. de filijs naturalib. natis ex coitu permisso pro ipso facit ratio quam fecit Io. And in dicto c. statutum, de hæret in 6. nam cum sit de eodem sanguine, & possit parentem demonstrare, & pater filium videtur comprehendi in vocabulis quæ perueniūt a natura, & istud etiam tenuit Ang in consi præall. & do. Dominicus in dicto cap. statutum, quando materia est indifferens, & sic concor. cum Bart.

Sextus casus est quando sumus in materia fauorabili filijs, puta si statutum cōcedit alicui immunitatem vel aliud priuilegium pro se & filijs, & hoc casu ex verbis Barto. in supradictis legibus, quod si statuta loquuntur per nomina naturalia, quę magis denotant sanguinem quam agnationem, tunc naturalis comprehenditur appellatione filij, quomodo hoc cognoscatur, dic vt per Bart in locis prædictis, & supra retuli, intelligendo semper de nato ex coitu permisso, quia si esset coitus damnatus non posset ostendere parentē nec pater filium, & sic nō comprehenderetur appellatione parentis vel filij, & istud etiam tenuit Ang. & do. Dominicus vt supra retuli.

Sed contra istam theoricam, quod in materia fauorabili
95 comprehendatur † naturalis natus ex coitu permisso fortiter facit glo. in d. clem. vnica, in ver. liberi, de bapt. quæ dicit, quod non comprehenduntur appellatione filiorū in his q̄ concernunt commodum vel honores. nam illa glos. vel est intelligenda de natis ex damnato coitu, vel in materia concernente iura descendentia ex agnatione vel patria potestate, quæ est materia ciuilis, & sic non comprehenderetur naturalis, secundum quod comprehendatur naturalis in casu nostro facit tex. in l. generaliter, §. cum autem, C. de instit. & subst. sub cond. fac. vbi Imperator interpretatur quod appellatione filij comprehendatur naturalis. Nec obstat verbum humanitatis officium, ibi positum, licet sit extensio propter humanitatis officium, quod appellatione filij cōprehendatur nepos non sit est extensio vt appellatione filij cōprehendatur naturalis, quia immo illa interpretatio quam facit ibi Imperator est ex propria significatione vocabuli, quia talis appellatio est naturalis, vt supra dixi.

Præterea dato, quod esset interpretatio extensiua, statutū, quod non esset contra ius commune, sed præter, deberet intelligi secundum quod intelligit ius commune etiam si esset interpretatio impropria, pro quo facit quod dicit Ioann. de Imo. & do. Dominicus in c. fin. de consuet. in 6. & in cap. ad audientiam, supra de cler. non resi. vbi etiam per Abb. Sicu. In quibus dicunt, quod statutū quod non est contra ius cōmune extenditur ad casum fictum, & sic ad significationem impropriam. hoc tamen limita duobus modis, vt dicit Ange. & do. Dominicus in d. c. statutum, quando esset materia quæ concluderet solum de filijs legitimis, puta si statutum diceret, quod filij populariū præferantur quo ad honores filijs nobilium. nam intelligitur de filijs legitimis, cum bastardi in defectum sint assumendi, vt in l. generaliter, §. spurios, ff. de decur. & hoc dicit glo. in clemen. vnica, in ver. liberi, de bapt. quando præferuntur ab ecclesia, cum omnes concubinatus sit damnatus de iure canonico, & sic intellige glo. 39. quæst. 7. c. 1. quæ dicit quod appellatione filij simpliciter facta, nō intelligitur de legitimo, nam debet intelligi quando tale verbum profertur ab ecclesia, vel debet intelligi quando sunt nati ex coitu incestuoso, & in hoc casu loquitur illud capitulum.

96 Ex his patet an † bastardus possit portare arma patris, vbi Bart. in d. l. tutelas, ff. de cap. dimin. dicit quod sic. sed Bald. dicit contrarium in l. generaliter, C. de instit. & subst. & in l. cū nuptiæ, ff de statu hom. sed in hoc dic, quod aut est natus ex coitu damnato, & sic non potest portare arma patris, quia cū non possit demonstrare arma patris, per consequens nec insignia, per quæ ostendit quod sit de sanguine patris, & hoc sentit Ang. in consilio præall. & do. Dominicus in d. c. statutum, in 6. de hæret. Aut est natus ex vnica concubina retenta in domo, & tunc est aduertendum, aut portare arma domus solum competit illis qui sunt de agnatione, & tunc bastardus non potest portare arma, quia non habet agnationem: aut competit illis qui sunt de eodem sanguine, & tunc quia naturalis est de sanguine paterno, & de sanguine familiæ patris, & videtur verior opin. Bart. quam videtur sentire Ange vbi supra. Sed potes concordare opin. quod aut pater est illustris aut nobilis, vel in dignitate positus. Et tunc filius non possit portare arma patris, quia esset infamia patri, seu illis qui sunt de sanguine patris, quod bastardi portarent sua arma, argum. l. si qua illustris, C. ad Orphic. & hoc modo procedit opin. Bal. aut est nobilis, non tamen illustris, nec positus in dignitate, & tunc possit portare. & hoc casu procedit opin. Bar. quia non est ita verecū dum patri, nec illis qui sunt de sanguine, ꝙ bastardus portet arma sua, & pro hac cōcor. optime facit quod dicit Barto in simili in l. ex facto, § si quis
97 togatus, ff. ad Treb. Ex his infertur, quia si † statutum dicit, ꝙ omnes legatarij vel hæredes soluant gabellam ex relicto eis præterquam si fuerint filij vel nepotes relinquentium, an includantur bastardis, alias legata facta bastardis filijs vel nepotibus. & Ang. in consi præall & do. Dominicus in c. statutum, de hæret. in 6. videntur distinguere, quod aut est natus ex damnato coitu, & tunc tenetur soluere, quia nō comprehenditur appellatione filij, cū patrem demōstrare non possit &c. aut est natus ex vnica concubina, & tunc potest, sed dom. Pet. in d. c. statutum, se remittit ad cap. Raynaldus, de testa. in 9 quæst. & ibi post multa dicit, quod vidit super hoc consilium cuiusdam solennis Doctor. s. domini Amelini de Amelia concludentis per ista verba. dicit enim inuenio casum iuris huic similem in l. 1. de imponenda lucrat. descrip.
98 lib. 10. vbi dicitur, quod si alicui titulo † lucratiuo aliquid relinquitur vel donatur, quod debet soluere quatuor siliquas, saluo si pater vel auus reliquerit filio vel nepoti: & subdit rationem, quia ita necessarijs & coniunctis personis sub liberalitatis appellatione debitū persoluitur, & per hoc dicit, quod quatenus relictum tale factum filio naturali cōcurrit cum debito naturali non sit soluenda gabella: in eo autem quod excedit soluere teneatur, & pro hoc alleg. l. generaliter, §. fin. C. de instit. & subst. nisi filius naturalis ęquiparetur filio legitimo, in eo tamen quod potest sibi relinqui, & hāc opin. sequitur do. Pe. in d. c. Raynaldus, & hęc opi. mihi placet. nam non videtur debitū naturæ, nisi in eo in quo naturalis succederet ab intestato: vnde sicut illa lex, de imponenda lucrat. descript. ponderat debitum naturale in eo quod eximit filios nepotes & pronepotes, & sic deinceps a gabella, eadem ratione statutum videtur ponderasse debitum naturale, sed illa l. generaliter, § cum autem. ponderat illud quod potest relinqui filio vel nepoti, quod potest esse longe plus q̄

debitum

debitum naturæ, nam non extantibus filiis legitimis, potest pater eos in totum instituere, vt in anthen. licet. C. de natu. liber. sed dic, quod alia fuit consideratio, dicta l. generaliter. §. cum autem. nam ille §. ponderat, inquantum potest substitui filiis naturalibus. & hoc casu pater, vel auus paternus potest substinere in totum illud, quod eis relinquere poterit, sed quantum ad immunitatem a gabella non ponderatur totum illud, in quo pater potest instituere, sed solum illud, quod dicitur habere ex debito naturali, vnde non est debitum naturale, nisi illud in quo posset succedere ab intestato, & illud in quo vltra fuit institutus, est lucrum, & hoc probatur in dicta l. prima. C. de impo. lucra. descrip. & ideo non teneretur ad solutionem gabellæ quo ad illud, quod excedit. Ex his sum expeditus de articulo maxime dubitabili. & istud quod dixi procedit, quando lex, vel statutum facit mentionem de filio, vel nepote. Sed quid si in testamentis fit mē-
99 tio de filiis, vel nepotibus, an compræhendantur † bastardi. dic vt in capit. Raynutius, de testamen. & in l. generaliter. C. de institutio. & substitutio. & per Bartol. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & in capitulo, in præsentia, de probatio. & ibi habetur quid in contractibus, puta si quis recepit emphyteusim pro se, & filijs, an compræhendantur bastardi, & etiam in Specula. de loca. §. nunc aliqua. versiculo, 66. & 67. & per Doctor. præsertim Ioan. de Imo. in capit. potuit, de loca.

100 In glo. in verbo, adulterinis. Nota glo. & tene menti, quod filij presbyterorum dicũtur adulterini, ex quo infertur, quod etiam matri succedere non possunt, quia tales nati ex damnato coitu repelluntur ab hæreditate, tam patris, quam matris, vt in auth. ex complexu. C. de incest. nup. & idem dicendum est de aliis natis ex aliis clericis constitutis in sacris ordinibus, vt dicit glo. in l. secunda. C. de episcopis, & cleric. quod procedit, etiam si sunt nati ex vnica concubina clerici. & dicit Bar. in l. finali. ff de his quibus vt indign. quia concubinatus est specifice damnatus in clericis, vt infra toto titu. de cohabita. clericor & mulier. dixi in capitulo, cum haberet, de eo qui duxit in matrimo. quam polluit per adulterium. Sed dubitari potest quid de natis ex clericis in minoribus constitutis, tamen beneficiatis. solut. patet ex nota. per Ioannem Andræam in regula, sine culpa. de regulis iur. in sexto, in mercur. & per Bartol. in l. in concubinatu. ff. de concubinis.

101 Item nota ex hac glo. quod dicitur contrahi † matrimonium inter ecclesiam, & presbyterum. sed Butr. dicit, quod appellatur quasi matrimonium spirituale, ꝙ propriè cõtrahitur inter episcopum, & ecclesiam, vnde in signum huius portat annulum, vt no. in capitulo finali, de postulat. præla. & late dicitur cõtrahi quasi matrimonium spirituale cum quolibet prælato, de electio. in capitulo, pro defectu. latius cum rectore ecclesiæ, vt no. glo. de electio. dudum, latissime cum quolibet presbytero. sed hoc secundum Butr. determinatur tantum ad ecclesiam vniuersalem ratione ordinis non careat ecclesia, & sic sicut episcopus contrahit matrimonium cum ecclesia vniuersali ratione ordinis presbyter. & matrimonium particulare cum ecclesia particulari, cuius est rector, & sicut episcopus carens ecclesia, remanet sponsus ecclesiæ vniuersalis ratione ordinis episco. vt in capitulo primo, & secundo, de collat. ab episcop. qui renunciauit episcopatui. & in capitulo, post translationem. de renunciatio. sic & presbyter carens ecclesia, dicitur quasi sponsus ecclesiæ vniuersalis ratione ordinis presbyteralis. & de ista materia dic, vt in cap fin. de postul. prælat. & in cap. post translationem, de renunciat.

102 In glo. in verbo, præsertim. Nota glo. quod † dictio, præsertim, aliquando sumitur pro maxime, aliquando pro tantum. sed hoc dic, vt dixi in capitulo, discretionem. super glo. in verbo, præsertim. supra de eo qui cognouit consanguin. vxoris suæ. & de dictione, maxime. dic, vt dixi in capit. sponsam, de sponsalibus. Aliæ glos. quæ sunt vsque ad versicu. videbatur, non indigent aliqua suppletione.

S V M M A R I V M.

1 *Superior non est facilis in relaxando in iure aliquo subiectorum.*
2 *Aduocatus qualiter loqui debeat in simili adducendo.*
3 *Dispensatur facilius cum prole prodita viro dimittente vxorem auctoritate ecclesiæ, & aliam superinducente, quam ex propria auctoritate dimittente, & aliam superinducente.*
4 *Factum temere dicitur, quod sine auctoritate superioris factum est.*
5 *Actus nullus, siue sententia nulla dicuntur cassata.*
6 *Sententia licet allegetur nulla, ex eo tamen præsumitur pro ea, donec contrarium probetur.*
7 *Filii censentur legitimi facta separatione matrimonii per ecclesiam, quamquam sententia sit nulla propter defectum ordinis iudiciarii.*
8 *Error iuris non excusat, sed facti.*

C A P. XVI.

VIdebatur. Papa hic, vt dixi supra in principio, ponit similitudinem, quã petitor inducebat, quam quinque rationibus improbat. Et prima improbatio ibi, nam &c. secunda ibi, quoque. tertia ibi, præterea. quarta ibi, de filiis. quinta ibi, insuper.

1 Nota primo, prælatum, & † superiorem non esse facilem in relaxãdo iure in aliquo subiectorum, nam statim inferiores talia trahunt in exemplum, & ex hoc sumunt audaciam postulandi, idem fieri sibi debere, non tamen debẽt quilibet inferiores sumere hanc audaciam postulandi, quia debent considerare, an sint pares in sufficientia illis, qui præter ius gratiam sunt consecuti, vnde non debent indicare se illis, qui digniores sunt. 40. distinct. multi. vnde iste nobilis debuit considerare, quia licet esset nobilis, non tamen erat ęquiparandus Regi Franciæ, quia dignior præferendus est. 40. distinctio. non cogantur. vnde Hieronymus contra Iouinianum cum minora maioribus coęquentur minorum comparatu maioris est iniuria. Item facilius dispensatur in minoribus, de translat. prælato. capitulo finali. defertur enim dignitati, de offic. delega. pastoralis. & dicit Hostien. quod quia dissimilitudo inter Regem, & hunc nobilem erat patens, non curauit Papa explicare illam.

Nota secundo, secundum Butr. modum allegandi, quan-
2 do † aduocatus adducit casum similem, nam inducere debet solum illa, quæ faciũt ad propositum ipsius inducentis, prout faciebat iste, qui tacuit illa quæ faciebant in contrarium, in quibus patebat dissimilitudo. Aduocatus autem partis aduersæ debet esse vigil in ostendenda dissimilitudine. & sic tollitur argumentum a simili. & vide glo. r. quæst. r. sicut vrgeri. quæ dicit, quod argumẽtum a simili corruit, data vna dissimilitudine.

3 Tertio nota secundum eundem But. quod facilius † dispẽsatur cum prole prodita viro dimittente vxorẽ auctoritate ecclesiæ, & aliam superinducente, quam viro dimittente propria auctoritate vxorem, & aliam superinducente.

Ex quo infert But. ꝙ auctoritas ecclesiæ in separando matrimonium, aut legitimat prolem proditam ex secundo matrimonio, aut faciliorem inducit potestatem dispensandi, & vbi auctoritas nulla, & sic opinatum matrimonium dato errore iuris, dato ꝙ non legitimet prolem, inducit tamen probabile dubium iuris, & faciliorem potestatem dispẽsandi, & sic patet, ꝙ ecclesia facilius dispensat super casu vbi pendet dubium vitij, quam super casu, vbi est vitium manifestum, sed de hoc dicam cum glo. in versic. dubitari.

Quarto nota ibi, temeritatis. ꝙ illud dicitur temere factũ,
4 quando est † factum absque auctoritate superioris, sed si esset factum cum auctoritate superioris non dr temere factum, etiam si auctoritas sit nulla, ꝙ intelligit Bu. quando defectus surgit ab auctoritate, non ab incumbentibus ipsis patribus. de hoc vide Bart. in l. iuste. ff. de acq. poss. & in l. meminerint. C. vnde vi, & no. in d. c. fin. de elect. in vj.

5 Vltimo nota ibi, cassata. quod † actus, vel sententia nulla dicitur cassata, de quo vide in cap. accedens, vt li. non contesta. hæc sunt notabilia vsque ad versic. insuper.

In glo. in verbo, per sententiam. No. istam glo. secundum But. quod præsumitur pro sententia, donec contrarium pro-
6 betur, etiam si † sententia allegatur nulla, & nullitas pẽdeat, & sic licet non pręsumatur pro sententia, si est ab ea appellatum, bene tamen præsumitur pro ea, si est allegata nulla. ad hoc allegat But. clem. vnicam, de sequest. poss. & fruc. & cle. j. de re iudic. de quo dic, vt in c. in præsentia, de renunc. & in c. quoniam contra falsam, de probat.

In glo. in verbo, non seruatum. hæc gl. bene loquitur quo ad hæc tempora, & hodie proceditur secundum cle. dispendiosam, de iud. & clem. sæpe, de verb. signif. & vide glo. in ver. matrimoniis. in d. clem. dispendiosam.

In glo. in verbo, de tribus. ibi, idest ipse Deus. Abb. Sic. dicit, quod hæc glo. potest dupliciter intelligi.

Primo, quod ipse Deus fuit proles in matrimonio contracto inter Beatam Virginem, & Ioseph. & sic no. in cap. omne, alleg. in glo.

Secundo modo potest intelligi, quod in quolibet matrimonio dominus est proles quo ad seruitium Dei, homines tendere debẽt ad generationem prolis, idest vt proles seruiat Deo. Abb. Sic. dicit, quod vterque intellectus est bonus, sed primus magis placet sibi.

In glo.in verbo, dubitari. vult ergo hæc glo. quod filij Regis Franciæ in veritate erant legitimi, ex quo contraxit cum secunda auctoritate ecclesiæ. sed glo.sequens in fi. aperte tenet contrarium, dicens, quod ex quo sententia separationis fuit nulla propter iudiciariam ordinem non seruatum proles ex secunda fuit illegitima. & hoc vltimum dictum glos. est de directo contra glo in cap perlatum, supra eod sed Hostien tenet primum dictum, scilicet quod quanquam sententia sit nulla ex defectu ordinis iudiciarij, tamen filij sunt le-
7 gitimi † propter separationem factam ab ecclesia. & dicit, quod ideo in casu huius ca. fuit necessaria legitimatio, quia ex alia causa filij erant illegitimi, nam fuerunt suscepti post inhibitionem factam Regi, ne contraheret cum alia, quamquam enim contraxisset ante prohibitionem, tamen fuerũt suscepti post prohibitionem, ideo censentur illegitimi, vt in c.fi de clandest. despon.& vt hoc intelligas scias, quod contracto matrimonio cum secũda Regina proposuit se spoliatam, & petiit se restitui allegando nullitatem sententiæ. Papa vero consilio de nullitate sententiæ mandauit Reginam restitui, & Regi interdixit secundum matrimonium in euentum causæ. post hanc interdictionem Rex suscepit filios ex secunda, & ideo non potest dici, quod bona fide filij fuissent suscepti, & sic Hostiẽ. sensit, quod nullitas sententiæ non habet reddere filios illegitimos, ex quo parentes de sententia confisi in facie ecclesiæ contraxerunt matrimonium, vt in cap. perlatum supra eod. & hoc quando matrimonium fuit contractum, & filij sunt suscepti ante aliquam inhibitionẽ, secus si sunt suscepti post inhibitionem ecclesiæ, licet matrimonium sit ante eam contractum in facie ecclesiæ, & sic contractus matrimonij putatiui non legitimat prolem, quando interuenit interdictio ecclesiæ ante susceptionem prolis, licet matrimonium sit ante contractum in facie ecclesiæ & idem dicit Ioan. And. Sed dom. Cardin. in hoc versic. videbatur, in quarta oppos. dicit, quod cap. fin. de clandest despon. in quo se fundat Hostien. loquitur de contrahentibus matrimonia clandestina, quod non potest hic dici, ex quo Rex contraxit ante interdictum. Item in litera hic non exprimitur, quod prohibitio peruenerit ad Regem, & ideo tenet glo. sequẽ. in fi. quæ dicit, quod sententia fuit nulla propter iudiciarium ordinem non seruatum, & sic non potuit
8 inducere probabile dubium, quia † error iuris non excusat, vt in regula, ignorantia, in 6.& ad cap. perlatum, supra eod, respondet, quod ibi fuit error facti, qui excusat, vt in cap fraternitatis, de frigid. in versic. quamuis. Sed ego credo, quod Host & Io. And.& Doct. qui hoc dicunt, viderint integram, ex qua sumpta est hæc Decretalis, & ideo eis est credendum, cum talis sit attestatio facti, iuxta doctrinam Bar. in l. de quibus ff. de leg. But. autem dicit, quod matrimonium fuit contractum clandestine, & filij sunt illegitimi, vt in c.si. de clandest despon. & supra eod. peruenit, & infra eod. ex tenore. a contratio sensu. aut est contractum in facie ecclesiæ post separationem, & post inhibitionem ecclesiæ, vel sunt suscepti filij post inhibitionem. & idem & sic in hoc Butr. sequitur opin Hostien.& Ioan. And.& propter hoc notabiliter extenditur cap. fin de clandest. despon. videlicet, quod sicut inhibitio, seu interdict. ecclesiæ, quod fit ante matrimonium contractum reddit prolem non legitimam, ita inhibitio, seu interdictum factum post matrimoniũ ante susceptionem prolis. aut secundum matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, & filij sunt suscepti ante aliquam inhibitionem & hoc casu dicit Butr quod aut sententia separationis est valida. & clarum est, quod filij sunt legitimi: aut sentẽtia est nulla. & tunc dicit, si vterque, vel alter ignorat factum, & ius, vel factum tantum, & filij sunt legitimi, vt infra eod. ex tenore. Aut vtraque scit factũ, sed ignorat ius, & hic casus est dubitabilis, secundum Butr. scilicet an error iuris excuset quo ad legitimationem prolis, si postea constat de impedimento, & But. non decidit, sed remittit se ad cap. referente, supra eod. Dicit tamen, quod Doct. videntur tenere, quod proles est legitima non obstante errore iuris, ex quo nata est ante inhibitionem. Abb. Sic. dicit, quod Docto. sentiunt, quod ignorantes impedimentum etiam errore iuris excusentur quo ad legitimationem prolis sed ipse hoc intelligit, dumtamen error sit probabilis. sed ego in dicto cap perlatum. supra eod. simpliciter tenui, quod excuset quo ad legitimationem prolis, si matrimonium est contractum in facie ecclesiæ, dic vt ibi dixi.

Et ex prædictis dicit Host posse contingere, quod quis ex duabus mulieribus etiam eodem tempore viuentibus suscipiat prolem legitimam, ponit exemplum, quando quis contraxit successiue cum duabus, vt fecit iste Rex Franciæ, non enim est facile iudicare quæ sit vxor, nam si cum prima non erat impedimentum ipsa est vxor, & non secunda, & econuerso, si impedimentum erat cum prima, & non cum secunda, secunda est vxor, de sponsal. cum in Apostolica. vnde dicit Hostien. quod potest contingere, quod ambabus etiam in eadem domo retentis suscipiat prolem legitimam, vt si ducit vxoris publice, & prius occulte contraxerit cum pedisequa, tamẽ coram testibus, si vtraque suscipiat prolem, & postea probatur matrimonium fuisse prius contractum cum pedisequa, vtraque proles erit legitima, proles enim pedisequæ suscepta est ex vxore vera, sed veritas p̃ferenda est opinio. vt supra cap. prox. alia vero proles iuuatur ex opin. & sic etiam ipsa erit legitima, vt infra eodem, ex tenore.

S V M M A R I V M.

1 *Rex Francia non recognoscit superiorem in temporalibus.*
2 *Ciuitas non recognoscens superiorem, potest extendere manum ad reseruata in priuilegium principis.*
3 *Pater potest exercere in filium, ea qua sunt iurisdictionis voluntariæ.*
4 *Imperator debet recognosci a quolibet in superiorem, & qui non facit, peccat.*
5 *Rex qui præscribit subiectionem, habetur loco Imperatoris.*
6 *Præscriptio sine possessione non procedit.*
7 *Veneti sunt de populo Romano, & libertatem habent ab Imperatore Romano quodammodo precario ex priuilegio.*
8 *Clerici sunt ciues Romani, quia retinent ius succedendi.*
9 *Imperatorem negare Monarcham, & Dominum totius orbis, esset hæresis, secundum But.*
10 *Imperator si vult, potest legitimare proprium filium.*
11 *Rex Francia non potest legitimare proprium filium ad hoc, vt sib. succedat.*

C A P. XVII.

1 INsuper. Nota primo, quod † Rex Franciæ non recognoscit superiorem in temporalibus idem dicit glo. de Regibus Hispaniæ in cap. Adrianus. 63. distinct. & sic est possibile Principem esse in mundo post Imperatorem, qui superiorem non recognoscat. vtrum autem tales peccent, dicam cum glo.

2 Nota secundo hic casum apertum, quod princeps, vel † ciuitas non recognoscens superiorem, potest extendere manum ad reseruata in priuilegium principis. & hoc dixit Bar. in l. 1. § de qua ff. de postulan. & in l. denique, in princ. ff. de minoribus, & l. infamem. ff. de publ. iudic. & dixi supra in principio huius capituli, in illo articulo, scilicet qui possint legitimare.

3 Nota vltimo, quod † pater in filium potest exercere ea quæ sunt voluntariæ iurisdictio. vnde data potestate legitimandi potest pater legitimare filium.

Ex quo infert But. quod Papa, vel Imperator possunt legitimare proprios filios, & per hoc videtur, quod etiam hoc possit Comes Palatinus habens a Principe potestatem legitimandi, de quo dicam cum glo.

In glo. in verbo, recognoscat. Nota ex glo quod quilibet
4 tenetur recognoscere † Imperatorem in superiorem, & quicunque non recognoscit, dicitur hoc de facto facere, & non de iure, & sic tales dicuntur peccare.

Innoc vero dicit, quod omnes potius debent subesse Papæ, quam Imperatori, quod intellige in spiritualibus, non autem in temporalibus, vt supra eodem, causam, el secondo. & hoc probatur hic, nam hic dicitur, quod Rex Francorum potuit se subiicere Papę, ergo alias non erat subiectus in temporalibus, quia si fuisset subditus, non fuisset requisitus, quod se subiecisset Papæ, & tamẽ tex. hoc requirit, ergo &c. Hostien. autem dicit, quod quilibet debet recognoscere Imperatorem in dominum in temporalibus, vt dicto cap. causam, supra eo. Et ex hoc videtur, quod Rex Franciæ, Angliæ, & Hispaniæ non recognoscentes Imperatorem in temporalibus, peccent mortaliter xj q. iij qui resistit. hæc enim præscriptio non videtur posse præscribi per subiectos, nisi nomine Romanæ ecclesiæ per hoc, quod no. de pręscrip. cum non liceat. & c cum ex officij. dicit tamen Host. ꝙ quousque ab eis non exigitur talis recognitio, excusatur, sicut dicitur in decima. vt in c. peruenit, & in c. cum homines. & in c. in aliquibus, de deci. Abb. autem Sic. in decimis refert opi. S. Thomæ, qui hoc tenuit in hac opi. Host. sequitur Io. And. & But. dicit enim But. ꝙ Imperator non potest ad se abdicare tale Imperium, vt in l. legatus. ff. de offic. præsid. & no. de censi. cum venerabilis. licet possit translatiue de vno in alium trãsferre, s̃m ea, quæ dicta sunt de ciuitatibus donat. ecclesiæ. dicit tamen,

men, quod possent esse in possessione libertatis bona fide, quod est, quando superior non exigit subiectionem. & hoc casu quando sunt in bona fide, & non alias, possunt exercere ea quæ sunt supremi Imperij.

Sed dom. Card. in versic videbatur, in 5. oppos. dicit, quod
5 hæc litera multum facit pro præscribentibus. & dicit, † quod Rex qui præscribit, habetur loco Imperatoris in Regno suo, potest autem cõtingere, quod plures sint Imperatores, cum etiam sit de consuetudine, vt duobus ad Imperium electis in discordia vterque administret, vt dicit glo. in clem. Romani. §. porro. in glo. in verbo, Reges Romanos. de iureiur. quæ est singularis, secundum dom. Card. & ad illud, quod dicitur quod obedientia non potest præscribi. Respondet, quod Imperator tolerando talem præscriptionem censetur approbare. & dicit, quod circa hoc possent multa disputari. Sed quicquid sit de iuris subtilitate dicit, quod sufficit, quod ex cõmuni obseruantia sic est receptum, quia minime mutanda sunt, quæ interpretationem certam semper habuerunt. ff. de legi. l. minime. & de consuet. cum consuetudinis, & sic etiam si Imperator exigit obediẽtiam a prædictis Regibus, & non præstent dicit dom. Card quod non peccãt. Sed Abb. Sic. dicit, quod ipse putat, quod isti principes possint præscribere iura principis in eorum Regnis, arg. in cap. super quibusdam, de verbor. signif. & eorum, quæ not. Ioan. And. in cap. si episcopus. de offic. ordi. in vj. vnde dicit, quod prælatus inferior episcopo potest præscribere iura episcopalia in certa parte diœc. de quo Abb. Sic. se remittit ad plenius dicta per se in c. cum contingat, de fo. compet. sed quod princeps possit præscribere, quod ipse non subsit Imperio. dicit, quod non vidit rationem, quomodo hoc sit possibile in iure, quia sine pos-
6 sessione non procedit † præscriptio, sed nemo potest se ipsum possidere. & Ideo licet Papa, vel alius potuisset præscribere contra Imperatorem, tamen actiuè non procedit præscriptio, quod dicit declarandum, vt ipse dixit in cap. cum non liceat, de præscrip. sed Bart. in l denique, in princ. ff. de minor. & in l. 4. § de qua. ff. de postul. & in l. infamen. ff. de publ. iudi. videtur innuere, quod possit ciuitas, vel dominus præscribere iura principis, ita quod sit populus liber, & sit ipse sibi Imperator, sed in l hostes. ff. de capti. hoc magis declarat. dicit enim, quod quidam sunt, qui non in omnibus, sed in aliquibus Imperatori obediunt, vt quia viuunt secundum leges P. Romani, & fatentur Imperatorem Romanum esse dominum omnium, vt sunt ciuitates Tusciæ, & Lombardiæ, & isti sunt de populo Romano, nam cum Imperator, seu populus Romanus in eis iurisdictionem exerceat in aliquo articulo, totam iurisdictionem retinet, vt in l. si prius. cum simil. ff. de aqua plu. arcen. Quidam sunt populi, qui nullo modo obediunt principi, nec viuunt legibus ciuilibus editis a populo Romano, & dicunt se facere ex priuilegiis Im-
7 peratoris, vt faciunt † Veneti, & isti similiter sunt de populo Romano, nam cum illam libertatem dicant se habere ab Imperio Romano ex priuilegio quodammodo precario tenent ab eo. & dicit Barto. quod Imperator posset illud priuilegium reuocare quando vellet, cum liceat ei suam voluntatem mutare, vt in l. si quis in principio testamenti. ff. de legatis tertio. sed hoc an posset reuocare tale priuilegium. pendet ex nota. in capitulo, quæ in ecclesiarum. de constitutio. nec volo decidere. Quidam sunt populi, qui asserunt se habere libertatẽ ab Imperatore ex aliquo contractu, vt prouinciæ quæ tenentur ab ecclesia Romana, quæ fuerunt donatæ ecclesiæ Romanæ per Constantinum posito pro constanti, quod donatio tenuerit. & quod reuocari non possit. & dic, quod hoc est tenendum pro const anti. & tenere, quod non valeret talis donatio non esset longe ab hæresi, vt dicit Butr. & dixi supra in princip in vltimo notabili & in his dicit Bart. quod adhuc dicendum est istos esse de populo Romano, nam ecclesia Romana exercet in illas terras iurisdictionem. & istud fauetur non ergo desinunt esse de populo Romano. sed administratio istarum prouinciarum est alteri concessa, dat simile in iurisdictione in clericum, quæ
8 est concessa Papæ, nam propter hoc † clerici non desinunt esse ciues Romani, quia retinent ius succedendi, vt in l. Deo nobis. C. de episcopis, & cleric. & idem dicit Bart de aliis Regibus, & Principibus, qui negant se esse subditos Imperatoris, vt Rex Franciæ, & similes. si enim fatentur ipsum esse dominum vniuersalem, licet se ab illo dominio vniuersali subtrahant, vel ex priuilegio, vel præscriptione, vel simili modo non desinunt esse ciues Romani. dicit tamen Bartol. quod
9 si quis diceret † Imperatorem non esse Dominum, & Monarcham totius orbis, esset hæreticus, quia diceret contra determinationem ecclesiæ, & contra tex. Euangelij Lucæ 2. dum dicit, exiuit edictum a Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis, vt habetur Lucæ secundo, vel tertio ca-
a pi & dicit Bart. quod Christus * recognouit Imperatorem vt dominum. & sic vult Bart. quod dominus, vel populus possit præscribere, vt non sit subditus Imperatori, sed requiritur scientia, & patientia Imperatoris, vt dicit Bartol in l. prima, §. denique. ff. de aqua pluuia arcen. & in l si publicanus. § finali, ff. de public. & in l. prima. C. de seruit. & aqua. Ego quid dicam, dubito, tamen magis inclino in partem, quam tenet Barto. & dominus Cardinalis, scilicet quod valeat præscriptio non solum, vt exerceat reseruata Imperatori, sed etiam vt non subsit Imperatori. & de hoc videtur casus hic, nam hic dicitur, quod ex quo iste Rex superiorem non recognoscebat, potuit sine læsione alicuius subiicere iurisdictioni Papæ, nam si pręscriptio non valuisset, certe superiorem recognosceret. nec mihi placet expositio glo quę intelligit, quod non recognoscebat de facto, nam Papa debet intelligi, vt respondeat de iure, vt est text. cum glo. in cap consultationi. de temp. ord.

Item Papa non approbat ea, quę sunt repræhensibilia, vt in capitulo, omne quod. vigesimaquinta quæstione prima, nec per hoc erit acæphalus, quia suberit Papæ, qui est vnicus supremus Princeps, vt pulchrè declarat glos. in clem. ad nostram, in versic. ecclesię, quæ incipit, hæc sunt omnino hę retica, de hæret.

Item cum Papa habeat habitum vtriusque iurisdictionis, & tribuat Imperatori exercitium temporalis iurisdictionis, vt nota. in capitulo, nouit. de iudic. si Imperator ex præscriptione perdit exercitium Papæ, efficitur superior illius, qui non recognoscit superiorem, & sic non erat a Cephalus, non tamen habebit illam iurisdictionem, quam habet in terris ecclesię, sed erit eius superior immediatus, quemadmodum est Imperatoris, Cogita tamen, quia apud me iste articulus est multum dubius, & tutius esset non recedere ab opin. Hostien. si domini temporales, vel ciuitates quæ præscripserunt, possint induci ad recognoscendum Imperatorem in dominum.

In glo. in verbo, princeps. Hostien. dicit, quod in tali casu nullus hoc facere potest alij præiudicando nisi Imperator. & dicit, quod etiam Imperator cautius faceret abstinendo, & ad Papam recurrendo, argu. C. de pignoribus. lege tertia, non tamen cautius, argumen duodecima quæstione prima, Pontifices. & tertia quæstione prima, §. secundo, versicu ad hęc callida.

Sed dominus Cardin in versic. videbatur, in sexto notabili, dicit idem in quolibet alio, quam Imperatore non recognoscente superiorem.

10 Sed Butr. dicit, quod si † Imperatur vult hoc facere etiam in proprium filium hoc potest, si autem est inferior, habens potestatem a Principe, vel Rex liber dicit, quod aut vult facere præiudicando aliis, vt quia forte habet propinquos venientes ab intestato, hoc non potest, sed si absque alterius præiudicio valet, hoc facere potest, cum decentius tamen esset secundum eum, quod per alium faciat. & si dicatur, in quo præiudicat, dicit Butr. quod præiudicat agnatis, vel cognatis, qui sperant hæreditatem illo non legitimato, qui modo non sperabunt, cum Papa non possit facere, etiam si vellet, quin dimittat legitimam isti, ex quo modo est legitimus, & quod opinio Hostien. & Butr. scilicet quod non possit inferior ab Imperatore legitimare proprium filium sed præiudicium alterius, etiam si non recognoscat superiorem facit glos. in §. sequenti. in versiculo, Regis. quæ dicit, quod licet
11 † Rex Franciæ, qui non recognoscit, possit legitimare subditum, non tamen potest legitimare filium proprium quo ad hoc, vt succedat sibi, licet possit per legitimationem cum habilitate ad succedendum alteri'. & ista opinio forte esset tenenda in practica, sed mihi videtur verior opin. domi. Cardin. quia ex quo non recognoscit superiorem, est sibi princeps, & potest ea quæ potest princeps, vt dicit Bartolus in lege prima, §. de qua ff. de postulan & in l. denique. ff. de minoribus, & in l. infamen, ff. de public. iudic. pro quo facit etiam iste tex. Sequitur §. rationibus.

ADDITIO.

a ¶ Christus recognouit Imperatorem Reges tamen non subiacent Imperatori, secundum Oldr. consil. 68.

SVMMARIVM.

1 *Recursus licite fit ad adiutem, & nomina testium, in dubijs decidendis.*
2 *Verbum, plena potestas, vel plena subiectio, quid significet.*
3 *Verbum, omnimodam, quid significet.*

4 *Papa in terris quæ non sunt ecclesiæ, non potest exercere iurisdictionem regulariter, sed causaliter in certis casibus.*
5 *Papa appellatur sacerdos.*
6 *Sedes Apostolica est diuinitus collocata apud vrbem Romanam.*
7 *Deus crucifigitur in membris suis, & spernitur.*
8 *Cardinalatus est de iure diuino.*
9 *Episcopi dicuntur fratres Papæ.*
10 *Papa non debet ardua expedire sine consensu Cardinalium.*
11 *Papa est iudex viuorum, & mortuorum.*
12 *Causa mortis vbicunque reperitur in iure canonico, debet poni pro sententia excommunicationis.*
13 *Causa commissa episcopo, puta Paduano, & duo sint electi, is qui est inclusus, & possidet, cognoscet.*
14 *Verbum, portas, quid significet.*
15 *Laici in causis spectantibus etiam ad forum temporalem debent recurrere ad iudicium ecclesiæ.*
16 *Bartolus Doctor altius, & realius intellexit leges, quam Petr. & Cyn. quia ipsi fuerunt sophistici, secundum But.*
17 *Imperatoris persona subest Papæ, secundum Hostien.*

1 **§. Rationibus.** Nota primo, quod ad decisionē dubiorum licite † recurritur ad adiunctis & nomini testium.

2 . Nota secundo, secundum But. quid significet verbum † plena potestas, vel plena subiectio, quia intelligitur, quod referatur ad spiritualia, & temporalia, de quo But. remittit ad c. querelam, de elect. sed dicit But. quod iste tex facit, quod restringatur, alias referatur ad temporalia solū, nam tex dicit plenam gerimus in temporalibus potestatem. sed dic, quod iste tex nihil facit, nam propter adiunctū refertur ad sola temporalia, vnde iste tex. nihil probat, quando proferretur sine adiuncto, puta si dicatur plena iurisdictio, vel plena potestas. vnde dicit, quod dictum c. querelam, de elect. sed dicit Butr. quod iste tex. facit, quod referantur ad temporalia. sed vide tex. in clem. 1 in fi. vt li. pen. d. & vide omnino glo. no. in clement. 1. in ver. omnimodam, de fo. compet. quæ dicit, quod

3 † verbum, omnimodam. denotat quamlibet speciem iurisdictio. scilicet tam merum, quam mixtum Imperium. & sic tā temporalem, quam spiritualem iurisdictionem, quam glo. tene menti. & pro hoc But. & Ioan. de Imo. super illa glo. dicunt, quod si habens merum, & mixtum Imperium committat alicui omnimodam iurisdictionem, intelligitur delegare tam merum, quam mixtum Imperium. & sic talis poterit deprimere clericos a beneficiis, & ab ordinibus, & alia facere quæ sunt meri, & mixti Imperij, quod no. pro limitatione eorum, quæ habentur in cap. quod sedem, de offic. ordin. vbi habetur, quod licet de iure canonico omnia possint delegari, tamen ea quę sunt meri Imperij non intelliguntur delegata, nisi specialiter exprimantur, nam tanc intelliguntur specialiter expressa, si delegatus dicit, quod committit omnimodam iurisdictionem.

4 Nota tertio ibi, causaliter &c. quod † Papa in terris quę nō sunt ecclesiæ, non potest exercere iurisdictio. regulariter, sed causaliter in certis casibus, & inter alios casus Papa potest exercere iurisdictio in terris alienis. nisi factum est valde arduum. nam tunc Papa vtitur iurisdictio. temporali in terris Imperij, quia hoc facit auctoritate Dei, & glo. hic enumerat alios casus, & dicam aliquid super eo. & istam literam adducit Abb. Sic. ad argumentum, quod ex magna, & ardua causa Papa pōt deponere principes sæculares, licet nō sint sibi subiecti in temporalibus, nam Papa alias deposuit Regem Frāciæ, vt in cap. alius. 15 quę. 6. & Imperatorem, vt in c. Apo-
a stolicæ, de re iudic. in 6.[a]

5 Nota quarto ibi, sacerd. Imperio, quod † Papa appellatur
b sacerdos.[b] & quod dicitur habere Imperium, est enim Imperator spiritualis, vt in cap. legimus. 93 dist.

6 Nota quinto ibi, vrbem fugiens, &c. quod † sedes Apostolica est diuinitus collocata apud vrbem Romanam.

Ex quo infert Abb. Sic. quod siue causa non potest transferre sedem, de quo vide per Ioan. Andr. in cap. fundamenta, de elect. in vj.

7 Nota sexto ibi, crucifigi, † Deum in suis membris crucifigi, sic etiam dicitur 1 per in. 8. quæst. j. qui nos. & 3 q. 1. nulli. & dicit But. quod hoc facit contra Bononienses, & Florentinos qui cupiunt clericos pro collectis, & interdum eos suspendi faciunt. Nam crucifigunt, & suspendunt Deum in membris suis. sed Hostien. supplet literam ibi, crucifigi. scilicet in te, vt sic vrbs ista altera Hierusalem intelligatur, & effusione sui sanguinis, qui primus est Vicarius meus in terris hic locus, quem elegi mihi fundetur firmiter, & consacretur. ad hoc, de elect. fundamenta, in 6.

Nota septimo ibi, fratres nostri. intelligendo de Cardina-
8 libus tex. valde notabilem probantem, quod † Cardinalatus sit de iure diuino, cum Papa hic arguat ex veteri testamen-
c to, & per Sacerdotes Leuiticos intelligat ipsos Cardinales[c] & dicit Abb. Sic. quod nescit tex. ita bene probātem, de quo se remittit ad cap. ex gestis, de cler. non resid. vbi per Hostiē. & Docto. alij vero intelligunt, quod loquatur de omnibus
9 episcopis, nam omnes † episcopi dicuntur fratres Papæ, vt in cap quam graui, de crim fal. & sic iste tex intelligitur duobus modis.

Primo modo de Cardinalibus.

Secundo modo de omnibus episcopis, & secundum primum intellectum probatur notabile, quod collegi, non autem secundum secundum intellectum. sed primus intellectus est notabilior, & magis congruit literæ.

Secundus autem intellectus non multum congruit literæ, quia ipsi non præsunt vrbi Romanæ, nisi dicatur, quod diuino episcopatuum sit de iure positiuo, quis Petrus, & alij Apostoli præerant pariter toti orbi, episcopi autem tenent locum Apostolorum, & Papa locum Petri, vt c. in nouo. 21. dist. & in c. vidistis. 19. q. 1.

Nota octauo ibi, iudicabunt, &c. intelligendo de Cardi-
10 nalibus tex. valde not. quod † Papa non debet ardua expedire sine cōsensu Cardinalium, & videtur ad hoc tenentur iure diuino, vnde Ioan. Mo. in ca. super eo, de hæret. dicit, quod collegium Cardinalium est in ista quasi possessione ex consuetudine, cuius initij non est memoria. & hoc probat iste tex. non hoc est de iure diuino, vt dicit tex intelligendo auctoritatem hic contentam modo prędicto. sed de hoc dic, vt in cap. ex gestis, de cler. non resid. & in dicto cap. super eo, de hæret. in vj.

11 Nota nono, quod † Papa est iudex viuorum, & mortuorū. & sic habet claues quo ad viuos, & ad mortuos, de quo dic, vt in cap. a nobis, de sent. excom. & in cap. quod autem, de pœn. & remiss. tamen vt dicit dom. Card. iste tex. loquitur de Christo, quia Christus est ille, qui iudicaturus est viuos, & mortuos in die iudicij.

12 No. vltimo, q̄ vbicunque in iure ecclesiastico † reperitur causa mortis, debet poni pro sentētia excommunicationis, q̄ est tenendum menti, s̄m Abb. Sic. quia alibi non ita bene probatur, nam duplex est mors, s. temporalis, & spiritualis, mors temporalis est illa. per quā separatur anima a corpore, spiritualis autem est illa, per quam separatur anima a gratia Dei, vnde anima remanet mortua, ad hoc, de reb. eccl. nō alie. si quis. 23. q. 3. corripiantur. & ideo ista est difficilior, quā prima, nisi ab illa liberetur. & dicit Host. q̄ primam exercet iudex sæcularis cum gladio materiali. 23. q. 4. ille gladium & ff. de iurisd. om. iud. l. 3. secundam exercet princeps ecclesiasticus gladio spirituali. 42. q. a. visis. vnde B. Aug. dicit, quod est mors quā timent. s. separatio animæ a corpore, & est mors, quam non timent. s. separatio Dei ab anima, qui est vera vita animarum. Item scias, q̄ Vin. inducit istum tex. ad q. videli-
13 cet, q̄ si causa † committitur ep̄o Paduano, & duo sunt electi & alteruter inclusus, qui possidet, & aliter canonice, qui non possidet, quod ille qui possidet, debet cognoscere. 89. dist. 4. hic ergo. xj. q. j. si quisquam. vbi per Archid. & in clemē. j. de fo. cōpet. quæ incipit, olim. sed do. Card in ij not dicit, q̄ hoc debet intelligi, qn̄ nescitur, vtrum foueat ius, secus si alter esset legitime confirmatus, alter tātum de facto intrusus, nam tunc cōfirmatus, q̄ est verus prælatus, debet de causis cognoscere, circa quod vide no. in c. nihil, de elect. sed dom. Card. se remittit ad clem. vnicam, de fo compet. in 15. q.

14 Secundo quæro de intellectu huius † verbi, porta, quid significet, dic quod significat iudices, ad hoc Psalmus 60. vocitans, aduersum me loquebantur qui sedebant in porta, & & quare iudices sedebant in portis ciuitatum causam reddit Hieronymus super Zschariam, & secundum Hostien. iudex dicitur porta, quia facilem aditum præstare debet intrare volentibus ff. de offic. præsid. l. obseruandum. vel sicut porta quandoque clauditur, quandoque aperitur, sic iudex, quandoque cessat, de fer. per totum. ff. de iusti & iu. l pen. quandoque loquitur, quandoque tacet, & audit. 43. distinc. sit rector.

vel

ADDITIONES.

a ¶ Papa dicitur sacerdos. Interdum sacerdos comprehendit clericum etiam in minoribus constitutum. dom. Abb. in cap. vlt. in penult. colum. versic. extra glo. de postulan. & interdum etiam sæculares scholasticos authen. habita. C. ne fil. pro pat. & l. 1. ff. de iustit. & iure. Item episcopus aliquando appellatur presbyter. cap. 2. & ibi dom. Abb. in primo notab. de peccul. cler.

b ¶ Adde Dom. Dom. in cap. in memoriam. in notab. xix. distin. & in cap. si duo. 28. distinct. Et episcopi appellantur sacerdotes. Alex. Ne. in cap. non potest, prima col. de re iudic.

c ¶ Cardinales sunt Leuitici generis sacerdotis, qui domino Papæ in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Spec. tit. de legato. §. sequitur, circa medium.

vel ſicut porta reſtringit, ſic iudex reprimit delinquentes. ff. de viſif l equiſſinium.

Secundo modo intelligitur, quod per portas ponãt magiſtri, qdocent, & apeiiunt ſcripturas, ſed prima expoſitio, ſ. q per portas intelliguntur iudicea, magis conſonat literæ ibi, iudicium inter portas variari. ſed Innoc & dom.Cardin. dicunt, quod qui vellet tenere ſecundam expoſitionem, debet exponere iudicium, ideſt deliberationem. 47. diſtinctio. de Petro.

Vltimo quæro, quia tex. loquitur de plenitudine poteſtatis Papæ in hoc conſiſtit hæc plenitudo, dic vt hic late per Hoſtien.& dom.Card.in hoc § in vlt.q.

In glo.in verbo, certis ex cauſis. Nota bene ex gloſ.quod
15 vbi vertitur aliquod dubium etiam inter † laicos in cauſis ſpectãtibus ad forum temporale, debet recurri ad iudicium eccleſiæ & hoc optime probat tex. & ex hoc dicit Abb.loã. And.dom.Cardin.& But.quod etiam quando inter puros laicos eſt quæſtio, de qua ſunt opi.inter Doct.quod ad Papam ſpectat determinatio, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, ſiue ſanguinis.& dicunt, quod hoc facit contra Legiſtas dicentes, quod deciſiones Papæ, & maxime de duabus quæſt. de quibus in cap.Rainurius.& Rainaldus, de teſtam proceſſerunt ab errore Canoniſtarum, & ſolet eſſe illius Pet.& Cy. qui conſueuerunt reſpondere Decretalibus facientibus contra ſuas opin.tranſeat cum errore Canoniſtarum ſed Barto. hoc nõ dicit, immo ſemper dicit, quod canones fuerunt fun-
16 dati in optima ratione.& ratio eſt, ſecundum But. † quia Barto.altius, & realius intellexit, quam Pet.& Cyn. quia ipſi fuerunt ſophiſtici. But.tamen limitat illud, quod ſupradictum eſt, niſi lex ciuilis poſteà aliter determinaret, hoc eſt, ſi Imperator faceret conſtitutionem contrariam, nam ſtandum eſſet legi in foro ſeculari & ita dicit Hoſt.in ſumma, de foro compet.

In eadem glo ibi, ſed cauſaliter Goff.dicit, quod Papa forſan poteſt exercere iuriſdictio.in terra alienis in omnibus caſibus, in quibus ſubditi ſuffraganeorum ſubſunt Metropolitanis, qui no.per glo.& Doct.de offic.ordi.paſtoralis.in prin. Sed dom.Cardin in hoc §.in x.quæſt.dicit, quod hoc non videtur procedere, nam ab epiſcopo appellatur ad Archiepiſcopum, de offic.ordi duo ſimul.& no.in d.c paſtoralis.quod ſic fit de Imperatore ad Papam, vt not de iudic.nouit.& dicit, quod idem poſſet argui de aliis caſibus, qui no.in d.c.paſtoralis, in glo.2.

Hoſtien.autem dicit, quod Imperator præeſt in temporalibus immediate, & hoc conſtitutum eſt a Deo, vt no.s.eod. cauſam, el ſecondo. tamen etiam in his ſubeſt Papæ, ſicut & epiſcopus ſubeſt Papę, & nihilominus Archiepiſcopo defertur; tamen, quia epiſcopus non poteſt deponi per Metropolitanum ſine ſpeciali licentia Papæ.iij.q.vj.quamuis & cap.decis. ſed Imperator poteſt deponi per Papam ſine ſpeciali licentia Dei, vt in cap ad Apoſtolicę. de re iudic.in vj nam ex generali commiſſione, quam fecit Deus, ſequitur idem, ac ſi omnia ſpecialiter fuiſſent commiſſa, arg.iiiſ a verſic.Paulus. & de iudic.nouit.& de maior.& obediẽ.ſolitæ, ad fin.de viſi pal.ad honorem. ſed contra hoc facit cap quod tranſlationem, de offic.leg.vbi dicitur requiri ſpecialis commiſſio.Hoſtien.ſol. quod ideo generalis commiſſio facta Papæ perinde operatur, ac ſi omnia eſſent ſpecialiter commiſſa, quia in omnibus, & ſingulis ſpecialibus, quæ occurrunt, ſuit neceſſe, vt per vnum rei publicæ prouideretur, argu ff de orig iur. l.2. §.nouiſſime.in 2.collat.& de homic.pro humani.in vj.vnde excuſat perinde, ac ſi eſſent ſpecialiter expreſſa, de obſeruat. ieiu.conſilium.& de reg iur.quod non eſt.dicit tamen Hoſt.
17 quod quamuis perſona † Imperator ſubſit Papa, & per conſequens omnia temporalia, tamen Imperator magis poteſt in temporalibus, quæ immediate tenet a Deo, & ideo dummodo caueat a peccato, poteſt de illis diſponere, vt ſibi placet. ex hoc infert Hoſt. quod cum Imperator poſſit donare rem alienam, licet ille, cuius erat res, habeat regreſſum contra fiſcum in quadriennium. C.de quadrien.præſcrip. l.bene a Zenone.& ad leg.Rhod de iac. l.deprecatio. poterit etiam animo donandi legitimare, ideſt legitimum ad hæreditatem temporalem admittere.vel ad requiſitionem petẽtis, vel per conſtitutionem generalem, vel ſpecialem.

Sed quo ad iſtud vltimum, ſcilicet an Papa, vel Imperator poſſit legitimare, vel ad requiſitionem petentis, vel conſtitutionem generalem, vel ſpecialem, quod illegitimus ſuccedat, plene dixi in principio huius cap. Item de poteſtate, quam habet Papa in Imperatorem, dic vt in cap.nouit, de iudi.& in cap.licet, de fo.compet.

In glo.in verbo, inter ſanguinem. hæc verba vario modo componuntur per Doct. Sed dicit Abb Sic. quod ſibi placet intellectus, qui colligitur ex glo ſequentib.ſcilicet vt per iſta verba, ſanguinem, & ſanguinem, denoteẽ cauſa criminalis fori ſæcularis, & per illa verba, lepram & lepram, denoteẽ cauſa criminalis fori eccleſiaſtici: illa autẽ verba, cauſam, & cauſam, denotant cauſam ciuilem vtriuſque fori.& in ſumma, hoc vult illa auctoritas, quod qualitercunque oriatur difficultas, & ambiguitas, ſiue in foro eccleſiaſtico, ſiue in ciuili, alias ſeculari, ſiue in cauſa ciuili, ſiue in criminali recurrendum eſt ad iudicium Papæ.

SVMMARIVM.

1 *Lex Moſaica, Canonica, & Ciuilis repugnat illegitimitati prolis, quę deſcendit ex adulterio.*
2 *Papa non diſpenſat de facili ſuper defectu natalium.*
3 *Nati ex adulterio appellantur ſpurii.*

1 §. Licet. Nota quod lex † Moſaica, Canonica, & Ciuilis repugnat illegitimitati prolis, quæ deſcẽdit ex adulterio, concordat 32.quæſt.4 dicat aliquis. & 35.q. 7.cap.vnico.
2 Nota ſecundo, quod † Papa de facili nõ diſpenſat ſuper defectu natalium procedẽte a lege diuina. & ille tex.facit pro opin.Hoſtien ſupra eod.tanta. vbi dixit, quod Sedes Apoſtolica non conſueuit diſpenſare, vt nati ex damnato coitu promoueantur ad ordines, niſi religionem ingrediantur.
3 Nota vltimo, quod † nati ex adulterio appellantur ſpurij, & manzeres, & quod eis denegantur alimenta, vide glo.fin. ſupra eod tanta. & quod ibi dixi. & in cap niſi cum pridem. § perſonæ in glo in verbo, manzeres.ff.de reg.iu ſed inquantum ille tex loquitur de denegatione alimentorum, loquitur ſecundum leges ciuiles, nam Papa hic ſimpliciter refert legem ſęcularem, nec dicit, quod teneat ſuper hoc ius canonicum, ſed recurre ad cap cum haberet.ſupra de eo qui duxit in matrim.quam polluit, in fi.

Qui matrim.accuſ.poſſunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges admittuntur ſoli, cum agitur de ſeparatione thori ad accuſandum.*
2 *Coniuges accuſare matrimonium poſſunt, cum agitur de ſeparatione vinculi, quando poteſt impedimento renunciari.*
3 *Accuſatio matrimonii cuilibet competit, quando tale eſt impedimentũ, quod ei coniuges renunciare non poſſunt.*
4 *Extranei an admittantur ad accuſandum matrimonium exiſtentibus conſanguineis, & tacentibus.*
5 *Extranei admittuntur ad accuſandum matrimonium indiſtincte, quando conſanguinei non poſſunt accuſare, vel ignorant impedimentum.*
6 *Litis conteſtatio an fieri debeat, quando accuſatur matrimonium.*
7 *Accuſator an idem poſſit eſſe, & teſtis in cauſa matrimoniali.*
8 *Denuncians poteſt eſſe teſtis in cauſa, in qua denunciat.*

Viſo de matrimoniis, & eorum impedimentis ſequitur videre de ſeparationibus, ſeu de diuortiis, ſed quia ad diuortium peruenitur accuſatione præmiſſa, & probatione facta rite, ideo præmittit Rubricam qui matrimo.accuſ. poſſunt. vel contra illud teſtificari, & hæc Rubrica habet duas partes, tractat enim, qui ſunt idonei accuſatores, & qui ſunt idonei teſtes contra matrimonium. Innoc autem hic proſequitur materiam huius Rubricæ. & circa primum, ſcilicet qui ſint idonei accuſatores, facit ex dictis Innocen. & Doct.tres concluſiones.
1 Prima concluſio, ſi agitur ad ſeparationẽ thori, ſoli † coniuges admittuntur ad accuſandum, nam alterius non intereſt. pro hoc cap.quemadmodum, de iureiur.

Secunda concluſio, ſi agitur ad ſeparationem vinculi, & ſumus in caſu, in quo coniuges poſſunt ſimul manere, vel impedimento renunciare, & idem quod non poſſunt alij,
2 quam † coniuges accuſare matrimonium. Exemplum in frigiditate, arctatione, vel maleficio, nam poſſunt ſimul cohabitare vt fratres, & ſorores, vt in cap.conſultationi, & in capit.laudabilem. ſupra de frigid. Idem de impedimento erroris, quia poteſt alter coniunx conſentire poſtquam ſciuit, de coniug.ſeruo.cap.fin.& hoc dicit Spec.eod.tit.in princip. & idem dicendum eſt in omnibus impedimentis, quæ poſſunt coniuges ſibi remittere, cum quis poſſit fauori ſuo renunciare, de regu.ad Apoſtolicam. & hoc ſequitur domin.Cardin. Abb.Sic.& communiter Doct.& eſt veriſſimum.

Tertia conclusio, si agitur ad separationem vinculi, & est
impedimentum, cui coniuges non possunt renunciare, tûc
3 qui libet potest † accusare matrimonium, secundum Innoc.
& Doct. tamen præferuntur illi, qui sunt de sanguine coniu-
gum, & inter extraneos præferûtur antiquiores, & maturio-
res vicini. & de hac conclusione est optimus tex. 35. q. 6. c. 1.
& 2. & infra eod. videtur. & vide glo. in cap. fi. supra de cland.
despon in versicu qui voluerit. sed ista conclusio sine dubio
procedit, quando allegatur impedimentum consanguinita-
tis, quia quilibet præsumitur melius scire suam genealogiã.
& hoc modo loquuntur iura prædicta. Sed quid si allegatur
aliud impedimentum, quam consanguinitatis, verbi gratia,
negatur matrimonium esse contractum, vel allegatur votû
præcedens, vel matrimonium prius cum alia contractum,
an hoc casu consanguinei præferantur extraneis, dicam ĵ. eod.
vi. Item dubium est, an existentibus consanguineis, & tacen
4 tibus, † extranei admittantur ad accusandum matrimo-
nium. Spec. eod. tit. in princ. dicit ꝙ non. sed Io. ibi tenet con
trarium. s. ꝙ eis tacentibus admittantur extranei. & sic intel
ligit d. c. 1. 35. q. 6. pro quo facit glo. pen. ibi, nam nullum, &
inutile æquiparantur, vt in c. 2. de translat. prælat. cum simi &
sic quando non accusant, perinde est, ac si non essent & hãc
opin. Io. And. sequitur dom. Card. & But. sed statim concor-
dando, & saluando opi. Specul. dicit etiam ibi Io. And. quod
consanguinei essent pauci, melius esset, ꝙ extranei admit-
tantur ad accusationem, quam cõsanguinei, ne auferatur fa-
cultas probandi impedimentum matrimonii, de testib. dilo-
cto. & hoc procedit tenendo ꝙ non possit esse idem accusa
tor, & testis in causa matrimoniali, de quo dicã infra. tamen
pro concordia, vt saluetur opin. Spec. sic dicerem, ꝙ aut cõ-
stat, ꝙ consanguinei non possunt accusare, vel quia nesciũt
impedimentum, vel sunt infames. & tunc indistincte admit
5 tuntur † extranei, vt in d. c. 1. in glo. pen. 35. q. 6. idem quan-
do consanguinei sunt pauci, vt supra dixi, secundum Io. An.
aut consanguinei sunt multi, qui sciunt impedimentum. &
hoc casu dicerem, ꝙ eis tacentibus non deberet admitti ex-
traneus ad accusationem, nisi de eorum negligentia consta-
ret. vnde iudex debet statuere terminum consanguineis, in-
fra quem accusent, quo elapso admitteret extraneũs ad ac-
cusandum & hoc modo potest saluari opin. Specul. quia de
bet intelligi, vbi nõ apparet negligentia consanguineorum,
licet taceant. & pro hoc facit 35. q. 6. c. 1. vbi tex. requirit, ꝙ
tota consanguinitas deficiat, antequam extranei admittan-
tur ad accusandum, nam non dicuntur deficere, nisi quan-
do per negligentiam præsumitur eos non procedere ad ac-
cusationem.

Secundo quæro, quando accusatur matrimonium, an de-
6 beat fieri † litis contestatio. Innoc. hoc examinat. sed dic, vt
in clem. dispendiosam, de iudi. vbi vide glo. in versi. matrimo
niis, quæ distinguit, an agatur de fœdere matrimonij, vel ad
separationem thori, & quid de sponsa de futuro, dic vt per ip
sam. sed circa secundam partem Rubricæ. s. qui possint con-
tra matrimonium testificari. dicit Innoc. ꝙ quilibet qui est
idoneus ad accusandum, est idoneus ad testificãdum, & qui
repelluntur ab accusatione, repelluntur etiam a testimonio
& econuerso. Vtrum autem consanguinei, vel pater, vel ma-
ter admittantur ad testimonium. Doct. hic tangunt. sed dic
ĵ. eod. videtur. vbi melius cadit. Sed dubium est, an idem pos
7 sit esse † accusator, & testis in causa matrimoniali. Innoc. di
cit ꝙ sic, & allegat 35. q. 6. si duo. & c. epš, in fi. & c. de paren-
tela. & de testib. cog. præterea. facit c. cum in tua. & c. præte-
rea, de spon. sed Io. Andan addit post princ. dicit se non pos-
se concipere, ꝙ accusator qui tenetur saltem ad expensas,
succumbit in causa, sit idoneus testis. sed dicit Io. And. ꝙ di-
ctum Innoc. posset procedere, quando ex officio quis denun
ciauit, puta officialis publicus, vt in c. præterea, de testi. cog.
vel quando quis ductus conscientia denunciauit impedimẽ
tum iudici, vt ipse ea suo officio inquireret etiam nominan-
do illos, qui scire possunt. Tunc enim posset esse testis de ve-
ritate. & dicit Io. And. ĵ prouectos attendere, ꝙ canones alle
gati in materia emanauerunt, quando probatio erat valde
difficilis ante Decretalem non debet, de consang. & affinit.
Quæ forte non emanassent post dictam Decret. non debet.
& hanc opin. Io. And. sequitur But. & Abb. Sic. qui dicit illam
esse semper notandam. sed dom. Card oritur saluare Inno.
dicit enim, ꝙ dictum Inn procedit in diuersis causis: sed pro-
fecto Innoc. loquitur in eadem causa, videlicet, an in causa,
in qua quis est accusator possit esse testis. Secundo modo sal
uat, ꝙ idem potest esse accusator, & testis, vt patet in teste si
nodali, vt in d. c. præterea. & dicit, ꝙ sic loquuntur iura alle-
ga per Inno. & sic videtur sequi opin. Io. And. nam testis sino
dalis ex officio denunciat.
8 Ex prædictis no. ꝙ † denuncians potest esse testis in causa,
in qua denunciat, quando hoc facit ex necessitate officii, vel
quando ductus conscientia denunciat, tamen non prosequi
tur inquisitionem, sed iudex ex officio inquirit. & ex hoc vi-
detur, ꝙ denuncians maleficium alicuius, possit hoc casu es
se testis super delicto, ꝙ denunciauit. de quo dic, vt per Bart.
in l. diuus. ff. de custod. reorum & per Docto in l. ea quidem.
C. de accusat. & vide Spec. de accusat. § j. versic. fin.

SVMMARIVM.

1 *Testes possunt super impedimento matrimonij recipi, dummodo sint ido-
nei, reo existente contumaciter absente, & sententia ferri.*
2 *Iudex potest citare subditum extra territorium existentem literis suis.*
3 *Citari personaliter debet quis vbi scitur vbi est, aliter per edictum.*
4 *Proceditur ad sententiam contra absentem ex delicto, vel culpa.*
5 *Delictum negatiuum dicitur commitii in loco, vbi debebat fieri contra-
rium affirmatiuum.*
6 *Pœna an committatur, si apposita fuit pacto in matrimonio de stando
in certo loco.*
7 *Vxor tenetur sequi virum, quando necessitas est meuitabilis.*
8 *Procedi an possit contra coniugatum absentem, vide tres casus per quos
tractatur.*
9 *Testes possunt recipi contra coniugem absentem, quando abest malitiose,
alias non.*
10 *Absens præsumitur in dubio malitiose abesse in causa matrimoniali.*
11 *Culpa subrogatur loco contumaciæ absentis propter delictum in causa
matrimoniali.*

CAP. PRIMVM.

RElatum. Cum agitur de fœdere ma
trimonij reo absente con-
tumaciter possunt super impedimẽto ma
1 trimonij recipi † testes, dummodo sint ido
nei, & ad dicta eorum ferri sententia. Com
munis diuisio. secunda ibi, cæterum.
2 Nota primo, † iudicem posse citare sub
ditum extra territorium existentem literis suis, & sic non ha
bet necesse requirere iudicem illius territorij, in quo reperi
tur subditus, vt illum citet, facit l. omnes. C. de episc. & cleri.
de quo per Io. And. in c. Romana. § contrahentes, de fo. com
pet. in 6. & plene per Doct. in c. fi. de fo. compet.

Nota secundo, quod quando proceditur contra aliquem
3 debet personaliter † citari, si scitur vbi sit, alias sufficit, quod
citetur per edictum. pro hoc facit litera ibi, literis tuis quæ-
situs non potuit inueniri. & per hanc literam dicit Vincent.
quod si scitur, vbi est ille, qui est citandus, non mittetur de-
nunciatio ad domum, de quo in cap. ex tuæ, de cler non re-
sid. & in cap causam, de do. & contum. & in cap. si, de eo qui
mitt. in possess.

Nota tertio, ꝙ cõtra absentem ex delicto, vel ex culpa sua
4 necessario † proceditur ad sententiam, ex quo absentia ex pro
pria culpa, vel ex proprio delicto est contracta, nam debuit
dimittere procurator. & dicit Abb. Sic. istum tex. esse menti
tenendum, inquantum dicit, ꝙ procedi potest etiam ad ea,
quæ sunt grauis præiudicij, ꝙ dicit esse notandum contra il
los, qui timore accusat. rapiunt fugam, pro quo facit, quod
leg. & not. in l. Papinianus exuli. ff. de minor. sed de hoc s. qua
liter procedatur contra contumacem in causa ciuili, dic vt
in c. prout. s. de do. & contu. & in l. consentaneum & in auth.
qui semel. C. quo. & quan. iud. In criminali autem dic, vt in
l. j. ff. de requir. re. & in l. quamuis. C. de adult.
5 Nota vltimo, quod † delictum negatiuum dicitur commit-
ti in loco, vbi debebat fieri contrarium affirmatiuum. facit
ca. ex tuæ, de cler. non resid. vbi hoc no. non est ergo mirum,
si in casu nostro extra locum potest citari, quia dicitur deli-
quisse in loco vbi debebat residere. i. apud vxorem, & eo ip-
so, quod abest, præsumitur malitiose abesse. & ista est ratio,
quare tanquam contra contumacem potest procedi.

Sed quæro. pone, ꝙ in matrimonio sit appositum pactum
ꝙ sponsus semper debeat trahere moram cum sponsa in cer
to loco, & in certa domo, non valet pactum. Per & Abb Ho
stien. & Ioan. And. dom. Card. & But. & Abb. Sic. & commu-
niter Doct. dicunt, quod sic. Nam sicut in traditione rei suæ
quis potest apponere pactum, vt in c. verum, de cond. appos.
& in l. j. C. de pact. cõuen. ita & in traditione mulieris, de quo
de spons. gemma. & hoc verum, nisi oriatur noua causa, ꝑp
quam oportet maritum se absentare, & potest poni exem-
plum per hoc c. facit l. si cõuenerit, cum duabus ll. seq. ff pro
soc. vbi dr̃, ꝙ societas ex noua causa superueniẽti potest ante
6 tempus dissolui. an autem committatur † pœna, si fuit appo-
sita. But. dicit se respondisse in quæst. facti, quod non, existẽte
noua

noua cauſa committitur pœna, quia non eſt contra libertatem matrimonij. nec in coniungendo, nec in ſeparando ſed ſi noua cauſa abſentiæ oriatur, tunc pœna non committitur, quia eſſet contra libertatem cõſecutiuè ad ipſum matrimonium. vult dicere But. ſecũdum Abb. Sic ꝙ ſi ex cauſa ſuperueniẽte oportet maritum ſe abſentare, pactum eſſet illicitũ, vt vxor nõ teneatur eum ſequi, nam ſic daretur materia vtrique adulterandi, nec per pactum expreſſum poſſunt ad hoc ſe obligare etiam cum iuramento, vt in c. tua, de iureiu. & in c. veniens, de regul. & dicit Abb. Sicu hanc q ſemper notandam, quia frequenter accidit, quanto fortius cõtrahit cum eue, ſed contra determinat. Doct. videtur tex in l. Titio §. Titio. ff. de cond. & dem vbi dicitur, ꝙ non poteſt quis ſe obligare ad habitandum in certa ciuitate, vel in certo loco, quia cõtinet ſpeciẽ ſeruitutis, licet poſſet inuitari ſpe lucri, puta ſi dicitur, donec habitaueris in tali ciuitate, vel in tali domo cum filijs meis, habeas decem ſingulis annis. Nam ſi nõ habitat, perdit lucrum, vt in l. qui concubinam § vxor. & ibi per Bart. ff. de leg. 3. ſed potes dicere pro ſaluanda communi opin. quod aut ſumus in alio caſu, quam in matrimonio. & hoc caſu non valet obligatio, vt d. l. Titio §. Titio ff. de condit. & demon. In matrimonio autem tenet pactum propter indiuiduam conſuet. vitæ, quæ debet eſſe inter virum, & vxorem, vt in l. 1. ff. de ritu nup. Item illud pactum non ponitur tantum ad obligandum maritum, vt habitet in certo loco, vel in certa ciuitate, quãtũ ne vxor cogatur dimittere ciuitatem, in qua fuit nutrita, & ne ſeparetur a parentibus, & a cõſanguineis ſuis, vt in l. poſſeſſioni. C. communia vtriuſque iudic. Item licet maritus per hoc obligetur ad morandum in domicilio vxoris, per hoc vxor non compellitur dimittere domicilium proprium, vnde non perdit libertatem morandi in proprio domicilio, & ſic licet viro reſtringatur libertas trãſferendi domicilium, ex hoc vxor retinet libertatem non mutandi domicilium proprium. vnde vnum cum alio debet compenſari. Item ſi maritus habet iuſtam cauſam mutandi, poteſt licite mutare, & vxor tenetur eum ſequi.

Glo. prima dicit, quod non expedit hoc intelligere, quia quod hic dicitur de numero annorum, eſt variatio facti, vel forte tex ponderauit hoc, quia puella contraxerat matrimonium ante pubertatem. & ſic tex. ponderat, quod cohabitauit per aliquos annos ad denotandum, quod compleuerat pubertatem apud virum, & ſic matrimonium fuerat ratificatum, dato quod a principio non tenuiſſet propter defectum ętatis, vt in cap. j. de deſpon. impub. in 6. Vnde nil aliud ponderandum eſt, niſi ante matrimonium fuerit contractũ, ita quod tenuiſſet, ſi non obſtaſſet impedimentum cognationis ſpiritualis, quia ſi matrimonium tenet, vxor tenetur virum ſequi, de quo plene dixi in dicto cap. de illis, ſupra de ſponſalibus.

Glo. ſecunda. dic, quod ex duplici capite vxor non tenebatur ſequi virum.

Primo; quia negabat matrimonium tenere obſtante cognatione ſpirituali.

Secundo. quia viriliſe negabatur, & vtrũque eſt verum in ſpe, ſed ex tex. non colligitur, ꝙ vir eſſet factus vagabundus, & ideo primum magis congruit literæ ſed no. iſtam glo. iuncto tex. ꝙ licet vir ſit abſens ex ſua culpa, ſeu ex proprio delicto, nihilominus tenetur vxorẽ ſequi virum ſed ꝯ hoc facit. 34. q. 2. ſi quis ineuitabili vbi videtur innui, ꝙ non teneatur
7 † vxor ſequi virum, niſi quando neceſſitas eſt ineuitabilis ad idem l. ꝙ niſi. §. ex prouincia. ff. de oper. lib. vbi dicit, quod ad hoc, vt libertus teneatur ſequi patronum transferentem domicilium, requiritur, ꝙ vt bonus, & diligens paterfamil. trãſferat domicilium, & ille tex. communiter approbatur, allegat ad maritum transferentem domicilium, an vxor teneatur ſequi. Reſponde, ꝙ licet delictum, ſeu culpa dederit cauſam translat. domicilij, tamen poſt delictum iam commiſſum, vt bonus, & diligens paterfamil. mutat domicilium, nõ enim debebat manere in loco delicti commiſſi cum periculo vitæ, aut alterius damni, & licet ad illam pęnam teneatur ex delicto ſuo, tamen in foro conſcientiæ non tenetur quis ad pęnam, quæ infertur ex delicto, vt dicit glo. no. 12. q. 2. fraternitas. quam ſequũtur Doct. in c. quia plerique. de imm. eccl.

Et ex hoc infertur, ꝙ damnatus ad mortem licite fugit de carcere, nec peccat fugiendo, licet Bar. tenuerit contrarium in l. relegati. ff. de pęn. quem videtur ſequi Abb. Sic. in c. inter alia, in fi. commenti, de immu. eccleſ. Sed circa hæc omnino vide Ioan. de Imo. in clem. paſtoralis. ſuper glo. in verſic. per violentam. de re iudic. Ceſſante autem neceſſitate non videtur, ꝙ vxor teneatur ſequi virum, niſi ex iuſta cauſa transferat dominium, arg. d. l. ꝙ niſi. §. ex prouincia. ff. de oper. lib. & hoc tenuit gl. 34. q. 2. ſi quis ineuitabili. & facit bene iſte tex. quo ad hoc. ſed vide quæ plene dixi in c. de illis, de ſpon.

In glo. fin. hæc glo. poteſt diuidi in duas partes, prout format duo contraria. Secunda eſt prope finem glo. ibi, item, ſed quo ad primum contrarium glo facit tres ſolutiones.

Prima ſolutio eſt vera, & notabilis: nam hoc delictũ fuit commiſſum per virum, ſucceſſit loco contumaciæ, vnde potuit licite procedi contra abſentem, ne ius mulieris periret propter abſentiam viri, & quia poterat conſtare de iure mulieris, vt quia tanto tempore expectauit. & eãdem ſolut. ponit glo. ſ. tit. prox. perlatum ſed non eſt verum, vt ibi dixi, nam ſi coniunx abſens non eſt in culpa, nec contumax, non poteſt procedere ad ſentẽtiam ipſo abſente, etiam ſi mulier præſens haberet paratas probationes, vt in d. c. quoniam frequenter §. ſin autem vt li. non conteſt.

In ead. glo. ibi, ſed præſumptio colligitur, vide qui filij ſint legi. cauſam, el 2. ſed dom. Card. dicit, ꝙ contrarium allegat. per glo. procedit in impedimentis, quæ poſſunt tolli per mutuum conſenſum coniugum, vt j. eod. inſuper. ſecus in alijs impedimentis, nam hic erat impedimẽtum cognat. ſpiritualis, quod de conſenſu coniugum colligi non poteſt, de cog. ſpirit. c. 3. & c. veniens, cum duobus ſequen. debet ergo audiri mulier, quandocunque tempore cohabitaſſet.

Tertia ſolutio glo. ſitr non eſt vera, quia correctio eſt euitãda, vt in c. cũ expediat, de elec. in 6. vt in l. ſcimus. C. de teſt.

Quarto modo ſoluitur extra glo. per Hugonem, qui vt refert Ioan. And. dicit, quod hic deficit additio Ber. qui dicit, ꝙ iura, quæ dicunt, ꝙ lite non conteſt. poteſt procedi in cauſa matrimoniali ꝯ contumacem ad teſtium receptionem, & ad diffinitiuam ſententiam procedunt. qñ conſtat de matrimonio, ſed allegatur impedimentum, per ꝙ petitur ſeparari matrimonium. & ſic loquitur hic, & d. c. qñ frequẽter § porro vt li. non conteſt. & ſ. tit. prox. perlatum. ſed dic, ꝙ de matrimonio non conſtat, & is qui petitur in coniugem, negat ꝯtractum, non proceditur in contumaciam rei ad teſtium receptionem, vel ad diffinitiuam ſentẽtiam, & ſic loquitur c. tuæ. ſ. vt li. non conteſt. ſed Io. And. dicit ſe vidiſſe addit. originales Bernardi, & ꝙ inter ipſas hæc non eſt, nec eſſet vera, ſi reperiretur, quia præall. c. quoniam. §. porro. loquitur generaliter, quando de fœdere matrimonij, vel maritali agitur, & ratio quæ ibi redditur, vrget indiſtinctè. Item hodie etiam contra non contumacem, li. non conteſt. proceditur, vt in clem. diſpendioſam, de iudic. & in clem. ſæpe, de verb. ſign.

In ſecunda parte glo. dicit, ꝙ c. perlatum. ſ. tit. prox. loquitur, qñ ignorabatur, ex qua cauſa ſe abſentauerat vir. Ideo in dubio præſumendum eſt, ꝙ in fraudem vxoris ſe abſentauerat, ex quo tenebatur cohabitare vxori, & cauſa non apparẽre ſe abſentauit, tamen pro pleniori intelligentia, cum quæ-
8 ritur, an contra coniugatum abſentem poſſit procedi, † facias tres caſus.

Primus, quando agitur non ſuper fœdere matrimonij, ſed ad ſeparationem thori ꝑꝑ adulterium, & tunc non põt procedi ꝯ abſentem etiam contumaciter, vt in c. j. vt li. non conteſt. & per glo. in clem. diſpendioſam in verbo, matrimonijs. de iud. idem & fortius, quando inter coniuges eſſet alia quæſtio, quam de matrimonio, nam nulla ſpecialitas inuenitur, niſi quando agitur de fœdere matrimonij.

Secundus caſus eſt, qñ agitur ſuper matrimonio, ſed non proceditur ad inſtãtiam coniugis. ſed alterius. & hoc caſu Innoc. in c. 1. de eo qui mitt. in poſſ. dicit, ꝙ non poteſt procedi contra abſentem. ſed dom. Card. bic in 4. oppo. hic reprobat, quia iſta differentia inter coniugem, & extraneum, non probatur inte, immo vt patet in tex. hic, in verſ. c. legitimi accuſatores, etiam ad inſtantiam alterius proceditur contra abſentem. ſed forte dictum Innoc. poteſt ſic ſaluari, videlicet, quod aut coniunx, qui eſt præſens, non inſtat quod procedatur contra abſentem, & tunc procedit dictum Inno. quia ex quo non inſtat, non debet iudex procedere cõtra abſentem fauore tertiæ generis, quia hoc videtur conceſſum fauore cõiugis præſentis, vt d. c. quoniam frequenter. §. porro. & §. ſin autem. ſ. vt li. non conteſta. aut ille qui eſt præſens, inſtat, ꝙ procedatur contra abſentem, & tunc iudex poteſt procedere, dato quod alius, & non coniunx accuſauerit matrimonium, nam ex quo inſtat, perinde eſt, ac ſi ipſe accuſaſſet matrimonium, & hoc modo poteſt intelligi iſte tex. vnde dic vt in ſequenti caſu.

Tertius caſus eſt, quãdo coniunx accuſat matrimonium. & de hoc facias quatuor concluſiones.

Prima concluſio eſt, ſi conſtat, quod abſens abeſt malitioſe, poteſt procedere cõtra ipſum abſentem ad receptionem
9 † teſtium, & ad ſententiam diffinitiuam, vt d. c. quoniam frequenter. § porro. & §. ſin autem. a contrario ſenſu.

Secunda concluſio, ſi cõſtat, quod abeſt ex cauſa rationabili, vel ex propria voluntate non malitioſa, & tunc non poteſt procedi contra abſentem, vt eſt tex. in d. §. ſin autem.

10 Tertia conclusio, si nihil constat, & tunc † præsumitur ma
litiose abesse quia tenetur cohabitare cum coniuge. vt dicit
In noc & Doct in d. § finautem & ita intelligitur § iii. proxi,
perlatum. vbi etiam hoc tenent Doct.
Quarta conclusio, si abest propter delictum commissum,
licet necessario teneatur fugere ad hoc, vt euadat mortem
11 ista † culpa subrogatur loco contumaciæ, ex quo non certifi
cauit vxorem vbi esset, nec reliquit procuratorem in loco
domicilii. & hoc modo intelligitur iste tex. secundum glo.
hic. & sequuntur Doctores. dicit tamen dominus Cardina.
quod potest fieri distinctio inter eum, quem constat mali-
tiose abesse, & eum, de quo dubitatur, an malitiose absit,
qui tamen præsumitur malitiose abesse, nam quando con-
stat, quod abest malitiose, sufficit, quod citetur ad domum,
vt dicto cap fin. de eo qui mitt. in poss. & quod ibi no. & cap. 1
ex tuæ, de cler. non resid. sed quando non constat, quod ma
litiose abiit. licet præsumatur malitia, tamen debet perqui-
ri, nisi speratur, posse inueniri, & debet fieri inquisitio cū om
ni diligentia, vt hic, & supra tit. prox. perlatum. an autem ho
die post clem. dispendiosam, de iudic. possit procedi in causa
matrimoniali contra absentem, quando cōstat, quod est ab-
sens absque malitia Doct. hic tangunt. Ego autem puto, ꝙ
quantum ad hoc iura antiqua remaneant immutata, nam
clem. dispendiosam, de iudic dicit, quod potest procedi sum
marie, & de plano sine strepitu, & figura iudicii, nec dispo-
nit, an possit procedi contra absentem, vel non. vnde puto
quo ad hoc seruandum esse, quod dicitur in dicto capi. quo-
niam. § porro & § siuautem. Præterea per illa verba summa
rie, de plano &c. non tolluntur legitimæ defensiones &c. vt
in clemen. sæpe, de verbor. signif. ratio autem. quare non po-
test procedi cōtra absentem non malitiose est, ne tollantur
absenti exceptiones legitimæ, quas forte habet contra intē
tionem agentis, vt dicto § sinautem, ergo &c.

SVMMARIVM.

CAP. II.

1  Nobis. Accusatio, † & testimonium in cau
sa matrimoniali, pſentialiter, & non
per literas fieri debent, hoc dicit.
In prima ponitur quæstio.
In secunda responsio. secunda ibi, ad hoc.
2 Nota primo, quod accusatio, † vel testimonium per solam
chartulam absque expressione verbali admitti non debet e-
tiam in causa matrimoniali.
3 Nota secundo, quod licet † depositio, idest testimo-
nium per scripturam non facit plenam probationem, ta-
men facit præsumptionem. sed iste tex. loquitur, quan-
do testis deponit. Nam tunc facit aliquam præsum-
ptionem, licet non faciat plenam probationem: secus di-
cendum est de chartulis, quæ occulte deferuntur iudici con-
tinentes crimen alicuius. Nam tunc non facit aliquam
præsumptionē, nec iudex ex quo potest procedere ad inqui-
sitionem. de quo vide tex. in c. inquisitionis § 3. versic. ne au-
tem, infra de accus.
4 Nota vltimo, quod † præsumptio iungitur præsumptioni
ad faciendum plenam præsumptionem. pro hoc capit. cum
causam, de probatio. de quo dic, vt per Bart in l. admonen-
di. ff. de iureiur & per But. in cap. fi. de iureiur. Sed opponitur
cōtra tex inquantum dicit de accusatione, quæ in matrimo
nio proprie dicatur denunciatio, vt in cap. ad dissoluendum,
de despon. impub. Innoc. fatetur cōtrarium, dicens, quod in
matrimonio contracto magis proprie dicitur denunciatio,
quam accusatio, quia ad hoc debet intendere accusator an
cessent a peccato, nec aliter sua interest. & dicit, ꝙ melius
est, quod fiat in scriptis, quam sine scriptis, de restit. in integ.
ex literis, in fi. & quod in ea præstandum est iuramentum de
veritate dicenda. In matrimonio autem contrahendo non
5 habet locum † accusatio, sed denunciatio, vt in cap ad dis-
soluendum & sic vult Innocēt. quod aut matrimonium est
contractum, & habet locum accusatio, aut non est contra-
ctum, sed contrahendum, & habet locum denunciatio, vt d.
c. ad dissoluendum. & cum hoc transeunt Doct.
Sed tu aduerte, inquantum dicit Innoc. quod accusatio
matrimonii debet fieri in scriptis. Nam aut in accusatio-
ne matrimonii exprimitur delictum ipsorum coniugum,
verbi gratia, quod scienter in tertio gradu consanguinitatis
contraxerunt matrimonium, & tunc debet fieri in scriptis,
& debent omnia exprimi, quæ dicuntur in cap tua, de pro-
cur. aut non exprimitur crimen ipsorum coniugum, sed sim
pliciter allegatur impedimentū. puta quod non possunt sta-
re simul, quia pater sponsæ leuauit sponsum de sacro fonte.
& hoc casu Innoc. sentit, quod libellus debet fieri in scriptis,
quia sententia diuortii debet fieri seruato ordine iudiciario,
vt in dicto cap ex literis, de restit. in integ. & dic, quod requi-
ritur libellus in scriptis, secundum quod regulariter requi-
ritur in omnibus causis ciuilibus, vt in cap. i. & ii. de lib. oblat.
6 hodie autem quia causa † matrimonialis vbicunque agitur
de fœdere matrimonii, tractatur summarie, & de plano sine
strepitu, & figura iudicii, vt in clemē. dispendiosam, de iudic.
non requiritur libellus solennis, sed sufficit qualisqualis peti
tio, secundum quod habetur in clem. sæpe & quod ibi nota. in
glo. in verbo, necessario. de verb. sign. & sic intellige Innoc. li
cet eius verba non ponderentur per Doct.
In glo. prima. ex ea habes duos intellectus ad tex.
Primus est, quod intelligatur de testimonio, & secūdum
hunc intellectum intellige tex. vt quæratur, an super accusa-
tione matrimonii sufficiat conscriptio cartulæ, idest testium
non iuratorum, & dicitur quod non, quia testes debent esse
iurati, de testib. quoties. sed dom. Cardin. dicit, quod primus
intellectus est verior.
Sed Ant. videtur tenere secundum intellectum, & ipsum
etiam videtur approbare Abb. Sic. & mihi magis placet per
rationem glo.
Sed pondera glo. secundum istum secundum intellectum
quod in causa matrimoniali nō potest esse idem accusator,
& testis. & sic ista glo. tenet contra opin. Innoc. super Rubri
ca huius tit. dixit, quod in causa matrimoniali possit esse idē
accusator, & testis, de quo dic, vt ibi dixi.
Item iste tex. & hæc glo secundum istum intellectum fa
cit, quod si testis tradit iudici testimonium suum in scriptis
non sufficit: requiritur enim præsentia, de cohab. cler. & mu
lier. tua. & C. de fide instr. auth. apud eloquentissimum. nam
7 † iudex potest considerare vocem testis, & mentis trepidatio
nem. ff. de quæstio l si de minore. § 1. & no de testib cog præ
terea & ideo mandatur iudici, quod præsentialiter examinet
testes, de consang. & affin. cap. i & si alius, quam iudex causæ
testem examinet, debet eum, remittit dictum testis iudicem
testificare quantam fidem debeat ei adhibere, de fideiussor.
constitutus, in fi. de quo per Hostien in summa, de testib. § si
per quibus. versic. sed quid si testes & sequen. Bart. in l. Theo
pompus. ff. de do. præle. dicit valere dictum testis, qui præsens
tradidit dictum suum in scriptis. sed dom. Cardin. hic in pri
ma oppos. dicit primum esse verum, de quo remittit ad cap.
de testi. supra de testib. in 6. & dicit, quod hoc saltem proce-
dit in arduis ratione præmissa, scilicet vt consideretur, qua
trepidatione, & quo vultu loquitur, de quibus in dicto cap. præ
terea, per Innoc. & de proba. quoniam contra falsam, de pro
bat. idem tenet Abb. Sicu. dicit enim, quod dictum Bart. non
quam sibi placuit, & quod iste tex. est in contrarium. vbi di
citur, ꝙ tales conscriptiones non sufficiunt nisi ad præsum-
tionem, allegat etiam tex. 3. quæst. 6. testes. vbi dicitur, quod
testes in præsentia debēt deponere, & quod habetur in simi-
li de confitente de consec. dist. 1. quem pœnitet, & ad legem
Theopōp respōdit. quod ibi non erat proprie testis, quia loqui
tur de eo, cuius fidem testator elegerat. sed ego pro saluanda
opin. Bart. sic dicerem, quod aut testis non præstito aliquo iu
ramento mittit dictum suum in scriptis iudici. & hoc casu
non valet dictum testis, nisi quo ad præsumptionem, vt hic.
& hoc modo loquitur iste tex. vt supra dixi. aut testis præsti-
to iuramento per iudicem porrigit dictum suum in scriptis
iudici & tunc si iudex dicit, quod vult eum audire loqui, te-
neretur verbaliter deponere dictum suū, vt iudex audiat quo
vultu, & qua trepidatione loquatur, vt dicta l. de minore. § tor
menta. ff. de quæstionibus. & hoc dicit Bart. in dicta l. Theo-
pompus.

pompus. aut iudex conſentit, & hoc caſu dicerem, quod ſi teſtis eſt omni exceptione maior, ita quod non ſit aliqua ſu-
8 ſpitio, quod dicat falſum, quod valeat † dictum teſtis, nam relinquitur arbitrio iudicis, quāta fides ſit adhibenda teſtibus, vt in l. 3. §. eiuſdem quoque principis ff. de teſtib. vnde poterit præbere fidem dicto teſtis, qui deponit dictum ſuum in ſcriptis. ex quo ei fuit delatum iuramentum. Nam ſicut ille, cuius fidem teſtator eligit, facit fidem, vt dicta l. Theopompus. ita ille, cuius fidem iudex eligit, vt dicta l. 3. § eiuſdem quoque principis. ff. de teſtib. vbi vero teſtis non eſſet probatæ fidei, tunc iudex deberet ipſum examinare & facere, quod verbaliter deponat dictum ſuum, & videat quo vultu, & qua trepidatione loquatur. vnde ſi hoc caſu iudex reciperet dictum teſtis deponentis in ſcriptis parte contradicente nō valeret, nam licet committatur arbitrio iudicis, tamen pars poteſt contradicere, & etiam appellare, ſi grauatur, vt dicit glo. no. in cap. ſuper his. in verbo, arbitrium de accuſat. ſed ſi pars nō contradiceret, cenſeretur conſentire, vt in l. prima. C. de relat. vbi Bart. notabiliter dixit per illam legem, quod vbicunque iudex facit aliquid parte præſente, cenſetur conſentire. niſi contradicat.

Fallit tamen ſecundum ipſum, in ſententiis interlocutoriis vel diffinitiuis, quibus partibus præſentibus nō cenſetur conſentire, dato quod ſint præſentes, niſi taceat per decem dies. & ſic etiam intellige Bart. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. in fi. & iſta etiam eſt concluſio Doct. maxima Abb. Sic. in c. quoniam contra falſam. de probat.

9 Ex prædictis etiam infertur, etiam ſi quis conſtituerit † procurator etiam in ſpeciali mandato ad deponēdum teſtimonium, non valeat depoſitio & hoc ſentit Bart. in l. qui bona. § qui aliena. ff. de dam. infec. & dicit dom. Card. ita ſe obtinuiſſe, quod dicit eſſe notandum.

In glo fina de præſumpt. temeraria, probabili, & violenta. vide glo. in cap. literas, de præſumpt. 32. quæſt. 1. dixit dominus. & vtrum violenta præſumptio ſufficiat ad condemnat. ſanguinis. vide glo. no. in glo. fin in cap. cum inter, de purgacano. quam ſequuntur Doct. in capitulo, afferte, de præſumptionibus.

In eadem glo. ibi. ſi adſunt alia ſuffragia. Laur. & Vincen. dicunt, quod forte dicuntur alia ſuffragia, ſi adſit fama, & ſic ſentiunt, quod tales teſtes faciunt ſemiplenam probationē, vt in cap. veniens, de teſtib & per Bart. in l. de minore §. tormenta. ff de quæſtion. vt ergo fama iuncta cum talibus teſtibus faciat plenam probationem requiritur, quod ſemiplene
10 probetur; nam ad inducendam plenam † probationem requiruntur duæ ſemiplenæ probationes, vt no. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in cap. fin. eod. tit. & hoc no. quia Ioan. Andr. & Doctor. ſimpliciter referunt dictum Laur. & Vincē. reprobant. ſed contra hoc videtur tex cum glo. in l. cum ſolam. C. de teſtib. ſecundum vnum intellectum, ibi enim dicitur, quod dicta teſtium non iuratorum nullius ſunt momenti, & hoc ſequitur Bartol. ibi, & in dicta l. admonendi. qui infert, quod ſi parti aliquid poteſt imputare, quare non produxit iuramenta teſtium, alias creditur eis ſemiplene, vt puta ſi dicta teſtium eſſent ſcripta manu vnius notarii antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur, ſicut dicitur de ſententia antiqua, quod valet, licet acta non reperiantur, vt dicit Inno. in cap. cum in iure, de offic. deleg & per Doct. in c. quoniam contra falſam, de probat. & de hoc etiam vide Butr. & Doct. in cap. fin de iureiur vbi examinatur iſte articulus, ſcilicet an dicta teſtium non iuratorum faciant fidem, de quo etiam in cap. tuis, de teſtib. ſed Hoſtien. aliter intelligit verbum ſuffragia, nam ipſe intelligit, quod teſtes iurent, & examinentur diligenter, requiritur etiam, quod ſint in ſufficienti numero 3 quæſt. 9. teſtes, de teſtib. quoties. & capit. in literis. & cap. licet ex quadam, de conſanguin. & affin.

SVMMARIVM.

1 *Parentes, & conſanguinei teſtificari poſſunt in cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate, & contractu.*
2 *Conſanguinei, & parentes vtriuſque ſexus ſunt idonei teſtes in cauſa matrimoniali.*
3 *Scire ſuam genealogiam quilibet præſumitur.*
4 *Dictum teſtis valet, etiam ſi non deponat per immediatam cauſam, vbi admittitur teſtimonium de auditu.*
5 *Teſtis poteſt deponere de eo, quod legit in inſtrumento.*
6 *Informatus melius præſumitur is, cuius intereſt ſcire, quam extraneus.*
7 *Pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, fallit in cauſa matrimonij.*
8 *Fauor eſt par, ſiue agatur de matrimonio coniungendo, ſiue de ſeparando.*
9 *Prærogatiua matrimonij quæ ſint.*
10 *Mater an ſit idonea teſtis pro filia in cauſa matrimonij, & vide quinque caſus.*
11 *Teſtimonio parentum an credatur in cauſa matrimoniali, arbitrio iudicis relinquitur.*
12 *Lex ſumitur pro canone, conſuetudine, regula, & ratione.*

C A P. III.



Idetur. In cauſa matrimoniali ſuper conſanguinitate, & contractu teſtificari poſ-
1 ſunt conſanguinei, & † parentes, hoc dicit, tria facit.

In prima ponit dictum.

In ſecunda ipſius rationem.

In tertia ſoluit obſtaculum. ſecunda ibi, ideo. tertia ibi, quod non legitur. & ſic incipias caſum, Titius petebat quandam in vxorem ad probandum contractum, inducebat parētes, & filios, ipſa vero mulier conuenta excipiebat de conſanguinitate, ad quam probandam inducebat conſanguineos.

Quærebatur, an iſti eſſent admittendi. reſpondetur vt in litera.

Nota primo regulam, quod in cauſa matrimoniali, ſiue agatur de matrimonio coniungendo, ſiue de ſeparando pa-
2 rentes, & † conſanguinei vtriuſque ſexus, & vtriuſque coniugis ſunt idonei teſtes, immo aliis præferuntur, quia præſumuntur habere notitiam, tam conſanguinitatis, quam contractus matrimonij, quia vtrunque ſcire magis ſpectat ad eos quam ad extraneos & hoc dixit Innoc. in cap ſuper eo, de teſtibus & ſequuntur Docto. hic. & ſatis probatur in iſto tex. intelligendo, quod loquatur tam de probando contractu matrimonij. quam de probanda conſanguinitate, prout cōmuniter intelligunt Doct.

3 Secundo nota, quod quilibet præſumitur † ſcire ſuam genealogiam.

Ex quo infert Abb. Sicul. quod allegans ignorantiam ſuæ conſanguinitatis non eſt de facili audiendus. facit l. de tutela. ff. de in integ. reſt. min. & alia iura alleg. per glo. hic, in ver. legibus. & quod no. Bar. in l. j. ff. ſi cer. pet.

Nota tertio, ſecundum But. quod in omnibus caſibus, in
4 quibus admittitur teſtimonium de auditu, valet † dictum teſtis, etiam ſi non deponant per immediatam cauſam ſciendi, ſed per mediatam, & dicit ponderandum, quod ſufficit teſtem audiuiſſe, vel ex relatione alterius, vel etiā ad recitationem aliorum, vel etiam ex cartis, de quo in cap. licet ex quadam, de teſtib. & inquantum dicit de chartis.

5 Nota bene, quod † teſtis poteſt deponere de eo, quod legit in inſtrumento, quod intellige, ſecundum quod dicitur in c. cum olim, de priuil. & per Bar. in l ſicut iniquum, & in l. emācipatione. C. de fide inſtrum. & per Docto. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.

Quarto nota, & tene menti, quod ille, cuius intereſt ſcire,
6 præſumitur melius † informatus, quam extraneus, & quod ille teſtis eſt præferēdus, & præ cæteris examinari debet, qui melius eſt informatus. & per hoc dicit Hoſtien. quod tabellio in numero teſtium præ cæteris admittitur, vt in l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. & C. de teſtam. l. dictantibus.

7 Nota quinto, quod † pater non poteſt eſſe teſtis in cauſa filij, fallit in matrimonio, vt hic, & in teſtamento, de quo dic. vt in l. qui teſtamento. §. j. ff. de teſtam. & ibi per Barto. Fallit etiam in caſibus Spec. § j. poſt princ. Quid autem de conſanguineis, an admittantur in alia cauſa, quam matrimoniali. dic quod ſic, immo frater poteſt eſſe teſtis pro fratre, vt dicit gloſ. in capit. cum R. & in capit inſinuante. quod tamen intelligit glo. in l. parentes. C. de teſtib. niſi ſint in poteſtate eiuſdem patris, nam tunc non poſſet frater teſtificari in cauſa fratris, quia patri acquireretur vſusfructus, de quo omnes filij ſentiunt commodum. Idem dic, quod licet pater, vel conſanguineus admittatur ad teſtimonium pro fratre, vel conſanguineo, tamen teſtimonium eſt ſuſpectum, vt dicit Bart. in dicta l. qui teſtamento. In criminali autem cauſa non admittuntur ad teſtimonium, quia tunc videtur totam familiam concernere propter infamiam, ſeu iniuriam, quæ videtur tangere totam familiam, vt dicit Bart. in dicta l. qui teſtamento, alleg. l. 3. §. Iulia. ff. de teſti. & l. lex Cornelia. ff. de iniu. facit 4. q 3. §. Iulia. & hoc no.

Nota vltimo ibi, coniungendo, & diſiungendo, quod par
8 eſt † fauor, ſiue agatur de matrimonio coniungendo, ſiue de ſeparando.

Et ex hoc infert dom. Card quod ſicut ſententia lata contra matrimonium nō tranſit in rem iudicatam, ita nec pro matrimonio. de quo dic, vt in capitulo, lator, de re iudicata.

Quæ

9 Quæ autem sint † prorogatiua matrimonij. dic vt per glos.
& Doct. in c. j. quæ incipit, no. quod vt li. non contest.

In glo. prima no. ex gl. quod quia, aliquando accipitur pro quod. idem no. in c. quia suspecti. 3. q. 5.

In glo secunda. dic, quod idem videtur sentire glo. in ver.
sciunt & glo pen. s. vt ille tex admittat parentes ad testimo-
nium, quando agitur de consanguinitate probanda, vel im-
probanda, secus si ageretur, an matrimonium esset contra-
ctum, quia tunc licet admittantur secundum distinct. cap. su
per eo. de testi. tamen non præferuntur aliis. sed iste tex. com
muniter intelligitur in vtroque casu in eo, quod admittit pa-
rentes, quia solent interuenire in contractu, ergo admittun
tur ad deponêdum super contractu, quare côclude post Ho
stien & Doct. & ponas exemplum, vt clarius intelligas. Quæ-
dam puella côtraxit matrimonium cum quodam, vult pro-
10 ducere eius † matrem in testem; quæritur, an sit idonea testis,
facias quinque casus.

Primus casus est, quando sponsus est nobilior, vel ditior, vel potentior ipsa filia. & hoc casu suspectum est testimoniũ matris, siue quæratur de contractu matrimonij, siue de probanda consanguinitate, nam in gradibus computandis posset deierare ponendo primum pro secundo, vt illa remaneret cum sponso, de testi. series.

Secundus casus est, quando sponsus est Inferior sponsa. & tunc Host. en quod vtroque casu admittatur mater sponsæ ad testimonium, si quæratur de consanguinitate, siue de côtractu matrimonij. & licet Doct. ita pertranseant; ego dubito, nam etiam quo casu mater posset deierare negando côtractum matrimonij, vel etiam in computâdis gradibus, ponendo secundum gradum pro primo, vt filia non remaneat cum sponso. sed intellige Host. quando mater deponit pro matrimonio, nam tunc nô est suspectum testimonium matris, secus si deponeret contra matrimonium, quia tunc esset suspectum per prædictam rationem. item intellige Host. quando mater, & filia non multum affectant matrimoniũ, vt in sequenti casu.

Tertius casus est, quando côditio sponsi, & sponsæ est par, sed mater, & filia multum affectant matrimonium, & modo iudex repellet matrem a testimonio.

Quartus casus est, quando matri displicet matrimonium & tunc admittet ad testimonium, & etiam veritatem dicere coget.

Nota verba Hostiens. quasi dicat, quod non crederetur matri dicenti contra matrimonium, ex quo ei displicet matrimonium, sed si deponat pro matrimonio, bene creditur, & propter hoc iudex debet eam cogere, dicere veritatem.

Quintus casus est, quando conditio est par, sed mater, & filia habent se indifferenter ad matrimonium, quia nec eis displicet, nec multum affectant matrimonium. & tûc iudex attenta qualitate personarum, & dictorum & vultus mutatione, ac mentis trepidatione admittet, vel repellet. pro quo no. de testib in nostra & de despon. impub. attestationes Caueat tamen iudex, vt fiat calumnia, vt infra eod significante. & in dubio stet pro matrimonio, quia res fauorabilis est, vt innuitur in litera. & sic debet fauere matrimonio. ad hoc optime facit, de re iudic. cap fin.

Ex his concludit Abb. Sicu. quod non potest dari certa re-
11 gula, an credatur † testimonio parentum in causa matrimo-
niali, sed relinquendum est arbitrio iudicantis, vt ex circun-
stantiis depræhendet, an testimonium sit suspectum, ad hoc
l. 3. ff. de testib. & ex hoc potest solui. Quid si sponsus est supe
rior diuitiis, sed sponsa est superior nobilitate, an mater spô
sæ admittatur ad testimonium, de quo in dicto capit super
eo, de testibus.

Et ex præmissis dom Cardin. dicit, quod apparet, ꝙ cum quærentur, an admittantur parentes ad testimonium super matrimonio non fit distinctio, an procedatur super consanguinitate, an super aliis impedimentis, prout distinguit Innocent. in Rubrica huius tituli. Sed Innocen. tenet hic idem in vtroque casu, quod est verius, secundum dom Card. quod etiam tenent Doct.

12 In glo. in verbo, legibus. Ioã. And. dicit, quod † lex sumitur
pro canone, pro consuet. pro regula, pro ratione. de quo vi-
de glo. 1. q. 1. ventum. in fi. Cætera sunt clara.

S V M M A R I V M

1 *Desponsata Innita, postea sponte cognita contra matrimonium non auditur.*

2 *Cohabitatio conualidat matrimonium nullum ratione defectus ætatis, vel metus.*

3 *Contradicere debet, si non vult ratificare quis statim cum superuenit legitima ætas, matrimonium.*

4 *Testes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores.*

5 *Minor vigintiquinque annis, reputatur maior in matrimonio.*

6 *Puella quæ vult reclamare ante carnis copulam, coram quo reclamare debeat.*

C A P. IIII.

1 INsuper. Innita † desponsata postea sponte cognita contra matrimonium non auditur, hoc dicit.

In prima consultatio.

In secunda responsio. secunda ibi, in hoc.

Nota primo, quod matrimonium nullũ ratione defectus
ætatis, & ratione metus conualidatur ex spontanea cohabi
2 tatione † interueniente post ætatem legitimam, maxime si
intercessit copula carnalis, de quo dictum fuit in capit. ad id
quod. & in cap consultationi, de sponsa. & vide in cap. vnico,
de despon. impub. in 6.

Secundo nota ibi, legitimum annum attingês, quod mu-
lier ducta ante ætatem legitimam, si non vult ratificare ma-
3 trimonium, debet † contradicere statim cũ superuenit ætas
legitima, alias si cohabitant non contradicendo, statim rati
ficatur matrimonium, maxime si copula interuenit sed iste
tex. probat, etiam si non interuenit, dum dicit, antequam sit
cognita, debet reclamare, cum attingat ætatem legitimam.
& hoc clarius probatur in cap. vnico, eod. tit. in 6.

Sed Hostien. requirit perseuerantiã tridui post ætatem legitimam, quando copula non interuenit, sed si copula interuenit, indistincte præsumitur consensisse. sed de hoc, scilicet an requiratur perseuerãtia tridui, & an copula suppleat consensum, dixi in capit. continebatur, supra de desponsa. impube.

4 Nota vltimo, quales † testes requirãtur in causa matrimo-
niali, debent enim esse omni exceptione maiores, concord.
cap. licet ex quadam, de testibus. & capit. 3. de consanguin. &
affinit. & ibi habes glos singularem, in versi. maiores. qui di-
cãtur testes omni exceptione maiores, quod ista mulier de-
bet audiri etiam completa pubertate, quia minoribus non
currit præscriptio, vt in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit.
non est neces. & Doct. multum instant in hoc, & soluunt in
effectu, ꝙ est speciale in matrimonio, quia alias multa ma-
trimonia indebite dissoluerentur, & maxime, quia in matri-
5 monio † minor vigintiquinque annis reputatur maior, vt in
cap. si annum quartumdecimum, de iud. in 6 & idem in aliis
causis spiritualibus, vt ibi dicitur.

Nunquid autem si lædatur, possit petere in integ. resti verbi gratia, maior duodecim, vel quatuordecim annis, sed minor vigintiquinque in causa matrimoniali, vel in alia, & spirituali omittitur necessaria probatio, an possit petere restit. in integ dic quod sic, de quo vide glo. quam sequũtur Doct. in cap. ex parte, de restit. spoliat.

Dominus autem Cardin in secunda oppositione si & bene iudicio meo: dicit, quod hic non est propria præscriptio, sed propter cohabitationem, & continuatum côsensum cessante metu inducitur ratihabitio.

In glo prima no. ipsam. & pro ipsa facit quod no. de consecrat. dist. 3. peruenit. vbi dicit glo. quod futurum profertur per verba præsentis temporis, quando est certum. & hoc facit ad modũ loquendi, quo vtuntur seruitores. qui dominis aliquid præcipientibus respondent, factum est. simile. ff. de regul. iur. l. qui actionem. vbi dicitur, quod qui habet actionem ad petendum rem, ipsam rem habere videtur. tamen quantum ad hoc cap. probationes mulieris non admittuntur, quia non releuant, de offic. deleg. cum contingat. & C. de probat. l. ad probationem. non enim sufficeret probare metum, ex quo ex postfacto consensit. & ideo glos. timore huius contrarij exponit. probat, id est probare intendit, quasi dicat, quod licet potuisset hoc probare, non tamen fuit admissa ad probandum.

In glo. fin quia aliæ sunt claræ, dic secundum Innocẽ & Doct. quod si puella fuisset cognita, non ratificaretur matrimonium, in dubio tamen copula præsumitur voluntaria, secundum But. de quo dictum est in capitulo, continebatur. & in capitulo, ex literis. de despon. impub. & in cap. consul. de sponsalibus.

Extra gl quærit, coram quo debuisset reclamare ista puel
6 la, † si ante carnis copulam noluisset reclamare Hostien. di
cit, quod coram episcopo, de despon. impub de illis & capi.
continebatur. & cap. duo pueri. vel coram eius officiali. cap. 3.
& si non potest haberi eorum copia, recurrat ad presbyte-
rum, & tandem ad vicinum bonæ famæ, de frigid. lauda-
bilem.

bilem & nihilominus, quam citius poterit, recurrat ad epiſcopum, vel eius Vicarium, arg. de appell. ſi iuſtus. & de ſent. excomm. de cætero. & Doct. cum ipſo tranſeunt.

SVMMARIVM.

1 *Accuſans matrimonium repellitur.*
2 *Accuſationem inſtituens ſpe quæſtus repellitur.*
3 *Effectus non ſemper ſequitur intentionem operantis.*
4 *Exceptio quæſtus auditur contra accuſatorem.*
5 *Practica procedendi contra calumnioſos accuſatores.*
6 *Accuſans in dubio, præſumitur bono zelo accuſare.*
7 *Accuſatio quæ tendit ad vindictam, probata exceptione non debet repelli.*
8 *Filia conſentiens, quod mater accuſaret matrimonium propter extorquendam pecuniam magis peccaret, quam mater.*
9 *Vxor non ſuccedit in bonis mariti extantibus agnatis, vel cognatis.*
10 *Gratia perficitur in matrimonio.*
11 *Iudex an poſſit ex officio accuſatorem repellere.*

CAP. V.

1 SIgnificante. Repellitur † accuſans matrimonium. hoc dicit. Communis diuiſio ſecunda ibi cum igitur.

In tex. ibi, mater ipſius. dic, quod iſta mater forte videbat maritum multum accenſum in amorem filiæ. & ideo vt extorqueret pecuniam, accuſauit matrimonium.

In tex. ibi, praua. non poſſunt reſpondere. dic ſecundum Hoſtien. quod forte publicat. atteſtat. nihil erat probatum, vel teſtes inducti ad probandum ante teſtimonium reuelauerunt hanc iniquitatem, vnde poſtea eis non creditur, de teſtib. ſicut.

2 Nota primo quod inſtituens † accuſationem non propter finem peccati euitandi, ſed propter finem quæſtus pecuniæ repellitur ab accuſatione.

3 Nota ſecundo, quod † effectus non ſemper ſequitur intentionem operantis, & maxime quando operatur ad malum, immo quandoque ſequitur oppoſitum, vt in c. cum infirmitas, de pœnit. & remiſſ.

4 Nota tertio, ſecundum dom. Cardi quod † exceptio quæſtus auditur contra accuſatorem etiam poſt factas probationes, & hoc colligitur exponendo literam, prout ſupra expoſui. & per hoc dicit hic eſſe caſum ſingularē, quod exceptio quæſtus eſt peremptoria, nam talis exceptio nedum ante litem conteſt. ſed etiam poſt, immo etiam poſt publicatas atteſtationes poteſt opponi vſque ad concluſionem in cauſa, & ſi licet tangat perſonam accuſatoris, tamen eſt peremptoria, quod tene menti.

5 Nota vltimo, ſecundum Butr. † practicam pronunciandi contra calumnioſos accuſatores, nam debet eis imponi perpetuum ſilentium ſed cōtra iſtum tex. opponitur, nam hæc exceptio fundabatur ſuper anima accuſantis, de quo non videtur poſſe conſtare, & in dubio præſumitur quod bono ze
6 lo † accuſauerit, vt in cap. fin. de præſump. & in l. quoties. §. qui dolo ff. de probat. & de renunciat. cap. 2 in 6. & hoc procedit magis in matre, quam in extraneo, quæ cæteris eſt præferenda, vt ſupra eo. videtur Hoſt. cum quo tranſeunt Doct. quod conſtabat de hoc dicit etiam, quod potuit probare per teſtes, cum quibus habuit tractatū, & quos corrumpere conabatur, vel per mediatores, per quos pecuniam poſtulabat ab accuſato. Forte enim ſecundum Hoſtienſ. fecit tractatum per aliquem mediatorem, vel mediatores, qui poſſent hoc probare. ff. de proxenetis. l. 1. & 3. vnde etiam ſequitur in litera, ſi ita eſt, ſcilicet quod malitioſè mouerint hanc accuſationem dicit etiam Hoſtien. quod ex quo defecit in probatione, ſi vult alios teſtes producere non auditur, quia contra ipſam præſumitur de calumnia, de do. & contum. finem litibus. ſed dom. Cardin. dicit, quod hoc vltimum non ſufficeret ad probandum exceptionem quæſtus, vt de ſe patet. & dicit, quod non obſtante, quod eſſent publicatæ atteſtationes, adhuc potuiſſet producere teſtes, cum hæc cauſa eſſet matrimonialis, in qua non obſtat publicatio teſtium, vt in cap. ex tenore, & 10 c. cum in tua de teſtib.

Sed inquantum dicit Hoſtien. & Doctor. ſequuntur, quod mediatores, vel ſocij criminis admittunt ad teſtimoniū, hoc non videtur verum, quia hoc eſt ſpeciale tantum in crimine ſimoniæ, vt in cap. j de teſtib. in 6. Alias non admittuntur, niſi de conſenſu vtriuſque partis, vt in § quoniam vero, in Authen. de teſtib. ſed dic quod licet tales teſtes non faciat plenā probationem, tamen faciunt præſumptionem, vt dicit glo. in d. c. j. in ver. ad teſtimonium, de teſtib. in 6 & ideo ex quo inducunt præſumptionem calumniæ, debet accuſator repelli ab accuſatione. & ſic intellige Doct.

Secundo opponitur, quod etiam probata exceptione non
7 debuerit etiam repelli † accuſatio, quæ tendit ad vindictam, vt in c. ſuper his, de accuſat. Innoc. ſoluit, quod forte generale eſt, quod nullus admittatur ad accuſationem, ſi conſtat, quod mala intentione ducatur, tamen in hoc non perſiſtit. & dicit, quod forte hoc c. poſſet habere locum in denunciatione tantum, in qua neceſſe eſt, quod denunciator ſit ſine crimine. 2. q. 1 grauibus. matrimonium enim, ſecundum Innocē non dicitur proprie accuſari niſi ab vxore, cum enim non ſit publicum crimen, non admittuntur niſi quorum intereſt, argu. infra cap. prox. & de deſpon. impub. ad diſſoluendum. Sed dom. Card. in 2. opp. in fi. dicit, ꝙ etiam prima ſolutio eſt vera, nam accuſator debet eſſe non crimino ſus, & ſic non debet accuſare ad quæſtum. Idem videtur dicere But. dicit enim, ꝙ generale eſt, ꝙ nullus admittatur ad accuſandum, quando conſtat, ꝙ mala intētione ducitur, vt in c. j. de accuſ. & fortius in denunciatione, in qua debet eſſe ſine crimine. & dicit dom. Cardi. notandam eſſe cautelam pro accuſato, vt per intermedios intelliget de mente accuſatoris, vt per eos poſſit probare, an ad quæſtum accuſet. & ex hoc repellere accuſatorem, quod maxime procedit in eccleſiaſticis negocijs, de do. & contum. c. j.

Item inquantum dicit Innoc. ꝙ matrimonium non dicitur proprie accuſari niſi ab vxore dic, ꝙ immo quilibet poteſt accuſare. quando agitur ad diſſolutionem vinculi, vt dictum eſt in Rubrica huius tit. & per glo. in c. ſi de clandeſt. deſpon. in verſic. qui voluerit.

8 Vltimo quæro, quid ſi in caſu huius cap. filia † conſenſiſſet, ꝙ mater accuſaſſet matrimonium ꝑꝑ extorquendam pecuniam a viro. Io. And. dicit, ꝙ magis peccaſſet quam mater, quia debuit præferre concordiam maritalem tali lucro, vt in l. reprahendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. 2. C. de condit. inſer. & in l. filia. ff. de inof. teſtam. & in c. Quintauallis, de iureiur. hoc tamen pendet ex not. in c. j. de off. deleg.

In glo. 1. dic, ꝙ auth. licet. C. de nat. lib. non facit ad propoſitum: ibi enim dicitur, ꝙ ſi quis decedit ab inteſtato abſque filijs legitimis, & vxore legitima, filij naturales ei ſuccedūt in duabus vncijs etiam extātibus agnatis, & cognatis patris na
9 turalis, & tamen † vxor non ſuccedit in bonis mariti ab inteſtato extantibus agnatis, vel cognatis, vt in l. j. C. vnde vir, & vxor ſed dic. ꝙ illud ſ. ꝙ excludat naturales in illis duabus vncijs. & tamen in illis non ſuccedat, ſed agnati ſuccedant, non venit ex intentione, ſeu facto vxoris, ſed ex diſpoſitione iuris communis, & hic eſt vnus caſus, in quo vinco vincentem te. & tamen non vinco te nam vxor vincit filium naturalem, quia impedit eū ſuccedere in duabus vncijs, & tamen nō vincit agnatos, vel cognatos quo ad illas duas vncias, dato ꝙ ibi ipſe vincatur a filio naturali. & de illo articulo, an ſi vinco vincentem te, debeam vincere te. dic vt per Bart. in l. Claudius. C. qui potiores in pign. hab. & in c. auctoritate, de conceſſ. præben. in vj.

In ead. glo. in fi. ibi, de pœnit. diſtinc 3. in ſalicibus. declara, vt ibi per glo.

In gl. fi. in fi. Io. An. dicit. ꝙ Moderni Theologi abhorrēt, ꝙ in matrimonio non conferatur gratia vnde dicit, quod in
10 matrimonio cōfertur † gratia de quo vide glo. 1. q. 1. quidquid inuiſibile. & 32. q. 2. honorātur. & per Doct. in c. cum eccleſia, de ſimo. & in cap. 1. ver. ſcire, de ſacra vnctione & pecunia quę interuenit pro dote, eſt propter onera matrimonij. & ad hoc capitul. dic, quod hic non attenditur ſimonia, ſed turpis quæſtus.

11 Extra glo. quæro, an in caſu huius cap. poſſit † iudex ex officio accuſatorem repellere. Hoſt. dicit ꝙ ſic, arg. de exceptio. etiam ſi accuſat conſentiret. ff. de poſtul. l. quos prohibet. & de elect. cum nobis olim. Idem dicit But. in omnibus cauſis concernentibus periculum animæ. ſed Abb. Sic. dicit, ꝙ idē eſt in omnibus accuſ. & non concernentibus periculum animæ, vt iudex idem poſſit parte non opponente. & hoc voluit glo. in cap. quærendum 2. quæſt. 7. & bene facit ille tex. & eadem quæſtione, ſi qui ſunt.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare matrimonium prohibetur is, qui tempore denunciationis tacuit niſi probabiliter ignorauerit.*
2 *Accuſans facilius auditur ante matrimonium contractum, quam poſt.*
3 *Banna, id eſt denunciationes debent interuenire, antequam contrahatur matrimonium, & qualia debent eſſe.*

4 *Notitiam*

4 *Notitiam habere eorum, quæ fiunt in ciuitate, præsumitur existens in dioecesi.*
5 *Ignorantia eorum, quæ publice fiunt, tribus in casibus præsumitur vt ibi.*
6 *Ignorantia præsumitur per iuramentum.*
7 *Locus remotus quis dicatur, relinquitur iudicis arbitrio.*
8 *Aetas quæ excuset a denunciatione super matrimonio.*
9 *Aetate, in qua quis delinquere potest, in ea crimen alterius denunciare potest.*
10 *Præsens qui fuit in loco, non admittitur ad iurandum de ignorantia edicti emanati.*
11 *Iuramentum leuem elidit præsumptionem.*
12 *Res integra qualiter intelligatur in causa accusationis matrimonii.*
13 *Accusator quando audiatur, per casus quatuor explicatur.*
14 *Terminus an præfigatur agere, vel accusare volentibus.*
15 *Denuncians an audiatur post terminum a lege, vel canone præfixum.*
16 *Edicta generalia quando sint admittenda.*
17 *Actiones duas quis propter incertitudinem intentare poterit.*
18 *Sententia excommunicationis an possit generaliter ferri.*
19 *Ignorantiæ excusatio an competat contra excommunicationem generaliter latam.*
20 *Probandi onus an incumbat allegandi ignorantiam, vel neganti ignorasse.*

CAP. VI.

1 CVm in tua. Repellitur ab † accusatione matrimonii, qui denunciationis tempore tacuit, nisi denunciationem probabiliter ignorauerit. vel iurat, tunc de nouo didicisse, quæ obiicit, & quod non malitiose obiicit, hoc dicit.

In prima ponitur quæst.

In secunda distinguens responsio.

In tertia exceptio secunda ibi, super quo. tertia ibi, nisi.

Nota primo ibi, post contractum, quod cum accusatur matrimonium consideratur, an sit contractum, vel contra-
2 hendum, quia facilius auditur † accusans, antequam matrimonium sit contractum. cum facilius impediatur matrimonium, quam dirimatur, de sponsalib. præterea. el secondo, & cap cum in tua nec proprie dicitur accusari matrimonium contrahendum, sed denunciari, vt in cap ad dissoluendum. de desponsat. impub. & hoc facit, quod ante contractum matrimonium etiam post lapsum termini admittatur quis ad accusandum, de quo dicetur in glo. fi.

Secundo nota, quod bãna debent interuenire, antequam
3 contrahatur matrimonium, & dicuntur † banna, idest denũciationes, & erũt talia hæc bãna, videlicet, vt scientes impedimentum matrimonij infra certum tempus deferant, de clã desp. desp. cap. fin ita dicit Gofr. alibi tamen ponitur bannum pro mandato sub pœna pecuniaria facto. 16. quæstione prima, statuimus. & de variis edictis habetur in cap. dilecti. de exceptio.

4 Tertio nota, quod existẽs in diœc. præsumitur habere † notitiam eorum, quæ fiunt publice in ciuitate. & ex hoc dicit Abb. Sic quod illa bãna, quæ fiunt publice in ciuitate, afficiũt oẽs existentes in diœc. quasi omnes præsumantur scire. vnde dicit Host. quod omnes qui sunt in diœc. restringuntur ad statuta sinodalia. per hoc vide bonum tex 12. dist. de his. facit c. quanto, & c quoddam, de præsump.

Nota quarto tres casus, in quibus regulariter præsumitur
5 † ignorantia eorum quæ fiunt publice in ciuitate.

Primus est, quando existebat extra diœc. tunc temporis, & hoc valet ad multa, secundum Abbat. Sicul. maxime quando sunt statuta pœnalia, de quo dicam latius super glo. secunda.

Secundus casus est, quando tempore denunciationis erat tam teneræ ætatis, vt non valeret gesta comprehendere.

Tertius casus est, si ex infirmitate patiebatur mentis exilium potest dupliciter intelligi

Primo, vt sit exemplum verbi præced. potest etiam intelligi, vt sit exemplum de per se, & sic intelligitur de furioso habente dilucida interualla, qui tempore denũciationis in furorem inciderat. 3 quæst. 9 iudicas & 7. quæst. 1 quamuis. & C. de curat. furio. l. penult. sed prima expositio melius congruit literæ. & ideo idem dicendum est in alia causa legitima, vt dicit litera, puta secundum Pet. & Abb. Sic. tunc erat excommunicatus, & sic non fuisset admissus ad accusationẽ, quod tamen intelligit dom. Cardin. nisi fuisset in mora petẽdi absolutio. vt in ca. fin. de elect. in dubio autem dicit, quod admittatur, quia apparet eum non fuisse negligentẽ, ex quo fuit impeditus per excommunicationem, vt in cap. quia diuersitatem, de concess. præben sed Hostiens. exemplificat in eo qui erat surdus, nec intelligebat quid ageretur, de spons. sa. cum apud & C. qui testam. face. poss. l. discretis & secundum Hostien. dicitur causa legitima ad arbitrium iudicis, ex quo hic non specificatur, de offic. deleg. de causis. & in l. 1. in fine. ff. de iure delib.

6 Nota vltimo, quod † ignorantia probatur per iuramentum, concordat cap. nulli, de electio. in vj. & cap. si vero, de senten. excommu. de quo dicam latius in glo. in verbo, iuramento.

In glo. secunda. Hostiẽ dicit, quod hæc glo competentius caderet super verbo, existebat, vt sit sensus, quod dicitur nõ potuisset ad eum denunciatio peruenire, si erat tunc absens in remot. Butr. & Abb. Sicu. videntur dicere, quod sufficiat, quod sit absens extra diœcesim & ista opi. videtur probari in tex. qui solum requirit absentiam extra diœces. tamen pro concordia dic, quod aut erat tale factum, quod non erat notum nisi in diœce. & tunc ad præsumendam ignorantiam, sufficit, quod fuerit absens extra diœc. aut erat tale factum, quod erat notum non solum in diœc. sed etiam extra diœc. & tunc est necessarium probare, quod fuerit absens in loco remoto. vnde est arbitrarium. an absentia inducat præsumptionem ignorantiæ, vel non. facit quod dixi supra in pen. notabili.

7 Quis autem † locus dicatur remotus, dic quod relinquitur arbitrio iudicis, vt dixit glo. in capit. cum nullus. in verbo, remotis. de tempor. ordin. in sexto. & in clem. causam in verbo, remotis. de electio & in cap. cum ex literis, in glo. pen. de restit. in integ.

In glo quarta vel secundum Ioan. And. iste sciebat consanguinitatem, sed ex defectu ætatis non comprehendebat, quod illa dirimeret matrimonium.

8 Sed extra glo. quæro, de qua † ætate debet intelligi in tex. Innoc dicit, quod vsque ad decimumquartum annum videtur quis excusari, vel verius secundum eum vsque ad doli capacitatem Nam sicut doli capax potest peccare, vt in cap. j. de delic. puerorum. ita potest denunciare peccatum committendum: omnibus enim dictum fuit, si peccauerit in te frater tuus 2 quæst. 1 si peccauerit. & 23 quæst. 4 tam sacerdos alias autem non admittitur ad agendum, nisi habeat curatorem, vt in § item inuiti Instit de cura.

Quid autem in spiritualibus dic, vt per glo. & Doct. in cap. ex parte, de restit spoliat & vide bon. tex. in c. si annum quartumdecimum, de iudic in vj. & cum Innoc transeunt Doct. sed Abb Sicul quod est hoc relinquendum arbitrio iudicis, vt habeat discernere qualis & discretionem pueri, nam tex. solum considerat, vtrum ætas sufficerat ad comprehensionem impedimenti, & denunciationis. & dicit singulariter notandum ex dictis Innoc. quod pueri doli capaces admittuntur ad denunciandum crimen alterius, iuxta formam
9 Euangelij, & sic in illa † ætate, in qua potest quis delinquere, de qua per glo. & Doct. in cap. 2. de delic puer & in c paruuli. de consecrat. distinc. 4. in illa potest denunciare crimen alterius, & sentit Innoc. quod doli capax, licet sit minor quatuordecim annis, excludatur per lapsum termini, & ratio est secundum dom. Cardin. in tertia oppositio quia hic non agitur de eius præiudicio, nullum enim damnum sentit, dato quod repellatur ab accusatione. facit quod no. glos penult. in clem. non potest, de procurat. Non obstat l fin. C. in quib. caus. in integ. restit non est necess. quia illa loquitur, quando agitur de præiudicio minoris; tunc enim non currunt tempora, vt ibi dicitur.

In glo. in verbo, repellendus, diuide eam in tres partes.

In prima colligit notabile ex tex.

In secunda quærit, & respondet.

In tertia iterum quærit, & respondet. secunda ibi, sed nunquid. tertia ibi, taciturnitas vera.

In secunda parte glo. vidistis glo. directe contrariam, vt in c. tua, de cognat. spirit dic vt ibi plene dixi.

In tertia parte glo. no. istam glo. & tene menti perpetuo, scilicet quod terminus statut. cuicunque volenti opponere contra matrimonium, non intelligitur præfixus ipsis contrahentibus. & ideo ipsi post lapsum terminum possunt accusare matrimonium, facit ad statutum disponens, quod quicunque volẽs agere de nullitate contractus. vel aliter ipsum rescindere debet hoc facere infra viginti dies, alioquin non audiatur, nam quilibet ex contrahentibus admittetur post viginti dies, quia non intelliguntur præfixi ipsis contrahentibus, sed aliis volentibus agere de nullitate, vel ad rescindendum contractus, quod tene menti.

In glo in verbo, iuramento. no glo. tamen Io And. dicit, quod non recipitur iuramẽtum super eo, super quo erat præsumptio, quod sciret edictum publice propositum, & ipse super hoc non præstat iuramentum, sed super ignorantia impedi-

pedimenti, & sic Ioan. Andr. quod iste non auderet, si vellet iurare se nescuisse edictum quia nō potest prætendere igno-
10 rantiam, ex quo fuit † præsens in loco, nec apparet aliqua iusta causa, quæ inducat præsumptionem, sed bene auditur, si vult præstare iuramentum, quod ignorauit impedimentum, debuit enim scire edictum publice propositum, & tamen probabiliter potuit ignorare impedimentum, & ideo facilius admittitur iuramentum super ignorantia impedimenti, quam super ignorantia edicti. sed Ioan. Calder. dicit, quod glo. habuit bonum intellectum, scilicet quod iuramentum elidit præsumptionem iuris, quæ erat, & præsumeretur sciuisse, & sic non audiretur absque iuramento, & sic propter denunciationem est duplex, scilicet præsumptio.

Prima, quod sciuerit edictum.

Secunda est, quod sciuerit impedimentum. iuramentum ergo tollit præsumptionem.

Abb autem Sic. dicit. quod iudex habet arbitrari secundū quantitatem præsumptionis, nam quandoque præsumptio
11 est ita leuis, quod per iuramentum excludatur, & tunc iuramentum elidit præsumptionem, vt in cap nulli, de electio in vj. vbi electores admittuntur ad opponendum contra electum, si iurant. quod de nouo didicerint ea quæ obiecerint, & in cap si vero, el secondo, de sent. excomm. & no. glo. in c. innotuit, de elect.

Quandoque autem præsumptio est ita stringens, quod iuramentum proprium non sufficit ad causam excludendam. pro hoc allegat Abb. Sic bonum tex cum glo in cap vidua, de regular. Ex quibus concludit, quod dictum huius glo. non est vniuersaliter verum. sed tu dic, quod capitulum vidua, loquitur, quando certa præsumptio extrinseca cōiecturat animum, vnde non recipit iuramentum in contrarium, quia esset suspectum. & sic intellige glo no in clem j. in verbo, commode. de pœn. quam omnino vide.

In glo fin. diuide eam in duas partes.

In prima opponit, & soluit.

In secunda quærit, & respōdet secunda ibi, sed nunquid.

In prima parte clarius loquitur Abb Sic. quam Docto. dicens, quod ratio differentiæ est, quia accusator non causat fundamentum, & substantiam accusationis ab ea persona, a qua audiuit impedimentum, sed a testibus, & approbationibus, & ideo non obstante, quod auctor suus non excludatur ex culpa propria debet ille admitti, qui non fuit in culpa, sed testis qui deponit de auditu totam substantiam testimonij fundat ex persona alterius a qua audiuit, ideo si auctor repellitur tāquam inhabilis, & iste repellitur, & sic propriе loquitur cap. licet ex quadam, de testib & cap. fraternitatis, de hæret. quæ fuerunt alleg pro contrariis.

In secunda parte glo no ipsam, quia est singularis, vt dicit dom. Cardin. & Abb Sic. & cum ea concordat Innocent. & Docto. & pro hoc facit capit. si tibi absenti, de præben. in vj. & quod no. glo. in clement sæpe. in verbo, non obstante. de verbor signif.

12 Goff. autem dicit, quod dicitur res † integra vsque ad diem solennis benedict. quę debet præuenire consummationem matrimonij. 3 a quæst. 5. cap. 1. & 2. & cap sponsus alias sponsa & post benedictionem debent stare in continentia biduo vel triduo, vel saltem ea nocte ob reuerentiam benedictionis, vt dictis iuribus. sed Hostien hic respondit, & stat cum glo. Ioan. And. dicit, quod forte Goff. habuit eundem intellectum, quia forte loquitur secundum consuetudinem illorū locorum, vbi in benedictione, vel post matrimonium contrahitur.

Ex his infert dom. Card. quod post elapsa edicta, quæ mittuntur in causa electionis, quælibet admittetur re integra, nisi processum sit ad confirmationem. & dicit sic allegasse hanc glo. in quæst. facti.

Sed quo ad hanc glo Abb. Sic. dicit esse intelligendum, q̄ res dicatur integra, quando sponsus nondum fecit præparamenta, quæ sine damno amittere non potest, alias non diceretur res integra, vnde si sponsus elapso termino edicti parauit multa, quæ non potest differre sine magno damno, nō debet admitti accusator post terminum, argum cap in causis, de electio sed contra hanc solutionem videtur text. iuncta glo. quam sequitur Bart. in l. si pecuniam. ff. de condict. ob causam. vbi est glo. & Bart. quod præparamenta non faciant rem desinere esse integram. sed salua dictum Abb. Sic. vbi accusator nollet soluere damnum, quod contigerit ex præparament. secus vbi vellet soluere. ex hoc probatur in dicta l. si pecuniam, versic. ita tamen.

Tu pro declaratione huius glo. distingue latius secundum
13 Innoc. & facias † quatuor casus.

Primus est, quando in edicto non fuit præfixus terminus. & hoc casu dixit Innoc. quod debet venire infra certum terminum, tamen cum quodam temperamento ff de solutio. §. quod dicimus & ff ex quib caus. maior sit ab hostibus § si. & hoc dictum sequitur Ioā And. & dom. Cardi. in 6 & vlt. q.

Sed But. dicit. quod quandocunque est admittendus re integra, sed re non integra admittendus est cum quodam temperamento, vt dicit Inno. & sic iudex habet arbitrari & no. bene hoc dictum Inno quod potest fieri hoc edictum abs. præfixione termini, de quo per Bart. in l liber homo § j ff. de verbor. obligat. & per Cyn & Doct in l dies festos ff de fer & per Doct. in cap comparati, de appellat & omnino vide eleganria verba Ange. in tractatu de inuentario, io fi. 5. collatio. in princ.

Secundus casus, quando fuit statutus terminus mediante sententia, in qua iudex non pronunciauit, quod nemo deinceps audiretur. & hoc casu non auditur post terminum etiā re integra, nisi appellatur, vt in l Titia. ff. de appellat. vbi probatur, quod talis sententia est interlocutoria, & ab ea potest appellari etiam de iure ciuili, cum non expecter diffinitiua. & hoc sequitur Ioan. And post Innoc But. & dom. Cardin. & etiam Abb Sicul & etiam no. Innocen in cap. conquerente, de offic ordi.

Tertius casus est, quando non interuenit sententia, sed iudex cum causæ cognitione assignauit terminum cum comminatione, quod post terminum non audiatur. & hoc casu videtur Innoc dicere, quod talia edicta omnino non sunt seruanda. & sic sentit, post terminū audiatur, allegat l ea quæ. C. commin & episto sed illa l loquitur in sententia diffinitiua, quā iudex non immutat, secus si interlocutoria, vt ibi dicit glo de qua in cap cum cessante de appell & in cap quod iussu. ff de re iudic. tamen opin Innoc. sequitur dom Cardi. in vlt quæst. Sed But. dicit, quod dato, quod comminatio sit facta, quod post non audiatur, adhuc congruum est distinguere, an res sit integra an non, vt dicit glo & mihi placet dictū But. per no in c si ea C. qui accus non poss. & In clem. sæpe. in glo. in verbo, non obstante. de verb signif.

Quartus casus, quando fuit statutus terminus absque causæ cognitione & comminat. quod post terminum non audiatur & hoc casu dicit But. quod post terminum indifferenter auditur, quia non est terminus peremptorius sed Innoc. videtur sentire, quod debeat distingui, quod res sit integra, an non. & hoc etiam tenet dom. Cardin. in 6 quęst & clarius in vltima. & idem dicit Abb. Sicu & hoc puto verius intelligendo, vt statim dicam cogn ad effectum præcludendi merita agere, vel accusare volentibus. Inno videtur hic dicere, quod sic. Sed Dy. in regula, indultum. de regu. iur. in 6 distin-
14 guit, an † terminus præfigatur agere, vel accusare volentibus, & valet absque causę cognitione, sed ad faciendas suas defensiones non potest præcludere viam per assignat. termini, nisi faciat causa cognita. & ratio est, quia rei sunt fauorabiliores, vt in regula, nullus pluribus. de reg iur in 6. & in cap ex literis, de probat cum simil. Nec obstat l interlocutio. C. commin vel epist. & l ex stipulatio C. de sentent. & interlocut. omn. iudic quia, secundum Innoc. præmissa procedunt, quando per decretum quis prohibetur ab agendo, vel accusando, vel similibus, secus si per decretum imponitur alicui vt duplum, & quadruplum soluat, si aliquid non fecerit, nam tunc etiam si illud non fecerit, incurrit pęnam, vt in contrariis nisi in casu speciali ff. de administ tuto l tutor qui repertorium §. si deponi. vbi dicitur, quod si post cōminationem factam tutori a iudice, vt pecuniam pupilli deponat in emptiones prædiorum, si pater iudici, currunt vsuræ contra tutorem, sed vt ibi dicit glo hoc est propter morā, non autem ex vi comminationis, vel est ibi speciale ob fauorem pupilli, & vtraque solutio potest tolerari, secundum domin Cardin. sed quo ad dictum principale, scilicet an iudex possit sine causæ cognitione terminum ad excludendum aliquem ab agendo, vel accusando eo elapso, videtur glo. in cōtrarium in l vnica. C. vt nemo inuitus agere, vel accus. cogat. quæ dicit, quod præfixio talis termini non potuit fieri absq; causæ cognitio. quam glos. videtur sequi Bart in l. Titia. ff de accusat & Doct. videntur hoc tenere in cap lator. supra titu. proxi vbi dixi. sed Abb Sic. pro cōcordia sic distinguit, quod aut sumus in casu, in quo ius nō dat præfigi terminum, seu edictum emanare. & hoc casu non requiritur causæ cognitio exemplum hic, in cap fin de clandest despons. aut sumus in casu, in quo fit præfixio termini, vel edicti contra regulas iuris, vt quia extra casum huius cap præfigitur terminus volentibus agere, vel accusare, & hoc non debet fieri absq; causæ cognitione, vt l. 1. C. vt nemo inuitus agere, vel accus cogatur. & dicit Barto in dicta l. Titia. ff de accusat. quod si sine causæ cognitione præfigitur terminus, pars releuabitur per viam appellationis, quasi sentiat, quod nisi appellet, non debeat audiri.

Abb.

Abb autẽ Sic. dicit, quod aut iudex in iudicio præfixit terminum, & habet locum dictum Barto quia actus iudiciales transeunt in rem iudicatam, nisi appellatur, vt in cap. cum inter, de re iudic. & in cap. cum dilecti, in li. de elect. Aut iudex extra iudicium præfixit terminum. & tunc dicit. quod intra appellationẽ volens agere, debet admitti, quia grauamina illata etiam extra iudicium non transeunt in rem iudicatam, vt in cap. concertationi, de appell in vj. & dicit Abb. Sic se loqui, quando iudex contra regulas iuris præfixit terminum, vt supra dictum est, mihi placet, quod dicit Abb. Sic. sed supradicta procedunt in termino statuto ab homine.

15 Sed quid si præfigitur † terminus a lege vel a canone. Innoc dicit, quod post terminum non licet proponere vt in l. ob commissa. C. de adulter & idem dicit, si terminus sit præfixus a lege municipali, vt in l. vlt. ff de decr. ab ord. fac. & dicit Innocen non videre diuam hoc casu, siue adiciatur clausula. quod post terminum non audiatur, siue non, nam indistincte non auditur post terminũ cessante iusto impedimento, vt in dictis iuribus. sed Innocent. dicit aliud esse, si interdicitur aliquid alicui, nam si contrafactum fuerit, tenet, vt in. cap. a. de matr contrac. contra interd. eccles. nisi adiectum fuerit, quod contrafactum teneat, vt in c. dilecto, de præbe. sed de hoc vltimo dic, vt dixi in ca. tua, de spon. duorum. sed illud, quod principaliter dicit Innoc. videlicet, quod non audiatur post terminum assignatum a iure communi, vel a lege municipali, sequitur do Card. in 8 & vlt q. assignat rationem diuersita. inter terminum statutum a lege, & statutum ab homine, quia primus intelligitur peremptorius, nec potest per iudicem mutari, de appella cum sit Romana. vbi de hoc. Secundus autem potest mutari, de re iudic quod ad cõsultationem & de excep. pastoralis. vbi de hoc, & vide pulchram glo quę communiter tenetur in regula, indultum. de reg iur. in vj. Idem tenet Abb. Sic. nisi probetur iustum impedimentum. vt d. l. ob commissa. C. de adul. & in l. si ff de decr. ab or. fac sed But tenet, quod etiam in termino iuris debeat distingui, an res sit integra, an non. sed tu tene opin. Innoc. quia probatur in iuribus præallega. & communiter tenetur non obstante cap. potuit, de loca. quia illud procedit, quando specialiter est expressum, alias non admitteretur post terminum, vt in regula, odiora. & ibi per glo. de reg. iur in vj. & in c. cupientes in verbo, expectare, de elect. eod. lib.

Sed dubium est, quia supra dictum est de generalibus edi-
16 ctis, † quando locum habeant. Innoc. dicit, quod habet locum, vbicunque plures admittuntur ad agendum, & ad contradicendum, vel aliquid simile, vt in restitutione matrimonio, & natalibus, qui fil. sint legiti lator ff de adopt. l. oam iia diuus & C. si vt se ab hæred. abstin. auth. si omnes. & proponitur sic generale, quia nescitur in talibus, quæ persona debeat citari, sicut & aliqñ propter incertitudinẽ permittitur
17 quem intentare † duas actiones, ut in l j § ij. ff quorum leg. & per glo in cap Albericus, de re iudic. in vj. & hoc sequitur dom Cardin. in 8 quæst. & dicit idem posse verificari in electione, vt in cap si de elect. in vj & idem in limi & idem But. Abb Sic qui dicit hoc dictum Innoc esse singulariter notandum, quod etiam hodie potest fieri citatio generalis per edicta, quando nescitur quis sit citandus, alias autem non debet esse citatio generalis per edicta. sed specialis, ut in clem. 1. & quod ibi no de iudic. & in l. j. § denunciari, de ventre inspic. & idem dicit Bart. in authen si omnes. C. si vt se ab hære. abstin. & dicit Abb. Sic quod hoc facit pro consuetudine, quæ inoleuit, videlicet, quod scholares uolentes recedere de loco illud j faciunt proclama, & edicta in scholis, ut uolentes ab eo petere, compareant infra certum terminum, de quo per glo in l. j. C. vt nemo inuit agere, uel accu cog. & per Bar. in l. lîtis ff de accusat.

Vltimo quæro de quæst. facti, quam ponit hic dom. Card. in 10 quæst episcopus posuit certum charitatiuum subsidiũ clericis beneficiatis certo tempore soluendi, deinde tulit sententiam excommunicationis contra non soluentes in termino, & super hoc fecit literas publicare, postea clericus subditus epi, & clericus beneficiatus præsentatur ad quandam ecclesiam: excipitur, quod debeat repelli tãquam excõmunicatus, quia non soluit infra terminum: replicat se ignorasse de edictu. Quæritur de tribus.

Primo, an inciderit excommunicationem, hoc est, an sententia excommunicationis potuerit sic generaliter ferri.

Secundo, an possit se excusare prætextu ignorantiæ.

Tertio, an incumbat onus probandi, an excipienti quod iste sciuerit, an replicanti quod ignorauerit, & in his consuluerunt Bald. & Petrus de Perusio, eius frater, & ponitur in decis Rotæ, decis 450.

18 In primo dubio † concurrunt, quod valeat talis sententia, allegabant auth. C. vt se omnes ab hæred abstine. & l. 2. § ex actis ff de orig. iur. & in l. in ciuile. C. de furt & nota per Innoc in cap præterea, de appell. & in cap. P. & G de offi. de leg & in cap. Lateranensi, de præben. in quibus dicit Innoc. quem ligari in genere, sicut in specie. & hoc optime probatur in cap a nobis, el primo, de sent excomm. faciunt nota. per Ioan And. in cap Romana § caueant, de sent. excomm. in vj. & 10 c. ne cleri. vel mona & ibi per Ioan. And. in nouel. super glo 2. & in ca. vt animarum, de constit. in vj. Ex quibus omnibus apparet incertam personam scientem, & delinquentem, & contumacem ligari sententia excommunicationis.

19 In secundo dubio † dicit Bal quod non auditur allegans ignorantiam in facto tã publice notorio quia etiam si ignorauit, sufficit, quod debuit scire, vt in l. quod te. ff. si cer. pet.

Pet autem dixit contrarium esse verius, & hoc tenet dom Card. quia probatur ignorantia per iuramentum, vt nec probatur ad l quod te. ẽ alleg respõdet, quod illa l. procedit, nisi aliud probetur. probatur autem ignorãtia per iur. m: ego puto, quod Bald. verius dicat, nam ignorantia nisi excusaretur aliter, vt in casibus expressis in tex. sed creditur iuramento, si allegat se ignorasse impedimentum & ita intelligit Io. And. vt dixi in glos in verbo. iuramentum. Sed concordando ipsos potes dicere, quod aut talis clericus allegat impedimentum, quare non potuerit soluere, & tale impedimẽtum probatur per iuramentum, facit quod no 10 capit. ex ratione, de appell vbi Doct dicunt, quod statur iuramento appellantis, qui dicit se fuisse impeditum, quo minus prosequatur appellatio. infra annum. & hoc casu procedit opi. Pet. aut allegat se ignorasse edictum, cum fuerit præsens in ciuitate, vel in diœcc. tempore edicti, & non auditur, quia hæc ignorantia est supprema. & hoc modo procedit opi. Bal.

20 In tertio dubio † patet solutio ex nunc dictis, quia onus probandi ignorantiam incumbit allegãti, quia præsumitur scire, vt in cap. j. de postulat. prælat. & in regula, præsumitur. cum ibi nota. in vj. sed hæc dixit Pet. quod non est repellendus, nisi probetur non soluisse, per not. per Innoc in cap super his, de accusat. & in cap. proposuit, de cler. excomm. administrante debet enim excipiens probare, quod sit impleta conditio ad hoc, vt sit locus sententiæ latæ sub conditione, & hoc sequitur dom. Cardi. Ego autem puto dictum Pet. & dom. Card procedere. quando opponens ad vtilitatem propriam opponit, quod nõ soluerit charitatiuum subsidium, secus si ad vtilitatem publicam opposuisset, nam tunc non incumberet probatio opponenti, quod non soluerit, immo replicanti, quod soluit, vt dicit Bart. in l. illa stipulatione, de verborum obligatio. hunc tamen articulum plenius disputant Domini de Rota, vbi supra.

De diuortijs. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium quid sit, & quare sic dicatur.*

¶ Viso qualiter matrimonia coniungantur, & accusentur, videamus qualiter dissoluantur, & sic de diuortijs, quæ fiunt quandoque ad vinculum, quandoque quo ad mutuã seruitutem tantum, vt infra patebit. de materia habetur. 27. quęst 1 & 2 & 32. quæst. 6. & 7. & 33. quæst. 2. & 35. quæst. 6. ab illo & duobus capitulis sequen & quæst. 9. per totum. & dic,
1 quod † diuortium dicitur viri a muliere, & mulieris a viro legitima separatio, secundum Goff. in summa. & iden dicitur legitima separatio, quia quos Deus coniunxit, homo non separat, scilicet violenter, siue lege absque ratione, non enim homo separat, quos pęna damnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat. ita dicit tex. 33. quæst. 2. quos Deus. & dicitur diuortium a diuersitate mentium, quia illi qui matrimonium distrahunt, in diuersas partes eunt, vt dicit tex. in l. secunda. ff de diuort. & de causis diuortij vide Goff & Hostien. in summa. Sequitur capitulum, si qua.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium necessarium non priuat spe coniugij, sed machinatio in mortem coniugis.*
2 *Homicidium causa defensionis non imputatur ad culpam.*
3 *Machinator propter machinationem in mortem coniugis priuatur spe coniugij.*
4 *Vir an teneatur cohabitare cum vxore, quę insidiatur sibi.*
5 *Crimina quę sint priuantia spe matrimonij.*

6 De-

6 Delicta quæ impediunt matrimonium contrahendum non dirimunt iam contractum.
7 Machinatio vt impediat matrimonium, oportet quod habeat effectum.

CAP. PRIMVM.

1 SIqua. †Homicidium necessarium nõ priuat spe coniugij, sed machinatio in mortem coniugis, hoc dicit.

2 Nota primo, quod† homicidium causa defensionis non imputatur ad culpam etiam quo ad pœnitentiam imponendam, ad hoc tex. cum glo. in clem. si furiosus, de homic. & vide omnino glo. 23. q. 8. in summa.

Nota secũdo, quod propter machinationem in mortem
3 coniugis priuatur † machinator spe coniugij, vnde post mortem coniugis non poterit machinator cum altera matrimonium contrahere, sed qualiter hoc intelligatur, dicam infra.

4 Sed quæro, an in casu huius cap. cogatur † vir cohabitare cum vxore, quæ sic insidiatur sibi. Hostien dicit, quod si non potest refrenari, potest eam eiicere, ex quo nulla cautione potest succurri, & petenti restitutionem obstabit hęc exceptio, de restit. spoliat. ex literis, in fi. & hoc sequitur Ioan Andr. & Butr. & domi. Cardin. & Abb. Sicu. qui dicit idem esse in viro prosequente vxorem odio capitali. & per illum text. dicit, quod etiam per iudicem poterit separari matrimoniũ quo ad mutuam cohabitationem, & dicit illum tex. notandum in fi. quia nescit alibi, bene facit cap. de benedicto. 32. quæst. 1. vbi dicitur, quod facienda est restitutio vxoris, quando vir petit eam sine dolo, & ibi etiam est bona glos. remanebunt tamen maritus, & vxor, donec vixerint, nec aliter poterit contrahere matrimonium altero viuente, vt infra cap. prox. & 32. q. 7. ille qui.

In glo. prima ibi, nisi in casibus. Abb. Sic. dicit, quod hæc glo. non recte excipit a præcedentibus, quia glo. super locuta est de homicidio necessario, sed iura allegata in exceptione loquuntur de homicidio voluntario, scilicet quãdo quis voluntarie interfecit vxorem. sed Abb Sic. non bene considerauit glo. nam primo locata fuit de homicidio necessario postea de voluntario, scilicet quando quis voluntarie interfecit vxorem. ibi, & homicidium nõ impedit matrimonium contrahendum, & ab illo glo. fecit exceptionem, vnde glos. bene dixit, & est sensus glo. quod propter homicidium voluntarium quis non priuatur spe coniugij, nisi in casibus ex-
5 ceptis. quæ autem sunt crimina priuantia † spe coniugij, dic vt per glos. in cap. 2. infra de pœnit. & remiss. & in §. de pœnitentibus. 33. quæst. 2. & per Hostiens. in summa, de matrimo. §. sunt & alia quædam, & sequen. & de sponsal. §. fin. versicu. item decano.

In glo. fi. dic, quod regulariter quis punitur, licet non perfecerit delictum, ex quo peruenit ad actũ propinquum, nec per eum stetit, quin delictum perficeret, de pœnit. distinct. 1. si quis cum telo. & cap. si quis, non dicam rapere. de quo dic, vt per glos. & Bart. in l. qui ea mente. ff. de furt. & per Cyn. & Doct. in l. si quis, non dicam rapere. C. de episc. & cler. & plene per Abb Sic in c. j. de do. & contum.

6 In ead. glo. in fi. no. ex glo. quod † delicta quæ impediunt matrimonium contrahendum, non dirimunt iam contractum, quod intellige nisi in casibus expressis, vide quod dixi in cap. j. de conuer. infid.

Extra glo. scias, quod Hostien. hic dicit esse casum contra Goffr. qui dixit solam machinationem sine adulterio non dirimere matrimonium postea cum interfectore contractum, nam si sola machinatio tollit beneficium huius coniugij, & cuiuslibet alterius, vt hic contra id, quod habetur in cap. fin. de sponsal. fortius debet dirimere matrimonium inique contractum. sed dom. Cardin. & bene dicit, quod hoc cap. non facit contra Goff. quia hic non punitur mulier propter machinationẽ, sed propter homicidium, cui dedit causam, nam ad hoc vt propter machinationem impediatur
7 contrahere matrimonium, oportet quod † machinatio habeat effectum, & quod maritus ex machinatione vxoris vere interficiatur, vt in cap. super hoc, & in cap. fin. supra de eo qui duxit in matrimo. quam poll. & talis machinatio impedit, & dirimit matrimonium, vt in dictis iuribus. non ergo hic punitur mulier, eo quod fuerit machinata in mortẽ mariti, quia machinatio non habuit effectum, sed punitur propter homicidium, cui ipsa dedit causam, & tale delictum solum impedit, sed non dirimit matrimonium, vt dicit hæc gl. & sic intellige illud capitulum.

SVMMARIVM.

1 Coniuges non separantur, nisi spiritualiter fornicentur, & tunc durant etiam coniuges, licet sint separati.
2 Delictum nullum præter fornicationem committit separationem matrimonij etiam quo ad thorum
3 Coniugum appellatione veniunt etiam coniuges separati quo ad thorum.
4 Lex, vel statutum loquens de vxore, habet locum in viro.
5 Statutum quod venditor teneatur ad pœnam non soluendi gabellã de re vendita extenditur etiam ad emptorem.
6 Vxor an possit petere separationem quo ad mutuam cohabitationem, si maritus vult eam ducere ad peccatum mortale.
7 Fornicatio ad carnalem, & spiritualem refertur.

CAP. II.

1 QVæsiuit. † Coniuges ob alterius crimen non separantur, nisi spiritualiter fornicentur, & tunc durant coniuges, licet sint separati, hoc dicit. Tria sunt dicta. secundum ibi, verum. tertium ibi, iniuriis.

2 Nota primo regulam, quod qualecunque † delictum committat alter coniugum, non posset reliquus ob hoc, agere ad separationem matrimonij etiam quo ad thorum, fallit in fornicatione, siue sit fornicatio carnalis, vt infra eod. significasti, & cap ex literis. siue spiritualis sit, quia incidit in hæresim, de quo vide, quod leg. & not. in c. fi. de conuer. coniu. An autem propter vitium sodomiticum uiri possit vxor petere separationem thori, vide glo. 32. quæst 6. omnes causationes. & per Innoc. & Doct. in cap. j. & in cap. maritus, de adulter.

3 Nota secundo, quod appellatione † coniugum comprehenduntur coniuges separati quo ad thorum, facit ad statutum dicens, quod coniugati gaudeant certo priuilegio, vel quod aliquid teneantur facere, tenebuntur, dato quod sit thorus separatus.

4 Nota vltimo, quod † lex, vel statutum loquens de vxore, habet locum in viro. & sic statutum super vno de correlatiuis habet locum in reliquo, vt in l. 2. C. de indi. uid. & ibi per Bart. & Doct. in l. 1. C. de cap. & in l. fin. ff. de accep. & in auth.
5 qui semel. C. quomo. & quan. iud. facit ad † statutum disponens, quod si venditor non soluerit gabellam de re vendita teneatur ad certam pœnam, nam illa pœna extenditur etiã ad emptorem, ex quo sunt vniformiter correlatiua, secus si non essent vniformiter correlatiua. & hoc dicit Bart. in d. authen. qui semel. C. quomodo, & quando iud. & Bald. in l. nemo. C. de sacrosanct. eccles. facit l. cum emptor. ff. de rescind. vend. & 32. q. 1. si quis vxorem. de quo vide do. Dominicum in cap. j. de temp. ord.

In glo. in verbo, Italiæ. super secunda regula extẽsionum.

Sed quæro, quid si maritus vult inducere vxorem ad mortale peccatum, & sic ad aliud delictum quam hæresis, nun-
6 quid vxor † possit petere separationem quo ad mutuam cohabitationem. Innoc. sentit hic, quod sic, & remittit ad no. infra eod. quanto. In contrarium facit, quod no. glo. 28. q. 1. vxor. sed pro opin. Innoc. videtur tex in cap. idolatria. 28. q. 1. Abb. Sic. dicit, quod satis potest dici, quod si nõ potest compesci a tali violentia, poterit fieri separatio, nam est præsumptio cuiusdam infidelitatis, quando persistit coniunx in trahendo coniugem ad delictum, nec ab hac graui. potest compesci. & hoc probatur aperte in dicto cap. idolatria.

In glo. prima pondera ipsam, quia ęquiparat fornicationem carnalem, & spiritualem respectu fornicationis separationis matrimonij. quidam tamen dixerunt, quod propter fornicationem spiritualem fit separatio tantum quo ad mutuam seruitutem, sed non quo ad debitum copulæ, quia nõ obstante fornicatione spirituali remanent obligati ad debitum copulæ coniugalis, quia cum Deus dixit vxorem non dimittendam, excipit solam fornicationem carnalem. sed Hostien. dicit hanc opinionem esse erroneam, quia excipit
7 † fornicatio nõ facta distinct. inter carnalem, & spiritualem. Matth. 19. Ergo indistincte debet intelligi, argum. de priuil. quia circa. Item sancti & Apostoli viri suor. interpretati, hoc intelligendum etiam de spirituali. 28. q. 1. vxor. & c. sequen. & infra eod. de illa, & de conuer. coniug cap. fin & eorum interpretationi necessario stare debemus, qui fil. sint legit. per venerabilem. versic. rationibus, & de celebrat. miss. cum Marthæ. §. j. & de conuer. coniu. ex publico, & cap. ex parte. Item in fauorem fidei expedit sic sentire, alias timeri posset, quod infidelis contentus de solut. debiti non curaret ad fidem reuerti, quia facilius inducetur, si videbit se debito fraudatum,

Infra eodem, gaudemus. & istam opinionem sequitur Ioan. And. But.& domin. Cardin.& Abb.Sic. qui dicit hoc dictum Hostiē. esse multum notandum, videlicet, quod etiam in materia pœnali verbum generale intelligitur largo modo, vbi dispositio tendit in fauorem fidei. pro hoc vide glo.no.in capit. sciant, de electio.in 6. quæ dicit, quod dispositio tendens in fauorem ecclesiarum censetur fauorabilis, & debet extendi etiam in materia pœnali, dum tamen verba patiantur. Sequitur capitulum, porro.

SVMMARIVM.

1 *Vir non potest dimittere vxorem sine iudicio ecclesię.*
2 *Vxor non potest dimitti sine sententia diuortii.*
3 *Officium inquisitionis cessat accusatore apparente.*
4 *Iudex potest procedere ex officio in causa criminali.*
5 *Parentela quę non sit in primo, vel secundo gradu, non est de facili notoria.*
6 *Forma, vel grauitas est seruanda in causa dissoluendi matrimonii.*
7 *Sententia nedum, sed etiam citatio requiritur in notoriis.*
8 *Sententia diuortii est pœna.*
9 *Vxorem relinqui iubet Deus vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspitio.*
10 *Dotem lucrandam propter fornicationem Deus non iubet, nec permittit.*
11 *Notoria parentela excludit agentem possessorio recuperanda, sicut & notorius defectus tituli.*
12 *Notorium iuris, & presumptionis, idem significant.*
13 *Verba publica, & notoria, qualiter intelligantur.*

CAP. III.

1 PORRO. † Vir non potest dimittere vxorem sine iudicio ecclesiæ etiam propter impedimentum parentelæ notorium, & si fama defert impedimentum coniugi etiam nemine opponente, episcopus potest inquiri, & si impedimentum est notorium, potest ex suo officio matrimonium separare. duo sunt dicta. secundum ibi, præterea.

2 Nota primo, quod quis non potest † vxorē dimittere, quantumcunque impedimentum sit notorium absque iudicio ecclesiæ. & sic debet expectari sententia diuortij post notorium. & dicit Abb.Sic. esse multum notandum, quia nescit alibi. & dicit, quod potest esse ratio, quia multa dicunt notoria quæ non sunt, vt in cap. consuluit, de appellatio. ideo non debet tantum sacramentum ex sola opi. coniugum credendum forte iniuste impedimentum notorium. Sed nunquid propter adulterium notorium possit vir propria auctoritate absque iudicio ecclesiæ expellere vxorem. glo. tenuit quod sic, in cap. fin. de adulter. sed But. ipsam repræhendit dicens, quod licet possit denegare debitum, non tamen potest propria auctoritate de domo expellere, pro quo facit iste tex. sed de hoc, vt ibi per Doct.

Secundo nota ibi, non apparentibus accusatoribus, &c.
3 quod apparente accusatore cessat † officium inquisitionis. & sic est remedium subsidiarium, de quo in capi. qualiter, & quando, de accusat.

4 Nota tertio, quod † iudex potest procedere ex officio in causa matrimoniali, dato quod stricte non sit criminalis, de quo per Innocent. in capitulo, ad nostram, el secondo, de iureiurando.

5 Nota quarto, quod de facili † parentela non est notoria, nisi in primo, & secundo gradu. & ratio est, secundum Host. & Ioā. And. quia fratres, & filij fratrum euidenter se vicinis ostendunt, vlterius vero non sit, vt paret de consanguinit. & affini. non debet. dicit etiam Ioan. And. quod quando fama est de aliquibus, quod attinent primo, vel secundo gradu, & ipsi fatentur, & iurant, potest iudex sine calumnia dirimere matrimonium etiam sine alia probatione 35. quęst. 6. si duo. & remittit ad no. de despon. impub. attestationes. & in cap. super eo, de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ, in quibus dixi.

Nota vltimo, quod quando agitur de dissoluendo ma-
6 trimonio, debet procedi seruata † forma, alias grauitate. & exponit Ioan. Andr. in quo debeat seruari illa grauitas, scilicet vt præmittatur denunciatio, & ne de facili reputetur notorium, quod est occultum, vel econtra, de rescrip. cum contingat. & de appellationib. consuluit. & quod iudex non sit promptus ad matrimonia separanda, de testib. licet ex quadam, in fine.

Sed quæro de intellectu tex. ibi, cognatam. Hostien dicit, quod accipitur hic pro consanguinea vxoris defunctæ, & sic accipiunt Legistæ ff vnde cogn. & Instit. de success. cogna. vel dicit Hostien. quod potest intelligi, iuxta vulgare, quia forte fuerat vxor fratris vxoris defunctæ, vel fuerunt prius vxores duorum fratrum, idest vxor defuncta, antequam contraheret matrimoniū cum isto Comite, fuerat vxor alterius viri præmortui, & ille vir fuerat frater viri istius mulieris, cū qua iste Comes secundo contraxit, & sic hæc secunda vxor, & vxor defuncta fuerant vxores duorū fratrum. & sic iste Comes allegabat secundum, vel tertium genus affinitat. quod tunc habebat prohibitionem. hodie autem non, vt in cap. non debet, de consangui. & affin. & ibi vide, quod dicatur primum, & secundum, & tertium genus affinitatis.

In glo. prima. diuide eam in duas partes.

In prima colligit argumentum ex tex. & contra illud opponit, & soluit.

In secunda assignat duplicem rationem tex. secunda ibi, & est ratio.

7 In prima parte glo. Ioan. And. dicit, quod nedum † sententia, sed etiam citatio requiritur in notoriis, & hoc tenuit gl. in cap. ad nostram, el tertio. de iureiuran. & in cap. penult. de purga. cano. sed dom. Iac. dicit, quod consueuit hoc limitari, nisi constaret iudici nullam defensionem parti competere, nam tunc posset in notoriis ferri sententia absque citatione, allegat glos. in cap. cum olim, de re iudic. in versicu. licet absente. sed illam glo. deducit Abb. Sic. cuius fuit discipulus, nam Abb. Sic. facit magnum festum de ea in capit. nostra, de cohabit. cleric. & mulier. & in dicto cap. cum olim. vbi dicit illam glo. singulariter notandam, quia limitat alias glos. quæ communiter dicunt, quod in notoriis requiritur citatio, nisi illæ glo. debent intelligi, nisi in absentia absque aliqua citatione possit de facto liquido constare, ita quod cōstet, quod absenti nulla competit defensio, & sic dicit intelligendum cap. fin. de offic. deleg. in vj. vbi innuit, quod conseruator sc. Apost. tenetur citare, & tamen non procedit, nisi super notoriis, vt in cap. 1 eod. tit. & lib. & sic reducit ad concordiam Innoc. nam in cap. tua, de cohab. cleric. & mulier. dixit semper in notorio requirit citationem, & quod alias sententia est nulla. sed contrarium dixit in cap. quanto, de transla. prælat. & dicit, quod etiam ita debet intelligi Innocen. in capit. ex insinuatione, de appella. vbi dixit, quod in facto notorio, quod ex actis colligitur, potest iudex procedere etiam parte absente. & dicit, quod idem sentit Archid. 2. quæst. 1. in ca. quia Lotharius. & est tex. notab. iuncta glo. & ibi per Barto. in l. a. §. quod de frumentaria. ff de administr. rerum ad ciui. perti. & dicit, quod de hoc est tex. notabilis in cap. bonæ, el primo. & in cap. venerabilem, de electio. vbi sine citatione proceditur in facto notorio, in quo nulla poterit defensio competere, & sic est intellectus Hostiē. qui dicit, quod in examinatione non requiritur ordo iuris in notoriis, vt in iuribus alleg. in glo. nisi fiat ad cautelam, vt supra de electio. bonæ, el primo. §. econtra. vel nisi sit notorium in vna terra, & non in alia, quo casu dātur octo dies ad probandum, & si probatum non fuerit, non reputatur postea manifestum, de senten. excomm. solet. §. j. lib. vj. dic obiectionis in octo diebus nō computato, vt in cap. pia, de exceptio. in vj. In sententiando vero semper est seruandus ordo iuris, vt in cap. sacro, de sent. excomm. & in cap. cum speciali, de appell. & ff. ad leg. Aquil. & l. proinde, in fi.

Sed dom. Cardin. in prima oppositio. & bene dicit, quod terminus octo dierum habet locum in casu dicti capitu. soler. In aliis autem vbi non est expressum de certo termino stabitur arbitrio iudicis, vt in cap. j de dilat.

Item inquantum dicit Hostien. quod quo ad sententiam seruatur ordo iuris in notoriis, dic, quod non requiritur citatio peremptoria, sed sufficit vnica citatio ad sententiam etiam non peremptoria, vt no Doct. in dicto capitu. ad nostram, el secondo, de iureiuran. & videtur probari in clem. sæpe, ad finem. iuncta glo. in verbo, non peremptoria. de verbor. signific. qui dicit, quod in causis, in quibus ordo non debet seruari, requiritur trina citatio ad sententiam audiendā, vel vnica peremptoria, sed in causis quæ agitantur summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij sufficit vnica citatio ad sententiam etiam non peremptoria, vt est tex. in dicta clem. sæpe, ad fin. vnde fortius in notoriis debet sufficere citatio non peremptoria, quia minor ordo iuris requiritur in notoriis, quam in causis, quæ agitantur de plano sine strepitu, & figura iudicij, vt patet ex no. in clem. sępe, de verbor. signif. & in d. c. ad nostram, el tertio. de iureiur. & in c. vestra, de cohab. cler. & mulier.

Item inquantum dictum est supra, quod requiritur sententia in notoriis, dic, quod non requiritur solennis sententia, de qua in cap. fin. de re iudic. in vj. sed non solennis sufficit vt ibi, & per Abb. Sicu. in dicto capit. nostra, in fine commen.

& sic

& sic debet intelligi Inn. in c. ex parte, de verb sign. vbi dicit, quod in notorio non est necessaria sententia solennis. In secunda, quod videtur esse contra multa iura. nam debet intelligi quod non est necessaria sententia solennis. In secunda parte gl.
8 do Card. dicit hanc glo singulariter notandam quod † sententia diuortij est pœna, & hoc procedit tamen cum, quando fertur propter fornicationem carnalem, & spiritualem. alias sententia diuortij est potius sententia quam pœna. vult dicere iudicio meo, quod quando fertur propter fornicationem est pœna amissionis dotis, vel donat. propter nup. sed quando non ob fornicationem non est pœna, quia tunc non agitur, nisi ad separat. matrim. hæc tamen gl loquitur, quando agitur ad separationem matrimonij propter impedimentum affinitatis, quia loquitur in casu, in quo loquitur tex. & intelligendo gl. in casu tex probabit, quod vbi agitur ad cassationem actus, & non ad aliam pœnam, nihilominus sententia censeatur pœnalis, sed intelligendo, sicut quod intelligit do Card colligitur. contrarium s. quod vbi imponitur alia pœna, quam cassationis contractus, vel actus censeatur sententia pœnal. sed vbi alia pœna non infligitur quam cassat. vel annullationis contractus, seu actus, non censetur sententia pœnalis. & hoc tenuit Ioan. And in c. h. de elec in vj de q o dicitur ibi per D. Dominicum sed in quantum gl. dicit, quod requiritur sententia diuortij Host. dicit quod communis opi. habet, quod etiam propter fornicationem non licet viro relinquere vxorem, nisi prius sententia lata sit. ipse tamen dicit, quod quo ad debitum carnale dicitur sententia lata a iudice iudicum, i. a Deo qui
9 iubet † vxorem relinqui vbicunque est fornicatio, vel fornicat. suspicio, quod debet intelligi, quando suspicio transit in violentam præsumptionem, vt dixit glo 32 q. 1 dixit dñs. alias si non reconciliat. & scienter cognosceret puniendus est. eadem q si quis vxorem, & c seq sed quo ad aliam mutuam seruitutem potest eam dimittere, quod non tenetur. hoc enim permisit dominus, & non iussit 32. q 7 c. i & 4. & c apostolus, & c. seq. & de eo qui cog consan. vxo suæ discretionem. ver. nam si. & quantum ad hoc non est ad alium iudicem recurrendum quia semel est concessum ff de condi. indeb. l quæ sub condit. §. si & 28 di c de his, & si in contrarium pronunciaretur non valeret sententia d c de his, & 11. dist inferior dicit tamen, quod ecclesia audiet mulierem, donec de adulterio fiet fides, vt infra ca. seq quia ecclesia non iudicat de occult vt in c. tua, in fi. de simo vir autem aut ipsam reconciliabit, aut ex quo certus est de fornicatione sustinebit excommunicationem, ut in c in quibusdam, de sent. excom & in c. literas de resti. spo. & in c. si vir. de adult nota bene, quia Host extendit illa iura ad fornicat. & sic illa iura habent locum etiam, quando alter ex coniugibus commisit adulterium, quod alter non vult remittere, quod nota.
10 Quantum vero ad lucrandam † dotem, dominus nec iubet nec permittit, quia de hoc non loquitur, ideo ad iudicem recurrendum est, vt infra titu prox plerunque, & dicit Host se notasse plenius in summa, de adul § quæ pœna. ver sed nunquid fieri. & sequentibus sed But. dicit, quod opi Host habet locum, quando vir vult dimittere vxorem propter fornicationem, ille autem tex. quando propter defectum vinculi matrimonii.

In gl ij. Inno dicit, quod licet maritus non debeat dimittere vxor. pro quacunque consanguinitate etiam notaria, tamen debitum denegare debet, & iudex nisi notorium est non debet restituere, quo ad thorum, vt infra c prox & d ca. literas, sed
11 videtur, quod non sit facienda restitutio aliquo modo. quando † parentella est notoria, quia notorius defectus tituli excludit agentem possessorio recuperandæ, vt in c. ad decimas. de restitu spo in 1 j & in c seq vbi adulterium mulieris notorium repulit ipsam petentem virum sibi restitui. & ibi dicit Inn. hoc procedere, nedum in causa matrimoniali, sed in quacunque alia causa. hoc contrarium consueuit reputari difficile, & soluitur vario modo per modernos.

Primo modo, quod iste tex non dicit exceptionem notorii defectus non obstare agenti possessorio recuperandæ, sed dicitur. quid maritus non debet dimittere vxorem sine iudicio ecclesiæ etiam propter parentelam notoriam. nam si bene ponderetur tex. hic non excipiebatur de parentela notoria, & sic aut quæritur, an propter defectum notorium quis possit propria auctoritate dicere sibi ius, & non potest, vt hic, aut quæritur, an si de facto dicat sibi ius aduersarius debeat restitui. & dicendum est, quod non, vt in contrarius.

Secundo modo soluitur, quod parentela ob matrimonio, quo ad carnalem copulam non autem quo ad mutua seruitia: nam potest habere mulierem, & sororem eius quam non potest habere vxorem, vt in c consultationem, supra de frigidis, & sic hæc exceptio non concludebat ex toto defectum proprietatis, nam matrimonium habet sua essentialia ante to naturali iure, & ecclesiæ opus. ex quo matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, & sic ecclesia non excludit ex toto notorium, non excludit defectum matrimonii, quia propter adulterium non soluitur vinculum matrimonii, immo etiam post separationem thori durant coniuges, vt in c. præcedenti, & tamen notorium adulterium impedit restitutionem, ut in c seq sed dic, quod adulterium notorium priuat execut. matrimonii, & sic concernit priuationem possessionis, vnde repellit petentem se restitui si est notorium, sed parentela notoria non concernit defectum possessionis, quia possunt stare, vt frater, & soror, licet debeat denegari copula carnalis, vt dicit glo.

Tertio modo soluitur, quod hæc loquitur de notorio præsumptionis. quod certitudinaliter probari non potest. quia parentela non probatur, nisi per præsumptiones, ut vidistis supra qui fil. sint legit. transmissæ sed contrarium loquitur in notorio facti, quod clare probari potest. & licet Butr. teneat illam opi Abb Sic ipsam reprehendit, quia notorium præsumptionis sufficit ad dissolut matrimonii, sine alia probatione, vt patet hic, in fine c. & ideo debet repellere coniugem a petit. restitutionis & ideo Abb. Sicu tenet solut præcedentes, & mihi placet illud, quod dicit Abb Sicu. pro quo facit, quod no Inno in c. seq ubi dicit, quod notorium iuris impe
12 dit restitut. & tamen † notorium iuris, & notorium præsumptionis idem significant. sed de isto articulo, an agenti possessorio recuperandæ, seu petenti se restitui ob. exceptio notoria ita quod propter ipsam denegetur restitutio, dic ut plene habetur in cap in literis, de restit spol & in c. fi. de cau possess & propriet & vtrobique per But & in c a. conditur. de fil. presby. & per Dom. Dominicum in c. ad decimas. de restitu. spol item intellige istum tex & supradicta quando matrimonium fuit contractum in facie ecclesiæ, vel postea per ecclesiam fuit approbatum, secus si esset contractum contra interdictum ecclesiæ, nec postea per ecclesiam esset confirmatum. nam tunc ecclesia neutrum tuetur in possessione. pro hoc §. de matrimonio contracto contra interdic. eccle. per totum, & hoc tenet Alanus, Vince Hostien. & communiter Doctor.

In glo in ver. publica dicit Ioann. And. quod si sola fama est etiam de vlterioribus gradibus vltra primum, & secundum, potest episcopus ex officio inquirere, & cogere eos qui nouerunt veritatem testificari 35. quæst 6 episcopus in sinodo, & de testi cogen. præterea, & de offic. ordin. c 1 & ij quæst. j. Deus omnipotens, & qui hoc scit debet denunciare de cogna spirit. cap tua nam secundum Host. pertinet ad officium episcopi pro matrimonio stare, vt infra eo ex literis, & colludere volentibus resistere, vt in c. super eo, de eo qui cogn consan. vxor suæ. & illicitum coniugium etiam coniugibus inuitis dirimere, & veritatem inquirere, de spon. licet, & in c cum in tua.

Circa gl quæro, quia tex dicit publica, & notoria, qualiter
13 intelligantur hæc † uc. ba. dom. Cardin dicit, quod quandoque hæc accipiuntur pro eodem, sed proprie accipiendo distinguitur inter publicum, & notorium, vt in c vestra, de cohabita. cler. & mulie sed Inno. exponit literam ibi notoria, i. publica fama, & dicit, quod aliter non potest esse notorium, & ita habetur in aliquibus libris, in aliis vero libris habetur. alias vix potest esse notorium, & hoc modo melius stat, quia parentela potest esse notoria, ut hic patet in fi. literæ, & hoc dicit Host. debet ergo dicere Inn alias vix potest esse notorium. illud enim quod vix sit tamen fit, de cogna spirit c ij in 6. & hoc est uerius secundum dom. Card quia potest esse notorium, sine fama, de quo se remittit ad ea. cum oporteat, infra de accu & ad c. vestra. de cohabita cleric. & mulier sed dic, quod in primo, & secundo gradu parentela non potest esse notoria, sed in vlterioribus gradibus vix potest esse notoria & hoc probat tex. in fi. ex quo nota, quod licet parentela probetur ex præsump puta ex communi tractatu, vt dixi in ca. transmissæ, qui fil. sint legit tamen potest esse notoria & appellatur notorium præsumptionis, seu notorium iuris.

Vltimo opponitur contra tex. in eo, quod mandat super inductam excommunicari, & tamen non apparet eam fuisse in iudicio, quod est contra c. ecclesia. de consti. & de maio & obed inter quatuor Vin. soluit, & intelligit quod super inducta fuit conuicta, uel saltem tacita. simile septima quæst. 1 præsentium & c. cum qui, & secunda quæstio 1. in primis, & 3. q. sexta hoc quippe.

SVMMARIVM.

1 *Vxor petens restitutionem viri repellitur si notorie fornicata est.*
2 *Incestus crimen contrahitur cum consanguineo viri, sicut cum consanguineo proprio.*

3 *Vir non debet dimittere vxorem, licet sibi suggeratur, quod commiserit adulterium.*

4 *Modus probandi notorietatem adulterij.*

5 *Exceptio notorij adulterij petenti restitutionem obstat.*

6 *Restitutio denegatur ante causam finitam si agitur petitorio, etiam si sit notorium. & an restitutio sit petenda ante litis contestationem.*

7 *Causa criminis est separata a possessione.*

8 *Replicatio de adulterio viri, quando admittatur, si vir opponit contra mulierem adulterium notorium.*

9 *Replicans debet audiri, quando vult probare.*

C A P. VIII.

1 Ignificasti. † Repellitur vxor petens restitutionem viri si notorie fornicata est, & maritus continuit. communis diuisio. Secunda ibi, super quo.

2 Nota primo, quod crimen † incestus committitur cum consanguineo viri, sicut cum consanguineo proprio, sed quod dicatur incestus, vel adulterium, vel stuprum, vel raptus, vel similia, vide opt. tex 36 q. j § cum ergo.

3 Nota secundo quod non debet † vir dimittere vxorem, licet sibi suggeratur, quod ipsa commiserit adulterium & ratio est secundum Host. quia non debet esse nimium. 86. dist. si quis debemus enim esse faciles ad credendum bonum de proximo & difficiles ad credendum malum, de quo vide pulcram gl. 23 q 4 quam magnum vnde dic, quod vir non potest dimittere vxorem propter adulterium nisi certum sit de adulterio vel nisi sit violenta præsumptio, vt in c. dixi 32 q j ubi bona gl. propterea iste maritus, de quo in tex. fuit iuste excommunicatus.

4 Nota tertio † modum probandi notorietatem adulterii, puta si probatur, quod postquam discessit habuit filios. vnde tex. in Au. h. de resti. & ea quæ parit vndecimo mense § virum collat. 4. c. ii, quod si vxor pepererit filium xi. mense postquam discessit a marito dicitur notorie commisisse adulterium ad idem l. intestato. prope fi. ff. de suis. & legi. vbi dicitur, quod si quis nascitur post x menses post mortem defuncti non admittitur ad legitimam hæreditatem, tanquam filius, quia præsumitur natus ex adulterio. & nota. quod ille text. dicit post x menses, quam debet intelligi finitos, vt quia nascatur in xj. mense, vt dicit auth præall.

Nota quarto, quod vxor non excusatur ab adulterio eo, quod a viro relicta adulterium perpetrauit non enim prætextu paupertatis debet incurrere in tantam ignominiam, vt in l. palam § non enim. ff. de ritu nup. Quare autem paupertas excuset aliquando a furto, sed non ab adulterio dic ut in c. 3. infra de fur.

5 Nota vltimo, quod petenti restitutionem obstat † exceptio notorii adulterii. & hoc est, quia concernit executionem matrimonii, & sic possessionem, quia adulterium non separat vinculum matrimonii, vt in c. ij § eo. sed priuat solum executione thoro, quia debet thorus separari & sic non obstat ca. præcedens, vbi latius dixi. Inno autem hic dicit, quod siue agatur petitorio, siue possessorio iuste denegatur restitutio, cum adulterium est notorium in tantum, quod tergiuersari non potest, puta, quia supersunt testimonia septantia super tertam, i filii nati ex adulterio 28 dist. priusquam dicit etiam Inno. hoc non esse speciale in matrimonio, sed quod vbicunque est notorium facti permanentis quale est hic cum filii permanent, quia notoriam incontinentiam ostendunt, vel si est notorium iuris, nunquam facienda est restitutio, & sic dicit posse intelligi lex. dolo facis ff. de excep. dul.

Nota bene hoc dictum Inn quod ista exceptio dolo facis petere mox, quod restituturus es, de quo in d. c. dolo facis, tunc admittitur, quando constat notorie, vel per notorium facti, vel per notorium iuris petentem iniuste petere, quod nota. dicit etiam Ion quod hoc debet intelligi, quando est notorium iudici, vel etiam aliis, & non iudici, si tamen habet paratas probationes, de resti spo. literas Si autem neutrum horum subest, sed petit diffusum terminum ad probandum, non denegabitur restitutio, & dicit do. Car. in 3 oppo quod hæc dicta Inn multum faciunt pro intellectu c. constitutus, de fil. presby. sed tu aduerte inquantum. Inno. dicit quod siue agatur petitorio, siue agatur possessorio, obstat exceptio notoria hoc non videtur verum inquantum Inn. dicit de petitorio: Nam si agatur petitorio etiam si sit notorium debet dene-

6 gari † restitutio ante causam finitam, quia imputetur ei quare egit petitorio, vt dicit Ion hic in ver constaret sed solue, quod aut ille pro quo facit notorium agit petitorio, vt dicit & hoc casu non debet fieri restitutio, nisi post diffinitiuam sententiam latam super petitorio: imputandum enim ei est quare egit petitorio, vnde hoc casu poterit aduersarius opponere exceptiones etiam non notorias, ut ibi dicit Innoc. aut aduersarius qui spoliauit agit petitorio, sed reus petit se restitui, antequam audiatur super proprietate, & hoc casu debet dari restitutio, nec admittitur exceptio contra petentem se restitui, nisi notoria, & ita intellige hic Inn.

Verum autem reocatus petere restitutionem ante litem contestatam super petitorio, dicit per gl. in c. ex conquestione, de restit. spol. & ibi per Doc. Secundo oppo & videtur, quod contra petentem se restitui non obstat exceptio etiam adulterii etiam

7 notorii, quia separata est † causa criminis a possessione, vt in l. si maritus ff. de dona. inter virum & vxor. & in c. item cum quis § de resti spo. Gosf. vt refert Ioan. And. notauit hic, & in c. ex literis, de eo, qui duxit in matr. quod loquitur de adulterio, quod secutum est spolia per quod sibi præiudicat mulier in restituti consequenda. adulterium vero præcedens non obstaret, vt in contrariis sed do. Card. tenet, quod idem sit siue adulterium præcedat, siue sequatur spolia quia maritus potest eiicere vxor. propria auctoritate propter adulterium notorium, vt dicit glo. in c. fi. de adulte sed an illa gl. sit vera sunt opi. de quibus dic vt ibi. Ad contrarium autem respondet do. Cardin quod est verum, quod separata est causa criminis a possessione, nisi crimen sit notorium, & sic c. ex literis, & c. item cum quis, § de restitu spol debent intelligi, nisi notorie constet illum esse prædonem, & opi do Card. videtur sentire Ab. Sic. in vltimo notabili, & mihi placet quod ista exceptio concernit execut. matrimonii, & priuat adulterum, quasi possessione maritali, vt in c. fi. de adulte. nec est ratio differentiæ, an committat mulier adulterium postquam est repulsa, an vero ante, quia est par delictum, & idem concernit ergo &c.

In glo. 1. diuide eam in duas partes.

In prima oppo. in secunda quærit, & respondet. Secunda ibi sed pone. In prima parte ibi, nisi eam inuitam Ioan. And. dicit idem si maritus tradidisset eam volentem adulterari alteri, & hoc probatur in d. c. discretionem Sed Abb. Sic. clarius distinguit, dicit enim, quod aut maritus dat vxori causam adulterandi immediatam, puta quia eam siue dolentem siue inuitam inducit ad adulterium committendum, & tunc non potest adulterium dicere, & sic intellige iura alleg in princ. gl. non tamen per hoc excusatur mulier a pœna legis, immo vterque punitur, vt in l ij § si publico ff. de adul aut præstitit causam mediatam, siue remotam, puta, quia eam dereliquit vel in necessariis non prouidebat, & tunc potest sibi obiicere adulterium, vt hic & in c. seq & hoc sentit glo. in d. c. si tu abstinens, sed vide ea quæ dixi in d. c. discretionem, de eo qui cog. consan. vxoris suæ.

In secunda parte gl. no ipsam, idem tenuit gl. 3 in c. a literas, de resti spo & in c. intelleximus, in gl. j. § de adult. & Spe. in tit. de spon § fi. ver j & seq.

In ea gl. in fi. no hanc q & ratio decisionis est, quia vltima mora nocet, vt in l illud. ff. de peric & commo. rei ven. & de hoc in Spec. vbi § ver quid de expensis.

In gl. fi. in principio aduerte, vt intelligas hanc gl. Nam primo gl. videtur tenere, quod si vir opponit contra mulierem pe-

8 tentem restitut. adult notorium non admittitur † replicatio de adulterio viri, nisi sit notorium. postea gl. dicit mulierem prius oportere probare adulterium viri, & sic videtur recedere a primo dicto, & velle quod indistincte admittatur replicatio mulieris, dummodo velit probare Ion vero dicit quod propter exceptionem viri de adulterio notorio mulieris denegabitur restitutio, nisi adulterium viri sit etiam notorium sicut adulterium mulieris dicit tamen, quod si vir non eiiceret mulierem propter adulterium notorium, sed peteret per ecclesiam separari matrimonium, & mulier exciperet de adulterio viri, audiendæ essent probationes mulieris super exceptione adulterii etiam non notorii ratio diuersitatis est, quia primo casu mulier egit possessorio, vnde tunc facilius conceditur restitutio nec admittitur exceptio adulterii non notorii, & sic etiam facilius denegabitur restitutio si adulterium mulieris est notorium dato quod replicet de adulterio viri non notorio, sed in alio casu s quando vir petit separationem, dicit Ion. quod agitur petitorio, & de vtroque recipiuntur proba: plene vult dicere Inn secundum do. Car quod auditur exceptio, & replicatio etiam de adulterio non notorio, & dicit, quod hoc etiam vult hæc glo. licet non ita explicite. Postea dicit Inn quod etiam primo casu, quando agitur possessorio admittentur probat. mulieris, & si probauerit adulterium viri fiat restitutio, & hoc etiam tenet Host. quia per proba. efficitur notorium, de ver sign cum olim & hoc tenendo dicit do. Card. quod licet contra petentem restitui non ob. exceptio adulterii, nisi notorii, ut hic tamen contra excipientem de adulterio notorio admittitur replicatio de adulterio etiam non notorio, quia fauor qui debetur agenti possessorio, vt non admittatur exceptio criminis, nisi notorii, non competit excipienti contra replicantem, cum non reperiatur iure cautum.

9 Stat ergo regula, ꝙ debet audiri † replicans volens probare ff. de pba l. vt circa, & s̃ de prob c. licet causam, & in hoc est melioris ꝯdi: replicans quam excipiens, & hoc est propter priuilegium spoliat de ord cog c. si de restit. spo. in literis, & c. cum quis quod dicit diligenter esse notandum, & hoc videtur tenere But & clarius Abb. Sicu. dicit enim maritum non audiendum ad impediendum restitutionem coniugis, nisi excipiat de adulterio notorio, quia causa restitutionis est priuilegiata, vt in c si de ordi. cog. sed vxor bene replicat de adulterio mariti non notorio, quia maritus non petit restitut. sed excipit contra vxorem petentem, & sic cessat ratio quæ est in priori causa, & ex hoc infert, ꝙ adulteria coniugum mutua compensatione tollunt, licet differant in qualitate, vt quia adulterium vnius est notorium, reliquum vero occultum.

In ead gl ibi, arg contra ff. de doli excep. l apud Celsum §. Marcellus, ibi dicitur, ꝙ contra exceptionem doli non admittitur replicatio doli, & sic videtur etiam, ꝙ contra exceptionem adulterii non admittatur replicatio adulterii, sed ꝯnium est verum, vt hic, & quæ sit ratio differentiæ, vt in ca. dilecti, de excep ad ꝙ glo se remittit.

Virum autem per viam accusat possint simul cōcurrere adulterium viri, & mulieris, dic vt per gl. 32. quæst. 6. nihil iniquius, in glo. a.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reintegratur si vir postea fornicetur.*
2 *Confessioni alterius coniugum statur, quando agitur de separatione thori, secus cum de vinculi separatione.*
3 *Vir tenetur alimentare vxorem, etiam si non habet dotem.*
4 *Mariti bona, an sint obligata pro alimentis uxoris.*
5 *Maritus, licet denegauerit prouidere de necessarijs vxori tempore commissi adulterij, tamen eam de adulterio accusare potest.*
6 *Confessio facta ad alterius suggestionem potest reuocari.*
7 *Vir post separationem factam propter adulterium, si non continens fuerit debet redintegrari matrimonium.*
8 *Verbum paucis temporibus, comprehendit saltem duos dies.*
9 *Filia non potest exhæredari a patre, quæ post 25 annum innupta in corpus suum deliquit.*
10 *Iudex non debet supplere in his quæ sunt facti.*
11 *Officium iudicis exuberat, vbi est periculum animæ, & subest matrimonii fauor, & collusionis timor.*
12 *Confessio facta super crimine sine metu tormentorum sufficit ad condemnationem.*
13 *Confessio fieri metu tormentorum, quando dicatur.*
14 *Tormentum vnde, & quare sic dictum.*
15 *Perseueratio in confessione quomodo dicatur fieri.*
16 *Confessio calore iracundiæ facta data perseuerantia præiudicat.*
17 *Confessio, an & quando reuocari possit per quinque casus examinatur.*
18 *Confessio facta calore iracundiæ etiam postquam est scripta uidetur posse reuocari infra breue tempus.*
19 *Sententia lata propter adulterium, quando transeat in rem iudicatam.*
20 *Vxor separata iudicio ecclesiæ potest reconciliari a marito antequam profiteatur.*

CAP. V.

1 EX literis. Matrimonium † separatũ propter adulterium mulieris reintegratur si vir postea fornicetur, & est bonus casus & multum allegabilis. Communis diuisio. Secunda ibi, vnde.

2 Nota primo, ꝙ statur † confessioni alterius coniugum ꝯ matrimonium, quando agitur ad separationem thori, secus si ageretur ad separationem vinculi, quia tunc non teneret confessio contra matrimonium, vt in c. super eo, de eo qui cog. consan vxo. suæ. & ibi plene dixi & ratio diuersitatis est, quia primo casu tractatur de solo præiudicio confitentis. ex hoc nota vnam differentiam inter processum qui fit ad separationem thori, & processum qui fit ad separat. vinculi. sunt etiam aliæ differentiæ de quibus in c. i vt li. non contes.

3 Nota secundo ibi necessariis, ꝙ tenetur † vir alimentare vxor. de quo vide in Spec. qui fil. sint legi. ver nunc dicamus, & dic, ꝙ si habuit dotem tenetur ipsam alimentare, s̃m quantitatem dot. vt in l. si cum dotem. §. sin autẽ. ff. sol. ma si non habuit dotem tenetur prouidere de suo, vt dicetur in c. per uestras, ĩ. tit. prox. & vide in d §. sin autem, & in l. ꝙ in vxorẽ.
4 ff. de neg. gest. An autem bona † mariti sint obligata pro alimentis vxoris, vide in Spec. de dona inter vir & vxo §. 3 vers. sed nunquid bona, vbi videtur tenere, ꝙ sic, & cum hoc trãsit Do Car in secundo notabili, dicam in c. per uestras.

5 Tertio nota maritum † posse accusare mulierem de adulterio, licet tempore commissi adulterii denegauerit prouidere vxori de necessariis, nam nõ excusatur mulier propter hoc, sed debuit agere contra virum, & petere alimenta. vidistis in c. præcedenti, vbi latius dixi.

6 Nota quarto, ꝙ quis potest reuocare † confessionem factam ad suggestionem alterius, & indeliberate etiã in facto proprio dato, ꝙ error non sit probat. de quo dicam in gl. a.

7 Nota vltimo, ꝙ si † vir non continet post separationem factam propter adulterium mulieris debet matrimonium reintegrari. & dicit Abb. Sic. quod hic est casus singularis q nõ est alibi, s̃m vnum intellectum, s. ꝙ adulteria uiri, & mulieris compensantur nõ solum ante s̃niam separationis, sed etiam post s̃niam de quo dicemus plenius in glo fin. & istum tex. inducit Io. Theutonicus glossator decreti in c nolite, 30. q. i. in fi. vltimæ glos & 33 q 5 ꝙ Deo pari ꝙ si coniuges pari consensu vouerunt continentiam & alter postmodum nõ continet, ꝙ matrim debet reintegrari per officium epi. licet non ad petitionem alterius qui fregit uotum continẽtiæ & commisit adulterium. sed Io And. dicit, ꝙ hoc non probatur hic, & remittit ad not in c. gaudemus. & in c. dudum, de conuer coniug sed do. Card hic, in fi. Commenti. dicit, ꝙ immo iste tex. facit pro opi Io ex eo, ꝙ in matrimonio exuberat officium epi & remittit do Car ad not per se in ca ex parte, el. i de conuer coniug Abb. autem Sic. tenet opi. Ioan. Andr & dicit, ꝙ hæc mulier quæ deliquit, vt pater in tex. nõ tenetur seruare continentiam ex uoto. sed quia priuata est iure suo propter suum delictum, sed marito postmodum delinquente compẽsatur adulterium suum cum adulterio mariti, sed in casu præmisso illi obligantur ad continentiam ex uoto proprio, vnde etiam ex officio epi non debet illud matrimonium reintegrari ne veniant contra votum continentiæ, & hoc videtur velle text. in d. c. ꝙ Deo pari in princ. ibi, & si ille lapsus est, tu saltem instãtissime perseuera, & hoc tene dixi in d c dudum Sed contra istum tex. oppo. & vr̃. quod debuerit audiri allegatio uiri in eo, ꝙ dicebat matrimoniũ fuisse contractum per violentiam & metum, de spons cum locum. & ca seq. Solu Host. ꝙ hic purgata fuit violentia. & metus propter cohabitat. secutam, licet paucis temporibus
8 vt dicit tex dicit etiam Host. ꝙ illud † verbum, paucis temporibus, comprehendit saltem duos dies 4 q 3. vbi numerus & dicit, ꝙ hoc sufficit si erat ætat. legitimę, maxime si in copula concordauerunt. vt s̃ tit prox insuper. sed dom Car in prima oppositione dicit, ꝙ sufficit etiam minus tempus. dũmodo constet de consensu, vt in c consultationi, de spõ sed consideratur longitudo temporis ad præsumendum cõsensum d. c. ad id, ꝙ maxime aũt arguitur consensus ex copula secuta, vt d. c insuper & quia hic fuit secuta ideo de metu, & violentia nihil dicitur. de hoc plenius dictum est in d ca. ad id, quod dic, vt ibi. In gl i ibi C de patribus, qui fi. distra l. vltima vbi excusatur pater qui propter necessitatem famis filium vendidit. sed dic, quod illud non est delictum maxime cum fiat l aucto. sed adulterium in se est malum, & est l. diuina prohibitum, nec ex aliqua causa potest fieri bonum, vt in c & si Christus, de iureiur.

9 In ead glo. ibi aut. sed si post ibi dicitur, ꝙ † filia non potest exhæredari a patre quæ post 25. annum innupta peccauit in corpus suũ, quasi pater fuerit in culpa differendo eius nuptias tanto tpe sed dic, ꝙ illud procedit in odium nõ maritantis filiam, nec filia excusatur, quo ad omnia, & notabis hunc casum. Ad c. si tu abstines, dic vt ibi no. per gl nam licet vir præbeat causam mediatam adulterandi vxori nihilominus põt eam repellere exceptione adulterii, vt dixi in c. præcedẽti, super gl j. In gl. a. diuide eam in duas partes. In prima tacite oppo ꝯ tex In secunda quærit, & r̃ndet. Secunda ibi, sed pone Pro expeditione primæ partis opponitur ꝯ tex. ꝙ eps non debuerit admonere hanc mulierem, ne ad sugge-
10 stionem alterius confiteretur adulterium † iudex enim nõ debet supplere in his quæ sunt facti, vt in c bonę, el j. de post. præla & intellige gl ibi ipsum factum respicere videatur, ꝙ cum iudex non dẽt supplere, vt in c bonę non debuit eps post confessionem habitam instruere hãc mulierem, & sic gl vr̃ uelle ꝙ iste eps malefecerit. sed Goff & Host & Doc. dicunt, ꝙ imo potuit hoc facere pp triplicem rationẽ. Prima est pp periculum animæ uiri, & mulieris, ꝙ in talibus minimer, argumento d c. bonæ. Secunda propter fauorem matri. s̃. ti. proxi. videtur, in fine. Tertia propter timorẽ collusionis de collusionibus audiuimus do. Car dicit, ꝙ hoc sine dubio est tenendum tñ in cã matrimon. multum exuberat officiũ iudicis, vt s̃. co. porro § j & per Ion in c ad nostrã. el a. de iureiur. Nota bene, ꝙ vbi vertitur periculum animæ, & subest
11 fauor matrimonii exuberat † officium iudicis, & est timor collusionis non solum, quãdo agitur de vinculo matrimo

ni, sed etiam quando agitur ad separat. thori, quod no. pro
extensione c. fin. de re iudi. & c. videtur, supra titu. proxi. dic
tamen, quod non est tantus timor collusionis, quando agi-
tur ad separatio. thori, sicut quando agitur ad separationem
vinculi ipsius matrimonii, vt tetigi in primo notabili, & ple
ne dixi in c. super eo, de eo qui cogn. consang. vxoris suæ, in
secunda parte glo. Hostien. dicit hunc tex. posse intelligi, ꝙ
episcopus traxit mulierem ad partem, & ibi fecit primam
confessionem, & tunc episcopus eum admonuit, vt hic dici
tur, vnde si acquieuisset potuisset reuocari confess. sed ipsa
manifestius hoc asserebat. sed huic intellectui obstat litera
ibi publice sed Hostiē respondet, quod dicitur publice, quia
corā episcopo, & sociis confessa fuit, licet accusatore absen-
te, vel secundum cum confessio fuit facta in iudicio, sed nō-
dum erat scripta confessio, & ideo antequam actus contra-
rius interueniret potuisset confessionem reuocare, sed neu
ter intellectus congruit literæ, nam quod confessio prima
dicatur facta absente accusatore extra iudicium coram tñ
iudice, non potest ex tex. colligi, nam tex. dicit publice, & sic
debemus intelligere, quod fuit facta in hibirio, nam illa quæ
fiunt in iudicio dicūtur publica, ut dicit Inn in c. ex insinua
tione de app.

Quod qualiter debeat intelligi, vide glo. nota in c. le.. pri-
ma in ver. publice de sepul.

Secundus est intellectus, quod non fuit scripta confessio
diuinat ad literam.

12 Sed no. duo ex glo primo, quod † confessio super crimi-
ne facta, siue metu tormentorum præiudicat, ita quod sola
sufficit ad condemnationem, nec requiritur perseueratio,
& sic iura quæ dicunt, quod requiritur perseueratio debent
intelligi, quando confessio fit metu tormentorum, alias se-
cus vt vult hæc glo. & idem tenuit glo. secunda, quæst. j ca. i.
& probatur in l. si confessus. ff de custo. reorum, & in cap. ii.
de confess. & in cap. per inquisitionem. de elect. & hoc etiam
tenuit Cyn in l. vnica. C. de confess. & Spec. in titu. de confess.
§. 1 iuxta fi. & Archi. ij. quæst. j. c. 1 & Barto. in l. j §. diuus Seue-
13 rus ff de quæstio. dicitur autem † confessio fieri metu tor-
mentorum, quando confessio est facta adhibita tortura,
vel aliquo ligato apud torturam, vel præcedentibus minis
de ponendo ad torturam, non autem quælibet legis territio
iudicis sufficit, vt confessio videatur facta metu tormento-
rum, sed debet vel esse positus in tormētis, vel ductus ad ea,
vt dicit Barto. in dicto §. diuus Seuerus. dicit tamen Barto.
quod idem esset si esset in carcere, in quo de fame, vel de
frigore multum patiebatur, vt in l. item apud Labeonem. §.
quæstionem. ff de in iur. & hoc vltimum etiam tenuit glos.
in ver. tormentis, de hæreti. quæ etiam dicit, quod ieiunia di
14 cuntur tormenta, quia † tormentum dicitur, quasi torquens
mentem, vnde quocunque modo mens torqueatur dicitur
tormentum, quam glo. tenebis menti. sed inquantum di-
cit Bart quod legis territio non sufficit, vt confessio dicatur
facta metu tormentorum, dic quod vultus potentis terribi-
lis inducit iustum metum, & sic confessio tanquam metu
extorta non valebit, nisi detur perseueratio. & dicit Bald. in
c. j. § iniuria, in sexta quæst in tit. de pace iura fir. in vsib. feu.
& alleg. Ioan. And in ca. quia propter, de elect. & si vis scire,
quando quis debeat timere territionem iudicis, vide no. in
cap. si iustus. de app & per Barto in l. de pupillo. § si quis ip-
si prætori ff. de oper no. nun quomodo autem dicatur fieri
15 † perseueratio dicit Bar. in d. §. diuus Seuerus, quod opor-
tet, quod post confessionem factam in tormentis in loco pu
blico ducatur, & ibi coram notario, & testibus confiteatur
in l. ij. C. de custo reorum, qui est optimus text. in hoc, & di-
cit Bar. vbi supra, quod est arbitrarium quantum tempus de
bet expectari post confessionem factam in tormentis ad fa-
ciendum perseuerationem confessionis illo tempore quo
cessauerit dolor tormentorum. nam si reduceretur ad ban
chum instantibus doloribus totum hoc videretur dicere eo
dem formidine tormentorum, argum l. quod ait §. fin ff de
adult. quæ verba Bart singulariter notabis Nunquid autem
notarius incidat in crimine falsi, si dicit quem sponte con-
fessum qui fuit confessus in tormentis Barto in d. l. i. §. si quis
vltro. ff de quæstio. dicit, quod si notarius scriberet confessio
nem in actu torturę. & diceret illum sponte confessum. inci
deret in crimen falsi, secus si post perseuerationem ad ban
chum scriberet illum sponte confessum, nam tūc notarius
non dicitur falsarius, quia verum est illum sponte cōfessum,
ex quo perseuerauit, & sic intelligit Bar. illum §. si quis vltro.
sed Bal in c. 1 §. iniuria. de pace iura. fir in 7. vel 8. col distin-
guit, quod aut notarius dicit, quod est sponte confessus, &
instrumentum est falsum, aut scribit, quod est voluntarie cō
fessus, & instrumentum est verum, quia per hoc non proba-
tur, quod sponte fuit confessus, alleg. l. velle non creditur, eū
ibi no. ff. de reg. iur. & dicit hoc esse nouum dictum, sed pro-
fecto no. in d. c. p iuri facciunt, pro Bal. ibi enim dicitur, quod
velle non creditur qui obsequitur imperio patris, vel domi-
ni, & glo. ibi intelligit in his quæ tenetur parere. Sed quis nō
tenetur confiteri illud, quod non est verum, immo peccat
qui dicit se commisisse crimen, quod in veritate non com-
misit 23. q. 5. ibi, falsi testimonii non minus reus est qui de se
ipso falsum fatetur, quam si aduersus populum hoc faceret.
præterea Bal. melius diceret, quod dicatur sponte confessus
qui confitetur metu tormentorum, dum tamen postea per-
seuerauerit, sed non voluntarie confessus. d. l. velle non credi
tur, & hæc nota perpetuo, & de ista materia vide plenius in
c. cum in contemplatione, de reg. iur.
16 Nota secundo ex hac gl quod † confessio facta calore ira
cundię non præiudicat, nisi detur perseuerantia etiam si fiat
de crimine, & sic illud, quod supra dictum est, quod confes-
sio facta absque metu tormentorum non exigit perseueran
tiam procedit, nisi confessio sit facta propter calorem iracū
dię, vt dicit hæc gl. quæ reputatur singularis, sed But. hic post
17 multa concludit, † discurre per casus quinque.

Primus est, quando confessio est facta in criminali metu
tormentorum, & hæc potest reuocari, nisi perseueratio in-
teruenìat: si autem est facta absque tormētis. dicit But. quod
idem est dicēdum, quod in confessione facta in causa ciuili.

Secundus casus est, quando confessio est facta in causa ci
uili, & propter errorem, & hoc casu potest reuocari proba-
to errore. & dicit But. hoc est indubitatum, & hoc probatur
in l. error. C. de iur & fac. igno. & in l non fatetur. ff. de con
fess. & ibi habetur per Barto. qualiter error probetur Nota
bene istud, quia vt dixi in primo casu, scilicet quod in casu,
in quo potest confessio reuocari in causa ciuili, eadem ratio
ne potest reuocari in causa criminali, & circa hoc est text.
nota in l j § si quis vltro ff. de quæstio. vbi dicitur, quod etiā
post sententiam a qua est appellatum condemnatus de cri-
mine potest confessionem reuocare, ita quod iudex non de
bet mittere sententiam executioni, sed debet scribere supe-
riori, quod declara, vt ibi per Bar. fortius ergo si ante sentē-
tiam vellet reuocare, quia de iure communi hoc possit pro
bando se non commisisse crimen, & idem si post sentētiam
appellasset, quia confessio facta per errorem potest reuoca-
ri in causa appellationis, vt est tex. in l. si C de erro. aduoc. &
ibi etiam per Bar. & per eundem Bar in l. creditor §. iussus. ff.
de app. & idem tenuit glo. in c. Romana §. finantem de app.
In sexto. nam dicit, quod confessus potest appellare a sentē
tia contra se lata, quia potest confessionem reuocare probā
do errorem in causa appellationis, & quod possit reuocari
confessio etiam in causa criminali probando errorem tenet
etiam hæc glo. In fi.

Tertius casus est, quando confessio est facta sine delibera
tione, & non ex calore iracundię extra iudicium, & potest ip
sam reuocare. postea in iudicio. vnde dicit But. indeliberate,
& ita intelligendum videtur Host. dum dicit, quod hęc mu
lier primo fuerat confessa coram episcopo absente accusa-
tore, nā per hanc distinct. videtur Host. intelligere, qñ cōfes-
sio fuit facta indeliberate, nam qñ fit confessio extra iudi-
cium aut fit in causa ciuili, & tunc dic, vt in c. si cautio, de fi.
instr. & in l. cum de indebito, in fi ff de prob. Nam duo vidē-
tur requiri ad hoc. vt confessio præiudicet: primo, ꝙ fiat præ
sente parte. secundo ꝙ causa sit expressa in confessione, de
quo dic, vt in d. c. si cautio. aut est facta in causa criminali, &
tunc sufficit ad torturam, vt in l capite quinto. ff de adult &
t. o. in c. cū non ab homine. de iudi. vnde non posset talis con
fessio reuocari si esset facta deliberate dato, ꝙ sit facta extra
iudicium, tñ coram iudice, dic vt per Inn. & Doc. in c. perua-
quilit. de ele Quartus casus est, qñ confessio est facta in iudi
cio deliberate, & est scripta, & non potest reuocari non pro
bato errore, nunquid possit ille qui est confessus interpreta-
ri confessionem suā vide tex. no. in c. cum dilectus, ī de acc.
Quintus casus est, qñ facta est ꝯfessio in iudicio indeliberate,
& non scripta, & tunc potest reuocari, sm But. & hoc tenuit
gl. 32. q. j. apud. sed gl in c. si de iureiu. in 6. dicit, ꝙ etiam post
quam est scripta pōt reuocari incontinenti, quemadmodū
potest testis incontinenti corrigere dictum suū ēt postquā
est scriptum, vt in ca. præterea, de testi cog. sed Doct. hic po-
nunt aliquam specialitatē in confessione facta calore iracū
18 dię, sed ego puto, ꝙ † confessio facta calore iracundię pos-
sit reuocari ēt postquam est scripta dato, ꝙ non reuocet in-
continenti, dū tñ fiat reuocatio infra breue tps, & pro hoc
adduco l. quicquid, ff. de regu. iur. vbi dicitur, quod quicquid
calore iracundię fit, vel dicitur, non prius ratum est, quod
si ex perseuerantia apparuerit iudicium animi affuisse, ideo-
que breui reuersa uxore non diuertisse videtur. ista sunt
verba illius legis. vnde quemadmodum si fit diuortium
inter

inter virum,& mulierem q secundum l.ciuilem est permis-
sum,non ante est ratum diuortium, quàm si appareat perse
uerantia animi, & nó perseuerantia, si in breui tépore vxor
reuertitur. Ita est etiam dicendum in quolibet alio negotio
nam illa lex quicquid loquitur in quocũque casu,in quo ali
quid fit,vel dicitur calore iracundiæ,licet postea ponat exẽ-
plum in diuortio facto inter virũ,& mulierem, vnde in quo-
cũque casu fit,vel dicitur calore iracundiæ non præsumitur
iudicium animi,si infra breue tempus fit reuocatio dicti, vel
facti, vt d l.quicquid. & idem probatur in l diuortium. ff de
diuort facit 1.q.3. si quis iratus. Ex quo concludo, q confes
sio facta calore iracundię & scripta potest reuocari infra bre
ue tempus,& sic non requiritur, quod incontinenti reuoce
tur . licet secus in alia confessione non facta calore iracun-
diæ vt supra dixi.

In glo.in verbo,inuicẽ. hæc glo vult,q eps.de quo in tex.
tolerat sententiam diuortij t separationis thori.sed Inno.in
ver.priuatum dicit,q iste eps non processit sententiãdo, sed
consulendo,& idem dicit in c.si q idem dicunt Goff & Hos.
dicentes,q si fuisset sentẽtia.tulisset eam publicè. dicunt er-
go,q fuit quædam industrialis promissio, vt probaret an ex
collusione factum esset.& dicit Host q idem dicendum est,
etiam si fuisset sentẽtia lata,vel non,& allegat multas ratio-
nes vulgares,quas refert dom.Card in 4.oppos.& inter cæte-
19 ra dicit,q † sentẽtia lata propter adulterium non transit in
rem iudic. donec separata propter adulteriũ sit ingressa mo
nasterium,& professa:prius enim potest eam maritus recon
ciliare,quod non posset,si trãsisset in rẽ iudicatã,de quo per
eundem Host.in summa,eod.tit § quot modis sub §.genera-
liter & opi.Host sequitur Io.And dom.Card.in 4.opp. & Bu.
qui dicit, q hoc dictum Host. est multum notandum, quia
extendit c.lator.& c.consanguinei, de re iudi.sed de hoc.an
sententia lata ad separationem thori transeat in rem iudica
tam,dicam plenius in c.seq.

In ea glo no.ibi ex hac glo q si matrimonium separatur
pp adulterium alterius coniugis.& postea aliquis non con-
iungit,debet matrimonium reintegrare non obstante, q sen
tentia separationis lata fuerit,& idem firmat glo prox. Qui-
dam tamen tenuerunt contrarium,quia ex quo sentẽtia fuit
lata,vxor perdidit omne ius seruitutis, q habebant in mari-
to,q non vt posse recuperare ex delicto superuenienti. & vi
de bonam glo.quæ latius hoc disputat in c.Apostolus 32.q.
7.& communis opin est, vt matrimonium debeat reintegra
ri,quam opi tenet Host Io.And.dom.Card. & But.sed Inno.
in c.seq dicit,q reintegratur per officium iudicis. & hoc pla
cet Abb.Sic. ne isti separati incidãt in commissum , alias in
adulterium,& quia stante vinculo matrimoniali non potest
dici q iniuria sit facta mulieri,vel viro,ex quo vterq; commi
sit adulterium,& ideo debet hinc inde fieri compensatio.

In glo fi.no.conclusionem glo.& communis opi est,q an
20 tequam † vxor profiteatur,possit.etiam in vita reconciliari a
marito,licet fuerit separata iudicio ecclesiæ,nam illa sentẽ-
tia separationis fuit lata in fauorem non delinquentis ideo
non debet retorqueri in eius læsionem, maxime cum duret
vinculum matrimoniale inter eos pro hoc optime facit au
then. sed hodie. C.de adult. & q no.glo.in ca.gaudemus, de
conuer coniug.& multum etiã bene facit ille tex.vnde Gof.
in c.ex literarum,de eo qui duxit in matr.quam poll. dixit,
q sententia lata super crimine nocens coniunx non potest
innocentem de monasterio reuocare,alleg.de conuer.con-
iug.c.fi. arguendo de spirituali fornicatione ad carnalem di-
cit etiam,q ante sententiam etiam innocens ingredi nõ pos
set,sed in cõtrarium facit c.Agathosa.27 q.2.vbi,si vxor vult
reuocare virũ de monasterio,potest eam repellere exceptio
ne adulterij,sed ipse intelligit illud cap.quando super adulte
rio fuit lata sentẽtia,vel q mulier ibi egit petitorio,nam re-
pellitur prætextu adulterij. vt ibi dr, secus si ageret possesso-
rio recuperandę,quia tunc non repelleretur prætextu crimi
nis,vt in c.item cum Apostolus,de rest.spol & de dona inter
vir. & vxor.l si maritus.& ideo conclude, q aut adulterium
committens vult ingredi religionem,& non potest ante sen
tentiam,nec post,sed reliquus vult sibi recõciliare. & potest
reconciliare etiam post sententiam,& etiam post ingressum
religionis, donec fecerit professionem. aut quæris, an inno
cens possit ingredi religionem,& non potest ante sententiã,
sed bene post sententiam, quæ transiuit in rem iudic.vt in c.
Agathosa.27.q 2.& hoc sm vnum intellectum.sed si ingredi
tur religionem ante sententiam reliquus,qui commisit adul
terium,potest eum reuocare, ex quo nondum est lata sentẽ
tia,quia exceptio adulterij non impedit restitutionem,q in
tellige,nisi adulterium sit notorium, vt in c.præced.vel nisi
adulter volens reuocare de monasterio,agat petitorio, quia
tunc repellitur exceptione adulterij,dato quod non sit lata
sententia separationis thori,etiam si adulterium non sit no
torium,vt d c.Agathosa.secundum alium intellectũ,& vtrũ
que intellectum ponit glo.in d.c.Agathosa habet & alios in
tellectus,dic vt ibi.

In ead glo.in fi dic vt in regula, factum legitimè. nam se-
cundum But non retractatur factum legitimè,nisi superue-
niat causa potens ad retractandum , & nisi causa superue-
niens tollat causam subsistentem.

SVMMARIVM.

1 *Vxor si a viro lapso in hæresim propria auctoritate diuertit, ad eum con uersum redire compellitur.*
2 *Dictio, maxime, notat idem in alio casu.*
3 *Coniugum alter altero fornicante spiritualiter propria auctoritate separare se potest.*
4 *Coniunx remanens in fide, non tenetur adhærere hæretico.*
5 *Exceptio propter causam cessante causa cessat.*
6 *Vir quo iure post sententiam si adulteretur, ad vxorem reuerti cogatur adulteram.*
7 *Separatio coniugum an sit facienda propter aliud crimen, quam hæresis.*
8 *Mulier quæ recessit a viro propter hæresim, compellitur reuerti, si conuersus fuerit nisi religionem velit intrare.*
9 *Sententia propter adulterium lata, an transeat in rem iudicatam.*
10 *Vir infra biennium mulierem sibi reconciliare potest post sententiam diuortij.*

CAP. VI.

1 DE illa. Si † vxor a viro lapso in hæresim pro-
pria auctoritate diuertit ad eum con-
uersum redire compellitur, secus si per iudicium
ecclesiæ fuit separata, hoc dicit , habet duo di-
cta,seu vnum bimembre. secundum ibi,si vero.
2 Nota primo ibi,maxime.q hæc † dictio notat idẽ in alio
casu. de hoc,supra de summa Trinit cap.j.versic.in nullo &
dixi in c.sponsam,de spõ.& dicit Host quod bene maximat,
quia idem est,si alia voluntate discedit.
3 Nota secundo,q si alter ex † coniugibus incidit in fornica
tionem spiritualem, potest alter ab eius.f consortio propria
auctoritate declinare, nec compellitur per ecclesiam redire
ad maritum perseuer in infideli.errore. ex hoc habes vnum
casum,in quo differũt fornicatio carnalis a fornicatione spi
rituali,nam propter spiritualem licitum est innocenti pro-
pria auctoritate,etiam si fornicatio non sit notoria,nec cõ-
pellitur per ecclesiam redire,sed si carnali nisi esset notoria,
de quo per glo.& Doct.in c.si de adult Secunda est dña,quę
etiam colligitur hic , quia in spirituali fornicatione tenetur
innocens reconciliare nocentem conuersum, nisi separatio
sit facta iudicio ecclesiæ , & velit innocens ingredi religio-
nem,secus in carnali,nam innocens non tenetur reconcilia
re nocẽtem, vt plene no.in c gaudemus, de conuer coniug.
& illæ differentię possent assignari,de quibus dic,vt in c.fi.de
conuer coniug.

Tertio no q sicut cum agitur actione reali contra contu
macem,fit missio in possessionem,vt tędio affectus compa-
reat,ita hic a coniuge lapso in hæresim se subtrahit coniũx,
reuertatur. sed hoc dicit dom.Cardi.& bene,quod hæc non
est proprie immissio in possessionẽ,videtur enim potius con-
4 iunx † remanens in fide,mittere se ipsam in possessionẽ liber
tatis, vt nõ teneatur adhærere hæretico,& hoc mihi placet,
& ex hoc est expedita glo prima.
5 No vltimo,q † exceptio cõpetens pp causam cessat cessan
te causa, nisi causa sit cõfirmata per sentẽtiã,nam licet cau
sa cesset, non tamen cessat sententia, quia plus est hoc tale,
quam simpliciter,vt dicit glo not in cle.dudum, ad fi. in pa-
cta, de sepult.quæ dicit,q si per rescriptum, vel constõnem
tolluntur pacta,vel statuta,nõ intelliguntur tolli pacta, vel
statuta, quæ sunt confirmata sententia , vel confirmatione
Apostolica,quia plus est hoc tale,q̃ simpliciter.& dicit Bu.q
nõ tollitur sñia,licet causa cesset.qñ causa non cessat ex to-
to de pręterito,licet cesset pro tpe futuro,puta qñ causa sñię
originatur a delicto momentanee commisso,nõ prout in de
licto datur successus,& continuatio Irẽ dic,q causa,ex qua
originatur sñĩa,reducitur ad non causam,nam tollitur quo
ad quid effectus sententiæ, vt in l.1 ff.de condi.sine cau. verbi
gratia, dedisti mihi vestimenta polienda,ipsa amisi,fui con-
demnatus in ęstimat.deinde reperij vestimenta , nam pecu-
niam repetam condictione sine causa,vt in d l.a.de cond si-
ne cau.& ibi per Bart.sed pro intellectu istius tex.oppo. de c.
præcedẽ.vbi etiam post diuortium compellitur vir recipere
adulteram. ¶ Innocen soluit,quod ideo post sententiam vir
compellitur recipere adulteram , quia post sententiam vir

Alex.de Neuo in iiij.Decret

commisit adulterium, vnde sententia debet sibi prodesse, cũ quasi fecerit contra ipsam. & dicit Innoc quasi, quia nõ proprie vir facit contra sententiam ex eo, quod ipse adulteratur, cum adulterium viri, & adulter. mulieris cum alio sint separata. sed vir dicitur facere contra sententiam in effectu, quia paria delicta mutua compensatione tolluntur, vt in cap penult. & fin infra de adult sed in casu huius cap. conuersus nihil facere contra sententiam pro se latam. & dicit dom Cardin quod dum Inno. dicit de conuerso, melius diceret de eo qui remansit in fide, sic enim loquitur iste tex. & etiam lun.

Secundo soluit Innoc quod in capit. præcedenti non fuit lata sententia, sed fuit coniugibus iniuncta pœnitentia non sententialiter, alias idem esset quod hic. sed vt ibi dixi in gl. penult non refert. siue dicamus, quod ibi fuerit lata sententia, siue non, quia etiam si fuit lata maritus adulterando, perdit commodum sententiæ, sed dubitatur quo iure cogatur
6 vir † reuerti ad vxorem, si adulteratur post sententiam, dicit Innoc. quod licet de rigore iuris post absolutionem iudicis non debeat cogi reddere, quia quod bene diffinitum est, non debet retractari. 6 quæst. 4. quod semel tamen iudex ex officio coget virum adulterantem redire ad adulteram, argum. supra cap prox. & supra de iureiur. tria & dicit Innocen. quod iudex non facit contra sententiam, per quam vir fuit absolutus ab intentione mulieris sed bene fieret contra sententiam, si mulieri petẽti virum sibi restitui fieret restitutio. & sic vult Innoc quod si vir committit adulterium post sententiam, per quam fuit absolutus ab intentione mulieris nõ audiatur mulier, si petit virum sibi restitui sed iudex ex officio suo compellet eum redire ad mulierem adulteram. dicit etiam Innoc quod non faceret contra sententiam, si vir pro quo est lata sententia, repent mulierem, nam esset iniquum, quod sententia prodesset illi, contra quem est lata, vt in l euidenter. ff de excep rei iudic. sed ego puto, quod ex quo vir post sententiam commisit adulterium, quod possit petere virum sibi restitui, & sic quod subueniatur ei iure actio nam ex quo vir commisit adulterium post sententiam, adulterium vxoris mutua compensatione est sublatum quo ad virum committentem adulterium, & sic per hoc perdit commodum sententiæ. Cum ergo non possit allegare sententiam pro se latam, ex quo contra eã fecit, poterit repetere eum mulier iure actionis, perinde ac si non esset lata sententia contra ipsam.

Vlterius Innoc dicit, quod si viro accusante adulteram lata est sententia diuortij, habet locum hæc Decret quia tunc vir non potest absolui, cum agat. Sed dom. Cardin in 3 q dicit, quod ex illis verbis non apparet clare, quid in hoc velit dicere, & dicit. quod inquantum velit Innocẽ quod hoc casu vir non possit vxorem repetere, non dicit verum quia immo potest, vt dictum est in cap præceden super glo penult. Sed ego puto quod Innoc velit dicere. quod quando est lata sententia diuortij viro accusante mulierem de adulterio, quod non compellatur vxorem recipere. etiam si post sententiam committat vir adulterium. sed quodcunque teneas, non est vis & potes dicere. quod vtrumque voluerit dicere Innocen sed neutrum est bonum dictum. quia dato quod ad accusationem viri lata sit sententia diuortij, nihilominus si vir committit adulterium post sententiam compellitur mulierem recipere & de hoc est casus in cap præcedenti intelligendo, quod ibi fuit lata sententia, prout intelligit glo penult & ideo dic, quod etiam si ad accusationem viri sit lata sententia diuortij, nihilominus potest inuitam reconciliare donec professa sit religionem, vt dictum est in præcedenti cap super glo. fi Item eodem modo si committit vir adulterium compellitur mulierem recipere, vt ibi dictum est supra per glo penult. dicit vltra Innocen quod credit, quod iudex prudenter sententiaret. si diceret sententiam diuortij inter vos proferrimus, quamdiu viro iusto accusatori placuerit & ex hoc vltimo dicto Innocent. dom Cardin. dicit singulariter notandum. quod sententia separationis potest proferri sub conditione, & hoc ideo est, secundum eum, quia talis conditio inest, nam conditio intrinseca, idest pertinens ad causam licite potest apponi per iudicem in sua sententia, de quo vide Bart. in l eum iudex. C. de senten & interloc om iu
a dic. & in c præterea supra de appell.[a]

Sed quæro, quia iste tex. loquitur de duobus coniugibus fidelibus, quorum alter labitur in hæresim Quid de duobus infidelibus, quorum alter ad fidem conuertitur. Innocent. dicit idem in eis, vult dicere, secundum dom Cardin. quod si alter conuertitur, tenetur primo conuersus ei cohabitare, nisi prius fuerit facta separatio iudicio ecclesiæ, de quo infra eod gaudemus § qui autem.

7 Sed quæro, an sit facienda † separatio propter aliud crimen, quam hæresis, puta si vxor volebat trahere ad latrocinium. Innocẽ. refert quibusdam videri, quod etiam ex hoc posset separari matrimonium, argum. huius cap & [illegible] pit proxi & 23. quæst. 1. idolatria & dicunt, quod nulla vis causa potest inueniri, quare nõ sit idem in omnibus aliis criminibus. alij vt refert Innoc dicunt, quod nunquam facienda est sententia separationis sed tamen quiuis potuerunt, & rationem diuersitatis reddunt propter periculum hæresis. sed Innoc primum placet magis, & videtur esse casus in cap idolatria. quod idem sit in aliis criminibus, quam in hæresi, quia quælibet potest dici fornicatio spiritualis, vt ibi dicitur, & hoc tenuit post Abb Sic in cap. 2 supra eod persistit in trahendo coniugem ad delictum, nec ab hac praui ate potest compesci. Ioã. And remittit ad cap. ad Apostolicam, de conuer. coniug. vbi facit differentiam inter adulterium, & suspitionem adulterij, & delicta, dicẽs, quod propter alios mores vxoris non est separandum matrimonium.

Quarto, nisi quando mulier non est sub cura mariti, puta quia est leno, incantatrix malefica, ebriosa, furatrix, vel scismatica vel quid simile.

In glo. secunda. dic, quod licet crimen per pœnitentiam purgetur quo ad Deum, non potest adhuc accusari, & puniri in foro contentioso, vt in cap. admonere. 33. quæstio. 2. & per glo ibi. & per glo in cap. super his, de accusat. & infra eod. gaudemus. in glo. fin. vbi plene dicam.

In glo fin. pondera, quod hæc glo. vult, quod siue iudicio
8 ecclesiæ, siue non † mulier recesserit a viro apso in hæresim, compelletur redire ad eum reuersum, nisi velit intrare religionem, & idem tenet glo. in cap fin. de conuer. coniug. & infra eod gaudemus.

In glo penult. vnde conclude, quod aut propter fornicationem spiritualem alter coniunx recedit auctoritate propria, & tunc si non conuertitur ad fidem Catholicam, non compellitur ad eam reuerti, sed eo conuerso, sic etiam siue sit intrare religionem, vt in cap. vltimo, de conuer coniug. sed si non vult ingredi religionem, tunc compellitur, argumento huius capituli a contrario sensu, vt in glo. & in glos. supra alleg. & hæc est communis sententia Doct. licet Abbas Sicul. in hoc vltimo, scilicet quando est lata sententia diuortij, teneat, quod etiam si non vult intrare religionem, non teneatur recipere postea conuersum, quia iste tex. indistincte loquitur in eo casu, quando vult intrare religionem, alias si vellet intrare, compellitur recipere, vt in dicto capitulo finali, de conuer. coniug. & infra eodem gaudemus. in fine glo.

9 Quæro post Hostien & Doctor. an † sententia separationis propter adulterium transeat in rem iudicatam Hostien. dicit, quod duo requiruntur, scilicet quod sit lata. Secundo, quod viro volente ipsam reconciliare, sit ingressa monasterium, & professa. & dicit, quod nec primum sufficit, nec secundum solum ad repellendum virum repetentem mulierem, nisi & ipse commiserit adulterium, vt no. supra de conuer. coniug ex parte, el primo, & cap. placet, & cap. veniens. & supra cap. prox. vt dixi.

In glo penult. in fi. vult dicere Hostien quod si interuenerit primum, scilicet sententiæ diuortij, sed non secundum. q mulier sit professa potest vir eam reconciliare. Item si secundum interuenit, siue primo scilicet quod sit professa. sed tamen sententia diuortij non sit lata, adhuc vir potest eam reconciliare, ex quo non est lata sententia diuortij duo igitur requiruntur copulatiue, scilicet sententia diuortij, & quod post sententiam diuortij mulier sit professa. sed dicit Hostie. & melius, quod quantum ad virum, pro quo est lata sententia diuortij, transit in rem iudicatam, nisi mulier appellauerit infra decem dies. quantum autem ad mulierem nunquam transit in rem iudicatã cum sit sententia lata contra ipsam. ff. de excep rei iudic. l euidenter. vbi dicitur, quod est euidenter iniquum sententiam ei prodesse, contra quem est lata reconciliatio, vt excludatur per sententiam diuortij & per professionem simul iunctam, vt proxime dictum est, & imputet sibi qui ante professionẽ reconciliare voluit, & sic habet locum quod potuit noluit &c de offic deleg cum super. & sic maritus excluditur magis ex sua negligentia, quam q sententia contra ipsum trãseat in rem iudicatam. Item dic, quod post sententiam diuortij mulier adultera toleratur in
10 matrimonio, & potest † vir intra biennium mulierem sibi reconciliare, postea non, vt in auth sed hodie. C. de adulter & verum illi auct. aliquid detrahatur per ius canonicum, dic vt plene habetur in cap. gaudemus, de conuer. coniug. Host. etiam intrat, an fornicatio spiritualis alterius coniugis compensetur cum fornicatione carnali. dic vt plene habetur in cap fin de conuer. coniug.

ADDITIO.

a ¶Fel. in c. quod ad consultationem. 3. col. de re iud. allegat hoc dictum.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vinculum coniugale non dissoluitur propter lapsum in hæresim alterius coniugis, sed bene per conuersionem ad fidem.*
2 *Arguens, seu quærens, est commendandus.*
3 *Conuersus ad fidem non dicitur alterum coniugum relinquere, sed relinqui.*
4 *Coniugum infidelium si alter venit ad fidem, potest cum alio, seu alia contrahere matrimonium.*
5 *Infidelis remanens altero coniugum conuerso, dicitur discedere a fide.*
6 *Catholicus liberatur a seruitute infidelis, & dicitur quilibet Christianus frater.*
7 *Matrimonium consummatum semper durat inter Christianos.*
8 *Differentia inter matrimonium Christianorum, & infidelium.*
9 *Matrimonium consummatum quid significet.*
10 *Matrimonium non potest ex parte vnius tenere, & ex parte reliqui non, & sic claudicare.*
11 *Probatio delicti omnino requiritur, & sententia declaratoris, licet quis ex delicto incurrat ipso iure pœnam.*
12 *Peccare magis quis dicatur, an malus Christianus, an malus Paganus.*

CAP. VII.

5 QVanto. † Vinculum coniugale non dissoluitur altero fidelium coniugum in hæresim lapso, sed si vnus infidelium conuertatur ad finem, & alter nolit sibi cohabitare, vel non sine blasphemia, vel peccato mortali, soluitur cõiugiũ & conuersus cum alia contrahere potest.

In prima decisum exordium.

In secunda quæstio.

In tertia distinguens responsio. secunda ibi, sane. tertia ibi, nos igitur. Tertia subdiuiditur in sex partes, quia primo prosequitur primum membrum. Secundo prosequitur secundum membrum. Tertio rationem diuersitatis reddit. Quarto soluit obstaculum. Quinto ex responsione facit vnam illationem, per quam tollitur absurdum. Sexto aliam illationem facit, per quam soluitur alia quæstio. secunda ibi, si vero. tertia ibi, nam & si. quarta ibi, nec obstat. quinta ibi, per hanc responsionem. sexta ibi, per hanc etiam respõsionem illa soluitur quæstio.

Nota primo principium huius Decretalis pro commen-
2 datione † arguentis, seu quærentis, si commendatur hæc rogatio, de quo in suprascriptione, & secundum Hostien. commendabitur etiam in antiqua, quia in dubitabilibus Sedem Apostolicam consuluit, & quia noluit suam sententiam reprobari, vel corrigi sicut Ioachim, de summa Trini. capit. 2. in fine.

Nota secundo ibi, relinquitur, quod quãdo alter coniugum
3 ad fidem † conuertitur, ipse non dicitur relinquere reliquũ, sed relinqui. & hoc est, secundum Ioan. And. & dom. Card. quia ipse incidit per rectum iter fidei, reliquus per obliquũ, sicut si duo irent Romã, & alter volueret se versus Occidentem dicitur reliquere illum, qui iret recto tramite versus meridiem. Abb. autem Sic. dicit, quod ideo conuersus ad fidem dicitur relinqui ab illo, qui remanet in infidelitate, quia ambo deberent accedere ad fidem, & ideo si alter accedit, & reliquus non sequitur, dicitur illum relinquere.

Nota tertio casum, in quo verum matrimonium cõsum-
4 matum dissoluitur. s. quando † alter infidelium venit ad fidem reliquo volente secum habitare absque illa blasphemia diuini nominis. & ex hoc habes casum quotidianum in istis qui conuertuntur ad fidem vxoribus remanentibus in Iudaismo. possunt enim cum aliis mulieribus denouo contrahere, si vxores nolunt secum cohabitare, vel non sine peccato. Et ex hoc no. casum singularem, secundum Abb. Sicu. in quo potest esse matrimonium inter Christianum, & infidelem. & hoc ideo quia matrimonium fuit a principio contractum, dummodo erant infideles, alias autem nõ teneret matrimonium, si contraheretur inter Christianum. & infidelem, vt cap. caue. 27. quæst. 1. & dixi in capit. fin de condit. appos. super glo. 1.

Nota quarto ibi, si infidelis dixerit &c. quod is qui re-
5 manet † infidelis, dicitur discedere a fide, cum tamen nunquam fuerit fidelis, & hoc ideo est, quia cum non teneatur sequi illum, qui conuertitur, vt dixi in secundo notabili, si non sequitur, dicitur illum relinquere, & per consequens ab eo discedere.

6 Nota quinto ibi, fieri. quod † Catholicus liberatur a seruitute infidelis, & dicitur frater quilibet Christianus, in cap ad mensam 11. quæst. 3. & quod de seruitute dixi. intelligit Hostien. respectu vinculi filiabus fraterni sororij, vel vxorij, vel seruilis: debet enim Catholicus potius sequi patrem patrũ sponsum sponsorum, & dominum dominorum. 11. q. 3. non semper. & cap. Iulianus.

7 Nota sexto, quod † matrimonium consummatum inter Christianum durat semper, nec potest aliquo casu dissolui. & dicit Abb Sic. quod iste tex. est optimus, & quod per eius rationem potest argui, quod etiam ecclesia non posset illud dissoluere, de quo remittit ad disputationem Ioan. And. in regula, actus legitimi de reg. iur. in 6 in mercur. & ad ea, quæ ipse dixit in cap. ex publico, de conuer coniug vbi dixi & vide optimum tex in cap ex parte tua, eod tit. vbi videtur probari, quod Papa non possit dissoluere matrimonium etiam nondum consummatum, nisi appareat de diuina reuelatione, & nisi apparuisset de reuelatione diuina propter exempla sanctorum non potuisset ecclesia statuere, quod matrimonium non consummatum dissoluatur per ingressum religionis, facit cap. verum, eod tit.

8 Nota vltimo † differentiam inter matrimonium Christianorum, & matrimonium infidelium, quia apud infideles est verum matrimonium, sed non est ratum, sed apud fideles est verum matrimonium, & ratum. & sic indissolubile, & sic matrimonium est fortius inter fideles, quam inter infideles, & per consequens difficilius soluitur ad hoc, c. 2. de transl at. prælat. & redditur ratio, quia baptismus est ianua sacrorum, vt in cap. fin. de presbyt non bapti. Ideo super ipso tanquam solido fundamento adueniens matrimonium nõ dissoluitur, quia sacramentum fidei nunquam amittitur, vt hic dicitur, de consecr dist 4. ostenditur. deficiente autem prædicto fundamento debilius est matrimonium. j. quæstio j cum Paulus. Ideo primum non soluitur, nisi morte quæ omnia soluit. Secundo vero soluitur etiam aliter quam per mortem, vt hic. & in cap sequen. §. qui autem.

Sed Abb. Sicu opponit contra text. & contra prædictum, nam cum matrimonium sit verum inter Infideles, vt hic in tex. & infra cap proxi non videtur, quod possit separari non obstante defectu baptismi, nam Christus interrogatus a Iudæis, qui non habebant baptismum, respondit, quos Deus coniunxit &c. vt in dicto cap. de infidelibus, de consanguin. & affin. & sic ostendit indissolubilitatem matrimonij etiam inter infideles. Ad idem facit, quia matrimonium institutũ est longe ante baptismũ, scilicet in statu innocentiæ in Paradiso, & ibi recepit suam indissolubilitatem, cum dictum fuit quod erunt duo in carne vna, vt leg. & not. in cap. cum vnico, de voto, in vj & in capit fraternitatis. 35 quæst. 10. & istud Doct. non tangunt. Sed Abb. Sic respondet, dicens, quod ideo põderatur baptismus indissolubilitate matrimonij, quia vbi non est fides Christiana, matrimonium non habet suum si-
9 gnificatum, nam † matrimonium consummatum denotat animorum etiam conformitatem, quæ est inter Christum, & ecclesiam propter assumptionem carnis humanæ, vt in cap. debitum, de bigam. vnde sicut figuratum est indissolubile, quia Deus carnem. quam assumpsit, nũquam dimisit, ita & matrimonium illud figurans, debet esse indissolubile, sicut figuratum, pro quo vide bonam glo in ca quia propter. 14 quæstio. 2. hoc autem significatum non habet matrimonium. quod est contractum inter infideles, quia negãt assumptionem carnis, & sic matrimonium inter eos non est ita firmum, & indissolubile. Nec obstat, quod dicitur, quos Deus coniunxit &c. quia non est homo qui dissoluit hoc casu, sed ecclesia aut. diuina, quæ in hoc interpretatur ius diuinum, & induxit hoc etiam fauore fidei, ne infideles tepescerẽt venire ad fidem videntes se arctari ad continentiam vxoribus renuentibus secum habitare.

Sed quæro, nunquid iste tex habeat locum, inquantum loquitur de duobus infidelibus contrahentibus matrimoniũ, quorum alter postea conuertitur in duobus hæreticis, si alter postea conuertitur. Innoc. dicit, quod hæc quæstio non potest habere locum, nam siue infans, siue maior fuerit baptizatus in forma ecclesiæ, habet verum sacramentum baptismi, etiam si ab hæreticis, vel infidelibus fuerit baptizatus, & sic inter tales est ratum matrimonium, vt in ca. decreuit, de hæret. lib. 6 & dixi in cap fin. de condit. appos super glos. 1. aut baptismus fuit collatus non seruata forma ecclesiæ, & tales non sunt fideles, & sic matrimonium non est ratum inter eos. pro hoc cap 1 §. sacramentum. supra de summa Trinit. & quod no. de scismaticis, ca. j. ad quod se remittit dom. Card in 1 q. & hoc sequitur Ioan. And. & dom. Card. hic in vlt. q. & But. hic in fi. commenti.

In glo in verbo, contumelia. ibi, despernẽte. dic, quod per hoc comprehendit primum casum, scilicet quando infidelis nullo modo vult habitare cum illo, qui est conuersus.

In ead glo ibi, vel blasphemare volentem, per hoc comprehendit, quando non vult legitimare absque contumelia crea-

cre itoris. Item ibi,vel Intercedentem &c. per hoc compræ-
hendit,quando vult cohabitare ad finem, vt trahat conuer-
sum ad mortale peccatum, nunquid autem omnino renea
tur conuersus cohabitare cum infideli,quando vult cohabi
tare absque contumelia creatoris,nec vult trahere ad mor-
tale peccatum,dicam in cap.sequen.in a.notab.

In ead.glo ibi, nam sunt absque mora vincula rupta prio
ra.ista glo vult,quod ipso iure soluatur matrimonium, quã
do infidelis non vult cohabitare cum coniuge conuersa abs
que contumelia creatoris,vel quando vult trahere ad pecca
tum mortale.idem dicit gl.in verbo, relinquitur. sed plenius
dicit in c.seq in glo.pen.

In glo.in verbo,relinquitur. No.ex glos quod matrimo-
10 nium non potest claudicare,idest † ex parte vnius tenere,&
ex parte reliqui non.intelligitur quo ad substantiam vincu-
li,nam quo ad debitum reddendum, quandoque claudicat,
quia interdum quis tenetur debitum reddere, qui nõ potest
exigere,vt in cap.quidam,de conuer.coniug & de eo qui co
gnouit consanguineam vxoris suæ, transmissæ. Item quan-
doque vnus tenetur ad matrimonium,& non alter,vt in ca-
pit.1 de eo qui duxit in matrim.quam poll. & in cap.de illis,
& in cap.continebatur,de despon impub.

In eadem gl.ibi,& non per ecclesiam. quasi dicat,non est
opus,quod iudex ferat sententiam diuortij,sed ipso iure cõ-
tumelia creatoris dissoluit matrimonium.& idem sensit gl.
in verbo,contumelia.sed Hostien.dicit tutum esse,quod a iu
dice statuatur terminus infideli ad habitandum cum con-
uerso,quo elapso si voluerit cohabitare,solutum erit matri
monium,qui fil sint legitimi,lator. & de conuersio.coniug.
ex publico.

In eadem glo ibi, debet tamen adhibere testes &c No.ex
glo. quod licet quis ex aliquo delicto incurrat pœnam ipso
11 iure,nihilominus requiritur † probatio delicti, & sententia
declaratoria,quod fecerit delictum,licet non requiratur sen
tentia , quæ pœnam imponat , cum sit a iure interposita. &
ad hoc est tex.in cap.cum secundum,de hære.in vj & in cle
ment præsenti. iuncta glo in verbo,constiterit.de pœn.& sen
tit etiam glo in capit.quam sit.in versic.ipso iure,de electio.
in vj facit quod no Bart in l.1.C.de his quibus vt indig. & in
l.in cognitione ff ad Syllania.& in l.1.& in l eiusqui,debito-
rem.ff.de iure fis & vide omnino Ange qui hoc opt.me de-
clarat in Auth de incest nup.in princ.collat.3. & per But.&
Doct.in cap.si diligenti,de foro compet.

In ead.glos in fi.dic, quod licet sit nouum matrimonium,
tamen non erit bigamus,secundum Vincẽ. quia non diuisit
carnem suam in plures, si autem aliam duceret , esset biga-
mus,quia baptismus tollit peccatum,non irregularit.50.di-
stin.si quis viduam, & ibi per glos.& per Barth Brix.in quæst.
suis,optime facit 26.distin.deinde. & vide quod dicam in ca-
pi.sequen.in glo fin.& no dictum Vincen.& hoc sequuntur
Doctor.& facit ad quæst.de eo qui contraxit,maxime cum
ea, quam deflorauit, quod non censeatur ex hoc bigamus,
de quo dic,vt per glo.& dom.Dominicum in cap.1. de cler.
coniug.in vj.

In glo in verbo,maior.hæc glo.facit ad quæst.magis pec-
12 cat † malus Christianus,quam malus Paganus. sed Ang for-
mauit quæst.de eo qui est Christianus,& malus, vt in eo qui
est Paganus , & plenus virtutibus , sed quod non est fidelis.
& dicit , quod non audet præcipitare sententiam , quis eo-
rum dicatur esse in maiori peccato. & de hoc est tex. 6. q.1.
quæro. Sed pro decisione ad tex.& glo 12.q.1 scimus.

In glo in verbo,sine culpa dic,vt in regula,sine culpa.in 6.

In glo fi hanc glo.sequitur Philipp & Iac.de Alberg.Pet.
& Abb.vt euitetur iurium correctio.& Io.And. dom.Cardi.
& But sed Abb.Sic. dicit, quod iste tex.parum facit pro opi.
glo quia non loquitur,quando matrimonium separatur iu-
dicio ecclesiæ propter hæresim alterius. & dicit,quod tenen
do opin.contrariam potest iste tex.reduci ad terminos cap.
præcedentis.dic,vt ibi dixi.

Extra glo.quæro,quid si alter fidelium labitur in hęresim,
an matrimonium quo ad aliquod ius dissoluatur. Ioã. And.
dicit,quod soluitur quo ad mutuam seruitutem,si bene con
fitetur hæresim, vel de ipsa conuincitur, allegat 6.q.1.§.ve-
tum,sub cap.quęro.soluitur ergo inter fideles ius mutuæ ser
uitutis,inter infideles ipsum vinculum matrimonij. facit su-
pra cap pros. Nunquid autem soluatur ius mutuæ seruitutis
quoad copulam altero fidelium lapso in hæresim,dixi in c.
a.supra eod.

S V M M A R I V M.

1 *Gradu prohibito coniuncti pagani conuersi non separantur.*
2 *Prohibitio canonica in contrahendo matrimonio non extenditur ad infideles.*
3 *Lex diuina afficit etiam omnes infideles.*
4 *Conuersus ad fidem potest cum vxore infideli cohabitare.*
5 *Matrimonium potest esse inter fidelem, & infidelem.*
6 *Vxores plures habere ex diuina reuelatione, quandoque licuit.*
7 *Reuelatio diuina quandoque dicitur mos, quandoque fas.*
8 *Fas quid dicatur.*
9 *Pœna restringuntur ob fauorem fidei, & præmia dilatantur.*
10 *Baptismus non soluit matrimonia, sed crimina dimittit.*
11 *Doctori ecclesiæ magis creditur in interpretatione diuinę scripturæ, quam Papę.*
12 *Mulier infidelis cohabitans cum marito conuerso ad fidem Catholicam , an habeat priuilegium in bonis mariti pro dotibus recuperandis.*
13 *Personę quæ prohibentur a matrimonio de iure diuino,enumerantur carminibus.*
14 *Degentes sub Imperio cuiuscunque sint sectę subiacent legibus Imperatorum.*
15 *Infidelis subiacens legi Imperiali , subiacet etiam legi Canonicę.*
16 *Iudæi contrahentes matrimonium contra legem diuinam , ligantur per leges ciuiles.*
17 *Infidelis delinquens contra legem diuinam , incurrit pœnam legis canonicæ.*
18 *Pagani, & Iudęi habitantes in terris ecclesię ligantur legibus canonicis quo ad pœnam temporalem.*
19 *Iudæi iniuriosi Christianis, vel cultui diuino, subsunt ecclesię.*
20 *Iudęus blasphemans Papam, vel Deum, ab ecclesia,est puniendus.*
21 *Iudæus non potest dici hęreticus.*

C A P. VIII.



Audemus. Hanc Decretalem pro parte
legam , sicut per §.est diuisa.
& hoc dicit,vsque ad §.quia vero.Pagani coniun
1 cti in † gradu prohibito l. canonica conuersi ad
fidem non separantur,hoc dicit. & pars istius capit.est,supra
qui fil.sint legit. gaudemus . & hoc principium diuiditur in
tres partes.

In prima ponitur decisum exordium.

In secunda consultatio.

In tertia responsio. secunda ibi,vtrũ. tertia ibi, super quo.

Nota primo, iuncto §. quia vero, duas regulas generales.

2 Primo,quod † prohibitio canonica in contrahendo ma-
trimonio non extenditur ad infideles. & idem dicẽdum est,
secundum Abb.Sicu.in omnibus spiritualibus per illam au-
ctoritatem Apostoli,quid ad vos de his,quæ foris sunt,atti-
net iudicare,& dicitur foris,idest extra fidem catholicam.

3 Secunda regula est, quod † lex diuina afficit omnes infide
les , vnde matrimonium eorum contractum contra legem
diuinam est nullum ipso iure.

Ex quo infertur,quod Iudæi, seu Pagani delinquẽtes con
tra legem diuinam puniri possunt,secus si delinquerent con
tra legem canonicam disponentem super spiritualibus, de
quo plene per Bart.in cap.quod super his,de voto,de quo ali
quid infra dicam.

4 Nota secundo,quod † conuersus ad fidem potest habita-
re cum vxore infideli , neque debet eam dimittere, ex quo
vult cohabitare absque contumelia creatoris . pro hoc, se-
cundum Hostiẽ. quia sanctificatur vir infidelis propter vxo
rem fidelem,& econuerso,vt dicit Apostolus.

Et ex hoc infert Hostien. quod cum non debeat admitti,
remanet vxor,de spon.cap.1.& cap.ex parte. Sed Pet.& Abb.
dicit,quod iste tex.loquitur de consilio, quia potest eum di
mittere si vult.28.quæst.1.iam nunc.& quæst.2.capit.fin.di-
missa vero cum alio contrahere non potest, nec ipsa nisi in
casibus,infra eo.cap § qui autem. domin.Cardin.hic in pri-
mo notabili dicit,quod hoc est verum,& quod nec Hostien.
contradicit. But.autem transit cum Hostiẽ. Sed verius dicit
Pet.& Abb.quia de hoc est casus in dicto cap iam nunc.28.
quæst.1.& 2.§ fina. Gratianus tamen facit differentiam , an
conuersus dimittat vxorem volentem cohabitare, vel non,
sine contumelia creatoris, an vero dimittat eam volentem
cohabitare absque contumelia creatoris,de quo vide in d.§
si.28.q.2.& ibi per Archid.& Io de Fantu.

Tertio nota , quod inter fidelem, & infidelem potest esse
5 † matrimonium,quod intellige,quando matrimonium fuit
contractum ante conuersionẽ , nam alias inter dispares fi-
dei non potest esse matrimonium,vt in cap.caue.28.quæst.1.
& dixi plenius in cap.præced.in tertio notabili.

Quarto nota, quod ex diuina reuelatione quandoque li-
6 cuit habere plures † vxores , & sic factum diuina reuelatio-
ne,licet quo ad nos reputetur peccatum , non est tamen in
veritate peccatum.

Nota

7 Nota quinto, quod † diuina reuelatio quandoque dicitur mos, quandoque fas. & dicit Innoc. infra de reg. iur. quod nõ est. Sed Pet. & Abb exponunt mos, idest consuetudo. fas vero in aliis. idest dispensatio. Dom. autem Card. dicit, quod non refert quomodo exponatur, quia illa litera se refert ad communem modum loquendi qui attenditur, de sponsal ex literis, el primo. & dicit, quod siue dicatur mos, siue fas, idẽ effectus resultat. dicit tamen, quod præcedens expositio magis consonat interpretationi horum vocabulorum, nam dici-
8 tur mos. quod a pluribus fit. 1. dist. consuetudo. † Fas autem est ius, immo proprie sumitur pro iure diuino. j distin. capi j. mihi etiam placet prima expositio. Nam hic Papa se retulit ad verba Ambrosii, & Augustini dictũ, quod Patriarchę non peccarunt, qui contraxerunt matrimonium cum pluribus mulieribus eo tempore, quia tunc non erat crimen, & erat mos. & de hoc vide tex. 32. quæst. 4. obiiciuntur. & cap. dixit Sarra. & ideo inquantum tex. dixit, quod diuina reuelatio quandoque appellatur mos, referas ad matrimonium. Inquantum dicit, quod quandoque appellatur fas, referas ad alia exempla posita in tex. vnde tene primam expositionem. Ex his dicit Hostien. quod sicut consuetudo. quandoque excusat, sic etiam diuina reuelatio, per quam etiam matrimonium separatur, de conuer. coniug. ex publico, & de spon. commissam.

9 Sexto nota ibi, religionis quod ob fauorem fidei † pœnæ restringuntur, & dilatantur præmia & hoc est contra illos, qui dicunt, quod quando Iudæi, vel Pagani conuertuntur, debent omnia dimittere quæ possidebant, quod est falsum, quia immo licite retinent bona acquisita in infidelitate, ut si sint acquisita ex vsuris, vt dicit tex. cum glo. infra de Iudæ. Iudæi. & de consecr. dist. 4. Iudæi. quæ dicit, quod Iudæus volens baptizari cum conditione, quod retineat acquisita ex vsuris, non debet admitti, quia præsumitur, quod non pura fide quæratur baptizari, & notabis bene illam glo. in dicto tex. nunquid autem filii Iudæorum, vel Paganorum facti Christiani succedant in hæreditate simul cum fratribus, qui remanserunt Pagani, vel Iudæi. dic quod sic, vt in dicto cap. Iudæi. infra de Iudæis.

10 Nota vltimo, quod per † baptismum non soluuntur matrimonia, sed crimina dimittuntur, & est sensus. quod baptismus debet prodesse, & non obesse, quandoque tamen per baptismum soluitur matrimonium in consequentiam, sed non principaliter, vt supra cap prox. nam si soluitur matrimonium, eo quia remansit in infidelitate nolente cohabitare cum conuerso absque contumelia creatoris, hoc enim fit non principaliter propter baptismum, sed in consequentiam propter delictum remanent. in infidelitate, & ne corrumpat conuersum ad fidem.

Sed opponitur contra tex. & videtur, quod Patriarcę absq; diuina reuelatione debuerint excusari ab adulterio, licet plures coniuges habuerit, nam tempore ipsorum non erat tradita lex coniugii, ergo non erat adult. arg de constit. nam & concupiscentiam, & sic excusatio non fuit necessaria. soluit Hostien. quod licet lex Mosaica nata non esset, tamen erat lex naturalis, secundum quam quis debebat adhærere vxori suæ, & non alienæ. & licet Ioan. And. Card. & But. transeunt cum dicto Hostien. tamen contra hoc dictum, & etiam contra istum tex. videtur tex. ad literam in contrarium, in capit. dixit Sarra & in c. obiiciuntur. 32. quæst. 4. quorum primum capitulum est Ambrosij, secundum vero Augustini. & dicunt, quod Patriarcę qui habuerũt eodem tempore plures vxore, vel qui propter sterilitatem vxorum transiuerunt ad concubinas excusantur, quia tempore ipsorum nondum erat lex prohibens plures habere vxores, nec etiam erat facta lex, quæ prohibuit adulterium. Nam licet in Paradiso institutum fuisset matrimonium non tamen fuit prohibitum adulterium, nisi post legem excusantur etiam quia non ardore libidinis, sed gratia procreandæ prolis hoc fecerunt, hoc aperte dicunt illa iura, nec mouentur ex aliqua diuina reuelatione, & forte eis magis est credẽdum, quam huic tex quia in interpretatione diuinæ scripturæ magis creditur Doctor.
11 † ecclesiæ, quam Papæ. 20. distinct. 1. in principio. nisi dicatur, quod causa procreationis prolis fuit diuina reuelatione, nã Deus ipsos ad hoc inspirauit, vt multiplicaretur humanum genus.

Secundo opponitur, quod etiam hodie infidelibus licet habere plures coniuges, vt in cap fin. qui fil sint legit. vbi est casus, secundum vnum intellectum, quod si cõuertuntur ad fidem, legitimantur filii nati ex superinducta, & hoc in fauorem fidei, vt ibi dicitur, quod ex hoc non inte tur, quod matrimonium teneat cũ superinducta, immo non tenet, vt hic tamen in fauorem fidei, si conuertuntur, filii legitimantur, vt ibi dicitur. de hoc etiam sea dixi.

Tertio opponitur, nam iste tex facit peioris ꝯdõnis Christianos, quam Paganos, nam matrimonium contractum in tertio, vel quarto gradu inter Christianos non valet, vt in capit. non debet. de consanguin. & affi. & tamen valet inter Paganos, vt hic. Hostien. soluit, & dicit, quod ratio differentiæ est, quia fideles constitutionibus canonicis arctantur, ideo eis non est licitum contrahere, vbi impedimentum est inductum a iure canonico. & si contrahunt, dicuntur contrahere contra Deum, & sic separãtur non obstante illa auctoritate, quos Deus coniunxit, homo non separet, quia non dicuntur iuncti per Deum, ex quo contra impedimentum canonicum contrahunt, idem vidistis supra de consanguin & affin. de infidelibus vbi etiam Host. idem dicit.

12 Vltimo quæro, pone quod † mulier infidelis cohabitet cũ marito conuerso ad fidem Catholicam, an habeat priuilegium, quod cõceditur mulieribus in bonis maritorum pro dotibus suis recuperandis, de quo in l. assiduis. C. qui poti in pign. hab & in cap ex literis. supra de pignor Hostien dicit, quod sic, fauore fidei, argum. huius capit. & supra de conuer. infid cap. 2. in fi. nam cum Imperator hoc priuilegium dare possit, vt in d. l. assiduis. C. qui pot. in pign hab fortius Deus, arg 3. q. 3. ita diligere. sed contra opin. Host. videtur tex. in l j. & auth. ibi posita. C de hæret. & in Auth. de priuileg dot. hære. mulier. non præstan. collat. 8.

Hostiẽ. soluit, quod licet verba contradicant, non tamen mens, nam illa iura, quo ad verba prosequuntur omnes non baptizatos, sed quoad mentem solum illos, qui semel sunt professi fidem Catholicam, & postea præuaricati sunt. Item omnes excommunicatos, & ex hoc dicit Hostiẽ. aliud esse in Iudęis, qui ab ecclesia tolerantur, & etiam in Paganis qui baptizantur, ne per contrariam interpretationem retrorrahãtur, vt hic. Ad prædicta allegat infra de apostat. quidam, in fi. & ff. de leg 2. l. non aliter & ff. de legib. l. scire leges. nam ꝗ prædictum priuilegium non concernat hæreticos, est fauore fidei, non debet ergo contra fidem retorqueri. C. de legi. quod fauore. Item Iudæis, & Paganis lapsis, & errantibus subuenitur, perditis vero, idest sanctum baptisma profanantibus non, vt C. de aposta. l. hi qui, in fi. & cum Hostien. pertransit But. sed dom. Cardin. in prima quæstio. tenet contrarium, scilicet quod priuilegium prædictum intelligitur concessum solis mulieribus Christianis, & non aliis, & hoc probatur in Authent. de priuileg. dot. hære mulier. non præstan. versiculo, quam enim. ibi, qui adorandam nostram fidem, &c. & de hoc etiam est tex. ad literam, in auth. posita super l. 1. C. de hære. Nec obstant argumenta Host. quia priuilegium conceditur solis Christianis, & non deuiantibus a fide. & ex quo est concessum solis Christianis non debet extẽdi, vt in regula, priuilegium. de reg. iur. in vj. & ad hanc literam respondet, quod licet non puniantur Pagani conuersi ad fidem, ex eo quod contraxerunt ante suam conuersionẽ in gradu prohibito l. canonica, immo permittantur in matrimonio, etiam si vxor sit infidelis, per hoc tamen non sequitur, quod mulier infidelis debeat habere alia priuilegia data Christianis, quale est priuilegium dotis præmissum, sed post conuersionem bene habet priuilegium, vt dicto versic. sed si sint eis. idem dicit Abb. Sic. & allegat tex. in dicta authen posita. super l. 2. C. de hæret. dicit etiam, quod satis est tempore quo vult vti priuilegio, sit Christiana, allegat nota. per Bart. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupil. vbi Bart. dicit, quod sufficit qualit. esse tempore, quo quis vult vti priuilegio. sed de hoc vltimo est casus, licet Abb Sic. non alleg. in d. Auth. de priuileg dot hære. mulie. non præstan. versic sed si sint eis. & sic Abb. Sic in omnibus sequitur opin. dom Card. licet de eo nullam faciat mentionem & hanc opin. etiam tenet glo. pen. in fi. in c. ex literis. de pignor.

In glo. prima ibi, sed non omnis. dic clarius quam glos. ꝙ secundus gradus in linea ęquali est prohibitus solum l. canonica. & de isto gradu loquitur iste tex. exemplum in filiis duorum fratrum. & sic intellige, quod no glo 30. quæst. 3. peccatum & in cap. literas, de restit spoliat in glo. quę incipit, videtur & no. ex glo. personas prohibitas de iure diuino, latius habetur in c. literas, de restit spolia vbi glo & Dect. & 13. perso-
13 nas, † quæ prohibentur a matrimonio de iure diuino enumerat Host. per versus.

Nam soror neptis matertera fratris, & vxor
Et patrui coniunx mater priuigna nouerca,
Atque soror patris coniungi lege vetantur
Vxorisq; soror priuigna nata vtriusque.

Et quod dicitur de vxore fratris, dic vt dixi inc. proxi in gl. x. dic, quod Pagani arctãtur, si sunt iniuriosi Christiano, & potius si contumeliam inferunt fidei, vel cultui diuino, tunc enim per iura allegata in glo coguntur satisfacere per subtractio. em participationis Christianorum. dicit etiam Host. quod

liber tenetur abstinere, cum quilibet sit subditus Deo, cuius est terra, &c. de decim. tua.

3 Secundo nota † modum probandi, quod non licet habere plures vxores, quia institutor matrimonij. s. Deus vnum hominem coniunxit vni feminæ, quod secundum Host. probat ipsa plasmatio, quæ ratio omnes homines ligat, alias astringit, cum sit naturalis.

Ex quo infertur, quod nec vnus plures feminas, nec vna femina plures viros habere potest. fuit autem creata femina de costa viri, vt hic, & quare fuit creata de costa, vide tex. 33. q. 5 nec illud. vbi dicitur, quod immo femina fuit creata de costa, vt sciremus in viro, & muliere, vnam esse naturam, vnum fontem generis humani, vnde a principio non fuerunt creati vir & mulier, sed primo vir, deinde mulier, nam Deus volens constituere vnam naturam hominum incepit a creatione vnius creaturæ, vnde per hoc eripuit facultatem multarum disparium naturarum, hæc omnia dicit text. in dicto capitulo. nec igitur. 33. quæstione quinta, & dicit ibi
4 glo quod ideo † mulier non fuit creata de pede hominis, ne iudicaretur omnino famula viri, nec de capite, ne omnino videretur differentia, sed de costa, vt collateralis videretur. Sed ego puto, quod a principio creationis non fuerit mulier creata, vt esset quasi famula, sed fuit creata, vt esset socia viri, sed post peccatum fuit facta quasi ancilla viri, nã Deus dixit post peccatum, subdita eris viro, & hoc etiam probatur 33. quæst. 5. hæc imago, & cap. mulierem.

5 Nota tertio ibi multo fortius, quod procedit † arg. a fortiori. concor. de elec. cum in cunctis, & de episc. & cler. auth. multo magis. C.

Nota vltimo, quod vir & vxor non iudicatur ad imparia, de quo dicam per glos. in verbo, ad imparia. alia notabilia debent colligi, sed collegi in principio huius ea quia coniunxi hunc §. simul propter duas regulas quas feci ibi in primo notabili, & feci aliquas compositiones quę multam concer
6 nunt hunc §. Quarto pone † infidelis viuente prima vxore contraxit matrimonium cum pluribus, & consummauit, deinde mortua est prima vxor. Quæritur cum qua debeat remanere. videtur, quod nulla sit vxor, vt in cap. si. de eo, qui dux. in ma quam poll. vbi dicitur, quod si quis viuente vxore contraxit matrimonium cum alia, & eam cognouerit carnaliter non poterit vnquam postea illam habere in vxorem etiam mortua prima, & sic per istam rationem non videtur quod aliquam ex eis habere possit. In cõtrarium videtur ex causa, ex quo contraxit secundum legem suam, vt supra eo. cap. in principio, & infra §. qui autem. per quæ videtur. quod illa cum qua primo contraxit censeatur vxor si sequitur cõuersio ad fidem, & hoc tenet Host. & ad c. fin. de eo qui duxit in matri. quam pollu. Respondeo, quod condemnatio de qua ibi fit de iure canonico, cui non subsunt pagani non ligant ipsos, & hoc potissime in fauorem fidei dicendum est, vt supra eodem cap. in principio, & hoc sequitur Butrig. sed dom. Cardin. in hoc §. in prima quæst. tenet contrarium. & dicit, quod verius est, quod nulla est vxor, quia viuente prima non tenet matrimonium cum alijs, vt hic. tu dic, quod aut quæritur, an si infidelis contraxit, & consummauit matrimonium cum pluribus viuente prima vxore sit matrimonium mortua vxore sua cum aliqua ex eis & dic, quod non quia matrimonium contractum viuente vxore legitima nõ tenet de iure diuino, vt est hic casus: aut quæritur, an possit contrahere cum aliqua ex eis post mortem primæ. & dicit quod sic, dato quod cum ipsa contraxerit matrimonium, & consummauerit viuente vxore legitima. & ratio est, quia infidelis non ligatur iure canonico positiuo, vt in principio huius cap. & per hoc non ligatur, vt in cap. si supra de eo qui duxit in matrim quam poll. Nam illud cap. continet ius positiuum, quod non arctat infidelem nisi post suam conuersionem. Aut quæritur, nunquid possit compelli post suam conuersionem ad cõtrahendum matrimonium cum aliqua ex eis, si etiam illæ sunt conuersæ & dic, quod aut contraxit eodem tempore cum pluribus. & nulla potest eum compellere, quia nullus fuit talis consensus, ex quo consensit in plures eodem tpe, nam idem esset in Catholico, vt dicam in sequen. quęst aut viuente vxore contraxit cum alia, & sic non cum pluribus eo. tempore. & hoc casu dom Iac de Zoch. dicit, quod in fauorem fidei compelleretur illam ducere in vxorem mortua prima vxore, si vterque est conuersus, allegat no io cap. j. de eo qui duxit in matri. quam poll. & § sequen. Sed in hoc non placet, quia dictum c. j. loquitur, quando alter fuit in dolo, & alter in bona fide, vnde ille qui fuit in bona fide, compellit dolosum ad contrahendum secum matrimonium, secus in casu nostro, in quo vterque præsumitur esse in bona fide, ex quo contraxit secundum suum ritum. vel si dicatur, quod præsumitur esse in mala fide, cum contraxerit contra ius diuinum, cuius est intolerabilis ignorantia, tunc dicendum est, quod vterque fuit in mala fide, & sic dolus cum dolo debet compensari, vt supra eod. significasti. & l si ambo. ff. de compensa. & in l. viro, atque vxore ff. solu. matrim. Non obstat §. sequens. quia loquitur in illa, quę fuit legitima vxor, sed ista cum qua contractum est vxore legitima viuente, nunquam fuit legitima vxor, ergo &c.

7 Secundo quæro, pone † Catholicus contraxit cum pluribus eodem momento dicens, consentio in vos omnes, & similiter mulieres respõdent, & nos in te. & hoc casu videtur, quod illa sit vxor, cum qua primo matrimonium consummauit, argum. de condit. appos. de illis. sed Gost determinauit contrarium. & dicit, quod mutuo se impediunt, de vsufr. l. quoties. & idem dicit, si sponsalia sint sic contracta, vbicunque prohibetur matrimonium, & sponsalia intelligũtur prohibita ff. de sponsa. l. oratio. Circa quod vide omnino glo. in clem j. in verbo, contrahendum de consanguin. & affinit. & ideo copula carnalis non potest ratificare id, quod omnino est illicitum. 27. q. 2. nuptias. & hoc dicit Ioan. esse verum, etiam si tantum vna ex illis sit apta ad matrimonium. & idẽ dicit Vincen. & Phil. quia iste non intendit huic soli obligari, immo & alijs, & sic agit contra substantiam matrimonij, quod exigit vitam indiuiduam. 32. quæst. 2. solet. non est ergo matrimonium, vt in cap. fin de condi. appos. & hoc sequitur Ioan. And. dom. Cardin in vltima quæst. & Butr. & Abb. Sic. in fine huius cap. de quo etiam per Hostien. in summa, de despon. impub. § fin. versicu. quid si iurauisti, & sequen. & plenius de hoc dixi in capitulo, ex literis. el secondo, supra de sponsalibus.

In glo. in verbo, vel quam ex omnibus. Nota ex glo. quod sufficit respondere in effectu. etiam si formaliter non respondeatur. & inquantum glo. dicit, quod prima erit vxor, quod aut eodem tempore cõtraxit matrimonium cum pluribus, & tunc nulla erit vxor, quia cum nulla esset matrimonium, vt supra dixi: aut contraxit matrimonium cum pluribus diuerso tempore, vt puta hodie cum vna, cras cum alia, & tũc prima erit vxor. & sic intelligas hanc glos & glos. in verbo, pluralitatem.

In glos. in verbo, si dormierit. dic, quod ibi permittuntur plures vxores non eodem tẽpore, sed successiue, puta si mortua est prima, nam potest contrahere cum alia, & sic successiue vsque ad infinitum, vnde dicit Augustinus, quod non damnat octigamos, vt in dicto cap. quod si dormierit. & in cap. aperiant. eadem quæstio.

8 Et no. bene istam glo. quod † numerus pluralis, quandoque ponitur ad exclusionem maioris pluralis, quandoque minoris, vt in cap. licet vniuersis. & quod ibi no. glo supra de testibus. debet ergo capi ille intellectus, secundum quem vitatur absurditas.

In glo. in verbo, ad imparia. Nota bene hanc glo. in qui-
9 bus vir, & † mulier iudicantur ad imparia nam sunt tria. s. quo ad mutuam seruitutem, & quo ad debitum carnis, & quo ad fidem seruandum; in alijs est pene famula viri, vt dicit glo & ideo maritus potest reuocare votum vxoris, sed nõ econuerso, vt in cap. voluit. 33. quęst. 5. & vide bo. glo. eadem quæst in capit. manifestam. & dixi plene in capit. dudum, de conuer coniug.

Item inquantum gl dicit, quod quo ad fidem seruandam vir, & vxor iudicantur ad imparia. Infertur, quod sicut vir potest accusare vxorẽ de adult. ita econuerso, & sic probatur opin Barth Brixien. contra Ioan de qui in Spec in titulo, de adulter. versic sed nunquid, in fi. sed dom Cardin dicit, quia licet vxor possit accusare virum de adulterio, ad pęnitentiam, & ad separationem thori, vxor tamen non potest accusare virum ad pęnam legalem, ad quam vir potest accusare vxor. vide glo. 32 quæst. 1. publico. & 12. quæstio. 2. si qua cum seruo. de quo dic, vt in cap. tua, de procurat.

SVMMARIVM.

1 *Paganus si repudiata vxore contraxit cum alia, etiam post baptismum dimittet secundam, & adhęrebit primæ, nisi fornicata fuisset.*
2 *Repudium factum in infidelitate non valet.*
3 *Infidelis conuersus ad fidem, in quibus casibus excusetur a cohabitatione coniugis infidelis.*
4 *Repudiata secundum ritum paganorum, si cum alio contrahat, non committit adulterium.*
5 *Repudium qualiter fiat inter infideles.*
6 *Permissio fit, quia mala voluntates hominum ad plenum prohiberi non possunt.*
7 *Repudij forma quę erit, & quando reprobetur repudium.*

8 *Resti-*

8 *Restitutio spoliato in multis casibus prohibetur.*
9 *Contumelia creatoris facit, quod licet infideli conuerso cum alia matrimonium contrahere.*
10 *Pœna distinctio habetur quadruplex, & declaratur.*
11 *Actio quam quis habet contra se, non tollitur per ingressum religionis.*
12 *Baptismus an tollat peccatum quo ad legem promotionis.*
13 *Infidelis non habet exercitium legis iustitiæ.*
14 *Iustitia, & reliquæ virtutes, an apud infideles sint.*
15 *Irregularitas causata ex actu iusto, an per baptismum tollatur.*

1 §. Qui autem. Si† Paganus repudiata vxore, contrahit cum secunda etiam post baptismum; dimittet secundam, & adhærebit repudiatæ, etiam si repudiata cum alio contraxisset, secus si fornicata fuisset, hoc dicit.

In prima ponitur dictum cum ratione.

In secunda ponitur triplex exceptio.

In tertia exceptionis ratio.

In quarta ponit aliud dubium, & in quinta, aliud dubium. secunda ibi, nisi. tertia ibi, quia. quarta ibi, quod sic. quinta ibi, quamuis.

In tex. ibi, creatoris. intellige secundum Pe. quia vult conuersum dimittere Christū, vel idolum colere, nec aliter vult cohabitare. Item ibi, peccatum. Petr. intelligit, vt quia vult, quod vt prius de latrocinio viuat, vel solita latrocinia exerceat. alias recepte.

2 Nota primo, quod † repudium factum in infidelitate non valet post conuersionem, non valuit etiam ante conuersionem secundum veritatem, & propter istam rationem infidelis repudians vxorem suam ante conuersionem, secundum ritum legis suæ nō potest post conuersionem cum alia muliere contrahere matrimonium, nisi in tribus casibus expressis in tex. & hoc clare dicit tex.

3 Secundo nota tres casus, in quibus conuersus ad fidem excusatur a cohabitatione coniugis † infidelis, & in istis tribus casibus obstat exceptio infideli petenti restitutionem, si est spoliatus per coniugem conuersum. & pondera tex dum dixit, quod quamuis de iniusta spoliatione constare. nam iste tex. videtur notabiliter probare. quod dato, quod sit casus, in quo petenti restitutionem denegari debeat restitutio, tamen spoliatio dicitur iniusta respectu spoliantis, quia non debuit propria auctoritate dicere ius, sed adire iudicem. & hoc facit pro not. supra eod porro. & cap significasti. scilicet quod licet cōstet de notorio defectu tituli, cum aduersarius non debet propria auctoritate sibi ius dicere. sed posset dicere, quod iste tex non probat, nam iste tex loquitur de eo, qui ante suam cōuersionem repudiauit legitimam vxorem secundum ritum legis suæ, & sic eam iniuste spoliauit, nam post conuersionem debet cohabitare cum illa. nisi in criminibus expressis in tex. in quibus denegatur institutio mulieris, licet ante conuersionem coniugis fuerit iniuste spoliata propter repudium factum, & in hoc casu loquitur iste tex.

Tertio, quod altero ex infidelibus ad fidem conuerso, si alter re integra conuertitur ad fidem, compellunt inuicem recipere se.

4 Nota vltimo, quod † repudiata secundum ritum paganorum contrahendo cum alio non cōmittit adulterium, ideo maritus conuersus ad fidem non potest illi volenti redire, obiicere adulterium, sed contra hoc opponitur ignorantia iuris diuini neminem excusat, habet enim locū illud dictum Apostoli, qui ignorat, ignorabitur. 38. distin. qui ea sed de iure diuino non licet mittere libellum repudij, ergo repudiata alteri nubendo committit adulterium.

Abb. Sic. soluit dicens, contrarium prima fronte est difficile. & quod potest solui sic, scilicet quod repudium erat approbatum l. antiqua, scilicet veteris testamenti. vnde vtentes illa lege videntur excusari ab adulterio, quia adulterium nō committitur sine dolo, vt in l. penult. ff de adult. & 34 q 2. in lectum non enim videntur esse in dolo infideles, ex quo non recognoscunt fidem Christianam, nec subiiciunt Euangelio, a quo repudium fuit reprobatum. & sic Abb Sic. concludit, quod repudium non tenuit, tamen contrahens excusatur ab adulterio ratione prædicta. sed But dicit, quod diuortium factum secundum legem eorum excusat ab adulterio etiam contra legem diuinam quo ad illa, quæ sunt pœnæ temporalis. & sic factum vi legis iniustæ excusat a delicto, & pœna fori temporalis, & sic vult But. quod non excusentur quo ad forum animæ, quin peccent mortaliter, & quin quo ad Deum committant adulterium, nam ignorantia iuris diuini est intolerabilis, vt dixi in principio huius Decretalis super glo. 3. sed quo ad pœnam fori temporalis bene excusat. & sic limita, quod dixi in d. glo. 3. & hoc magis mihi placet, quam solutio Abb. Fateor tamen, quod minus peccat, quam si scienter contraheret contra ius diuinum, quia de quocunque peccato tractetur semper ignorantia qualiscunque sit, minuit peccatum, vt in ca in ipsarum. 32. q. 2. parua differentia est, quia in his, quæ tenentur scire, non multum distat a vitio decipere posse, vel decipi, vt dicit tex. 16. q. 1. si cupis, esse quod diceris.

5 Sed quarto, qualiter fiat † repudium inter infideles. Inno. dicit, quod fit dato libello repudij, de quo libello, licet esset concessum in lege, quod daretur propter maius malum vitandum. nunquam tamen eum dare fuit licitum. dicit etiam Inno. quod sacerdos interueniebat ad recognoscendum de hoc, quia non quandocunque quis vellet, poterat dare hūc libellum, sed solum in certis casibus. dicit etiam Inno. quod sacerdos non debebat inter cōiuges ferre sententiam diuortij; immo quod minus est forte, non debet dicere, permittimus, quod vxorem tuam dimittas. sed poterat dicere, lex permittit, sed non sine peccato tuo. & pro hoc Deuterono. 24. & Marci 10. dixerunt turbæ ad Iesum. Moyses permisit libellum repudij, & Iesus ad turbas. Ad duritiam cordis vestri scripsi præceptum istud &c & tradit Innocent. regulam generalem, scilicet quod ferenda est sententia modo prædicto in omnibus permissionibus, vbi est peccatum, quod est singulariter notandum, secundum domin Cardin. in prima quæst. qui pro hoc allegat cap mulieri, supra de iureiuran. & supra qui cler vel vouen. & cap. veniens.

Et ex hoc nota, quod licet statuta, vel consuetudines nutriunt peccatum, iudex debet dicere, statutum, vel consuetudo permittit, sed non sine peccato tuo, & idem vbi aliquid permitteretur causa euitandi maius malum, de quo vide Io. de Fan. 31. quæst 1. hac ratione.

Sed ego puto, quod non sit necessarium dicere: lex, vel statutum permittit, sed non sine peccato tuo, sed quod sufficit
6 simpliciter dicere, tibi permitto; nam quod † permittimus, nolentes permittimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus, ita dicit tex. notabilis 31. quæst 1. hac ratione. qui loquitur de repudio misso per Moysem, & ideo si iudex dicat, permitto, intelligitur contra voluntatem concedere, & ideo non videtur necessarium, quod addatur illud verbum, sed non sine peccato tuo, tamen tutius est adhærere dicto Innoc. quia Doct. cum eo transeunt, & ista tenebis menti.

7 Secundo quæro, quæ erit † forma repudij. Pet. dicit, quod coniunx dicebat coniugi, res tuas tibi habito, vel tibi agito. & de hoc est tex. in l. 2. ff. de diuort.

Vltimo aduerte ad literam istam, inquantum dicit repudium reprobari, nam hoc est verū, nisi in casibus, in quibus non tenet matrimonium, nam ex multis causis licite fit separatio matrimonij, vt in l. 2. de eo qui duxit in matr quam poll. & de coniug. seruo. per totum & de cognat spirit. Martinus. & de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ, capit. 1. & per totum titul de consanguinit. & affinit. & in pluribus aliis titu vnde dicit, quod iste tex prohibet repudium, vbi tenet matrimonium, secus vbi matrimonium nō tenet, vt in iuribus præalleg.

In glo. in verbo, in quo casu. Hostien. dicit, quod illa verba referuntur solum ad duos vltimos casus, scilicet quando non vult cohabitare sine contumelia creatoris, vel vt pertrahat virum ad mortale peccatum. & idem dicit Abb. Sicul & hoc est verius, secundum Ioan. Andr. Butr. & dom. Cardin. in prima oppositio. nam in primo casu, quando tenuit cohabitare, frustra quæritur de restitutione, cum vir eum non spoliet, & dom. Card. per glo. ideo fecit relationes ad omnes tres casus, quia habuit respectum non ad restitutionem, sed ad cohabitationem subtrahendam. Sed ego puto, quod intentio literæ fuit facere duos casus, in quibus conuersus potest contrahere matrimonium.

Primus est, quando infidelis remanens, non vult cohabitare conuerso ad fidem.

Secundus, quando vult cohabitare, sed non absque contumelia creatoris, vel vt pertrahat cōuersum ad mortale peccatum, & Papa istud computat pro vno casu, licet gl. & Doct. de ipso faciant duos casus, & ideo tex congrue loquutus est, dum dixit, quo casu, quia tantum duos casus fecit, & non tres.

Primus est, quando remanens infidelis, nullo modo vult cohabitare.

Secundus est, quando vult cohabitare, sed non absq contumelia creatoris, vel vt pertrahat conuersum ad mortale peccatum, & ideo tex. dixit quo casu se referens ad secundum casum.

In glo. in verbo, negaretur. dic, quod in multis aliis casibus
8 negatur † restitutio spoliato, de quibus vide glo. in c. j. supra

vt hic

vt lite non contest & c.ex parte, de restit.spoliat. & c.literas, eod.tit. vbi de hoc & vide glo.3.q.1.iussus.& 23.dist.in nomine Domini.quę etiam not.dicit, quod vbi denegatur audientia, ibi denegatur restitutio spoliatori.

In glo.in verbo, compelletur.hæc gl. potest diuidi in duas partes.

In prima ex tex.infert ad quæst.& refert duas opinio.

In secunda quærit de alia quæst.& respondet. Secunda est prope fin.ibi, sed nunc in prima parte glo.dicit ibi Ioan.hoc etiam tenet in glo.in cap.si infidelis. 28 q.1.& in c.fin. ea.ca.& q.2.& idem tenuit glo in cap.præced. In ver.contumelia, & in ver relinquitur. & idem tenet Goff & exponit literam propter causas prædictas, idest antequam causæ prædictæ interueniant, post quas licite contrahitur cum alia.& dicit, ꝙ iste tex.in versic quod si mutat casum, & respicit superiora, quando vult cohabitare, sed quando conuertit, nisi eulneratur ipso iure per contumeliam creatoris solui matrimoniũ, accidit & secundum eum, quod quis eodem tempore duas habebat vxores, quod prohibetur, vt supra §.proxi. sed hoc vltimum non soluitur, tenendo, quod tunc soluatur primũ matrimonium, quando contrahit cum secunda, & sic non habebit eo tempore duas simul. Host.autem pro opi. quod non soluatur vinculum matrimonij, quando cõtrahit cum secunda, Inducit literam ibi, compelletur, & dicit, quod quidam hoc concedunt, sed alij. ipse autem dicit, posse dici, ꝙ inter infideles soluatur matrimonium nullo modo, vt supra cap.prox. sed nec inter Infideles, nisi auctoritate ecclesiæ fuerit dies assignata infideli ad conuertendum, vel cohabitandum cum conuerso absque contumelia creatoris, & sic potest intelligi opin. quæ dicit, per contumeliam non solui matrimonium si vero fuerit dies assignata, & lapsa soluitur matrimonium, & sic potest intelligi alia opin. dicit tamen Hostien. quod etiam si dies sit lapsa, & etiam si conuerso ab ecclesia sit data licentia contrahendi cum alia, ad huc auditur mulier, si conuertitur re integra, arg. de re. bon. l.is, qui. dicit tamen, quod si postea conuertitur, & petit se recipi a viro, & vir pendente iudicio contrahit cum alia, tenet matrimonium, cum primum vinculum esset dissolutum, si. quod no de despon.impube de illis, el primo. & de eo qui duxit in matrim.quam poll.cap.1.& cap.veniens. & dicit Host.quod

9 iste tex. solum probat, quod † contumelia creatoris faciat, quod licet conuerso cum alia contrahere matrimonium, tamen obligatus remanet primo matrimonio. & dicit, quod idem probatur supra cap.prox & eum opin.Hostien.transit But.& Abb. Sic.qui dicit, quod Host.sentit, quod ante præfixionem termini matrimonium non sit solutum, sed in cap. præced. But.dicit, tutum esse præfigere terminum, quemadmodum dicit Hostien.& sic videtur ibi velle, quod matrimonium sit solutum, ex eo quod infidelis non.vult cohabitare cum conuerso absque contumelia creatoris, tamen tutum esset, vt assignetur terminus. sed domi.Cardin in quarta oppos.dicit, quod opin.Hostien de assignando terminum non procedit, quia si non assignat tali die conuersus contrahit, & vxor repetit eum sufficit, quod nunc probetur, quod volebat cohabitare absque contumelia creatoris, dicit tamen, ꝙ tutius est, quod facient prædicta.

Ex his infert dom.Card quod verior est secunda opin scilicet in verbo, alij dicũt, quod contumelia creatoris ipso iure non soluat matrimonium, nisi sequuto matrimonio cum alio. & istam opinionem puto veriorem, per istum textum, in versic. quod si conuersum. nam si contumelia creatoris ipso iure tolleret matrimonium, non compelleretur recipere illam postea conuersam, & tamen compelletur, vt ibi dicitur, ergo ipso iure non erat solutum matrimonium.

In secunda parte glo.dic, vt dixi supra eod.de illa, & in capit. præceden.

10 In glo fin. † distingue. & dic, quod quædam est pœna spiritualis quo ad peccata tollenda quo ad Deum. Quædam & secunda est pœna criminalis. Quædam & tertio est pœna ciuilis. Quædam & quarta est pœna quo ad legem promotionis.

In primo casu.s.quãdo agitur de pęna spirituali dic. quod baptismus delet omne peccatum, vt in c.siue pęnitentia, de consecr.dist.4.& dicitur, quod dona baptismi sunt, siue præmia, id est, quod non oportet satisfacere de criminibus prioribus, vnde si post baptismum quis moriatur, trãsiret statim ad Paradisum, ita quod pateretur pęnam Purgatorij, vt dicit Augustinus, de pœniten distinct. 3.& 7.& in c fin.

Secundo casu. s.quando agitur de pęna criminali, & ista non tollitur per baptismum, vt dicit hæc glo. vnde Innoc dicit, quod si ante baptismũ committat homicidium, vel furtum, post baptismum potest accusari, & puniri, nã licet peccatum dimittatur quo ad Deum, & etiam quo ad legẽ promotionis, vt dicam in quarto casu, vnde quo ad accusationem, & quo ad alias pęnas spirituales ligantur post baptismum. sicut post pęnitentiam, nam post promotionem potest quis accusari de crimine, vt est tex.& glo.in c.admonere. 33.quæst.2.& sentit etiam hæc glo.& glo.in c.de his, de accusat.& hoc sequuntur omnes Doct & potest esse ratio, secundum Abb.Sic.cum pęna in foro iudiciali imponitur, quia lesit rem pub. Baptismus non ęquiparat remissionem peccatorum respectu læsionis Dei, alias de facili quisque Iudæus post delictũ diceret se velle effici Christianus, & sic deluderet pęnam. & ista ratio est de mente Doct.

In tertio casu, quando agitur de pęna ciuilis quæ infertur ad commodum partis. dic, quod hæc pęna non tollitur per baptismum, quia sufficit, quod baptismum det commodum baptizato, vnde non debet alteri incommodum inferri. & hoc dicit hæc glo. & sequuntur Doct. vnde etiam glo.no.in l.venia. C.de in ius vocan.dixit, quod per rescriptum principis non potest remitti pęna, quæ debet applicari parti, licet possit remitti illa, quæ debet applicari fisco. & illam glo.ibi Bar.dicit multum notandam pro compositionibus, quę fiũt tota die cum rectoribus ecclesiarum, nam per istas compositiones non debet remitti pœna, ad quam quis est condemnatus parti. sic etiam econuerso non potest fieri remissio per partem, vbi pęna venit applicanda fisco. & dicit Ioã. And.in Specul.de pęn.§.j.versic. vtrum sententia.& in hoc vide But.& Doct.in c.nisi, de off leg.& in c.de causis, de offi.de leg.& in c.licet, de pęn.vbi dicam.

11 Ex his infert Goff.quod si habeo † actio.contra te, deinde tu ingrederis religionem, quod nõ perdam actionem quam habeo contra te, immo ipsam intentabo contra monasterium, quod possidet bona, vt Instit.de acquisit.per arrogationem §.fin de quo dic, vt in cap.in præsentia, de probat.& in auth.ingressi.C.de sacrosan.eccle.

12 In quarto casu, scilicet an per † baptismum tollatur peccatum quo ad l.promotionis. Innoc.dicit quod sic, vnde dicit, quod si quis ante baptismum commisit furtum, vel aliud delictum, post baptismum potest promoueri ad sacros ordines absque dispensatione. & dicit Innoc.hoc procedere, etiã si delictum commissum ante baptismum esset notorium. & sic intelligit 25.dist primum.§.1. quod est notandum, secundum Doct. Plus dicit Innoc.quod etiam si erat infamis ante baptismum, vel quia condemnatus de adulterio, vel ipso iure, vt quia exercuit vsuras, nec infamia, nec vsura imputabitur sibi quo ad l promotionis.

Sed contra hoc opponit Innoc quod si commisit homicidiũ, irregularitas sibi imputabitur post baptismum quo ad l.promotionis, ergo idem in infamia. Inno respondet. quod Infamia non descendit nisi ex peccato, ergo deletur in baptismo, sicut peccatum. 26.dist deinde. Irregularitas saltem nõ fundatur super peccato, nam etiam qui occidit sine peccato, vt iudex, irregularis est, ne cler vel mona capi. sententiam sanguinis.& 51.dist in cap 1.& 2.& idem dicit Innoc de biga. & de corpore vitiato. & ite vult Innoc quod propter homicidium commissum ante baptismum oriatur irregularitas, quæ impediat promotionem post baptismum. sed contrarium not. Innoc.in cap presbyterum, infra de homici. & de hoc in Specul tit.2.§.iusta. in versic penult.& per Hostien in summa, de homic.§. qui pęna versic.lingua, & versic sequen. per Ioan.Calder. refert Vgu & Tancre. simpliciter tenuisse, quod homicida cũ peccato, vel sine peccato potest promoueri post baptismum, nam secundum Vgut. quis prohibetur promoueri propter homicidium commissum post baptismum propter errorem, vel scãdalum. quæ ratio cessat apud infideles. Item secundum Tancr. talis irregularitas est sequela peccati, etiam si per infidelem perpetretur homicidium iuste, cum apud infideles non sit iustitia. 24. quæst 1. vbi sana. & de hoc per Ioan. And.in addit. Spec. in dicto § iusta versi. pen & hanc opinionem dicit Io. And. sibi placere, quia cum irregularitas sit pęna canonica, de senten excomm is qui, libro 6. non baptizatos. non complectitur, supra eodem, in prin.& hoc de irregularitate proueniente ab homicidio, vel a mutilatione, secus dicit Ioan Calder. si prouenit a iure diuino, vel a bigamia. insurgit enim ex defectu sacramenti etiam de iure diuino, de bigam debitum. ideo per baptismum non tollitur. 26. distinct. acutius & cap. vna. vnde adductis alijs rationibus, quas omitto, concludit Ioan Cald quod non plus per baptismum tollitur irregularitas proueniens ab homicidio cum peccato, quã sine peccato. vult dicere, quod siue homicidium sit factum iuste, siue iniuste, per baptismum indistincte tollitur talis irregularitas, adducit 50. dist in. si quis viduam. a contrario sensu, & 51. dist cap 1.& cap. si quis. post dom Cardin. in vltima quæst. dicit, quod tenenda est opinio Calder. quæ etiam fuit opin Doct. supra alleg. & dicit, quod

hanc

hanc opinionem tenet glo.vlt 26 distin.deinde & quod hæc opin probatur in iuribus alleg per Ioan.Calde. & huic dicit esse standum, vt in pęnalibus fiat mitior interpretatio, vt in regula,in pęnis lib.vi. pro boc quod no Innoc in cap.ad audientiam,in fi.de homic vbi dicit,quod in casibus dubiis potius est interpretandum quod quis non sit irregularis. sed in eo,quod Ioan Calde.dicit, quod irregularitas quæ prouenit ex bigamia est de iure diuino dom Cardin.hoc reprobat,& allegat no.per Innoc in dicto cap.ad audientiam,de homic. & de renunc nisi cum pridem §.personæ, in versic irregularitas.vbi Innoc.indistincte dicit, quod omnis irregularitas est de iure positiuo. & idem no. Alandinus in clem.si furiosus, de homic & ibi dom.Cardi.se remittit ad dicta per se in 16. col. & dicit , quod boc est verius & sic concludit, quod bigamus impeditur a promotione post baptismum, non propter irregularitatem, sed propter defectum sacramenti,idest significationis,de bigam debitum.& quod no.in d.c.deinde. in vltima glo.

Sed aduerte, inquantum dicit G dom Cardin. allegat illam glo.quod irregularitas quæ oritur ex homicidio commisso per viam iustitiæ tollitur per baptismum illa glos hoc non dicit.sed dicit,quod irregularitas,& infamia ex proprio delicto proueniens,tollitur per baptismũ,nisi dicatur,quod infidelis non potest facere homicidium sine peccato, & sic cum semper proueniat ex peccato,debet tolli per baptismũ Abb. Sic.& Ioan.And & Butr.recitando sentiunt,quod hęc irregularitas non tollitur per baptismum,quia nõ est sequela peccati sed ipse sequitur opin Ioan Cald.& dom Card & adducit easdem rationes sed addit vnam, videlicet,ꝙ si ista regularitas processit ex constitutione ecclesiæ,& tunc extenditur ad infideles,vt in cap acutius.& in cap.vna & in cap.deinde. 26.distinct. & istam opinionem etiam tenuit Gosfr. in summa,de homic.versic.aliquando. vt refert Host.& Io.Andræ.vbi supra.

Sed aduerte Hostien in loco præalleg scilicet in summa, de homic § quia pœna.versic lingua.videtur facere differentiam,an infidelis ferat sententiam in causa sanguinis, an vero exequatur sententiam iudicis,qui tulit sententiam in causa sanguinis.

In primo casu dicit Host quod tollitur irregularitas per
13 baptismum , quia † infideles non habent exercitium legis iustitię, cum careat iurisdictione temporali, iuxta illud, Auferetur a uobis regnum, & c.iuxta illud, cum venerit sanctus sanctorum. cessabit unctio vestra. & per hoc dicit , quod si aliquis ante baptismum pronunciat aliquem corporaliter puniendum peccat pronunciãdo,quia viui pat. quod suum non est, & ex hoc peccato sequitur irregularitas,quæ in baptismo deleri potest.

In secundo autem casu,quando infidelis exequitur sententiam ad præceptum iudicis rite latam hominem suspendendo,vel aliter occidendo.dicit Hostien quod talis nullum peccatum committit,quia habet necesse obedire, & quod hoc casu vendicat sibi locum opin Baziani.qui dixit talem irregularitatem non tolli per baptismum. & dicit Hosti se non videre rõnem,quare aliud sit in hac nota quam in irregularitate bigamiæ. Nec obstat cap.si quis viduam. 50 dist.& c j. & si quis post. 51.dist.a contrario sensu, quia possunt intelligi de homicidio voluntario,& iniuste commisso. & dicit, ꝙ illorum cap lectio hoc manifeste innuit.& miror, quod Docto.qui recitant Host non ponderauerint eius verba.iste articulus in puncto iuris , est mihi satis dubius. Vnde consideradũ.

14 Primo, an apud Infideles sit † iustitia,& cęteræ virtutes.
Secundo , an irregularitas causata ex actu iusto , tollatur per baptismum.

Ad primum dic,quod apud infideles sunt veræ virtut. sed carent effectu ęternæ salut. Ad hoc illud Hieronymi Virtutibus Romani promeruerunt Imperium.& sic intellige cap. vbi sane.24 quæst.1.& ita etiam intelligit ibi glo. Item quicquid dicat Hostien vbi supra dic,quod infideles habent iurisdictionem in locis.quæ sunt ei subdita in tantum,quod si infideles haberent ciuitates , in quibus sunt Christiani sibi subditas de iure haberent iurisdictionem in Christianos, ꝙ nota dixit Innoc.quem Docto.sequuntur in cap.quod super his,de voto.

Ad secundum videtur,quod si Infidelis fert sentẽtiam super homicidio iustam,quod talis irregularitas non tollatur per baptismum,& hoc videtur probari in cap deinde, in fine,26. disti. vbi dicitur,quod quicquid bene gestum fuerit,& secundum præcepta legalia custoditum,non potest facientibus deperire & loquitur ille tex quo ad irregularitatem,quę prouenit ex actu iusto , ad idem eadem dist. vna tantum.ibi in baptismo culpa dimitti potest . l. abolevi . si ergo lex non aboletur in baptismo,ergo per baptismum non tolletur lex quæ prohibet homicidium,absque delicto ordinari non posse non recedas tamen a communi sententia Sed pone mulier commisit fornicationem ante baptismum,nũquid post baptismum poterit consecrari , si est facta monialis . dic ꝙ non propter defectum sacramenti,& hoc tenet glo fin.26 distin & de hoc est casus,eadem dist. acutius. ad hoc etiam facit iste tex in fi & 1.quæst 7.si quis hominem. vbi dicit,quod quamuis beata Maria Magdalena,quæ ante baptismum fuit peccatrix,fuerit postea casta, & honesta,tamen inter diaconissas computata non est.

SVMMARIVM.

1 *Conuersi noniter dispensari possunt , vt vtantur matrimonio cum relictis fratris .*
2 *Vxor fratris per legem Mosaycam fratri concedebatur.*
3 *Papa potest dispensare contra testamentum nouum ex maxima causa.*
4 *Matrimonium perfectum secundum legem antiquam non infringitur.*
5 *Legis nouę submissio obligat solum ad actus futuros , non etiam ad præteritos .*

CAP. IX.

1 IS qui. Ponit dispensationem ecclesiæ cum nouiter † conuersis, vt vtantur matrimonio cum relictis fratrum contracto,secundũ legem Mosaycam vel summa aliter, secundum Abb Si. & sic: Non licet relictam fratris vxorem recipere,& de facto dona est separanda, nisi ex causa per ecclesiam aliter dispensetur.

In prima decisum exordium.

In secunda permissio. secunda ibi.quia.

2 Nota quod secundum l Mosaycam licebat ducere † vxor. fratris duobus interuenientibus.

Primo,quod frater decessisset sine sobole.

Secundo , vt duceretur causa suscitandi. semen defuncto, nam soboles inde suscepta attribuebatur fratri defuncto, & superstes erat pater carnalis, defunctus vero erat pater legalis,vnde filij attribuebãtur defuncto, & illud olim fuit institutum in figura,quæ hodie cessat. de quo vide tex. notab.8. quæst.1 olim. qui dicit hoc figurasse Christum.sic & in testamento veteri. quando maritus propter sterilitatem vxor.trãsibat ad ancillam , filij nati ex ancilla erant filij legales dominæ, & fil.j naturales,& sic domina erat mater legalis,ancilla vero naturalis.

Ex quo nota , quod olim fęminę poterant hãbere filios legales. de quo vide gl.56.distin. Ismael.dixi supra de cognatione legali cap 1.

3 Nota secundo , quod † Papa ex maxima causa potest dispensare contra testamentum nouum,quod est verum,quãdo dispensatio reducit ad testamentum vetus,secus si dispensatio esset contra testamentum vetus, & nouum , quia tunc Papa dispensare non potest,1 t in c super eo, de vsur.

4 Nota tertio, quod † matrimonium perfectum secundum legem antiquam nõ infringitur per summissionem factam nouæ legi,& sic nouæ legis summissio non infringit actus essentiatos ante summissionem.

5 Ex quo infertur secundum But quod noua † legis summissio obligat solum ad actus futuros , non autem ad præteritos non essentiatos ante summissionem. idem notandũ iuxta in cap.de infidelibus, de consanguin & affin.

De donationibus inter vir.& vxo.& de do. post diuor restit. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio an currat contra mulierem in rebus dotalibus.*

¶ Visum est supra de diuortiis , sed quia diuortio facto dos repeti solet , & plerunque reperitur donationes effectas constante matrimonio, ideo post præcedentem Rubricam subiicitur ista , in qua tam de donatione facta inter virum, & vxorem , quam de dote post diuortium restituenda , & omnia capitula huius tituli spectant ad vltimam partem huius Rubricæ, excepto vltimo , quod pertinet ad primam partem.

Nunquid

1 Nunquid † autem currat præscriptio contra mulierem rebus dotalibus, dic vt in l in rebus. C. de iure dot.

S V M M A R I V M.

1 *Dos est restituenda separato licite matrimonio.*
2 *Matrimonium quando est separatum ex causa licita, puta propter consanguinitatem, dos est restituenda.*
3 *Dos debet reddi integraliter matrimonio separato.*
4 *Maritus an lucrari debeat fructus omnes pro rata illius anni, si vxor moriatur in medio anni.*
5 *Priuilegia concessa matrimonio vero, non debemus extendere ad putatiuum.*
6 *Tempus quale inspiciendum, vt vir teneatur inquantum facere potest.*
7 *Miles etiam non teneatur vltra quam facere possit, & hoc etiam extenditur in clerico.*
8 *Vir si soluto matrimonio simpliciter promittat soluere, an per hoc renunciare intelligatur beneficio, & non teneatur, nisi inquantum facere potest.*
9 *Renunciatio facta in casu quo non tenet, an iuramento validetur.*
10 *Verba, non teneri vltra, quam fieri potest, qualiter intelligantur.*
11 *Mulier impubes, cum peruenerit ad pubertatem, repudians virum, nunquid repetendo fundum repellatur pro rata alimentorum.*
12 *Dotis repetitio soluto matrimonio, an præferatur debentibus recipere vsuras.*
13 *Mulier in repetitione dotis præfertur omnibus creditoribus habentibus etiam tacitam hypothecam, non expressam.*
14 *Mulier nunquid habeat tacitam hypothecam priuilegiatam, si non constat de solutione dotis, nisi per instrumentum, in quo vir se recepisse confitetur.*

CAP. PRIMVM.

1 SEparato. Licite matrimonio † dos est restituenda.
2 Nota primo, quod † matrimonium, quod ex causa licita separatur, puta propter consanguinitatem, vel aliud impedimentum dos est restituenda & quia iste tex. indistincte loquitur dicit Abb. Sicu. quod dispositio huius tex habet locum, etiam si separatio sit facta quo ad mutuam seruitutem, scilicet quo ad thorum, eo casu, quo mulier non est dote priuanda. puta si propter nimiam sæuitiam viri fuit thorus separatus, vel quia mulier est conuersa ad fidem, vel in casu simili.

3 Nota vltimo pro matrimonio separato † dos debet integra reddi, & sic maritus nihil debet lucrari propter expensas prius factas, nam ius solum sibi concedit fructus dotis ad onera matrimonii substinenda, vt in l pro oneribus. C de iu. do. & in c salubriter, de vsur.

4 Quid autem si mulier decedit in medio anni, an † maritus debeat habere omnes fructus illius anni. dic quod non, sed solum pro rata temporis, quo durauit matrimonium, de quo dic, vt plene habetur in l de diuisione, & in l. diuortio ff soluto matrim.

In glo. secunda ibi, inquantum facere potest Ioan. And dicit hanc glo. esse contra tex. qui dicit totam dotem restituendam, & ad contrarium respondet, quod hic loquitur non de vero matrimonio, sed de putatiuo, vt si propter consanguinitatem, vel aliam causam, ex qua nunc apparet, quod matrimonium prius erat nullum, & sic mulieri quæ fuit ignara de impedimento, debet restitui tota dos, nam iura plus fauent mulieri, quam viro, & merito, quia rem dedit, vel pretium numerauit, certat de damno euitando, vt infra eod nuper. & ff. de priuileg credit l 1 §. fin & l sequen. ff. sol matrim l. r. Item ex quo matrimonium non tenuit, non fuerunt maritus, neque vxor, nec fuit dos, nec locum habuit actio de dote sed condictio ob causam, vel sine causa, vt infra eo prudentiam in prima glo cessat ergo maritalis reuerentia, de qua loquitur l. vnica. § cum autem. C. de rei vxo. actio & sic etiam cessare debet priuilegium mariti, ne teneatur vltra, quàm facere possit, argum de appell. cum cessante & opin Io Andr. sequitur But & Abb. Sic sed dom. Cardin tenet opi glo quia etiam in matrimonio putatiuo habet locum priuilegium, vt in l. si cum dotem § fin. ff solu matrim. vbi hoc tenet glo. & Bart. & idem tenet Cyn in l assiduis qui pot. in pign hab. q. 7 vbi etiam idem tenet Bart. sed Bart. tenet contrarium, scilicet quod non habeat hypothecam tacitam. vt in l 1 § 1. ff. de priuil. cred. & dicit hoc notari in l eos ques. C qui potio. in pigno. hab. & dicit, quod hoc tenet Dyn & Iac de Are. & omnes. sed Doct infra eod prudentiam. cum . n . primum, scilicet quod habeat actionem priuilegiatam hoc præsupposito pro vero, scilicet quod habeat actionem priuilegiatam. adhuc mihi non placet opin. glo. nec dom Cardin nam non
5 debemus extendere † priuilegia concessa matrimonio vero ad matrimonium putatiuum, nisi quatenus reperitur expressum cum ista priuilegia exorbitent a iure communi ad hoc cap porro, de diuor & quod no. Bar in l. 1 C de iu & iac ign. & maxime quia priuilegium de quo in glo esset damnosum mulieri, si vir non teneat. nisi qua cunis facere posset. & iura, quæ concedunt priuilegium matrimonio putatiuo, concedunt ipsi mulieri ad hoc, vt integraliter recuperet dotem vt possit inuenire maritum, quod est rei pub fauorabile. vt in l. j. ff. sol matr vnde illud non est extendendum ad virum quia in eo non subest eadem ratio, vnde tene opi. Io. An. d. quam Doct communiter sequuntur.

6 Sed dubitatur, quo † tempore debeat inspici, inquantum vir facere possit, dic quod tempore sententiæ ferendæ, vt in l. rei iudicatæ ff. sol matrim. & illud priuilegium non transit ad hæredes extraneos, vt in l maritum cum l sequen eod. tit. Similiter dicendum est de priuilegio dotis, quod datur mulieri in bonis mariti, de quo in cap ex lucris, de pignor & in l. assiduis. C. qui pot in pign hab nam non transit ad hæredes mulieris extraneos sed solum ad filios, de quo dic, vt in l. vnica. C. de priuileg dot.

Sed inquantum Doct. dicunt, quod vbi matrimonium tenet, maritus non potest conueniri, nisi quatenus facere potest. intellige quando conuenitur actione personali. secus si reali, puta rei vendic nam tunc distinguitur, an conueniatur super re data in dotem & idem quod non teneatur. nisi quatenus facere potest, aut conuenitur super alia re quæ non fuit data in dotem, tunc quia conuenitur tanquam extraneus, & non tanquam maritus, non habet beneficium, ne conueniatur vltra quam facere possit, immo insolidum tenetur, & ista est conclusio Bart in l si filio. solu. matrim. & in l. Nesennius. § penult. ff de re iudic.

In eadem glo ibi, & si maritus paciscatur, vt totum soluat tale pactum non valet. Doct. dicunt, quod dictum glo procedit in casu in quo loquitur. videlicet in marito promittente soluere insolidum, nam tale pactum non valet, secus dicunt esse in priuilegiato ratione contractus, ne teneatur vltra, quam facere possit, vt in soc o, qui non potest conueniri vltra, quam facere possit, nam talis potest huic beneficio per pactum renunciare, de quo dic, vt in cap Odoardus de solu. Idem dicit glo. & Bart. in dicta l. alia ff solu matrimo. dicunt enim, quod quandoque quis habet hoc beneficium propter reuerentiam debitam personæ, vt in marito, & in parente, & tali non potest renunciare, quia esset contra bonos mores. quandoque quis habet tale beneficium ex natura contractus, vt in contractu societatis, & tunc potest renunciare, & quia non est contra bonos mores vt possimus facere contractum, prout nobis placet, & quot sint personæ, quæ habent hoc beneficium, dic vt in l cum quidam, cum l sequen de re iudi.
7 quibus adde militem, quia etiam ipse † non tenetur vltra, quam facere possit, vt in l miles, in princ. de re iudic. & glo. ibi idem dicit de milite cœlestis militiæ hoc est in clerico. & illam glo sequitur ibi Bar. de quo vide supra de solut Odoardus Item intellige illam glo sane, dum dicit, quod [illegible] tius renunciat beneficio, ne teneatur vltra quam facere possit, quod non valet pactum, nam glo. est intelligenda, quando pactum fuit factum constante matrimonio, quo tempore debet vxor marito reuerentiam. nam soluto matrimonio est sublata reuerentia maritalis, vnde si tunc vir promitteret soluere solidum, & renunciaret beneficio, ne teneatur vltra, quam facere possit, tenet renunciatio, & hoc tenet Guil. de
8 Cun. & Bart in d l alia §. 1 ff sol mat. Sed quid si † vir sol matrim simpliciter promittat soluere. an per hoc intelligatur renunciare huic beneficio glo. & Bar in l. Nesennius, in prin. ff de re iudic & in l si prior ff. sol matrim. & in l cum qui § si mulier. non perdit illud beneficium, aut promittat soluere decem, & tunc perdit, & dicit Bart. hoc esse notandum ad multa, scilicet tam circa contractus, quam circa vltimas voluntates, & statuta.

Sed dubium est, quid si sit pactum, vt habens beneficium, ne ab eo exigatur vltra, quam facere possit, promisit soluere
9 solidum in casu, quo non tenet † renunciatio, & interuenit iuramentum, an talis renunciatio validetur iuramento glo. & Bar in dicta l alia § 1. dicunt quod non, quia est contra bonos mores, & ideo non validatur per iuramentum, nec de iure ciuili, nec de iure canonico, vt in regula, non est obligatorium, de reg iur. in vj sed hoc pendet a not. in c cum contingat, supra de iureiuran & ex hoc posset inferri ad quæstio scilicet an valeat pactum, quod creditor possit capere debitorem propria auctoritate, vel quod debitor non possit ce-

cere

de bonis, nisi de cõsensu creditoris an valeat tale pactum,
& confirmetur iuramento, de quo dic, vt per Bar. in l. alia.
10 §. 1. sol. matr. Qualiter autem intelligatur, vt quis non † te
neatur vltra, quam facere possit, dic, quod debet sibi relinqui
tantum vnde possit alimentari, & si non habet aliquid vl-
tra illud, de quo alimentari potest, ideo non poterit in eum
conueniri, quia non est fraudandus alimentis quotidianis,
vt in l qui bonis ff de cess. bon. & d l amplius dicit, videlicet,
quod inspicitur inquantum facere possit inspecta quantita-
te redituum, quæ colligitur ex rebus debitoris, non autem
inspicitur quantitas, seu valor ipsarum rerum, verbi gratia.
habet fundum, ex quo singulo anno 30 qui fundus valet mil
le, si venderet fundum tantum perciperet ex fundo, quod pos
set soluere debitum, & percipere alimenta, non enim tenebi
tur vendere, quia inspicitur quantum facere quis possit in-
specta quantitate fructuum, qui colliguntur ex rebus suis,
non autem inspicitur pretium capitalis, scilicet quantum pos
sit habere ex capitali, & hoc tenet Bart. in dicta l qui bonis.
& dicit ibi esse casum singularem, qui non est alibi, secun-
dum eum.

In eadem glo in fi. intellige glo. vt dixi in primo notabili.
In reliquis glo non indiget suppletione, tenebis ipsam men-
ti, quia multum est magistra in materia, & notabilis.

Extra glo quæro de aliquibus.

11 Primo pone, † mulier impubes contraxit matrimonium,
deinde cum peruenit ad pubertatem, repudiat virum, iuxta
formam cap. de illis, de despon. impub. & repetit fundum, &
fructus perceptos: dubium est, nunquid repellatur pro rata
alimentorum, de hoc vide in Spec. in l 3 vbi dicit, quod de ri
gore iuris non potest repelli, sed bene de equitate, & cum
hoc dicto transit dom. Card. & communiter Doct.

12 Secundo quæro, an si mulier soluto matrimonio † repe-
tit dotem, præferatur debentibus recipere vsuras, præsuppo
sito quod vir fuisset obligatus ad restituendas vsuras ante cõ
tractum matrimonium cum muliere, et ante habitam do-
tem istam quæstionem tangit dom. Iac. de Zoch sed pendet
ex notatis in cap. cum tu, de vsur. scil. cet an bona feneraro-
ris sint tacite hypothecata pro restituẽdis vsuris, de quo dic,
vt ibi per dominum Dominicum, & in cap. primo, seu secun
do, de vsur. in 6. sed conclude, quod siue fuit tacite hypothe
13 cata, siue non, mulier præfertur, cum † præferatur omnibus
creditoribus etiam anterioribus habentibus tacitam hypo-
thecam, sed non habentibus expressam, si sunt antiquiores,
vt no in cap. ex literis, de pignor. & in l. assiduis. C. qui pot. in
pignor. hab. & hoc est in priuilegium mulieris, nam regulari
ter ille, qui habet prius bona hypothecata tantum, præfer-
tur posterioribus creditoribus etiam habẽtibus expressam,
vt in l. 1. C. rem alie. ge. en. & hoc tenet Dyn. in regula, qui
prior, in 6. & Bart. in l ii is qui. ff de ... fit.

Vlterius tractat dom. Iac. de Zoch an bona mariti sint ta-
cite obligata vxori pro alimentis præstandis, vel constante,
vel soluto matrimonio, & nunquid mulier præferatur quo
ad alimenta cæteris creditoribus habentibus tacitam hypo
thecam, quemadmodum præfertur in bonis dotalibus. Sed
ego dicam in cap. per vestras, infra eo. Item tractat nunquid
14 mulier † habeat tacitam hypothecam priuilegiatam, si non
constat de solutione dotis, aliter quam per instrumentum
dotale, in quo vir confitetur se dotem recepisse. Sed de
hoc vltimo dic, vt per glo. & Bar. & Doct. in l. assiduis C qui
pot. in pignor. hab. & in cap. ex literis, de pigno. maxime per
Ioan. de Imo. Sequitur capitulum, significauit.

SVMMARIVM.

1 *Vir cogitur dotem restituere soluto matrimonio.*
2 *Verba, teneor esse talem quid importent.*
3 *Verba, habeo te pro marito, vel pro vxore, faciunt contrahi matri-monium.*
4 *Diuortium debet fieri cum solennitate.*
5 *Ecclesia potest adiri prius pro restitutione dotium matrimonio sepa-rato.*
6 *Obuenientia acquisita de bonis vtriusque debent diuidi soluto matri-monio.*
7 *Præsumere non debemus, quod delictum inducit.*

CAP. II.

1 Significauit. Soluto matrimonio cogi-
tur † vir dotem restituere. &
bona diuidere, quæ communiter eis obuenerũt,
hoc dicit.

In prima duplicem mulieris querelam ponit.

In secunda causæ commissionem secunda ibi, ideoque.
2 Nota primo quod per hæc † verba, teneor esse talem nõ
probatur te esse tale, quia ex eo apparet impedimentum ca
nonicum, scilicet quod non fuit vir, sed fuit loco viri habi-
tus communi opinione, quod propter crimen excusatur, &
proles est legitima, vt in cap. ex tenore supra qui filii sint legi.
& ibi dixi. Si tamen nullo stante legitimo impedimento di
3 ceret † mulier. te habeo pro marito, & maritus diceret, &
ego te habeo pro vxore, diceretur matrimonium contrahi,
de quo in cap. ex parte, de sponsal. & hoc facit ad statuta di-
sponentia quem haberi pro ciue, an sit verus ciuis, de quo
per Bart. in l si maritus, la seconda. § i ff de adul. & in l. is qui,
pro emptore. ff. de vsucapio. & per Pet. de Anchar. in repet.
cap. i de constit. & per But. in cap. postulasti, de concess. præ-
ben. & in cap. super eo, de sent. excomm. & per Bal. in l. scilcs.
C. de testam.

Nota secundo in verbo, communiter quod id, quod com
muniter obuenit coniugibus, cedit vtrique ipsorum, de quo
dicam in glo fin. sed dicit Innoc. quod si alter aliquid acqui
rit, cedit sibi tantum, vt Instit. per quas perso. nobis acquir.
§ ex his.

4 Tertio nota in verbo, solenniter. quod † diuortium debet
fieri cum solennitate sed dic, quod aut fit diuortium quoad
dissolutionem vinculi matrimonii, & tunc est remissa solen
nitas ordinis iudiciarii, vt hodie est tex. in clemẽ dispendio-
sam, de iudic. vnde iste tex. hodie est correctus, aut agitur ad
separationem thori, & tunc etiam requiritur hodie ordo iu
diciarius, vt dicit glo in dicta clem. dispendiosam, in verbo,
matrimonii de iud. & sic c. i vt li. non contest. hodie non cor
rectum de quo dic, vt in d. glo.

5 Quarto nota argumentum optimum, quod † ecclesia po
test adiri principaliter super restitutione dotis matrimonio
prius separato. Sed opponitur, quod ecclesia non potest
adiri super bonis temporalibus, vt in cap. nouit, de iudic. sed
Vincent. & Docto. dicunt, quod ecclesia se intromisit forte
pro denunciatio. vt quia hæc sunt accessoria ad matrimo-
nium pro hoc vltimo, infra cap. prox. vbi dicam.

In glo secunda pro expeditione huius oppo. quod hic vir,
de quo in tex. non poterat vendicare cum ipse possideret, vt
in cap. examinata de iudic. cuius timore contrarii glo. expo
nit vendicare, idest possidere sic 13. quæst. 2. capit. 1 & 16. q. 4.
interdum. e conuerso. 8 dist. quo iure.

6 In glo fin. sic ergo vult glo. quod † obuenientia commu-
niter debent diuidi sol. matrim. & intellige glo de acquisitis
de bonis vtriusque, vel extra glo. intellige de donatione facta
vtrique, vel quod ambo sint ab aliquo instituti hæredes, vel
ambobus aliquæ res fuerunt legatæ. & secundum Tan. Vin.
& Innoc. hoc erat ratione consuetudinis & dicit Innocẽ ta-
lem consuetudinem esse in Francia, secundum quam acqui
sita per alterum coniugum constante matrimonio efficiun
tur cõmunia, & soluto matrimonio equaliter diuidunt. &
secundum istum intellectum dicit Abb. Sicul. oo. colligen-
dum, quod tales constitutiones, siue statuta vendicant sibi
locũ in matrimonio putatiuo, & sic declarato matrimonio
nullo bona per alterum acquisita veniunt communiter di-
uidenda cessantibus autem istis causis, vel simil. vxori dun-
taxat restituitur dos, quia omnia præsumũtur quæsita de bo-
nis mariti. vt in l etiam. C. de dona. inter vir. & vxo. & in
l. Quintus ff eod. tit. & ideo si mulier reperitur aliquid habe
re vltra dotem, illud per maritum potest vendicari, quia præ
sumitur acquisitum de bonis suis, nisi ipsa contrarium do-
ceat, non enim debet præsumere quod illic to modo acqui-
siuerit. Sed vide Bart. in l. cum oportet, in princ. ff. de bo. quæ
lib. vbi dicit, quod quandoque si præsumeremus aliquẽ nõ
fuisse lucratum, induceretur præsumptio delicti, & tunc illud nõ
7 debemus † præsumere, vt in l si defunctus. C. arbit. tute. vbi di
citur, quod si tutor erat pauper tempore susceptæ tutelæ, &
postea reperitur dites, præsumitur tutorem illum fuisse lu-
cratum ex sua industria & ratio est, quia tollitur præsumptio
delicti, nam si præsumeretur illud esse de bonis pupilli, vide-
retur, quod dolose subtraxisset. quandoque si præsumi-
mus, quod sit lucratus ex bonis alterius, euitatur præsum-
ptio delicti, & tunc istud debemus præsumere. exemplum in
vxore, nam præsumimus illud, quod fuit lucrata, esse de bo-
nis viri ad hoc, vt euitetur suspitio turpis quæstus, vt in dicta
l. etiam C. de dona. inter vir. & vxo & in l. Quintus ff. eod.
tit. quandoque si præsumitur, quod quis sit lucratus ex bo-
nis alterius, non inducitur, nec effugitur præsumptio delicti,
vt in filiofamilias, nam non est delictum, siue præsumamus,
quod sit de bonis patris, siue præsumamus, quod aliunde fue
rit lucratus, & tunc recurritur ad coniecturas, videlicet. an
filius sit industriosus, vel non. & idem in prælato, de quo in
auth. licentiam. C. de episc. & cler. & in cap. inquirendum, de
pecul.

peculio clericorum.& tenet menti tex iunctis dictis Innoc & Doct in cap fina eod tit. videlicet,quod si rector ecclesiæ in terra inculta reduxit ad culturã sua industria, & laboribus, seu expensis plantauit vineas Veneris, seu reduxit ad culturam causa subhastationis sui natura. licet priuetur postmodum beneficio suo etiam ratione delicti, hæc tamen terra sibi est relinquenda vsque ad obitum suum, quod tenebis semper menti ad hoc facit ca.ad aures.de rebus eccles.non alienan & vide ad prædicta Specul in tit.de loca § nunc aliqua,versic.16 vbi ponit quæstio de eo qui soluebat ecclesiæ certum quid annuũ ratione emphyteusis, nec apparet quę res sit data in emphyteusim, an præsumantur omnia bona fuisse data in emphyteusim, dic vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ferens diuortiu debet pronunciare dotem restitui.*
2 *Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de causa temporali, quando venit accessorie ad causam ecclesiasticam.*
3 *Delegatus ad causam matrimonialem, videtur delegatus ad causam dotis.*
4 *Delegatus nisi pronunciauit super toto, non dicitur functus officio suo.*
5 *Mulier potest repetere conditione ob causam dotem,quasi causa propter quam data est, non fuerit secuta.*
6 *Mulier quę non habet vnde viuat ab herede mariti debet alimentari.*
7 *Statutum vt quandiu hæres distulerit dotem restituere,soluat decem pro centenario, an valeat.*
8 *Iudex competens an sit competens in causa dotis.*
9 *Legitimitas dicitur incidens respectu hereditatis.*
10 *Causa dotis est mixti fori.*
11 *Causa dotis est accessoria matrimonii non precise.*
12 *Procurator datus ad causam matrimonii,an possit tractare causam dotis.*

C A P. III.

1 DE prudentia Delegatus ob † causam matrimonij,si ferat † sententiam diuortij pronunciare debet dotem restitui.& est casus multũ allegabilis,vel aliter, secũdum dom.Cardin. delegatus datus matrimonio intelligitur etiam datus super dote, & si de primo iudicauit,poterit postea de secundo iudicare & de hoc vltimo est casus singularis,secundum dom Cardin.

In prima ponit factum repræhensibile.

In secunda emendari præcipit. secunda ibi,qnia ergo.

2 Nota primo, iudicem † ecclesiasticum posse cognoscere de causa temporali, quando venit accessorie ad causam ecclesiasticam & ad hoc quotidie allegatur iste tex. Secus autẽ si causa spiritualis incidit coram iudice sæculari, nam de illa non valet cognoscere sæcularis, sed illam remittit ad ecclesiasticum, vt in d c.lator, qui fil sunt legit.& in c tuam, de ordi.cognit. secus est in ecclesiastico quo ad temporalia, vt hic vides, & rationem diuersitatis assig: a in d. cap lator. Abb.Sicu dicit esse aduertendum, quia iste tex plus probat, quam soleat allegari, nam non solum iudex ecclesiasticus cognoscit de causa temporali incidenti,seu præiudiciali,sed etiam de causa temporali quæ venit accessorie ad ecclesiasticum,licet non sit præiudicialis Nam sine causa dotis potest decidi causa matrimonialis,& sic causa dotis non est pręiudicialis ad matrimonialem, & nihilominus iudex ecclesiasticus ratione accessorij cognoscit: dependet enim a causa matrimonij,quia vbi non est matrimonium,non est dos,vt in l.a ff de iure dot.

3 Nota secundo, quod † delegatus ad causam matrimonialem videtur delegatus ad causam dotis accessorie. & sic delegatus ad causam principalẽ,videtur delegatus ad causam accessoriam,etiam si hoc nõ exprimatur in delegatione, & sic iudex in principali est iudex in incidenti,siue sit ordinarius, siue delegatus. & sic aliquando ad non nominata in rescripto,extenditur iurisdictio delegata,scilicet quando non nominata se habent,vt accessoria,seu vt incidentia,& dicit Bu. notandum quod causa mere temporalis,prout venit accessorie ad causam foro ecclesiæ suppositam similiter subiicitur ecclesiæ potestati.

4 Nota vltimo quod vbi † delegatus non pronunciauit super toto,non dicitur functus officio suo per diffinitiuam sententiam,qui cum possit adhuc pronunciare super principali expresso non extinguitur iurisdictio super tacito, & accessorio conne principaliter intelligendo, & super quo iure actio competit ius agendi,de quo dicam infra latius.

In glo prima ibi,condictio sine causa. Nota gl quod constat matrimonium si sit nullum non actione de do c. de restit.do condict sine causa ad hoc facit tex in l fin ff de condict.sine causa competit etiam condictio ob causam, secundum glo nam mulier dedit ob causam matrimonij, & ideo

5 potest † repetere conditio.ob causam,quasi causa, propter quam datum est,non fuerit secuta, vt in l.1.ff de condict ob causam & dicit Hostien,quod hæc actio , scilicet condictio sine causa, vel ob causam,quæ datur, vbi matrimonium nõ tenuit ad repetitionem dotis , est priuilegiata sicut actio de dote,argum ff.de pecul l.ex facto.& de priuileg credit.l 2. & ff.si quis cautio l si eum § qui iniuriarum & de voto, magnæ.versic.cum igitur idem tenet Specul eodem titulo. §.fina versiculo,sed si matrimonium & Ioann.Andr & domin. Cardin.in prima oppositio.& Butr.& Abb Sicul.& communiter omnes Docto.& sic hæc mulier præferri debet omnibus creditoribus, sicut si fuisset vere vxor, vt in l assiduis C. qui potior.in pign.hab & in cap.ex literis.supra de pignorib. cum ibi not dixi in cap 2 supra eod.

In ead gl ibi,annua,bima trima. dic, idest in primo anno restituebatur prima pars dotis In secundo secunda pars. In tertio tertia pars dotis sed hodie procedit , quod dicitur in fine dotis vt immobilia restituantur statim,mobilia vero post

6 annum. Quid autem si non habet mulier † vnde viuat dicit glo. in prædicta l. quod debet alimentari ab hærede mariti.

7 Vtrum autem valeat statutum , † vt quandiu hæres distulerit restituere dotem, soluat decem pro centenario vide Ioã. de Ligna in clement prima, de vsur.vbi videtur concludere quod non. de quo dic,vt ibi, quia l oc ibi hunc articulum plene examinant & dicit Abb Sicul quod credit, quod annus,de quo in glo debet dari,vbi matrimonium tenet,secus si separatur propter impedimentum quod no supra eod c j. Sed hæc glo relata ad tex sentit contrarium , cum qua glos. transeunt Doct.ideo difficulter in practica seruaretur opin. Abb.Sicu.

In glo 2 hęc glo.potest diuidi in tres partes.

In prima parte tractat , ad quem spectet cognitio dotis, quando causa dotis est accessoria ad matrimonium.

In secunda parte quærit,ad quem spectat cognitio, quando causa dotis est principalis, nec disputatur de vinculo matrimonij

In tertia parte quęrit , an isti iudices processerint virtute primi mandati,an secundi. secunda ibi,& hoc,vbi iudex ecclesiasticus.tertia ibi,sed nunquid.

Prima pars glo est clara nec eget suppletione necessaria.

In secunda parte. no.bene, quod hæc glos vult,quod vbi de dote principaliter agitur, vt puta quia non fuit disputatũ de viribus matrimonij puta si soluto matrimonio per mortem viri dos petitur ab hæredibus viri,etiam si obstante matrimonio petitur dos propter inopiam viri, vt infra eodem,

8 per vestras.cum ibi not quod hoc casu ecclesiasticus non sit iudex competens.Sed postea glo in fi dicit,quod ecclesia de consuetudine potest cognoscere de causa dotis & dare delegatum in causa dotis . sed Inno dicit,quod iudex ecclesiasticus potest principaliter de dote cognoscere , vt hic , & infra eod. per vestras nam ad ecclesiam spectat defensio dotium, vt infra eod nuper.& pro hoc facit tex.in c ex literis.de pign. facilius,& melius est mulieribus litigare coram iudice ecclesiastico,de fo.compet cum sit.& c.ex tenore.non obst c.causam supra qui fil sint legi nam secundum Innoc non loquitur de dote, sed de hæreditate , de qua non cognoscit iudex ecclesiasticus: maior enim cõnunctio est inter dotem.& matrimonium,quam inter filios.& hæredit.vt in c seq. Filij autem possunt esse sine hæreditate.& exhæredari dicit tamen Innoc.quod non retractaret sententiam iudicis secularis super dote & sic Innoc vult, quod aut causa dotis venit accessorie ad matrimonium , & tunc ad iudicem ecclesiasticum spectat cognoscere de causa dotis.vt hic: aut deciditur causa dotis sine vinculo matrimonij, & tunc vterque est iudex competens , scilicet ecclesiasticus, & sæcularis . sed Hostien. tenet contra Innocent & dicit,quod quemadmodum Innocent dicit, quod non retractaret sententiam iudicis sæcularis , si pronunciaret super dote, quando causa dotis principaliter deducitur in iudicium, sic etiam Hostien dicit quod non est retractanda sententia iudicis ecclesiastici , si feratur super hæreditate , vt si conuentus coram iudice ecclesiastico taceat exceptionem fori, tertia quæstio sexta pulsatos.nisi essemus in causa feudali , vt de Iudæis. cæterum . de foro competen capitulo,antepenulti & in eo, quod dicit Innoc. quod dos non potest esse sine matrimonio . dicit Hostien. quod

A D D I T I O.

a ¶ De hoc domi.Abb.in capitulo,proposuit,de coniug.seruor.circa prin.

quod matrimonium, sine dote, dicit etiam, quod non est in tantum consideranda comparatio, quam facit Innocent. quam alia, quæ amittit, nam sicut dos non potest esse sine matrimonio, sed ei accedit, sic nec hæreditatis petitio proposita a filio volenti ab intestato succedere, admitti non debet, nisi sit de legitimo matrimonio natus. Si autem esset de legitimo matrimonio natus, cum sit filius, ergo & hæres, vt nota. qui fil. sint legitimi, quod nobis. Accedit ergo petitio hæreditatis matrimonio, quemadmodum dos. ad quem ergo spectat cognitio matrimonii, spectat ergo cognitio dotis, & hæreditatis, de quo remittit se, qui filii sint legitimi, capitulo primo & secundo. & capitulo, lator. & capitulo, causam. si de hæreditate principaliter agitur, & de illegitimitate non opponitur, dicit procedere dictum Innocent. & sic Hostiē. videtur velle, quod aut agitur de dote principaliter, & tunc potest adiri iudex ecclesiasticus, aut agitur principaliter de hæreditate, & de illegitimitate non opponitur, & debet adiri iudex sæcularis, vt in capitulo, causam el secondo. supra qui filij sint legitimi. & sic procedit dictum Innoc. qui facit differentiam inter dotem, & hæreditatem. sed si quæstio hæreditatis principaliter deducitur coram iudice ecclesiastico, & pars non opponit, exceptio fori ex vi cuiusdam tacitæ prorogationis tenebit sententia lata per ecclesiasticum, vt in l. prima, cum ibi nota. ff. de iudic. & in cap. pulsatus, 3 quæst. 6. nisi esset actum, in qua non potest fieri prorogatio iurisdictio, nisi de consensu domini feudi, vt not. in capitulo, cæterum, de iudic. & in capitulo antepenult. de foro competenti. Aut est quæstio legitimitatis, & hæreditatis, vt quia contra agentem de hæreditate, opponitur de illegitimitate, & tunc iudex ecclesiasticus debet cognoscere de hæreditate ratione connexitatis, ista est mens Hostien licet Doctores non explicent mentem eius sed hoc vltimum. quod sentit Hostien. non est verum, nam si contra agentem de hæreditate coram iudice sæculari opponitur, quod non est legitimus, causa legitimitatis remittitur ad iudicem ecclesiasticum, & interim iudex secularis procedere non potest, sed decisa quæstio legitimitatis per iudicem ecclesiasticum, iudex sæcularis debet decidere causam hæreditatis, dum tamen non conueniat determinationi factæ per ecclesiasticum, vt in capitulo, tuam, de ordi cognit. & in capitulo, causam, el secondo, & in capitulo, lator. qui filij sint legitimi, vbi dixi. Quid autem si coram ecclesiastico mouetur principaliter quæstio legitimitatis, an possit decidere causam hæreditatis ab ea dependentem, dic vt in capitulo primo, & secundo, qui filij sint legitimi.

Butr. autem dicit, quod sibi placent rationes Hostien. & opinio eius, vt pluries dixi in titulo qui filij sint legitimi maxime in capitulo, per venerabilem. postea dicit se putare sic debere distingui, quod aut mulier repetens dotem, est vidua, & oppressa, & tunc iudex ecclesiasticus potest principaliter cognoscere de dote; aut non est oppressa, & tunc non potest iudex ecclesiasticus de dote cognoscere, nisi incidenter, vel quando non opponitur exceptio fori. sed domin. Cardin in tenia oppositio. dicit, quod verius est indistincte, quod dicit Innocent. nam causa hæreditatis non accedit matrimo-
9 nio, seu legitimitati. Sed † legitimitas dicitur incidens respectu hæreditatis, vt dicto capitulo, tuam. de ordi. cognit. & in dicto capitulo, lator. qui filij sint legitimi. & hoc respectu causa hæreditatis dicitur dependere a causa legitimitatis. & dicit, quod ecclesia se non intromittit de hæreditate quo ad pronunciandum, de quo se remittit ad capitulum primum, qui filij sint legitimi. in quarto contrario, & ibi dixi etiam in capitulo primo, eodem titulo sed de dote ecclesia pronunciat, vt hic idem tenet Abb. Sicu. & pro dicto Innoc. allegat capitulum primum, & secundum supra eod. & capitulū, per vestras infra eodem. sed ille tex. non multum facit, quia ibi agens erat pauper, & miserabilis persona. Item allegat aliam rationem Abb. Sicul. scilicet quod ecclesia debet esse fauorabilibus dotis recuperandis, vt infra eodem, nuper. si est fauorabilis, ergo ad eius iurisdictionem spectat, quia non posset dare fauorem dotibus, si non spectarent ad iurisdictionem ecclesiæ. sed illa fuit ratio Innocent. sed dicit Abb. Sic. quod dictum Innocen. est menti tenendum, & pro ipso videtur esse casus in capitulo, ex literis supra de pignoribus. vbi mulier repetiit dotem coram iudice ecclesiastico, nec ibi dicitur, quod esset pauper, vel oppressa, & Hostien. ibi firmat, quod quæstio dotis possit principaliter tractari coram iudice ecclesiastico, quod etiam sequitur ibi domin. Cardin. in quinta oppositio. & Ioan. de Imo in sexto, vel septimo notabili. nec Hostien. hoc contradicit, si bene inspiciantur eius verba, & ideo distingue, vt supra distinxi ex no. Hostien. & hoc teneas. dic tamen, quod in casu, in quo iudex ecclesiasticus de dote cognoscere etiam sæcularis potest

10 cognoscere, & si † causa dotis est mixti fori, vt dicit Innocē.

In prima parte glo. habes ex gl. duas lecturas ad illum tex. Prima est, quod delegati non processerunt auctoritate primi mandati, sed auctoritate secundi facti a Papa. sed contra istum intellectum facit, quia si non potuerunt de dote cognoscere auctoritate primi rescripti male reprehenduntur a Papa. sed potest responderi, quod reprehenduntur, quia hoc non fecerunt durante mandato, sed non reprehenduntur, quod hoc non fecerunt extincto primo mandato & ex isto intellectu no. quod iudex deputatus super causa principali, si in ipsius diffinitione nihil dicit de accessorio, non potest amplius de illo se interponere sine noua cōmissione, quod est bene notandum, pro quo facit capit. cum appellationibus, de appellatio. in 6. & l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. quod intellige, nisi suppleret eadem die, quo tulit sententiam super principali, nam tunc posset procedere auctoritate primi mandati, vt in l. Paulus. ff. de re iudica. & est tex. & glo. in d. c. cum appellationibus, de appell. in vj.

Secunda lect. est, ꝙ delegati procedere potuerint auctoritate primi rescripti, sed nō ob. c. cum appellationibus, de appell. in 6. & l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. quod no. Innoc. in c. j. de sequestra poss. & fruc. vbi dicit, quod postquam principale effugit cognitionem iudicis, non potest cognoscere de necessario, & forte propter hoc cōtrarium glo. recessit ab hac secunda lectura, & tenet primam. sed dom. Cardi. dicit, quod dos non est necessaria matrimonio, adeo quod expediri debeat officio iudicis, sed potius iure actionis. contraria vero supra alleg. procedunt in accessoriis, quæ expediuntur officio iudicis, vt sunt expen. vt d. l. terminato. & d. c. cum appellationibus. dos autem dicitur accessoria matrimonio, quia nō potest esse sine matrimonio, & solum hoc respectu dicitur accessoria. Et ex hoc dicit, ꝙ delegatus super matrimonio intelligitur datus super dote, & hoc bene probatur hic, secundum eum dum litera dicit, quod causa dotis est incidens respectu causæ matrimonij, quod est dicere quod iudex datus super matrimonio potest cognoscere de dote tanquā de accessoria, quæ dicitur incidere in causam matrimonij & dicit, quod hic accipitur incidens pro coniuncto, vt sit sensus, quod causa dotis incidat causæ matrimonij, id est coniungitur aliter autem accipitur incidens, s̄. de ord. cogn. c. i.

11 Et ex hoc infertur, quod † causa dotis dicit accessoria non præcise, quia non expeditur officio iudicis, sed iure actionis, & sic proprie nō dicitur accedere causæ matrimonij, sed iurisdict. concessæ super causa matrimonij etiam actio de dote, maxime competit solu. matr. in hac glo. quia isti delegati poterant, & debebant de dote cognoscere, ideo dato ꝙ non pronunciauerint super matrimonio, possunt adhuc de dote cognoscere, vt no. probatur hic secundum istam lect.

Et ex hoc colligitur mirabile, secundum Card. ꝙ dato, ꝙ iurisdictio competens ex rescripto sit finita respectu eius, ꝙ erat in rescripto expressum, tamen adhuc durat super eo, ꝙ tacite compræhendebatur: sed hic durat super dote, in qua non fuit facta mentio in rescripto. & hoc faciunt ad no. in c. cum olim. el j. de offic. deleg. vbi do. Card. se remittit ad not. per se ibi. in 6. q. & pro hoc declaratur c. pastoralis, de rescri. idem dicit Bu. & Abb. Sic. & ideo conclude, ꝙ aut illud, ꝙ est tacitum, seu accessorium competit per officium iudicis, & non iure actionis, & tunc lata sententia super principali, id super expresso non potest iudex pronunciare super accessorio, seu super tacito, nisi hoc faceret eadem die, vt in d. c. cum appellationibus, de appell. in vj. & in l. Paulus ff. de re iudic. & in l. terminato C. de fruc. & lit. expen. aut competit iure acti. & tunc poterit pronūciare super tacito, vel super accessorio. & si est delegatus, potest pronunciare virtute primi mandati, nec requiritur nouum mandatum & pro hoc dicit Abb. Sic. esse casum in l. 4. C. depo. vbi ponderatur vnicam act. competere pro deposito, & pro vsuris restituendis, ideo iudex qui pronunciauit super restit. depositi, & nihil dixit de vsuris, nō potest amplius de illis cognoscere, quasi secus sit pro vsuris accessorie venientibus cōpeteret alia actio, ergo non poterit dici iudicem functum officio suo. & dicit Abb. Sicu. hoc esse notandum & sic glo. deberet limitari, quia iura in ca. allegata ita loquuntur. & pro illa opin. vide l. centum Capuæ. & l. fin. cum ibi not. ff. de eo, quod certo loco ¶ Extra gl. quæro,
12 nūquid † procurator datus ad cām matrimonij possit tractare causam dotis. do. Card. dicit, ꝙ non, & remittit se ad no. in c. cum olim, el j. de offi. deleg. & fuit originaliter q. Aegydii in d. c. cum olim. qui tenet, quod procurator datus ad causam matrimonii non potest tractare causam dotis, quia sunt species diuersæ, vt in l. si procurator ad vnam. C. de procura. ad istum tex. respondet, quod extendatur iurisdictio ad causam dotis propter cōnexitatem, sed in procuratorio simplex forma seruari debet, de quo dic, vt ibi latius.

Vltimo

VLtimo quæro me .quod te. dixi. quod isti debent cau
sam d. sd sti ure, quid ve nieba in diffinitione. Tanc e.di
c .quod habebāt diffini.c.an dos mulieri debeatur.vt quia
bona t.de nupti, vt supra eodem.cap.primo. An vero quia
mala fide nuptū. sit appl canda fisco,vt ibi not an vero quia
adulterium comonsit,perdat,vt infra cap.prox.

S V M M A R I V M.

1 *Mulier propter adulterium separata a viro,perdit dotem.*
2 *Fornicatio est nomen generale comprehendens in se adulterium, & omnem illicitum coitum.*
3 *Maritus non lucratur dotem propter adulterium matrimonio soluto per iudicem sæcularem.*
4 *Vxor si recedit a viro propria voluntate, ei repetenti dotem obstat exceptio adulterij.*
5 *Maritus potest propria auctoritate a se abijcere vxorem adulteram notorie.*
6 *Vxor adultera reconcillata per maritum non debet perdere dotem.*
7 *Vir committens adulterium, debet perdere donationem propter nuptias.*
8 *Mulier si repetit dotem ab hærede mariti, an possit contra eam opponere de adulterio.*
9 *Causa adulterij non notorij non priuat mulierem ipso iure alimentis, & alijs iuribus.*
10 *Mulier accusato matrimonio debet ali lite pendente.*
11 *Vxor committens adulterium perdit donationem propter nuptias, & bona paraphernalia.*
12 *Maritus administrans bona paraphernalia permittente vxore, an teneatur soluto matrimonio restituere fructus perceptos hæredibus vxoris.*
13 *Paraphernalia bona quæ dicuntur.*
14 *Extensio non est facienda in pœnalibus contra propriam significationem verborum.*
15 *Adultera vltra dotem, & donationem propter nuptias, amittit etiam bona paraphernalia.*
16 *Maritus an possit agere in iudicio sine mandato pro bonis paraphernalibus vxoris.*
17 *Mulier an repetat dotem, quæ cum accusata sit de adulterio, probet matrimonium non tenere.*
18 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus, & quando.*
19 *Matrimonium putatiuum facit, vt mulier committat adulterium, & possit de adulterio accusari.*
20 *Vir qui interfecit vxorem in adulterio, an lucretur eius dotem.*
21 *Interficere vxorem de iure canonico, nullo casu licet.*
22 *Vir medicum nescientem literas, adhibens pro cura vxoris, est indignus lucro dotis, ac si occidisset.*
23 *Pater qui dedit dotem pro filia, nec stipulatus est sibi reddi, an perdat illam propter adulterium filiæ.*

C A P. IIII.

1 PLerunque. †Mulier propter adulterium
a viro separata, perdit dotem
& donationem propter nuptias.
2 Nota primo ibi.fornicationis.quod † fornica-
tio est nomen generale comprahendens in se adulterium,
& omne illicitum coitum,sed vide tex.36.q.1.in princip vbi
etiam ponitur,quæ sit differētia inter adulterium, stuprum,
incestum,& raptum & ideo teneb is menti illum tex.
3 Nota secundo ibi, iudicio ecclesiæ quod † maritus non
lucratur dotem propter adulterium vxor. si separatur ma-
trimonium a iudice sæculari, nam iudex sæcularis non est
iudex competens. quando agitur ciuiliter ad separationem
thori, & ad amissionem dotis. argum in capit.tuar,& quod
ibi notatur supra de procurat.& vide glo.4 in capit fin. de fo
ro competen.
Nota tertio ibi.aut propria voluntate & tene menti secū
4 dum Abb Sic quod si † vxor recedit a viro propria volunta
te,intellige propter adulterium,vt quia tenuit virum,obstat
exceptio adulterij repetenti dotem.
Et ex hnc dicit Abb.Sic esse notandum singulariter.quod
maritus potest consequi dotem,sine accusat.adult excipien
do modo prædicto. Alij exponunt, aut propria voluntate
mariti, vt quia maritus eam expulit, pro quo facit. 32. q. 1.
d xit dominus & secundum istum intellectum quem Doct.
5 non reprobant. dicit Abb.Sic esse notandum,quod † mari-
tus potest propria auctoritate a se abijcere vxorem adulte-
ram, quod intellige adulterio existente notorio, vt dicit
glo in c.si de adult de quo dic,vt ibi: vnde hoc casu vxori re
petēti dotem obstat exceptio adulterij. Et sic ergo tu
ad dotem lucrandam paria sunt matrimonium separari iudi-
cio ecclesiæ,vel propria voluntate vxoris ... causa
sam fornicationis. Ego puto quod tex in ... intelligi-
ge, scilicet: siue mulier propria voluntate ... siue
propria voluntate viri, vt quia vir eam expulit ... ei re
petenti dotem obstat exceptio adulterij. nam ... etiam
iudicio ecclesiæ in spoliata etiam adulterio non existente
notorio, si vxor non petit se restitui, sed repetit dotem, ob-
stabit contra ipsam exceptio adulterij, nam iudicium repe-
titionis dotis non habet illud privilegium quod habet iudi-
cium super spoliatione, & hoc voluit hic Butr. dum dicit,
quod ad validitatem separationis exigitur iudicium ecclesiæ,
sed non quo ad lucrum dotis. Et sic intelligitur iste tex.scili-
cet vt loquatur de amissione dotis,non autem de validitate
separationis, & ideo aut mulier separata absque iudicio ec-
clesiæ petit se restitui, & hoc casu ante omnia debet resti-
tui, nec auditur vir,si velit obijcere,quod dotem amisit pro
pter adulterium, nam prius debet mulier restitui, & postea
maritus poterit contra eam de adulterio agere ad separatio
nem thori, & ad amissionem dotis: aut mulier non petit se
restitui forte, quia timet sæuitiam viri sed dotem repetit, &
tunc contra eam dotem repetentem obstat exceptio adulte
rij, & hoc modo priuabitur dote.
6 Nota quarto ibi,reconciliati quod † vxor adultera recō
ciliata per maritum non debet perdere dotem & sic mari-
tus reconciliando sibi vxorem adulterā,non potest amplius
agere contra ipsam, vt perdat dotem, vel lucrum donatio-
nis propter nuptias & hoc intellige But. siue reconciliatio
sit facta ante separationem factam per ecclesiam, siue non,
& sic vir potest sibi reconciliare vxorē,siue separata iudicio
ecclesiæ, siue non, quantum ad hoc, vt non possit agere ad
amissionem dotis, vel lucri donat propter nuptias, nam ex
quo eam reconciliauit, non potest amplius obijcere de il-
la fornicatione, vt in cap quemadmodum,de iureiur. Idem
dicendum est, si vir scienter ducit in vxorem mulierem im-
pudicam, quia non auditur, postea eam accusans, vt ff. de
adulter l.si vxor,in fi.& refert Valerius libro octauo cap.se-
primo. quod Marius coegit virum qui impudicam vxorem
duxerat, vt dotem lucratus ē illa repudiata dotem reddere. &
intellige. quod non potest obijcere fornicationem præce-
dentem, sed bene sequentem, vt dicit hic glo in verbo, re-
conciliata. & probatur in dicto cap quemadmodum,de iu-
7 reiuran. Quid de † viro committente adulterium: dic,quod
debet perdere donationem propter nuptias.vt in l. consen-
sus §.si vero. C.de repudi & in Authent. vt liceat matri, &
auiæ.§ quia vero plurimas versiculo.si de adulterio. & vide
glo in capitulo primo, supra vt lite non contesta. quæ hoc
dicit: non enim quoad hoc, vir & mulier iudicatur ad im-
paria,vt in cap.gaudemus. supra tit prox. & 32.quæst.6.
nihil iniquius.
8 Secundo quæro, quid si † mulier repetit dotem ab hære-
de mariti, an possit contra eam opponere de adulterio.
Specul.in dicto § fin. versic quid si mulier agit. de except. &
in d.tit versic.item quæritur,ecce dicit quod non,quia ma
ritus nō lucratur dotem, nisi accuset vxorem de adulterio,
& se inscribat, vt in Auth.vt liceat matri & auiæ. § quia ve-
ro plurimas sed hæc ratio non vrget,quia non tenetur mari
tus se inscribere,nisi quando agitur criminaliter, vt d.§ quia
vero plurimas secus si ciuiliter, vt in Authen de nup. § nu
tices.& ita not Iaco.de Belui.in dicto § quia vero plurimas.
de procuratore tuæ. Item, quod hæres mariti possit obijce-
re exceptionem adulterij contra mulierem repetentem do-
tem, tenuit glo.in l vnica § illo proculdubio. C de rei vxor.
actio. sed opinio Specular. est verior alia ratione. Nam ex
quo maritus non improbauit mores mulieris,non debet au
diri hæres hoc facere volens & de hoc est tex in l rei iudica-
tæ. § primo ff soluto matrimonio.& ibi hoc firmat Bartol.
vnde dicit, quod aut mortuo marito mulier repetit dotem
ab hæredibus viri, & tunc non possunt eam repellere exce-
ptione adulterij, vt dicta l rei iudicatæ, ad hoc. supra de do-
natio capit fin & l fin. C.de reuoc donat. aut vir superuiuit,
& vxor est mortua, & tunc vir potest obijcere exceptio-
nem adulterij etiam mortua vxore contra hæredes mulie-
ris repetentes dotem. & de hoc est textus, & glos.in l finali.
C.de adulterijs. & illud tenet hic Butr. dominus Cardina. &
Abbas Sicul.
Tertio quæro, maritus propter adulterium vxoris, non
tamen notorium, expulit eam de domo, sic expulsa stetit
per annum, & quia aliunde non potuit habere pecuniam
mutuo, vt se aleret, prouocauit maritum ad iudicium,
& petat alimenta præterita, & futura sibi deberi, ma-
9 ritus excepit de adulterio. Replicatur, quod † crimen

ad ılterij non notor. non priuat ipso iure mulierem alimē-
tis, & aliis iuribus, quæ habet in maritum, nisi demum lata
sententia fuerit crimine adulterij ff de donatio.l. post contra
ctum. cum sua materia facit. quod not fuit supra titu proxi.
c.ıp porto.& cap sequen. Ad illud autem, quod communi-
ter dicunt, quod mulieri obstat exceptio adulterij verum, vt
exceptio probata repellatur a futuris alimentis, sed a repeti-
tione alimentorū q debentur lite pendente, & quæ deben-
tur ante litem inchoatam, non debet mulier repelli, ad hoc.
l. si instituta ff. de inoffic testam idem dicit Hostien. in capit.
ex parte. de accusat. vbi dicit, quod quando matrimonium
10 accusatur, † mulier debet ali lite pendente. & verū est, quod
lite pendente debet alimentari, etiam alimenta poterit repe
tere. ex quo adulterium non est declaratum per sententiam,
vel aliter erat notorium, & hoc tenet Federi. de Sen. consi-
lio 176. & quidam dominus Corradus per capit. significasti,
& cap porro supra titu proximo. & ibi ipsum allegat Feder.
Cuius autem debeat esse dos, si vxor damnetur de adulterio,
& detrudatur in monasterio secundum formam authē sed
hodie. C. de adulter. vide per Lapum, allegat. 129 vbi etiam
late prosequitur, nunquid dos vxor applicetur monasterio,
vbi intrat de consensu viri non obstante pacto de dote lu-
eranda.

In glo prima. nota ipsam, dum dicit, quod vir non debet
absq; iudicio ecclesiæ repellere, vxorē ēt si fornicatio sit no
ta, nam debet intelligi glo dummodo non sit notoria, nam
si esset notoria, liceret viro vxorem expellere absque iudicio
ecclesiæ, & dicit glo. in cap fin. de adulte. Vtrum autem illa
glo. sit vera, dic vt ibi per Doct.

In glo secunda. intellige glo quod si mulier recedit a viro
propria voluntate, non propter causam fornicationis, non
perdit dotem, vt hic, & sic debet intelligi ille tex. dixi etiam
supra in tertio notabili.

In glo, in verbo, reconcillata glo. bene dicit, & est declara
ta supra in quarto notabili.

In glo in verbo, dotem, vel dotalitium. Ex hac glo habes
duas expositiones.

11 Prima est, quod vxor † committens adulterium, perdit do
nationem propter nuptias, quam debebat lucrari ex pacto,
vel consuet. so matr.

Secunda expositio, quod perdit etiā bona paraphernalia,
quæ mulier habet vltra dotem, in quibus maritus nullam
habet potestatē in vita vxoris, vt in l. hac lege, & in l. fi. C. de
pac. conuen. & eodem modo exponit glo in cap. ex parte B.
supra de so. compet.

12 Nunquid autem si maritus † permittente vxore admini-
strat bona paraphernalia, teneatur soluto matrimonio resti-
tuere fructus perceptos de bonis paraphernalibus hæredib.
vxoris, dic vt per Doct in d. l. fin. C. de pact conuentis. & per
Bart in l prima ff ad leg Falcid & per Bald in cap. 1. § si duo
fratres, de duobus fratribus de nouo beneficio inuestitis. in
vsibus feud. sed Docto. tenent primam expositionem glo &
non secundam, nam dicunt, quod dotalitium dicitur dona-
tio propter nuptias, quasi dotis pretium, datur enim dona-
tio propter nuptias a viro mulieri, & debet esse ęqualis do-
tis, vt in cap fi infra eod. vbi de hoc in glo. vltima. & propter
13 hoc dicitur quasi pretium dotis † Paraphernalia autē dicuntū
bona, quę a muliere vltra dotē sunt in domū viri portata, vt
in l si ego § dotis ff de iure dotium. & propter hoc non pro-
cedit opi huius gl. dum dicit, quod vir lucratur paraphernal-
lia propter adulterium mulieris, nam in pœnalibus non est
14 facienda † extensio contra propriam significationem verbo
rum, vt in regula, odia. & in regula, in pœnis. & in cap statu-
tum, de elect & ideo iste tex euloquatu. de dotalitio, nō de-
bet extēdi ad bona paraphernalia, quia ex propria significa-
tione non compræhenduntur appellatione dotalitij, & Bu.
hic, & dom. Cardin. & Abb. Sicu reprobant hanc secundam
expositionem glo. dicit tamen Abb. Sicu hanc glo. menti re-
nendam propter eius auctoritatem, sed ego modicum cura-
rem de hac glos. cum sit tex. expressius de hoc, nam mulier
15 † adultera vltra dotem, & donat. prop. r nuptias perdit tan
tum de substātia sua, idest de bonis, quæ habet vltra dotem,
quæ dicuntur bona paraphernalia, quantum est tertia pars
dotis, & hoc, si mulier non habet filios ex marito, alioquin
vir tenetur seruare filijs dotem, & aliam substantiam, quam
lucratus est de bonis adulteræ propter adulterium, sed si vir
committit adulterium, mulier recuperat dotem suam, &
viceruis vir perdit donationē propter nuptias, quā fecit mu-
lieri & alia bona mariti debent confiscari, sed si habet filios,
vxor tenetur seruare filiis donationem propter nuptias, &
alia bona viri non confiscantur, sed Imperator ex sua largi-
tate donat filiis, & de his est tex. in Authen. vt liceat matri &
auiæ. § quia vero plurimas. versic. si de adulterio. tamen ille
tex inquantum loquitur de confiscatione, est correctus per
Auth vt nulli iudicum, in fi. collat. 8.
16 Nunquid autem † maritus possit agere in iudicio sine mā-
dato pro bonis paraphernalib vxoris dic vt in l fi. C. de pac
conuent. & in l maritus. C. de procur. & tangitur per Docto'
infra eod. per vestras.

In glo fin hæc glo refert duas opinio.
17 Primā Tancr scilicet quod audiatur † mulier repetens do-
tem, si probat matrimonium non tenere: aliam Laurē con
trariam, quam gl dicit veriorem, sed primam ben gniorem,
quam etiam videtur glos. in fi. approbare sed Tancr qui te-
nuit primam opinionem, non dixit simpliciter mulierem
esse audiendam, vt refert glo. sed dixit, quod si sententia la-
ta sit super separatione thori propter adulterium, & super
dote, nec sit appellatum, mulier amplius non auditur repe-
tens dotem, sed si sententia est lata super adulterio, & de do
te, nulla est facta mentio, tunc dicit mulierem esse audien-
dam repetentem dotem, nam ex quo per sententiam con-
stat matrimonium fuisset nullū, ergo nec fuit dos, nec adul
terium. non perdit, ergo quod dedit præcipue in dote, quia
pœnæ sunt mollienda, de pęnit. distinct. 1 pęnæ. nam melius
est fauere repetitioni, quam aduentitio lucro viri. ff. de regu.
iur. non debet. & pro hac opinione facit, quod no. in Auth.
de nupt. §. si vero ab initio. opinio. autem Laurent. scilicet
quod non audiatur mulier repetens dotem, dato quod po-
stea per sententiam sit declaratum matrimonium non te
nuisse, tenet Goffr. Philipp & Innocen hic, & etiam Host.
qui mouetur per l si vxor, in fine ff. de adulteriis. vbi dicitur,
quod nec matrimonium, nec spē matrimonij violare licet.
& hoc etiam tenet Barth Brixien in dominicali, mulier quæ
dam, allega. in Auth de restit & ea quæ parit vndecimo mē
se § vnam si quidem. vbi dicitur, quod mulier pariens ex stu
pro infra tempus luctus, patitur pęnas, quas patitur mulier,
quæ nubit infra tempus luctus & idem est dicendum, si nō
pariat, dummodo committat stuprum infra tempus luctus,
& dicit glo in Authent eidem pęnis. C. de secundis nupt. &
videtur esse casus pro opinio. Lauren. 27. quæstio. 1. quidam.
vbi vxor frigida dicitur mechari, si ab alio cognoscitur. Vin
cent. vero dicit, quod sibi præiudicat multum vir, qui post
separationem thori, & lucrifactionem dotis contendit ma-
trimonium fuisse nullum, & quæst. iam sopita de dote & ex
hac opinio. Vincen. dicit Ioan. Andr. surgere distinctionem,
quod aut post separationē thori vir prouocat ad separatio-
nem vinculi, aut mulier, aut tertius, & quod tertius debeat
admitti dictum est in Rubrica, supra qui matrimon. accusa.
possunt hæc autem membra non prosequitur Ioann. Andr.
sed dicit dom Cardin quod Ioan. And. videtur sentire quod
primo casu, quando vir prouocat, si separabitur matrimo-
nium, mulier dotem recuperabit, quia intelligitur vir sibi
præiudicasse super sententia prius lata pro se super dote, quę
ratio cessat in duobus sequentibus membris, ideo tunc non
obstante separatione matrimonij postea secuta remanebit
firma prima sententia. sed dom Card dicit veriorem esse opi-
nio. Laur. quam tenent Doct supradicti, nam dato quod vir
petat separationem vinculi, non per hoc infertur, q mulier
adulterium non commiserit, ad quod committendum suffi
cit, q appareat esse matrimonium, facit quod vid. fi supra c.
prox. & in c. j s. eod. vbi dictum fuit, quod priuilegia dotis cō
petūt etiam matrimonio putatiuo, & per hoc soluitur ratio
posita in glo pro illa opin. s. quod veritate manifestata non
ob. res iudicata, nam sufficit, quod matrimonium fuerit in
apparētia. & dicit dom. Card quod per hoc soluuntur etiam
aliæ rationes positæ in glo. pro hac opin sed But. dicit, quod
licet communiter Docto teneant opin Laur tamen ipse pu-
tat opin. Tancre. veriorem. vnde dicit esse aduertendum su-
per modo sententiandi, nam si est pronunciatum de adulte
rio, & nihil est pronūciatum de dote, si postea vxor moueat
litem super dote, & dicat matrimonium non tenuisse inter
ipsam, & virum, non obstabit sententia lata super separatio-
ne thori propter adulterium, quia specifice super hoc iudica
tum nō est, & ad aliud nunc agitur, quam in primo iudicio.
primo enim agebatur ad matrimoniū separandum propter
adulterium, nunc autem agitur ad dotem repetēdam, vnde
ex quo variatur res, licet non varietur causa agendi non ob.
exceptio agendi, vt in cap. cum in ecclesia, de cau. possess. &
propriet. & in l. cum quæritur ff. de exceptio rei iudic. vbi di-
citur quod ad hoc, vt obstet exceptio rei iudi. exigitur, quod
sit eadem res, eadem persona, & eadem causa petendi, & si
ista tria non concurrunt, non obstat exceptio rei iudica. de
quo vide glo. in cap penult. de exceptio aut sententia est lata
ad separationem thori propter adulterium, & super reten-
tione dotis, & nunc repetitur, quasi non fuerit matrimoniū,
nec adulteriū. & dicit But. quod in hoc est maior dubitatio.

Sol

Sed ipse peccat dicendo, quod aut est oppositum de pri-
ma sententia contra secundam, & iudex de illa fuit certifica
tus, vt quia fuit ostensa in iudicio, & hoc nō obstante iudex
ꝫ eam pronunciauit, & dicit Butr. quod non valet sententia
tanquam lata contra notorium, per not. per se in capi. inter
monasterium, de re iud. & per consequens ex secunda sen-
tentia tanquam nulla dos repeti non potest, aut prima sentē
tia non fuit allegata, vel si allegata nō est ostensa, & tunc di
cit Butr quod standum est secundæ sententiæ, & per conse-
quens potest dos repeti, nam secunda sententia contra pri-
mam, valet in diuersa sententia, si prima non est patefacta iu
dici secundo, vt in l. duobus & ibi per Bar. ff. de excep. rei iud.
& in l. nam & postea § si damnetur. ff. de iureiur. But. autem
se remittit ad d. c. inter monasterium, de re iud. & ad c. ab ex-
communicato, de rescrip. Ad argumenta inducta per Doct.
pro opin Laur. respondet But. & dicit, ꝙ non obst. ꝙ mulier
quantum est in se, peccauerit, dato ꝙ deregatur . . . . . ꝙ non
fuerit matrimonium, quia in pęnis ciuilibus, hoc est, quæ ve
18 niunt applicandæ parti, non punitur † affectus, nisi sequatur
effectus, vt in l vulgaris § qui fur fa ff. de fur. & sic iura quę di
cunt puniri affectum cum opere secuto, licet non sequatur
effectus, vt in c. nuper & ibi Bu. in fi. dicit, ꝙ affectus punitur,
& habetur pro facto, quando non stat per ipsum facientem,
dummodo veniat ad actū de proximo, de biga. cū si. debent
intelligi, quando pęna concernit publicam vtilitatem, secus
si pęna venit parti applicanda, quia tunc non punitur affe-
ctus, nisi sequatur effectus, ad hoc l. 1. § hæc autem verba. ff.
quod quisque iur. Item vbi affectus non habet effectum pro
pter impedimentum iuris, tunc punitur affectus effectu nō
secuto, vt ff de furt l inter omnes. §. pen. Non obstat Auth.
de restit & ea quæ parit. § si quidem. quia ibi mulier scienter
deliquit. & contra matrimonium, vt in peius, quam contra-
hendo matrimonium, hic autem licet non deliquerit, non
deliquit contra verum matrimonium, vt exigitur. Sed Abb.
Sic. tenet opi. Laur. per rationes, quas allegat glo. & Doct. &
adducit quæst disputatam per Io. And. in regula, cum quis,
de reg. iur. in vi. in mercur. vbi deciditur, quod ille, qui cogno
uit solutam, credens cognoscere coniugatam, punitur cri-
mine adulterij. & dicit, quod hæc opin. sibi placet, & quod vi
detur communis opin. hoc tenere, licet aliqui aliter distin-
guant, & licet argumenta But. sint subtilia, tenenda est com
munis opi. scilicet quod licet probetur matrimonium non
tenuisse, non audiatur mulier repetens dotem. Nec obstat
argum. Butr. dum dicit, quod vbi agitur de pęna ciuili, non
punitur affectus, nisi sequatur effectus, vt dic. l. vulgaris §. qui
furti faciendi. ff. de furt. Nam illud procedit, quando in iure
non reperitur expressum, quod attendatur affectus. licet non
sequatur effectus, vel nisi fiat iniuria ęqualiter ex affectu, si
cut effectus esset subsecutus, vt est in adulterio, nam quia
ęqualiter sentit iniuriam, si vxor putatiua committit adul-
terium, quemadmodum si vera vxor commisisset, & ideo
tex in præalleg l. si vxor. § diuus Seuerus ff de adulter. dicit,
quod matrimonium, nec spem matrimonij violare permit
titur, & vlterius subiungit, quod si vxor putatiua commisit
adulterium, possit accusari a marito de adulterio iure ex-
tranei, sed non iure mariti. Sic ergo putatiuum matrimo-
19 nium † facit, vt mulier committat adulterium, & de adul-
terio possit accusari, licet non iure mariti. si ergo mulier
punitur de adulterio, dato quod matrimonium non te-
neat, debet pati omnem pœnam, quam patitur illa, quæ est
vera mulier.

Sed extra gl. quæro, quid e conuerso, pone, est separatum
matrimonium quo ad vinculum propter consanguinita-
tem, deinde est lata sententia diuortij, vxor repetit dotem,
sed vir vult retinere dotem propter præcedens adulterium
mulieris, an possit. glo in l. consensu. C. de repud. dicit, quod
non potest dotem retinere per Authen. de nupt. § si vero ab
initio. & cum illa glo transit ibi Cyn. & Butr. hic. sed Cardi.
in secunda quæst. tenet contrarium, nec tex. allegatus per il
lam glo. probat intentionem illius glo. nam ibi dicitur, quod
si quis putauit contrahere cum libera, & contraxit cum ser
na, nō tenet matrimonium, nec competit lucrum ex matri-
monio, sed per hoc non tollitur, quin competat lucrum ex
adulterio commisso, dum durabat putatiuum matrimoniū.
sed ista quęstio pendet ex supradictis, nam tenendo commu
nem opi. s. quod mulier committens adulterium durāte pu
tatiuo matrimonio debeat pati pœnam adulteræ, sequitur
necessario, quod mulier debeat perdere dotem, licet oppo-
natur de adulterio post separationem matrimonij factam
quo ad vinculum.

20 Tertio quæro, † pone, vir interfecit vxorem repertam in
adulterio, an lucretur dotem. glos tenet quod non, in l. si ab
hostibus. §. item quæ, a contrario. ff. sol. matri. quod intelligit
ibi Bar. nisi licuisset interficere ipsam ex statuto, vel consue
tudine, vt in l quid ergo. §. si hæres. ff de legat. 1. & in l. qui iet
uum. ff. de verbor. obligat. & hoc dicit Bart. esse notandum,
quia per totam Italiam sunt statuta, ꝙ vxore prædecedente
vir lucretur certam partem dotis, nam eam non lucratur,
si interfecit. sed domin. Iaco. de Zoch. hic dicit, quod etiam
si vir interficiat vxor. in casu permisso a statuto, vel consue-
tudine non lucrabitur aliquam partem dotis, nam de iure
21 canonico nullo casu est licitum † interficere vxorem, vt in
cap. inter hæc. 33. q. 2. & no. in cap. si vero, el primo, de senten.
excomm. & quia facit actum prohibitum, perdit lucrum do
tis & hoc mihi placet. Sed pone, vir nō interfecit vxorē. sed
22 dum esset infirma, voluit ducere † medicum ad eam, vel du
xit medicum nescientem literas glo. & Bar in dicta l. si ab ho
stibus. §. item, quæ. a contrario, dicunt, quod perinde vir est
indignus lucro dotis, ac si occidisset vxorem. dicit tamen
Bartol. quod ad fundandam intentionem quo ad repellen-
dum virum non sufficit probari, quod medicum non adhi-
buit, sed debuit probari, quod medicum potuit adhibere,
cum esset in loco vbi reperiebantur medici, vel in loco
propinquo, alias sibi non imputaretur, vt in l. denique. post
princip. ff. pro socio. In ciuitatibus autem, & locis insignibus
est præsumptio ipso iure, quod sit copia peritorum, vt in ca
pitu. statutum, de rescrip. in vi. & dicit Bart. hoc notandum
pro omnibus casibus, in quibus aliquis vult alicui imputare
quod non fecit aliquid fieri per alium, nam est necesse pro-
bare vere, vel præsumptiue, quod alius inueniebatur, per
quem de facili facere poterat.

23 Quarto quæro, an † pater qui dedit dotem pro filia, nec
stip. est sibi reddi, perdat illam propter adulterium filiæ glo,
in l. si dotem. C. de iu. dot dicit quod sic, quia est quid impu-
tetur patri, qui non fuit sibi stipulatus. Sed Dyn dicit hanc
quæst. determinari per l. 2. § item si voluntate. ff. sol. matrim.
hoc est dicere, quod si filia est in potestate. factum eius non
præiudicat patri, quin possit pro dote agere, & opinio. Dy se
quitur Cy. in d. l. si dotem. C. de iu dot. idem tenet dom. Car
di hic in quarta quæst. & But. & idem sentit Bart. in dicta l. 2.
§. item si voluntate. ff. sol. matrim.

Quid autem si pater est stipulatus sibi dotem reddi, an a-
dulterium filiæ præiudicet patri. dic vt per Butr. & Ioann. de
Imo. in capitulo, ex litteris, de pignoribus & hæc sufficiant.
Sequitur capitulum, & si necesse.

SVMMARIVM.

1 *Donata mulieri propter nuptias matrimonio soluto, vel separato reuer ti debent ad virum.*
2 *Virum dare mulieri dotem, qualiter intelligatur, sine procedat.*
3 *Pacta quę difficultant matrimonia contra iuris dispositionem, cum matrimonia debeant esse libera, non valent.*
4 *Datum pretextu matrimonij eo non consistente repetitur, tanquam sine causa datum.*
5 *Dos, & donatio propter nuptias, esse non possunt, vbi non est matrimonium.*
6 *Commodum quis non debet sentire, vbi pœnam sustinere debet.*
7 *Iudex ecclesiasticus potest se intromittere de dote, maxime cum difficultatur dissolutio matrimonij contra iuris dispositionem.*
8 *Contrahentes matrimonium contra leges, an & quando debeant perdere dotes, & donationes propter nuptias.*
9 *Mulier in quibus casibus excusatur ab ignorantia iuris.*
10 *Ignorantia iuris, qualiter probari debeat.*
11 *Papa an succedat loco Imperatoris.*
12 *Iure proprio quando quis est priuatus, an opponi possit de iure tertij.*
13 *Statutum dicens, quod quicunque commiserit homicidium, sit priuatus bonis suis, vel si notarius commiserit falsum, ipso iure sit officio priuatus, qualiter intelligendum sit.*
14 *Castra data pro obseruatione matrimonij, an & quando retineri possint. Verbum, restitui, intelligitur, idest relaxari.*
15 *Pœna iuris punientis contractum matrimonium habet locum, etiam si matrimonium non sit consummatum, quia iura non ponderant consummatum, sed contractum tantum.*
16 *Pœna quę imponitur contrahenti matrimonium de præsenti, non habet locum in sponsalibus de futuro.*
17 *Pœna confiscationis dotis, & donationis propter nupt. quando non habeat locum.*
18 *Ignorantia præsumitur in muliere, nisi probetur scientia, cum e conuerso in viro pręsumatur scientia, nisi ignorantia probetur.*
19 *Pœna d. l. qui contra. & d. auth. incestas. an habeat locum, si quis contrahit nuptias interdictas de iure canonico.*
20 *Canones dicuntur leges.*

CAP. V.

ETsi necesse. Istud cap est difficile, & propter varietatem lecturarum non solet summari, sed secundum But. hoc dicit,
1 † donata mulieri propter nuptias matrimonio soluto, vel separato, reuerti debent ad virum. vel secundum dom. Cardin. & Abb. Sic. Cogitur mulier ex officio iudicis ecclesiastici donata sibi a viro propter nuptias pro consummatione illiciti matrimonij relaxare, si talis donatio præstat impedimentum dissolutioni talis matrimonij. diuiditur in duas partes.

In prima parte ponitur triplex causa mandati.

In secunda ponitur mandatum. secunda ibi, castra ipsa restituere volumus. Prima potest subdiuidi in tres partes, prout triplicem causam mandati ponit. Secunda causa ibi, cum castra. Tertia causa ibi, ne ad commodum. Hostien. ponit casum, quod Rex legionum cum filia Regis Castellæ in secundo gradu sibi attinente de facto contraxit matrimonium, & dedit quædam castra fortissima perdenda. si in aliquo casu illam dimitteret, forte ex causa donationis propter nuptias, occasione talis matrimonij dari non potuit, quia vbi non tenet matrimonium, non potest dari dos, nec donatio propter nuptias. ideo cogitur hæc puella castra restituere, cum nõ tam ob turpem, quam ob nullam causam data fuerint, nec debẽt in commodum puellæ cedere, cum ex hoc potius debeat pœnam sustinere, quam lucrum capere. vnde Papa iubet puellam distringi ad castra restituenda per censuram ecclesiasticam appellatione remota.

2 Nota primo ibi, in dotem. q † vir dat mulieri dotem sed glo exponit, idest donationis propter nuptias, & tunc non colligitur illud notabile, sed intelligendo tex proprie. Vinc. dicit. quod iste tex. loquitur secundum consuetudinem Hispanorum, qui vxores dotant.

Ex quo nota, secundum Abb. Sic. quod maritus licite dotat vxorem, idest constituit ei dotem de propria substantia, quod tamen intellige, quando ista donatio fit ante matrimonii contractum, secus si fiat post contractum matrimonium, vel si effectus donationis conferetur in tempus matrimonij, nam tunc non valeret, vt in l. j. cum ibi nota C. de donatio. ante nup. nisi plebeus duceret vxorem nobilem, nam tunc dotem censetur donasse vxori causa compensandi, & sic esset quædam remuneratio potius, quam vera donatio, vnde valeret, dato quod fieret post contractum matrimonium, vt dicit Bart. in dicta l. j. C. de donat. ante nup. & in l. si diuortio. ff. de verborum obligat. & dixi in cap. Gemma, supra de sponsalibus.

3 Nota secundo, quod non valent † pacta, quæ difficultant dissolutionem matrimonij contra iuris dispositionem, cum matrimonia debeant esse libera in contrahendo & dissoluẽdo, vt in l. libera C. de inut. stipul. & in l. Titia. ff. de verb. obli. plene dixi in d. cap. Gemma.

4 Nota tertio, quod † datum prætextu matrimonij repetitur non consistente matrimonio, tanquam sit datum sine causa, ad hoc l. auunculo ff. de condic. sine cau.

Nota quarto, quod vbi non est matrimonium, non potest
5 esse † dos, nec donatio propter nuptias, & sic potest repeti condictio. sine causa, de qua in dicta l. auunculo. ff. de condictio sine causa

6 Nota quinto, quod quia non debet sentire † commodum, vbi pœnam debet sustinere. de quo dic, vt in glos. quarta. & dicit Vincent. quod contra hanc puellam non posset agi actione rerum amotarum ff. rerum amot. l. si concubina. vult dicere, quod hoc casu, cum non fuerit vxor, non gaudet priuilegio vxoris, nam vxor pro rebus furto subtractis non potest conueniri furti, sed debet conueniri actione rerum amotarum, nam actio datur in duplum, si non est manifestum, vel in quadruplum si est manifestum, & vltra pęnam potest agi ad rem furto subtractam, vel ad eius ęstimationem, nam vna actio non tollitur per aliam. vt in l. si pro fure ff. de condictio. fur. sed si vxor furatur viro, non potest agi contra ipsam ad duplum, vel ad quadruplum, sed solum in simplum quia actio rerum amotarum est actio rei persecutoria, licet ex delicto nascatur, vt l. ad fiscum & in l. si mulier. § hæc actio ff. rerum amot. Sed putatiuum matrimonium non gaudet hoc priuilegio, vt dicta l. si concubina. ff rerum amotar. & hoc tenet ibi Barto. & ideo si illa, quæ reputatur vxor, tamen non est vera vxor propter aliquod impedimentum subtrahat aliquid viro putatiuo, poterit conueniri furti ad duplum. vel quadruplum, & cond. furtiua, quemadmodum si extraneus subtraxisset.

7 Vltimo nota, iudicem † ecclesiasticum posse se intromittere de dote, maxime cum difficultat dissolutionem matrimonij contra iuris dispositionem, de quo dixi supra eod. de prudentia.

In glo prima. dic, vt dixi supra in primo notabili.

In glo secunda. Host. dicit, quod quia in matrimonio debet esse liber consensus, ideo non valent fideiussio, vel datio pignorum. per quę coactus consensus inducitur, sed de fideiussionibus videbis infra eod per vestras, de pign. auth. plene dixi in cap. Gemma. supra de spon.

In glo. fin. hæc glo. est singulariter notanda, quia plene discurrit, an & quando contrahentes matrimonium contra le
8 ges debeant † perdere dotes, & donation propter nup. & collige ex ea quinque solut.

Prima, quia illi ignoranter contraxerunt, ideo fit restitutio hincinde, & sic bona non applicantur fisco. hac solutio est vera in se, & probatur in l. qui contra. in Auth de incest. C. de ince. nup. vbi pęna confiscationis imponitur scienter contrahentibus. sed hæc solutio non placet glo. quia illi sciebant, nec poterant ignorare, quod in tali gradu erãt, pro hoc secundum Vinc. quia hoc erat notorium in Hispania, & Papa eos prohibuerat copulari, & dicit Ioan. Andr. quod erant in secundo gradu, vt patet in antiqua, vnde hoc non poterat esse non notorium, vt supra di. prox porro. domin. Card. in quarta opp. dicit, quod in antiqua non patet, in quo gradu essent cõmuniter, tamen dicitur per Doct. quod erant in secundo gradu, sed ipse adducit illum tex ad probãdum, quod scienter contraxerunt in gradu prohibito ibi, quod debet in pœnam eius potius retorqueri. & illa est vna ratio decisionis. Item inducit tex. in alia ratione decidenda, quia nõ tam ob turpem, quam ob nullã causam data sunt, cum matrimonium non tenuerit, quæ ratio etiam præsupponit scientiam, licet non tam clare, vt proxime. dicit autem Abb. Sic. diligenter notandum ex verbis Ioan. And. & Doct. quod coniuncta in gradu propinquo præsumitur habere notitiam cõsanguinitatis. & sic intellige l. de tutela. C. de in integ. restitu. minorum. & l. octaui. ff. vnde cogna.

Secunda lectura, seu solutio glos. est, quod isti sciebant factum i. se consanguineos, sed ignorabãt ius, forte enim credebant, quod Regibus liceret contrahere in gradu prohibito Leannnica sed Io. And dicit, quod hæc ignorantia iuris non excusaret istos, immo etiam nec fęminam, quia nec etiam ipsa excusatur, nisi in casibus in iure expressis, vt est tex. in l. si, C. de iuris, & facti ignor. & ibi no. in quibus casibus excusetur
9 † mulier ab ignorantia iuris, inter quos iste non numeratur. sed vide bonam glos. quæ quo ad hoc facit differentiam inter mulierem minorem militem, & rusticum 1 quæst. 4 § notandum in glo. in verbo, ignorantia dicit tamen Ioan Andr. quod hęc lectura posset esse vera. quãdo esset error in facto, vt quia probabiliter credebat esse dispensatum. & opinio. Ioan. And. sequitur dom Cardin. & But & communiter Docto. & cum ea etiam transeunt Legistæ in l. quocunque. C de incest. nup & in l. auunculo. ff de condic sine cau sed Bartol. ibi tenet istam opinionem, & videtur esse de mente glo. ibi, & pro ista opinio. facit authen incestas C de incest. nup vbi pęna apponitur scienter contrahẽtibus, facit etiam l si adulterium. ff. de adult. vbi errans in iure, excusatur a pęna incestus, & adulterij. Nec obstat secundum Bartol. l. qui contra. C. de incest. nupt. quæ requirit iustum errorem, nam illa lex secundum eum loquitur, quando agitur de pęna amissionis lucri dotalis, non enim ex pacto præcedenti poterit alter cõiugum aliquid lucrari, nisi iusto errore contraxisset tale matrimonium. & ideo conclude, quod aut agitur de pęna incestus, aut adulterij, & error iuris excusat, de quo dic, vt plene per Bartol. in dicta l. si adulterium, cum incestu. ff de adulter. aut agitur de perditione propriæ substantiæ, aut dotis, seu donationis propter nuptias, vel de pęna corporali, & tunc error iuris excusat, vt dicta authẽ. incestus. Aut agitur de pęna perditionis lucri, & tunc error iuris non excusat, vt dicta l. qui contra & ista est conclusio Barto. in dicta l. auunculo ff de condict. sine causa. & in dicta l. si adulterium, cum incestu. § stuprum. prope finem commenti ff de adulter. & istam distinctionem sequitur Ioan. Calder. licet dom. Berto. non faciat mentionem. & Abb. Sic. dicit se tenere hanc opi. quia cum sumus in pęnalibus tenenda est mitior opinio, vt in regula, in pęnis. de regu. iur in vj. sed vide quod dixi in capit. secundo, de cognat spiri. & dicit Abb. Sic. hanc opin. esse notandam, quia nemo ponit hoc, & dicit, quod Docto. Moderni communiter transeunt cum opin. Ioan. And.

Sed aduerte opinio Bart. sequitur Paulus de Castro in dicta l. auunculus. sed dicit, quod Bart de Salic. tenet contra Bartol. dicit enim Salyc. quod licet lex, quæ contra loquatur de lucris nuptialibus. tamen l. si quis. & anthen. incestas, loquitur de perditione dotis, sed Bartol fatetur hoc, scilicet quod illa l. si quis, & authẽ incestas, loquuntur de perditione dotis.

dotis, tamen requirunt scientiam, vt in eis patet, sed l qui cõtra. quæ loquitur tantum de lucris nuptialibus perdendis, requirit iustum errorem & hoc dicit dom. Pau. de Cast. esse verissimum per regulam iuris, quæ dicit, quod ignorantia iuris excusat in damnis vitandis, vt in l iuris ignorantia. ff. de iur. & facti ignor. & sic ad perdendam dotem, vel alia bona sua, vel ad patiendum pęnam corporalem, requiritur scientia facti, & iuris. non sic in lucris perdendis, quia error iuris non excusat, sed requiritur error probabilis sed possunt concordari opinio. videlicet, quod aut est impedimentum iuris canonici, & tunc est vera opin. Barto. & sequentium: aut est impedimentum iuris diuini, & tunc ignorantia iuris non excusat. vt ff. de adulter. l. si adulterium cum incestu §. stuprum. & §. fratres & hoc modo potest procedere opi. Ioan. And. & sequacium. & hoc videtur sensisse Hostien. vt dicam infra in
10 tertia lect. Qualiter autem probetur † ignorantia iuris, Bar. in dicta l si adulterium. dicit, quod probatur ex ipsis qualitatibus, vt quia fecit palam, & statim cum fuit sibi dictum dimisit, vel erat minor, nam ex istis præsumitur error iuris, & hoc probatur in dicta l. si adulterium § fratres, in versic. incestum. sed de hoc, scilicet qualiter probetur error dic vt plenius per Bart. in l secunda. ff. de confes. & per Doct. in cap fi. supra de confess. Item dicit Bartol. in dicta l si adulterium. quod non sufficit, quod appareant præsumptiones sufficientes de errore ad probationem ipsius erroris, nisi error allegetur, & hoc probatur in dicta l. si adulterium, cum incestu. ibi, vtique si error allegetur, vnde ille qui proponit errorem, debet facere mentionem de ipso errore, qui proponit dicit tamen Bart. quod si in exceptionibus reus excipit de errore, censetur errorem allegare, sicut dicitur de libello, scilicet vt libellus censeatur allegare omnia contenta in libello, vt in l omnes §. Lucius. ff. quæ in fraud. credit. & hoc tenem cor. hoc tamen lectura non conuenit literæ, quia hic præsupponitur, quod ista puella erat pęna digna ex tali conuentione, ergo non errauerat in iure, vt dicta l. si adulterium, cum incestu.

Tertia lectura est, quod ista castra debebant confiscari de iure, sed Papa hic prouidit propter bonum pacis, quia nisi castra restituerentur, pax non poterat inter Reges reformari. Et sic Papa prouidit ex officio suo. Ista lectura fuit originaliter Tancr. sed Hostien. dicit, quod per hoc pax non reformabitur, nam Rex Castellæ non patietur, quod castra reddantur, & filia condemnetur. vult dicere, secundum domin. Cardin. quod filia videtur condemni, si remanet conupta, & sine lucro castrorum. Item secundum Hostien. erat par causa turpitudinis, ergo potior debebat esse conditio possidentis, vt in regula, in pari. in sexto. & per hoc Hostien. dicit, quod Papa approbat opinio. Placent. de qua in l auunculo. ff. de condict. sine causa vbi dicit, quod etiam si contrahens sciat impedimentum, nihilominus repetit, quod occasione matrimonij datum fuit. & pro hoc inducit Host tres leges alleg in glo scilicet dictam l auunculo. ff. de ri nupt. & l. Præfectus, vel Tribunus cohortis, vel equitũ contra interdictum i contra prohibitionem iuris ducit vxorem eius prouinciæ, in qua officium gerebat, non tenet matrimonium, pecunia tamen, quam mulier dedit in dotem restituitur eius hæredi inducit etiam Hostien. l. 1. C. de condic ob causam: vbi si non tenet matrimonium propter iuris prohibitionem restituitur dos dicit etiam Hostien. quod vt euitaret rationem prædictam scilicet quod in pari causa turpitudinis &c. ideo dixit, nõ tam ob turpem, quam ob nullam, & ne locus esset distinctioni ignorantiæ duxit, ne ad commodum ei accedat &c. per hoc denotans scientiam. & dicit Hostien. esse standum huic determinationi in diuersitate opinio vt in cap. per venerabilem. §. rationibus versi. cuius sententiam, supra qui fil. sint legit. & hoc in gradibus l canonica prohibitis, sed in casibus iure diuino prohibitis. dicit Hostiẽ. quod potest procedere opin. Azo. de qua in dicta l auunculo. scilicet vt ignorantia non excuset, vt ff. de adulter l. si adulterium, cum incestu. § stuprum & § fratres. nisi forte occasione ritus, vt supra titu proximo, gaudemus. Butr. transit cum verbis Hostien. Sed dom. Cardin. reprobat Hostien. & respondet ad l auunculo ff. de condict. sine causa quod illa loquitur in sponsalibus, non autem in matrimonio, & communiter intelligitur, vt dicit dom. Cardin. & Abb Sic sed dom. Raph. dicit idem in ipsõ quod in matrimonio, de quo infra dicam. Ad l præfectus. glo in l. qui contra C. de incest. nupt. respondet, quod illa l loquitur in errante, & eodem modo respondet ad l. 1. C. de condictio. ob causam. nam etiam illa loquitur in ignorante, vt dicit domin Cardin quod hæc solutio, siue lectura Tancr. potest tolerari. si intelligitur, quod Papa hoc fecit ex officio, hoc tamen plenius infra declarabitur.

Nota bene verba Hos dũ dicit, ꝙ ignorantia iuris non excusat in gradibus de iure diuino prohibitis, nec occasione ritus, sed bene in gradib. ꝓhibitis a l. canon. nã hoc facit ꝑ dist. quam feci concordando Bar. & Io. An. vt dixi in præced. lsc.

Quarta lectura, seu solutio glo. est, quod hic non poterit esse locus confiscationi, quia Reges isti non recognoscebant superiorem. vnde ne talia tendant ad commodum alienum, non applicantur fisco, sed restituuntur illi qui dedit pro hoc facit cap. per venerabilem, qui fil. sint legit. versic insuper, & cum hac lectura, quod sit in se vera, transit Butr. & domin. Cardin dicit tamen, quod contra hanc lecturam facit, quia Papa se non fundauit super hac ratione, sed super rationibus, quæ in litera exprimuntur sed Abb. Sicu. dicit hanc lecturam notandam singulariter, ex qua ipse colligit notabile dictum, scilicet quod in non recognoscentibus superiorem de facto Papa, non vendicat sibi locum pęna a iure im
11 posita. & sic videtur, quod in istis Papa † non succedat loco Imperatoris, & si est vera, per eum singulariter limitatur dictum Innocent. in cap licet ex suscepto, de foro compet. & in capitulo, nouit. de iudiciis. in quibus dicit, quod vbi quis non habet superiorem de iure, vel de facto, recurrendum est ad Papã ex generali potestate, quam a Deo recepit, potest enim dici, quod Papa succedit, vt faciat iustitiam, nõ autem vt exigat pœnam a lege impositam.

Sed dicit Abb. Sicu quod posset instari contra hanc solutionem, & quod pro nunc transeat. & dicit istam solutio. sic intellectam semper menti tenendam. Doctor communiter transeunt cum hac solutione, scilicet quod sit in se vera, licet non conueniat literæ, vt supra dixi. Puto tamen, quod de subtilitate iuris nõ sit vera, nam ex quo Papa est superior eorum, qui non recognoscunt superiorem de iure, vel de facto, debet intelligi superior quo ad omnes effectus, scilicet quo ad pęnam imponendam, & quo ad alios effectus superioritatis, præsertim cum Papa habeat vtrunque gladium in habitu, & in exercitio quo ad istos non recognoscentes superiores, & no. in dicto c. nouit, de iudic. & in cap. licet ex suscepto, de fo. compet.

Quinta solutio, seu lectura glo. est, quod Rex legionum non poterat aliter induci, vt recederet ab illa commutatione, nisi castris restitutis. & hæc vltima solutio, seu lectura concidit cum tertia Sed tamen Papa ex officio suo prouidit.

Sexta lectura extra glo. quod hæc castra erant Regni, ideo non poterat alienari, de iureiurando, intellecto & hęc lectura fuit originaliter Innocent. domin. Cardina dicit, quod solutio hæc non congruit literæ, quod Papa non fundat se in hac ratione, sed in aliis rationibus, quæ sunt generales. Item cap intellecto non dicit indistincte quod alienationes Regni non teneant, sed tunc tantum, quod sunt in præiudicium Regni.

Septima lectura, seu solutio colligitur ex dictis Hostien. Ioann. And. qui dicunt, quod sponsa non potest obiicere de iure fisci, fiscus tamen poterit ius suum repetere, quia sibi præiudicatur per hanc sententiam, vt in capitulo secundo, de capell monach

Sed aduerte in hoc, nam regula est, quod quando quis ipso iure est priuatus iure suo, tunc de iure tertij ad quem
12 pertinet illud ius, potest † opponi. aut non est priuatus ipso iure, sed priuandus per sententiam, & tunc non potest opponi de iure tertij: aut non est exclusus ipso iure iuris agentis, & tunc non potest opponi de iure tertij, vt in l fina. ff. de rei vendicatio & ff. si ager vectig vel emphyteu petatur. l. secunda, & ibi per glos & plene per Bartol in l. secunda ff. de exceptio rei iudicatæ. & per Cyn & Bal in l cum secundum quosdam. C. de seruis fugit. & per Doctor. in capitulo, mandato, de rescript. vnde hoc casu, quando agitur de confiscatione dotis, vel donatione propter nuptias, confiscatio fit ipso iure, vt dicit glos in Authent. de incest. nupt. & probatur etiam in capitulo, cum secundum, de hæret. in vj. Sed tamen domin. Cardin. dicit, quod fit confiscatio ipso iure, non tamen fit apprehensio bonorum, nisi prius lata sententia super crimine, vt dicto capitulo, cum secundum, in fi. sed mihi non placet hoc. & credo, quod ex quo ipso iure est priuatus, vel priuata, de dot. & de donatio propter nuptias, de iure fisci. nam quando ipso iure quis est priuatus iure suo, licet requiratur declaratio, quod commiserit delictum, vt in l. eius, qui delatorem. de iure fisci. & in dicto capitulo, cum secũdum nam tertius potest de iure fisci opponere, ex quo est ipso iure priuatus. & pro hoc adduco glos. tex glo & Bartolus in l. is consequenter. § primo, ff. familiæ erciscundæ. & per illam glossam dicit ibi Bartolus, quod si statutum dicit, quod debeat fieri insinuatio testamenti. Item quod fiat assignatio possessionis in castro, & quidam, quod non insinuauit testamentum, vel non assignauit possessionem in castro petit hæreditat. vel rem, quia non assi-

gnauit in castro, & obiicitur contra eum exceptio, quod testamentum non fuit insinuatum, vel quod possessio nõ fuit assignata in castro, & ibi Bart. distinguit, quod statutum priuat ipsum ipso iure, & tunc aduersarius potest contra eum obiicere, quod non habet ius petendi, sed si non priuat ipso iure, sed per sententiam, tunc non sit ius amissum, sed amittendum, non poterit de iure fisci obiicere, & tamen licet ipso iure incurrerent priuationem iuris, requiritur probatio in sententia declaratoria, vt d. l. eũ qui delatorẽ & d. c. cũ secũdum. ad idem quod no. Ang. in Auth. de incest. nup. in princ.
13 vbi dicit Angel. quod si † statutum dicit, quod quicunque commiserit homicidium, sit priuatus bonis suis, vel si notarius commiserit falsum, ipso iure sit priuatus officio notariatus, quod bona non possunt deferri nisi condemnetur primo de homicidio, quia oportet prius constare per probationes, & per sententiam de homicidio, quam bona auferantur, vt d. l. eum qui delatorem. dicit etiam, quod potest opponi de iure fisci, nam dicit, quod si notarius commisit falsum, & confecit postea instr̃a, potest opponi de falsitate, & si probabitur instrumenta per eum non valebunt stante statuto, de quo supra, nisi forte sustentaretur propter publicam vtilitatem, & communem errorem, vt fuit in Barbario. ff. de offi. præt. l. Barbarius. & sic vult Ang. quod qñ contumax est ipso iure priuatus, requiritur probatio delicti, & sententia declaratoria, ideo de iure fisci potest opponi ex quo est ipso iure exclusum iure agentis, & hoc in terminis nostris tenuit Bart. in dicta l. auunculo, in ff. de condic. sine cau. vbi dicit, quod quando per contractum matrimonij in gradu prohibito dos, vel donatio propter nuptias debet cõfiscari, potest tertius opponere de iure fisci, cum ipso iure fiat confiscatio. Bart. tamen ibi dubitatiue loquitur, sed firmius loquitur in dicta l. is consequenter. §. 1. & hæc tenebis menti.

14 Et ex his tertio soluit Innoc. quod hæc castra † data erant p̃ obseruantia illiciti matrimonij quod non licet, sicut non licet pœnam promittere ff. de verborum obligatio. l. Titia. 1. respon. Nec obstat, si diceretur, quod retinere potuerit nomine arrarum, vt C. de sponsal. l. mulier. primo respon. & §. 1. nam illud procedit secundum Innocent. in spon. scilicet licitis, vt in eadem l. dicitur. & de hoc dictum est in cap. Gemma, de spon. domin. Cardin. dicit, quod hæc castra non poterunt retineri pro arris, quia non fuerunt data pro arris, arræ enim dantur, vt timore perdendi arras quis inducatur ad matrimonium, vt in dicta l. mulier. hic autem matrimoniũ erat secutum, vt in litera ibi, copulæ dissoluendæ, & sic desinunt esse arræ. Item non fuerunt illa castra data pro arris, sed in pœnam, vt Rex legionum ea perderet, si istam dimitteret, & sic non tenuit datio, vt dicta l. Titia ff. de verborum obligatio. & supra de sponsalib. Gemma, & sic non tenuit datio, & cum ista lectura transit Butr. sed domi. Cardin. dicit, quod per hanc solutionem non curantur contraria, quia si non tenuit datio, debet esse locus confiscationi in pœnam scienter contrahentium, vt dicta l. quicunque. & dicta auth. incestus. & argum. de præbe. cum qui, libro vi.

Sed soluit, quod pro hoc non resistit literæ cõfiscationi q. d. quod fiscus potest petere confiscationem, sed coniunx nõ põt de iure fisci opponere, sed hoc reprobaui in præcedenti lect.

Abbas autem Sic. dicit, quod ante traditionem non valet illud, quod est promissum in pœnam pro conseruatione illiciti matrimonij, sed bene valet post traditionem, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, vt in regula, in pari &c.

Ego tenerẽ istam lect. propter auctoritatem Innocent. & Butr. nam quando aliquid datur pro matrimonio illicito, & apponitur pactum, quod illud, quod est datum, perdatur in casu, in quo dans petierit dissolui matrimonium, hæc est maior turpitudo ex parte recipientis, quam ex parte dantis, vnde potest illud repetere dans, quod dedit. Fateor tamen, quod si esset casus, quod illud, quod est datum, deberet confiscari, quod fiscus posset illud datum petere sibi applicari.

Nona lectura est, quod hic bene ista castra applicantur fisco, quia Rex legionum habebat fiscum, & hanc lectur ponit Innocen. sed non placet Hostien. quia fiscus illius qui delinquit, non debet habere hoc ius, ne ad commodum ei cedat &c. vt in litera. & cum Hostien. transit Ioan. Andr. Butr. & domin. Cardin. & mihi placet illud quod dicit Host.

Decima solutio, seu lectura potest dari, secundum domi. Cardin. quæ est sine scrupulo, scilicet quod hic Papa processit ex officio, & sic patet in antiqua, vbi comminatur, quod si Rex legionum, & filia Regis Castellæ a se inuicem, iuxta mandatum Apostolicum nõ discesserunt, districtionem grauissimam in eos exercebit, ex hoc autem processu habent locum illæ rationes, de quibus in litera, quia castra ista non erant legitime translata in mulierem, & per hoc tollitur illa ratio, scilicet quod in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis, vt in regula, in pari, in vi. nam illud habet locum, si Rex legionum ageret, sed, hic nõ agebat Rex legionum, sed Papa ex officio processit, vnde etiam hic non mandatur, quod restitutio fiat Regi legionum, secundum domin. Cardin. qui dicit, quod tex. potest intelligi, quod mulier cogatur restituere, idest relaxare. & hoc, ex quo erãt causa persistendi in peccato, vt in litera. & per hoc ibi limitatur de dispositione iuris respectu cõfiscationis, quod autem Papa potuerit ex officio procedere ratione peccati, probatur de iudic. nouit, & specialiter hoc casu, nam iudex ecclesiasticus deberet procedere contra coniunctos in gradu prohibito, vt probatur in capitulo, quod super his, de consanguin. & affinit. & apertius 35 quæstio. 6. si duo. & in clement. 1. de consanguinita. & affinita. & supra titu. proximo, porro. iste intellectus dom. Cardin. mihi placet, & coincidit cum tertia, & quinta lectu. glo. saluo in eo, quod dicit, quod non mandatur hic, quod restitutio fiat Regi legionum, nam tex. aperte innuit, quod debeant restitui Regi legionum, nam tex. dicit, castra ipsa restitui volumus, quod debet intelligi, scilicet Regi legionum, de quo prædixit, & expositio dom. Cardina. scilicet quod verbum restitui, intelligatur, idest relaxari improprie ad literam. & pro hoc, scilicet quod debeat fieri restitutio Regi legionum, facit tex. in prima ratione, dum dicit, quod ista castra præstabant impedimentum copulæ dissoluendæ. si ergo Papa vult ista castra restitui, ne præstent impedimentum copulæ dissoluendæ, debent restitui ipsi Regi legionum, quia non consentiret dissolutioni matrimonij, nisi castra sibi reddantur. vnde dic, quod debent sibi restitui, hoc tamen fecit Papa ex officio, & ideo in cæteris mihi placet, quod dicit domin. Cardin. in isto intellectu. ex prima solutione, seu lectura colligitur ex dictis Butr. scilicet quod matrimonium non erat consummatum carnali copula. & sic vult Butr. quod quemadmodum contrahentes sponsalia de futuro tantum in gradu prohibito, non incurrunt pœnas amissionis dotis, vel donationis propter nuptias, vt dicta l. auunculo, quæ communiter ita intelligitur, vt dicit hic dominus Cardina. & Abb. Sicu. ff. de condict. sine causa. ita etiam solus contractus matrimonij excusat a pœna, si non sequitur copula. sed ista lectura non congruit literæ, quia tex. dicit, quod matrimonium erat consummatum, & clarius patet in antiqua, ibi Papa comminatur, quod si Rex legionum, & filia Regis Castellæ a se inuicem, iuxta mandatum Apostolicum non discesserint, districtionem grauissimã in eos exercebit. Si ergo mandauit, vt ab inuicem discederent, patet, quod matrimonium fuerit consummatum. Item contra opinio. Butr. tenet Barto. in dicta l. auunculo. nam ibi Barto. dicit, quod si matrimonium de præsenti contrahitur, habet locum pœna amissionis dotis, vel donationis propter nuptias, & ideo, quia a sponsalibus possunt contrahentes recedere, sed non a matrimonio de præsenti, sed est necessaria sententia episcopi super separatione, & hoc in l. cum hic status § fina. ff. de donatio. inter virum, & vxorem. iuncta glo. pa[illegible] ibi. & idem sequitur domi. Paul. de Cast. in dicta l. auunculo. & Abb. Sicu. hic, quia nullus tex. expresse exigit copulam. dicit tamen tenendam esse menti opin. Butr. quia cum simus in pœnalibus, posset obseruari circa hoc, sed licet quæ opinio sit tenenda, quando sunt contrariæ opin. in materia pœnali, vel alia. dic vt dixi in capitulo secundo, de cognat. spiritua. Ego tamen etiam in iudicando tenerem opinio. Bart. quia iura non ponderant consummationẽ matrimonij, sed contractum tantum, & vbi ius punit contra-
15 ctum matrimonij, habet locum † pœna, etiam si matrimonium non sit consummatum, vt dicit glo. in clement. 1. in verbo, contrahere. de consanguinit. & affinit. præsertim, quia duo Doct. Moderni, ac authentici sequuntur opin. Barto. scilicet Pau. de Castro in dicta l. auunculo, & Abb. Sicu. hic, & in iudicando potius debemus sequi opin. Modernorum, quam antiquorum, si Moderni sunt Doct. authentici, quia non est præsumptio, quod Modernus reprobet opin. Doct. antiquiorum nisi cum maxima ratione, dixit Io. And. in c. vt debitus, de appell. & per Doct. maxime per Io. de Imo. in c. cum ne Romani, de elec. Vt autem habeas hanc materiam conclude, quod aut sunt contracta sponsalia de futuro, & tunc non habet locum pœna confiscationis bonorum etiam in scienter contrahentibus, vt est tex. secundum communem lectu. in dicta l. auunculo. sed dom. Raph. ibi tenuit contrarium, & dicit, quod dans non potest repetere etiam non secuto matrimonio, si dans sciebat factum, & ius, vt quia sciebat causam, ob quam dedit, esse impossibilẽ vnde dicit, quod posito, quod non repellatur a repetendo, eo quia delictum non fuit consummatum, tamen videtur repelli, quia videtur donasse, vt in l. si mulierem. & in l. dotem. C. de condictionib. ob causam.

Item

Item prohibito matrimonio intelliguntur prohiberi sponsalia, & vbi non tenet matrimonium de præsenti, non tenent sponsalia de futuro, vt in l. si quis tutor. §. quamuis. ff. de ritu nup. & in l. oratio. ff. de spon. sed Domi. Pau. de Cast. in d. l. auunculo. defendit opin. Bar. & ad primum argumentum respondet, quod dans contractis sponsa de futuro, vel propter dotem, vel propter donat. propter nupt. non censetur voluisse donare, quia dedit ob causam sui natura repetibilem, s. pro dote, vel donat. propter nup. quæ repetitur soluto matrimon. vnde si alia causa subsit cessat animus donandi, licet scienter dederit. l. autem in contrarium Raph. loquntur, quando quis dedit eo animo, vt nunquam repeteret, q. a causa erat talis, quia si fuisset possibilis, & impleta, cessaret repetitio, nam tunc dans si sit causa impossibilis, videtur donasse, & hoc modo loquitur l. datam, & l. militem. C. de condic. ob causam. Ad secundum argumentum ipsemet Bar. respondet, & dicit. quod licet prohibito matrimonio intelligantur prohibita spons. vt sicut matrimonium contractum contra prohibitionem est nullum, ita etiam spō. sunt nulla, tamen pęna apposita contrahenti matrimonium nō intelligitur imposita contrahenti sponsa si sponte recedit a sponsalibus, & pro hoc vide gl. no. in cle. vnica. in ver. contrahere, de consang. & affini. quæ dicit aperte, quod prohibito matrimonio intelliguntur prohibita spons. tamen pęna nō habet locum, nisi post sponsalia de futuro sequatur copula carnalis, quam glo. perpetuo tenebis menti. tene ergo, quod
16 in spon. de futuro non habet locum † pęna quæ imponitur contrahenti matrimonium de præsenti, & communiter ita intelligitur d. l. auunculo, vt dicit dom. Card. & Abb. Sicu. & sequitur etiam Butr. & sic opi. Bar. est communis. aut matrimonium fuit contractum, sed non consummatum, & Butr. tenet idem, quod in spon. de futuro. sed Barto. & domi. Pau. de Cast. in d. l. auunculo. dicunt, quod perinde est ac si matrimonium esset consummatum, & hoc sequitur Abb. Sic. hic & supra dixi. aut matrimonium fuit consummatum, & scienter contraxerunt, & habet locum pęna confiscat. dot. & donat. propter nup. & perdit. aliorum lucrorum dotalium, & pęna confiscationis cęterorum bonorum ipsorum contrahentium, & pęna corporalis imponenda in personis sic cōtrahentium, vt d. auth. incestas. C. de incest. nup. & in d. l. qui contra eod. ti. & in Auth. de incest. nup. in prin. Fallit primo
17 † quando dans, vel ambo non recognoscunt superiorem, quia tunc non potest fieri confiscatio, & sic dans potest repetere, vt s. dixi in quarta sol. gl. Secundo fallit, quando res datę sunt inalienabiles a regno, vt in c. intellecto, de iureiuran. & supra dixi in 6 solutio. nam si non repeterentur per hanc viam indirectam contingeret alienatio. Tertio fallit, quando illud, quod est datum est datum pro conseruatione illiciti matrimonii, quod declara, vt s. dixi in septima solutio. Quarto fallit, quando superior ex officio vult prouidere propter bonum pacis, vel vt facilius dissoluatur tale matrimonium illicitum, & hoc supra declaraui in quinta lect. glo. & dicit Abb. Sicu. quod in hoc casu proprie loquitur iste text. aliter dicit se non videre, quomodo huic regi legionum competat actio, quia dedit ob turpem causam, & causa fuit secuta de facto, licet aliter innuat ratio literæ, nisi dicatur, quod licet fisco competat ius auferendi videtur tamen vxori ius retinendi contra virum repetentē. Sed dic, quod contra hoc facit regula, in pari, de regulis iuris. in sexto sed dic, ad hoc vltimum, vt dixi in 6. & 7. lect. glo. declaraui etiam in vltima solutio. & istud vltimum est dubitabile, s. cui excipiens possit opponere de iure fisci, & an habeat locum regula, in pari, in sexto, quod declara, vt supra dixi.

Sed limitatio est verissima, s. quod superior possit ex officio prouidere, & non infligere pęnam confiscat. vel propter bonum pacis, vel vt facilius dissoluatur illicitum matrimonium, vt supra declaraui, aut contraxerunt ignoranter, & tunc aut ignorantia fuit probabilis, & excusantur a pęna, sed non quo ad hoc, vt non dissoluatur illicitum matrimonium, vt d. l. qui contra excusantur autem donec sunt in errore, sed errore comperto non excusantur, nisi abinuicem sine ulla procrastinatione discesserint, vt dicta l. qui contra. C. de incest. nupt. & per hoc 34 q. 2. cum qui bellicam, & infra titu. j. dominus, in fi. & supra qui fil. sint legi. per venerabilem, ver. præterea, de coniu. seruo c. fin. & de præben. l. beneficia, in sexto. aut ignorantia non est probabilis, vt est ignorantia iuris, & tunc aut quæritur de amissione lucri dotalis, & ignorantia non excusat, vt d. l. qui contra C. de incest. nup. aut quæritur de confiscat. dotis, aut donat. propter nuptias, & Doct. hic idem sentiunt. & dicunt, quod non excusatur etiam mulier, quia hoc non reperitur in iure expressum vt in dicta l. fi. C. de iur. & fac. igno. Ego supra contrarium tenui, & d. 22, quod perdit lucra dotalia, sed non perdit dotem nec donat. propter nup. sed dic, ut plenius dixi supra in secūda lect. glo. Aut quæritur de confiscandis cæteris bonis ipsorum contrahentium. & de pęnis imponēdis in personas sic contrahentium, & sic de pęnis impositis per auth. incestas. C. de incest. nup. & in corpore vnde sumitur. s. per auth. cod. tit. in principio, & hoc casu dicit domi. Cardi. quod punitur vir si ignorauit non probabiliter, sed mulier, ita demū, vt ibi dicitur. sed Bar. in d. l. si adulteriū, cum incestu ff. de adul. indistincte dicit, quod pęna auth. incestas. C. de incest. nupti. in corpore, vnde sumitur, de quo loquitur dom. Cardin. non habet locum, nec in viro. nec in muliere, nisi dolose, & sciēter tales nupt. contraxerint. & ideo quæcunque ignorantia ab illa pęna excusat, secundum eum, & ita loquitur auth. incestas. C. de incest. nup. & in corpore, vnde sumitur. tamen, vt dicit ibi quæ incipit semper, quod in muliere præsumitur
18 ignorantia † nisi probetur scientia, in viro econtra, quia præsumitur in eo scientia, nisi probetur ignorantia, vt in l. regula. ff. de iur. & fac. ignor. & in l. fi. C. eodem titulo, nisi vir esset minor, miles, uel rusticus, quia tunc in eo præsumeretur ignorantia, sicut in muliere, vt in l. cum de indebito ff. de proba. & uide bonam glo. j. quęst. 4. notandum, & hoc tene, quia hoc probatur in iuribus prealle. aut quæritur de pęna quæ imponitur per l. Iuliam, de adult. & de ipsis dic, ut plene per Bar. in dicta l. si adulterium, cum incestu ff. de adul.
19 Quæro, an † pœna dictę legis, qui contra, & dictę auth incestas. locum habeat si quis contrahit nup. interdictas, de iure canonico. dom. Cardin. consuluit, quod sic, quia sicut lex non reprobata per canonem habet vim canonis, ita & ecōuerso, quia vnum ius supplet aliud s. dist. lege, de causa pos. & propri. c. ij. de priuile. super spec. de ope. noui nuncia c. j. & no. in Specu. de dispu. & allegat. §. porro, ad fi. sicut ergo si nonus gradus prohibitus induceretur de iure ciuili, locum haberent illę leges, cum generaliter loquantur, ita dicendū est de gradibus iure canonico prohibitis. Primum tamen tenet Cy. in d. auth. incestas, in j. quæst vt fiat restitutio in pęnis & hoc tenendo dicit dom. Card. quod in nuptiis iure canonico prohibitis sufficit pęna clem. j. de consangu. & affin. sed dom. Card. dicit, quod per hoc non tollitur ratio per quam consuluit, & dicit quod illud, quod consuluit est uerius, licet hoc sit uerius dicit tamen, quod quia opin. Cy. communiter fuit recepta videtur ei standum, vt in l. nimis me. ff. de legibus, sed Abb. Sicu. approbat opin. dom. Cardi. quia ea quo in istis spiritualibus les approbat canones, vt in Auth. quomodo oportet epi. § j. & in Auth. vt cler. apud proprios epi. § fi. & in Auth. de ecclesia. ti. in prin. & infra titu. seq. §. fi. alias c. fi. qui ergo contrahit contra canonem videtur contrahere contra legem facit c. j. de ope. no. nunc.
20 Item † canones dicuntur leges 31. dist. Nicena. & dicit, quod hoc aperte sentit ista gl. relata ad tex. nam glo. arguit, quod tales debebant incurrere pęnas iuris ciuilis, s. confiscationis dotis, & donat. propter nup. & alias pęnas quæ imponuntur a iure ciuili, & sentit, quod incurrissent, nisi haberent solum solut. quas glo. facit, & cum hoc videntur transire communiter Doct. scribentes super hoc c. qui simpliciter sequuntur glo. addendo alias sol. quas supra retuli, & sic sentiunt, quod nisi solut. supradictæ habeant locum pęna iuris ciuilis, & tamen fuit matrimonium contractum in gradu permisso a iure ciuili, quia in secundo gradu transuersali, hoc est in filiis duorum fratrum, matrimonium licite contrahitur de iure ciuili, vt in § duorū, Insti. de nup. nam secundus gradus transuersalis de iure canonico, est quartus de iure ciuili, vt dixi in c. si de consang. & affinit. & sic ista decis. loquitur in casu, in quo matrimonium erat permissum iure ciuili, & tamen haberet locum pęna iuris ciuilis, nisi haberent locum solut. de quibus prædictum est, & istam partem quam tenet do. Car. & Abb. Sicu. tenuit etiam glo. in d. auth. incestas, & in corpore, vnde sumitur §. primo. & dicit Abb. Sic. hoc dictum semper tenendum menti ad similes q. sed quid de contrahente matrimonium contra publ. honestatem. an habeant locum pęnæ iuris ciuilis, & pœna excommunicationis, de qua in dicta clem. de consanguinit. & affinitate. dic quod non, & hoc tenet gl. in dicta clem. j. & per hæc sumus expediti.

SVMMARIVM.

1 *Vsufructuarius sine consensu domini donans rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris quam ipse habebat.*
2 *Concessionis quatuor species, quę de aliqua re fieri possunt hic notantur.*
3 *Ecclesia tenetur defendere dotes viduarum, non autem contra iustitiam.*
4 *Iniusti tia non est alicui inferenda propter fauorabilem, & piam causam.*

5 *Here-*

5 *Heredis facta mentione in dispositione comprehenduntur filij legitimi tantum.*

6 *Vsufructuarius potest ius suum alteri cedere in vita sua, uendere tamen domino tantum potest.*

7 *Vasallus potest concedere feudum, seu partem feudi in dotem, vel in donationem propter nuptias.*

8 *Emphyteuta potest rem emphyteuticam dare in dotem pro filia, secundum Spec.*

9 *Laicus habens decimas, an possit cum consensu episcopi, in feudum concedere alteri laico.*

10 *Dominus consentiens alienationi rei suę, perdit ius quod habet in re.*

11 *Consulens in consulendo debet uti vocabulis proprijs.*

12 *Maritus non potest retinere dimidiam dotis, si res quam uxor dedit in dotem fuit ei concessa ad uitam suam.*

13 *Alienatio rei videtur concessa illi cui res data sit sibi, & haeredi, quia dũ viuit est dominus.*

Nemo potest transferre plus iuris, quam ipse habeat.

14 *Ecclesia se intromittit de dotibus viduarum tanquam miserabilium personarum.*

15 *V sing, an sint de foro ecclesiastico transmissiue.*

CAP. VI.

1 NVper. † vsufructuarius sine consensu domini donãs rem ipsam vxori propter nupt. non transfert in eam plus iuris. quam ipse habebat. Idem de eo qui sub condit. aduenientie habet rem in hæreditate, vel in feudum.

In prima ponitur duplex q.

In secunda ponitur vtriusque q solutio.

In tertia quædam instructio Secunda ibi, nos. Tertia ibi, illud. Prima & secunda subdiuiditur in duas, quia qualibet ponit q & soluit, vt patet in litera.

2 Nota quatuor species † concessionis quæ de aliqua re fieri possunt. nam quandoque datur, seu conceditur in hæreditatem, idest vt donatarius possit ad libitũ disponere & hæredem in illa instituere, sicut in re propria. quandoque conceditur in feudum, s. vt vtile dominium trãseat in vasallum, & directum remaneat penes dominum, de quo in c. ij. supra de feud. quandoque tamen conceditur donec vixerit is qui recipit, & hoc casu videtur cõcedi vsusfructus rei quandoq; conceditur in hæreditate pro se, & filio quem de vxore legitima procrearet, & hoc casu dicitur concessa proprietas, seu directum dominium duraturum solummodo penes recipiẽtem, & filium eius.

3 Secundo nota, quod † ecclesia tenetur defendere dotes uiduarum, non tamen contra iustitiam, ex quo nota, quod ratione fauorabilis, & pię causę non est alicui inferenda in-

4 iustitia, & facit ad illud vulgatum. s. non esse discooperiẽdũ vnum altare, vt aliud aperiatur. de præben. vacã'e. vnde Augustinus dicit, quod non est subtrahenda pecunia, vel alia res diuiti auaro vel cupido, vt subtrahens ex ea faciat eleemosynam quam ille non faceret, & de hoc vide tex. 14. quæstione 4. forte.

Nota tertio ibi, & hæredi quod ubi in dispositione fit mẽ-

5 tio hæredis † comprehenduntur filii legitimi tãtum, de quo dic, vt per Bar. in l Gallus § etiam ff. de libe & po. & per Cy. & alios in l. liberti libertęque C. de liber & eorum libe

6 Nota quarto, quod vsufructuarius potest ius suum alteri concedere in uita sua. Sed vide glo. & tex. Insti. de vsufruct. §. finitur, & ff. de peri. & commo rei vend. l. quod si pendente. § cum vsumfructum, & ff. de iure dotium……

Et conclusio est ista, s. quod vsufructuarius non potest cedere eius vsusfructus alteri quam domino, & si cedit alteri, nihil agit, & ius vsusfructus ad proprietatẽ reuertitur, sed bene potest cedere perceptionem fructuum, s. ius percipiendi fructus, & differentia inter ista est magna, quia si posset cedere ius vsusfructus non finiretur vsusfructus per mortem cedentis, sed per mortem illius, cui est facta cessio, sed quando cedit solam perceptionem fructuum non ius pcipitur ad finiendum vsumfructum mors illius, cui est cessa potestas percipiendi fructus, sed mors ipsius vsufructuarij cedent & ex hoc potest decidi, an vsufructuarius possit vendicare ius vsusfructus. & concludendum est, quod non potest vendere ipsum ius s. vsusfructus alteri, quam domino, & si vendit nõ tenet venditio venden. ipsum ius, sed vsusfructus reuertitur ad dominum, & bene potest vendere perceptionem fructuũ vt in dictis iuribus vnde iste tex debet intelligi, quod vir dedit vxori in dotem tertiam partem perceptionis fructuum ipsius rei vsufructuariæ.

7 Nota quinto, quod † vasallus potest concedere feudum, seu partem feudi in dotem, vel in donationem propter nup. sed Innoc. dicit, quod ex causa dotis feudatarius potest feudum alienare, alias non licet, vt in c. 2. supra de feudis Hos. dicit, quod ex alia causa, licet alienare, dummodo ad tempus, & non in perpetuum fiat alienatio, de quo remittit ad not. in ca fi. ne prælati vices suas. dom. Card dicit dictum Hostien esse verius, quia etiam in perpetuum potest alienare de consensu domini, vt hic probatur. sed aduerte, ego non credo, quod feudatarius possit concedere rem feudalem alicui vsque ad vitam eius, quia ista est alienatio, vt in clem j de rebus eccl non alien. vnde est speciale, vt possit dare in dotem, vt dicit hic Innoc. & de hoc est glo. in ca. ij. supra de feudis, vbi glo dicit, quod feudatarius potest feudum dare in dotem pro filia, & sic videtur ponere aliquid specialitatis ad idem, quod no. Spec in titu. de loca. §. nunc vero aliqua. versiculo centesimonono. vbi dicit, quod emphyteuta potest rem

8 emphyteuticam † dare in dotem pro filia, uel in donat. propter nup pro filio, & ponit hoc pro casu speciali, ergo alias non liceret, & pro hoc facit, quia concessio quæ transit decem annos habet vim alienat. vt nota. per Doct. in clem. j de rebus eccl. non alie. & per Barto. in l. j §. quod autem ff. de superficiebus, & in l. pen. § instituto. ff. de leg ii dicas ergo quod est speciale, vt possit dare in dotem, vel in donat. propter nupt.

Sed aduerte Ioan. And in dicto § nunc vero aliqua. in dicto versi centesimo nono. dicit, quod licet res emphyteutica possit dari in dotem, & in donat. propter nuptias, non tamẽ res data in feudum potest dari per feudatarium in dotem pro filia, vel in donat propter nup pro filio, & hoc videatur probari in cap primo, § donare, qualiter olim feudum poterat alienari, in vsibus feu vbi dicit tex. quod vasallus non potest donare, vel pro anima legare, vel in dotem pro filia dare & secundum hæc glo. in dicto ca 2. de feud quæ vult, q vasallus possit rem feudalem in dotem dare filiæ, non est vera pro ipsa tamen multum facit iste tex sed salua illam glo. & dic, quod potest vasallus dare rem feudalem in dotem pro filia, & durat talis datio in dotem vsque in vitam vasalli, ut hic, sed non vltra, vt dicto ca. primo. § donare. qualiter olim feu. po alie. & ita intelligit Ioan de Imo. in dicto capit. secundo de feudis, in 3. col. qui sic concordat opi. glo. cum opi. Ioan. licet aliter dicat ibi Hostien cuius opi non est vera, & ipsam reprobat ibi Ioan. de Imo. sed iste text multum facit in contrarium, s. contra opi. Io And. nam videtur præsupponere, quod si vasallus fuisset inuestitus de feudo pro se & hęredibus suis, quod etiam eo mortuo duraret feudum apud illum, vel illam cui dedit in dotem, vel donat propter nup sed ad illum textum ibi postmodum decesserit, siue pro se subaudi maxime. vel dic, quod iste tex. respicit facti accidẽtiam & ita oportet intelligere, alias contradiceret d. ca. primo §. donare, qualiter olim feu poterat alie vnde concludit quod aut nos loquimur in emphyteuta, & tunc dicendum est, quod possit dari in dotem, vel donat. propter nupt. rem emphyteuticam, & durabit penes eum, cui dedit eodem iure, quo erat apud emphyteutam, & sic durabit vltra vitam dãtis si ius emphyteuticum erat datum pro se, & suis hæredibus, & ista erit vtilitas, quia si pater dedit rem emphyteuticam in dotem pro filia etiam mortuo patre filius potest retinere, ex quo illud ius emphyteuticum transit ad hæredes ipsius emphyteutę. sed in feudo non durabit, nisi vsque ad vitam vasalli, licet vasallus habeat filios ad quos transit feudũ de natura sua ad alios masculos descendentes, ut in ca. primo § primo, qui feu. dare poss. & in c. primo, de natura successi. feu. in usibus feu & hoc modo debet intelligi iste tex & hoc modo saluatur tex in d c primo, § donare, vbi feudum prohibetur dari in dotem pro filia ipsius feudatarii hoc & modo saluabitur opi. Ioan. And. in dicto §. nunc aliqua, ver. 109. nam dictum § donare & Io. An. vbi supra debent intelligi, quando vasallus vult dare feudum in dotem cum hoc, vt duret etiam uasallo mortuo, donec descendentes extiterint, nam hoc non potest, vt dicto § donare. sed limita illud quod supra dixi, s. quod uasallus prohibetur alienare, nam non prohibetur alteri infeudare: potest enim uasallus facere alium vasallum, dum tamen per hoc non efficiatur deterior conditio domini, & dummodo det in feudum cum eadem conditione, cum qua ipse primus feudatarius habet in feudum. ad hoc est tex. in cap. primo, § similiter in l. Corradi, in usibus feu. & hoc tenet gl. magistra, & idem etiam dicendum in uasallo ecclesiæ, ut dicit glo. nota in capi. quæ in ecclesiarum de constit secundum Bal. in dicto ca. primo § j. de capi. Corra. hoc limitat, s. nisi sit appositum pactum de non alie. nam tunc, ut pactum aliquid operetur non potest infeudare ad hoc l. sed si quis §. quæsitum, ff. si quis caut. sed dictum Bal. mihi non placet, quia ista non est alienatio, nec

uerba

verba sunt interpretanda contra propriam significationem
vt feudatarius incidat in pœnam.tene menti dictum Bal. ꝓ-
pter eius auctoritatem in feudo autem decimali. dic, quod
non potest infeudari absque consensu episcopi,vt in c.prohi
bemus.Sed dubium est,an cum consensu episcopi possit lai-
9 cus habens † decimas in feudum concedere alteri laico.gl.
in dicto cap.prohibemus dixit,quod sic.sed Io. And.& com-
muniter Doct.ibi tenent contrarium , nam est speciale , ut
possit cum consensu episcopi ecclesiæ. vel loco religioso ta-
les decimas,quas tenet ex antiquo feudo,vt dicit tex in cap.
cum apostolica,in fi.de his,quæ fiunt a præla ergo non po-
tent concedere etiam cum consensu episcopi,& hoc sequi-
tur,quod si habens decimas in feudum etiam ante conciliū
Lateranense decedit absque descendentibus,& sic reuertū-
tur ad episcopum,quod episcopus nō potuit ipsas concede
re laico,& hoc communiter tenēt Doct sed domi.Cardi in
c.secundo,de feu.in decima quæst.tenet contrarium, s.quod
episcopus possit infeudare laico decimas consuetas infeu-
dare laicis ante concilium Lateranense, si ad ecclesiam re-
uertuntur per mortem vasalli decedentis absque filiis.& per
hoc dat cautelam.quod quando feudatarius decimalis vult
decimas concedere alteri laico , quod renunciet illas in ma
nibus episcopi,nam episcopus poterit postea inuestire illum
laicum.sed Doctor.communiter tenent contrarium in d c.
prohibemus,de decimis,& in capit. cum apostolica , de his
quæ fiunt a præla.Idem tenet Ioan de Imo. in capit secun
do,de feu.in 7.charta,in tertia col dicit tamen,quod de cō-
suetudine seruatur opi.dom.Card.& glo.in dicto cap. prohi
bemus hoc est,quia laicus concedit decimas quas habet in
feudum alteri laico de consensu episcopi. Item,quod de cō-
suetudine episcopus infeudat decimas ad se reuersas aliis lai
cis,& hoc perpetuo notabis,quia sæpe in facto veniunt.
10 Sexto nota,quod † dominus consentiens alienationi rei
suæ perdit ius , quod habet in re.vide bona iura quæ alleg.
glo hic in versi.consentire.
Nota vltimo,quod vir dat vxori donat.propter nup uxor
autem dat viro dotem.Et sic nota, quod in consulendo con
11 sulens debet vti vocabulis propriis. Papa enim hic quodam
modo reprehendit illum quærentem de ineptitudine voca
bulorum in eo , quod consulendo Papa dicebat virum de-
disse dotem vxori.Nam debebat dicere donat. propter nu-
ptias.posset tamen intelligi tex proprie,scilicet,quod vir det
dotem vxori,de quo dic,vt in c præcedenti.sed contra text.
opponitur,nam solu.matrimonio donatio propter nuptias
debet redire ad virum,sicut dos ad mulierem,ut in ca fina.
in fi.infra eodem,ergo vxor non poterat habere detentionē
huius rei etiam si fuisset propria mariti,ex quo vir erat mor
tuus.so.Docto.intelligunt,quod erat consuet quod vxor su-
perstes lucraretur donat.propter nuptias, vel saltem in vita
sua teneret.sed ratio decidendi in contrarium patet in lite-
ra,quia maritus non potuit plus iuris &c.
Ex quo infert Abb.Sicu.quod stante statuto , vel consue-
tudine , quod maritus lucretur dimidiam dotis vxore præ
12 mortua nō poterit † maritus retinere dimidiam dotis si res
quam vxor dedit in dotem fuit ei concessa ad vitam suam .
Ex quo nota,quod resoluto iure datoris resoluitur ius ac-
ceptoris,idest illius qui accepit ab ipso ius, & hoc bene pro-
batur hic,concord.lex,vectigali.ff de pig.
Secundo opponitur contra id, quod dicitur in tex. in se-
13 cunda quæstione nam videtur , quod valeat † alienatio , ex
quo fit per eum,cui res data est,licet enim data sit sibi,& hę
redi,tamen dum viuit est dominus,in re sua quilibet est mo
derator,vt in c.de his,de sepul.& in l.in re mandata.C man.
soluit Host.intelligendo,quod fuit data,ita tamen,quod nō
possit alienare,nec in illa hæredem instituere, vt præceden-
tia,& sequentia innuunt.
Sed domi.Cardin.in quatra opposit. dicit, quod hæc lite-
ra videtur habere locum etiam sine conditione pręmissa N3
eo ipso,quod datur alicui pro se,& hærede legitimo.idest fi
lio,donatio non tenet,quo ad donatarium , nisi dum viuit ,
argu.de fide instrum.capitulo,cum Ioannes, non potest er-
go talis donatarius alienare in perpetuum,vt hic.
Nunquid autem potest donare hæredi futuro, quando e-
rit dom Cardi dicit,quod sic.facit,quod no in ca.ad audien-
tiam.de eccle.ędifi.
Sed aduerte,opi.tam Host quam dom.Card. videtur con
tra l.primā,& ibi nota per glo & Barto.ff de dona. vbi dici-
tur,quod resoluta donat non reuertitur dominium ipso iu-
re ad donantem saluo casu speciali l.i.C.de do quæ sub mo-
do,si est ita, quod non reuertitur dominium ad donantem
tenuit alienatio,licet possit agere contra donatarium ad in-
teresse Item pactum de non alienando non impedit transl.
dominii,licet alienans contra pactum teneatur ad interesse
vt in l.si ita quis § ea lege.C.de condic. ob. sed potes soluere
quod illud habet locum , vbi fieret alienatio ex alia causa ,
quam dotis,nam quando fit ex causa dotis,quia ius nō vult
quod tradat plus iuris,quam ipse habeat finito tempore re
transfertur dominium in donantem , & sic intelligo istum
tex vt euadat illud contrarium . vel potes intelligere , quod
donator seruauit sibi pignus in re donata ꝓ obseruatione
ꝯctus , nam quando prohibens alienare facit, quod ille qui
prohibetur alienare obligat sibi rem ipsam ad pignus si po-
stea alienat non transfert dominium,vt in l.si creditor.§.fin.
ff.de distrac.pign. & not. Bart.in dicta l.si ita quis, § ea lege.
ff.de verborum oblig vel potes intelligere, quod donauit in
vltima voluntate hoc est,quod in testamento legauit rē pro
se & filio quem de vxore sua legitime procrearet prohibita
alienatione,quo casu si alienat non transit dominium,ut in
l.filius §.diui.ff.de leg.j.
Vltimo opponitur , quod ecclesia se non intromittat de
dote inter laicos tanquam de temporalibus,vt in cap.cau-
14 sam,qui fil sint legit.& de iudiciis,nouit.Butr sol.quod † ec-
clesia se intromittit de dotibus viduarum,tanquam misera
bilium personarum,quod intelligit, quando sunt pauperes,
& hoc indistincte,s.quando sunt pauperes, alias ita demum
si sunt oppressę . sed dic , quod indistincte ecclesia potest se
de dote intromittere,& hoc probatur,quia text. indistincte
loquitur.sed dic,vt dixi supra eodem,de prudentia.
15 Nunquid autem † uiduæ sint de foro ecclesiastico. dicitur
in c.ex tenore,& in capit ex parte B.de foro competen.& de
offic.deleg significantibus.
In glo.in ver plus iuris,ibi arg.contra sol Sic.But. & dicit,
quod quis non transfert in alium illud ꝙ non habet actuali
ter.nec virtualiter,& hoc modo loquitur iste text. & prima
iura alleg in glo concludant , quod quis non habet actuali-
ter habet tamen virtutem illud creandi bene transfert , ut
in iuribus alleg in glo pro contrariis,& de hoc articulo,s.an
quis possit transferre plus iuris in alium , quam ipse habeat
plenius habetur in regula,nemo potest plus,in sexto.

S V M M A R I V M.

1 *Marito vergente ad inopiam satisdatio peti potest pro dote .*
2 *Ecclesia non tantum potest se impedire de dote in fauorem viduarum vt supra.sed etiam in fauorem mariti petentis dotem sibi promissam .*
3 *Vir potest expellere vxorem si dos promissa non soluatur .*
4 *Maritus non tenetur ad traducendam vxorem dote non soluta , nec expulsam alere.*
5 *Maritus qui recepit vxorem sine dote,an teneatur eam alere .*
6 *Vir obligatur ex dispositione iuris pręstare idoneam cautionem meliori modo qua potest.*
7 *Cui creditur in magno,potius debet credi in modico,cum in modicare mi nor debeat esse suspicio.*
8 *Dictio saltem,est alternatina ordinis.*
9 *Lucri pars honesta potest capi licite de pecunia deposita apud mercatorem .*
10 *Pecunię depositio qualiter facienda sit apud mercatorem,causa lucri.*
Societas est quadam fraternitatis species .
11 *Pactum, vt qui ponit operam,nullam partem damni sentiat si perdatur capitale valet.*
12 *Iudicis auctoritas aliquando facit licitum,quod alias non liceret.*
13 *Papa,an debeat se impedire de laicis.*
14 *Iudex non debet conuenire reum,sed conuenitur reus ab actore , nec potest iudex supplere defectum ex officio.*
15 *Vir potest vxorem expellere ea non soluente dotem promissam.*
16 *Literę impetratę sunt surreptitię,si in eis non fiat mentio de iudicio cępto coram ordinario.*
17 *Dos restituenda est vxori, quia debet alere virum egentem.*
18 *Dos tunc restituenda est mulieri,quando est idonea, & industriosa pro gerendo uira.*
19 *Dos, an sit restituenda vxori pro viro alenda,hic sex casus considerantur .*
20 *Mulier quæ contraxit cum paupere,vel vergente ad inopiam a principio nunquid possit agere ad repetitionem dotis.*
21 *Vxor,an teneatur alere virum bannitum,& excommunicatum .*
22 *Vxor an recipiat dotem suam si vir postea efficiatur locuples.*
23 *Vxor an teneatur de bonis parapharnalibus virum alere,& vir habeat aliquam administrationem in eis.*
Fideiussorem vir dare prohibetur de dote restituenda vxori.
24 *Fideiussor,an possit dari de dote conseruanda,& quando*
25 *Pacta sunt aliquid fieri tempore permissa , vel eius effectum conferri in tempus permissum .*
26 *Satisdatio sponte a viro data pro dote restituenda,an teneat constante matrimonio*
27 *Legi negatiue existenti,vel prohibitiuę renunciari non potest .*

Con-

Consuetudo, ut maritus prestet fideiussorem pro dote restituenda, an ualeat.

28 *Vir agens contra debitorem dotis non obstante exceptione, quod vergit ad inopiam, ut dos deponatur apud aliquem mercatorem auditur.*

29 *Assignatio dotis mulieri qualiter fieri debeat, quando vir dissipat bona.*

30 *Socero qui recepit dotem vergente ad inopiam, quid agendum quaritur.*

31 *Virum teneri soluere pro vxore si ipsa commisit delictum, an sit inter onera matrimonij.*

32 *Mulier, an soluto matrimonio debeat ali de bonis viri.*

33 *Pater praestans alimenta filia, ab heredibus viri potest illa petere.*

34 *Vxor que mortuo viro petit alimentari ab heredibus, an teneatur cum illis habitare.*

35 *Mulieris opere, an deduci debeant de alimentis prestitis ab heredibus viri.*

36 *Bona mariti, sicut sunt obligata pro restitutione dotis, an etiam ita sint obligata pro alimentis.*

37 *Hypotheca, quam habet mulier in bonis uiri pro alimentis prestandis etiam soluto matrimonio, an preferatur ceteris creditoribus, sicut prefertur hypotheca, quam habet ratione dotis.*

38 *Presentatio rectoris, an fiat per uirum, & uxorem, si uxor dedit in dotem villam in qua est ius patronatus in parochiali ecclesia.*

39 *Vxor an & quando possit dotem exigere constante matrimonio, & qualiter, vide remissiue.*

C A P. VII.

1 PEr uestras. †Marito vergente ad inopiam lansdatio peti potest pro dote. hoc dicit. Ita summat Ab. anntquus, & secundum hunc intellectum esset hic casus singularis qui non est alibi. Vel aliter secundum dom Cardi. Vir agens pro dote non omnino excluditur ex eo, quod vergat ad inopiam, nec omnino cogitur satisdare, sed çquum est, quod ei dos assignetur sub ea cautione quam praestare potest, vel si mulier contradicit deponitur apud mercatorem, ut de lucro vir sustineat onera matrimonii Abb. Sicu. sic summat, secundum intellectum quem tenet: Vir agẽs pro dote cum omnino excluditur ex eo, quod vergat inopiam, nec prçcise cogitur vltra facultatem propriam, sed dos sibi assignabitur sub cautione, quam potest praestare, & si per illam caut. non esset sufficienter prouisum cõseruationi dotis deponetur dos apud mercatorem, ut de honesto lucro vir sustineat onera matrimonii. Hæc summaria declarantur ex his, quæ dicentur infra, & est casus nota. & quoties. Communis diuisio. Secunda ibi, cum ergo dilectus pars prima. ponit cautionem delegat. actoris petitionem rei exceptionem, & iudicis interlocutionem.

Secunda pars ponit duas causas mandati alternat. quod inter illas intercesserit.

2 Nota primo argumentum optimum, secundum Abb. Sicu. quod † ecclesia potest se impedire de dote non solum in fauorem viduarum, vt supra e proximo, sed etiam in fauorẽ mariti petentis dotem sibi promissam, & sic facit pro opi. Innoc. quam tetigi in c. lator, qui fil. sint legiti. nisi dicatur, quod iste erat pauper, & miserabilis persona ideo potuit recurrere ad iudicem ecclesiasticum 83. dist. in principio, & c. j & ij. & ex hoc intellectu. nota secundum Abb. Sic quod pauper & miserabilis persona potest alium conuenire coram iudice ecclesiastico. pro hoc cap super quibusdam, de verborum significat. & c significantibus, vbi per Innoc. de offic. dele & tenementi vtrũque dictum, nam tei erant laici, quod patet ex eo, quia fuerunt conuenti coram consulibus ciuitatis.

Nota secundo argumentum optimum, secundum Abb.
3 Sic ex illo tex quod † vir potest expellere vxorem si dos promissa non soluatur, quia cum de dote teneatur sustinere onera matrimonii, vt in cap. salubriter, de vsuris, & in l. si cũ dotem §. si autem in sequissimo. ff. solu. matrimo. potest recusare onera. ex quo non habet vnde sumant emolumenta, & plus notanter probat hæc litera secundum eum, quod etiam vxore ex hac causa abiecta potest maritus addere dotem sibi promissam, ex quo paratum se reddit vxorem reassumere soluta dote, & hoc sentit Host. hic.

4 Ex quo infert † maritum non teneri ad traducẽdum vxorem dote prius non soluta, immo etiam si traduxisset, & postea, quia ipsa, vel frater eius qui promisit soluere dotem, & non soluit maritus eam expulisset non tenetur eam alere, quia nit iuste expulit vxorem propter hanc causam, ut innuit gl in Auth de non eligendo secundo nub. §. pen. & hoc firmat Bal. & Pau de Cast. in l. quod in uxorem. C. de neg. ge.

5 Quid autem si quis recepit † mulierem siue dote, an teneatur eam alere. Innoc. Host. Ioan. An. Butr. & dom. Card. in sexta quaest. tenent, quod debet eam alere, secundum suũ statum, quia per sonam suã dedit mulier pro dote, vt in Authen. quibus modis natu. effi. legit. § primo, & ff. vt in pos. le. l. penult. vbi dicitur, quod debet alere vxorem, ut filiam. & hoc etiam tenuit glo. in l si cum dotem. § si autem. ff. soluto
a matrimon facit l quod nulla ff. de relig. & sump. fun.[a] de ista materia, scilicet, an & quando vir teneatur alere vxor, vel sanam, vel infirmam. dic vt plene per Cy. & Doct. in l. quod in vxorem, C. de negot. gest. & ibi etiam habetur, an si maritus facit expensas in vxorem ad quam non tenetur, potest ipsam repetere si non fuit protestatus.

Nota tertio, quod obligat. ex iuris dispositione ad praestan
6 dam idoneam † cautionem, vt fideiussoriam, seu pignoratitiam si illam praestare non potest admittitur praestans eam quam praestare potest, puta iuratoriam, vt loquuntur iura al leg. in glo. antepen. & ad hoc solet allegari iste tex. sed vide omnino glo. in cap. secundo, in ver. idonee, de vsuris, in sexto. hoc tamen limita secundum nota. in cap. boni viri, nam non statur eius iuratoriç cautioni, sed sequestratur vsusfructus apud bonum virum qui vsufructuario praestabit cómoditatem vsusfructus, de. quo dic, vt in dicto cap. fi. de pigno, & per Cyn. Barto. & Docto in l. vsufructu C. de vsufruc.

7 Quarto nota, quod cui creditur in magno potius debet credi in modico. & tex dicit modicum dotis, quia in re modica debet esse minor suspitio, ff. de suspectis tutor. l. in eo, quod.

8 Nota quinto ibi, uel saltem, quod dictio † saltem, est alternatiua ordinis. est enim sensus, quasi dicat tex. ex quo aliud sine periculo dotis amittendæ fieri non potest, scilicet, quod si vir non potest cauere saltem dos deponatur apud aliquẽ mercatorẽ, & de alternatiua ordinis dic. vt in reg. in alternatiuis, in sexto, & in c. inter çteras, supra de rescrip. & in c. si de appel & per Pau in clem. causam, de elect.

Nota vltimo casum singularẽ, quod non est alibi de iure canonico, quod ex pecunia deposita apud mercatorem hic
9 re capi potest pars honesta † lucri, & sic ex pecunia cum ministerio alterius potest peruenire honestum lucrum & dicit Abb. Sicu. quod hæc litera optime facit in argumentum, vt solitus mercari ex pecunia possit agere contra debitorem morosum, vt soluat loco interesse illud, quod fuisset lucratus ex pecunia tradita, de quo dic, vt per Bart. in l. prima. C. de sent. quæ pro eo, quod interest, & per Doct. in c. conquestus, infra de vsu. vbi vide.

10 Sed quæro qualiter fieri ista † depositio apud mercatorẽ. Ioan. Andr. dicit, quod mercator praestabit caut. de pecunia integraliter restituenda, & de parte lucri reddenda, ita quod compensato lucro cum damno, de eo, quod superest ex lucro soluatur pro legibus matrimonii sustentandis, vt Insti. pro soc. § de illo, & in l. si non fuerit §. Arist. & in l. sequen. ff. eo. & hoc sequitur But. hic dicens Doct. ita dicere.

Abb Sic. dicit hoc dictum not. singulariter, & quod nescit ipsum alibi, quia ex ipso infertur vnum mirabile, vt pecunia possit deponi apud mercatorem cum hoc, quod capitale sit saluum, & quod de lucro soluatur certa pars, & dicit quod ista quæstio est plenius tacta per Host in summa in ti. de vsuris. §. an aliquid, vbi expresse tenet pactũ valere, vt deponens pecuniam non damnum sentiat in capitali. mouetur, quia hoc non est cõ substantiã, sed praeter naturam contractus, non valet, vt l prima, ff depositi, & in c. j. supra de cõmo. dicit tamen postea Host. quod si capitale esset perditũ casu fortuito debet deponens remittere in foro conscientiæ. Sed Abb. Sicu. dicit, quod non credit, quod hæc sit licita societas, vel honesta, quoniam posset contingere quod ponens operam sentiret damnum in operis amissis, & in capitali pecuniæ, qđ est contra naturam societatis, cum societas sit quædam fraternitas. l. verum. ff. pro socio. hic autẽ societas esset potius leonina, ut in l si non fuerit. ff pro socio, & hoc tenet glo. no. 14. quæstio. 3. plerique, quæ dicit, quod ad hoc, vt sit licita societas inter ponẽtem pecuniam, & ponẽtem operas oportet, quod ponẽs pecuniam sentiat de lucro & de damno, & hanc opin. tenuit Ioan. Cald in repe. c. nauiganti, de usuris. & ibi etiam hoc tenet Butr. & domi. Card. & est communis sententia, & ad l. si non fuerit. §. 4. ff. pro socio, & Insti. eodem tit. §. de illo, alias de eo, qui multum obrespondet Cald. quod debet intelligi non de capitali, sed de damnis, & lucris cõtingentibus saluo capitali, quia propter lucrum

A D D I T I O.

a Adde quę not. Bar. in tractatu alim. in fi. ver. quid.

lucrum dicitur & damnum tum lucro deducto, vt in l.quod
vulgus ff pro so & illam so.lo.Cal.sequitur D.Car.in d c.naui
ganti in quarta quęstio.sed Abb.Sicu.eam dicit clariorem,&
dicit quod ille tex. procedit quo ad ponentē operā. nam li-
citum est,& honestum est pactum ex psona ipsius ut ipse nō
sentiat damnum in operis sed amisso capitali, quia ipse
sentit damnum in operis, nam tantum affert opera illius
quantum pecunia alterius,quin immo & dicit ille tex.ope-
ra & industria potest esse tanta,ut valeat pactum, vt ipse lu-
cretur duas partes, & ponens pecuniam habeat tertiam.
11 Sed aduerte,clarius declarando dic quod valet † pactum
vt qui ponit operam nullam partem damni sentiat si perda
tur capitale,& tamē lucrum sit commune &hoc demū pro
cedit quando opera tanti æstimatur quanti æstimatur peri-
culū perdendi capitalis,alias pactum nō valeret, & hoc cla-
rè dicit tex.cum gl.in l.si non fuerit.supra eo. ff pro socio. &
Insti.pro so.ab eo,alias de illo.vbi autē duo simpliciter con-
trahunt societatē, videtur actum vt damnum & lucrū ęqua
le sit vt glo.est no in l.1.C.pro so. Et dicit Abb.Sic.quod nec
ista litera contradicit prædictis, cum nihil dicat, vt capita-
le debeat esse saluum.Et dicit quod non est speciale in pecu
nia dotali,vt quidam summauerūt, quia etiam pro redimen
dis captiuis non licet fęnerari,vt in c super eo. infra de vsu-
ris. quinimmo iste textus aperte dicit quod capiatur pars
de honesto lucro. Et dicit quod nō est credendum quod sit
licitum a principio pacisci,vt deponens habeat decem pro
centenario, vel aliam quantitatem vt fuerunt quædam ui-
duæ credentes hoc licere.Et dicit Abb.Sic.quod quidam ad
earum defensionem solent allegare istum text. cum opi.Io.
And.sed dicit ipse,quod hoc non est licitum, quia non licet
ex pacto quantumcunque minimum capere ex pecunia si
paciscentes non subiiciant se periculo. sed do.Card.in noua
oppositione concordat cum Abb Sicu. in eo, quod dicit,ꝙ
non licet pacisci de certa quantitate.dicit enim,quod lucrū
de quo hic recipitur non de pecunia,sed de negociatione, &
quasi iure societatis,quia mercator negotiabitur,& partem
lucri dabit marito,& dicit,quod non debet fieri pactum de
aliquo certo lucro recipiendo,puta decem pro centenario,
quia hoc esset vsura,& in hoc concord.cum Abb.Sic.postea
dicit dom Card hic esse casum singularem,in quo saluo ca-
pitali aliquid licite accipitur vltra sortem. Et dicit dom.Car
di.quod ideo hoc non est vsura, quia depositum fit arbitrio
12 iudicis,cuius † auctoritas facit licitum,quod alias non lice-
ret, de præben. nisi. cum si.& dicit,quod non tantum pecu-
nia dotalis,sed etiam pecunia pupilli potest sic deponi,& de
honesto lucro part recipiat & hoc sensit Bart in l. diui.alias
diuus Seuerus ff. ad leg fal.facit ad prædicta,quod no.Bal. in
l.fi.C.de pen.hære.& hoc modo possemus saluare commu
nem opin nam aut quæris, an liceat propria auctoritate de
ponere pecuniam dotalem apud mercatorem,ut saluo capi
tali ea ea percipiatur honestum lucrum, & hoc non licet,
& esset vsura,& hoc modo intellige opi.Abb. Sicu. & alleg.
per ipsum.Aut quæris,an iudex cuius arbitrio committitur
potuit hoc facere, & hoc est licitum,quia non potest dici,ꝙ
iudex committat vsuram,immo iudex secundum hoc facit
ad conseruat.pecuniæ dotalis, & vt prouideatur viro susti-
nenti onera matrimonii.& pro hoc facit iste tex.in ver.mā-
damus,quatenus vbi commissio fit iudici super deposito fa-
ciendo,& idem dicendum est in pecunia pupilli,ut supra di
a ctum est. [a]
13 Sed oppo.contra text nam videtur, quod † Papa non de-
buit se impedire de laicis.de iud.nouit.soluunt Doct.duob.
modis.

Primo,quod licet pauper,de quo in litera potuit impetra
re a Papa tanquam miserabilis persona 87.distinct.§ primo.
& c.1. quod intellige secundum ea quæ not.in c. significanti-
bus.de offi.deleg.& c.ex tenore,de foro compe.

Ex hac solu nota,quod miserabilis persona nedum debet
conueniri coram iudice ecclesiastico,sed etiam potest trahe
re reum laicum coram iudice ecclesiastico, & potest a Pa-
pa impetrare iudicem delegatum. aliqui tamen intelligunt
quod reus erat clericus,sed non est verum,quia si fuisset cle
ricus non potuisset conueniri coram cōsulibus,coram qui-
bus fuit conuentus,vt in c.si diligenti,de fo.comp.

Secunda solutio. quod super dote spectat cognitio ad iu-
dicem ecclesiasticum, & ideo potuit impetrari iudex eccle-
siasticus contra reum laicum,vt supra eodem,de prudentia.
Sed Butr dicit hoc procedere,quando hac occas surgit tur-
batio matrimonii,cuius prouisio spectat ad ecclesiam, ergo
cuiuslibet antecedētis, & quod sequitur turbatio matrimo
nii,nam spectat ad ecclesiam.vt turbatio remoueatur,quia
cum consequens conceditur,ergo & antecedēs,vt in l illud.
ff de acquir.hæred & in cap præterea,cum ibi no.C. de offi.
deleg sed dic,quod etiam principali potest iudex ecclesiasti-
cus cognoscere de dote inter laicos dato,quod ex hoc non
sequatur turbatio matrimonii,vt dixi supra eodem. de pru-
dentia & hoc sequitur hic dom Card.& in dicto capi.de pru
dentia.

In gl i recita ipsam per contrarium,quia in tex. dicitur,ꝙ
Iudices conuenerunt magistrum R nā iudex non debet con
14 uenire reum.sed conuenitur reus ab actore,nec potest † iu-
dex ex officio supplere de facto,de postu prælа bonæ. el pri
mo Cuius timore glo. exponit literam, in ver conuenire,
idest ad iudicium euocare, quia fecerunt reum citari ad in-
stantiam actoris.

In glo.ii hæc glo.videtur contra text nam fuit auditus re-
stitutione non facta sed Innoc.dicit,quod hæc exceptio non
erat vera,licet proponeretur. Host.uero dicit, quod immo
erat vera, sed vir repulerat vxorem, quia non dabatur sibi
dos para. illam recipere soluta sibi dote,nec faciebat vim ni
si in cautione,quam nec præstare poterat, & ideo super hoc
prouidetur,vt in litera. Vel aliter,secundum eundem Host.li
cet mulier se spoliatam diceret tamen iste R. non poterat
excipere de spoliatione mulieris, quia non conueniebatur
nomine mulieris,sed proprio nomine,vt ex vi promissionis
pro se factę,& licet in litera non appareat de promissione fa
cta per istum R. tamen debet subaudiri, secundum dom.
Cardin.in tertia opp.quia alias non competiisset actio con-
tra ipsum,& potest intelligi,quod forte mulier erat soror ne
ptis,vel consanguinea ipsius R.vel forte fuerat ipsius concu
bina,& obligauerat se ad dotem,ecclesiam tamen obligare
non potuisset si fuisset rector alicuius ecclesiæ,ut in cap 3 de
arbitris.dicit etiam Host.in ista secunda so.quod ideo maxi
me R non potuerat excipere,de spoliat. mulieris, quia non
conueniebatur nomine mulieris,sed nomine proprio virtu-
te promissionis quam fecerat de soluenda dote,& quia dede
rat causam spoliationi non soluendo dotem promissam,&
sic vir pauper vxorem alere non poterat.ipse ergo R spoliaf-
se videtur,vt de iniuriis cap fin.Nec obst.si dicatur, quia ex
quo vir non sustinebat onera matrimonii non debebat dos
sibi solui.ff.de donat. inter virum,& uxorem,l ex anno.ista
exceptio non obst.uiro, ex quo ferebat se paratum recipere
mulierem soluta dote.But.simpliciter refert Host. sed dom
Card.in quarta oppo.approbat secundam solut.videlicet,ꝙ
si egisset contra mulierem potuisset petere se restitui,ex quo
fuit spoliata per virum,sed non competiit huic R. quia ista
exceptio non competit,nisi spoliato.de ordi cogn.ca secun
do,& fi.& dicit,quod vir no potuisset repellere vxorem pro
pter dotem non solutam, quia hæc causa non repellitur a
iure non probata,vt supra titu. proa.porro.non enim debet
sibi vir dicere ius.C.ne quis in sua causa l prima,& supra de
iudi in cap.cum venissent,& sic dom. Card improbat pr mā
solu Host in qua Host vult,quod possit vir vxorem expelle-
re propter dotem non solutam, & quod non tenetur eam
alere,neque recipere donec soluatur dos.sed opi Host tenet
Bald.& dom.Pau.de Cast.in l quod in vxor.C.de negot.gest.
& Ab.Sic.hic. dicit tamen,quod potuisset dici,quod ea quo
hæc dos fuit promissa ab extraneo quam promissionem ip
se vir recepit debebat agere contra extraneum,& non repe
lere mulierem,ut in l si extraneus.ff. de iure do. & dicit Ab
Sicu quod hoc satis potest admitti in marito diuite, sed iste
erat pauper,vt dicitur in litera,& sic vult Abb.Sic.quod aut
15 vxor promisit dotem, & tunc ea non soluente potest † vir
vxorem

ADDITIO.

a Hic adde quæ not.Ioan.de Ana.in c.nauiganti,in 3.& 4.col.ver. quid aūt,
de vsur.& Ang.in §.de illa.insti.de socie.vbi tenent oppositum,& ita ego
consulendo tenui opi.dom.Abb.& ad hoc c. per uestras, respondi non
obstare,quia loquitur alternatiuę, & in prima parte alternatiuę uult,
quod tantum caueatur per virum,quando illi datur dos in casu d.ca.&
de hoc non est controuersia.In secundo casu,& secunda parte alternati
uę non mandat caueri,s.vt detur alicui mercatori,& sic cessat hæc con-
trouersia Doc.quia cum reuerentia hunc tex.non bene ponderauit.po-
test etiam dici,quod in secunda parte consulendo vti bonus paterfam.
quia tuetur maxime viduas,& pupillos,vt in hoc cap. & consulit,ut de-
tur mercatori bono uiro, cum dicit de parte honesti lucri non per hoc
dicit,quod mercator debeat teneri ad dandum partem lucri viduæ sal-
ua pecunia,sed illud omittit,& sic remanet sub disp. iuris cōmunis. l. si
cum dotem,in princ.ff.solu.matrim.Præterea in dubio rescribere de iu
re,vt est gl.no.in c.consultat.de temp.ord.& in c.ex tua,de fi.presby. alia
plura vide in d.consi.nec est ratio diuersitat.cur potius hic liceat pecu-
niam recipere,quam in aliis casibus prohibitis, nec mandatum iudicis
facere potest licitum,quod ab utroque testam. est prohibitu.c.super eo,
Ad c.nisi paret rūsio,quia collatio beneficiorum est de iure positiuo,ut
in cap.2.de præben.in vj.& eo.tit in antiquis,& de elec.
Item hoc pro bono pacis,quia non licet dare aliquid colligantī, ut in
d.c.nisi.cum ibi no.Petrus Alb.

vxorem expellere, aut extraneus promisit, & tunc non potest vxo expellere, sed debet conuenire illũ qui promisit, nisi sit va pauper. sed d c quod dictum Abb. Sicu procedit, nisi esset talis qui promisisset dotem pro muliere, quem esset verisimile soluere dotem vxore expulsa, v. puta si pater, uel frater promisisset dotem, & hoc modo intellige Bal. & Pau. de Cast in d l quod in vxorem C. de neg gest. dum dicunt, q si frater promisit dotem pro sorore. potest de domo expelli a marito, nisi frater soluat dotem.

In glo in verbo tacita veritate.

16 Nota ex glo quod † literæ impetratę sunt surreptitię si in eis non fiat mentio de iudicio c. pto coram ordinario, & idem sensit glo in c vt debitus de app. quod declara, vt not. Doct. in c vt cæterum de rescrip & in cap secundo, de dolo, & contum. & in cap. inter monasterium, de re iud. sed huic ob. ille tex vbi hæc exceptio non fuit admissa illud contrarium multipliciter soluitur. & licet Doct referant multas solu tum contentus tres tantum referre & prima est sol. quod non fuit necesse facere mentionem de sententia per quam non absoluebatur reus perpetuo, sed quam diu super dote mulier carceretur, ideo non ob. sententia huic petitium, cũ offerret satisdationem, vel petebat, quod daretur mercatori. sed & istam solut ponit hic Inno sed Butr. hic, in fi. Commentum, & dom. Card. in quinta oppo. improbauit hanc solu. quia ex quo erat sententiatum debebat hoc narrari Papę, vt in c. inter monasterium, de re iud & no per glo in ca. super literis, de rescrip.

Secunda solu. est Host. cum qua communiter transeunt Doct. quod sententia hic erat nulla ideo non fuit necesse de ipsa facere mentionem. & dicunt, quod erat nulla ex duplici causa. Primo, quia iusserant cautionem dari, quam dare non poterat, & ad impossibile non tenet obligatio, de reg iur. impossibilium. vnde impossibile præceptum illud non tenet, vt in l. fi. ff quæ sen sine app rescin non poss. nam ille debebat præstare caut idoneam, quod intelligitur cum fideiussoribus, vel pignoribus. nota bene hoc dictum. quod de processu nullo agitato coram ordinario, seu de sententia nulla non est necesse facere mentionẽ in impetratione literarum super ead. in causa, quemadmodum nec de prioribus literis nullis, vel quæ annullari possunt seu aliqua exceptione elidi, ut dixit gl in c ex tenore, de rescrip. & in cap. suggestum de iurepatro & in capit. cum nostris, de concess. præben sed Bu in fi. dicit, quod sibi non placet ista solu sed mihi etiam non placet, quantum ad istum text. licet in se sit vera nam difficultas solut. non vitiat obligat vt in l. continuus § illud ff de verborum ob. & ideo licet paupe si sit difficile, vel impossibile inuenire fideiussores, hoc non habet vitiare obligationẽ, quia de se est possibile, licet respectu paupertatis sit impossibile, ut no in dicto § illud.

Tertia sol est, quod hic fuit appellatũ vnde non est necesse facere mentionem de sententia, ex quo per appellationẽ erat suspensa: de ipsa tamẽ appellatione debet fieri mentio, alias literæ essent surreptitiæ, siue appellatio sit interposita ab impetrante literas, vt in c. ex parte supra de rescript siue sit interposita ab aduersario, vt in ca. bonę, de confirma. v i. vel inuti de quo vide gl. pen in c. super literis, de rescrip Nota bene ex hac sol. quod de sententia suspẽsa per appellationem non est necesse facere mentionem in impetratione literarum, & sic col igitur illud, quod dixi in præcedenti solu. quia non est necesse facere mentionem de actu suspẽsu, vel de sententia suspensa, cum possit cassari dictamen, quod faciendo mentionem de appellatione per consequens videtur fieri mentio de sententia a qua est appellatum.

In gl in verbo. ad inopiam. Nota ex gl quod quando que maritus vltra inopiam est suspectus de dilapidatione ut q̄ a 17 suis rebus male vtitur, & tunc † dos restituenda est vxori, q a debet alere virum egestatem vt in l maritus §. manente. ff. de iure do. & hoc modo secundum gl debent intelligi iura quę videntur velle, quod vxor possit recuperare dotem propter inopiam uiri nam illa iura sunt intelligenda, quando ultra inopiam uir est suspectus de dilapidat. quandoque uir non est suspectus de dilapidatione, nec venit ad inopiã propter aliquam culpam, sed sine culpa, & tunc non potest mulier recuperare dotem constante matrimonio, quia mulier commisit uiro corpus suum, vnde fortius debet committere modicum dotis, ut hic, & hoc etiam tenet Host. in summa, eo. titu § & quando, uer. sed hoc tamen, & pro hoc facit, quia si vir ex aduerso casu factus est pauper absq; aliqua culpa, humanum est huius aduersi casus uxorem esse participem, ut in l si cum dotem §. si maritus. ff soluto matrimo. sed Cyn. in l ubi adhuc. C de iure dot. & in 9 q. tenet indistincte locũ esse repetitioni dotis per l si constante in prin ff. solu matri. vbi indistincte dicitur, quod propter inopiam mariti mulier potest exigere dotem a marito, & idem probatur in l. ... ad n. C de iur. dot. & hoc etiam tenet Bart in l ... con... in sua repetitione & illa est communis opi ... ci dom. Card. in vi. oppositione & Abb. Sicu & hoc ... tenet But qui dicit, quod rationes gl non vrgent quia ... vxor teneatur alere u rum egentem de dote, non sequitur propterea quod illam debeat uiro restituere, & periculo cõsumptionis ipsam supponere. Non ob etiam, quod ... cõmiserit viro suum corpus quia propter paupertatẽ uiri non est periculum in consumptione corporis ipsius mulieris, sicut est periculum in consumptione dotis Et l iubet ... periculum mulier habet remedium, quia debet aufugere & si postea uir repetat uxor. obstabit exceptio sententiæ de re ... tur. spolia. literas, ad fi. unde communis conclusio est, quod qualitercunque maritus uergat ad inopiam etiam ... culpa sua, non potest uxor agere ad dotem. pro hoc facit ... tex. quia in eo non ponderatur culpa ipsius mariti, sed solũ quod uidebatur uergere ad inopiam, & scias, quod iura ... in hac materia emanauerunt.

Primum fuit ius fforum de quo in l si constante ff sol. mat. vbi dicitur quod si substantia mariti non sufficit ad satisfactionem dotis, & aliorum creditorum, potest uxor dotem repetere.

Secundum fuit ius Codicis, de quo in l. vbi adhuc. C. de iure dotium vbi dicitur quod si maritus male gerit, quod uergat ad inopiam, potest uxor dotem repetere. & sic prouidit latius quam ius Digestorum, quia non requiritur, ut substantia mariti non sufficiat, sed satis est quod uergat, puta quia est nobilis & vult facere sumpt. vltra quam patiantur facultates suæ.

Tertium fuit ius Authenticorũ, de quo in Auth de ęqua. do § illud ubi dicitur quod si uir incipit male uti sua substantia, potest uxor dotem repetere, & hoc ius prouidit latius quam ius Codicis. nam præsupposito, quod non vergat ad inopiam puta quia est ditissimus, tamen ex quo male utitur sua substantia potest uxor dotem repetere, unde in quolibet istorum casuum potest uxor ad dotem agere. fortius excipere contra maritum petẽtem dotem & ita distinguit Bartu in dic l si constante ff soluto matrimonio, & sic non debemus habere respectum an uir sit suspectus de dilapidatione, an ne, sed satis est, quod sumus in aliquo dictorum casuum: ius enim timet in illis casibus cõsumptionem dotis, & vxor nedum potest agere ad dotem, sed etiam ad donat propter nup a marito sibi factam, vt est tex. notab in dicta l. vbi adhuc. nam & dos, & donatio propter nupt subueniunt oneribus matrimonii. vt ibi dicitur, & ex his habetur unum notabilẽ effectum donat. propter nuptias, vide alios infra cap prox. sed nunc contra istum textum oppo. de iuribus præall. nam in eis dicitur, quod in dictis casibus potest vxor repetere dotem, & sic, quod dos sibi assignetur, sed hic non assignatur vxori, sed ipsi marito cum caut. vel deponitur apud mercatorem, & etiam i o tex. videtur aliqualiter cõcordare text in l si cum dotem § sin autẽ in sauissimo, vers. si vero dotem ff soluto matri vbi dos sequestratur propter suspi mariti. sed ille tex. loquitur, quando uxor erat suriosa, & ideo Inno intelligit istum textum quod uxor erat suspecta, seu non idonea ad dotem recipiendam, ideo fit dispositio, alias depositio apud mercatorem, & hanc solut sensit Bart. in dicta l si constante ff solu matr ubi dicitur, quod uiro uergente ad inopiam † dos est restituenda mulieri, si est idonea, & industriosa, ut alat maritum, & liberos, ut in d l. ubi adhuc C. de iure dotium, alias sicut debet sequestrari, ut d l si cum dotem. §. sin autem in sauissimo, iuncto uers. si uero dotem ff solu matri. & sic etiam potest responderi ad istum textum.

Item dicit Innoc quod satis habet vxor si dos deponitur apud mercatorem loco uxor & Abb. Sic dicit, quod hæc solutio est bona, sed mihi non placet, quia uiro uergẽte ad inopiam non deberet dos deponi apud mercatorem, quando uxor est industriosa, & idonea ad dotem administrandam, nisi ipsa consentiret, & quod consenserit nõ apparet in tex. sed But dicit, quod iura ciuilia, quæ uidentur uelle dotem esse restituendam mulieri uiro uergente ad inopiam loquuntur, quando uir tempore contracti matrimonii nõ erat pauper: quo casu si postea uir uergat ad inopiam mulier potest dotem repetere, cui non potest imputari quare cum eo contraxerit, ex quo a principio non erat ista paupertas, sed si a principio fuisset inops eo casu imputãdum est mulieri quæ cum illo inope contraxit, nam cum personam approbauerit contrahendo cum ipso, & committendo sibi corpus, etiã dotem commisisse uidetur, & sic tunc non potest dotem repetere, sed propter periculum consumptionis prouidetur, aut cautione aut depositione, si cautio non est sufficiens, & sic

loquitur

loquitur hæc decre secundum Butr. & ita videtur intelligere in dicta l.si constante ff. soluto matrim. potest etiam dari alia solutio, secundum But. videlicet, quod & istud, & illud remedium habeat locum, & secundum hoc erit in electione mulieris, an mulier agat remedio iuris ciuilis, & tũc dos est restituenda mulieri, vt in iuribus præalleg. aut agit remedio huius decretalis, & tũc debet dos dari uiro, vel penes episcopum remanere cum hoc, quod præstet idoneam caut. alias dos committitur mercatori, vt de eius lucro vir sustineat onera matrimonij, & hoc modo procedit hęc decretalis. & But. dicit, quod quęlibet solu. est bona, sed præcedens magis sibi placet, & mihi non placet hæc ultima sol. quia istud remedium, s. quod vir propter inopiam non teneatur restituere dotem vxori, sed debeat cauere, vel dos deponi, fuit inuẽtũ in fauorem uiri. Vnde nõ dabitur electio mulieri. verius mihi videtur, quod hæc decretalis limitet leges dicentes dotẽ restituendam mulieri viro vergente ad inopiam, quia illę leges debent intelligi, nisi vir velit præstare caut. idoneam, & si non potest, dos est sequestranda, & vterque est de fructib.

19 alendus, vt hic dicitur, & istã solu etiam ponit But. † in hac tamen materia distingue, & facias sex casus.

Primus est, quando vir factus est pauper culpa sua, vt si est dilapidator, vel alias suspectus de cõsumptione dotis, & tũc non assignabitur ei dos etiam cum satisdatione, vt Insti de suspect. tut. § nouissime, & ff de suspec. tut. l. suspectus, & l. sequẽ sed si assignabitur mulieri, vt se, & suos alat, vt in Auth. de æqua do. § illud, & ff. de iure do. l. mutus §. manente, & C. de iure do. l. vbi, nisi etiam timeatur de ipsa, quod dissipet, & tunc sequestrabitur, seu deponetur, vt in l. si cum dotem §. si uiro dotem. ff soluto matrimo & etiam iste tex. loquitur de sequestratione in eo, quod dicit de dote committenda mercatori.

Secundus casus est, quando vir nõ dissipat, nec vergit ad inopiam, & hoc casu maritus agens ad dotem auditur, & assignatur ei dos, nec cogitur satisdare, vt hic a contrario sensu, vt in l. j. & ij. C. ne fideiussor do. dentur.

Tertius casus est, quando vergit ad inopiam, & potest, & vult satisdare. & dicit dom. Card quod admittitur agens, & assignabitur ei dos, vt hic. sed But. hic intelligit, quãdo erat vir pauper tempore contracti matrimonij, alias dos est restituenda mulieri, vt dicunt iura ciuilia, vt s. dixi.

Quartus casus est, quando potest, sed non vult satisdare, & non cogitur, sed dos ei non assignabitur, sed deponetur ꝑ vt hic ita dicit dom. Cardi sed mihi non placet, quia quando nullo modo vult satisdare dos non debet remanere penes virum, sed est restituenda mulieri, ut in l. vbi adhuc. C. de iure do. & in l. si constante. ff soluto matrimon sed posset procedere, quando mulier est suspecta de dilapidatione, vel de mala administratione, quia tunc dos esset deponenda, i. sequestranda, vt hic dicit Innoc. & Bar. in d. l. si constante. ff. soluto matrim.

Quintus casus est, quando vult satisdare, sed non potest idoneè, & de hoc casu dicit dom Cardi quod auditur agẽs, vt hic, & est æquum, vt assignetur ei dos sub ea caut. quam potest præstare, puta iuratoria, vt hic, & C. de pact. conuen. l. hac lege. si tamen mulier contradicit dos nõ assignabitur viro, sed deponetur. vt hic, & hoc procederet intelligendo, quod text. loquatur de iuratoria cautione, dum dicit, quod debet recipi cautio, quam uir potest præstare. sed profecto iste tex. dum dicit sub ea caut. quam potest præstare, debet intelligi de alia caut quam iuratoria, quia quilibet quantumcunque pauper, potest præstare iuratoriam cautionem vnde tex non debet intelligi de iuratoria caut. de sed alia cautione minus sufficienti, puta si daret fideiussores, vel pignora non omnino sufficientia, & hoc ultimo modo intelligendo secus esset dicendum, s. quod uir non possit agere ad dotem ex quo non potest præstare aliam caut. quam iuratoriam, sed Doctor. communiter intelligunt de caut iuratoria. Sed quis intellectus sit uerior dicam infra, in gl. an sepe ex

Sextus casus est, quando vir non potest, nec vult satisdare & in hoc dicit dom. Cardi quod dicendum est prout dictũ est supra, in quarto casu. & dic, ut in eo dixi. & ex his patet de ellio, quid si vxor. † a principio contraxit cum paupere, uel cum vergente ad inopiam, vel cum male vtente substantia sua. Nunquid mulier possit agere ad repetit dotis vt supra dictum est. nam videtur quod nõ, quia semel approbauit mores viri 32. quæstio quinta. horrendus, & in l fina. C. de spon. contrarium determinat Bar in d. l. si constante. ff soluto matrimo. quia non potuit uxor per tacitum pactum sibi præiudicare, cum non possit per expressum, ut in l ij & in l conuenerint, & in l. de die. ff. de pact. dot. nam reipub. vtile est dotes mulieribus conseruari. vt in l. j. ff. soluto matrim hoc sñ casu dos non remanebit penes mulierem, sed vel assignabitur viro, vel deponetur, secundum ea quæ supra dicta sunt in casibus supra notatis.

21 Sed quæro pro declaratione huius glo. inquantum dicit, quod † vxor teneatur de dote alere maritum, & filios Quid si uir est bannitus, vel excommunicatus, an teneatur ipsum alere. Spec eod. titu § fin ver. quid si vir est in banno. dicit, quod sic, & idem tenet Barto. in dicta l si constante ff. soluto matrimo. in prima quæst. principali, quæst v. & pro hoc ff. de iure dotium. l mutus § j. & in Auth. de incestu nupt. § si vero contigerit, coll. j. i quæst. 3. quæstione.

Secundo quæro, an in eo casu quo vxor recuperet dotem
22 quia vir vergit ad inopiam, an si † vir postea efficiatur locuples, illam recuperet. glo in l. ubi adhuc. C. de iure dotium, dicit quod non, & illam sequitur ibi Cyn. & Bart in dicta l. si constante, in principio, in sua repetitione, in 4. quæst principali. quæst 9 sed Barto. inducit in contrarium illud, quod notat in Spe eodem titu. in fi. sed quæstio quam format Spec. est diuersa ab ista, nam ibi Spec. quærit, an actio de dote quę incipit competere mulieri ad recuperandam dotem cũ uir incipit male uti substantia sua desinat competere si vir postea est reuersus ad bonos mores: vnde cõclude ex communi sententia Docto. quod aut dos non est exacta per vxor & hoc casu si postea uir est factus locuples, vel peruenit ad sanos mores cessat actio de dote, licet vir fuerit inops, vel cœperit male uti substantia sua, & hoc modo loquitur Specu. aut dos est exacta per mulierem propter uiri inopiam, vel quia cępit male uti substantia sua, & hoc casu si postea efficiatur locuples, vel deueniat ad sanos mores, non recuperat dotem exactam, & hoc modo loquitur gl in d. l. ubi adhuc, & Doct. qui tenent hanc sententiam, & ideo ratio differentiæ inter vnum casum, & alium est, quia facilius impediuntur facienda quam tollantur iam facta, ut in c. quemadmodum, de iureiur. & in l. patre furioso. ff de his, qui sunt sui, vel alie. iur & hoc tene, quia communiter sequuntur Doct.

23 Tertio quæro, an de bonis parapher nalib. quæ hẽt † vxor vltra dotem debeat alere virum egentem, & an vir habeat aliquam administrat. in bonis paraphernalib. & an si constante matri. percepit fructus ex bonis paraphernalib teneatur eos restituere hæredibus mulieris sol. matr. & an vir possit agere pro bonis paraphernalibus absque mandato. de his quæstionibus vide Bal. & Doct in l. maritus. C. de procu. & in l. hac l. & in l. fi. C. de pact. conuen. & Bart. in l pen. ff. ad leg Falc.

Glo. in ver. cautione, hæc glo voluit opponere de l. j. & 2. C ne fideius. do. den vbi prohibetur virum dare fideiussorẽ vxori pro dote restituenda. glossa. respondet, quod illæ leges loquuntur in alio casu, sed non apparet quid voluerit dicere glo. sed dom. Card. intelligit gl quod velit dicere, quod ibi prohibetur cautio sufficiens quæ fit cum fideiussore, hic autem loquitur de cautione non sufficienti. & quod glo. ita intelligat, patet secundum eam, quia non allegat illam l j. & 2. C. ne fideiuss. do. den. pro contrariis, sed pro concor. & hanc etiam solut. ponit glo. in l prima. C. ne fideiuss do den sed ꝓfecto non apparet. quod glo hoc velit dicere, nec puto gl habuisse hunc intellectum, cum iste text. arctet istum virum ad præstandum eam cautionem quam potest, & sic si posset præstare caut. cum fideiussoribus. sed puto gl intellexisse quod iste tex. loquatur in alio casu. s quia loquitur, quando vir vergit ad inopiam l j. & 2. C. ne fideius do den. loquuntur, quando vir non vergit ad inopiam. nec male utitur sua substantia, & si glo. hoc non intellexit prout arbitror ipsam intellexisse, & habuit bonum sensum, vt statim dicam. Iuno. autem hic dicit, quod quicquid dixerit in aliis glo quas hic ponit, dicendum est quod siue vxor satisdet. quod dotem dabit, siue maritus. quod donat propter nup donationem, tenet satisdatio ff de iure dotium l. promittendo, & l. dotis. Si autem vir satisdederit de restituẽda dote, siue ante matrimonium, siue constante matrimonio, non tenet satisdatio vt d. l. 2. C. ne fideiuss. do. den. & hanc opin. etiam ponit gl. in l j. eodem titulo.

Quidam tamen, vt refert Inn dicunt, quod licet satisdare non cogantur, tamen si satisdat tenetur cum possit renunciare iuri suo, ut in l. si quis in conscribendo C de pact. & in l cũ ad apostolicam. so. autem matrimonio, sine dubio satisdare potest, ut ff. soluto matrimonio l si constante, § quot. & ad idem l. vnica. § cum autem C de rei uxo. actio Sed de isto articulo tractatur in Spec. eodem titu. § nunc de dote, vers. Illud, quoque in pluribus add. illius ver & quęstio est duplex

24 Primo, an possit dari † fideiussor de dote conseruanda, & in hoc omnes concordant, quod non per titulum C. ne fideius do. den.

Secunda quæstio, an possit dari fideiussor pro dote restituenda. & Dy. consulendo tenuit, quod sic possit dari fideiussor

ſor pro dote reſtituenda, quia omnes tenent, quod poſſit da
ri fideiuſſor pro dote reſtituenda ſoluto matrimonio, vnde
eadem ratione poterit dari fideiuſſor conſtante matrimo-
nio, quia effectus huius fideiuſſionis confertur in tempus ſo
25 luti matrimonii, vnde paria † ſunt aliquid fieri tempore p̄-
miſſo, vel eius effectum conferri in tempus permiſſum. ff. de
dona. inter virum, & vxorem. l. ſi cum vxori, & ff. de hære. in
ſti. l. in tempus. Item pignora, & fideiuſſores æquiparantur,
vt in §. vendiç Inſtit. de rerum diui. vnde cum teneat datio
pignoris pro dote reſtituenda, vt in l. j. ff. qui pot. in pig. ha.
& in l. quamuis, alias Calipodius ff. de ſolu. ergo & fideiuſſo
ris datio ad hoc l. cum oportet, §. non autem, & §. fin. C. de
bo. quæ libe. & cum hac opi. videtur tranſire Io. An. in loco
præalleg. ſ. eodem titu § nunc de dote, verſi. illud quoque, in
addi. quæ incipit, & hoc vltimum. Idem ſequitur Cy. in l. pri
ma. C. ne fideiuſſ. do. den ſed Bar. in l. ſi conſtante. §. quoties.
ſi ſol. matrimonio, indiſtincte tenet, quod ſiue agatur de do-
te conſeruanda, ſiue reſtituenda, non poſſint dari fideiuſſo-
res conſtante matrimonio, & hoc probat ibi Bart. per mul-
tas rationes, & inter alias rationes dicit, quod fideiuſſio de
dote reſtituenda in effectu eſt fideiuſſio de dote conſeruan-
da, non enim poſſet reſtitui, niſi conſeruaretur, & ad p̄miſ
ſam rationem dic. ſ. quod paria ſunt aliquid fieri tempore
permiſſo, vel conferre in tempus permiſſum. reſpondet Bar.
quod ille ti. ne fideiuſſ. do. den. reſiſtit initio, & ſic non pro-
cedit prædicta parificatio, vt in l. ſi minor ff. de ſer. expor. fa-
cit regula. non firmatur, in ſexto. Ad hoc autem c. reſpōdet
Barto. quod procedit in caſu inopiç, quo caſu poteſt exigi ſa
tiſdatio, ut hic. Ad illud autem, quod dicit Dy. de pigno. ſ. q̄
maritus poſſit dare pignora vxori pro dote reſtituenda, re-
ſpondet Bar. quod non eſt eadem ratio in pignoribus, quæ
eſt in fideiuſſore, & ſic debet intelligi l. cum oportet. §. non
autem. C. de bo quæ libe. & hæc procedit, quando vir dat v-
xori bona ſua in pignore, nam tunc non oritur occaſio per
fidiç matrimonii inter vir. & vxo. ſecus ſi daret pignori bo-
na extranei, quia tunc idem eſſet, quod in fideiuſſore, & ſic
datio pignoris non valeret, vt dicit Bar. in d. l. ſi conſtante. §.
quoties ſi ſoluto matrimonio, & in l. 2 C. ne fideiuſſ. do. den.
& iſta eſt communis opi. conclude ergo, quod aut uxor dat
marito fideiuſſores de dote ſoluenda, & tenet fideiuſſio ſi
dentur conſtante matrimonio, vt dicit hic Inn. & Doct. aut
vir dat vxori fideiuſſores de donat. propter nuptias ſoluen-
da, & idem dicendum eſt, ſecundum Innoc. & Doct. aut uir
dat vxori fideiuſſores ſuper dote, & tunc ſi ante matrimo-
nium, ſiue conſtante matrimonio dentur fideiuſſores de do
te, vel conſeruanda, vel reſtituenda, non tenet fideiuſſio, vt
dicit Innoc. Hoſt. & Doct. Idem tenuit glo. & Bar. in l. ij. C. ne
fideiuſſ do. den & plenius per Barto. in dicta l. ſi conſtante §.
quoties ſi ſoluto matrimo ſed hoc debet limitari in caſu in
opiç. nam tūc poteſt dari fideiuſſor, vt eſt caſus hic. Et ratio
eſt, quia in caſu huius ca. ſatiſdatio intendit in fauorem ma-
riti, ut releuet ſe ab onere dotis reſtituendæ, nam minor p̄-
fidia, & minor ſcādalum oritur, cum dos ex toto eripitur de
manibus mariti, quam quando adminiſtrat ſibi relicta præ-
ſtatur ab eo cautio, & ſic ceſſat prohibitio titu C. ne fideiuſſ.
do. den. cum hoc ſit in fauorem mariti. Idem Iacob. de Ra-
uē & Cy. in l. 2. C. ne fideiuſſ. do. den. dixerunt, quod ex cau-
ſa poteſt dari fideiuſſor etiam de dote conſeruanda, puta ſi
crederetur maritum illam diſſipaturum calore iuuentutis, cui
occurrendum eſt l. ſi filius. C. de bo. quæ libe. ſed Ioan. And.
in Spec. eodem titu § nunc de dote, ver. illud quoque, in ter-
tia addit in dicto verſiculo, quæ incipit, ita nota. in dicta l. r.
hoc intelligit, quando mulier ignorauit probabiliter con-
dit. viri, alias ſecus, ſecundum ipſum, quaſi velit dicere, quod
ſi mulier ſcienter contraxit cum paupere, vel cum illo qui e-
rat ſuſpectus de dilapidatione nō poſſit dotē exigere, & hoc
aperte tenet Ioan. And in §. ſequen qui incipit, formatis, in
ver ſed ſi mulier. hoc tamen eſt falſum, ut ſupra, ſecundum
Bar. & Doct. hic, quia mulier non poteſt ſibi præiudicare in
dote tene ergo indiſtincte prędictam limitationem Iaco. de
Raue. & Cyn in pignoribus autem diſtingue. Nam aut uir
dat vxori pignori bona alterius. & dicit tunc idem dicēdum
in fideiuſſore, vt dicit Bart. in d. l. ſi conſtante. §. quoties. ff ſo.
matrimo & in dicta l. ij. C. ne fideiuſſo. do. den. & hæc proce-
dunt ſi conſtante matrimonio, vel ante matrimonium den
tur fideiuſſores, vel pignora, ſoluto vero matrimonio indi-
ſtincte poſſunt interuenire fideiuſſores, & pignora, & iſtam
concluſionem teneas, quia communis eſt. & ſi velis ſcire iu
ra, & rationes quæ faciunt pro hac communi ſententia, &
pro opini. contraria, vide Cyn in l. ſecunda. C. ne fideiuſſ. do.
den & Barto. in dicto § quoties.
26 Nunquid autem ſi vir ſponte offert † ſatiſdationem pro
dote reſtituenda, teneat talis ſatiſdatio præſtita conſtante
matrimonio. Glo. & Barto. in dicta l. ſecunda. C. ne fideiuſſ.
do. den. tenet, quod non, immō plus dicit illa glo quod et ſi
cum iuramento nō poteſt renunciari huic prohibitioni di-
cit enim Rubrica, ne fideiuſſ. do. den. Sed vbi lex eſt negatiua,
27 vel prohibitiua, non poteſt ei renunciari, † & hoc tene men
ti, vt ſcias, an quis poſſit renūciare l. vel canoni, de quo dic,
nt in c ſi diligenti, de foro compet idem tenet Barto. in d
quoties, ſ quod non poſſit renunciari illi prohibitioni ne fi-
deiuſſ. do. den. ſed Iaco de Raue. & Cy. in dicta l ſecunda, te-
nent contrarium, quia licet in rubro ſimpliciter prohibea-
tur ne detur fideiuſſor, tamen in nigro prohibetur ſola exa-
ctio, vt eodem titu. l 2. Item quia ceſſat ratio illius l. quod
generetur perfidia, vel ſcandalum inter virū, puta, quia ma-
ritus extrahit vxor. perfidam quæ ſibi non confidat dote, cui
tamen ſe commiſit: hæc enim ratio ceſſat, ex quo maritus
ſponte ſatiſdat, & cum iſta opin. tranſit Ioan. And in Spec.
eodem titu §. nunc de dote, ver. illud quoque, in tertia addi.
Spec. ſuper illo verbo, poſt principium illius oppoſitionis.
ſed mihi placet opi. glo. & Bar quia l. j. C. ne fideiuſſ. do den.
prohibet fideiuſſorē de dote exhiberi, & ſic illa lex prohibet
etiam ſponte fideiuſſorem de dote offerri, nam illud dici-
tur exhiberi, quod offertur, cum non petatur, ut dicit glo.
in clemen. ſecunda, in ver oblatos, de app. Item ratio perfi-
diç habet locum etiam ſi vir ſponte dederit fideiuſſorem v-
xori, quia cum moleſtabitur a fideiuſſore vocabit uxorem
perfidam eo, quia acceperit fideiuſſorem, licet vir obtulerit
ſæpe enim aliquid offertur, & tamen offerens non eſt con-
tentus, quod ille cui obtulit acceptauerit, & ideo tene illam
glo. & Bar quia communiter tenetur per legiſtas ſed inqui-
tum glo in dicta l ij. C. ne fideiuſ do. den. dicit, quod legi pro
hibitiuæ non poteſt renunciari etiam cum iuramento, non
procedit ſi prohibitio eſt introducta in fauorem renuncian
tis. nam hoc caſu iuramentum facit, quod renunciatio te-
neat. hoc probatur in c. quamuis, de pac. in ſexto, & in capi.
cum contingat. de iureiuran. & in ca. licet mulieres, eodem
titu in ſexto. Quicquid dixerit Bar in l. ſi quis pro eo, ff. de fi-
deiuſſ. de quo dic, ut plene habetur in d. c. cum contingat, de
iureiuran.
Glo. in verbo, in ratoriam. Iſtam glo. ſequitur Tan. & Hoſt.
in ſumma, eodem titu §. & quando, ver. ſed hoc. dicit tamen
poſtea Tanc. quod iſte tex. poteſt intelligi de cautione fide-
iuſſoria, quam dicit poſſe fieri ex conſuetudine, vel ſuperio-
ris officio. & licet iſta ſol. non congruat literæ, eſt tamē mul
tum notanda, ſecundum Abb. Sicu. quia ex ipſa infertur, q̄
ualeat conſuetudo, ut maritus præſtet fideiuſſorem pro do
te reſtituenda, quod non placet Abb. Sicu niſi ſubſit iuſta cā
ipſius conſuetudinis quia non videtur rationabilis, vt in di-
cta l. prima, C. ne fideiuſſo. do den.
Nunquid aūt ſi ius ceſſat uel conſuetudo. Nunquid intelli
gatur prohibere ne in futurum inducatur conſuetudo. dic,
ut per glo. & Ioan de Imola, in clem. ſtatutum, in ver. con-
ſuetu de elect. ſed Innoc. intelligit iſtum textum de idonea
cautione, quia alias incongrue ſequeretur illa diſiūctiua, vel
ſaltem cum ſemper cautionem iuratoriam dare poſſit, &
iſtum intellectum Innoc. ſequitur Butr. & Abb. Sicu. & mihi
placet. debet ergo tex. intelligi, vt uir præſtet caut. idoneam
ſi poteſt, & ſi non poteſt præſtet illam quam poteſt præſta-
te, & iſte eſt uerus ſenſus literæ. Sed dubitaī cuius erit arbi-
trio hæc alternatiua, de qua in litera, ſ. an caueatur, uel an
dos ſequeſtretur. dom. Cardin. in ſeptima oppo. ultra unam
col. cum dimidia dicit, quod ſibi videtur, quod ſenſus lite-
ræ ſit, quod uir nō poteſt excludi a petitione dotis, quia uer-
git ad inopiam, nec debet præciſe cogi ad ſatiſdandum de
dote conſeruanda, uel reſtituenda, ſed æquum eſt, quod ex
quo mulier ſeipſam credidit uiro etiam dos ſibi aſſignetur
ſub ea cautione quam præſtare poteſt, & ſic debet præſtare
cautionem idoneam ſi poteſt, & ſi non poteſt idoneē caue-
te debet præſtare eam cautionem, quam poteſt, & æquum
eſt, quod cum tali cautione etiam minus idonea dos aſſigne
tur uiro, & ſi pur mulier hoc nollet, deponetur apud aliquē
28 mercatorem, & ſic in caſu noſtro auditur vir agens † contra
debitorem dotis non obſtante exceptione, quod uergat
ad inopiam, dummodo ſit paratus ſatiſdare, uel pati, quod
dos deponatur, quod intellige, niſi eſſet ſuſpectus de dilapi-
datione, quia tunc non reſtitueretur ei dos, & ſi uellet ſatiſ-
dare idonee, ut ſupradictum eſt. Abb. autem Sicu. dicit hoc
tantum relinquē. arbitrio iudicis, ut ſi iudicat caut. ſufficere
ſit contentus prima parte alternatiuç, ſed ſi non eſt ſufficie-
ter cautum uxori, tunc debet facere depoſitionem dotis, vel
tradere ipſam uxori, ſecundum diſtinctionem ſupra factam
nam in alternatiuis iuris electio datur iudici, niſi uerba di-
rigantur ad partem, vt ſentit gl. in c. crapula, de uita, & hon.
cleri. & ibi omnino vide Abb. Sicu. uide etiam gl. ſi. in c. ſicut,
infra

infra de Iudæis, vbi per Doctores. adde etiam in glo. finali, in capitulo sicut dignum, de homicidio, & per Bartolum in le. prima. §. expilatores. ff. de fruc. & expilat. & in le. quicunque. C. de seruis fugitiuis, vbi etiam per Doctores, & in regula, in alternatiuis, de regulis iuris, in sexto. & iste intellectus Abbatis Siculi magis mihi placet, quam intellectus domini Cardinali, quia iste textus dirigit verba ad iudices, vt patet ibi, mandamus quatenus dotem assignari faciatis &c. & sic iudex habet videre, an cautio, quam potest uir præstare sit talis, quod possit uiro dos cõmitti absque periculo, & tunc assignabit dotem viro, alias dotem faciet deponi apud mercatorem, secundum modũ qui dicitur in tex. & hoc teneas.

In glossa penultima, in fine Goffredus, & Hostiensis, dicunt, quod illa authentica, quam allegat glo. non procedit de iure canonico, quia quis non debet crimen suum impendere commodis alienis quadragesimaseptima distinctione, sicut non suo, & hoc tenent Doctores hic, & est verius, quicquid dicat glossa, & dicit dominus Cardinalis, in decima oppositione, quod illa authentica etiam de iure ciuili hodie non tenet, cum vsuræ sint hodie prohibitæ etiam de iure ciuili, vt dicit Dynus, & Cyn. in authentica nouissima. C. de administratione tutorum, & dominus Cardinalis dicit, quod pecunia potest deponi sine pacto de aliquo certo lucrando, & de licito lucro alatur minor, quod declara, vt dixi supra in prima quæstione. post notabilia.

Extra glo. quæro de aliquibus, & primo quia supra dictum est, quod quando vir dissipat bona, quod dos debet assignari mulieri non suspectæ de dilapidatione, quali-
29 ter fiet hæc † assignatio.

Hostiensis in capitulo Raynutius, de testam. ver. tutore. dicit quod aut dos fuit tradita æstimata, & hoc casu uiro uergente ad inopiam, vel dissipante bona potest mulier agere ad dotem, & per hypothecariam vendicare res mariti, vt in le. vbi adhuc. C. de iure dotium. & si iudex assignauerit dotem in bonis viri, illa bona incipit habere in dotem, & super illis habere illud priuilegium, quod habuisset si a principio fuisset constituta in his rebus, vt ff. de iure dotium le. si rei nuptura, & duabus legib. sequenti. & l. uir uxori. & l. qui fundum, eodem titu. ff. de iure dotium. l. tertia.

Sed dic, quod etiam in rebus viri quæ sunt tacite obligatę pro dote mulieris mulier habet hypothecam, quæ præfertur omnibus creditoribus, dato quod illæ res hypothecatæ non sint assignatæ in dotem, & hoc probatur in dicta l. vbi adhuc. C. de iure dotium, & in l. assiduis. C. qui potior. in pignore habeantur, & supra de pignoribus, ex literis.

Item prædicta assignatio, scilicet, quod assignetur res viri in dotem mulieris habet locum, quando res traditę in dotem fuerunt æstimatæ ea æstimatione quæ faciat emptionem, vt in l. quoties. C. de iure dotium. secus si fuissent traditæ æstimatæ ea æstimatione, quæ non faciat emptionem, puta, ut sciatur quantum valeāt res si perderentur, & deteriorarentur, nam tunc illę res remanent dotales, & illę essent vendicandæ, & de hoc scilicet, quando æstimatio faciat emptionem, idest quod res non intelligantur esse in dotem, scilicet æstimatio, vel econuerso, quando non faciant emptionem, & sic res intelligatur esse in dotem, nihilominus immo vergente ad inopiam potest mulier illas vendicare vtili rei vendicatione sine aliqua assignatione.

Et de hoc est textus in le. in rebus. C. de iure dotium, & ibi hoc tenet glossa, & Bartolus, & ideo non est necessaria dicta assignatio, sed dicta assignatio posset esse utilis, quando mulier dedisset pecuniam in dotem, & sic loquuntur iura allegata per Hostiensem.

Aut dictę sunt res æstimatæ in dotem. Et hoc clarum est, quod mulier potest eas vendicare, ut in le. in rebus, C. de iure dotium, & modo habes verba Hostiensis, quæ suppleui, licet dom. Cardi. in secunda quæst. cum ipso simpliciter transeat.

30 Secundo quæro, quid si socer receperit † dotem, & vergit ipse ad inopiam. Doctor. in l. vbi adhuc. C. de iure dotium. tenent, quod sic, & ita tenet Bartolus in dicta le. si constante, in principio in sua repetitione, & Ioann. Andreas in Speculato. eodem titulo. §. formar, uersicu. sed cum mulier. Vbi etiam dicit, quod si vir, & socer receperunt dotem, & alter vergit ad inopiam potest vxor dotem repetere, de quo vide Bartolum, in dicta le. si constante, in octaua quæstione. vbi Barto. videtur distinguere, an sint obligati, vt duo rei tacite, vel expresse, & tunc propter paupertatem vnius potest vxor agere de dote contra alium; aut non sunt obligati, ut duo rei, & tunc paupertas vnius non nocet alteri. vnde propter paupertatem alterius poterit vxor agere de dote contra alium.

Tertio quæro, quia hic dicitur, quod uir tenetur su-
31 bire hæc onera matrimonij, an sit inter onera † matrimonii, quod vir teneatur pro dote soluere pro uxore si ipsa commisit delictum, vel contraxit tantum. Innocen. dicit, quod non per l. quamuis. ff. soluto matrimonio. sic etiam secundum Innocentium, non tenetur vir dare expensas ad causas mulieris, nisi forte dicatur speciale, quando vir accusat matrimonium, nam tunc forte cogitur ei dare expensas etiam si mulier non dederit dotem, infra de accusa. ex parte Hostien. remittit ad nota. in capitulo peruenit, de emptione, & uenditione, sed illa non multum faciunt.

Vt dicit hic Domin. Cardinalis, in vltima quæstione, qui etiam dicit, quod si mulier non habet de suo, vir tenetur pro ipsa facere expensas, ex quacunque conueniatur argumento capituli, ex parte, & quod ibi Innocentius, sed si habet de suo non tenetur vir, nisi ad ea quæ concernunt alimenta vxoris.

Quarto quæro, quia supradictum est, quod vir tenetur
32 alere vxorem, an soluto matrimonio † mulier debeat ali de bonis viri, & procedit, quod secundum dominum Cardinali infra annum, cum ante annum non teneantur hæredes viri restituere dotem quæ consistit in rebus mobilibus, vt nota. supra eodem, de prudentia, in prima glo. domini Cardinalis hic in penultima quęstione dicit, quod si vxor habet vnde alatur, & tunc non habebit alimenta, sed si non habet, vnde alatur, & tunc habebit alimenta. & hoc tenet glossa vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actione, & probatur in le. extraneo. ff. de ventre inspiciendo.

Idem sensit glo. in l. diuortio. ff. soluto matrimonio, & hoc firmat ibi Bartolus. dicit tamen Bartolus, quod in illo anno hæredes viri debeant lucrari fructus, quia cum substineant onus, & lucrum consequi debent, vt in regula, cum secundum naturā ff. de regulis iuris, & in regula, qui sentit, in sexto.

Idem dicit Domi. Cardinali, quod quando mulier non habet, vnde se alat, tenentur hæredes ipsam alere, non tamen secundum quantitatem dotis, quia non tenetur in plus quam in alimenta etiam si fructus excederent, & si hæredes viri aliquid de dote restituerint computatis fructibus qui ex bonis restitutis peruenire possunt, in residuo alimentorum tenentur. & ita not. glo. in dicto § exactio, sed Specu. tenet primum in titulo, qui fil. sint legiti. ver. sed nunquid vxor.

Et idem dicit Bartolus in dicta l. diuortio, qui mouetur hac ratione, quia hæredes uiri illo casu videntur sustinere uicem defuncti, cum mulier illo tempore videatur esse in matrimonio, vt in l. finali. C. de bonis mater. vnde sicut si fructus non sufficerent tenerentur hæredes de suo supplere, ita si superabundant debet lucrar & domi. Cardina. dicit, quod hic est casus.

Sed conclude clarius, quod aut vxor habet, vnde alatur, & nullo modo potest petere alimenta ab hæredibus viri infra annum, aut non habet vnde alatur, & tunc aut nulla sunt immobilia reddentia fructum, & debet integre alimentari ab hæredibus viri infra annum, aut habet immobilia, & tunc dic, quod si eorum redditus sufficerent ad alimenta vxor nullo modo posset petere alimenta, sed si non sufficerent, tunc hæredes viri in residuo tenerentur pbere alimenta vxori, & pro tali alimentatione lucrantur fructus rerum mobilium, & sic non debent eos restituere, licet multum excedant ultra alimenta, sed si uxor senect alimentasset, nunquid post annum teneantur hæredes uiri illos redditus restituere mulieri. Doctor hic non tangunt, sed Baldus in l. vnica. §. exactio. Codice, de rei uxor. actione. post Dynum distinxit, dicens, quod aut sunt redditus intrinseci, & tunc post annum hæredes uiri tenentur restituere ipsos, uerbi gratia, data erant animalia in dotem, quę pepererunt, isti fructus debent restitui; aut sunt redditus extrinseci causati interueniente industria personę, puta si cum bobus datis in dotem hæres

viri arauit terras suas, & tales fructus, quos habent ex industria personæ non restituuntur uxori post annum.

Idem tenet Bartolus in l. si constante § quoties. ff soluto matrimonio, & hoc modo intellige l. diuortio. §. non solum, eodem titulo.

33 Ex prædictis infert, quod si † pater præstitit alimenta filiæ ab hæredibus uiri potest illa petere, & hoc tenet dominus Cardinal per nota per Cyn. in l. alimenta, in l. quod in vxorem. C. de negot. gestis. vbi Cyn tenet, quod si pater expendit in alimentis, vel in medicis, vel in medicinis filiæ nuptæ potest repetere a marito, & hoc etiam tenet ibi Baldus. vnde eadem ratione potest repetere ab hæredibus viri.

34 Sed dubitatur, an † vxor quæ mortuo viro vult alimentari ab hæredibus viri teneatur habitare cum ipsis. Barto. in dicta l. diuortio. dicit, quod non per l. libertis, la prima. § finali ff. de aliment. & cibar. legatis, & quia non reperitur a iure expressum, quod teneatur inhabitare. idem dicit Barto. in dicta l. libertis. § finali. & dicit Iacob. de Arena, qui dixit, quod si testator reliquit vxori victum, & vestitum non adiecto, quod staret in domo, potest stare, vbi vult, & habere alimenta.

Sed Speculator in titulo. qui filii sint legitimi, versiculo sed pone petebat. dicit, quod si potest honeste habitare tenetur habitare, aliter non. dominus Cardin. dicit, quod dictum Specu. est verius nam infra annum mulier uidetur esse quasi in matrimonio, ut in l finali C. de bonis mater. vnde quasi durat matrimonium debet stare cum hæredibus mariti.

Dic tamen, quod si de consensu hæredum stetisset alibi tenerentur hæredes ad alimenta, perinde ac si stetisset apud eos, & dicit sic se respondisse de facto, & hoc tenet Speculator in loco præalleg.

Sed aduerte textus, quem allegat Bartolus in dicta l libertis, la prima. §. finali. ff. de alimen. & ciba. lega. loquitur quando alimenta sunt relicta alieri quam uxori, nam tunc illa non tenetur stare cum hæredi. testatoris, sed poterit stare, vbi vult, & habere alimenta, sed modo loquimur in uxore, quæ videtur esse quasi in matrimonio, & ideo videtur alenda apud hæredes viri, & sic mihi magis placet opinio Speculato. & domini Cardina. quam Bartoli.

Sed iste articulus non est absque magna dubitatione. Ego tamen sic distinguerem, quod aut vir legauit uxori alimenta, & tunc potest stare, vbi vult, & hoc modo debet intelligi Bartolus, & Iacobus de Arena, in dicta l. libertis. § finali. ff. de alimentis & ciba. legatis. ratio est quia legatum debet pinguius operari, quam dispositio iuris communis, vt in l si quando, ff. de legatis primo. & in l prima. ff de don. prælega. Aut vir non legauit vxori alimenta, sed petit se alimentari ex dispositione iuris communis, cum non habeat, vnde se alat, & hoc casu videtur æquius, quod vxor debeat ali apud hæredes viri si potest cum eis commode, & honeste habitare, cum dicatur esse in quasi matrimonio, vt dicta l. finali C. de bonis matern. & in l. de emancipa. C. de legiti. hæredi & reperi, quod Paulus de Castro in dicta l. diuortio. ff soluto matrimonio, & in l prima. C. de legatis. facit eandem distinctionem, & dicit quod quando vir legauit vxori alimenta simpliciter est casus in dicta l. libertis. §. finali. ff. de alimentis, & ciba. lega. quod possit stare, vbi vult, & recipere alimenta, cum ille textus loquatur in legato, & debet intelligi indistincte, cumcunque fiat legatum alimentorum, & propter hoc tene distinctio. quam supra feci, quæ est approbata per Pau. de Cast.

35 Nunquid autem deducantur † operæ mulieris, idest an de alimentis debeat deduci quantum est illud, quod fuisset operata apud hæredes uiri Barto in dicta l. diuortio. ff. soluto matrimonio. distinguit dicens, quod quædam sunt mulieres quarum nullæ sunt operæ, vt sunt istæ dominæ magnæ, quæ nihil suis manibus operantur, & tunc operarum nulla ratio habetur, ut in l. finali. C. de operis libertorum.

Quædam vero sunt, quæ operantur, & tunc de alimentis debet deduci, quantum interest hæredis ipsam pro eis operatam fuisse, argumento. l. si constante. §. quoties. soluto matrimonio, & istud sequitur hic dominus Cardinalis.

Item aduerte, Dominus Cardinal. vt supra retuli, dicit, quod vxor infra annum uidetur esse in matrimonio, vt in l. finali. C. de bonis mater. sed illa l. dicit, quod uxor mortuo uiro censetur esse in matrimonio donec remanet vidua. & idem dicit l de emancipat. C. de legitim. hæred. & per illum textum Riccardus Malumbra dixit, quod mulier est alenda de bonis uiri, donec steterit vidua, sicut etiam durante matrimonio, sed Baldus in dicta l. finali. C. de bonis mater. dicit hoc esse verum, si non habet, vnde se alat.

Sed si habet dotem est alenda infra annum ab hæredibus uiri, secundum quod supradictum est, postea vero repetit dotem, & de ipsa se debet alere, & si hoc non facit sibi imputet. verum tamen si fructus dotis non sufficerent ad alimenta de residuo esset alenda de bonis viri, & hoc modo posset procedere dictum Riccardi Malumbræ. & hoc etiam sequitur Paulus de Castro in dicta l. finali. C. de bon. mater. tene menti.

36 Quinto quæro, an sicut bona † mariti sunt obligata per restitutionem dotis, ut in capitulo ex literis, supra de pignoribus, & in l. assiduis. C. qui potiores in pignore habe. ita etiam sint obligata pro alimentis Bartolus in l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. soluto matrimonio, post Iacobum de Arena dicit, quod sic, nam bona obligata pro sorte intelliguntur etiam obligata pro usore, dato, quod de usuris nulla sit facta mentio, quoad obligat. pignoris, vt in l. Lucius. ff. qui potiores in pignore habeau. & in l. pignor. cum ibi nota per Petrum & Cynum. C. de vsuris.

Vnde fortius debent esse obligata pro alimentis, quæ sunt fauorabilia, vsuræ autem sunt odiosæ, sed Speculator eodem titulo. § format. versiculo, sed nunquid bona. videtur dicere, quod bona uiri sint obligata pro alimentis vxoris constante matrimonio, sed eo soluto non sunt obligata, quia vir non tenetur eam alere soluto matrimonio.

Sed Ioann. Andreas in additio. quæ incipit, est sciendum, refert quendam Iacobum de Ruffinis, de Parma formasse quæstio. in uxore repetente dotem soluto matrimonio, & quæsiuisse, an uxor habeat tacitam hypothecam pro alimentis, sicut pro dote, & tenuisse, quod non quia non reperitur iure scriptum, & cum ista opinione transit ibi Ioannes Andreæ. sed Bartol. in dicta l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo, ff. soluto matrimonio post Iacobum de Arena tenet contrarium, scilicet, quod bona obligata sint pro alimentis. sed idem Bartolus in l. Lucius, in fine. ff. de alimentis, & ciba. lega. uidetur dicere, quod aut dos est data in pecunia, vel pro ipsa dote tradita sint res æstimatæ ea æstimatione quæ facit emptionem, & tunc omnia bona uiri sunt obligata pro dote, sed non pro alimentis, sed si fuisset traditus fundus in æstimatus in dotem, vel si est æstimatus æstimatio non facit emptionem, secundum quod dicit glos. in l. prima. C. de iure dotium, & hoc casu cum res tradita in dotem sit destinata pro oneribus matrimonii est obligata pro alimentis cum sit tradita pro oneribus matrimonii, & idem sentit dictus Doctor, cum quo transit Ioannes Andreas in dicta additione. Sed dominus Pau. de Castro in dicta l. si cum dotem. §. si autem in sæuissimo. ff. soluto matrimonio. tenet primum, & probatur in dicta l. Lucius. §. qui potiores in pignore habeantur, & in l. eg pignoribus. C. de vsuris, iuncto eo, quod not. ibi Cyn. nam si bona obligata pro sorte intelliguntur tacite obligata pro vsuris eadem ratione bona obligata pro dote erunt obligata pro alimentis, quia alimenta sunt accessoria ad dotem, sicut vsuræ ad sortem; dos enim datur, vt ex ipsa alatur vxor, & ideo dic, quod aut quæris, nunquid bona uiri sint obligata pro alimentis quæ debet præstare constante matrimonio, & dic, quod sic, & uidetur sentire Speculator, & Ioannes Andreas in loco præallegato, & tenet Bartolus, & Paul. de Castro, in dicta l si cum dotem, §. si autem in sæuissimo, ff soluto matrimonio, licet Bartolus aliter senserit in l. Lucius in fine, ff. de alimen. & cib. legatis.

Aut quæris de alimentis præstandis soluto matrimonio, & hoc casu si hæredes viri non tenentur alere vxorem clarum est, quod bona quondam viri non erunt obligata pro alimentis cum nulla sint alimenta præstanda per hæredes, ut dicit Speculator ubi supra, & pondera uerba Spec. quia uidetur sentire, quod si alimenta essent præstanda uxori soluto matrimonio, tunc bona quondam uiri essent obligata pro alimentis, & illud consuluit Pau. de Castro, & domin. Iacobus de Zocchis, vt ipse refert in dicto capitulo primo, supra eodem, in secunda quæstione, &

pro

pro hoc dicunt, quod si statutum dicit, quod propter retardatam solutionem dotis teneantur hæredes uiri soluere vxori quinque pro centenario pro alimentis bona erunt obligata pro tali quantitate soluenda præsupposito, quod statutum valeat, de quo per Bartol. in l. insulam, §. viuras. ff soluto matrimonio, & per Doctor in capitu. salubriter de usuris, & in clemen. prima, eodem titulo.

Sed tu aduerte, nam ista alimenta sunt præstanda propter retardatam solutionem dotis, vel quia hæredes infra annum non tenentur soluere dotem, cum consistat in mobilibus rebus, vt in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. actio. & hoc casu procedit opinio Pau. de Castro, & Iacobi de Zocchis, scilicet, quod bona sint obligata pro alimentis: ant hæredes uiri tenentur ad alimenta, non propter dotem, sed quia mulier non habet, unde viuat, puta, quia nulla fuit constituta dos, vel si fuit constituta, non sufficit ad alimenta; secundum ea quæ dicit Baldus, & Paul de Castro, in l. finali. C. de bon. mater. & tunc cum alimenta non debeantur occasione dotis, sed propter inopiam mulieris, bona non erunt obligata pro talibus alimentis, cum non accedant doti, & sic obligatio non potest dici accesso-

37 ria, & hoc teneas. Sed nunquid ista † hypotheca, quam habet mulier in bonis uiri pro alimentis præstandis etiam soluto matrimonio præferatur cæteris creditoribus, sicut præfertur hypotheca, quam habet mulier ratione dotis, ut in capitu. ex literis, supra de pignor. & in l. assiduis. C. qui potio. in pignor. habe. Dominus Iacobus de Zocchis, in capitulo primo, supra eodem, in tertia quæstione dicit, se semel consuluisse cum Pau. de Castro, quod mulier præferatur omnibus creditoribus sicut præfertur in dote, nedum quo ad alimenta quæ debet præstari viuo marito, sed quo ad ea quæ sunt præstanda post mortem mariti, & ratio est, quia debitum dictorum alimentorum censetur contractum ab ipso initio dotis datæ sub conditione tamen, scilicet si fuerit cessatum in restitutione dotis, nam licet debitum dotis videatur contractum sub die incerta, tamen conditione extante retro fingitur contractum debitum alimentorum, & sic antequam contraheretur debitum illorum creditorum, vt in l. potior, & in l. qui balneum C. qui potio. in pignor. habe. & de hoc est casus in l. Lucius, eodem titulo vnde princ creditor qui mutuauit sub usuris, & recepit pignus præfertur secundo creditori non solum in vsuris quæ cœperunt deberi antequam contraheret secundus creditor, sed etiam in illis qui cœperunt deberi postea facit l. cum oportet §. finali C. de bonis quæ liberis, vbi hypotheca pro mala administratione non incipit a tempore quo male administrauit, sed vr incepisse a tempore quo administrare cœpit. facit quod not. glo. in l. tutelio. C. de administrat. tut. nec est verum, quod hypothecaria contrahatur antequam personalis: nam licet personalis uere incipiat competere tempore, quo male administrauit, tamen fingitur ab initio competisse sub conditione prædicta, sicut hypothecaria, ita in proposito nostro, nam tempore dotis datæ censetur contractum hoc debitum alimentorum fictione iuris sub conditione, scilicet si matrimonium soluetur per mortem mariti, & fuit cessatum in restitutione dotis, & sic pro isto debito non solum pro debito dotis mulier præfertur aliis creditoribus, qui postea contraxerunt per dictã l. Lucius. ff. qui potio. in pignore habe. facit l. finalis, eodem titu. in ratione sustcum ibi nota. & l. si is qui, & ibi per Bartolum. ff. de iure fisci, & hoc teneMenti.

38 Quæro vltimo: pone, quod † vxor dedit viro villam in dotem, in qua villa est ius patronatus in parochiali videlicet ecclesia, nunquid maritus & vxor præsentabit rectorem Dominus Iaco. de Zocchis ponit hic istam quæstionem, in tertia sua quæstione, & allegat dominus de Rota sua conclusio quadringentesimodecimooctauo, sed secundum suam quotam quadragesimaquarta, qui determinat, quod vir debeat præsentare, quia maritus est dominus rerum dotalium, ut in l. doté ancillam. C. de rei vendi. & in l. in rebus dotalibus, ex quibus tenetur. C. de iure dotiũ, vel ad minus habet vsumfructum in rebus dotalibus, ex quibus tenetur onera matrimonii supportare, vt in capitulo nostro, & in capitulo salubriter, infra de vsuris & ff. de iure dotium, l. si is qui. Præterea eligere, vel præsentare est fructus possessionis, ergo cum uir sit in possessione, ratione cuius sibi competit hoc ius potest uti hoc iure, ut in capitulo cõsultationi, de iure patronatus, & hoc, quod notat Innocent. in capitu. in literis, post princip. de restitutione spoliatorum. Præterea cum ius patronatus transeat cum vniuersitate, vt in capitu. ex literis, de iure patronatus, & maritus habeat villam ex datione vxor. in dotem debet in illa ecclesia præsentare, & multo fortius hoc procederet, si consuetudo esset in loco, quod mariti uterentur hoc iure, cum ipsa consuetudo sit optima legum interpres. de consuetud. cum consuetudinis.


Et ex hoc infertur, quod si vir & vxor concurrerent. præsentat. debet præferre præsentat. per virum cum sit dominus rerum dotalium, & habet administratio nomine proprio, vt supra dictum est. Secus si tutor, & pupillus cõcurrerent in præsentatione, de quo dic, vt plene per Dominicum de Sancto Geminiano. in capitulo ex eo, quod super glo in versic. suffragium, de electio in sexto. & hæc sufficiant in isto capit.

39 Sed si vis scire, an & quando † vxor possit dotem exigere constante matrimonio, & qualiter probetur virum male administrare bona sua, uel tendere ad inopiam. dic, ut per Doctor in l. vbi adhuc. C. de iure dotium, & in l. si constante, in principio, & per Barto. ff. soluto matrimonio. Sequitur capitu. Donatio.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio ex qua alter ditior, alter pauperior efficitur, inter coniuges facta non tenet.*
2 *Donatio inter coniuges, quando valere censeatur.*
3 *Donatio facta constante matrimonio non est omnino nulla, quia confirmatur ex obitu donatoris, nisi expresse, vel tacite reuocetur.*
4 *Tacitum & expressum æquiparantur.*
5 *Donatio facta constante matrimonio, in quibus casibus reuocetur.*
6 *Re donata non tradita inter coniuges an confirmatur morte.*
Maritus creditor vxoris si ei remittat animo donandi, talis liberatio uim traditionis habet.
7 *Donatio inter coniuges, an sit indistincte prohibita.*
8 *Venditio facta inter coniuges minori pretio, quam res valeat, an vendicet sibi locum in ista lex.*
9 *Dotis constitutio facta constante matrimonio, an teneat.*
10 *Confessio facta a viro qui confitetur se recepisse dotem ab uxore, an valeat, & præferitur mulier cæteris creditoribus.*
11 *Donatio quæ confirmatur obitu donatoris, an sufficiat, quod moriatur ciuiliter, an naturaliter.*
12 *Donator ingrediens de licentia uxoris monasterium, an confirmet donationem perinde, ac si mortuus esset.*
13 *Donatio quæ prohibita est non firmatur iuramento.*
14 *Iuramentum contra legem potest dici contra bonos mores ciuiles, quia quælibet lex fundata est super bonis moribus ciuilibus*
15 *Donatio in dubio, quando præsumatur facta a sponso, uel a marito.*
16 *Donatio usque ad trecentos aureos secundum iura antiqua sine insinuatione valet secundum noua vsque ad quingentos.*
17 *Testes, an requirantur in actis insinuationis donationis.*
18 *Donator dicitur effici pauperior quando tradit de substantia sua.*
19 *Donatarius expendens in rem utilem censetur factus locupletior, secus si inutiliter, quia tunc non tenetur restituere.*
20 *Donationis inter patrem, & filium factæ distinctio, atque consideratio.*
21 *Donatio facta per patrem filio scholari, an valeat.*
22 *Vir legans uxori centum, nulla facta mentione de uestibus & ornamentis, an illa ornamenta, & uestes censeantur quasi donata, & per consequens ipsa donatio morte confirmata.*

C A P. VIII.


Onatio. Diuiditur in duas partes.

Prima pars demonstrat, quando, & qualiter donatio facta inter coniuges valeat, uel reuocata intelligatur.

In secunda docet, an reddenda sit dos & donatio propter nuptias soluto matrimo. Secunda ibi, sane. Legam per partes, & primo. hoc dicitur: Iconiuges non tenet † donatio, ex qua alter ditior, alter uero pauperior fit, confirmatur tamẽ morte donatoris, nisi prius tacite, uel expresse reuocetur.

Prima pars diuiditur in tres partes, quia primo ponit unum dictum.

Secundo ab ipso excipit.

Tertio ponit aliud dictum.

Secunda ibi, nisi.

Tertia ibi, quæ tamen est.

Nota primo, quod nedum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico, non ualet † donatio inter coniuges facta cõstante matrimonio, dummodo ex illa donator efficiatur pauperior, & recipiens locupletior. a contrario ergo, nisi recipiens efficiatur locupletior, & donator pauperior, valeret donatio, quod quando contingere possit. dic, ut in glo secunda.

3 Nota secundo, quod † donatio facta constante matrimonio non est omnino nulla, quia vt hic vides confirmatur ex obitu donatoris, nisi expresse, vel tacite reuocetur.

4 Nota tertio, quod † tacitum, & expressum æquiparantur, quod procedit, quando vtriusque est eadem ratio. alias secus. de iure patrona. ex literis, & quod nota. de foro com. petendi diligenti. in glos penultima, & per Barto. in l. cum quid. ff. si certum petatur.

Nota vltimo tres casus, in quibus protsus reuocatur do
5 natio † facta constante matrimonio, ita ut non confirmetur obitu donatoris.

Primus est, si donatio fuit tacite per donatorem reuocata.

Secũdus si expresse reuocetur, de quo pone exemplum, in glo 3.

Tertius si prius moritur donatarius.

Quartus casus, quem non ponit ille tex est, quando res
6 † donata non fuit tradita, nam tunc non confirmatur morte, vt in l. Papinia. ff. eod. & sic omnia iura quæ dicunt donationem factam inter virum, & vxorem, vel inter patrem, & filium debere intelligi, quando interuenit traditio vera, vel ficta, & de ficta traditione, pone. exemplum, in constitutione precarii, puta si maritus donat aliquid vxori, & dicit se possidere illam rem precario nomine vxoris, idem si maritus donat decem vxori, quæ vxor confitetur accepisse, nam ista confessio habet vim traditio. vt in l. quod de suo. C. de dote cau. non numerata, & tenet Barto. in dicta l. Papinianus Idem si vxor erat debitrix mariti, & maritus animo donandi remisit vxori, quod sibi debebat, nam ista liberatio habet vim tradit. vt in l. cum hic, status §. si sponsus ff. eodem titulo. & not. glos. in dicta l. Papinianus.

Nam hic est ficta traditio, quia fingitur mulierem soluisse marito, & maritum deinde donasse, & tradidisse uxori, & debet intelligi in omni casu, vbi interuenit traditio vera, vel ficta. vel aliquid, quod habeat loco traditionis, alias donatio non confirmatur morte donatoris, & ista est communis opinio, quam tenet glossa, & Barto. in dicta l. Papinianus, ff. eodem titulo, & glo. & Cyn. & Barto. in dicta l. quod de suo. C. de dote cau. non numerata. Idem tenet Ange. in l. pater, C. de inoffic. dona licet Hostien. eodem titulo, § qualiter touiles, versic. si dicat, quod licet Papinianus dixerit donatio. non confirmari morte, nisi traditio interueniat, vel nisi uir promiserit aliquid annuum dari vxori ad sui substentationem, vt ff. eodem l. si stipulata. sed dicit, quod opinio Papinian. forte colligitur per orationem diui Seueri, qui ait donatio. obligationem esse ciuilem, præmortuo donatore, vt ff. eodem, cum hic status, post principium. sed glo. ibi intelligit, quod interueniat traditio ficta, & hoc communiter tenetur.

Item lex, si stipulata, quam allegat Hostiens. ad probandum, quod quando vir promisit aliquid annuum vxori talis donatio confirmetur morte, debet intelligi, quando interuenit traditio vera, vel ficta, uel aliquid aliud, quod habeatur loco traditio. & ita intelligit glo. in dicta l. Papinianus & Barto in dicta l si stipulata ff. eodem, & hoc tene, quicquid sentiat Hostien. licet forte disputatiue possit teneri opinio Hostien.

Sed opponitur contra text. quod immo tenet donatio inter coniuges. C. eodem l. penul. Ioan. And. & dom. Cardinal. in prima oppositione soluunt dicentes, quod illud, quod dicitur hic fallit in donatio. principa. coniugi facta vel econuerso. fallit etiam in aliis septem casibus de quibus per Hostien. in summa, eodem titulo, §. quæ donatio. versi. porro.

Secundo quæro pro declaratione huius decretalis, nun-
7 quid indistincte sit prohibita † donatio inter cõiuges Ab. Sicu. dicit, quod donatio omnino pura regulariter prohibetur inter coniuges. & intelligitur donatio omnino pura quæ nulla ratione cogente fit, sed sola liberalitas est sola causa donatio vt in l. prima ff. de donatio. & in l. donatæ. ff. de regulis iuris, ideo donatio, quæ fit causa remunerat. non prohibetur inter uirum, & vxorem, vt in l. quod autem. §. si vir. ff. eodem, ubi patet, quod si maritus donat vnam rem vxori, & uxor donat aliam marito fit hincinde compensatio, & propter hoc dixit nota. Bartol. in l. si uoluntate. C. de dotis promiss. & in l. si diuortio. & si stipulatus fuero, te sisti. §. finali. ff. de verborum obligatio. quod si mulier nobilis nubit plebeio potest sibi constituere dotem animo donandi, quod ista non est simpliciter donatio quæ prohibeat inter coniuges, sed est remuneratio, quia nobilis nubendo plebeio videtur sibi quoddam munus conferre, & sic maritus dotando videtur remunerare & non simpliciter donare. ad hoc l. Aquilius. ff. de donatio. Idem dicit Barto in proœmio Digestorum, & de hoc articulo, scilicet, quãdo nobilis accepit plebeum in maritum qui eam dotet, an teneat talis donatio, seu dotatio. dixi plene in capitu. Gemma, supra de sponsa. & hoc tenebat menti pro limitatione istius capitu. scilicet, quod donatio pura regulariter est probibita inter coniuges, vt hic, sed nõ remuneratio, sed istud non videtur mihi procedere indistincte, & videtur, quod inter coniuges valeat remuneratio, quando est par seruitio, vel merito recepto, sed illud, quod est ultra non ualet tanquam mera donatio, vnde pone, meritum receptum valebat quinque, mulier donauit decem marito animo remunerandi, non uidetur mihi, quod valeat, nisi in quinque, sicut dicitur de uenditione facta principaliter animo vendẽdi, sed minori pretio, quam res valeat, vt in l. si sponsus §. circa ff. eodem.

8 Tertio quæro, an iste textus habeat locum in † uenditione. Vincen. luc. & Ioann. And. super verbo, donatio & Doctor. dicunt, quod sic, si est facta venditio inter coniuges animo donandi, ff. eodem, l. inter, & l. si sponsus. §. circa.

Nam & donatio impensarum prohibita est. ff. de impensis l. in voluntariis. § donationem. sed tu dic, quod aut uenditio est facta principaliter animo donandi, & tunc nullius est momẽti, aut habuit intentionem principaliter vẽdendi, sed animo donandi remisit aliquid de pretio, & tuc valet uenditio, sed remissio pretii non valet, vt dicit glo in l. cum donatio. ff. de contrahenda emptio. & probatur in l. si sponsus. §. circa. ff. eodem, & illud est magni esse. tu quia si venditio non ualet poterit repetere rem, nec rescindere vendit. sed potius agere, ut coniunx suppleat pretium remissum.

9 Quarto quæro, an constitutio † dotis facta constante matrimonio teneat. Ioan. Andr. & Doctor. dicunt, quod si est facta in fraudem donatio. non tenet constitutio dotis alias bene posset fieri constante matrimonio Insutu. de donatio. §. est & aliud.

Quid autem si uir constante matrimonio confitetur se
10 recepisse † dotem ab vxore, an ualeat talis confessio, & a præferatur mulier cæteris creditoribus. dic, ut in l. prima C. de dote causa non numerata, & in l. assiduis. C. qui potio. in pignore habe. de quo etiam per Doctor. præterea per Io. de Imo in c. ex literis, supra de pigno.

Quinto quæro, quia tex dicit, quod donatio confirma-
11 tur obitu donatoris, an sufficiat † mors ciuilis donanti an requiratur mors naturalis. dic, quod etiam per mortem ciuilem confirmatur talis donatio, si donator perdit ciuitatem, & libertatem. sed si perdit ciuitatem, & retinet libertatem talis donatio non confirmatur hac morte ciuili, sed requiritur mors naturalis, ut in l. res vxor. C. eodem.

Sed quid si donator de licentia vxor. ingreditur mona-
12 sterium, an confirmetur † donatio perinde, ac si donans esset mortuus Ioann. Andr. & Doctor. dicunt, quod siue matrimonium fuerit consummatum, siue non, post professionem legitime factam ingressus censetur mors, ut in l. finali. C. de episcopis, & clericis, & sic confirmatur donatio. & ista est mens Ioann. Andr. quam sequuntur Doctores domin. Cardin. in sexta quæstione, nec est differentia, quantum ad hoc inter matrimonium consummatum, & non consummatum, nam licet matrimonium nõ consummatum post professionem alterius coniugis dissoluatur, quo ad vinculum, ut in capitu. verum, & in capitu. ex publico, de conuers. coniuga. & matrimonium consummatum non dissoluatur, quo ad uinculum per ingressum religionis, vt dicit glo. ultima, in dicto capitu. verum, de conuer. coniuga. tamen in effectu dissoluitur, quia non possunt coniuges inuicem se reposcere, de conuer. coniu. accedens, & cap. significauit.

Glo. prima diuide in quatuor partes, prout de quatuor quærit.

Secunda ibi, & nulla est donatio.

Tertia

Tertia ibi.si inter sponsum.
Quarta ibi,& si donatio legitimum modum excedat.
In prima parte glo.nota bene rationes quas allegat glos.
quæ probantur in iuribus allegatis in ea. ob quas ratio-
13 nes est prohibita † donatio inter virum . & vxorem, nec
firmetur iuramento, & istam partem tenuit Barto. in l.pri-
ma.ff eodem.
Idem tenet hic domin. Cardina. in prima quæstione , &
mouetur , quia rationes allega. per glos. concernunt fauo-
rem publicum,ergo non potest etiam cum iuramento con-
firmari talis donatio,argum cap.de foro competenti, si dili-
genti,& in regula, non est obligatorium,in sexto.
Sed contrariam partem.scilicet , quod donatio firmetur
iuramento. tenuit Guil.de Cun.in l & si possession,§. item si
iurauero.ff. de iureiurando, & idem tenet Barto. in l. si quis
pro eo,ff.de fideiussor & hæc opinio. communiter tenetur,
vt dicit hic Abb.Sicu.& ipsam tenuit hic Ioannes de Ligna.
in clemen.ne Romani,de iureiurando,& Butr in capi.cum
contingat,eodem titulo.Nec obstant iura allega in glo. quæ
dicunt, quod donatio facta inter coniuges est contra bo-
nos mores ciuiles, & hoc modo intelligendo iuramentum
14 † contra bonos mores valet , nam iuramentum contra le-
gem,potest dici contra bonos mores ciuiles, quia qualibet
lex est fundata super bonis moribus ciuilibus quarta distin
ctione erit autem lex,& tamen videmus,quod in multis ca-
sibus iuramentum contra legem tenet, vt hic. cum contin
gat,& in c.debitores,de iureiuran.
Secundo modo dicitur aliquid esse contra bonos mores
naturales,& tunc non tenet iuramentum, vt in regula,non
est obligatorium,de regu.iuris,in vj.
Ex hoc sequitur , quod donatio inter coniuges debet fir-
mari iuramento,quia est prohibita propter bonos mores ci
uiles, non autem propter mores naturales.
In secunda parte glo.Doctor concludunt , quod aut do-
natio est facta concubinæ, & valet, ex quo non tenebatur,
vt vxor.hoc intellige,nisi donator sit miles, vel clericus , ut
in l secunda,& quod ibi nota. C. eodem, & in l.affectionis .
ff.de donatio.& per Doctor in capitu primo de cleric. ægro-
tan dixitin c.inter opera supra de spons.
Sed ista glo debet intelligi in matrimonio putatiuo , ita
quod donator putabit matrimonium tenere. nam tunc est
eadem ratio quæ in matrimonio vero. Sed si donator, vel
vterque sciebat matrimonium non tenere, donatum appli
catur fisco,vt in l cum hic status in fi.ff eod.
In tertia parte glo dic , quod aut est certum , quod dona-
uit sponsæ ante contractum matrimonium, & clarum est ,
quod tenet donatio,vt in iuribus alleg in glo.
Aut constat, quod donauit post contractum matrimo-
nium, & tunc clarũ est,quod non ualet donatio.confirma-
tur,tamẽ morte donatatis In dubio autem,scil cet, si non
15 constat,an sit † donatio facta a sponso, an a marito, distin
guitur , an si donatio fiat in domo sponsi dicitur facta a ma
rito, si in domo sponsæ dicitur facta a sponso, ut C de dona
tio.ante nuptias l cum inter, & si fiat in via,cum sponsa du
citur ad domum sponsi , perinde est ac si esset facta ad do-
mum sponsi.vt dicit glo.in dicta l cum in te. & probatur in
l.denique.ff de ritu nuptia & ff eodem, l. inter eos , & l pri-
ma , in principio . § virgini & ista sunt verba Hostien. re-
mittit ad summã, eodem titulo,in Rubrica,de donatio. pro
pter nupt in fi.
In quarta parte glo.dic, quod secundum iura antiqua va
16 lebat † donatio absque insinuatione vsque ad trecentos au
reos,secundum iura noua valet vsque ad quingentos , sed
abinde supra,non valet, nisi interueniat insinuatio l. sanci-
mus C.de donatio.& l. si quis pro redemptione . vnde si es-
set facta donatio in octingentis aureis absque insinuatione
valeret in quingentis,sed non abinde supra,sed inquantum
glo.dicit,quod dato,quod donatio non fuerit insinuata cõ
firmatur morte donantis, si perstitit in eadem voluntate,
sed lex,donationes C.eodem,allega.per glos dicit,quod aut
donatio facta inter coniuges non excedit legitimum mo-
dum,vel si excedit fuit in actis insinuata , & tunc non ualet
donatio , nec confirmatur morte, nisi donans eam appro-
bauerit, & ratificauerit expresse. Quid autem sit insinua-
tio dicit Petrus,& Abb quod insinuatio est scriptura facta
in præsentia publicarum personarum,& in actis, vbi super-
fluum est testes adhibere , quia publica sufficiunt monu-
menta .
17 Sed de hoc vltimo, an in actis requirantur † testes.dic, vt
nota.in capitu. quoniam . de probatio. & quantum ad insi-
nuationem donatio dicit,quod insinuatio est descriptio ip
sius donationis in actis publicis coram iudice, & fuit inuen
tum,ne ex clandestina donatio homines multum defraudẽ
tur, & de hac insinuatione uide plene per Bartol.in l. Mo-
destinus ff de donatio & in l donationes.C.eodem , in qui-
bus etiam habet,an possit renunciare insinuationi cum iu-
ramento vel sine iuramento,de quo etiam per Butr.in l. cũ
contingat,de iureiuran.
In glo secunda nota hanc glo quæ exemplificat,quando
donans efficiatur pauperior,& donatarius locupletior .
Item quando donans non efficiatur pauperior, vel si effici-
tur is cui donatur,non efficitur locupletior & nota bene gl.
dum ponit exemplum de marito repudiante hæreditatem.
ut deferatur uxori substitutę nõ repudianti oneta pro lega
to , idest si aliquid vxori fuerit relictum cum onere, vt det
aliquid marito,si maritus donat illud vxori,valet donatio.
Idem si restituit vxori hæreditatem , non detracta quarta.
18 Ex quo nota , quod † donator dicitur effici pauperior ,
quando tradit de substantia sua , ita quod dimittit , alias
diminuit suum patrimonium,vt l si sponsus.§.maritus.ff.eo
dem.vbi autem non donat de patrimonio acquisito, sed do
nat illud,quod posset acquirere hoc casu valet donatio , li-
cet propter donat.desinat acquirere , vt in iuribus allegatis
in glos.
Et ex hoc infertur,quod si legatum,quod fit ecclesiæ, vel
si ecclesia instituitur hæres,quod possit prælatus repudiare
illud legatum,vel hæreditatem,de quo adhuc illud lucrum
non est acquisitum,hoc est incorporatum,& sic dicitur ma
gis ius quærendum,quam ius quæsitum, de quo dic , ut per
Doctores,præsertim Ioan de Imola, & Abb.Sicu. in capitu.
tua.supra de his quæ fiunt a præla Item is cui fit donatio di-
citur locupletior, quando rem donatam in rem vtilem ex-
pendit,vel si non habuisset donati. tamen de suo expendis-
set. dicitur autem non effici locupletior , quando consumit
rem donatam vel eam inutiliter expendit , puta vir dona-
uit vxori vingintia, vxor consumpsit illa vingentia in conui
uio fiendo,vel aliter expendit inutiliter.tunc enim talis do-
natio non reuocatur quia vxor non est effecta locupletior
ff eodem,l quod autem § primo . & hoc procedit etiam si
pecuniam datam pro vingintia, soluit creditori suo , & po-
stea de pecunia sua emit vingintia idem si un pro illis emen-
dis dedit lancem.quam vxor retinuit,& tantum de pecunia
sua expendit,quantum valebat lanx,nam non dicitur facta
locupletior, vt d.§.
19 Ex his dicit Viucen quod si donatarius expendit † dona
tio.in rem utilem censetur factus locupletior,secus si inuti-
liter,quia tunc non tenetur restituere ff eodem l. sed si uir.
§ non videtur , & l quod autem. §. si maritus hæres tamen
donatarii restituere te etur si ipse cõsumpsit inuti i.et l. qp
de bonis § ex donat.ff.ad l.Fal.
In eadem glo.ibi,item in alio casu valet donatio , licet al-
ter efficiatur pauperior alter, ditior ff eodem, l. quod si vir
ibi dicitur,quod si domus dotales fuerunt combustę,& uir
donauit pecuniam vxori pro refectione ipsarum,valet do-
natio in tantum , quantũ refectio postular & ratio est quia
non dicitur vxor facta locupletior , ex quo propter incen-
dium tantundem amisit,& vide Host.in summa, eodem ti-
tulo § quæ donatio versiculo,porro,& sequ. vbi ponit octo
casus,in quibus valet donatio inter coniuges.
In eadem glo.in fi. dic , quod si res corporalis est tradita
fit reuocatio per directam rei vendi.promissio uero , & ac-
ceptilatio nulla est.ff.eodem,l tertia,§ sciendum fructus au
tem rei traditę restituuntur donatori,si donatarius sciuit nul
lam esse donat.si uero credebat donat. ualere,lucratur fru-
ctus,vt ff. eodem , de fruct. & quod ibi notatur in glossa se-
cunda .
In gl iij.hanc gl. diuide in duas partes.
In prima parte gl.exẽplificat,quando donatio reuocetur
tacite,vel expresse,& refert vnum casum , scilicet, quando
donans,& donatarius simul moriuntur.& dicit, quod tu co
confirmatur donatio.
Secundo quærit , quid de donatione facta inter patrẽ.&
filium.Secunda ibi,& hæc quæ dicta sunt prima pars glo.est
clara,& in omnibus bene dicit.
In secunda parte glo. dic , quod si non tenet donatio in-
ter parentes,& filios, ita etiam non tenet , quo ad alios qui
sunt in alterius potestate,vt puta filios vel seruos,qui se po-
testate contingũt,& dicuntur contingere se potestati,quan
do vnus habet alium in potestate,vel quando sunt in pote-
state eiusdem exemplum primi , si tu es in potestate mea ,
uel ego in tua potestate . exemplum secundi , si ego, & tu
sumus in potestate eiusdem , & verb in potestatis,trahi-
tur non tantum ad filios , sed etiam ad seruos , vt Dige-
stis eodem,l.tertia §.qui in eiusdem,vsque ad paragraphum,

non tentum & C. eodem titu.l.inter eos.
In eadem glo in fi ibi,nisi in casibus hos casus ponit Ho
sti. in summa huius tituli § qualiter inutiles,ad finem ver
20 ticuli l alit sed pro intellectu Butr. & quod aut † pater do-
nat filio.aut filius patri.
Primo casu, si donat filio emancipato, valet donatio,
ex quo infertur, quod donatio facta a matre in filium va-
let,quia non habet filius in potestate,vt § feminæ. Institu.
de adopt & hoc est clarum.sed si pater donat filio qui est in
potestate sua non valet donatio, nisi donaret filio, vt bene
merito, nam tunc valeret,tanquam illud esset aduētitium,
vt in l. si dona.C de collatio non creditur tamen patri asse
reuti,quod donet propter merita,nisi merita probentur, ut
dicit Barto in dicta l.si donat. & vide quod not. Ioan.And.
in additio.Specu in rubrica,de rebus eccles. non alienan. &
prædicta procedunt nisi donaret filio in peculio castrensi,
nam valet donatio,licet non donet filio,vt bene merito,vt
in l.quarta.C familiæ erciscundæ. Idem si donat in peculio
quasi castrensi,puta si donat libros,vel pecunias pro emen-
dis libris filio Doctori, vel si non est Doctor exercet offi-
cium aduocat nam tunc valet donatio inter patrem, & fi-
21 lium,nec potest reuocari,sed si donauit† filio scholari non
valet donatio a principio,quia scholares nō gaudent eo pri
uilegio quo magistri,vt l prima.C.de excu. mu. libro deci-
mo,& quod nota. in l fina.C.de iurisdictio. omnium iudic.
vnde perinde est de ista donatio quod in alia donatio sim-
plici facta filio,quod non est scholaris, tamen si filius ante
mortem patris compleuisset studium, & sic impleuisset,
quasi militare,tunc libri efficerentur causa castrensis pecu-
lii,& confirmaretur donatio, argumento. C. de donation.
l siue emancipatus aliter donatio non tenet, sed confirma-
tur morte patris, si eam non reuocat omni tamen casu,li-
ue appellatio valeat,vel ex post facto confirmetur, vel ante
mortem,vel post mortem patris res donatę sunt præcipuę
filii,nec tenetur eas communicare aliis fratribus in diuisio-
ne hæreditatis,ut in l.prima §.nec castrense ff de colla bon.
& Barto.ibi,qui etiam dicit,quod non sufficeret, quod pa-
ter emeret libros nomine filii,nisi etiam tradat,nam tradi-
tio requiritur vt videatur donare vt in l.secunda. C. si quis
alteri,uel sibi,& in l.filiæ.C.de donatio.inter virum, & vxo-
rem.
In secundo autem casu, quando filius donat patri de pe-
culio castrensi, vel quasi,& valet donatio, quia in his repu-
tatur paterfam vt in l secunda.ff. ad Macedonia. aut donat
pater de peculio.scilicet profectitio,& non valet donatio,
quia illud est patris,& est regula,quod illud, quod est meū
non potest amplius effici meum,vt in §.sic, itaque. Institu.
de actio aut donat de peculio aduentitio, in quo pater ha-
bet vsumfructum,& filius proprietatem,cuius peculii pater
est legitimus administrator,vt in l prima C.de bon. mater.
& adhuc non ualet donatio,quia pater tali alienationi non
potest authorari,quia auctoraretur in facto proprio, & hoc
tenet Barto in l.frater a fratre.ff.de condict indebi. vbi ple-
ne examinat istum articulum,in dicta l prima.§.nec castren
se ff de collatio. bono & per eundem Barto.& Doctor. in
l.filiæ,cuius.C.familiæ erciscundæ,& in authen. ex testamē
to C.de colla.
Extra glo quæro,pone habens vxorem ueniens ad mor-
22 tem legauit † ei centum ducatos, de vestibus autem quas
fieri ei fecerat, vel de aliis ornamentis uxor. nullam peni-
tus fecit mentionem, an illę vestes, & alia ornamenta sint
vxoris,quasi intelligantur ei donata,& per consequens do-
natio fuerit morte confirmata.Barto.in l bis.§ primo, ff so-
luto matrimonio,dicit quod quædam sunt uestes quotidia
næ quas maritus tenetur dare vxo vt in l ex anno,in princi
pio,ff.eodem titu & istę sine dubio pertinent ad mulierem,
vel eius hæredes quædam sunt vestes preciosæ mulieris, &
istas non videtur dare maritus vxo.animo donandi,sed pro
pter se ipsum hoc videtur facere,scilicet, vt vxor sua magis
ut in l.mortis,sine causa.in principio,ff.eodem titulo, & gl.
in l.si vsusfructu ff.ad legem Falcid.& talia instrumenta non
sunt vxor nisi expresse legentur.vt in l ornamentorum. ff.
de auro,& argen. legato,& in l hoc legatum,cum l. sequen.
ff de lega.tertio.Et dicit Barto.se pluties consuluisse, quod
vestes quotidianæ sint vxor pręciosę vero,& festiuę sint viri.
non ob.l cum hic status.ff.eodem titulo,quia ille tex.loqui-
tur secundum Barto.quando constat, quod vir dedit vesti-
menta vxori animo donandi. Non ob l.filiæ.C.familiæ erci
scundæ,quia aliud in filia, aliud in vxore,nam pater magis
diligit filiam,quam vxorem, & ideo videtur indistincte do-
nate filiæ,cum sit magis pronus ad donandum filiæ, quam
vxori,quia quasi magis diligit filiam,quam se ipsum,ut in l.
uti quidem ff quod metus causa,& in l fina.C.de curato fu-
rio.& hoc tene menti.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio soluto dos reuertitur ad mulierem, donatio uero propter nu-*
ptias ad uirum, nisi aliud sit de iure speciali.
2 *Maritus de iure communi nihil lucratur de dote, nec mulier de donatio-*
ne propter nuptias.
3 *Pactum, seu consuetudo, uel statutum de lucranda dote ualent, uel dona-*
tione propter nuptias.
Donatio propter nuptias, an sit utilis constante matrimonio.
4 *Mulier repetens dotem ab hæredibus, an teneatur ad expensas factas a*
uiro pro eius exactione.
5 *Dos soluto matrimonio, an indistincte reuertatur ad mulierem, ubi tres*
casus ponit.
6 *Aequalitas dotis qualiter consideranda sit.*

1 §. Sanè. Soluto matrimonio †dos ad mulierem re-
uertitur,donatio vero propter nuptias ad
maritum,nisi aliud sit de iure speciali.
In prima ponitur dictum.
In secunda ab ipso excipit.
In tertia limitat Secunda ibi.nisi. Tertia ibi,quod æquale.
2 Nota primo, quod de iure communi soluto matrimo.
dos † reuertitur ad mulierem,seu ad eius hæredes,& dona-
tio propter nuptias ad virum,seu eius hæredes,& sic de iure
communi maritus nihil lucratur de dote,nec mulier de do
natio.propter nuptias.
3 Nota secundo,quod valet † pactum,& consuetudo de lu
cranda dote,& de lucranda donatio.propter nuptias,& tor
tius valet statutum,cum habeat consensum expressum,con
suetudo vero tacitum,vt in l.de quibus ff de legibus.
Sed opponitur contra tex. & videtur, quod sit inutilis do
natio propter nuptias constante matrimonio, cū vir eā pos
sideat, & matrimonio soluto ad ipsum reuertatur dicunt
Doctor.sol. Doctor.quod non est inutilis, immo est utilis
pluribus causis.
Primo, quando est pactum,vel consuetudo de dote lu-
cranda, nam uxor tantundem lucrabitur de donatio. pro-
pter nuptias,vt est hic casus in fi.
Secundo est vtilis,quia mulier non potest renunciare iu
ri hypothecarum, quod habet pro dotem dicta donatione
propter nuptias, nec viro alienante, nec obligante res do-
natas propter nuptias,valet consensus mulieris, vt in C. ad
Velleianum, authent. siue a me. alias autem potest mulier
renunciare iuri hypothecarum, quod habet in aliis bonis
mariti,vt C.ad Velleianum.l. etiam, de quo plene habetur
in capitu peruenit.de emptio.& vend.
Tertio est vtilis,quia marito vergente ad inopiam,vel dis
sipante bona sua mulier potest agere pro donatio. propter
nuptias,sicut pro dote,& a creditoribus vēdicare, vt in l vbi
adhuc.C.de iure dotium,& hoc procedit etiam si soluto ma
trimonio mulier non debeat lucrari donatio. propter nu-
ptias propter spem, quam habet lucrandi, si mariti culpa
soluatur matrimonium, vt C.de repudi l. consensu & dicit
domin.Cardina quod licet secundum canones non fiat di
uortium,tamen fit separatio thori, ut supra eodem,plerun-
que,& domin.Cardin hoc firmat,scilicet, quod mulier pro
pter inopiam viri indistincte possit petere donatio. propter
nuptias,etiam si non sit appositum pactum, de dote lucran
da,vel de lucranda donatio. propter nuptias, pro quo not.
Cyn. in dicta l.vbi adhuc,in decima octaua quæstio.& hoc
etiam sequuntur Butr.& Abb.Sicu.nam repetitur,ut defer-
uiat oneribus matrimonii.
Quarto est vtilis,quia viro committente adulterium mu
lier potest agere,ut lucretur illam donationem propter nu-
ptias, sicut vir lucratur dotem, quando mulier committit
adulterium,& de hoc vide glo. in capitulo primo,ut lite non
contestata. vbi de hoc, & in capitu. plerunque, supra eo-
dem.
Et ex his dicit Abb.Sicu.quod est bona cautela,vt probe
procuretur,quod donatio propter nuptias fiat ipsi mulieri,
& remittit ad nota.per se in cap.peruenit,de emptio. & ven
ditione.
Secundo opponitur,inquantum tex.vult,quod consuetu
do possit operari,quod dos non veniat ad mulierem soluto
matrimonio,nam sic mulier remanebit indotata,quod est con
tra fauorē reipub.vt in l.j.ff.solu.ma.Host.so.quod litera ibi nisi
consue-

consuetudo &c refertur tantum ad id, quod præcedit de donatio propter nuptias quam mulier lucratur de quorundam regionum consuetudine, non autem refertur ad id, quod præcedit de dote, quia quo ad dotem consuetudo esset irrationabilis, nam si mulier dotem amitteret, forte propter hoc adulterium incurreret, vt supra capi. proximo, in fi. & ratio diuersitatis inter dotem, & donation propter nuptias est propter fragilitatem mulieris: potest enim vir ex multis causis honestè victũ quærere ex quibus mulier nõ possit, nã & honestius posset vagari, quia robustior est, & melius põt laborare. vnde non debetur tantus fauor recuperationi donat propter nupt. quantus debetur recuperationi dotis, ut in l qui assiduis. C. qui pot. in pign. hab. & videtur Hostien facere differentiam inter consuetu. & pactoni. dicit enim, quod consuetudo non potest lucrari dotem, sed ex pacto, sic ut in l prima, § illo procul dubio de rei uxor actio. & ponderat Hostien. quod in illo §. non dicitur aliquid de consuetudine, sed tantum de pacto sed tu dic, quod pactum, & consuetudo quantum ad hoc pari passu procedunt, quod illud, quod non potest induci consuet. non poterit etiam induci pacto, quia si consuetudo est rationabilis etiam pactum erit turpe. ad hoc, quod not. glo in Rubrica. C. de decre. decur. & in capitu. secundo, de consuet. in sexto dic ergo, quod aut pactum, vel consuet. disponit, quod uir lucretur dotem, etiam si prius moriatur, quam uxor, & talis consuetudo, vel pactum non valet, ut in l. secunda. ff de pact. do. & in l. quamuis C. de pact. conuent. aut disponit, quod mortua muliere vir superstes lucretur dotem, & hoc casu ualet consuetudo, & pactum. & hoc modo loquitur l prima §. illo proculdubio C. de rei vxor. actio & hoc sentit ibi Innocen. dum dicit, quod non potest apponi pactum, per quod deterior fiat conditio mulieris volentis nubere, siue fiat ante nupt. siue post, quasi velit inferre Innocen quod ubi mulier non posset nubere, ut quia esset mortua, posset fieri deterior conditio dot. Idem sentit hic Ioan. And. dum dicit, quod si hæc litera in eo, quod dicit de consuetu vel pacto. restringitur ad superuiuentem, cessat illud quod dicit Hos. & hanc partem tenet dom Cardin & Butr ideo concludo, quod aut consuetudo. vel pactum disponit, quod maritus lucretur dotē dato, quod ipse præmoriatur, & mulier superuiuat, & tunc non valet, nec consuetudo, nec pactum, & hoc casu militant rationes Host aut disponit, quod muliere præmoriente maritus lucretur dotem, & tunc valet consuetudo, & pactum, & hoc casu cessant rationes Hostiens. ex quo mulier est mortua.

4 Sed quæro, quid si mulier repetit dotem ab † hæredibus uiri, & ibi nolunt deducere expensas factas a uiro in defensione, & exactione dotis. Specu eodem titulo §. fina. versic. illud etiam quæritur. dicit, quod non possunt, quia maritus est dominus fructuum dotalium, & sic tanquam dominus tuetur dotem. ff. de impen in re. do. fac. l. secunda. & l quod dicitur. & hoc sequitur Ioan. Andr & domin. Card. hic, in secunda quæst.

5 Secundo quæro, an soluto matrimonio † dos indistincte redeat ad mulierem. facit tres casus.

Primus, quãdo mulier seipsam dotauit de propria substãtia, & tunc ad ipsam reuertitur soluto matrimonio, & fingitur stipulata dotem sibi reddi, vir tamen non tenetur, nisi quatenus facere potest, vt in l. vnica, in principio. C. de rei vxoriæ actio.

Secundus casus est, quando extraneus constituit dotē mulieri, vt extraneus intellige quemlibet qui non habet mulierem in sua potestate, vt in dicta l prima §. extraneũ, & hoc casu si extraneus fuit stipulatus dotem sibi reddi soluto matrimonio dos reuertitur ad ipsam, & non ad mulierem, sed si non fuit stipulatus dos reuertitur ad mulierem perinde ac si ipsa pro se dotem dedisset, & est casus in l. prima, §. accedit. C. de rei vxo act.

Tertius casus est, quando pater dedit dotem pro filia, & hoc casu dic, quod aut fuit stipulatus dotem sibi reddi soluto matrimonio, & reuertitur ad ipsum, vt in l. quoties. ff. soluto matrimonio. aut dedit dotem simpliciter, & hoc caso actio est communis patri, & filiæ, ut in l. secunda. ff. solu. matrimonio, & si filia efficitur sui iuris, vel per mortem patris, vel quia pater ipsam emancipauit, & dos efficitur filiæ, & sibi competit actio de dote, ut in l prima, §. uideamus. C. de rei vxo actio sed si præmoritur mulier competit actio patri, quia dos debet redire ad ipsum, ex quo ab ipso est profecta, ut dicta l vnica, & in l secunda. ff. soluto matrimonio, & in l. dos a patre profecta C. soluto matrimonio. Et dicit Vincent. hic, quod hoc casu dos redit ad patrem, quando filia prædecessit, etiam si extent liberi ex ipsa filia per l. dos a patre profecta C. soluto matrimonio. & dicit Abb. Sic. quod hoc dictum est notandum singulariter, quia canonistæ communiter transeunt cum hoc dicto, & idem vide. ut tenere glo in dicta l. dos a patre profecta, de quo plenissime per Barto. in l post dotem, ff. soluto matrimon qui tandem etiam istud firmat. sed multi tenuerunt contrarium. qui ipse refert, & ex hoc habes unum, in quo dos matris non uenit ad filios, scilicet, quando dos fuit profecta a patre, & moritur nõ emancipata viuente patre. & hoc casu cessat ratio authent. in successione. C. de suis. & legit. ubi dicitur, quod in successione prima causa est filiorum, nam debet intelligi in his de quibus possunt parentes disponere. non autem in his quæ post eorum mortem debent ad alios deueniri.

Io glo. fi. dic plenius, secundum Innocen. & Doctor. quod
6 debet esse æqualitas † non solum in quantitate, vt non sit maior quantitas dotis, quam donat. propter nup. sed etiam debet esse ęqualitas in lucris ex pacto prouenientibus, ut in Authē. de æqua. do § hoc igitur, & si pactum de lucranda sit maius, quam de lucranda donat propter nupt. tunc maius pactum trahitur ad minus, quia maritus non plus lucrabitur de dote quam vxor, de donatio propter nuptias, & sic pactum de lucranda dote reducitur ad æqua pacti de lucrãda donatio propter nupt. & hoc etiam dicit glos. licet non ita clare.

Secundo debet esse æqualitas, quia si est factum pactum de lucranda dote, & non de lucranda donatio. propter nuptias, pactum dotis trahitur ad donatio. vt C. de donatio. ante nupti. l fina. § sin autem donatio, videlicet, ut sicut vir superuiuens lucratur dotem, ita mulier superuiuens lucretur donatio propter nuptias, etiam si de ea nihil dictum sit, ut in l. finali. C. de pactis conuen.

Tertio est æqualitas, quia sicut potest constitui dos constante matrimonio, ita etiam donat propter nuptias, vt Institu. de donatio. § est, & aliud.

Quarto debet esse æqualitas, quia sicut fit augmentum dot. ante matrimonium, & constante matrimonio, ita donatio. propter nuptias, vt l si constante. C. de donatio. ante nuptias. sed dicit Innocent quod prædicta, scilicet, quod debeat esse æqualitas procedunt post nuptias contractas, sed ante nupt. potest esse disparitas in quantitate dotis, & donat. propter nuptias, & in pactis super lucris. C. de pact. conuen. l. ex morte. Propter nuptias autem hoc non licet, ne excogitetur filius contra prohibitionem factam, scilicet ne fiant donatio inter uirum, & vxorem, vt hic, & l. si constante. C. de donatio. ante nuptias sed Abb. Sicu. dicit, quod hoc dictum Innocentium est verum de iure Codicis, & probatur in l. ex morte. C. de pactis conuent. sed de iure Authenticorum dicit, quod in omnibus debet esse æqualitas, & sic dos, & donatio propter nuptias debent esse æquales in omnib. & pacta de lucro dotis, & donatio propter nuptias debent esse æqualia, vt in auth, æqualitas. C de pactis. conuen & dicit Innocen quod consuetudo potest esse varia in quantitate, & in lucris. fac de testamen. re. & ex his remittit Hosti. ad summam, eod. tit.

Et expediendo dicendum est, quod quantum ad ius ciuile pertinet, & in quantitate, & in pactis, & circa lucra dos, & donatio propter nuptias debet esse æqualis, ut C. de pactis conuen l ex morte, & lege l. Leonis, & auth æqualitas, & ista sunt verba de iure ciuili communi. sed glossa in dicta auth. ęqualitas, dicit quod hodie per consuetud. est sublata donatio propter nuptias, quia constituitur dos, & sæpe nulla fit donatio a iure, & secundum Doctorem valet consuetudo inducens inæqualitatē. vel disponens, quod non fiat donatio propter nuptias. Sed ubi non est consuetudo seruanda est dispositio dictę authenticę, æqualitas C. de pactis conuentis.

Sed aduerte, quia licet uir constituat donatio. propter nuptias vxo. non tamen tradit eam sibi, quia non haberet vnde sustentaret onera matrimonii si vxor traderet donatio propter nuptias, & sic vir tam fructus dotis, quam donatio propter nuptias, & hoc dicit in § est. & aliud Institu. de do quam glo. Ioann. de Imo in capitu. peruenit supra, de emptio & venditio dicit esse singularem, sed hoc probatur in l. vbi adhuc. C. de iure dot ubi solum cum maritus vergit ad inopiam mulier repetit dotem, & donat. propter nupt. ergo maritus vtrunque retinebit.

De secundis nuptijs. *Rubrica.*

In præcedentibus ti. dictum est de matrimonio in genere nunc de secundo matrim. dicendum est, & ista est continuatio Gof. vel mag prox quia sol. matrimon. homines solent

tranſire ad ſecundas nuptias, ideo viſo de diuortiis competen. ordine ſubijcit de ſecundis nupt. & ſcias, quod nedum ſecundæ nuptiæ approbantur ab eccleſia, ſed etiam tertiæ, & vlteriores, vnde nedum trigamus, ſed etiam octogamus, & ulterius quis effici poteſt, ut 31. q. j. aperiant. cum duo. ca. ſequen. & ut dicit Ioan. And. tria dicuntur in nigro, ſcilicet de ſecundis nup. non benedicendis, vt infra eodem, c. j. & 3. & de ſecundis nuptiis non contrahen. priuſquam habeatur certitudo de morte coniug. vt infra eodem ca. ſecundo, & non prohibend. Infra annum luctus, vt infra eodem c. pen. & fi. Sed oppon quod iſte titulus ſit ſuperfluus per ti. ſupra de ſpon duorum Ioan. Andr. & dom. Cardin dicunt, quod tendunt ad diuerſa, quia ibi dicitur de ſponſa vnius, an poſſit alteri nubere ſponſo viuente, hic autem generaliter dicitur de viro, vel muliere, qui ſoluto primo matrimonio contrahunt ſecundum.

SVMMARIVM.

1 *Nuptiæ ſecundæ benedicendæ non ſunt, & benedicens ſuſpenditur, & ad ſedem apoſtolicam mittitur.*
2 *Rector Parochiæ, ad quem ſpectat benedictio nuptiarum, poteſt dici capellanus.*
3 *Suſpendatur aliquis ab alio, quam a Papa, tamē abſoluitur a ſolo Papa.*
4 *Suſpenſus a canone ab officio, & beneficio, an poſſit per epiſcopum abſolui.*
5 *Benedicere ſecundas nuptias eſt graue crimen, quod patet ex graui pœna, quæ imponitur.*
6 *Pœna ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, de qua in tex. non eſt pœna ordinaria.*
7 *Benedictio quæ impenditur nuptijs, an ſit ſacramentum.*

CAP. PRIMVM.

1 CApellanus. Breue eſt, vel per alia verba ſecūdæ. †Nuptiæ benedicēdæ non ſunt, & benedicens ſuſpenditur, & ad ſe. ap mittitur. hoc dicit.

2 Nota primo in ver. capellanum, quod † rector parochiæ ad quem ſpectat benedictio nuptiarum, poteſt dici capellanus, inquantum præeſt illi capellæ, idem uerbum habetur in c. capellanus, de feriis.

3 Nota ſecundo, quod aliquis ſuſpenditur † ab alio, quam a Papa, & tunc abſoluitur a ſolo Papa. ſimile de præben. graue. & hoc colligitur hic intelligendo, quod non incurrat ſuſpen. ipſo iure, ſed per ſententiam vt intelligit Hoſt. & Doc. Sed contra hoc facit verbum ſuſpenſum, quod eſt participium præteriti temporis, & ſic importat canonem latæ ſententiæ, ut dicit gl in c ij in uer. innodetur, de hære. in ſexto. ſed dic, quod iſte tex. refert ſe ad epiſcopum, & eſt ſenſus, quod ſi conſtiterit capellanum benedixiſſe ſecundas nuptias poſtquam fuerit ſuſpenſus epiſcopus ab officio, & beneficio, debet deſtinari cum literis ipſius epiſcopi ad ſedem apoſtolic. & hoc modo intelligendo non obſtabit.

4 Quid autem ſi aliquis ſuſpenditur † a canone ab officio, & beneficio, an a tali ſuſpenſione poſſit per epiſcopum abſolui ſi Papa non reſeruauerit ſibi abſolut. quemadmodum dicitur in excommunicatione, vt in c. nuper, de ſent. excommu. vide glo. notabilem in cle. j in ver. excommunicationis ſententia, de hæreti. & in c. cupientes, §. cæterum In gl. quæ incipit, eſt ergo. de elec. in ſexto.

5 Nota tertio, quod graue † crimen eſt benedicere ſecundas nup. quod patet ex graui peccato, quod imponitur, ar. de ele. excom latores. ſed Hoſ dicit, quod iſte tex. debet intelligi de ſacerdote qui benedixit ſcienter ſecundas nup. prima vxore viuente contractas, alias non videtur, quod tanta pœna deberet imponi pro tam leui delicto. Idem dicit Io. An dicit tamen Io. An quod ex antiqua hoc non patet.

No. quarto caſum reſeruatum ſedi apo. ſed Egidius, & Bonaguida dicunt, quod hic non eſt de caſibus reſeruatis ſe. apo. ſed fuit quædam ſpecialis prouiſio. volunt dicere, quod in hoc facto ſpeciali Papa ſic uoluit. ſed do Card dicit, quod primum eſt verius, ſ. quod ſit caſus reſeruatus, vt in c. in cauſis de re iud. vbi dicitur, quod ſententia Papæ inſerta in corpore iuris facit ius, ſed Ab. Sic tenet opi. Egidii, & Bonaguidæ Et dicit, quod pœna
6 †ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, de qua in text. non eſt pœna ordinaria. & quod benedicens non ſemper eſt mittendus ad ſed. apo. nam iſta ſecundum eum fuit quædam prouiſio ap. & tunc hoc caſu pœna erit arbitraria attentis circunſtantiis, & loci conſuetudine, & ad c. in cauſis, de re iudi. reſpōde quando ſententia Papa facit ius, niſi aliud ſtatuerit diſpenſatiue cauſa neceſſitatis, uel vtilitatis, & iō Papa hic, ita ſtatuit propter neceſſitatem, ſ. vt euiteretur ſcandalum. tamen pro concor. opi. poſſem ſic dicere, quod aut ſacerdos benedicit ſecundas nup contractas prima uxore uiuente, & hoc caſu incurrit pœnam, de qua in tex & tunc erit pœna ordinaria, & caſus reſeruatus Papæ, & hoc modo intelligit Hoſ. & Io. An tit. c. fi. de clan. deſpon. Aut benedixit ſecundas nup. legitime contractas, & tunc non habet locum pœna huius tex. ſed erit pœna arbitraria, & dato, quod iſte text poſſit etiam hoc caſu intelligi, tamen nō facit ius, quia fuit ſpecialis prouiſio, vnde pœna erit arbitraria, & hoc tene, & iſta concordia placet etiam do. Ia de Zoc. Gl. ibi quia ſacramentum non debet iterari, per hoc gl. ſen-
7 tit, quod † benedictio quæ impenditur nuptiis ſit ſacrm. ſed Io. An & Doct. hoc non approbant, non enim reperitur numeratum inter 7. ſacra eccleſiæ, de quib per gl in c. veniens, de tranſa. & per gl. in c. j. de coniug lepro alias ſeruo. & per Io. An in Rubr. de ſacra. nō iteran. ſed benedictio eſt quoddam ſignum ſacramentale, i. ſacræ rei ſignum, ipſum tamen matrimonium ſacrm eſt, ut in c. debitum, de bigam. & plenius dicetur de hac materia j. co. vir autem, & hæc ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur, contrahere non debet.*
2 *Matrimonium non diſſoluitur propter captiuitatem infidelium, nam ſola mors naturalis ſeparat matrimonium.*
3 *Captiuus poteſt contrahere matrimonium.*
4 *Matrimonium contractum ab incarcerato tenet, & ſi matrimonium requirat maximam libertatem.*
5 *Abſentia ſola coniugis de iure canonico non ſoluit matrimonium, niſi cōſtet de morte.*
6 *Adulterium committere dicitur qui poſt contractum matrimonium certificatus de uita prioris coniugis, ſecundam non dimittit.*

CAP. II.

1 DOminus. †Dubitans de morte coniugis, niſi prius certificetur contrahere non debet, & ſi contraxerit reddat, ſed non exigat debitum, & ſi poſtea ſciat primum viuere dimittat ſecundam hoc dicit. tria ſunt dicta. ſecundū ibi, ſi vero Tertium ibi, quod ſi.

Nota primo iugendo literam cum ſupraſcriptione, quod
2 per captiuitatem etiam infidelium, non diſſoluitur † matrimonium etiam de iure canonico, licet ſecus ſit de iure: ſola enim mors naturalis ſeparat matrimonium, vt in capitu. primo, & ſecundo, 32. quæſtio. ſeptima, & in ca. penult. & vltimo, infra eod.

3 Nota ſecundo, quod exiſtens in † captiuitate poteſt contrahere matrimonium, nam in ſupraſcriptione loquitur Chriſtianis captiuitatis per Saracenos, & tamen litera permittit eis, quod contrahant, cum conſtat eis de obitu prioris coniugis. & dicit Ioan. And. & Butr. hic eſſe caſum contra id, quod dicit Innocen. in capit cum locum, de ſpon. ſed dom. Cardi. dicit, quod aliter loquitur in capi cum locum. dicit enim hic Innocē quod captus ab hoſtibus, quia eſt ſeruus, non poteſt conſtituere procuratorē ad contrahendum matrimonium, ſed bene poteſt contrahere per ſe ipſum nō interueniente procuratore, vt hic, & ad hoc de procurator. accedens, de quo dic, vt dixi in dicto capitulo, cum locum.

4 Et ex hoc infertur, quod † matrimonium cōtractum ab incarcerato valet, & ſi matrimonium requirit maximam libertatem, cōtractum ab incarcerato tenet, multo fortius tenebunt alii contractus geſti ab incarcerato, de quo dic, ut in l. qui in carcerē ff quod me. caut. & dixi in c. cum locum. de ſponſa.

5 Nota tertio, quod ſola † abſentia coniugis de iure canonico non ſoluit matrimonium, niſi conſtet de morte coniugis, & tunc coniunx non debet contrahere matrimonium, niſi habita certitudine de morte coniugis. dicit tamen Innocen quod licet poſt hæc non debeat contrahere, niſi habita certitudine de morte coniugis, tamen ſi contraxit ſeruandum erit, quod dicitur hic in verſi. ſi vero, & idem tenet Hoſtien. quia ſubeſt eadem ratio, ergo idem ius, de conſan. & affinita. tua. & hoc ſequuntur Doct. & hoc notabis, ſcilicet, quod etiam hodie ſi contrahitur matrimonium nō habita certitudine de morte coniugis, nihilominus habet locum diſpoſitio huius cap.

Nota

Nota vltimo, quod licet a principio cōtractus fuerit quis bonæ fidei, tamen postquam certificatur de vita prioris cōiugis, si non dimittit secundā, committit † adulterium, licet a principio frater non fuerit in dolo, facit cap. fi. cum ibi not. de præscript. vbi habetur, quod requiritur bona fides certo tempore præscriptionis, nec sufficit quem a principio fuisse bonæ fidei, sed bona fides nō durauit. & facit iste tex. secundum Abb. in argumen. ad quæstionem, quod licet in principio litis quis habuit iustam causam litigādi, tamen si in processu causa detegitur iniustitia sua, & causam nō deserit, venit condemnandus in expensis pro hoc bonus tex & ibi per Bart. in l. si quis inficiatus. ff. deposi & per eundem Bart. in l. cum quē temere., ff. de iud. & in l properandum. §. sin autem. C. de iudic. & per Doctor. in capitulo, finem litibus, de dolo, & contum.

Glo secunda. dum allegat cap. veniens, supra de sponsali. Hostien. dicit, quod illud cap non est simile, sed potius contrarium. quia ibi non præsumitur pro matrimonio. sed dic secundum domi. Cardin. quod illud cap facit pro glo. in eo, quod præsumitur ibi in dubio, primum fuisse coniugum in tantum, quod impedit secundum.

In eadem glo. in fi dic, vt in cap. illud, de præsumpt. & habetur, an in dubio præsumantur matrimonium, an vero adulterium.

Glo. fi. dum dicit, & dic, quod statim debet recedere, cum sit primum coniugum viuere, de frigi. fraternitatis. de sentē. excomm. inquisitioni. alias non debet esse nimis credula, vt in dicto capitulo, inquisitioni.

SVMMARIVM.

1 *Coniuges non benedicuntur, si ambo, vel alter fuerit benedictus.*
2 *Transire ad bigamiam, tam vir, quam mulier qui ad secundas nuptias transeunt, dicuntur.*
3 *Presbyter solus potest benedicere nuptias.*
4 *Coniux absens benedictus in primo matrimonio, benedictionem suam communicat secundæ vxori.*
Benedictio in secundo matrimonio, quare non debeat iterari.
5 *Iniuria qualiter dicatur fieri sacramentis ex iteratione. remissiue.*
6 *Benedictio Abbatissæ, num sit reiterabilis.*
7 *Manuum impositio num sit reiterabilis, & quotuplex dicatur manus impositio.*
8 *Benedictio nuptiarum valet, quamuis mulier sit corrupta, dummodo nunquam fuerit benedicta, nec etiam vir benedictus.*

C A P. III.

1 VIr autem. †Coniuges non benedicuntur, si ambo, vel alter fuerit benedictus hoc dicit.

2 Nota, quod nedum vir, sed etiam † mulier debet transire ad bigamiam, cum transit ad secundas nuptias.

3 Nota secundo, quod solus † presbyter potest benedicere nuptias, hoc probat tex. in versicu. a presbytero, concordat cap. j supra eod.

Nota vltimo, secundum Abb. Sic argumentum optimum
4 ex tex. quod † coniunx, vel benedictus in primo matrimonio, benedictionem suam communicat secundæ vxori, vnde tex hic dicit, quod isti fuerunt benedicti, licet alter tantum fuerit benedictus, sicut in simili dicitur, quod si oleum non consecratum immisceatur oleo consecrato, totum efficitur consecratum, vt in cap quod in dubiis, supra de consecratio. eccles. vel alta. In contrarium tamen facit. quia licet maritus communicet vxori actiones spirituales, non tamen passiones, vt in capitu. j. de cognat. spirit. in vj. & dictum est in cap. Martinus. facit cap cum Marthæ, de celebr. missa. vbi patet, quod si vinum additur sanguini Christi post consecrationem, vinum non efficitur sanguis. & pro hoc dicit Abb. Sic. quod verior ratio sibi videtur, quod cum ista benedictio sit communis marito, & vxori, ex quo alter fuit benedictus, non debet iterari benedictio, quia iteraretur in personam alias benedictam.

In glo. secunda. diuide eam in tres partes.

In prima parte glo. assignat rationem, quare benedictio non iteratur.

In secunda parte glos. excipit duo sacramenta, quæ iterantur.

In tertia parte gl. quærit, an valeat consuetudo inducens, vt benedictio reiteretur. secunda ibi, tamen pœnitentia. tertia ibi, & beneficio ista.

In prima parte glo. ibi, ne fiat eis iniuria. qualiter dicatur
5 fieri † iniuria sacramentis ex iteratione. vide glo. quæ magistraliter hoc declarat in capitulo secundo, in glo. secunda, in fra de aposta.

6 Nunquid autem † benedictio Abbatissæ sit reiterabilis. vide glo & Doct. in elem. attendentes, in § statuimus. in versic, benedici, de sta mona.

In secunda parte glo. ibi, cum non sit sacramentum sed oratio super infirmum ista glo. non bene dicit, quia immo extrema vnctio est vnum de septem sacramentis, vt no. in Rubrica, scilicet de sacram. non iteran & per glo in ca veniens, de transactio. quæ enumerat extremam vnctionem inter septem sacramenta. idem habetur prima quæstio. prima. §. si ergo. sed intellige huic tria sacramenta imprimunt caracterem. s. baptismus, confirmatio, & ordo, & ideo illa tria sacramenta non iterabilia.

7 Nunquid autem † manus impositio sit reiterabilis, & quo triplex dicatur manus impositio. dic vt plene per glo & Archid. 1. quæst. 1. manus.

In eadem parte glo. ibi, de pœnit dist 3. §. ex persona. pro hac parte facit cap. j. de pœn. vbi dicit Goff. quod sacramentalis pœnitentia, quæ significat exclusionem Adæ de Paradiso, & fit cum solennitate aquæ, habetur 50. distinc. in capite, ex iteratione delicti videtur iterabilis. In contrarium alleg. dictum cap quamuis. & de pœnit. dist. 3. reperimus. & capit. quamuis. & huic est standum, scilicet quod publica pœnitentia non sit reiterabilis.

In tertia parte glo. Ioan. And. dicit, quod hæc consuetudo multum inualuit, & eam approbāt quidam. quia vt apparet ex forma benedictionis, tota benedictio fundatur super mulierem ex quo igitur nunquam fuit benedicta, benedici debet, nec per hoc intelligitur iterari benedictio quoad virū. sed Ioan. And dicit, quod de iure contrarium est verum, vt patet in hoc cap & quod no. Petr. & Abb. vnde dic, quod benedictio viri communicatur mulieri, & si benediceretur, diceretur iterari benedictio, & ideo non benedicitur mulier.

Sed nota istam glo. quia est multum notabilis, secundum Doct. scilicet quod consuetudo in sacramentalibus non potest induci, nisi interueniat tacitus consensus Papæ. & sic vt valeat consuetudo contra ius, in sacramentalibus requiritur, quod Papa sciat talem consuetūdinem induci, & non contradicat. In non sacramentalibus autem potest induci consuetudo etiam Papa ignorante, vt dicit glo. 4 distinctio. §. leges.

Extra glos. dic, secundum Hostien. quod hic ponderatur sola benedictio præcedens. & per hoc dicit Hostien. quod nō inspicitur consummatio matrimonij, nec quod sola mulier dicatur benedici, sed inspicitur benedictio semel, vel data. q̄ vtrique communis est. nec benedicitur mulier sine viro, ergo quicunque talis ad secunda vota transeat, benedictio nō iterabitur, quia per carnē benedicta non benedicta . . . . quæ pro copula coniungitur, dicitur benedici, sicut etiam dicit de oleo, vt in cap quod in dubiis, de consecra eccles vel alta. nam etiam sanctificatur vir infidelis per mulierem fidelem & econuerso, primo ad Corinth. 7. c. & 28 quæst. 1. § 1. & capi. si quis alias est versic. in eodem § & remittit Hostien a summam, eod tit. §. an licitum. & quantum ad hoc dic, vt dixi supra in vltimo notabili.

8 Et ex his infertur, quod dato quod † mulier sit corrupta, tamen si nunquam fuit benedicta, nec vir benedictus benedicuntur nuptiæ, quia non reperitur prohibitum. & hoc tenet Hostien eodem titulo. § an licitum versiculo, sed quid si duo & sequitur Ioan. And & dom. Cardin. hic.

Item ex prædictis dicit dominus Cardinalis, quod si ex consuetudine regionis benedicitur tantum mulier, & non vir, hoc casu benedicetur mulier, quam secundo, vel tertio, vel vlterius ducit in vxorem, siue virgo fuerit, siue corrupta, dummodo alias non fuerit benedicta, & hoc mihi placet, quia non ponderantur secundæ, vel tertiæ nuptiæ. sed ponderatur, quod benedictio non debet iterari, sed constante tali consuetudine, si vir non fuerit benedictus, non dicetur benedictio iterari. & hoc nota pro declaratione istius glos.
a in fine. [a] & hæc sufficiant. Sequitur cap. mulier.

ADDITIO.

a ¶ Adde hic Archidiaco. in capitulo, de coniugali. vigesimaseptima quæstio. prima, qui dicit, quod vir, qui ad bigamiam transit, non benedicitur. Adde dominum Abbat. in capitulo, Capellanus tertia columna, versiculo, & per hoc infero, de frigid. qui dicit, prohibitionem, de qua in dicto capitulo, habere etiam locum in viduis, sicut in virginibus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit.*
2 *Mulier coniugem mortuum per annum lugere debet de iure ciuili, luctus tamen in uestibus est hodie remissus.*
3 *Matrimonio soluto mulier est soluta de lege viri.*
4 *Dicta Apostoli sunt pręferenda legibus ciuilibus, etiam in decisionibus causarum.*
5 *Contrahens in gradu prohibito de iure canonico, sed permisso de iure ciuili, an incurrat legum pęnas de contrahentibus incestas nuptias, remissiuè.*

CAP. IIII.

1 MVlier. † Nubens infra annum lugubrem infamiam non incurrit, hoc dicit, cum sequen. ponit quæstio & respondet. secunda ibi, respondemus.

2 Nota primo, quod † mulier debet lugere mortem mariti per annum de iure ciuili, luctus tamen in vestibus est hodie remissus etiam de iure ciuili, vt in l. de cætero C. ex quibus causis infam irrog & sic solum tenetur ducere luctum in vita viduali, vt ibi dicitur. quando autem sit numerandus annus luctus, dic, quod est numerandus a morte viri, vnde si vltima die anni audiuit mulier de morte viri, ponere, & deponere potest eadem die vestem lugubrem, vt ff. de his qui no. infam l. vxores & l. gener quod maritus tamen non tenetur lugere vxor. vt dicta l. vxores.

3 Nota secundo, quod soluto matrimonio † mulier est soluta a lege viri. Vnde in alio seculo non recognoscent se pro coniugibus, vt in c. licite 32 q. 2.

4 Nota vltimo, quod † dicta Apostoli sunt præferenda legibus ciuilibus etiam in decisionibus causarum, & hoc procedit secundum Abb Sic. generaliter in istis spiritualibus.

Sed quæro, quid intendat tex. dum dicit, in domino. Doct. exponunt tripliciter.

Primo, idest regulariter. sic 7. quæst. 1. sicut.

Secundo exponitur in domino, idest viro suæ religionis Christianæ. 38 q. 1 sic enim.

Tertio exponitur in domino, idest viro suæ religionis, & sine suspitione turpitudinis. 31. q. 2. § 1. & ista dispositio reincidit in idem cum præcedenti, dom. Cardin. dicit, quod quęlibet istarum dispositionum potest tolerari. Sed dicit, quod sensus huius verbi videtur habuisse ortum a consuetudine loquendi, nam dici solet, facias cum domino, idest licenter, & est modus promittendi, sed mihi videtur, quod verbum in domino non sit positum sine ministerio. Vnde dicit, quod sensus literæ est, quod soluto matrimonio est tributa facultas nubendi in domino tamen, idest secundum Deum, & l. Christianorum. & hoc placet Abb. Sicu. & dicit Hostien quod ex hoc, quod tex. dicit, in domino, patet, quod non debet nubere contra canones, alias non in domino, sed contra dominum nuberet, de consanguin. & affi. cap de fidelibus, & non debet, & posset hic formari quæstio: Nunquid contrahens
5 † in gradu prohibito de iure canonico, sed permisso de iure ciuili, incurrat pęnas, quas leges imponunt contrahentibus incestas nuptias, vt dixi post domin Cardina & cap & si necesse supra uto proxi. & materiam huius capituli vide in capitu. sequen. Sequitur capitulum, cum secundum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium iuris nemini est auferendum.*
2 *Leges ciuiles in spiritualibus non dedignantur sacros canones imitari.*
3 *Prohibitum ad tempus potest dici prohibitum, & quod simpliciter conceditur, videtur concessum sine temporis pręfinitione.*
4 *Mulier quę nubit infra annum luctus non perdit vsumfructum fundi sibi, & viro relictum.*
Lex sęcularis non potest prohibere matrimonium ad tempus, vel inter certas personas.
5 *Pœnę quę inferuntur mulieri nubenti infra tempus luctus.*
6 *Pœnę quę inferuntur mulieri secundo nubenti referuntur.*
7 *Mater succedit ab intestato filio cum alijs fratribus, morientis ęqualiter.*
8 *Mulier quę relinquit secundo viro plus, quam vni ex filiis primi viri, an mulier relinquat, vel respectu totius, vel respectu illius pluris, vel quod vltra relinquit.*
9 *Mulier quę non nupsit, sed commisit fornicationem, nunquid incurrat pęnam, ac si nuberet.*
10 *Mulier si non petiit tutorem dari filiis, nunquid excusetur, quia minor viginti quinque annis.*
11 *Mater si non transit ad secunda vota, an possit disponere de lucris prouenientibus a coniuge pręmortuo ad libitum.*
12 *Pœnę quibus mulieres ad secunda vota transeuntes afficiebantur an sit nunc sublata per illud cap.*
13 *Leges ciuiles corrigere, nec ad Apostolum, nec ad conditorem canonum pertinet, vbi non est quęstio de peccato.*
14 *Ius ciuile videtur improbare secundas nuptias.*
15 *Filii primi, & secundi matrimonii, qualiter admittantur ad iura nuptialia, vel ad alia lucra.*
16 *Pœna coitus fornicarii infra tempus luctus, an per istud capitulum sit sublata.*
17 *Ius canonicum, quas pęnas corrigat a iure ciuili inductas contra mulieres secundo nubentes.*

CAP. V.



CVm secundum. Summarum est cum præcedenti, & diuiditur in tres partes.

In prima ponit rationem dicti.

In secunda, dictum partis.

In tertia soluit obstaculum. secunda ibi, non debet. tertia ibi, cum in his.

In tex. ibi, inuitare. quod est vltimum verbum huius cap. Hostien. dicit, quod sequebatur in antiqua, cum igitur dispo nas ad secunda vota transire sciens, quod nubere melius est, quam vri, tuum propositum in domino, commendamus, & ne quid tibi, vel ei qui te duxerit in iacturam, vel infamiam imputetur, auctoritate præsentiũ inhibemus, & dicit Hostien quod hæc litera non debuit remoueri, sed forte compilator fecit causam breuit. puta sufficere, quia de iactura dictum est, vt supra de voto, quod super his & c. seq. & de iudæis ad liberandam, in princ.

1 Nota primo, quod † beneficium iuris nemini est auferendum & dicit Ioan And & Docto. quod hoc beneficium debet extendi ad omnes mulieres, siue sint steriles, siue constet eas non esse prægnantes, sed ad aliter alias, siue in eis timeatur turbatio sanguinis, siue non, de quo dicam infra.

2 Nota secundo, quod † leges ciuiles in spiritualibus non dedignantur sacros canones imitari, & sic succumbunt dictis Apostoli, & canonum in istis spiritualibus, de quo dic vt in cap j. infra de oper. no. nunc. & per Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosanc. eccles.

Nota vltimo, quod illud, quod prohibetur ad tempus, po
3 test dici † prohibitum; & illud quod simpliciter conceditur, videtur concessum sine temporis præfinitione. & per illam rationem, quæ ponitur hic in fi. literæ, dicit not Goff. quod vbicunque leges ex aliqua causa spirituali prohibent matrimonium contrahi, vt infra tempus luctus propter sanguinis turbationẽ. vt in l. liberorum. ff. de his qui no. infa. vel ne maligna suspitio præstetur ex festinantia nubendi, vt in Auth de restit. & ea quæ parit vndecimo mense. § verum, si quidem collat quarta. vel non dubitetur, an sit primi mariti, vel secundi, in cap. de repu. i. contensu. § si vero.

Item in matrimonio non contrahendo inter pupillam, & tutorem propter administrationem subuersionis, vt C. de interdic. matrim. inter tutorem, & puellam, per totum. Item inter rectorem prouinciæ l. vnica. In his enim omnibus leges portiguntur per canones. pro hoc facit, quod not. Vgut. 28. quæst j. verum. & etiam Archidia. ibi, & 29. quæst. 2. si quis ancillam, vnde Hieronymus ad Oceanum, cap. 3. aliæ sunt leges Cæsaris, aliæ Christi, aliud Papinianus, aut Paulus vester. præcipit & contra Pelagianos, libro primo, mihi curæ nõ est, quid Aristoteles, sed quid Apostolus doceat, & idem per omnia sequitur Feder. de Sen consilio 35. vbi dicit, quod
4 † mulier, quæ nubit infra annum luctus, non perdit vsumfructum fundi sibi, & viro relictum. Ioan. Andr. & Docto. communiter transeunt cum his dictis Goffr. sed dom. Cardina. in penult. quæst in si dicit, quod inquantum dicit Goffre. quod per canones est sublata omnis legis prohibitio facta super matrimonio, vt in matrimonio inter tutorem, & puellam. Item inter rectorem prouinciæ, & prouincialem, non videtur procedere, quia non debemus dicere leges correctas, nisi quatenus reperitur in canonibus, vt in cap expediat, de electio. in vj. sed Docto. quo ad omnia tenent opinio. Goffr. & idem sequitur Abb. Sicu qui dicit esse not. quod hodie licite contrahitur matrimonium inter pupillam, & tutorem, seu curatorem, seu eorum liberos, vel alias personas supra numeratas. Item quod lex sæcularium nõ potest prohibere matrimonium ad tempus, vel inter certas personas. & idem tenet Feder. de Sen in dicto consilio 35. & hoc tene, quia leges sæculares non possunt statuere super matrimonio tanquam

super

super materia ad se non spectante, de quo plene dixi in cap j. supra de spon.

5 Glo secunda. pro euidentia scias, quod quædam † pœnæ inferuntur mulieri, eo quod nubat infra tempus luctus, hoc est infra annum a die mortis mariti computandum, non efficitur infamis. Item secundo viro nō potest dare in dotem vltra tertiam partem bonorum, nec in testamento relinquere. Item & tertio non potest ex testō capere legata, & fideicommissa, nec donationē causa mortis potest recipere. Item & quarto perdit quicquid a viro fuerat donatum, vel relictū. Item & quinto non succedit ab intestato vltra tertium gradum, vt in l. 1. & 2. C. eod tit. & has pœnas patitur mulier, quæ parit infra tempus luctus, cum constet prolem non fuisse mariti, vel si contra sacramentum deserit filiorum tutelā non reddita prius ratione tutelæ. in Authen. eisdem pœ

6 nis, eod. tit. Quædam sunt † pęnæ, quæ imponuntur mulieri, eo quod secundo nubit, dato quod nubat post annum, si habet liberos ex primo matrimonio, & mulier secundo nubens, patitur has pęnas. Primo, quia quicquid est lucrata ex facultatibus primi viri, siue ex donatione propter nuptias, siue ex pacto, vel consuetudine, vel ex alia donatione sibi facta per maritum, vel inter viuos, vel causa mortis, vel si maritus eam instituerit hæredem, vel aliquid ei reliquerit iure legati, vel fideicommissi, nam omnia tenetur reseruare filijs primi mariti, vt in lege, fœminæ. C. de secundis nuptijs, & talia lucra non potest mulier alienare in extraneam personam, nec etiam titulo pignoris obligare, etiam si alienare velit hæredem instituendo, vt in lege, si quis prioris. C. de secundis nup. sed omnes contractus ab ea celebrati pendent ex futuro euentu, quia si mulier moritur ante omnes filios contractus gesti per matrem supradictis lucris in solidum cassantur, & sic non tenent, sed si omnes filij sine descendentibus moriuntur matre superstite tales contractus in solidum confirmantur. si vero aliquis filiorum præmoritur matre superstite contractus gesti per matrem confirmātur pro illa parte, quam deduc. lucris filius præmortuus habuisset. si decessisset post mortem matris, & secundum formam pacti nō existentium liberorum, vt probatur in Auth. de non eligen. secundo nub. & in Authen. de nup. § qm infirmas. & ista sunt verba Ange. in dicta Authen de non eligen. secundo nub. in tertia, seu quarta collat. & vt intelligas ista verba, quia sunt obscura, pone, si est factum pactum, vt si maritus præmoriatur cum filijs ex eadem vxore mulier lucretur tantum tertiam partē donationis propter nuptias, mortuus fuit vir cum filijs, mulier alienauit illud, quod lucrata fuit de bonis viri, si omnes filij moriuntur ante matrem. alienatio remanet firma, sed si moritur ante filios, alienatio in totum cassatur. Si vero aliqui moriūtur quo ad partem morientium non confirmatur alienatio in totum, sed tantum quantum ad illud, quod debebat mulier lucrari ex pacto, si maritus mortuus fuisset non relictis filijs, vnde pone, quod vnus de tribus filijs mortuus est, alienatio remanebit valida quo ad tertiam tertiæ partis, nam absque filijs ita solum tertia pars portionis filij morientis confirmabitur, aliæ vero duæ partes illius tertiæ partis pertinebunt ad fratres superstites, vel ad hæredem extraneum institutum per filium præmorientem, de quo ad illas duas partes reuocabitur alienatio, & hoc declaratur in dicto §. quoniam infirmas, in Auth. de nup. iuncta glo. quæ incipit, hic incipit nouus casus. Secunda est pœna, qua punitur mulier transiens ad secunda vota post annum, quia succedit filio morienti extantibus fratribus defuncti. Sed hodie de hoc habemus auth. ex testam. C. de secun. nup. quæ est sumpta ex Authent. de nuptijs. §. hunc vos vbi distinguitur, quod aut filius decedens facit testamētum, & instituit matrem, & tunc succedit in proprietate, & vsufructu, & illud in quo succedit est suum, & potest mater de ipso disponere, sicut de alijs suis bonis proprijs, nec pnt fratres morientis conqueri quia potuisset frater extraneum hæredem instituere, vnde mater succedit, sicut succederet ex-

7 traneus institutus hæres. Ab intestato vero † mater succedit filio cum alijs fratribus morientis ęqualiter, idest in virilem portionem, & succedit in plena proprietate respectu bonorum non qsitorum a patre defuncti in bonis acquisitis a patre defuncti, videlicet a primo marito, siue nubat ante mortem filij, siue post mortem filij, etiam posteaquam successit, habet solum vsumfructum. In lucris autem nuptialibus dic, vt dixi in casu præcedenti. Tertia pœna imponitur mulieri secundo nubenti post annum, quia non potest dare in dotem marito, nec alio titulo ei relinquere, plusquam dederit vni ex filijs primi mariti, cui minus reliquerit, vt in l. hac edictali, in princ. C. de secundis nupt. & an sit plus, vel minus, inspicitur tempus mortis, vt in dicta lege, hac edictali. §.

huic obseruationi.

Sed dubium est, quid si stat statutum, quod muliere decedente in matrimonio absque filijs, maritus lucretur totam dotem, & mulier habens filios ex primo matrimonio, dedit omnia bona sua in dotem secundo marito, & deinde decessit in matrimonio sine liberis, an secundus vir lucrabitur totam dotem. Bart. in l. hac edictali. C. de secundis nupt. dicit, quod secundus vir non potest plus lucrari ex forma statuti quam mulier reliquerit vni ex filijs, cui minus reliquerit. & dicit hoc esse tenendum menti, quia in dies de facto contingit, & Bal. ibi dicit, idem tenuisse Iac. Butr. & Franciscum de Albergot. disputando Florentiæ. & ratio est, quia tantum lucrum, quod defertur ex forma statuti, non debet esse maioris potentiæ, quam lucrum, quod descendit ex pacto expresso, vt in l. quid ad certum. ff. locati & ideo cum ex pacto expresso non posset secundus vir lucrari vltra, quam vxor reliquat vni ex filijs primi matrimonij, multo minus poterit lucrari ex pacto tacito, quia tacite videtur pacisci, vt lucretur secundum formam statuti.

Præterea ille, qui non potest alienare per pactum, debet facere, & curare, vt non alienet ex dispositione legali, vt ff. de legatis secundo. l. codicillis. § penult. & quod notat glos. in l. si ita quis §. ea lege. ff. de verborum obligatio. & ibi tenet Bald. in capitulo primo, an maritus succedat vxori in beneficio, in vsibus feud. & Ange idem tenet, licet se non firmet, in Authen. de non eligen. secundo nub. in prin. 5. coll. alleg. sed postea in Authent. de nuptijs. § quia vero. Ange. plene disputat hunc passum, & firmat, quod ex forma statuti secundus vir non possit lucrari plusquam vxor reliquerit vni ex filijs, cui minus reliquerit. dic tamen, quod licet maritus nō possit plus lucrari ex forma statuti, tamen vxor potest secundo viro dare in dotem omnia bona, vt in §. de augmentis. C. de nupt alias in Authen. de nupt. & ideo aut quæris, an possit mulier dare omnia bona sua in dotem secundo viro, & dic, quod sic, vt dicto §. de augmentis. Aut quæris, an secundus vir possit lucrari, postquam mulier reliquerit vni ex filijs, & dic quod non, vt supradictū est. Supradicta tamen intellige, nisi filij primi viri morerentur, nam omnes pęnæ quę imponuntur mulieri, eo quod secundo nubit, remittuntur, si omnes filij primi viri sine progenie moriuntur, vt in Auth. de non eligen secundo nub § hoc autem. & in l. fœminæ. §. finali de secundis nuptijs. Ratio est. quia quando sunt mortui filij primi viri absque descendentibus, cessat ratio impositionis pœnæ, scilicet fauor filiorum, & hoc dicit Ange. in dicta Authen. de non eligen. secundo nub. in tertia collatio. in fine, seu in principio quartæ collationis. Item glo. singularis in dicta Authent. de non eligen secundo nub. §. primo. super verbo, copulatur. limitat omnia iura, quæ imponunt pęnam parentibus, & quod secundo nubunt, quia debet intelligi, quando transeunt ad secunda vota filijs primi matrimonij non consentientibus, secus si consentirent. & illam glossam sequitur Angel. in loco præallega. & pro hoc dicit, quod aduocatus debet esse cautus, quando consulit mulieri transeunti ad secunda vota, quod faciat filios primi matrimonij consentire, quia per talem consensum mulier omnes pœnas euitabit, & hoc perpetuo tene menti.

8 Sed dubitatur, pone, quod † mulier reliquit secundo viro plusquam vni ex filijs primi viri, an totum quod mulier reliquit secundo viro, erit irritum, an vero solum illud, quod reliquit vltra illud, quod habet vnus ex filijs qui minus habet gloss. in dicta l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. dicit, quod solum illud, quod reliquit vni ex filijs, cui minus reliquit, & hoc sequuntur ibi Cyn in tertia quæst. & Ang. in dicta Authen de non eligen. secundo nub. in quinta, seu sexta collatio.

Quarta pęna, quæ imponitur mulieri, nō tm̄ imponitur, quia secundo nubit, sed quia nubendo delinquit non faciendo illud, quod debet facere, antequam nubat & hoc est, quādo suspecta tutela filij ad secundas nuptias conuolauit, non reddita ratione administrationis tutelę, & non restitutis reliquis, si qua sunt, & non petito tutore a filijs, nam si faciat omnia ista ita, priuatur successione filij, si moritur in pupillari ętate, quia non potest ei succedere ab intestato, nec ex substitutione pupillari, si pater substituisset matrem filio, si in pupillari ętate decessisset. & de hoc est casus in l omnes. C. ad Tertullianum. & in Authen. item ea, de secundis nuptijs. secus si esset substituta filio per fideicommissum, nam tunc non perderet successionem, quia per illam substitutionem fideicommissariam non succeditur filio, sed patri, vt in l co hæredi. §. cum filiæ ff. de vulg. & pupill. & hoc est expressum in l. credendum. qui petant tutores, nisi tale fideicommissum esset relictum a substituto pupillari, quia tūc per ipsum

succe

succeditur pupillo, vt in lege, si fundum per fideicommissum.ff de legatis primo.& hoc tenet Bald.& Paul.de Castro in dicta l.omnem C.ad Tertullianum.

9 Sed quo ad istam quartam partem quæro, quid si † mulier non nupsit, sed commisit fornicationem aliquo de dictis tribus deficiente. Nunquid incurrat pœnam, ac si nuberet. dominus Pau. de Castro in dicta l.omnem. ne plus habeat luxuria, quam castitas, & hoc etiam tenet Bart. in l.si quis sub cōditione.ff.de testam tute. Et prædicta procedunt, quū mater suscepta tutela filij transiuit ad secunda vota, sed si non suscepit tutelam, sed de facto administrauit bona filij non assumpta tutela, si transit ad secunda vota illis tribus deficientibus, vel aliquo ex ipsis non priuatur successione filij decedentis in pupillari ætate, vt dicit Bald & Pau de Castro in dicta l.omnem. quia non videtur venisse contra fidem datam de non nubendo, nec spreuisse tutelam, cum tutelam non susceperit, nec fidem dederit de non nubendo, quod intellige, nisi infra annum non petierit tutorem filiis, nam tunc ex alio capite priuaretur hæreditate filiorum decedentium in pupillari ætate, etiam si non transeat ad secunda vota, quia non petiit tutorem dari filio infra annum, vt in l.sciant. C. de legit. hæredi nec accusaretur ex eo, quod de facto administrauit, vt dicit glos. in l.secunda. §. si mater. ff. ad Tertullianum.

10 Secundo quæro, nunquid excusetur † mulier minor viginti quinque annis, si non petiit tutorem dari filiis dic quod sic, vt in l secunda. C.si aduersus delict.de quo dic, vt ibi.

Tertio quæro, nunquid si mulier quæ suscepit tutelam filiorum, contraxit matrimonium per verba de præsenti in secreto, & antequam cognoscatur carnaliter a secundo viro, & antequam traducatur ad domū ipsius secundi viri petiit tutorem dari filiis, & reddidit administrationem tutelæ, & restituit reliqua, nunquid patiatur pœnam prædictam, scilicet vt priuetur successione filij decedentis. dic quod sic, quia nuptias solus consensus facit, vt in l nuptias. ff. de regulis iur. Ponit etiam aliquas alias quæstiones in dicta l. omnem. de quibus dic, vt ibi per eum. dubitatur quid de patre transeunte ad secunda vota, nunquid idem sit per omnia dicendum in eo, sicut dictum est in matre transeunte ad secundas nuptias dic quod sic, vt in l generaliter. C de secun.nuptiis.de quo omnino vide glos.& Bartol. in l.fœminæ §.illud, eodem titulo.

11 Vltimo dubitatur, an si † mater non transit ad secunda vota, possit disponere de lucris prouenientibus a coniuge præmortuo ad libitum Ange in dicta Authen de non elig. secundo nuben.in principio.in fine commenti.dicit, mater computatur in numero filiorum, & partem sibi tangentem potest alienare, reliquum vero tenetur seruare filiis, vt in Authen. vt fratrum filij § finali.quod est ius nouissimum corrigens alia iura præcedentia, & sic illud solum est seruādum, vt dixit Angel in loco præallega. sed in patre Angel in Authen.de nupt.§ nec illud.distinguit, dicens, quod quādoque maritus lucratur dotem propter existentiam filiorum per consuetudinem approbatā, vt dicit glo.in l.dos a patre profecta. C sol.matrimo.& tunc pater cogitur illam dotem reseruare filiis, etiam si non transeat ad secunda vota, & dixit, quod ita disputauit, & determinauit Iac. de Bel. quandoque maritus lucratur dotem non propter existentiam liberorum, sed ex speciali pacto, quod interposuit, vt dotem lucretur muliere decedente in matrimonio, & tunc distinguit, quod aut maritus ad nullum matrimonium conuolauit, sed stetit contentus vnica vxore, & non cogitur filiis dotem seruare, immo de ea inter viuos, & in vltima voluntate possit disponere pro suo arbitrio, vt eadem authent. C.solu.matr. aut conuolauit ad secundum matrimonium, & tunc dotē, quam lucratur a prima vxore, cogitur reseruare filiis primæ vxoris, etiam si non conuolauit ad tertium matrimonium, & hoc est de mente glo in dicto §.nec illud.quandoque maritus lucratur ab vxore ex donatione causa mortis, vel ex legato.& tūc dicit Ang in dicto § nec illud.quod aut maritus transit ad alia vota, & tenetur reseruare filiis illius matri.ex quo lucra percepit: si vero non transit ad alia vota, potest de eis disponere pro suo arbitrio, præsupposito, quod non steterit vna vxore contentus.sed plures habuit, ita dicit Angel .in dicto § nec illud.& ibi probatur, & in §.sequen.quandoque maritus lucratur ex hæreditate filij præmortui, puta si moritur aliquis ex filiis, cui successit simul cum fratribus filij mortui, secundum quod dicitur in auth.defuncto. C.ad Tertull.& in hoc dic, quod si pater transit ad secunda vota, tenetur illud, quod lucratus est successione filij præmortui reseruare filiis primi matrimonij, vt dicit glo.& Bart.in l.fœminæ.§.illud.C.de secun.nup.

Et aduerte, quia nō possunt omnia dici. quod illud quod lucratur filius propter transitum parentis ad secunda vota non imputatur sibi in legitimam, & sic debet illud habere, & legitimam parentis, vt dicit glo.& Ang in Auth.de nupt. §.optime vero.& pro hoc dicit Ang ibi, quod vbi aliquid debet remanere penes filium, tanquam filium, illud non computatur in legitima filij.

Nunquid autem pater, vel mater quæ transiuit ad secunda vota. possit illud, quod est consecutus. vel consecuta ex bonis primi coniugis relinquere vni ex filiis tantum, vel priuare aliquem de filiis propter ingratitudinem. dic vt in authentica. lucrum. C.de secundis nuptiis.& in Authentica, de nuptiis § ingratitudinem. vbi etiam habetur, an frater ingratus succedat fratri simul cum parente ab intestato.

Ex prædictis potuistis intelligere plenè, quas pœnas patitur mulier, quia nubit infra annum luctus.

Secundo verò, quas pœnas patitur, vel mulier transiens ad secunda vota post annum, eo qui secundo nubat.

12 vnde modo restat videre, nunquid omnes istæ † pœnæ sint sublatæ per istud capitulum, & per capitulum præcedens, Innocent.Hostien Ioann.Andr.& communiter omnes Doctores dicunt, quod pœnæ impositæ propter festinationem, vt quia voluit contrahere infra tempus luctus, sunt sublatæ, nam ex quo mulier licite contrahit, non debet ex contractu licito, & permisso sustinere iacturam, & sic hodie sunt sublatæ omnes pœnæ positæ in l.prima, & secunda.C. de secundis nuptiis. & dicit Hostien. quod sunt sublatæ etiam quoad forum sæcularē, & hoc probat iste textus.dum dicit, quod legalis infamiæ sustinere iacturam, nam si non debet sustinere iacturam infamiæ, ergo quo ad forum ciuilem non erat infamis, alias non esset sine iactura, idem probat text. in fine. dum dicit, quod leges non dedignantur sacros canones imitari, nam si leges in hoc debēt imitari canones, ergo talis non incurrat aliquam pœnam etiam in foro ciuili, quia si incurreret forus ciuilis non imitaretur canonicum, quod esset contra textum, & hoc probat Hostien. pluribus rationibus, ad quas Cyn. in lege prima. C.de secundis nuptiis. respondet. Sed Ioann. Andr. hic reprobat responsiones Cyni, vnde tene, quod non erit infamis, nec aliquam pœnam patietur in foro sæculari, & hoc tenent communiter Doctores. facit quod not.glos. in capitulo secundo, de regulis iuris, in sexto. & quod not. Bartol in l.omni innouatione C.de sacrosanctis ecclesiis.& illud etiam tenet Bartolus in lege prima. C.de secundis nuptiis. & in lege, liberorum. §. notatur. ff. de his qui notan. infamia. licet aliud senserit glo.in lege decreto.C.ex quibus causis infam.irroga sed Baldus in dicta lege, decreto refert opinio Rayner. de Forliuio solennis legum Doctoris, & Paulum de Leazar.qui consuluerunt, quod si oritur incertitudo prolis, habent locum omnes pœnæ legales etiam de iure canonico, vt puta mulier peperit in nono mense post mortem mariti, nam potest esse filius primi, & secundi mariti, quia mulier, & in septimo, & in nono mense potest producere fœtum completum, vt in l. septimo mense. & quod ibi nota. C. de statu hominum. & sic mulier volens euitare illas pœnas debet post mortem primi mariti differre contractum, vel copulam cum secundo viro, saltem per tres menses quia si differt per tres menses, non poterit esse incertitudo prolis, nam tunc aut parit ante septimum mensem, & præsumitur filius primi viri, aut parit in septimo, & præsumetur esse filius secundi viri. & ista sunt vera, quando maritus erat præsens, sed si maritus mortuus fuisset in absentia, in qua stetisset per annum ante mortem suam, non posset tunc oriri incertitudo, quia certum erat, quod non fuit natus ex primo viro, vt in l.filium.ff.de his, qui sunt sui.vel alieni.& Bald in dicta l.decreto. simpliciter recitat opin.Rayn. & Pau.de Leaz. sed in l liberorum.ff.de his qui no infa. eam approbat expresse. & idem sequitur Petrus de Ancharano in cap.1.de constit.& ibi Abb.Sicu quod hæc opinio videtur multum probabilis, nam ad tempus ex causa interdicit vsus matrimonij contracti, vt in cap ad eius concubitum. 5.distin. & 31.quæst.4.in summa. vnde fortius ex causa matrimonium contrahendum videtur ad tempus posse impediri.sed Abb.Sic.dicit, quod ista litera multum obstat opi prædictæ dum dicit, quod infra tempus luctus mulier nubere potest, & dicit etiam ponderandam dictionem, infra, quæ aperte denotat licentiam esse concessam in qualibet parte anni.Si ergo mulier licite a principio nupsit, non debet deludi auctoritate canonis, vt sic ex incertitudine, quæ postmodum oritur, debeat incurrere pœnas legales. & quamquam ista litera loquatur de infamia, tamen ratio est vniuersalis, &

hoc

hoc probatur satis in antiqua, quam retuli super apostilla tex. ante notab. ita. dum i apa prohibuit, ne ad iacturã, vel infamiam allegaretur ille transitus ad secundas nuptias contra istam iustitiam. & licet Abbas Siculus ool. alleget istam opinionem tenet Goffred. Hostien. Ioann. Andr. & Butri & dominus Cardinalis. nam inter cætera dicunt, quod leges, quæ prohibent matrimonium contrahi, ne dubitetur de prole, an sit primi mariti, an secundi, vt l. conuici. su. § si vero C. de repudiis sunt correctæ per canones, & hoc retuli supra immediate post vltimum notabile, vbi dixi, an leges prohibentes matrimonium, sint correctæ per canones sed dominus Paulus de Castro in dicta lege, decreto. dicit, quod opinio Rayner. de Forliu. & sequacium videtur sibi rationabilis. dicit tamen, quod requisitus voluit consulere. dicit etiam, quod secundum suam conscientiam leges punientes mulieres transeuntes ad secunda vota infra tempus luctus non sunt correctæ de iure canonico, quia nec ad † Apostolum, nec ad conditorem canonis pertinet corrigere leges ciuiles, vbi non est quæstio de peccato, sed de bonis moribus. & istud fuit dictum Bal. in l. prima. C. de secundis nuptiis licet ipsum non alleget ibi Bald. dicit, quod quamquam communiter teneant, quod dispositio legis ciuilis prohibentis nuptias contrahi infra tempus luctus, sit inanis, & vacua, tamen de rigore iuris contrarium est verum, quia mali mores debent corrigi, & ius ciuile potest distinguere dictum Apostoli, & ius diuinum, vt not. in lege finali. C. si contra ius. vel vtilitatem publicam. & per Innocentium, & Doctores in capitulo, quæ in ecclesiarum, de constitutionibus. Sed tu dic, quod ius ciuile non habet auctoritatem disponendi super matrimonio, quia pertinet ad forum ecclesiasticum, vt dicit Ioann. Andr. in capitulo, statutum. de hæreti. in vj. & dixi in capitulo primo, supra de sponsalibus. vnde tene communem opinionem. & hæc procedunt in pœnis, quæ imponuntur mulieri, eo quia nubit infra tempus luctus. sed quid de pœnis, quæ imponunt, eo quia secundo nubit dato quod nubat post annum, dato quod illę sint correctæ de iure canonico. Innocent. dicit quod non. & ratio diuersitatis est, quia pœnæ, quæ imponuntur nubentibus infra tempus luctus, sunt merę pœnæ, & ideo canon tollit omnes pęnas inductas propter hoc a iure ciuili, sicut tollit infamiam, sed pœna, quæ imponitur secundo nubentibus, non est mera pœna, sed filiorum prouisio, & ideo hęc pœna non tollitur per canones, sicut etiam non tollitur per canones pœna, quæ imponitur mulieri, quæ recepta filij tutela contra proprium iuramentum nubit non reddita administratione tutelæ, & non restitutis reliquis, & non petito tutore filio dari, vt in lege, omnem. C. ad Tertullianum. & in Authentica, de nupt. §. sinantem tutelam. Sed de hoc vltimo dic, vt dicam infra in fine. & ista sunt verba Innocent. licet Bald. in lege prima. C. de secundis nuptiis referat Innocent. dicere, quod pœnæ, quæ imponuntur secundo nubentibus in fauorem filiorum non sint sublatæ per ius canonicum, secus si non respiciant fauorem filiorum primi matrimonij, quia tunc tales pœnæ sunt abolitæ de iure canonico, & dicti Riccar. Malum approbare hanc opinionem, sed profecto Innocent. hoc non dicit expresse, sed potest inferri ex ratione diuersitatis, quam assignat Innocentius. dum dicit, quod ideo pœnæ, quæ imponuntur secundo nubentibus, non tolluntur per canones, quia non est mera pœna, sed est filiorum prouisio, ergo a contrario sensu, si non esset filiorum prouisio, talis pœna esset sublata per canones, sicut pœna quæ imponitur secundo nubentibus infra tempus luctus. idem etiam tenet Hostien. Ioann. Andr. & dominus Cardinalis, & glos. & Bartolus in lege prima. C. de secundis nuptiis, & in lege, liberorum §. notatur ff. de his qui notan. infamia. licet glos. aliter dicat in lege, decreto. C. ex quibus causis infamia irrog. & Bartolus dicit, quod omnes Doctores tenent hanc opinionem.

Abbas autem Siculus dicit, quod si auderet, teneret cõtra communem opinionem, scilicet quod etiam pœnas, quæ imponuntur secundo nubenti fauore filiorum, mulier non debeat incurrere primo, quia fauor filiorum non debet esse causa puniendi matres, vel impediendi matrimonium a Deo concessum. Item, ex defectu potestatis statuentis, nam Imperator non habet potestatem interdicendi matrimonium ad tempus, vel apponendi pœnam, per quam indirecte tollitur facultas contrahendi. facit quod notat Ioann. Andr. in capitulo, statutum de hæret. in sexto. nec hoc casu lex tollit lucrum, quod ipsamet velit, sed tollit relictæ vxori ab ipso marito, & sic sumus extra terminos glo. in capitulo, cum secundum, de hæret. in sexto. nec potest negari, quin ex istis pœnis etiam in fauorem filiorum inflictis inuidetur matrimonium, & tollitur libera contrahendi facultas, & sic posset mulier incurrere peccatum fornicationis abstinendo se a secundo matrimonio, ne incurrat pœnas iuris.

Dicit tamen Abbas Siculus, quod admitteret illas pœnas, quas mulier incurrit ex facto suo, vt puta quia obligauit se ad tutelam filiorum, & postmodum non reddita ratione tutelæ, nec restitutis reliquis, nec petito tutore filiis transiuit ad secunda vota, vt in dicta l. omnes. C. ad Tertullianum. & in authentica, iisdem pœnis. C. de secundis nuptiis. nam tunc non punitur, quia cõtraxit, sed quia non licite administrauit, sicut tenebatur administrare.

Dicit tamen Abb. Sicu. quod in iudicando, & consulendo graue esset recedere a communi opinione Doct. quam a nemine in hoc reperit violatam. & ideo dicit se non attentaturum venire contra communem opinionem tantorum Doctorum. Pro opinio. Abb. Sic. facit tex. in l. fœminæ. § illud. C. de secundis nuptiis. vbi secundæ nuptiæ appellantur funestę & ille tex. loquitur de nuptiis contractis post annum luctus. Item facit tex in Authentica, de nupt. § soluto. vbi tex dicit, quod mater dicitur contristari filios primi matrimonii transeundo ad secundas nuptias, & sic

14 † videtur ius ciuile improbare secundas nuptias, & propter hoc imponere pœnam contrahentibus secundas nuptias, vnde illæ pœnæ non debent habere locum de iure canonico, cum soluto matrimonio, habet liberam potestatem contrahendi cum alio ex dicto Apostoli, & sic non debet dici tales nuptiæ funestæ, nec debent filij contristari ex eo, quod mater licite fecit. Sed profecto consideratio iuris ciuilis fuit sanctissima: considerat enim, quod matres sæpe propter secundum maritum habent odio filios prioris matri. adeo quod matres non solum darent secundo marito bona filiorum prioris mariti, sed etiam ipsos filios necarent, vt complacerent secundo marito, & ideo ius ciuile voluit prouidere, ne pater, vel mater transiens ad secunda vota, habeat liberam potestatem disponendi, ne priuet filios prioris matri. & quasi omnia relinquat secundo viro, vel secundæ vxori. & ideo ista pœna non tantum versatur in pœnam transeuntis ad secundas nuptias, quantum in fauorem filiorum, vt non spolientur a parentibus transeuntibus ad secunda vota, & ideo tene communem opinionem.

Quid autem si mater transeat ad secundas nuptias, & ex secundo matrimonio habeat filios, qualiter admittantur

15 ad iura nuptialia, vel ad alia lucra † filij primi, & secundi matrimonij. dic vt per Angelum in Authentica, de non eligen. secundo nuben. in principio, in quarta, vel quinta collatio. in versiculo, sed nunc restat videre, an ad lucra nuptialia.

Quæro vltimo, quia pœnas, quas patitur mulier, transiens ad secunda vota infra tempus luctus, incurrit mulier parieos ex coitu fornicario infra tempus luctus, vel committens fornicationem infra tempus luctus, licet non pariat, de quo vide tex. & glos. in authentica, iisdem pœnis. C. de secundis nuptiis. & in Authentica, de restit. & ea quæ parit. § final.

16 Nunquid talis † pœna sit sublata de iure canonico per hoc capitulum, vel per dictum Apostoli. Dominus Cardinalis hic in vl ima quæstione dicit, quod non, quia hoc capitulum, & dictum Apostoli loquuntur in nubente, quæ facit opus alias licitum, vnde non debet extendi ad fauendum criminibus, & ad præstandum causam adulterio, cui ius canonicum obuenire intendit, vt supra titulo proæmio, per vestras, in fine. præcipue cum de hoc insistant canones vt homines coerceantur ab adulterio, & inducantur ad castitatem, vt in Authentica, de lenonibus. § sancimus. & supra in proœmio huius voluminis, in principio. & quod ibi not. glo. quarta. idem dicit Angel. in dicta Authent. de restit. & ea quæ parit § finali. dicit tamen ibi glo. & Angel. quod si mulier fornicaretur post tempus luctus non pateretur pęnas, quę imponuntur nubenti infra tempus luctus, quod no. Ad idem quod dicit Angel. in dicta Authentica, de non eligen. secundo nuben. in tertia collatio. in princip. versiculo, restat nunc videre, an mulier contra sacramentum. vbi Angel. dicit, quod si mulier contra sacramentum transiuit ad secunda vota, non reddita ratione administrationis tutelæ, & non restitutis reliquis, incurrit pęnas quæ imponuntur nubenti infra tempus luctus, & ista pęna non

17 est correcta de iure canonico, secundum eum, quia † ius canonicum solum non corrigit pęnas inductas a iure ci-

uili

uili propter festinantiam in nubendo, non autem illas pœnas, quæ sunt inductæ de iure ciuili, eo quia mater non petit tutorem filiis, nec reddidit administrationem tutelæ, nec reliqua restituit, nam tales pœnæ remanent incorrectæ de iure canonico, & dic, quod si mulier non reddit administrationem tutelæ, & reliqua non restituit, & non petiit tutorem dari filiis, patitur pœnas nubentis infra tempus luctus, dato quod nubat post annum, & hoc probatur in dicta authentica, iisdem pœnis. C. de secundis nupt. & ibi hoc firmat Bal & hoc tene mēti, quia grauiores sunt pœnæ, quæ imponuntur mulieri, quæ nubit infra tempus luctus, quàm illi quæ nubit post tempus luctus, vt potuistis compræhendere ex supradictis.

Et aduerte, quia licet mater vel auia hodie non præstet sacramentum, quando assumit tutelam filiorum, vel nepotum, vt in authentica, matri & auiæ. C quando mulier tute. offic fungi potest, & habetur in capitulo, ex parte M. de appellationibus. tamen patitur eandem pœnam, si transit ad secunda vota non petito tutore filiis &c. ac si præstitisset sacramentum, vt dicit glo Cyn. & Bartol. in dicta authentica, iisdem pœnis. C. de secundis nuptiis. & dicit Barto ibi. hoc communiter teneri. & ista sufficiant quo ad finem Quarti Libri.

Dominus autem Iesus Christus Redemptor noster, qui omnium bonorum principium est, & finis, pro sua summa pietate producat nos ad æternum, & immarcescibilem finem. Amen.

Commentariorum D. Alexandri de Neuo In Tertium, ac Quartum Decretalium Libros;

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y.

Omnes sunt Quaterniones.

VENETIIS, APVD IVNTAS;
M D L X X X V.